This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

107

TAYLOR INSTITUTION.

BEQUEATHED

TO THE UNIVERSITY

BY

ROBERT FINCH, M.A.

OF BALLIOL COLLEGE.



CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE

BORUSSICAE

CONTINUATA.

GEORGIUS PACHYMERES.

VOLUMEN ALTERUM.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXV.

GEORGII PACHYMERIS

DE MICHAELE ET ANDRONICO PALAEOLOGIS

LIBRI TREDECIM.

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

VOLUMEN ALTERUM.

CUM TABULA LAPIDI INSCRIPTA.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXXV.

107

THE TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
JUN. 1940
OF OXFORD

PETRUS POSSINUS
LECTORI.

I. Dispungo ecce non vetus nomen; et quam debere ante hoc biennium coeperam partem alteram Pachymerianae historiae, haud nimis sera, si moles aestimetur operis, solutione repraesento. describit ea sex et viginti priores annos imperii Andronici Palaeologi, ab ipsi cognomine nepote nec valde concorde collega vulgo distingui senioris adiuncto soliti. est haec infelicissimi principatus imago a nostro historico formata, magis conditione argumenti quam ingenio pingentis, Parrhasianae illius similis, qua Plinius testatur demon, sive populum, Atheniensem ab isto summo artifice sic adumbratum, ut mores eius motusque, licet inter sese contrarii, simul tamen in tabula sui sensum cierent; agnosceretque uno intuitu spectator eundem varium et constantem, iracundum et exorabilem, iniustum et clementem, gloriosum et humilem, ferocem et fugacem. pari siquidem exemplo, dum sincera narratione noster Andronici acta exprimit, unum ipsum exhibet, hinc audacissimum religionis contemptorem, illinc superstitiosissime formidolosum; plerumque solicitum discordiarum ecclesiae componendarum, mox vehementissimum disturbatorem conciliatae tot laboribus a patre pacis ecclesiarum; aliquando frugi ac parcum, statim effusissime prodigum; semper versutissimum in excogitatione rationum quod vellet efficiendi, numquam non imprudentissimum in electione consiliorum; frequenter supra modum affectantem famam officiosi erga domesticos, nec raro ferina impietate debacchantem, violandis sine respectu necessitudinibus sanctissimis, utique qui non modo non sit veritus amantissimi et nimis in ipsum benefici parentis memoriam iustis funebribus fraudare; ma-

trem viduam tyrannicis minis ad viri ipsius, patris sui, iudicium scripto damnandum adigere; coniugem regis Ungariae filiam, cuius tenerrime dilectae mortem mollissime flevisset, ex levi suspicione, sepulturae honore multare; fratrem Porphyrogenitum circumferre clathrata cavea et diro carcere ad mortem macerare: verum et horum partem non dubitarit, uti facinora praeclara, iactabundis gloriose ostentare concionibus.

II. Moribus tam instabilibus principis unus constantissima respondit perturbatissimus et calamitosissimus universae rei publicae status. aerarium exinanitum, semper exhausti tributis immanibus populi, interversa ministrorum quoque Palatinorum auctoramenta, ad mendicitatem redacti pudendam ipsi ecclesiae proceres; classis funditus neglecta, arcium limitanearum praesidia subtracta, terrestres exercitus plane dissipati, inerme imperium irritatis temere barbaris obiectum, summa tutelae ac salutis publicae infidis feris rapacibus exteris inconsultissime commissa, hinc statim consecutis necessariis effectibus talium causarum, vastationibus provinciarum, direptionibus urbium, depraedatione captivitate caede fuga populorum, desolatione omnium fando umquam auditarum tristissima, cunctarum latissime in utraque Asiae Europaeque continente Romano subiectarum imperio regionum; ipsa vix urbe regia, cuius pertubus, cuius portis mari classes piraticae, terra latrocinantium infestae acies barbarorum impune semper insultabant, ipsa, inquam, imperii sede Constantinopoli vix liberum spiritum muro et propugnaculis tutante, inter grassantem intus famem, saevientem luem, seditionum ferro face depraeliantium sanguinarios furores, terrae motus, dira incendia, et id genus immissas divinitus clades; quae dubitare cives miserrimos cogerent utra esset minus calamitosa fortuna, gementiumne sub servitute barbarica semel abductorum, an adhuc sub tecto patrio extremis terroribus aestuantium, et quo casu perituri mox forent, cruciabili anxietate incertorum.

III. Tam atrox irati numinis vindicta quibus tunc sceleribus provocaretur, disquisitum a plurimis anxie, ipsum quoque se non dissimulans eius abstrusae rei sciscitatorem

curiosum, non semel Pachymeres affirmat. aperiamus hoc nos illis arcanum, et indigitemus trabem, quam quia infixam gerunt oculis, videre illusi nequeunt. relapsio in haeresim S. Spiritus processionem e patre simul cum filio negantem, repetitum schisma, rebellio iterata in Christi vicarium Romanum pontificem, vestra Byzantini hoc opere publicata crimina sunt. ne quaerite alias istarum sub quibus gemitis exitialium, tenere continuissimo nexarum, aucta semper gravibus atrocitate crescentium causas calamitatum. utcumque probi mites iusti principes vestri videantur, populus satis compositus, clerus gravis et honestus, unum est odio in vos dei concitando vel efficacissimum flagitium, pertinax amplexus reprobi dogmatis, pervicax contemptus supremae ecclesiasticae auctoritatis in Petri successore Romano episcopo Christi ipsius institutione constitutae. haec vobis Lerna malorum, origo cladium, fons infortuniorum omnis generis unus est omnium. doletis vestros exercitus numerosissimos, ductante per se ipso vestro Augusto Michaële iuniore, nunc incompositis nec multis oppositos in Asia barbaris, nunc in Occidua continente paucis imparatis extorribus obiectos acie Latinis, terrore fuisse consternatos panico, fusos, fugatos, profligatos? consternavit, disiecit, perdidit divina Nemesis, haeresim in vobis et schisma vindicans. an vero ex quo legitimum antistitem, orthodoxi dogmatis de processione S. Spiritus ex patre filioque eruditissimum disertissimum constantissimumque defensorem, throno patriarchali Ioannem Veccum deturbastis, vestra umquam in ulla vel umbra tranquillitatis conquievit ecclesia? non ille quem pro Vecco intrusistis Gregorius Cyprius, iactationibus concussus assiduis, praeceps tandem sede corruit? non paria passus illi suffectus Athanasius? paria Ioannes Cosmas? similia, immo peiora, iterum contra ius fasque repositus in recte ablato patriarchatu Athanasius idem, vobis insuper ipsis infestissimus et abominatissimus? quid memorem saevas, immanes, rabiosis commissas et vobiscum et invicem iurgiis sectas Arseniasorum, Iosephitarum, Hyacinthinorum, aliorum, modo Georgii Moschamparis, modo Marci discipuli Cyprii, modo Andronici Sardensis, modo Ioannis Ephesini, modo Nicetae

Dyrrhachienais, modo Theolepti Philadelphiensis partes tuentium? quis aestus implacabiliter rixantium? quam immedicabilis furor obnixis irrevocabiliter studiis sese mutuo infestantium? coelo ipso, cuius de vestris controversiis iudicium illo Atramyttiensi conventu per quandam superstitiose curiosam pyromantiam exploratum iveratis, partis utriusque scriptis sacra flamma concremandis, luculenter declarante aeque omnia vestra conventicula deo esse ac superis exosa.

IV. Sed frustra laboramus admonendis iis quos voluntaria caecitas a videndo, quod palam est, prohibet. nos potius hunc fructum ex huius historiae lectione referamus, ut non dubitandum putemus amplius quin ad puniendum Graecorum in Oriente imperantium schisma contumax, dogma reprobum, deus Ottomanorum potentiam excitaverit. statim fere atque Andronicus Palaeologus senior compos factus imperii vires eius convertit universas ad labefactandam extirpandamque ab eius patre Michaële initam cum apostolica sede concordiam, eruperunt e Perside in Christianas terras tumultuariae latronum manus. harum dux unius, quem noster Atmanem vocat, aliis Ottomanes nominatus, ex obscuro egente infirmo inclarescere ditari corroborari paulatim non desiit, quoad multis, prout Pachymeres sparsim hic memorat, auctus successibus, praedis locupletatus, arcibus urbibus provinciis suae ditioni subditis, Prusae tandem, quam in Bithynia occupaverat, regnum instituit, circa Christi annum millesimum trecentesimum, Andronici nostri huius in imperio duodevicesimum. Ottomani qui triginta circiter post annis successit in regno morienti filius Orchanes, capta Nicaea altera regia Byzantinorum Augustorum, Nicomediam praeterea reliquasque tractus eius civitates inclytas, tum Mysiam Lycaoniam Phrygiam Cariam cunctasque ad Hellespontum et Euxinum regiones, Romano ereptas suo adiecit imperio. cuius etiam adhuc regnantis auspiciis Solimanes filius, ante patrem deinde mortuus, in Thraciam traiiciens Ottomanicis primus Europam armis delibavit. sic gestum Orchanes annis duobus et viginti principatum transmisit Amurati ex se genito, superstiti relicto, qui Callipoli Hadrianopoli et subiectis urbi utrique regionibus Romanam minuens

auxit, Ottomanicam adaugens dilatavit ditionem. ex hoc Baiazethes natus Thessaliam Macedoniam Phocidem Atticam Mysiam et Bulgariam Graecis eripuit. vicit et abduxit Tamerlanes Baiazethem, sub cuius filiis, Solymane Musa Mahometo I, breves velut inducias malorum Byzantinos recreasse, expectante deo an resipiscerent. sed schismate illic et haeresi perseverantibus novus ultor exurrexit Amurates II, Mahometis primi filius, secundi pater. hic Thessalonicam urbem maximam expugnavit, Hungaricis Ioannis Huniadis, Epirensibus Scanderbegi successibus, retardatus a Constantinopolitano funditus imperio delendo. interim enim clementissimus dominus ultimum velut experiri conatum voluit Graecos restituendi catholicae communioni ac fidei, congregata circa Christi annum 1440 sacra oecumenica Florentina synodo, in qua nova ecclesiae Graecae cum Latina tandem est conciliatio sancita. verum et ab hac rursus plerisque ipsorum resilientibus, Mahometes II, Amuratis secundi successor et filius, Constantinopolim vi cepit anno Chr. 1453 et urbis expugnatae ruinis obruto Constantino imperatore eius nominis octavo, Palaeologorum Andronici posterorum ordine sexto, sorte ultimo, imperium Orientale abolevit, manifesto ultus rescissam a Graecis secundam cum Latinis conventionem publice initam Florentiae, sicut ad prioris violationem in Lugdunensi coalitae concilio vindicandam excitatus divinitus fuerat in maiorum eius serie continua retro sextus Ottomanes.

V. Huius orbi universo luctuosissimae tragoediae primus actus Pachymere docente in hac, cuius modo siparium reducimus, scena velut quadam luditur. nusquam alibi principatus istius χυρίας δόξας, vota, orsa, destinata, machinamentorum obliquos flexus, fucosas species obtentuum, astutarum arcana molitionum, vafra eademque casa plerumque successu artium illaudatarum tentamenta reperias descripta candide, patefacta simpliciter a conscio et autopta. summos modo harum apices rerum pervolans stringit Gregoras, unus, quod sciam, alius Graecorum tempus istud tractans, idemque non omnium inspector praesens, quippe iunior Pachymere, nec comparandus huic dignitate et impar iudicio; in-

super favore nimio in partes sibi amici senioris adversus iuniorem declarato Andronicum, studio erga Barlaamum haeresiarcham, invidia factionis Acyndinianae, cuius erat signifer, licentia obtrectandi principibus et monachis, indelebilibus maledici ac mendacis ab ipsius aequali Cantacuzeno stigmatibus inuri meritus; denique parum etiam Cantacuzeno deferentium et liberorum omni praeiudicio lectorum aequa sententia notabilis, quod sibi famam fidei, quae est anima historiae, non satis solicite sit tuitus adversus iustas suspiciones styli affectibus obnoxii et ingenii venalis.

VI. Unicum ergo Andronici actorum testem hunc, prudens lector, habe idoneum Pachymerem; nec metue perniciem quae a narratione felicium scelerum cavenda merito legentibus praescribitur, ne ad imitationem incautos allectent. magna hic Andronici senioris, sed vindictae acris nec dilatae praesenti velut antidoto, nullo iam periculo cognoscentium, crimina produntur. exhibetur is foedifragus, perduellis Christi vicario, contumax, contumeliosus, ingratissimus ecclesiae apostolicae Romanae: sed et continuo idem ostenditur imprudentissimus in omni consilio, infelicissimus in omni coepto; nulli quamvis imbecillo non succumbens hosti, nulli non ludibrium adversari auso praebens; impune semper contemptus, cum lucro irrisus; cuius minae nullum pondus, nullam constantiam decreta, nullam fidem verba, nullum desideria successum habuerint; umbra imperatoris, larva principis, scopus sortis adversae, foecundus in suum dedecus ac damnum, longaevus ad perpetuitatem miseriae; denique, a quo inclinationem ultimam ad exitium irreparabile inclyto decem saeculis novae Romae imperio datam omnis iure deplorans et detestans posteritas queretur. haec, candide lector, occurrerunt quae in hoc tibi limine praefarer. nam de mea interpretandi ratione, de ordine ac methodo notandi eadem quae in fronte prioris partis admonui, dicta hic quoque velim intelligi. vale. Scribebam Romae pridie Idus Ianuarii anno Christi 1668.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΧΥΜΕΡΗ

ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ.

ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΧΥΜΕΡΗ
ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΒΙΒΛΟΥ. 1. ὅπως ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος τὰ κατὰ τοὺς Τοχάρους διώκησεν. 2. ὅπως ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν κατὰ τὸν πάπαν ἀπελογεῖτο. 3. ὅπως ὁ βασιλεὺς τὸν Βέκκον ἀφίει καὶ τῷ Ἰωσὴφ προσετίθετο. 4. ἀναχώρησις τοῦ πατριάρχου Βέκκου εἰς τὴν τῆς Παναχράντου μόνην. 5. ἀνάβασις τοῦ Ἰωσὴφ εἰς τὸ πατριαρχεῖον. 6. περὶ τῶν διδομένων ἐπιτιμίων ἱερωμένοις καὶ λαϊκοῖς. 7. ὅπως καὶ πότε οἱ περὶ τὸν Ἰωσὴφ εἰς κοινωνίαν παρεδέχοντο τοὺς τῆς ἐκλησίας. 8. περὶ τῶν τελουμένων συνόδων. 9. περὶ τοῦ Βέκκου καὶ τῆς αἰτίας ὅπως ἔγραφεν. 10. ὅπως ὁ Βέκκος μετακαλούμενος εἰς τὴν σύνοδον ἐπεδήμησεν. 11. ὅπως κατὰ τὴν Προῦσαν ὁ Βέκκος περιωρίζετο. 12. περὶ τῶν Ἀρσενιατῶν καὶ τῆς τοῦ Ἰωσὴφ νόσου. 13. περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ Ἰωσὴφ καὶ τῶν τότε συμβάντων. 14. ὅπως μὴ ἀποδοκιμάζων τοὺς Ἀρσενιάτας ὁ βασιλεύς, ἀλλὰ δεξιούμενος διὰ τὴν εἰρήνην,

GEORGII PACHYMERIS
ANDRONICUS PALAEOLOGUS
SIVE
HISTORIA RERUM
AB ANDRONICO PALAEOLOGO SENIORE
IN IMPERIO GESTARUM USQUE AD ANNUM EIUS AETATIS UNDEQUINQUAGESIMUM
INTERPRETE PETRO POSSINO S. I.

CAPITA LIBRI PRIMI. 1. *ut imperator Andronicus res cum Tocharis composuerit.* 2. *ut imperator conventiones cum papa initas se improbare significans, quod in eas non consensisset, excusaverit.* 3. *ut imperator Vecco dimisso se Iosepho adiunxerit.* 4. *secessus patriarchae Vecci in Panachrantae monasterium.* 5. *restitutio Iosephi in patriarchatum.* 6. *de multis et poenis quibus sunt subiecti cum ecclesiastici tum laici.* 7. *quomodo et quando qui Iosephi nomine res administrabant, ecclesiasticos in communionem receperint.* 8. *de celebratis synodis.* 9. *de Vecco et causa cur scripserit.* 10. *ut Veccus citatus in synodum adfuerit.* 11. *ut Prusam relegatus Veccus fuerit.* 12. *de Arseniatis et morbo Iosephi.* 13. *de morte Iosephi et his quae tunc contigerunt.* 14. *ut imperator, non reprobans Arsenianos, sed pacis causa liberaliter tractans,*

καὶ τὸν Κύπριον εἰς πατριάρχην ἀνήγαγεν. 15. χειροτονία τοῦ πατριάρχου Κυπρίου, καὶ τὰ περὶ ταύτης. 16. περὶ τοῦ φανέντος κατὰ μεσημβρίαν ἀστέρος. 17. περὶ τῆς τῶν ἀρχιερέων καθαιρέσεως ἐν ταύτῳ. 18. περὶ τοῦ κατενεχθέντος ὡς δῆθεν αἵματος οὐρανόθεν. 19. περὶ τῆς Αὐγούστης Θεοδώρας καὶ τοῦ πατριάρχου Ἀλεξανδρείας. 20. περὶ τῆς γυναικὸς τοῦ Τερτερῆ. 21. περὶ τῆς ἐπ' ἀνατολὴν βασιλέως ἐξελεύσεως. 22. περὶ τῶν γεγονότων συνθεσιῶν ἐν πυρὶ ἐν τῷ Ἀτραμυττίῳ. 23. ὅτι ὁ Σάρδεων Ἀνδρόνικος ἐγκληθεὶς δίκην καθοσιώσεως καὶ ἀποστρέφεται παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ ἀτιμάζεται. 24. ὅπως ὁ Κοτανίτζης ἀπὸ τῆς Προύσης φυγὰς ἐγένετο. 25. περὶ τῆς ἐπὶ δύσιν ἐκστρατείας τοῦ πρωτοβεστιαρίου Ταρχανειώτου. 26. ὅτι αἱ τριήρεις τῆς Ῥωμαΐδος κατημελήθησαν. 27. περὶ τοῦ πρωτοβεστιαρίου, καὶ ὡς ὕστερον κατωρθώθη τὰ κατὰ τὸν Μιχαήλ. 28. περὶ τοῦ ἱεροῦ ἄρτου. 29. περὶ τῶν παριστρίων Σκυθῶν, ὅπως κατεπολεμήθησαν. 30. ἀξιώσις παρὰ βασιλέως τῶν σχιζομένων διὰ τὰ τελεσθέντα τέρατα. 31. περὶ τῆς ἀνακομιδῆς τοῦ λειψάνου τοῦ πατριάρχου Ἀρσενίου. 32. περὶ τῶν κατὰ Συρίαν δεινῶν. 33. περὶ τοῦ δευτέρου συνοικεσίου τοῦ βασιλέως. 34. ὅπως μετακληθεὶς ἀνήχθη Βέκκος ἀπὸ Προύσης, καὶ τὰ τῆς αὐτοῦ κρίσεως. 35. διάλεξις τοῦ Βέκκου μετὰ τῶν περὶ Γρηγόριον. 36. ἄφιξις τοῦ βασιλέως πρὸς Ἰωάννην τὸν ἀπὸ βασιλέων. 37. περὶ τῆς ἀγγελίας τοῦ πειρατικοῦ στόλου καὶ μετακομιδῆς τοῦ βασιλικοῦ σώματος.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ. 1. πῶς καὶ ἐπὶ ποίαις αἰτίαις ὁ τόμος τῷ πατριάρχῃ Γρηγορίῳ συντέθειται. 2. ὅτι εἰς χεῖρας λαβὼν τὸν τόμον ὁ Βέκκος κατηγιᾶτο καὶ ἀνελεῖν ἤρξατο. 3. τὰ κατὰ τὸν ἐσκαμματισμένον, καὶ ὅπως κατηγιᾶτο ὁ τόμος. 4. τὰ κατὰ τὸν Μάρκον, καὶ ὅπως ἀνήφθη τὸ τῶν ἀρχιερέων σκάνδαλον. 5. τὰ κατὰ τοὺς πατριάρχας, τόν τε Ἀλεξανδρείας καὶ τὸν Ἀντιοχείας. 6. ἀναχώρησις ἐκ τοῦ πατριαρχείου τοῦ πατριάρχου Γρηγορίου. 7. τὰ κατὰ τὸν Γρηγόριον,

Cyprium promoverit in patriarchatum. 15. *inauguratio patriarchae Cyprii, et quae circa eam contigerunt.* 16. *de stella circa meridiem apparente.* 17. *de condemnatione et e gradu deiectione antistitum in Blachernis.* 18. *de sanguine, ut existimatum est, e coelo lapso.* 19. *de Augusta Theodora et patriarcha Alexandrino.* 20. *de uxore Terteris.* 21. *de profectione imperatoris in Orientem.* 22. *de conventionibus Atramytii per ignem initis.* 23. *ut Sardensis Andronicus delatus laesae maiestatis, reiectus ab imperatore ac dehonestatus fuerit.* 24. *ut Cotanitza Prusa fugerit.* 25. *de protovestiarii Tarchaniotae expeditione in occiduos tractus.* 26. *ut triremes Romaidis neglectae fuerint.* 27. *de protovestiario; et ut deinde successum habuerint quae contra Michaëlem comparabantur.* 28. *de sacro pane.* 29. *de Scythis Danubii accolis, ut debellati fuerint.* 30. *ut imperator signis tunc editis motus vehementer institerit ut discissi conciliarentur.* 31. *de reportatione reliquiarum patriarchae Arsenii.* 32. *de cladibus Christianorum in Syria.* 33. *de secundo matrimonio imperatoris.* 34. *ut evocatus Prusa Veccus sit, et de eius iudicio.* 35. *colloquium Vecci cum Gregorio et eius sequacibus.* 36. *profectio imperatoris ad Ioannem olim imperio deiectum.* 37. *de nuntiata incursione piratica, et translatione corporis imperatoris.*

CAPITA SECUNDI. 1. *quomodo et quas ob causas tomus a patriarcha Gregorio compositus fuerit.* 2. *ut sumpto Veccus in manus tomo invenerit in eo quae accusaret; et ut coeperit insurgere.* 3. *de excartophylace; et ut accusatus fuerit tomus.* 4. *de Marco; et ut antistitum exarserit scandalum.* 5. *de patriarchis Alexandrino et Antiocheno.* 6. *secessio patriarchae Gregorii e patriarchio.* 7. *de Gregorio, ut ab*

ὅπως ἀκριτεῖτο παραίτησιν. 8. ὅπως συναχθέντες οἱ ἀρχιερεῖς κατὰ τὸ παλάτιον ὡμολόγησαν τὸν Γρηγόριον ὀρθόδοξον. 9. λίβελλος παραιτήσεως ἐπὶ τῷ θρόνῳ τοῦ Γρηγορίου. 10. ἀναχώρησις τοῦ πατριάρχου πρὸς τὴν τῆς Ἀριστινῆς. 11. ὅπως τὸν τόμον τοῦ Γρηγορίου ἐπειρῶντο διαλθεῖν. 12. περὶ τῶν σχιζομένων καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. 13. περὶ τοῦ Ἀθανασίου, ὅπως εἰς τὸ πατριαρχεῖον προέβη. 14. ὅπως τὰ κατὰ τὸν Ἀθανάσιον λαληθέντα ἐξητάζοντο. 15. περὶ τῆς προβλήσεως Ἀθανασίου εἰς τὸ πατριαρχεῖον. 16. περὶ τῶν ὑπηρετῶν μοναχῶν τοῦ πατριάρχου Ἀθανασίου. 17. θάνατος τοῦ πατριαρχεύσαντος Γρηγορίου τοῦ Κυπρίου. 18. ἐξέλευσις τοῦ βασιλέως πρὸς Νύμφαιον. 19. τὰ κατὰ τὸν πορφυρογέννητον Κωνσταντῖνον. 20. περὶ τοῦ μοναχοῦ Σάβα. 21. ὅπως οἱ κληρικοί, ἔπειτα δὲ καὶ ἀρχιερεῖς, ἐπὶ τῷ Ἀθανασίῳ ἐσκανδαλίσθησαν. 22. ἀναχώρησις τοῦ Ἀθανασίου ἐκ τοῦ πατριαρχείου. 23. τὰ ἐν τοῖς ἀστράποις παρὰ τοῦ πατριαρχεύοντος γεγραμμένα. 24. παραίτησις ἔγγραφος τοῦ πατριάρχου Ἀθανασίου. 25. περὶ τῆς πυρπολήσεως τῆς μεγάλης ἀγορᾶς τῆς πόλεως. 26. περὶ τοῦ μετὰ τοῦ πρωτοβεστιαρίου Μουζάλωνος κήδους τοῦ βασιλέως. 27. τὰ περὶ τοῦ ἱερομοναχοῦ καὶ πνευματικοῦ τοῦ βασιλέως Κοσμᾶ. 28. ψῆφος τοῦ ἱερομοναχοῦ Κοσμᾶ εἰς τὸ πατριαρχεῖον, καὶ περὶ τοῦ μοναχοῦ Γρηγορίου. 29. κοινὴ σύναξις γεγοννῖα περὶ τῶν κατακρίτων τῷ βασιλεῖ. 30. τὰ κατὰ τὸν ὀνομαζόμενον Λαχανᾶν. 31. θάνατος τοῦ πρωτοβεστιαρίου. 32. περὶ τῆς τοῦ κανικλείου ἐπὶ τοῦ μέσου ἀποκαταστάσεως, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως εἰς ἅπαν παρτερίας.

ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ. 1. στεφηφορία τοῦ υἱοῦ βασιλέως Μιχαήλ. 2. προβολὴ παρὰ βασιλέων εἰς δεσπότειαν τοῦ υἱοῦ Ἰωάννου. 3. ὅπως παρὰ προβαίνει βασίλειος νομοθεσία περὶ τῶν χειροτονιῶν. 4. περὶ τοῦ θανάτου τοῦ δεσπότου Νικηφόρου καὶ τῆς πρὸς βασιλέα ἀξιώσεως.

eo petita abdicatio sit. 8. *ut congregati episcopi apud palatium palam declararint orthodoxum esse Gregorium.* 9. *libellus abdicationis throni a Gregorio datus.* 10. *secessus patriarchae in monasterium Aristinae.* 11. *conatus adhibitus ad correctionem tomi a Gregorio editi.* 12. *rursus de illis qui ab ecclesia se abscideriant.* 13. *de Athanasio, ut in patriarchatum sit electus.* 14. *ut expensa fuerint quae varie, hinc in vituperium inde in laudem, de Athanasio erant dicta.* 15. *de promotione Athanasii in patriarchatum.* 16. *de ministris monachis patriarchae Athanasii.* 17. *mors expatriarchae Gregorii Cyprii.* 18. *profectio imperatoris Nymphaeum.* 19. *de Porphyrogenito Constantino.* 20. *de monacho Saba.* 21. *ut apud clericos primum, deinde apud ipsos etiam episcopos graviter Athanasius offenderit.* 22. *recessus Athanasii e patriarchio.* 23. *scriptum quod patriarcha vasis inclusum testeis reliquit.* 24. *cessio scripto expressa patriarchae Athanasii.* 25. *de incendio magni fori civitatis.* 26. *de affinitate imperatoris cum protovestiario Musalone.* 27. *de hieromonacho et confessario imperatoris Cosma.* 28. *concursus suffragiorum in electionem hieromonachi Cosmae in patriarchatum; et de monacho Gregorio.* 29. *communis conventus causa condemnatorum ab imperatore celebratus.* 30. *de eo qui Lachanae nomen usurpavit.* 31. *mors protovestiarii.* 32. *de promotione praefecti canicleo in primariam curam principalium negotiorum, deque imperatoris invicta quorumvis tolerantia laborum.*

TERTII. 1. *filius imperatoris Michaël coronatur.* 2. *promotio ab Augustis facta in despotae dignitatem Ioannis Andronici imperatoris filii.* 3. *qua ratione novella imperatoria de ordinationibus perlata et promulgata fuerit.* 4. *de morte despotae Nicephori; et ut petitum ab imperatore fuerit ut eius filius Augustus iunior filiam mortui despotae duceret*

5. περὶ τοῦ ἐπὶ τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ κήδους, καὶ περὶ τῶν εἰς τοῦτο σταλέντων. 6. γάμος τοῦ βασιλέως Μιχαήλ. 7. ὅπως συνῆγεν ὁ βασιλεὺς τοὺς σχιζομένους πάλιν καὶ εἰρηνεύειν ἠξίου. 8. περὶ τῆς κατὰ ἀνάγκην ἐξασθενήσεως τῶν κοινῶν. 9. περὶ τοῦ Φιλανθρωπηνοῦ καὶ ἀποστασίας αὐτοῦ. 10. περὶ τοῦ πρωτοβεστιαρίτη Λιβαδαρίου, καὶ ὅπως περιεγένετο τοῦ Φιλανθρωπηνοῦ. 11. ὅπως παρεδόθη ὁ Φιλανθρωπηνός. 12. ὅπως καὶ πότε ὁ βασιλεὺς ἤκουσε τὰ τῆς ἀποστασίας. 13. περὶ τῶν ἀγαθῶν ἀγγελιῶν καὶ τῆς πρὸς τὴν θεοτόκον τοῦ βασιλέως εὐχαριστίας. 14. περὶ τῶν περὶ τὸν Φιλανθρωπηνὸν ὄντων Περσῶν. 15. περὶ τῆς γενομένης στάσεως μεταξὺ Γεννουϊτῶν καὶ Βενετικῶν, καὶ περὶ τοῦ γεγονότος σεισμοῦ. 16. περὶ τῆς λιτανείας καὶ τῆς τοῦ βασιλέως δημηγορίας. 17. περὶ τοῦ χρυσοβουλλίου λόγου διὰ τοὺς κριτὰς καὶ κρίσεις. 18. περὶ τῆς ἐπελεύσεως τῶν Βενετικῶν κατὰ τῶν ἐν πόλει Γεννουϊτῶν. 19. ὅπως ὁ βασιλεὺς μεταπεμψάμενος τὸν ἡγεμόνα αὐτῶν πρεσβείαν στέλλει. 20. περὶ τῆς τῶν Γεννουϊτῶν κατὰ τῶν ἐν τῇ πόλει Βενετικῶν ἐπιθέσεως. 21. περὶ τῆς εἰς Βενετικοὺς πρεσβείας διὰ ταῦτα τοῦ βασιλέως. 22. περὶ τοῦ ῥιφθέντος τόμου ἐν ᾧ ἐγέγραπτο κατηγορήματά τινα, καὶ περὶ τῆς τούτου ἀπολογίας τοῦ βασιλέως. 23. περὶ τοῦ κινηθέντος κατὰ τοῦ Φιλαδελφείας ἐγκλήματος. 24. περὶ τῶν ἀποτεθειμένων χαρτίων καὶ ὅπως εὑρέθησαν. 25. περὶ τοῦ Ταρχανειώτου Ἰωάννου, ὅπως κατ' ἀνατολὴν στρατηγὸς ἀπεστάλη. 26. περὶ τῶν κατὰ τὰ βόρεια Τοχάρων καὶ τοῦ Σφεντισθλάβου. 27. περὶ τοῦ κήδους τοῦ πρὸς Τουκταΐν τοῦ βασιλέως. 28. περὶ τοῦ ῥαγδαίου ὑετοῦ καὶ τῶν τότε συμπεσόντων. 29. περὶ τοῦ θανάτου τοῦ Λαζῶν Ἰωάννου, καὶ τοῦ θανάτου τοῦ Βέκκου. 30. περὶ τοῦ κράλη Σερβίας καὶ τοῦ Κοταϊτζη. 31. περὶ τοῦ πρὸς κράλην Σερβίας ἐπὶ τῇ θυγατρὶ κήδους τοῦ βασιλέως. 32. περὶ τῆς ὀνομασίας τῆς δεσποσύνου, πῶς Σιμωνὶς ἐκλήθη. 33. περὶ τοῦ μεγίστου χειμῶνος.

coniugem. 5. *de affinitate ab imperatore filii Michaëlis nuptiis contracta, deque missis ad tractandum id negotium legatis.* 6. *nuptiae imperatoris Michaëlis.* 7. *ut rursus imperator tentaverit reducere ad concordiam schismate discissos, et ut quiete pacem colerent petierit.* 8. *de debilitatione reipublicae e dudum invalescentibus corruptelis necessario secuta.* 9. *de Philanthropeno et eius rebellione.* 10. *de protovestiarita Libadario, ut is Philanthropenum in suam potestatem redegerit.* 11. *ut deditus Philanthropenus fuerit.* 12. *quomodo et quando imperator audierit de rebellione.* 13. *de faustis nuntiis et imperatoris ad deiparam gratiarum actione.* 14. *de Persis qui cum Philanthropeno fuerant.* 15. *de seditione Genuenses inter et Venetos coorta, deque terrae motu.* 16. *de supplicatione et imperatoris concione.* 17. *de constitutione aurea bulla firmata circa iudices et iudicia.* 18. *de irruptione Venetorum in Genuenses urbis inquilinos.* 19. *ut imperator accito ad se duce classis Venetae legationem Venetias miserit.* 20. *de incursione Genuensium in Venetos qui erant in urbe.* 21. *de legatione ad Venetos ob hoc missa.* 22. *de iacto tomo in quo scriptae erant accusationes quaedam; et ut de iis se purgarit imperator.* 23. *de mota in Philadelphiensem criminatione.* 24. *de chartis in occulto reconditis, et ut eae sint inventae.* 25. *de Tarchaniota Ioanne, ut in Orientem dux exercitus missus fuerit.* 26. *de Tocharis septentrionalibus et Sphentisthlabo.* 27. *de affinitate cum Tuctaine ab imperatore contracta.* 28. *de imbre vehementi et iis quae tunc contigerunt.* 29. *de morte principis Lazorum, deque obitu Vecci.* 30. *de crale Serbiae et Cotanitza.* 31. *ut imperator crali Serbiae propriam filiam desponderit.* 32. *de nomenclatione imperatoriae virginis, cur fuerit* Simonis *appellata.* 33. *de maxima hieme.*

ΤΗΣ ΤΕΤΑΡΤΗΣ. 1. ἐξέλευσις τοῦ βασιλέως ἐπὶ Θεσσαλονίκης. 2. περὶ τῆς εἰς Σηλυβρίαν τοῦ πατριάρχου ἀφίξεως. 3. ὅπως ἐν Θεσσαλονίκῃ διατρίβων ἐνήργει ὁ βασιλεύς. 4. περὶ τῶν ἀντιδοθέντων ὁμήρων διὰ τὸ κῆδος. 5. ὅπως ὑπεδέξατο βασιλεὺς τὸν κράλην Σερβίας. 6. περὶ τῆς τῶν Βενετικῶν περὶ τὴν Θεσσαλονίκην προσβείας. 7. περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἐπὶ τοῦ κανικλείου. 8. περὶ τῆς ὑποστροφῆς τοῦ βασιλέως, καὶ ὅπως εἰσήγετο. 9. ὅπως ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ πατριαρχεῖον παραγίνεται καὶ πείθει ἀνιέναι. 10. περὶ τῶν κατὰ τὸν Ἔφεσον Ἰωάννην. 11. περὶ τῶν κατὰ τοῦ πατριάρχου κατηγοριῶν τῶν ἀρχιερέων. 12. ὅπως πρὸς βασιλέα ὁ πατριάρχης ἀκήντα καὶ μὴ κληθείς. 13. ὅπως Μιχαὴλ ὁ δεσπότης τὴν τοῦ Τερτερῆ θυγατέρα εἰς γάμον ἠγάγετο. 14. περὶ τοῦ φαινομένου κατ' οὐρανὸν ἑσπέρας κομήτου. 15. περὶ τῆς ἐκλείψεως τῆς σελήνης δι' ὅλου. 16. περὶ τῶν προσχωρησάντων τῷ βασιλεῖ Ἀλανῶν. 17. περὶ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ καὶ τῆς αὐτοῦ ἐπ' ἀνατολῆς ἐξελεύσεως. 18. ὅπως ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἀπέτυχε θήρας πολεμικῆς. 19. ὅπως οἱ Ἀλανοὶ κατηνάγκαζον τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ἀνεθῆναι τοῦ πολέμου. 20. ἀναχώρησις τοῦ βασιλέως ἀπὸ Μαγνησίας. 21. ἀπανάστασις τῶν κατὰ ἀνατολὴν χωρῶν. 22. ἀναχώρησις Ἀλανῶν ἐκ βασιλείας, καὶ τὰ κατὰ τὸν μέγαν δομέστικον Ῥαοὺλ. 23. περὶ τῶν προσβαλουσῶν τῇ πόλει Βενετικῶν νεῶν. 24. περὶ τῶν κατὰ τὴν νῆσον Πρηγκίπων τελεσθέντων τοῖς πειραταῖς. 25. ἥττα τοῦ ἑταιριάρχου Μουζάλωνος κατὰ Νικομήδειαν. 26. καταφυγὴ τῶν ἔξω πανοικὶ πρὸς τὴν πόλιν. 27. περὶ τῆς τῶν ἀρχιερέων ἐνοχλήσεως καὶ τοῦ Σηλυβρίας. 28. ὑβριοπάθησις πατριάρχου διὰ τὴν συνοφαντίαν καὶ ἀναχώρησις. 29. καθαίρεσις τοῦ πατριάρχου Ἰωάννου. 30. περὶ τῶν κατὰ τὸν Κουξίμπαξιν Τόχαρον. 31. συνοδικαὶ σκέψεις περὶ τῆς τοῦ πατριάρχου καθαιρέσεως. 32. περὶ τῆς πρὸς Ἰωάννην τοῦ Ἀλεξανδρείας ἀφίξεως καὶ τῆς ἀπελογίας ἐκείνου. 33. περὶ τῆς δοκιμασίας τῶν Ἀρσενιατῶν.

QUARTI. 1. *profectio imperatoris Thessalonicam.* 2. *de patriarchae adventu Selybriam.* 3. *quid Thessalonicae commorans egerit imperator.* 4. *de obsidibus invicem datis ad securitatem tractatus de affinitate.* 5. *ut exceperit imperator cralem Serbiae.* 6. *de legatione Venetorum ad imperatorem Thessalonicae commorantem.* 7. *de filia praefecti camicleo.* 8. *de reditu imperatoris et festo Constantinopolim ingressu.* 9. *ut imperator ad aedes patriarchae se contulerit, suaseritque ei se reddere functionibus suae potestatis.* 10. *de causa Ephesii Ioannis.* 11. *de accusationibus patriarchae impactis ab episcopis.* 12. *ut imperatorem patriarcha non vocatus adierit.* 13. *ut Michael despota Terteris filiam uxorem duxerit.* 14. *de apparente in coelo ab occasu cometa.* 15. *de lunae defectione.* 16. *de Alanis transeuntibus in partes imperatoris.* 17. *de imperatore Michaële, et eius expeditione in Orientales tractus.* 18. *ut imperator Michaël rei contra hostes bene gerendae occasionem amiserit.* 19. *ut Alani coëgerint Michaëlem imperatorem dare ipsis missionem a militia.* 20. *recessus imperatoris a Magnesia.* 21. *desolatio regionum Orientalium.* 22. *recessus Alanorum e ditione imperatoris, et de actis ea occasione magni domestici Raülis.* 23. *de appulsis ad urbem Venetis navibus.* 24. *de iis quae piratae in insula Principum egerunt.* 25. *clades hetaeriarchae Muzalonis prope Nicomediam.* 26. *concursatio rure degentium cum suis omnibus in urbem confugii causa.* 27. *de novis inter episcopos turbis et dicto Selybriensis.* 28. *indignatio patriarchae propter calumniam, et secessus eiusdem.* 29. *abdicatio patriarchae Ioannis.* 30. *de rebus Cuximpaxis Tocharl.* 31. *synodicae deliberationes circa patriarchae abdicationem.* 32. *de Alexandrini ad Ioannem accessu et huius responso.* 33. *de exploratione Arseniatarum.*

34. περὶ τοῦ διαμηνύματος καὶ τοῦ λόγου τῆς συμβουλῆς τοῦ Ἀθανασίου. 35. περὶ τῆς τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν συνάξεως καὶ τῆς τοῦ βασιλέως ἐρωτήσεως. 36. περὶ τῆς δημηγορίας τοῦ βασιλέως καὶ τῆς πρὸς τὸν Ἀθανάσιον ἀφίξεως.

ΤΗΣ ΠΕΜΠΤΗΣ. 1. ὅπως ὁ βασιλεὺς ἅμ' ἀρχιερεῦσι καὶ λαῷ ἀπῆλθεν εἰς Ἀθανάσιον. 2. περὶ τοῦ τῶν ἀρχιερέων ἐπὶ τῷ Ἀθανασίῳ σχίσματος. 3. περὶ τῆς εἰς τὸν Ἰωάννην τοῦ βασιλέως ἀφίξεως καὶ τοῦ ἐκφωνηθέντος ἀφορισμοῦ. 4. περὶ τοῦ θανάτου τῆς δεσποίνης Θεοδώρας. 5. τὰ περὶ τῆς ἐξελεύσεως τῆς δεσποίνης Εἰρήνης καὶ τῶν γάμων τῶν παίδων αὐτῆς. 6. συσκέψεις περὶ τοῦ ἐκφωνηθέντος παρ' Ἰωάννου ἀφορισμοῦ. 7. περὶ τῆς τῶν ἀρχιερέων ἐν τῷ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ναῷ συνάξεως διὰ ταῦτα. 8. περὶ τοῦ Μελιτᾶ. 9. περὶ τῆς τῶν ὅλων διαφθορᾶς καὶ ἐπαναστάσεως. 10. περὶ τῆς τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ εἰς Κύζικον, εἶτα εἰς Πηγὰς ἀναχωρήσεως. 11. περὶ τῶν γεγονότων σεισμῶν ἐν τῷ διὰ Ῥόδου κλίματι. 12. περὶ τῶν ἐκ προσκλήσεως ἐλθόντων Λατίνων, καὶ ὁποῖα ἔδρασαν. 13. περὶ Μιχαὴλ τοῦ δεσπότου, ὅπως ὑποπτευθεὶς ἐπεσχέθη. 14. μάχη Κατελάνων καὶ Γενουϊτῶν, καὶ φόνος τοῦ μεγάλου δρουγγαρίου. 15. περὶ τοῦ κατὰ τὴν Μαγνησίαν τερατικοῦ θαύματος. 16. περὶ τοῦ κατὰ τὰς Σάρδεις τῶν ἡμετέρων ἐκ περινοίας ἀνδραγαθήματος. 17. περὶ τῆς τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ εἰς τὴν πόλιν ἐπανελεύσεως. 18. περὶ τῆς καταδρομῆς κατὰ τὸν Αἷμον τοῦ Σφεντισθλάβου. 19. περὶ τῆς καταδίκης τοῦ δεσπότου Μιχαὴλ τοῦ Ἀγγέλου. 20. περὶ τῆς εἰρήνης τῶν ἀποσχισθέντων ἀρχιερέων διὰ τὸν Ἀθανάσιον. 21. περὶ τῶν καταλαβόντων τὴν περαίαν δεινῶν, καὶ ἔτι τῶν ὀκηδήκοτε, ἐξαγγελία. 22. θάνατος τοῦ πορφυρογεννήτου. 23. περὶ τοῦ μεγάλου καὶ ἔτι δουκός. 24. περὶ τοῦ Ἀτταλειώτου καὶ τῶν Μαγνησιωτῶν καὶ τοῦ δούκα Νοστόγγου. 25. περὶ τῶν κατὰ τὴν Τρίπολιν τὴν κατὰ Μαιανδρον συμβάντων. 26. περὶ τοῦ μεγάλου καὶ ἔτι δουκὸς καὶ τῶν περὶ τὸν Ἀτταλειώτην. 27. περὶ τοῦ Ἰωάννου τοῦ

34. *de indicio imperatori facto praedictionis et consilii Athanasii.* 35. *de conventu sacrorum virorum coacto et imperatoris interrogatione.* 36. *de concione imperatoris et profectione ad Athanasium.*

QUINTI. 1. *ut imperator cum episcopis et populo adierit Athanasium.* 2. *de schismate episcoporum ob Athanasium.* 3. *de imperatoris accessu ad Ioannem, et ei ab hoc pronuntiata excommunicatione.* 4. *de morte dominae Theodorae.* 5. *de profectione ex urbe dominae Irenes et nuptiis filiorum eius.* 6. *deliberationes circa pronuntiatam a Ioanne excommunicationem.* 7. *de episcoporum in sanctorum apostolorum templo conventu super his.* 8. *de Melita.* 9. *ut tractus Orientales pessumdati omnes subversique funditus fuerint.* 10. *de imperatoris Michaëlis primum Cyzicum, inde Pegas recessu.* 11. *de terrae motibus qui contigerunt in climate Rhodio.* 12. *de Latinis qui vocati advenerunt; et qualia egerint.* 13. *de Michaële despota, ut suspectus redditus sit comprehensus.* 14. *pugna Catelanorum et Genuensium, et caedes magni drungarii.* 15. *de miro apud Magnesiam prodigio.* 16. *de re bene per solertiam a nostris apud Sardes gesta.* 17. *de imperatoris Michaëlis in urbem reditu.* 18. *de incursione Sphentisthlabi in subiectas Haemo regiones.* 19. *de condemnatione despotae Michaëlis Angeli.* 20. *de pace abscissorum antistitum ob Athanasium.* 21. *rursus de malis ulteriorem continentem inundantibus, et allatis undecumque tristibus nuntiis.* 22. *mors Porphyrogeniti.* 23. *adhuc de magno duce.* 24. *de Attaleota et de Magnesiensibus, deque duce Nostongo.* 25. *de iis quae Tripoli ad Maeandrum acciderunt.* 26. *adhuc de magno duce et de Attaleota.* 27. *de Ioanne*

Χωροβοσκοῦ τοῦ καὶ Ματζουκάτου λεγομένου. 28. *ἐκστρατεία τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ εἰς τὰ περὶ δύσιν.* 29. *ἀνδραγαθία κατὰ Γενουϊτῶν τοῦ τῶν Λαζῶν ἄρχοντος Ἀλεξίου.* 30. *τὰ κατὰ τὴν Ἄννην τὴν κατὰ δύσιν βασίλισσαν.* 31. *ἀκόδρασις Ἀλανῶν ἐκ τοῦ μεγάλου δουκός, καὶ ἀνδραγαθία περὶ τὰς Πηγάς.* 32. *τεράστιον τελεσθὲν παρὰ τῆς ἁγίας ἰσαποστόλου Θεοδοσίας.*

ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ. πρόλογος. 1. *περὶ τοῦ τῶν ἀνατολικῶν Τοχάρων Κάνι τοῦ Καζάνη.* 2. *δημηγορία τοῦ βασιλέως πρὸς τοὺς σχιζομένους, καὶ ἀπολογία ἐκείνων.* 3. *διαπεραίωσις τοῦ μεγάλου δουκὸς σὺν τοῖς Κατελάνοις πρὸς δύσιν.* 4. *περὶ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Μπουριγερίου Τέντζα Κατελάνου καὶ τῶν κατ' αὐτόν.* 5. *δημηγορία πρὸς Κατελάνους τοῦ βασιλέως.* 6. *προσαγγελία πρὸς βασιλέα κατὰ Κατελάνων τῶν Γενουϊτῶν.* 7. *ἄφιξις πρὸς βασιλέα τοῦ μεγάλου δουκὸς καὶ ὑπὲρ τοῦ Μπουριγερίου ἀξίωσις.* 8. *αἰτία τῆς τοῦ σιτοκρίθου συναγωγῆς ἀπὸ δύσεως.* 9. *ἑτοιμασία τῶν κατ' αὐτοὺς Γενουϊτῶν κατὰ τὴν περαίαν.* 10. *περὶ τοῦ πειρατοῦ Ἀνδρίου καὶ τῆς αὐτοῦ παραδοχῆς.* 11. *μετάκλησις παρὰ βασιλέως Μπουριγερίου Τέντζα.* 12. *ὅροι τοῦ Μπουριγερίου Τέντζα καὶ ἀξιώματα.* 13. *ἀταοθαλία κατὰ δύσιν τῶν Κατελάνων.* 14. *πρεσβεία τῶν Κατελάνων πρὸς βασιλέα, καὶ ἀπολογία τοῦ βασιλέως.* 15. *ἀκόδρασις τοῦ μεγάλου δουκὸς Μπουριγερίου Τέντζα.* 16. *ἀποστολὴ τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν ἀπὸ μεγάλων δουκῶν, καὶ ἐπαγγελίαι τοῦ Καισαρικοῦ ἀξιώματος.* 17. *ὅροι τοῦ βασιλέως πρὸς τὸν ἂν Καίσαρα καθίστα καὶ ἀποστολαί.* 18. *δημηγορία πρὸς τοὺς συνηλεγμένους τοῦ Ἰταλοῦ Ῥουντζέρη καὶ Καίσαρος μετ' ὀλίγον.* 19. *πρεσβεία καὶ ἀνθυπακοὴ τῶν Κατελάνων πρὸς βασιλέα καὶ τοῦ αὐτῶν ἐξηγουμένου.* 20. *κατάστασις τοῦ πανυπερσεβαστικοῦ ἀξιώματος ἐπὶ τῷ υἱῷ τοῦ πορφυρογεννήτου.* 21. *περὶ τοῦ φαμούσου, καὶ τοῦ τελεσθέντος εἰς τὸν Ἀρμένιον.*

Choeroboseo, qui et Matzucatus est dictus. 28. *expeditio imperatoris Michaëlis in partes occiduas.* 29. *pugna prospera principis Lazorum Alexii contra Genuenses.* 30. *de rebus Annae reginae in occiduis tractibus degentis.* 31. *fuga Alanorum e castris magni ducis, eorundemque successus bellicus ad Pegas.* 32. *prodigium patratum a sancta martyre Theodosia.*

SEXTI. prologus. 1. *de Orientalium Tocharorum Kani Cazane.* 2. *oratio imperatoris ad schismate discissos, et horum ad illam responsio.* 3. *traiectio magni ducis cum Catelanis in occiduam continentem.* 4. *de adventu Mpyrigerii Tentzae Catelani, et de huius rebus.* 5. *oratio imperatoris ad Catelanos.* 6. *indicium imperatori delatum a Genuensibus adversum Catelanos.* 7. *accessus ad imperatorem ducis magni et pro Mpyrigerio petitio.* 8. *occasio et ratio tributi quod tritichordeum est dictum.* 9. *Genuensium apud Peraeam habitantium apparatus ad bellum per se, sine imperatoris cooperatione, sustinendum.* 10. *de pirata Andrea et eius exceptione.* 11. *imperator Mpyrigerium Tentzam accersit.* 12. *iuramenta Mpyrigerii Tentzae et dignitates.* 13. *flagitia Catelanorum in occiduo tractu.* 14. *legatio Catelanorum ad imperatorem, et huius ad illos responsum.* 15. *magni ducis Mpyrigerii Tentzae recessus ex urbe insalutato Augusto.* 16. *legatio imperatoris ad Rontzerium qui magnus dux fuerat, et oblatio Caesareae dignitatis.* 17. *iuramenta imperatoris quibus se obstrinxit ei quem Caesarem constituit, et legatio ad eundem.* 18. *oratio Itali Rontzerii, qui paulo post Caesar fuit, ad suos congregatos.* 19. *legatio altera Catelanorum et ducis ipsorum ad imperatorem.* 20. *filius Porphyrogeniti in panypersebasti dignitate constitutus.* 21. *de libello famoso, deque eo quod mire accidit Armeno; superque illo*

καὶ δημηγορία τοῦ βασιλέως. 22. ἀνάρρησις τοῦ Καίσαρος Ἰταλοῦ. 23. ὅπως ἀπῆλθε πρὸς βασιλέα Μιχαὴλ ὁ Καῖσαρ, καὶ τὰ κατ' ἐκεῖνον. 24. φόνος τοῦ Ἰταλοῦ Καίσαρος. 25. ὅτι Κατελάνοι ὑποκινισθέντες τὰ κατὰ δύσιν ἠρήμουν. 26. περὶ τῶν διὰ τὸν ἀμηραλῆν πραχθέντων. 27. περὶ τῶν ἐκ Γεννούας φανεισῶν ις' μακρῶν νηῶν. 28. περὶ τῶν διὰ τοὺς φρερίους τοὺς κατὰ τὴν πόλιν συμβάντων. 29. ὅπως Ἀμογάβαροί τε καὶ Κατελάνοι κατεπολεμήθησαν. 30. ὅπως ἐσφάλησαν κατὰ πόλεμον οἱ Ῥωμαῖοι. 31. δημηγορία τοῦ βασιλέως περὶ τῆς τοῦ λαοῦ ἀταξίας καὶ περὶ ὅρκων. 32. περὶ τῆς τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ μάχης πρὸς Ἀμογαβάρους. 33. περὶ τῶν ἐν τῇ Ἀδριανουπόλει ἐγκεκλεισμένων Ἀμογαβάρων. 34. περὶ τοῦ Ἀνδρέου Μουρίσκου καὶ τῶν ἐκείνῳ πεπραγμένων. 35. περὶ τῶν μετὰ τῆς Σμιλτζαίνης συνοικεσίων.

ΤΗΣ ΕΒΔΟΜΗΣ. 1. μεταχείρισις εἰρηνικὴ τοῦ βασιλέως πρὸς Ἀμογαβάρους. 2. δημηγορία πεμφθεῖσα Κατελάνοις πρὸς βασιλέως. 3. πῶς οἱ Πέρσαι ἀντιπερᾶν εἰς ἀνατολὴν ἐκωλύθησαν. 4. ἀποστασία τῶν Ἀλανῶν καὶ τῶν Τουρκοπούλων. 5. περὶ τοῦ ῥιφέντος φαμούσου τόμου. 6. περὶ τῆς Μαδύτου, ὡς ἐάλω Ἀμογαβάροις. 7. ἀπαγωγὴ Μπυριγερίου πρὸς Γέννουαν. 8. τὰ περὶ τοῦ πατριάρχου Ἀλεξανδρείας. 9. τὰ συμπεσόντα δεινὰ Κουβουκλείοις. 10. περὶ τοῦ γεγονότος ἐμπρησμοῦ κατὰ τὴν πόλιν. 11. περὶ τοῦ Ἀνδρέου Μουρίσκου. 12. περὶ τοῦ Ῥομοφόρτου Λατίνου. 13. ἅλωσις Θυραίων καὶ τῆς Ἐφέσου. 14. ἀποστολὴ βασιλέως πρὸς Γέννουαν ὑπὲρ συμμαχίας. 15. περὶ τοῦ Μελὴκ Ἰσαάκ. 16. περὶ τοῦ πάπα Ἀλεξανδρείας. 17. περὶ τοῦ μοναχοῦ Παφλώνος. 18. περὶ τῶν ἐκ Γεννούας ἀναχθεισῶν νηῶν. 19. ἐκστρατεία Ἀμογαβάρων κατ' Ἀλανῶν. 20. καταγωγὴ καὶ αὖθις τῶν ἐς Λάζους ἀναχθεισῶν νηῶν. 21. ὡς ἐάλωσαν τὰ κατὰ τὸν Γάνον. 22. τὰ κατὰ τὸν Μελὴκ καὶ πάλιν Ἰσαάκ. 23. τὰ περὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας τάξιν συν-

concio imperatoris. 22. acclamatio Caesaris Itali. 23. ut adierit Michaëlem Augustum Caesar, et quid eo congressu inter eos actum. 24. caedes Itali Caesaris. 25. ut irritati Catelani tractus occiduos deseruerint. 26. de actis per et propter Ameralem. 27. de apparentibus e Genua sexdecim longis navibus. 28. de iis quae geri paulo ante contigit circa frerios in urbe. 29. ut Amogabari et Catelani praelio victi sint. 30. ut successu infelici Romani pugnaverint. 31. concio imperatoris de populi sese inordinate commovendis immodestia; deque fide in principes novo civium iureiurando firmata. 32. de pugna Michaëlis Augusti cum Amogabaris. 33. de conclusis Adrianopoli Amogabaris. 34. de Andrea Murisco et ab eo actis. 35. de connubiis cum Smiltzaena tractatis.

SEPTIMI. 1. tractatio de pace imperatoris cum Amogabaris. 2. oratio ad Catelanos ab imperatore missa. 3. ut Persae transfretare rursus in orientem prohibiti fuerint. 4. defectio Alanorum et Turcopulorum. 5. de libello famoso clam iacto. 6. de Madyto, ut capta fuerit ab Amogabaris. 7. de Mpyrigerio ut Genuam sit abductus. 8. de patriarcha Alexandriae. 9. quae mala acciderint arci dictae Cubuclea. 10. de incendio quod in urbe contigit. 11. de Andrea Murisco. 12. de Romoforto Latino. 13. Thyraeorum et Ephesi expugnatio. 14. legatio imperatoris missa Genuam ad armorum sociectatem statuendam. 15. de Meleco Isaacio. 16. de papa Alexandriae. 17. de monacho Hilarione. 18. de navibus e Genua appulsis. 19. expeditio Amogabarorum in Alanos. 20. secundus appulsus in urbem reducum e Lazis Genuensium navium. 21. ut quae ad Ganum sunt, capta fuerint. 22. rursus de Isaacio Meleco. 23. quae circa ordinem ecclesiae contigerunt. 24. de magno

βάντα. 24. τὰ περὶ τοῦ μεγάλου πριμικηρίου τοῦ Κασσιανοῦ. 25. περὶ τῆς τῶν Ἰβήρων συμμαχίας, καὶ ὅπως αὐτῆς ἀπετύγχανον. 26. πῶς οἱ ἐχθροί τινα τῶν ἄνω τὸν Γάϊνον φρουρίων παρεστήσαντο. 27. πρεσβεία Γενουϊτῶν ἅμα καὶ βασιλέως πρὸς Ἀμογαβάρους. 28. τὰ κατὰ τὴν Βιζύην πραχθέντα. 29. ἔτι τὰ κατὰ τὸν Ἰσαὰκ Μελὴκ καὶ τοὺς Τούρκους. 30. περὶ τοῦ Φαρέντα Τζιμῆ. 31. τὰ κατὰ τὴν Ῥόδον συμβάντα. 32. περὶ τῆς ἐπαναστάσεως τῶν Ἀμογαβάρων. 33. ἄλωσις τῆς Τρικοκκίας παρὰ Περσῶν. 34. περὶ τῶν ἑπτὰ νεῶν τῶν μετὰ Γίδου Ἀμογαβάρους ἐπισταθῶν. 35. τὸ πρὸς τὸν πατριαρχοῦντα ἀποσταλὲν γράμμα παρὰ τῶν ἀρχόντων τῆς ἐκκλησίας. 36. πῶς διῆλθον Ἀμογάβαροι καὶ ὁ τῶν Τούρκοις, καὶ πρὸς Κασάνδρειαν κατήντησαν.

principio Cassiano. 25. de societate cum Iberis ab imperatore tentata, et quomodo ea exciderit. 26. ut hostes quasdam ex arcibus ad montem Gaium sitis subegerint. 27. legatio Genuensium simul et imperatoris ad Amogabaros. 28. de gestis ad Bizyam. 29. adhuc de Isaacio Meleco et Turcis. 30. de Pharenda Tzime. 31. quae Rhodi contigerint. 32. de discessu Amogabarorum. 33. expugnatio Tricocciae a Persis. 34. de navibus septem cum Gida ad Amogabaros appulsis. 35. epistola missa ad patriarcham a primoribus ecclesiae. 36. ut digressi sint Amogabari cum Turcis, et ad Cassandream in se mutuo concurrerint.

A.

Οὕτω μὲν τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ μεταλλάξαντος ὁ ἐξ ἐκείνου P 4
Ἀνδρόνικος αὐτόθεν τὸ κράτος ἔχων, τεταινιωμένος εἰς βασιλέα, ἐπειλῆφθαι καὶ μόνος τῶν πραγμάτων κατηναγκάζετο, καὶ μᾶλλον ὅτι τὸ Τοχαρικὸν ἐπιστὰν ἕτοιμον ἦν κατὰ τὰς προφθάσας ὁμολογίας ὁρμᾶν ὅπῃ ἄρα καὶ κελευσθείη πρὸς βασιλέως. μηδὲ γὰρ εἶναι κενοὺς ὑποστρέφειν, αἱμοχαρεῖς γε ὄντας καὶ μόνον ὁρῶντας πρὸς τὸ κερδαίνειν, ὁπόθεν δὲ καὶ τίσι, μηδ' ἐπαΐειν ἔχοντας, ὡς κινδυνεύειν, εἰ μή γε σκύλων ἐξ ἀλλοδαπῆς ἐπιβάλ- B

I.

Defuncto in hunc modum imperatore Michaële filius eius Andronicus, iam ante coronatus in Augustum et patri consors imperii, capessere solus habenas reipublicae coactus est, urgente ad id maxime cura Tocharicarum copiarum, quae evocatae e patria priori tractatu praesto aderant, paratae ad imperatoris nutum. non enim iam eo progressi persuaderi facile poterant ut domum vacui redirent. sanguinaria quippe gens et lucrum ac quaestum unice spectans, unde aut e quibus praedas ageret, nihil pensi habebat, neque vel primam mentionem audire sustineret sanae admonitionis, si quis eis ut cupiditatem iustitiae subiungerent suadere conaretur; ut periculum esset, nisi occasio eis spoliorum ex terra quadam

λοιντο, ἐπὶ Ῥωμαίους ὁρμᾶν καί γ' ἑτοίμους κειμένους εἰς προνομὴν ἀπάγειν τε καὶ σκυλεύειν τὸν σφῶν τρόπον καὶ νόμον, μηδὲν μηδενὸς φροντίζοντας. τῷ τοι καὶ νέος ὢν ὁ ὑπολειφθείς, ἔτη γεγονὼς τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι τηνικάδε, πρὸς τοιοῦτον ὄγκον ἀρχῆς κατωρρώδει. ηὔξε δὲ τὴν ὀρρωδίαν καὶ ἡ τῶν πραγμάτων σύγχυσις, καὶ ὅτι πολλοῖς ἐπεισφρῆσαν τὸ τῆς ἐκκλησίας σκάνδαλον ἀποστατεῖν ἐποίει τὰς γνώμας τοῦ βασιλεύοντος, εἰ καὶ τοῖς σώμασι τέως ὑποτετάχατο. τὰ μὲν οὖν παρὰ πόδας καὶ
C λίαν ἐξεθεράπευε, πλείστοις μὲν καὶ ἄλλοις συμβούλοις χρώμενος, μάλιστα δὲ καὶ διαφερόντως τῷ Μουζάλωνι Θεοδώρῳ, ὃν ὁ πατὴρ εἰς μέγαν λογοθέτην τοῦ Ἀκροπολίτου ἀποθανόντος ἐτίμα. καὶ δὴ ἐκ μεγάλου παπίου εἶτα δὲ καὶ πιγκέρνου εἰς μέγαν κονοσταῦλον τὸν Ταρχανειώτην τιμήσας Γλαβᾶν τοῖς Τοχάροις ἐφίστησιν, οὐκ ὀλίγου καὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ περὶ τὸν δεσπότην Μιχαὴλ ὄντος, ἐφ' ᾧπερ σφᾶς ὁρμῆσαι ἔξω που τῆς τῶν Ῥω- μαίων εἰς Τριβαλλῶν, οὐ χρείᾳ τέως πολέμου, ἀλλὰ κέρδους
D τῶν κεκλημένων καὶ σκύλων καὶ λημμάτων ἕνεκα, ὡς μὴ κενὴν σφίσι γενέσθαι τὴν ἐκστρατείαν, καὶ μᾶλλον παρακεκλημένοις πρὸς βασιλέως, ἐξ ὧν καὶ καταδραμοῦνται μισθοφορήσουσιν. ὁ δ' οὖν βασιλεὺς τὰ εἰκότα ἐκείνους καὶ λόγοις καὶ δώροις φιλοφρονησάμενος συνάμα τοῖς ἀμφὶ τὸν δεσπότην καὶ τὸν μέγαν κο-

extera rapiendorum offerretur, ne ipsi ea sibi Romana regione, inermi tum et ad omnem iniuriam exposita, agenda ferendaque magno publico damno conficerent, quippe homines innutriti latrociniis et nullam umquam iuris et aequi soliti habere rationem. tali vice rerum ac periculi publici, destitutus parentis obitu iuvenis imperator, annos natus quatuor supra viginti, merito ad tantam impendentem rerum molem exhorrescebat. augebantque horrorem domesticae turbae reipublicae, e religionis scandalo natae; unde contigerat imperatorem ab ecclesiae auctoritate iam animo deficere, utcumque corpore ac specie adhuc in subiectione perstaret. ac negotio quidem tum maxime urgenti Tocharici terroris abunde providit Andronicus, prudenti usus consilio cum multorum aliorum, tum potissimum Muzalonis Theodori, quem pater in magni logothetae dignitatem loco Acropolitae mortui promoverat. ex huius igitur sententia cum Tarchaniotem Glabam ex magno papia et postea pincerna magnum conostaulum declarasset, ducem praeficit Tocharis, Romanas copias non paucas circa se habente Michaële despota, ut eos ex Romanorum terris in Triballos duceret, non quod magna tunc necessitas Triballici belli esset, sed ut obiicerentur unde avaritiam explerent mercenariis accitu imperatoris ea spe profectis, qui non facile inducerentur ad revertendum vacuis manibus. quare illis praedarum opimarum, spoliorum rapinarumque seges erat alicubi quaerenda, in quam famelicorum, ex amicis, si hostes deessent, paratorum lucra congerere, impetus averteretur. igitur imperator eos verbis et donis delinitos cum despota magnoque conostaulo ac sequentibus unumquemque

νοστασῖλον ἀπέπεμπεν, ἅμα μὲν προσβαλοῦντας ἅμα δὲ καὶ κερδανοῦντας ἑτέρωθεν. αὐτὰς δὲ διὰ ταχίων ἄρτι πρώτως μηνολογησάμενος πρόσταγμα τῷ πατριαρχοῦντι ἐπέστελλε, γράψας δὲ P 5
ἀπορρήτων καὶ τῷ μεγάλῳ τζαουσίῳ τῷ Παπύλᾳ, ἐκείνῳ μὲν τὰ εἰς φυλακὴν ἀσφαλεστάτην τῆς πόλεως προτρεπόμενος, τῷ δέ γε πατριάρχῃ τὸν τοῦ βασιλέως θηλοποιούμενος θάνατον, καὶ ὡς αὐτὸς ἐπιστήσεται κατὰ πόδας· μηδὲ γὰρ ἂν ἄλλως εἶναι γνῶναι τὴν Αὐγοῦσταν περὶ τῶν συμβάντων πρὶν ἂν αὐτὸς ἐπιστῇ κατὰ παραμυθίαν ὡς δῆθεν τὴν πρέπουσαν. ὁ γοῦν πατριάρχης ἔτυχε μὲν καὶ πρὸ τοῦ τὸ δρᾶμα μαθεῖν, καὶ θρήνοις ὡς εἰκὸς τὸν τοῦ βασιλέως ἀφωσιώσατο θάνατον, μὴ γνωσθὲν ὅλως τοῖς περὶ B
ἐκεῖνον ἐφ' ᾧ καὶ θρηνοίη. τότε δὲ δεξάμενος τὸ τοῦ βασιλέως πρόσταγμα παρὰ τοῦ Παπύλου, καὶ ὡς εἰκὸς ἐποικτισάμενος, ἐκείνῳ μὲν τὰ εἰκότα κοινολογησάμενος ἀποπέμπει, τῷ δέ γε συγγραφεῖ παρέχει τὸ πρόσταγμα, ἐρωτῶν εἰ αὐτὸς ἔχοι γνῶναι διαστοχασάμενος οὗ τινὸς ἂν εἴη τὸ μηνολόγημα· ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ καὶ παρῆκτο τοῖς τοῦ πατρὸς ὡς μὴ ῥᾳδίως διαγνῶναι ἔχειν καὶ τὸν εἰδήμονα, ἐκ μόνης δέ τινος ξυσμῆς βραχυτάτης ἐπὶ τῇ παραλλάξει κατανοούμενον ὑπονοεῖν ἐδίδου τὴν χεῖρα. καὶ γνω- C
ρίσασιν ἤδη τὸ σύμβαμα τότε καὶ δῆλος μὲν ἦν πατριάρχης ἀλύων, δῆλος δὲ καὶ παραμυθούμενος, τὰ μεγάλα παρὰ βασι-

herum copiis eo quo diximus dimisit, sane volentes, ut in expeditionem ipsis quaestuosam. inde ipse conscriptas celeriter regias literas, et mensis tum primum ac temporis appositione consignatas, ad patriarcham misit, arcanis etiam mandatis commendata magno tzaüsio Papylae custodia urbis quam intentissima. patriarchae vero nuntiabat imperatoris mortem, ac mox se adfuturum confirmabat, ut iacturam communem ipse praesens indicaret Augustae, quam utique non oporteret tam acerbi casus indicio turbari priusquam ipse praesto esset qui ei consolationem adhibere convenientem posset. ac patriarchae quidem iam innotuerat quod evenerat. quare is sibi soli adhuc notam imperatoris mortem luctu magno et manifesto, sed cuius causa in obscuro esset, prosequebatur, cum regias a Papyla quas diximus literas accepit. quibus cum ea qua par erat doloris significatione lectis, quae tempus exigebat clam collocutus cum Papyla, ipsum dimisit. ac ipsi huius historiae scriptori forte praesenti traditis quas recens a iuvene Augusto acceperat literis, percontabatur ecquid assequi coniectura posset cuius esset ea subscriptio mensis annotatione firmata. adeo enim exacte referebat paternam manum, ut ne periti quidem facile discerneret. una quippe intererat vix observabilis differentia brevissimi puncti sub flexus apicum, ex qua intelligi manus utriusque discrimen posset; ad quod ii fere soli adverterent, qui cognita Michaëlis patris morte non alium huius scripturae suspicari auctorem quam filium Andronicum possent. tunc vero non se lugere solum patriarcha declaravit, sed et in laeta consolationem accipere, ex spe nimirum quam ex nota religione novi

λέως ἔχειν ἐλπίζων περὶ τῆς κατὰ τὴν ἐκκλησίαν ὡς εἰκὸς ἀνυψώσεως, αὐτοῦ γε νύττοντος. καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν ἀγάπη τοῦ βασιλέως, πολλή τις οὖσα καὶ θαυμαστή, ἐχέγγυον τῶν ἐλπιζομένων εἰς πίστιν ἦν. ὁ μὲν οἶν ἐν τούτοις ἦν.

D 2. Ὁ δέ γε βασιλεὺς μεθ' ἡμέρας καταλαβὼν τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐμφανὴς ἦν λογισμοὺς στρέφων καὶ μάλα διανοούμενος περὶ ὧν ἂν καὶ πράξοι, ἐφ' ᾧ τὸ τῆς ἐκκλησίας σχίσμα συνουλωθείη κατασταλέντος τοῦ ἀνοιδοῦντος. τὸ δ' ἦν οὐκ
P 6 ὀλίγης καὶ τῆς τυχούσης μελέτης, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναγκαίας, ὡς ἐῴκει, καὶ προὔργου παντός. ἔτυχε γὰρ καὶ ἡ αὐτοῦ θεία ἡ Εὐλογία βουλὰς εἰσάγουσα πιθανάς, καὶ τὰ πολλὰ κατεπείγουσα καὶ ἄλλως παρακεκινημένον ἐξ ἑαυτοῦ τὸν κρατοῦντα τὰ χθὲς καὶ πρὸ τρίτης ἀναλαμβάνειν καὶ τοῖς σχιζομένοις ἀπολογεῖσθαι, ὡς παρὰ γνώμην τῷ πατρὶ συμπράξοι καὶ ὡς καταγνοίη τῆς πράξεως, ὡς ὑπ' αὐτοῖς ὅλον γενέσθαι, κἂν τι δικαιοῖεν ἐκεῖνοι παθεῖν αὐτόν, ἑτοίμως ὑπέχειν τὰς δίκας ὡς ἁμαρτήσαντα. καὶ τῷ μὲν
B οὕτως ἐδόκει, ὑποποιουμένῳ τὰς γνώμας τῶν σχιζομένων, ὥσπερ ἂν εἰ ἀνερρωγότος βοθύνου ἐξαπιναίως πεσών ἐζήτει παρ' ἐκείνων ἀναλαμβάνεσθαι. αἱ γὰρ διὰ χρυσοβουλλείων λόγων πίστεις

8. τὸ] τό τε P. 9. τῆς ante τυχ. deerat.

principis concipiebat amplissimam evehendarum in maius ecclesiae rerum opera imperatoris, quem ad id non frustra stimulandum a se benevolentia insiguis quaedam Andronici in patriarcham signis iam ante non dubiis declarata suadebat, et quasi certo pignore firmabat securam eius rei fiduciam.

2. At imperator post paucos dies Constantinopolim appulsus acri cura pungebatur, cuius indicium extabat in vultu cogitabundo et sane solicito, anxie videlicet quaerens secum quid ageret quave ratione assequeretur ut schisma ecclesiae velut hians vulnus coalesceret, repressis noxiis humoribus quibus tumescens hactenus coire in cicatricem fuerat prohibitum. in ea momenti non vulgaris et necessitatis, ut apparebat, cui praeverti nil deberet deliberatione versanti Augusto supervenit eius amita Eulogia plausibile suggerens consilium, magnopereque urgens, quo etiam per se ultro ipse Andronicus propendebat, ut quaecumque nuper circa pacem ecclesiarum convenissent rescinderet irritaque redderet, profitens se invitum patris auctoritate ad ea probanda tractum nunc damnare infectumque velle quod perperam egisset, atque adeo ecclesiae proceribus qui contraria sentirent poenitentem se sublicere, exhibereque paratum ad poenas omnes subeundas quascumque in expiationem tanti criminis praescribere ipsi voluissent. In hanc ille sententiam concessit, statimque aggressus adversantium paci delinire infensas in se voluntates, allegavit eis assentabundus et supplex esse cur miseratione ipsis et venia dignandus videri posset suus lapsus, qui non tam volens aut sustinere sese valens cecidisset, quam subsidente deorsum absorptus in praeceps terra voragine quadam haustus esset. nam fidem papae datam diplomatibus aurea bulla munitis, quibus subscribere post patrem nequivisset ipse recusare, tum iuramenta istis ad-

καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς ὅρκοι, καὶ ὅσ' ἄττα ξυμβεβήκει τοῖς βασιλεύουσιν, αὐτῷ δηλονότι καὶ τῷ πατρί, εἰς τὴν τῆς τελεσθείσης εἰρήνης βεβαίωσιν, οὐκ ἀπεικὸς πρὸς βοθύνους ἔχειν καὶ φάραγγας παρ' αὐτῷ, οἷς ὀλίσθῃ γνώμης ἐμπεσεῖν ᾤετο. οἱ δέ γε πρὸς τοῦτο παρακινοῦντες (ἦ Εὐλογία οὗτοι καὶ ὁ Μουζάλων Θεόδωρος) ἐώκεσαν μὲν καὶ κινουμένοις εἰς ζῆλον διὰ τὰ πραχθέντα, καί γε ζητοῦντες τὴν τῆς ἐκκλησίας κατάστασιν κατεφαίνοντο, ἐδόκουν δὲ τοῖς πολλοῖς προκατειλημμένοι τὰς γνώμας καὶ κατὰ τοῦ ἀποιχομένου μηνίοντες οἷς ὅτι ἡ μὲν εἰς τὸ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἡφεύριον συνάμα παιδὶ τῇ τοῦ Ῥαοὺλ γυναικὶ ἐξωρίζετο, ἐπαύξοντος καὶ τοῦ κατὰ τὴν Μαρίαν συμβάντος τὸ ἔχθος, ἣν θυγατέρα ταύτης καὶ Βουλγάρων δέσποιναν ὁ λόγος προυδείκνυ, ὁ δὲ ζηλοῦν δόξας καὶ τὴν εἰς Ἰταλοὺς πρεσβείαν ἀποποιούμενος ἑνί γε καὶ μόνῳ εἰς τιμωρίαν ἀλλακτῇ τῷ αὐταδέλφῳ ἐχρήσατο Λέοντι τὰς ἐκφορὰς τῶν ῥάβδων δεχόμενος. συνάμα δ' ἄμφω τὰς αἰτίας πρὸς τὸν πατριαρχοῦντα ἀνάγοντες, δεινὸν κατ' ἐκείνου ὡς δόξαντος τὴν αἰτίαν εἰληφέναι τῆς ἐπ' ἐκείνους ἀγανακτήσεως.

3. Ὡς γοῦν ἡ τῶν Χριστοῦ γενεθλίων προσήλαυνεν ἑορτή, καὶ ἔδει μέν, ὡς εἴθιστο, προελθεῖν βασιλέα, ἔδει δὲ καὶ

18. deest verbum.

dita, caeteraque acta circa hoc negotium pacis ecclesiarum utrimque solemnitate tanta stipulatae, num minus ineluctabilem putarent habuisse ad se pertrahendum vim quam subito casu dehiscens solum ad quamvis molem, quae supra steterit, ruina tristissima sternendam? ignoscerent igitur pro communi humanitate, ac sublevandum venia censerent se, non tam infirmitate prolapsum propria quam aliena propulsione, cui resistere haud potuerit, delectum in foveam. ad hanc Andronicus profitendae praeteritorum poenitentiae humilitatem descendit auctoribus maxime Eulogia et Theodoro Muzalone; qui quamvis prae se ferebant incitari se ad ea suadenda zelo religionis et studio reponendae in statum optimum perturbatae, ut aiebant, his novitatibus ecclesiae, non fallebat tamen plerosque rerum transactarum memores et prudentes aestimatores actionum humanarum, indulgere in hoc utrumque horum irae odioque in mortuum Augustum propriis, cuius actis rescindendis et memoria foedanda ulcisci studebant, Eulogia quidem exilium quod eius iussu pertulerat, in arcem sancti Gregorii ab illo cum filia Raülis uxore relegata, praetereaque eiectionem Mariae alterius filiae e regno Bulgariae, Theodorus vero Muzalon atrox probrosumque supplicium fustuarii, quod sub oculis imperantis Michaëlis fratris Leonis manu pertulerat in poenam recusatae ad Italos legationis. Caeterum ambo in patriarcham haud dubie fremebant, eique iam non dissimulanter exitium minabantur, auctorem eum sibi ferentes malorum omnium quae ex odio in ipsos Augusti defuncti redundassent.

8. Igitur illuscescente anniversaria die Christi domini natali, cum illo festo de more oporteret prodire Augustum et mysticum sacrificium in

τὴν μυστικὴν ἐν ἀνακτόροις ἱερουργίαν τελεῖσθαι, καὶ ἡ μὲν προέλευσις κατὰ δεῖγμα λύπης, κάτω που τοῦ βασιλέως ἱσταμένου, οὐκ ἐγεγόνει, τὰ δὲ τῆς μυστικῆς ἱερουργίας ἠπράκτει, μή πως καὶ ὁ εἰς πατριάρχην ἔτι τελῶν μνημονεύοιτο. ὃ δὴ κἀκεῖνοι μὲν ἐπείλυον τέως αἰτίας πλαττόμενοι, δῆλοι δ' ἦσαν ἄλλοις
B τὰ μὴ ὄντα προφασιζόμενοι. ἡ γὰρ Εὐλογία νόμῳ μὲν συμπαθείας ἐθρήνει τὸν ἀποιχόμενον, τὸ δὲ πλέων θρηνεῖν προσεποιεῖτο τὴν τοῦ ἀδελφοῦ διὰ τὸ χθὲς γεγονὸς ἐξαπώλειαν, καὶ τὴν Αὐγοῦσταν θρηνοῦσαν τὸν σύζυγον ἐν οὐ καλαῖς περὶ ἐκεῖνον ἐλπίσιν ἐποίει, ὡς οὐδὲν ἐντεῦθεν τοῦ ὑπὲρ ἐκείνου πραχθησομένου, κἂν ὅ τι καὶ ᾖ, βοηθήσοντος. ὅθεν καὶ τοῖς πατριάρχαις συνελθοῦσι κατὰ παραμυθίαν ἐκείνη κατώδυνος οὖσα τὸ ποιητέον ὑπὲρ τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἐπυνθάνετο. καὶ πρώτως ἔδειξεν ἐκείνη
C τοιαῦτ' ἐρωτῶσα τὸ παρὰ τοῦ βασιλέως βυσσοδομευόμενον. ἐκεῖνος γὰρ καὶ νύκτας ὅλας παρὰ Ἰωσὴφ ἴανε, καὶ ἀνάγειν ἐπειρᾶτο οὕνεκα σμικρᾶς πνοῆς νέκυν τὸ σύνολον ὄντα. ὡς δ' οἷ

sacra aede palatina ritu solemni celebrari, neutrum horum est factum. ac exitus quidem domo et progressus in publicum tali die omissi ab Augusto causa utcumque plausibilis ferebatur luctus eius ex recenti patris morte, ob quam adhuc consternatus sederet moerens et lucis fugitans imis in conclavibus domus augustae. omissae mysticae oblationis vera erat ratio (utcumque illam ii quos petebat suspicio, negabant, vanos alios comminiscentes praetextus) vera, inquam, erat ratio, ne patriarchae, quem novus Augustus exauctorari volebat, necesse esset in palatino templo recitari nomen inter sacra, et sic eum in novo quoque principatu tenere possessionem primi honoris. erat et aliud quod contrariarum Augusto defuncto principes partium ista liturgiarum in aede sacra palatina intermissione sequebantur, id videlicet agentes ut fraudaretur interim piacularibus officiis ac sacris anima principis, et sic ei quasi mortuo in haeresi atque anathemate suffragia ecclesiae, ut inutilia irrevocabiliter damnato, denegari putarentur. hanc enim palam inurere conabatur ignominiam Eulogia memoriae fratris exosi, artifici pietate speciem affectans moeroris ultra sororiae necessitudinis modum exaggerati, quasi quae non temporarium corporis solum, sed aeternum praeterea interitum animi Tartaro irreparabiliter addicti flere in germano videri vellet. quem etiam in sensum pertrahere viduam Augustam, et nil ei sperandum de sempiterna salute viri sui mortui persuadere conata est, praefracte denuntians, quidquid precum aut piaculorum vel adhiberet ipsa vel impendi ab aliis curaret ad purgandam animam imperatoris defuncti, frustra omnino fore. nec parvam ea vox curae ac doloris accessionem imperatrici scilicet obtulit. unde illa anxia, cum decessor successorque patriarchatus ad eam simul consolandam convenissent, utrumque moestissima interrogavit quid sibi faciendum praescriberent quo iuvari anima coniugis posset. atque haec percontatio Augustae non ad Ioannem duntaxat tunc unum patriarcham, verum ad Iosephum etiam dudum ista dignitate defunctum directa primum indicium extitit machinationum Andronici arcanarum, restituere patriarchali throno Iosephum molientis, si qui-

περὶ ἐκεῖνον ἐκ τοῦ παραχρῆμα πεισθέντες μόνον οὐ κατήπειγον
τὴν ἀνάβασιν, οἱ μὲν ὡς ἄν γε τὰ τῆς ἐκκλησίας δῆθεν κατα-
στήσωσι πράγματα τοῦ κατὰ τὸν πάπαν λυθέντος σκανδάλου, οἱ
δὲ ὡς ἂν καὶ πλεῖον τοῦ εἰκότος κατεπαρθεῖεν καί γ' ἀνακαθάρ-
σεις μὲν ἐκκλησίας, ἀπομόρξεις δ' ἐκείνων καὶ ἱερῶν ἄλλων,
ἐπιμήσεις δὲ καὶ κολάσεις τῶν τῆς ἐκκλησίας πειθόντες πατριάρ- D
χην τελέσειαν (ἦσαν δ' οὗτοι καὶ μᾶλλον ὁ Γαλησιώτης τε Γαλα-
κτίων καὶ ὁ Μελέτιος, ὃς καὶ ἅγιος, ὁ ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου καὶ
δικαίου Λαζάρου κείμενος, ὧν ὁ μὲν στέρησιν ὀμμάτων ὁ δ' ἐκ-
τομὴν γλώττης πέπονθεν, ἐπ' αἰτίαις ὁ μὲν ψευδοῦς, ὡς ἴδοι
βασιλέα λέγων ἀζύμοις εἰς ἁγιασμὸν χρώμενον, τὴν ἀνατολὴν
διερχόμενος, ὁ δ' ὕβρεως, Ἰουλιανὸν ἄλλον τὸν βασιλέα εἰπὼν
κατὰ πρόσωπον), ὁ βασιλεὺς ἔνθεν μὲν ἀποστέλλων τὸν πα-
τριαρχοῦντα Ἰωάννην τὴν ἐκείνου ἀπελογεῖτο παρόρασιν, ὡς βίᾳ
καὶ ἐξ ἀνάγκης γεννησομένην. τὸ γὰρ ἐκ πολλῶν σκάνδαλον P 8

13. τὸν] πρὸς τὸν?

dem ille (quod non erat ignotum Augustae) magnopere nitebatur adducere Iosephum decrepita aetate vix spirantem ad denuo capessendum ecclesiae regimen, atque hoc ut seni moribundo persuaderet replicatis sine fine instantiis, totas apud eum exigebat noctes, in quo illum partiarii Iosephi, schismatis duces, non perfunctorie iuvabant, quippe ad quorum rationes et spem rescindendi negotii concordiae peraccommodatum id ipsis iure videretur. ergo cum ad Iosephi familiarium flagrantia eius restitutionis desideria aegre ac tandem ipsius quoque debilissimi senis assensus accessisset, statim omnes arrectis animis factionis pacem Latinam non probantis antesignani uitro instare apud Andronicum vehementissime, ne quam moram tam salubri ac necessario, ut aiebant, consilio interponeret. In qua communi opera negotii urgendi suas quique diversas spes et vota variis affectibus consentanea sequebantur. quorumdam hic unus scopus erat, restituere in pristinum statum res ecclesiae amoto papae agniti scandalo. alii hoc minime contenti spes immoderatius tollebant, efferreque sese iusto altius meditabantur, destinantes iam tum expiationes ecclesiae tanquam recentibus actis pollutae, purificationes imaginum et rerum sacrarum aliarum, denique poenas graves in ecclesiasticos qui pacem procurassent aut in eam consensissent, ea se omnia persuasuros Iosepho, si eum patriarcham iterum haberent, confidentes. talia prae caeteris mente versabant Galesiota Galactio et Meletius, qui et sanctus vocabatur, in monasterio sancti et iusti Lazari residens. quorum ille quidem excaecationem, hic vero linguae abscissionem passus erat, in poenam posterior quidem mendacii quo temere affirmaverat a se per Orientem peregrinante visum alicubi Michaëlem Augustum azymis utentem in perceptione eucharistiae, prior autem contumeliae verbo illatae, imperatori ausus in os improperare esse illum alterum Iulianum apostatam. caeterum Andronicus imperator, quam his de causis moliebatur Vecci depositionem quam minima vi posset ac strepitu administrare volens, diligenter apud ipsum excusavit per certos ad hoc allegatos homines, nullo se ad hoc consilium eius contemptu aut odio impelli, sed periculo reipublicae et mera necessi-

ἀναζεῖν πεῖθον καὶ τὸν εὔνουν ἀποστατεῖν, αὐτὸν δὲ νέον εἰς ἀρ-
χὴν καθιστάμενον ἀνάγκην ἔχειν τὸ ἀνορμοῦν καταστέλλειν καί
γε τὰς γνώμας, καθόσον ἔστι, τῶν ὑποδεξομένων ἐξημεροῦν.
πολλοὺς δ' ἀκούειν σχίζεσθαι καὶ μεγάλους προφασιζομένους τὴν
τοῦ Ἰωσὴφ ἀναχώρησιν καὶ τὸ σκάνδαλον. ὃ δὴ πρωϊζά ξυνέβη, 5
B οὓς παρορᾶν μηδ' ὅλως ξυμφέρειν νεωστὶ μοναρχοῦντι. καὶ δὴ
καὶ ἐπ' αὐτῷ γε μείστην πληροφορίαν ἔχειν ἀγάπης ἧς ἤδει τῆς
ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἑαυτόν, μὴ μόνον πατριάρχου τιμὴν ἀλλά γε
δὴ καὶ ζωὴν αὐτὴν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως προεῖσθαι καὶ τῆς ἐκείνου
συστάσεως. ἄλλως μέντοι μηδὲ χολᾶν ἀξιῶν, αὐτὴν ἐκείνην 10
τὴν ἀγάπην ἣν ἤδει καὶ τὴν τιμὴν ἔξοντα παρ' αὐτοῦ, εἰ καὶ
ἄλλος τῆς ἐκκλησίας προστήσεται. καὶ ταῦτα μὲν πέμπων τὸν
C Μελιτηνιώτην χαρτοφύλακα καὶ ἀρχιδιάκονον θερμῶς τὴν ἀνάγ-
κην ἀπελογεῖτο, ἐκεῖθεν δὲ συνδιανυκτερεύων τῷ Ἰωσὴφ καὶ τοῖς
περὶ ἐκεῖνον τὴν εἰς τὸ πατριαρχεῖον προκαθίστα ἀνάβασιν. 15
P 9 4. Ὁ μὲν οὖν Ἰωάννης καὶ ἄλλως εὐθὺς ὤν, ἔτι δὲ καὶ
τῆς τοῦ πατριάρχου τιμῆς ἐπικόρως ἔχων, ὡς πολλάκις καὶ λέ-

tate firmandi novi principatus. nam effervescere nunc quam unquam aestuosius sopita patre vivente studia partium paci constitutae adversarum, adeoque invalescere scandalum, ut bonos etiam et natura placidos, nedum impotentes ac praefractos, resilire ac rebellare palam cogat. Abunde magnis agitatum motibus imperium perveniisse ad se, ut sit ipsi tenera aetate regnum auspicanti omni sedulitate praecavendum ne novis praeterea procellis misceri rempublicam contingat. id haud dubie futurum nisi, quatenus fas est, a se deliniantur animi multorum inquiete inhiantium mutationi ac turbis. intelligere se vocibus multorum efferari plerosque reductione in ordinem Iosephi, quem verum adhuc esse patriarcham autumant, et vi aiunt iniusta prohiberi ab exercendo ecclesiae regimine; unde ortum contendunt quod nuper extitit scandalum, tranquillitate, si throno ille restituatur, statim ultro reditura. haud sibi esse tutum in teneris initiis imperii negligere tot istorum ac tam potentum minas apparatusque novitatum. exarmandam sibi esse factionem demendo praetextu schismati, si periculum praesentissimum amittendi principatus velit effugere. plane confidere se ex perspecta Ioannis in sese caritate, paratum eum pro sua imperatoris incolumi securitate non modo patriarchalem pacisci dignitatem, sed vitam quoque ipsam profundere. nec vero aegre ferre aut indignari debere ipsum quod tam necessariis de causis throno tantisper cedere cogatur; cui utique imperator spondeat pari apud se gratiae loco ac prius, pari existimatione ac dignatione honoris, ubi ad vitam privatam redierit futurum, utcumque alius pro eo ecclesiae praefecturam gerat. haec per chartophylacem Meliteniotem et archidiaconum iussit Andronicus a se renuntiari Vecco, solicite necessitatem excusans quae ipsi tale consilium, ut aiebat, extorqueret invitissimo. interim ipse magnam noctium partem cum Iosepho et eius studiosis transigens, sedulo consultabat qua optime ratione ille reponi thronum in patriarchalem posset.

4. Ioannes porro, qui et aliunde rectus esset, quemque praeterea satias iam cepisset patriarchalis honoris, ut saepe dictis factisque ostende-

γων καὶ πράττων ἔδειξεν, ἐλπίζων δὲ καί τι γενέσθαι τῶν ἀγα-
θῶν ἐκ τῆς τοῦ Ἰωσὴφ ἀναβάσεως (τὰ γὰρ ξυμβάντα οὐκ ἂν πάν-
τως ξυνέβη ζῶντος ἐκείνου, ὡς ἐκ πολλῶν ἔστιν ὑπονοῆσαι), διὰ
ταῦτα ἕτοιμος μὲν ὢν ἐκεῖνος κατὰ τὴν Χριστοῦ ἑορτὴν λειτουρ-
γεῖν, ἕτοιμος δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ ἀποιχομένου κατὰ τὸ εἰκὸς μνή- B
μης φροντίζειν, ἀφεὶς τὰ πάντα τῇ ὑστεραίᾳ τῆς ἑορτῆς κάτεισι,
καὶ τῇ τῆς Παναχράντου μονῇ φέρων ἑαυτὸν δίδωσι, ζητήσας
παρὰ βασιλέως καὶ τοὺς ἀπάξοντας, πρόφασιν μὲν ὡς ὑπερα-
σπιοῦντας, ἤν τις τῶν τοῦ κλήρου ἀπαιδεύτως ἐπ' ἐκεῖνον ὁρ-
μήσῃ, τῷ δὲ βαθυτέρῳ σκοπῷ τὴν τοῦ λειποταξίου ἐκφεύγων κα-
τηγορίαν, ὡς ἐκεῖνος ᾤετο, παρὰ θεῷ κρίνοντι. καὶ ταῦτα μὲν
ἐπράττετο εἰκοστῇ ἕκτῃ μηνὸς Σκιρροφοριῶνος· (5) τοῦ δ' αὖ- A
τοῦ μηνὸς μετὰ τὴν τριακοστὴν τὸ πρὸς ἑσπέραν ἐντεθεὶς λίκνῳ
ὁ Ἰωσήφ, μόνον οὐκ ἄπνους, πολλῶν παρ' ἑκάτερα παρεπομέ-
νων καὶ ἐπευφημούντων τὰ προπεμπτήρια, ἐφ' ὕμνοις καὶ κρό-
τοις ἀνθρώπων, ἔτι δὲ καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας συνακτηρίων κω-
δώνων, εἰς τὸ πατριαρχεῖον ἀνάγεται. οἱ δὲ τοῦ κλήρου μύλις
τὴν ἑσπερινὴν ὑμνῳδίαν καθ' ἑαυτοὺς ἐκτελέσαντες, ἐπεὶ ὄρ-
θρος ἦν καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀπήντων κατὰ τὸ σύνηθες, σφί- B
σιν ἑαυτοῖς ἄβατον τὸν ναὸν κατενόουν, ὡς μηδὲ σημάντροις
καὶ κώδωσιν ἠθροισμένοι· ὡς δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἐμάνθανον,

15. ἐφ'?

rat, sperans insuper extiturum ex Iosephi restitutione boni quidpiam (nam quae contigerunt haud quaquam eventura vivente Iosepho, multis ex indiciis licet coniicere), cum et instante Christi festo solemne sacrum facere, et quod funus Augusti de more flagitabat, parentare ritu sacro Michaëli nuper defuncto tum maxime pararet, cunctis his repente omissis, postridie festi descendens patriarchio in Panachrantae monasterium se contulit, impetratis ab imperatore abductoribus, ne in dei iudicio locum sponte deseruisse posset argui. quamquam imperator Vecci petitioni eiusmodi annueus, videri studuit non vis inferendae, sed praesidii causa ei armatos mittere. quia enim palam erat multos illi e clero vehementer infensos haud facile omissuros occasionem proterve illudendi decedenti patriarchali dignitate, professus imperator est eo se duntaxat, ut haberet Veccus qui se ab inimicorum insultibus tegerent, militaris ipsi manus comitatum addidisse. et haec quidem sic gesta sunt sexta et vicesima Decembris die. (5) eiusdem mensis post diem tricesimam, sub vesperam, impositus gestatorio Iosephus tantum non exanimis, multis utrimque comitantibus et certatim acclamantibus faustum reditum, cum hymnis et plausibus hominum, inter increbrescentes praeterea tinnitus campani aeris, quo in ecclesiam convocari populus solet, in aedes patriarchales reportatur. at clerici aegre vespertina hymnodia privatim expleta, cum diluculo de more convenirent in ecclesiam, obseptum repagulis obiectis templum repererunt: neque enim consuetum coëundi signum aere campano

προστεταγμένον μηδ' εἰστητὸν εἶναι εἰς ἐκκλησίαν ἐκείνοις θεοῦ, ἔξω που στάντες καὶ τὰ τῆς εὐχῆς ἐκτελέσαντες (τὸ γὰρ τῆς ἑορτῆς περιφανὲς καὶ παραβαίνειν τὰ σφίσιν δοκοῦντα ἔπειθον
P 10 τοὺς τοῦ κλήρου) τέλος ἐπὶ τῶν οἰκιῶν καθεσθέντες ἐκαραδόκουν τὸ μέλλον, καὶ τί δεῖ νοεῖν τοῖς παραγεγονόσι τὸ πρόσταγμα. ἐπέφωσκεν ἡ ἡμέρα, καὶ οἱ μὲν ἐπιβατηρίους εὐχὰς ἐσχεδίαζον ὡς ἐπὶ τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ καθαίρεσθαι προσδοκῶντες, οἱ δὲ ἐτέλουν ἁγιασμοὺς τοὺς δι' ὕδατος, καὶ πρόστωα καὶ ἐξώστωα ἀναστήματά τε καὶ κίονες, ἀλλὰ καὶ τίμιαι εἰκόνες τοῦ μεγίστου
B νεὼ διὰ τῆς τοῦ ὕδατος ἐπιρραντίσεως ἡγιάζοντο. διήρχετο τοί- 10
νυν τυφλῷ ποδὶ χειραγωγούμενος ὁ Γαλακτίων καὶ ἐπερράντιζε, καὶ τό, ὡς ἐκείνοις ἐδόκει, μύσος τῶν βεβασμίων εἰκόνων ὑπ' αὐτοῖς ἀπεκαθαίρετο, ἁγιάζουσιν. ἐζήτουν δὲ καὶ οἱ ὁρῶντες ἀπολυμαίνεσθαι, (6) καὶ δὴ ἄλλα μὲν λαϊκοῖς ἄλλα δὲ ἱερωμέ-
A νοις ἐσχεδιάζοντο ἐπιτίμια. καὶ τὰ μὲν τῶν λαϊκῶν μέλον ἦν 15
ἐκτιθέναι τοῖς μοναχοῖς, καὶ ὡς σφίσιν ἐδόκει, πολλῶν καὶ ὀλίγων ἐτίμων τοῖς προσιοῦσιν, εἰ μὲν ἐπὶ μόνῃ ψαλμῳδίᾳ καὶ ἱεροῦ κλάσματος μεταλήψει τὰ τῆς κοινωνίας εἶχον, μετρίοις, εἰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν θείων δώρων μετοχῇ, ἐπιτιμῶντες τοῖς μείζοσιν.

3. ἔπειθε?

fuerat editum. ut autem eius novitatis percontati causam audierunt vetitum esse ipsis ingressum in ecclesiam dei, extra stantes, et ibidem persoluto precum ecclesiasticarum penso (eam enim festi praecipui, quod in eam diem inciderat, religionem esse statuerunt, ut contra quorumvis interdictum sacra rite obire officia deberent) domum quisque recesserant, ibique quiescentes expectabant quid futurum esset, non sine anxia inquisitione causae quae moviisset interdicti denuntiatores ad sic agendum. illi vero exortu posterae diei, precationes in prime aditu nondum sacrati templi ritu ecclesiastico pronuntiari solitas expediebant, ut sic progrederentur ad expiationem loci quem profanatum rebus in eo nuper actis videri volebant. mox per quosdam ipsorum porticus exteriores ac peristylia vestibuli suggestusque in iis sigillatim et columnae signaque ac sacrae imagines aquae lustralis aspersione purgabantur quasi a pollutione prius contracta. minister piacularis ceremoniae procedebat manu deductus, quippe oculis carens quibus gressus regeret, Galactio; a quo, ubi sacris praesertim iconibus multa infusione lustralis undae maculam, ut putabat, contractam studiosius elmisset, spectantes etiam poscebant, ut se quoque ipsos labe, si quam susceperant, mundaret. (6) supplicia hinc alia laicis, deo dicatis alia hominibus raptim indicebantur. ac in laicos quidem arbitrium eius generis monachis permissum, qui prout ipsis libuerat, magno aut modico taxabant adeuntes reconciliationis gratia. nempe ut admitterentur at psalmodiam et panis benedicti participationem, mediocre pretium exigebatur: sin supplex usque ad sacrae perceptionem eucharistiae restitui cuperet, maiori videlicet id esset collatione promerendum. episcopos

ἀρχιερεῦσι δέ γε καὶ κληρικοῖς, αὐτοὶ τῷ πατριάρχῃ ὑποβαλλόμενοι ἐκείνῳ προσανετίθουν τὰ πρόστιμα. καὶ δὴ νοσοκομουμένου αὐτοὶ πράττοντες, ἔστι δ' οὗ κἀκείνῳ τὰ τῆς ἰδίας προσανατιθέμενοι γνώμης, ἐν πολλοῖς ἑπομένῳ καὶ ἄποντι, καθίστων τὴν ἐκκλησίαν ὡς σφίσι δέδοκτο. ποιναὶ γὰρ βαρεῖαι τοῖς κατά τι προστησομένοις εἴποντο. ὅθεν καὶ τοῦ ναοῦ πᾶσιν ἐγκεκλεισμένου, τῶν ἀρχιερέων προσελθόντων ἐφ' ᾧ καὶ μαθεῖν ἐπὶ τίσιν αἰτίαις πράττοιεν ταῦτα, αὐτοὶ τὸν μὲν πατριάρχην προθέντες ἄψυχον οἷον φόρτον, τὸν δὲ μοναχὸν Γεννάδιον προστησάμενοι, τὰ φρίκης ἐκεῖνα πλήρη ἀπελογοῦντο, ὡς παρανενόμηται μὲν σφίσι τὰ μέγιστα, παραβέβασται δὲ τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον. ἐφ' ᾧ καὶ δεινοπαθήσασι ταραχὴ καὶ θόρυβος ἐγεγόνει, καὶ κατεμέμφοντο τοῦ εἰπόντος, καί γε τοῦ πατριάρχου διεπυνθάνοντο εἰ αὐτοῦ θέλοντος λέγοιντο ταῦτα. ὁ δὲ ἀπέσκωπτε τὸν εἰπόντα, καὶ ὡς οἷόν τε τὰ παριστάμενα προσωμάλιζε. τέλος ἐκτιθεῖσι γνώμην τοῦ πατριάρχου καὶ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκουσιν, ἀρχιερεῦσι μὲν καὶ κληρικοῖς τρίμηνον καιρὸν προστιμῶντες, λαϊκοῖς δὲ κατὰ τὸ μέτρον τῆς κοινωνίας, πλὴν ἐπ' ἔλαττον τὰ τῶν ἐπιτιμημάτων τάττοντες. τοῖς δέ γ' ἀρχιδιακόνοις, τῷ τε Μελιτηνιώτῃ φημὶ καὶ τῷ Μετοχίτῃ, ὅτι πρέσβεις ἐκπεμφθέντες

et clericos, ubi accederent, ad patriarcham remittebant. qui tamen cum adiri ob morbum non posset, ipsi videlicet tanquam eo convento ex eius sententia pronuntiabant qua quemque opus esset multa poenave expiationem redimere. et ad quaedam senex licet aegre ac subinvitus annuebat ab illis suggesta; quaedam impune ipsi comminiscebantur et velut a patriarcha edicta exigebant ipsius nomine, pro gradu communionis quem quisque supplicum ambiret intendentes poenarum gravitatem. sic istis arbitratu suo ecclesiam praetextu restituendi turbantibus, et templo cunctis clauso persistente, coëuntes episcopi ministros harum novitatum interrogarunt quibus de causis talia facerent. ad haec illi producto patriarcha, velut massa exanima, per monachum Gennadium eius vice loquentem horribilia illa intonarunt, quibus defendi quae egerant putabant, „gravissimo vos scelere obligastis: sacrum evangelium violatum est." quae illo vociferante murmur extitit et tumultus abominantis audita multitudinis; quare, velut de fide alieno loquentis nomine, iure se rati dubitare antistites, ex ipso percontabantur patriarcha ecquid volente ipso talia dicerentur. ad quae ille abnuens etiam eum qui sic erat loquutus obiurgavit, convicio pernegans ex suo ista sensu prolata; tum aliis quibus poterat verbis et modis sedare turbas, et praesentia componere studuit. tandem scripto conceperunt patriarchae de his sententiam, et apud ecclesiam legerunt; qua episcopis et clericis in trimestre suspensio infligebatur, laicis vero pro modo usurpatae cum Latinis communionis congruae, singillatim ad minima descendendo, indicebantur poenae. archidiaconis vero Melitenistae et Metochitae, quod legati ab imperatore missi celebranti missam

B πρὸς βασιλέως ξυνῆλθον τῷ πάπᾳ λειτουργοῦντι καί γε συνίσταντο, ἐπείπερ καὶ ἐνταῦθα οἱ ἀμφὶ τὸν Παράστρον Ἰωάννην φρέριοι, καὶ αὐτοὶ πρὸς τοῦ πάπα κατὰ πρεσβείαν σταλέντες, οὕτως ἔπραττον λειτουργοῦντος τότε τοῦ πατριάρχου Ἰωσήφ, καί γ' ἀνεκτὸν ἐδόκει καὶ μηδὲν ἔχον πρόκριμα, ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τοιαύταις αἰτίαις ὡς παραβᾶσι τὰ μέγιστα τέλειαν ἐπῆγον καθαίρεσιν.

A 7. Εἶτα μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος πέμπτης ὀψὲ ἱκανῶς τὸν ναὸν καθαγνίσαντες (ἤπειγε γὰρ ἡ τῶν Θεοφανείων ἑορτὴ) εἰς κοινωνίαν τοῦ ψάλλειν τοὺς τῆς ἐκκλησίας παραλαμβάνουσι. καὶ δὴ τελεσθέντων τῶν ὕμνων, ἐπεὶ ἔδει καὶ τὴν τοῦ ἁγιάσματος γίνεσθαι τελετήν, συνέρχονται μὲν ἀμφὶ τὴν φιάλην τῆς ἐκκλησίας ἅμα μὲν ἐκεῖνοι ἅμα δὲ κληρικοὶ ἅμα δὲ καὶ λαός, ὅσοι τῶν Γραικῶν καὶ ὅσοι τῶν Ἰταλῶν, προϊστῶσι δὲ τὸν τυφλὸν Γα-

B λακτίωνα τῆς τελετῆς ἔξαρχον, καὶ ὑπὸ πολλῷ καὶ δαψιλεῖ τῷ φωτί, δοθέντων κηρῶν καὶ αὐτοῖς Ἰταλοῖς, τὰ τῆς ἑορτῆς ἐτελοῦντο. καὶ οἱ μὲν ταῦτα, τοῦ βασιλέως, ὡς σφίσιν ἤρεσκε, πάνθ' ὑφιέντος πράττειν. ὡς ἂν γοῦν μόνον τὰ τῆς χθεσινῆς καταιγίδος καταστορεσθείεν, ἧς χάριν δῆλος ἦν τοῖς ἀμφ' ἐκεῖ-

C νον πιστοῖς καὶ πρότερον ὀδυνώμενος, τῷ πατρὶ συνάρχων τε καὶ συμπράττων, εἰ καὶ μηδ' ὅλως ἀντιβαίνειν εἶχε, ταῖς τοῦ καιροῦ δυσκολίαις ἀγχόμενος. οἱ μὲν οὖν οὕτως συμπαραλαβόν-

papae adstiterant, quamquam pari modo se Constantinopoli Ioannes Parastron et eius socii Frerii a papa legati gesserant, sacrum facienti patriarchae tum Iosepho et ipsi assistentes, quo removeri omne a tali facto crimen plerisque videbatur, tamen eam ob causam, ut atrocissimi reis sceleris, perpetuam dignitatis amissionem irrogarunt.

7. Mensis inde Ianuarii quinta sub vesperam, cum templum satis purgassent (urgebat enim imminens Theophaniorum festum) in communionem psallendi ecclesiasticos assumunt. absolutis vero hymnis, quoniam oporteret et sanctificationis ceremoniam peragere, conveniunt circa phialam ecclesiae simul illi, simul et clerici, una praeterea populus, quotquot Graeci, quotquot Itali. ante omnes statuunt caecum Galactionem ceremoniae praesulem; et cum numeroso et abundanti lumine, datis etiam ipsorum unicuique Italorum cereis, quae festi ritus poscebat peragebantur. haec isti sic egerunt, imperatore ipsos cuncta pro libito permittente facere, in eum solum finem, ut quae nupera illa tempestate turbata fuerant componerentur. nam ea dum ferveret, offensum illum indoluisse iis quae tum fierent, ipso etiam patri cooperante, norant familiares arcanorum eius consciI sensuum et si eos palam non prodebat, nec obluctari contra quam probabat agentibus conabatur, difficultatibus temporum constrictus. porro tam qui sic clericos in societatem sacrae functionis assumpserant, quam alii, Italos spectantes cum cereis adstare, propter quos heri et nudius tertius ecclesia expiationibus subiecta vix tandem multa precum piacularium recitatione patefacta fuerat, somnia se videre, non res intueri quae vere fierent, putabant. caeterum prius illud tempus finem acceperat, et haec hactenus erant acta,

τες καὶ τοὺς τοῦ κλήρου, ἄλλοι δέ γε τοὺς Ἰταλοὺς ὁρῶντες ἱσταμένους μετὰ κηρῶν, δι' οὓς χθὲς καὶ πρὸ τρίτης ἡ ἐκκλησία καθαιρομένη ὑπ' εὐχαῖς ἱλαστηρίοις ἠνοίγετο, ὀνείρους ἐδόκουν P 12
ὁρᾶν τὰ τελούμενα. ἀλλ' ὁ τότε καιρὸς ἐξεχώρει, καὶ τοιαῦτα τέως ἐπράττετο. ὁ γὰρ βασιλεύς, νοῦς ὢν ἐκεῖνος φιληδῶν τῷ καλῷ, καὶ τῆς ἐκκλησίας εἰρήνης καὶ αὐτὴν ψυχὴν προϊέμενος, ἠφίει πόλλ' ἄττα καὶ παρὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην γίνεσθαι, μόνῳ τῷ τέλει πιστεύων, ἵν' εἴ πως ἐντεῦθεν ὁ λαὸς εἰρηνεύσειε τῶν τῆς διχοστασίας ἀπαμβλυνθέντων κέντρων. παρ' ἣν αἰτίαν καὶ σφίσιν ἐξεκεχώρητο πράττειν, καὶ τὰ δεινὰ ἐφῆπται ὡς παραβεβηκόσι τοῖς κοινωνεῖν ἀναγκασθεῖσιν, ὅπου γε κἂν εἰ κακίας δί- B
κας ὑπέχειν ἐδικαιοῦντο διὰ ταῦτα ἃ δὴ καὶ βιασθέντων ἐπράχθησαν, ἄλλους ἐχρῆν εἶναι τοὺς προστιμῶντας, οὐ τοὺς χάριν βασιλικῆς εὐμενείας βιασαμένους, οἳ δὴ καὶ μίαν εἶχον τῆς μὲν πλημμελείας ἀπολογίαν τῆς δὲ προστροπῆς ἀποφυγήν, εἰ καὶ αὐτοὶ χωροῖεν ὁμόσε τοῖς βιασθεῖσιν. ἀλλ' οὔπω ταῦτα. ἔτι δ' ὑπετύφετο τοῖς ταλαιπώροις τὸ χαλεπόν, κἂν τέως λόγοις ἡμέ-

nequaquam propaganda in posterum. nam imperatoris bono gaudens animus, parati etiam ecclesiae paci procurandae vitam ipsam impendere, multa ista quae diximus, utcumque parum sibi probata, fieri siverat, unum unice in scopum intuens restituendae populo quietis, dissensionis hebetatis aculeis. ea illi connivendi causa fuit ad vexationes etiam iniquas, quales erant haud dubie subiicere piaculis gravibus, velut infandi compertos sceleris, eos qui Latinis communicare coacti fuerant; qui vel si rem in eo nefariam fecissent, excusationem haberent culpae, quam non voluntate libera sed adacti necessitate ineluctabili conscivissent; cuius certe qualiscumque peccati alios potius quosvis poenas exegisse oportuerat, quam eos ipsos qui principi tunc dominanti gratificantes vim intulerant ad hoc ipsum faciendum, quod modo ut crimen atrox inexorabiliter ultum ibant, qui uno sane modo excusare poterant violentiam grassationis tunc exercitae, et piaculum quod alios ad malum adurgendo contraxerant a se deprecari, si se coniungerent iis quos insectabantur, et in pari aut in peiori se agnoscentes causa consortium eorum in poena luenda ultro deposcerent, quos sese recordarentur peccare coëgisse. sed nondum videlicet horum supplicii tempus advenerat. coquebatur enim et his infelicibus malum, tumescentibus, at adhuc utcumque pressis ultionis in illos destinationibus eorum ipsorum qui ministris istis ad alios hactenus male multandos utebantur, verbis interim eos lactantes blandis, vel artificio dissimulandi arcanum odium, vel metu patriarchae, quem vere sciebant abhorrere ab huiusmodi genere acerbitatis. a qua ipsi moderatione multum aberant, in animo habentes, quamvis adhuc dissimularent, hos qui essent imperatori obsecuti adigendis ad amplectendam Latinorum communionem Graecis, ut summi sceleris reos extremis subiicere suppliciis, cum ipsos contra patriarcha dignos venia duceret, memor vehementi eos tunc regnantis imperio ad id compulsos. quippe imperator Michaël nihil mitius poena laesae maiestatis reis infligi solita, intentabat iis qui sibi obsequi in iis quae iuberet ad negotium conciliationis ecclesiarum opportuna ne-

ροις καὶ τῇ τοῦ πατριάρχου ἐνστάσει ταῖς ἀληθείαις συνεκαλύπτε-
C το. τοῖς μὲν γὰρ τῶν ἐσχάτων προστιμᾶν ἐδόκει ὡς πλημμελή-
σασι καὶ τὰ ἔσχατα, πατριάρχῃ δὲ τὴν βίαν εἰδότι καὶ τὴν πάλαι
τοῦ βασιλέως ἐπίθεσιν, ὡς καὶ καθοσιώσεως τοὺς ἀνθισταμένους
ἐγκαλεῖσθαι καί γε δὴ τὰ τῶν καθωσιωμένων εἰς τιμωρίαν ὑπέ- 5
χειν, συγγνωστὰ τὰ ἐκ βίας διεγινώσκοντο. πλὴν ἀλλ' αὐτῷ
μὲν μέλον ἦν τῶν νοσοκομιῶν, ἐκεῖνοι δὲ τοὺς ἀρχιερεῖς ὑπο-
σκιούμενοι τὸ πᾶν τῆς αἰτίας προσανετίθουν τῷ γε πατριαρχεύ-
D σαντι, ὥσπερ ἂν οὐκ αὐτὸς ἦν, ἄλλου μὴ καταδεξομένου τὴν
τοῦ θρόνου τιμήν. πλὴν τὸ δύσζηλον, ὥσπερ ἀλόγοις, οὕτω 10
δὴ καὶ λογικοῖς ἐφῆπται. καὶ διὰ τοῦτο τοὺς μὲν ἄλλους ἀμη-
γέπη τῶν μώμων ἀνίεσαν καὶ τῆς μέμψεως, πλέον δ' ἐκείνῳ
ἐπεῖχον ὡς ἀδικήσαντι, καί γε αὐτὸν μηδ' ἐν ἐπιεικέσι λογίζε-
σθαι σπουδὴ ἦν πάσης ἀσχολίας καθυπερτέρα. εἰς τί γὰρ ἔδει
καὶ κρίνεσθαι, καὶ μᾶλλον διὰ τὸ εἶναι ποιμένα τὸν τοῦ θρόνου 15
E καθαιρεθέντα τοῦ πρώτου προτιμηθέντος, κἂν καλῶς εἶχε τῆς
γνώμης κἂν μή, εἰ μή γε αὐτὸν μὲν ἐβούλοντο ἀχρειοῦν, τοῖς
λοιποῖς δὲ προστρίβειν ἄγος τὸ μέγιστον, καὶ οὓς τέως εἶχον κατ'
ἐκείνου συλλήπτορας ὡς ὀρθοσεβεῖς σφαλέντος, τούτους καταδι-

glexissent. est autem is tantus et tam in virum etiam constantem cadens metus, ut merito ei excusandum videretur quidquid eius instincta erat factum. itaque ignoscendum censebat, et quantum in ipso erat benigne infirmos sublevabat condolens. eius autem inclementes ministri, ut sibi obnoxios et ad quae tunc agebant adiutores promptos antistites haberent, eos simulabant se omni perperam prius actorum crimine solvere, quorum universam invidiam in Veccum avertebant, quasi, nisi ipse fuisset, haud alium extiturum putarent qui throni honorem admitteret. nimirum malus livor ut brutis belluis, ita hominibus quoque ratione praeditis obrepit. hinc alios scilicet culpa liberabant et irreprehensos dimittebant, illum unum, ut totius fontem mali omnisque iniuriae auctorem vehementer incursabant. eratque illis unum studium, una cunctis praevertenda reliquis occupatio, in tantum diffamare obtrectationibus et querelis Veccum, quoad assequerentur ut ne tolerabilis quidem ac mediocriter malus homo vel aliqua saltem parte laudis summa vitia redimens haberetur. nisi enim hoc furore ruerent, quid attinebat Veccum in ius trahere, eo praesertim nomine quod pastoralem usurparet dignitatem, cum eam throno delectus abdicasset et honorem decessori reddidisset? an parum hinc manifeste patet id egisse summo conatu illos, ut hunc summa deformatum ignominia inutilem ad quidvis redderent, et hoc ipsum fundamentum iacerent calumniae in ceteros, quibus interim parcebant, ut postmodum ipsos, quod homini videlicet criminosissimo utcumque adhaesissent, tanquam hoc ipso atrocissimi manifestos sceleris, piaculis subiicerent maximis, et quos ut rectae cultores religionis adiutores adhibuerant ad Veccum velut a ritu legitimo aberrantem evertendum, eosdem postea damnarent, quod ei erranti communicassent, et ex illius, cui se alias iunxissent, contagione pestilenti labem

πεῖραν ὡς κοινωνοὺς ἐσφαλμένου καθύστερον, ὡς καί τινα τότε τῶν ἐκφρόνων λέγειν (ὁ Ἀδριανουπόλεως δ' οὗτος ἦν ὁ Θεόκτιστος) ὡς νῦν μὲν εἰς ὄπτησιν τὴν ἐκείνου ὀβελοῖς ξυλίνοις χρῶνται τοῖς κρίνουσιν, ὕστερον δὲ καὶ αὐτοὶ πυρὶ δοθέντες καυθήσονται· ὃ καὶ γέγονεν ὕστερον. P 18

8. Τότε δ' οὖν ὑποποιούμενοι μὲν ἀρχιερεῖς, ὑποποιούμενοι δὲ παντοίως καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας πατριάρχην Ἀθανάσιον, ἄνδρα πολλοῦ τινὸς ἄξιον, θρόνους τε προτιθεῖσι δύο, ὃν μὲν ὄντα εἰς τιμὴν καὶ σχῆμα τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, ὃν δὲ τὸν Ἀλεξανδρείας προκαθεζόμενον ἔχοντα. καί γ' ἑαυτοὺς καθιστῶσιν εἰς δικαίῳ τοῦ πατριάρχου ἤδη νοσοῦντος τοποτηροῦντας, σύνοδόν τε συγκροτοῦσιν ἀρχιερέων, παρόντος μὲν B ἐκεῖσε καὶ τοῦ μεγάλου λογοθέτου, παρόντος δὲ καὶ Γεωργίου τοῦ Κυπρίου καὶ τοῦ ῥήτορος Ὁλοβώλου, ἄρτι ἐκ τῆς τοῦ μεγάλου Ἀγροῦ μονῆς ἐπιδεδημηκότος τῇ Κωνσταντίνου, καί γε τοῦ μοναχοῦ Θεοδοσίου Σαπωνοπούλου, ὃν ἐν πρωτονοταρίοις ἔχοντος τοῦ κρατοῦντος ὁ μοναχὸς διεδέξατο βίος, καὶ ἄλλων πλείστων προκαθημένων. καὶ τὰ τῶν γραφέντων εὐθύνειν ἠβούλοντο, οὐκ εἰρηνικῇ σκέψει μᾶλλον, τὸ μὲν ἀσφαλὲς ἐγκρίνοντες C τὸ δ' ἀπεμφαῖνον εὐθύνοντες· ἀλλ' ὅτι τὰ σκάνδαλα ἤρετο, κἂν

ad extremum omni acerbitate luendam in sese traxissent. quae causa viro tum prudenti fuit Adrianopolitano Theoctisto dicendi nunc quidem auctores huius tumultus uti episcopis in synodum ad iudicium vocatis tanquam verubus ligneis ad assandum Veccum, in animo habentes eosdem postmodum, Vecco absumpto, illis iisdem flammis exurere. ita ille non vanus vates, ut eventa deinde probaverunt.

8. Tunc igitur huius motores machinae omni genere delinimentorum cum caeteros qui aderant antistites, tum Alexandrinum prae omnibus patriarcham Athanasium, virum existimationis et auctoritatis maximae, in suas attrahere partes non inutiliter conati, duos thronos statuerunt, alterum vacuum, insignibus ornatum patriarchae Constantinopolitani Iosephi et quasi eum repraesentantem, quod is morbi necessitate decumbens praesse synodo nequiret; alterum cui palam praesideret Alexandrinus Athanasius, se autem ipsos, ut Iosephi aegroti vicarios et eius sensuum nuntios ac voluntatis executores, in capite synodi fixerunt. frequens inde convenit episcoporum coetus, praesente ibidem magno logotheta, praesente insuper Georgio Cyprio et rhetore Holobolo nuper ex magni agri monasterio Constantinopolim reverso, assidente praeterea monacho Theodosio Saponopulo, qui ex ordine protenotariorum imperatoris in vitam monasticam transierat, aliisque pariter assistentibus plurimis. delatae ad hunc conventum Ioannis Vecci et praecipuorum cum illo concordiae duarum ecclesiarum auctorum accusationes sunt; de quibus qui pro Iosepho agebant, ferri sententias studebant, non quae dogma ipsum diiudicarent, et quid ut secutum ad pacem ecclesiae tenendum, quid ut minus probatum reiiciendum esset, declararent: sed quia causabantur scandalum ortum ex intem-

καλῶς οἱ γράφοντες εἶχον τῆς δόξης, οὐχ ὅπως ἔκρινον ἐξετάζειν,
ἀλλὰ μόνον ὅτι καὶ δόγματα ἐλαλήθησαν καὶ γραφαὶ ἀνεπτύχθη-
P 14 σαν καὶ λόγοι πατέρων εἰς ἀκοὴν ὠτίου ἐτέθησαν, μεγίστην
ταῦτα παραβασίαν ἡγούμενοι, τοὺς μηδ' ὅ τι καὶ αἵρεσις εἴη γι-
νώσκοντας ὡς τὰ μέγιστα παραβάντας ἔκρινον, καὶ μηδὲν ὀρθοῦ
ὅλως παρεκλῖναι διατεινομένους λιβέλλους ἐζήτουν πίστεως. εἰ
δ' ἔγρυξέ τις περὶ δογμάτων γράψας, οὐ τὸ γραφέν, τὸν γρά-
ψαντα δ' αἰτιώμενοι καταδίκαις ὑπῆγον ἐσχάταις. καὶ προηγου-
μένως αὐτὸς δὴ ὁ τῶν λογοθετῶν μέγας, ὃ καὶ πῦρ πνέων ὑπὲρ
δογμάτων, ὡς ἐῴκει, παρεῖχε τὸ σύγγραμμα καίεσθαι, οὐχ ὅτι
B ἔσφαλταί οἱ, καθὰ δὴ καὶ αὐτὸς ἔνορκος ἐπὶ τῇ συνόδῳ διωμο-
λόγει, αὐτόθεν λογογραφοῦντι περὶ δογμάτων, ἀλλ' ὅτι γρά-
φειν ἐπῆει καὶ συντάττειν πατέρων ῥητὰ χρήσιμά πως δοκοῦντά
οἱ πρὸς τὰ τότε τελούμενα, ταῦτα καὶ πολλῶν πρότερον καὶ με-
γάλων αὐτοῖς δὴ συγχρησαμένων ἐφ' ὁμοίαις ταῖς ὑποθέσεσιν·

8. ἐπῆγον P. 14. τὰ deerat.

pestiva ventilatione quaestionum quas inexploratas relinqui praestiterat, contendebant non esse inquirendum rectene an secus qui de controversiis nuper motis suas ediderant sententias scripsissent, verum eos hoc ipso quod dogmata movissent, quod in disputationem prius in usu habita vocassent; quod scripturas replicassent, quod per illos fando auditae dum recitarentur patrum auctoritates essent, tanquam perturbatores quietis publicae ac gravissimi reos criminis condemnari satagebant; et obsequentibus quos convocaverant, re vera condemnandos curaverunt, ac gravissima quaeque animadversionis ecclesiasticae exempla in eos ediderunt, quos se ne minima quidem aspersos conscientia haereseos, et nusquam a recta fidei declinasse regula et affirmantes et paratos demonstrare offerentes, ut atrocium convictos delictorum damnaverunt poenisque addixerunt maximis. in quo erat haec mira procedendi ratio. libellos ab unoquoque flagitabant quibus exponerent quid crederent. prolatis iis, si quid quispiam de dogmatibus mussitasse videretur, damnabatur, non scriptum, ut aiebant, sed scriptor; isque idcirco solum quod ea consignasset literis quae prava rectane essent in medio relinquebatur, extremis ecclesiasticae censurae notis affectus declarabatur. primus ad caeterorum exemplum isti se subiecit ignominiae, quasi remedium canonicae absolutionis poenitentiae professione ambiens, magnus logotheta Muzalo; qui simulans se de doctrina nihil praeiudicare, frustra erat. eminebat enim eius flagrans studium in partes processionem ex filio spiritus negantium; cuius dogmatis tanto flagrabat zelo ut flammam spirare videretur. tamen ille libellum a se prius imperante Michaële palam datum, quo se professus erat idem cum Latinis credere, ultro iam execrans et comburendum offerens, iureiurando etiam interposito est coram synodo professus sese haud ideo flammis hoc scriptum donare, quod sibi esset conscius pravum in eo aut a sana doctrina exterrans quidpiam positum, sed quoniam agnosceret eo ipso se graviter peccasse, quod omnino scribere de dogmate ausus esset, quod de talibus disserere, quod patrum testimonia de his inquirere, congerere, accommodata et utilia tunc visa ad causam quae ageretur, licet non igno-

ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴπερ οὐκ ἐν καιρῷ εἰρήνης ἐλέχθησάν, ἀλλ' ὅτε δεινόν τι κῦμα καὶ τετριγὸς κατεστρόβει τὴν ἐκκλησίαν ἐκ τῆς τῶν πολλῶν ἀνεγέρσεως, ἅμα δὲ καὶ τῷ δοκεῖν περιεῖναί οἱ τῆς εὐσεβείας, οὐχ ὡς ῥητὰ πατέρων ἐδίδου τὰ συνταχθέντα πυρί, C
ἀλλ' ὡς ἴδιον σύγγραμμα. καθεξῆς δ' ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸ τοῦ παλαιοῦ μεγάλου λογοθέτου σύγγραμμα, ὁμοίως κἀκεῖνο ἔχον, καὶ ἄλλοις οἷς γράφειν ἐπῆει καὶ μόνον μεμνῆσθαι δογμάτων ἐπάγοντες μῶμον, πυρὶ παρεδίδουν τοὺς τόμους.

Ἐντεῦθεν οὐδὲ τὸν πατριαρχεύσαντα Ἰωάννην αἰτιῶν ἧττον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐκεῖνον αἰτίαις ὑπῆγον αἱρέσεως, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῖς πατέρων ταῖς ἀληθείαις ῥητοῖς λιχνευσάμενος ἀντιλαβὰς διδόναι τοῖς αἰτιωμένοις ὡς εἰκὸς ἐκινδύνευε, καὶ παρὰ τὸ D
εἰκὸς ταῖς ἐννοίαις τῶν ῥητῶν ἐμβαθύνων ἐπὶ τοῖς ὑπὲρ νοῦν ἀνθρωπίναις διανοίαις παρατολμᾶν· τὰ γὰρ περὶ Θεοῦ σιωπῇ μᾶλλον ἔχειν τε καὶ τιμᾶν ἢ λόγοις συνιστᾶν καὶ δεικνύειν πέφυκεν.
(9) ἐκεῖνος τοίνυν τὸ ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα παρὰ τῶν P 15
πατέρων λεγόμενον ἐκπορεύεσθαι ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ τοῦ πνεύματος, μὴ τοῦτο μόνον λαμβάνων ὅτι πρόσθεσις καὶ παρὰ τοῖς ἡμετέροις πατράσι τετόλμηται ἐπ' αὐτῇ δὴ ταύτῃ τῇ ἀνεννοήτῳ ἐκ πατρὸς ἐκπορεύσει τοῦ πνεύματος, ἐφ' ᾧ γε τὴν προσθήκην τῶν Ἰταλῶν ἴσασθαι μετρίως ἴσως, εἴπερ ἐβούλετο, ἀλλὰ καὶ διδοὺς ἔξε-

raret idem olim a multis et magnis viris simili occasione factitatum. verum quia illa tunc a se non tempore pacis allegata fuissent, at importune eggesta tum cum atrox et vehementissima procella saevis hinc inde fluctibus multorum undecumque insurgentium ecclesiam ageret ferretque, ergo quia in eo se religione supervacanea intemperanter elatum sero tandem poenitens intelligeret, velle in detestationem eius erroris igne consumi hoc suum scriptum, non quatenus testimonia continebat patrum, sed quatenus sui ipsius foetus esset ingenii. consequenter scriptum super eodem argumento veteris magni logothetae productum, aliaque aliorum, et quibus qualiscumque mentio inesse dogmatum deprehensa est, universa ut eo nomine abunde rea igni sunt tradita.

His quasi praestructis ad Vecci causam praeiudiciis, ipsum sunt denique aggressi animo infensiori, quippe quem non intempestivae modo noticiae dogmatum sed haereseos reum peragere studerent. et erat ille quidem haud dubie eius affinis de qua modo est dictum, intemperantiae, nimia curiositate scrutandarum arcanarum veritatum quas scriptis abstrusas patrum, illic tanquam in sacro quodam operto, ut humano superiores capta, tacite obnoxieque venerari fuerat satius: caeterum ulterius nitebantur eius accusatores, qui eum ista investigatione impetu concitatum nimio praecipitasse in haeresin demonstrare conabantur. (9) nimirum illud quod patres, dum S. Spiritus theologiam explicant, affirmasse constabat, eum ex patre per filium procedere, praeterquam eo trahebat, hactenus tolerabiliter, ut Latinorum additionis exemplo ausorum paria Graecorum patrum invidiam minueret, etiam prurigine studii provectus

τάσεσι καὶ τὰ ὑπὲρ νοῦν ἐρευνῶν ἀνθρωπίνοις νοήμασιν ἔλαθεν
B οὐκ οἰσταῖς αἰτίαις περιβαλὼν ἑαυτόν. οὐ χεῖρον δ' εἰπεῖν καὶ διασαφῆσαι τό γε ξυμβεβηκός, καὶ τίσι περιπαρεὶς τῶν γραφῶν οὐ καλαῖς ταῖς αἰτίαις ξυνείχετο, κἂν μόνος ἐκεῖνος, μηδενὸς ἄλλου συμπράττειν τολμῶντος, θεολογίας ἄπειρον πέλαγος μικρῷ τινὶ ἀκατίῳ, ἀνθρωπίνῳ νοΐ, παραμετρεῖν ἐτόλμα πειρᾶσθαι, τῷ ὑπὲρ τῆς εἰρήνης ζήλῳ ὥσπερ τινὶ φώσσωνι, ὡς ἐκεῖνος ᾤετο, κουφιζόμενος, πιστεύων τοῖς ὀψιγόνοις, ὡς ἔλεγε, κἂν οἱ παρόντες οὐκ ἀπεδέχοντο τὸ ἐγχείρημα. ἐκεῖνος τοίνυν
C τὰς τῶν ἁγίων γραφὰς ἐπιμελέστερον διερχόμενος, τὸ μὲν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεῖσθαι ἐκλάμπειν χορηγεῖσθαι προϊέναι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πολλῶν καὶ πολλάκις λεγόντων ἐμάνθανε, τὸ δὲ καὶ ἐκπορεύεσθαι πρώτως μὲν παρὰ τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ ᾐσθάνετο εὕρισκε, δευτέρως δὲ καὶ παρὰ τῷ θεολογικωτάτῳ Δαμασκηνῷ, ἐφ' οἷς καὶ τὸν μέγαν Ταράσιον σὺν ἑβδόμῃ πάσῃ συνόδῳ, ἐπὶ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως πρὸς τοὺς ἀνατολικοὺς πατριάρ-
D χας, ἀριδήλως κατενόει θεολογοῦντας. εὑρὼν γοῦν τὸν τοῦ Μαρωνείας Νικήταν καὶ χαρτοφύλακα, ὕστερον δὲ καὶ Θεσσαλονίκης πρόεδρον, καὶ ἐπὶ τούτῳ καὶ τὸν Βλεμμίδην Νικηφόρον γραφαῖς συγχρησαμένους εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν Ἰταλῶν ὡς ἤθην ἀπολογίαν, καὶ Φώτιον αὐτὸν λέγοντα ὡς καὶ Ἀμβρόσιός τε καὶ Αὐγουστῖνος καὶ τρίτος Ἱερώνυμος οὕτω μετὰ προσθήκης ἐθιο-

in altiores easque humanis invias mentibus indagationes divinitatis, litibus sese imprudens non sane ferendis implicuit. quo de toto eius facto consilioque ac processu ancipitis coepti tradere hic aliquid distinctius operae pretium existimo, ut intelligatur quibus transfixus accusationibus, non iustis sane causis, reus sit peractus, qui eatenus tantum culpae affinis videri potuit, quod solus, nemine alio ipsi cooperari ad hoc ausо, theologiae immensum pelagus exigua cimba humani ingenii transfretare conari non dubitaverit, studio pacis velut quodam velum impulsuro, ut quidem putabat, a puppi vento provehendus in optatum portum, confidensque, quod dicere solebat, posteris certe laudandum suum consilium, si minus id praesens aetas probare voluisset. ergo ille sanctorum scripta attentius perlegens in horum plerisque saepe dici observavit Sanctum Spiritum ex patre per filium profundi, explendescere, praeberi, prodire. procedere quin etiam primum affirmari reperit a Sancto Maximo, deinde a summo quoque theologo Damasceno; quibus consentanee magnum praeterea Tarasium cum universa septima synodo in confessione fidei ad Orientales patriarchas manifeste deprehendit disseruisse. ad haec cum insuper invenisset Maroniensem Nicetam, chartophylacis etiam dignitate insignem ac postea in Thessalonicensem evectum cathedram, itemque post hunc Nicephorum Blemmidam elucubrasse ac vulgasse scripta testimoniis firmata scripturarum in defensionem Italorum, ipsumque Photium fateri Ambrosium Augustinum et Hieronymum processionem Sancti Spiritus ex patre

λόγουν περὶ τοῦ πνεύματος, ἀλλ' ὡς Ῥωμαῖοι πάντως καὶ οὐχ
ὡς Γραικοὶ ἔγραφόν τε καὶ ἔλεγον τὴν προσθήκην, τῆς μὲν λύ- P 16
σεως τούτου καὶ λίαν ὡς ἀσθενοῦς κατιγίνωσκεν, ὥσπερ ἂν ἦν
ἱκανὸν τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα πατέρα νῦν μὲν ὡς Γραικὸν μεγαλύνειν;
νῦν δ' ὡς Ῥωμαῖον αἱρέσεως γράφεσθαι, Ἱερώνυμον δὲ καὶ Αὐ-
γουστῖνον τὸν μὲν ὑπὸ Δαμάσῳ παιδευθέντα καὶ σύγχρονον Βα-
σιλείου τοῦ πάνυ καὶ μέγαν ἐγνώριζεν, Αὐγουστῖνον δὲ τὸν Ἱπ-
πῶνος καὶ ἐπὶ τῆς ἕκτης συνόδου μακαρίας μνήμης ἠξιωμένον καὶ
ὑφημούμενον, τὸν δὲ τρίτον Ἀμβρόσιον καὶ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῆς
ἐκκλησίας μεγαλυνόμενον. τὸ γοῦν τὸν Φώτιον οὕτω λέγειν περὶ B
ἐκείνων καὶ ἀποφαίνεσθαι οὐκ ἔκρινε συνετὸν καὶ ἄλλως δίκαιόν
τε καὶ ἰσχυρόν, ἐκείνων δὲ ταῖς βίβλοις προσσχὼν καί τι παθὼν
ἀνθρώπινον, φιλοτιμησάμενος, εἴ γε καὶ αὐτὸς σφίσι τῆς γνώ-
μης συνάροιτο, εἰ καὶ οὐδεὶς ἄλλος προσαπεδέχετο τὸ ἐγχείρημα,
βᾶξιν παρηρτημένην ἐντεῦθεν οὐκ ἐπαινετὴν δεδιώς, μέτεισί τε
φιλοπονώτερον τὰς γραφὰς καὶ τὰ παρεγγεγραμμένα τοῖς λόγοις
ἐκείνων ῥησείδια ἐξ ὅλων λόγων τῶν ἁγίων συνέλεγε. καὶ νῦν C
μὲν εὗρισκεν Ἀθανάσιον λέγοντα "ἦν δὲ ἀδύνατον ἐν τῇ τῆς
τριάδος τάξει τὸ πνεῦμα γινώσκεσθαι μὴ προοδικῶς ὂν ἐκ θεοῦ
δι' υἱοῦ, ἀλλὰ ποιητικῶς, ὡς λέγουσι", νῦν δὲ τὸν μέγαν Βα-
σίλειον "ἀξιώματι μὲν δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα παραδί-

cum additione *ex filio* docuisse, caeterum eos patres ut Romanos, non ut Graecos, additionem comprobasse, haec Photii exceptio nimium quam infirma Vecco visa est. quomodo enim videri possit consentaneum eundem patrem nunc ut Graecum magni facere, mox ut Latinum haereseos accusare? quos autem et quales viros? primum Hieronymum a Damaso eruditum, aequalem Basilii magni; deinde Augustinum Hipponensem, a sexta synodo, quae virum illum beatae memoriae praedicat, commendatum; tertium Ambrosium, cuius etiam apud nos acta in ecclesia magnis laudibus efferuntur. ex quibus colligebat nec pudenter nec prudenter nec verisimiliter aut ad persuasionem valide Photium de tantis patribus ita locutum videri debere. horum igitur omnium libris Vecous in manus sumptis acri attentione meditandis quiddam passus est humanitus, indulgens plusculum ambitioso cuidam studio aggregandi sese ad sententiam tam celebrium auctorum; quam in rem hac aetate nullus alius expedire impetum auderet. ac facile providens, ut tum erant sensus praeoccupatorum alia quadam opinione mentium, famam sibi ex hoc facto secuturam ancipitis potius pendulique in praeceps quam laudabilis incepti, corrogavit ad sui defensionem testimonia diligentius, et labore magno hinc inde longis auctorum omnium veterum scriptis inspersas in rem suam sententiolas congessit. ac nunc quidem invenit Athanasium dicentem "fieri autem non poterat in trinitatis ordine cognosci spiritum, non progressive existentem ex deo per filium, sed efficienter aut productive, ut sequuntur," nunc magnum Basilium "posteriorem quidem origine filio spiritum tradit videli-

δωσιν ἴσως ὁ τῆς ἀληθείας λόγος." τὴν δὲ κατασκευὴν τῆς προ-
τάσεως, ἐν πολλαῖς μὲν τῶν βίβλων κειμένην καὶ ταύτην, ἐν δέ
γ' ἐνίαις παρῳρημένην εὗρισκεν. ἑτέρωθι τὸν Νύσσης Γρηγό-
D ριον οὕτω πως διαιροῦντα τὰς περὶ θεοῦ δόξας ὡς τὸ μὲν αἴτιον
πιστεύειν τὸ δὲ ἐκ τοῦ αἰτίου, καὶ ἐξ αἰτίας ὄντος πάλιν ἄλλην
διαφορὰν ἐννοοῦμεν· τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ
δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου. καὶ αὖθις ἐν τῷ τέλει τοῦ
τῶν Ἀντιρρητικῶν πρώτου "δευτερεύει μὲν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς
αἰτίου, δευτερεύει δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς αἰ-
τίας λόγον." ἀλλαχοῦ δὲ τὸν μέγαν Κύριλλον λέγοντα "τὸ ἐκ
ἀμφοῖν οὐσιωδῶς ὑπάρχον, τουτέστιν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ", καὶ
αὖθις στόμα μὲν τοῦ πατρὸς λέγοντα τὸν υἱόν, θεολογοῦντα δὲ
E περὶ τοῦ πνεύματος "καθάπερ διὰ στόματος τὴν ἰδίαν ἡμῖν
ὑποσημαῖνον ὕπαρξιν." Ἐπιφάνιον δὲ καὶ ἐν πολλοῖς καὶ πολλά-
κις τὰ αὐτὰ λέγοντα κατελάμβανεν. ἔδοξεν οὖν ἐκείνῳ ταῦτά τε
καὶ πλείω συνάγειν καὶ λογογραφεῖν τὴν τῶν πατέρων θεολογίαν,
ὡς ᾤετο. καὶ τὸ ἀτηρὸν μὲν τῆς κατηγορίας τῶν Ἰταλῶν, ὃ δὴ
P 17 καὶ τοῖς κοινωνοῦσι διὰ τῆς ἀναφορᾶς τοῦ ὀνόματος προσετρί-
βετο, ἐξιᾶσθαι τέως κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ θεραπεύειν ἠβούλετο·
δεδιὼς δ' αὖθις καὶ τὰς κατηγορίας τῆς τόλμης, ταῖς ἀληθείαις
ὅρκους προανετάττετο τοὺς φρικώδεις ἢ μὴν μὴ ὡς δῆθεν κατα-

3. post παρῳρημένην P iterum καὶ ταύτην.

cet vera doctrina." rationem porro affirmationis qua filius patre, Spiritus Sanctus utroque origine posterior dicitur, in quibusdam quidem libris disertim expressam, in aliis omissam aut oblique tantum insinuatam reperit. alibi Nyssenum invenit in hunc modum distincte tradentem tenendas de deo sententias, ut credatur in eo aliud causa, aliud ex causa. tum eius quod ex causa existat aliam differentiam intelligimus, ut aliud sit citra medium ex primo, aliud per id quod citra medium ex primo est. et rursus in fine primi Antirrheticorum "secundus a patre filius quod ex eo ut causa sit. secundus item a filio spiritus iuxta causae rationem." alias vero magnum Cyrillum dicentem de spiritu existere ipsum ex ambobus substantialiter, hoc est ex patre et filio. et rursus os quidem patris appellantem filium, divinitatem vero Spiritus ita declarantem ut per os suum is nobis existentiam indicet. Epiphanium quoque deprehendit et multis in libris et saepe in unoquoque eadem affirmantem. visum igitur Vecco haec et plura colligere, complectique ac disserere scriptis commentariis theologiam patrum, ut putabat. quo duram nimirum illam accusationem Italorum, quae et in Graecos propter nuper admissam nominis papae inter sacra mentionem cum iis communicantes contagione quadam propagabatur, emolliret aut purgaret prout poterat. rursus metuens ne audaciae accusaretur, suis illis de vera doctrina dissertationibus addebat horrenda iuramenta, quibus studebat persuadere se nequaquam haec alle-

γινώσκειν τῶν ἡμετέρων ἢ ἐγκαλεῖν ἐλλείψεως, κἀκείνοις προσκεῖσθαι ὡς κρειττόνως λέγουσιν, ἤ τι τοιοῦτον καὶ ἐννοεῖν γράφοντα, ἀλλ' ἵνα τέως καὶ μόνον τὸ ἔγκλημα θεραπεύοιτο, οὐ τῶν Ἰταλῶν, οὔμενουν (ἐκείνοις γάρ, κἂν ἐπὶ πᾶσιν ἀφιῶνται B τῶν ἐγκλημάτων, ἀλλ' οὖν τῷ τολμῆσαι προσθεῖναι τῷ συμβόλῳ τὴν λέξιν ἔγκλημα κεῖσθαι τὸ μέγιστον), ἀλλὰ τῶν κοινωνούντων ἐκείνοις εἰρήνης τρόπον καὶ παλαιᾶς καταστάσεως ἕνεκα. ἀντεξῆγε δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ μονογενοῦς ἐκ εἰς τὴν διὰ κατὰ τὴν τῶν προθέσεων ἀντιπαραχώρησιν, ὅπου ἂν καὶ ἐν τοῖς περὶ τοῦ τοιοῦ τόποις εὑρίσκηται. οὕτω γάρ φησι διδάσκειν καὶ τὴν ἱερὰν ὁλοθήκην, βίβλον οὖσαν ἐγκρινομένην ταῖς γνησίαις τῆς ἐκκλη- C σίας. τοῦτο δ' ἐποίει τὴν τῶν Ἰταλῶν προσθήκην τοῖς ἡμετέροις βουλόμενος ἐξισοῦν. καὶ τέλος ἡ κορωνὶς τῆς τόλμης, ὅτι εὑρίσκων μὲν καὶ τὸν θεολογικώτατον Δαμασκηνὸν ἐν τρεισκαιδεκάτῳ τῶν θεολογικῶν αὐτοῦ κεφαλαίων λέγοντα "καὶ διὰ λόγου προβολεὺς ἐκφαντορικοῦ πνεύματος," ἐκλαμβανόμενος δὲ τὸ προβολεὺς εἰς τὸ αἴτιος (μηδὲ γὰρ εἶναι τὴν λέξιν ἐπ' ἄλλου σημαινομένου λαμβάνεσθαι) καὶ διὰ λόγου αἴτιον τὸν πατέρα λέ- D

9. ἀντικαριχώρησιν P.

gare, ut aut damnaret nostros aut defectus argueret, neque quo Latinis tanquam melius loquentibus, spretis suis, se adiungeret; quorum nihil ne prima quidem cogitatione tenus sibi venisse in mentem scribenti deierabat. solum voluisse purgare crimen, non illud proprium Latinorum quo ipsos attentanda additione ad symbolum prolapsos fatebatur, gravissime peccando contra disciplinam, non tamen a fide aberrando, sed crimen haereseos, quod si haerere in Latinis putaretur, haud dubie in Graecos quoque cum iis communicantes redundaret. consuluisse igitur se quis Graecis opera illa, et de iis bene meritum, utique cum sic ostenderit nihil eos nefarium egisse, quando propter pacis bonum et veterem rerum ecclesiae statum reducendum consenserant in communionem cum iis usurpandam, quos puros ab omni haereseos macula esse constaret. porro aequivalentiam inter sese ac promiscuam notionem praepositionum ἐκ ex et διά per maximopere adstruxit, contendens persuadere, quoties eae tradenda filii aeterni theologia usurparentur, sic omnino intelligendas tamquam unum idemque ambae significarent, idque diserte doceri aiebat in opere cui sacra hoplotheca sive sacrum armamentarium nomen est, qui liber inter authenticos et sanam ecclesiae doctrinam recte declarantes censeri solet. id ille faciebat quo Italorum additionem nostris tolerabiliorem minusque invidiosam redderet. denique, quod ei culmen audaciae fuit, cum invenisset summum theologum Damascenum in tertio decimo theologicorum suorum capitum dicentem de patre "et per verbum προβολεὺς productor enuntiatorii spiritus," intelligens in voce προβολεύς vim principii et causae, quin contendens id vocabulum in alio significatu simul non posse, sicque affirmans patrem per verbum principium sive

γων τοῦ πνεύματος, χώραν αἰτίας δεδώκει καὶ οὐ παροπτέας, οὐδέ γε μὴν τῆς τυχούσης, συνδοξάζειν αἴτιον τὸν υἱὸν ἐπὶ τῇ ἐκ πατρὸς αἰτίᾳ τοῦ πνεύματος. καίτοι γε τὰ μέτρια γε τοῖς λόγοις αὐτοῦ προσαρχόμενος, ὅτε τις καὶ ἀντεπῆγεν αὐτῷ τὴν αἰτίαν, ὡς πολλῶν ἐπὶ θεοῦ λεγομένων καὶ δὴ καὶ κακίας ἐπιφερόντων ἔμφασιν τὰ μὲν λεγόμενα ὡς ἁγίων ῥήματα προσιέμεθα, τὸ δ' ὑπεμφαῖνον οὐ προσδεχόμεθα, "λέγετέ" φησιν, "ὦ οὗτοι, θεὸς τέλειος ὁ πατήρ, καὶ θεὸς τέλειος ὁ υἱός, καὶ θεὸς τέλειος ὁ παράκλητος. ἆρ' οὖν διὰ τὸ τρεῖς θεοὺς ὑπεμφαίνεσθαι καταρρυπαροῦμεν τὴν θεολογίαν;" τέως εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ἐγκλήματος καὶ τρισὶ κεφαλαίοις τὸν ἐπὶ τῇ τῆς ὀρθοδοξίας ἡμέρᾳ ἀναγινωσκόμενον ὅρον ἐπ' ἐκκλησίας ἐπηύξανε προστιθείς, ποιούμενος ὑπ' ἀνάθεμα τρίτον τὸν ἤτοι δοξάζοντα ἢ αἴτιον ἢ μετὰ τοῦ πατρὸς συναίτιον τὸν υἱὸν τοῦ πνεύματος, ἢ συγκοινωνεῖν ἐν γνώσει καταδεχόμενον τοῖς οὕτω λέγουσι καὶ δοξάζουσι. ταῦτα ἔλεγε, ταῦτ' ἔγραφεν. "εἰ δ' ἀνήκει τι", φησί, "τῇ διά εἰς

causam spiritus esse, locum accusationi sui dedit haud sane contemnendae, cum non levis nec vulgaris error videatur, praeter vim principii et causae quae in patre a cunctis agnoscitur respectu spiritus, etiam filio attribuere rationem principii et causae erga spiritum eundem. nec ille non sentiebat invidiam dicti, quam ut emolliret, moderationis quandam speciem inserebat ac velut ad flexum commodam inarticulabat disputationi alioqui rigidiusculae, occurrendo ultro ingenio lectoris, ex allegatis patrum sententiis, ut pronum erat, collecturi falsam re vera et veteri ecclesiae doctrinae contrariam esse Graecorum hodie vigentem opinionem, qua Sanctus Spiritus ex patre dumtaxat ab iis agnoscitur procedens, cum ratio principii et causae, respectu spiritus attributa per sanctos ipsorum patres etiam filio, ex ipso quoque procedere ipsum iuxta Latinorum mentem demonstrare videatur. contra hoc enim ille praescribebat multa de deo necessario affirmari, sic irrefragabili auctoritate subigente, ex quibus mala de ipso et neutiquam admittenda clare consequi appareat; quam ideo consecutionem orthodoxi non admittunt, cum antecedentia, ex quibus infertur, recipiant. igitur et nos, Veccus aiebat, hic quoque patrum diserta testimonia recipimus: sed quod ex his apparet consequi, non recipimus. instabatque argumento e Graecis ducto ipsis, an non, inquiens, vos quoque et dicitis et recte dici fatemini patrem esse perfectum deum, perfectum item deum esse filium, denique paracletum perfectum et ipsum deum esse? utrum igitur quia inde tres esse deos videtur inferri, falso isto et respuendo corollario theologiam inquinabimus? haec ille, quae ad subterfugium criminis astute ipsum praeparare sibi palam erat. quem etiam ad finem decretum de fide legi solitum in ecclesia die quae vocatur orthodoxiae, tribus auxit capitulis, ei adiungens triplex anathema, in eum qui ut dogma fidei assereret filium esse causam spiritus, qui diceret filium esse cum patre concausam spiritus, postremo qui sciens communicaret nec adiungi renueret quibusvis ita loquentibus et credentibus. haec dicebat, haec scribebat, illud quoque addens: si quis inesse contenderit praepositioni *διά* per notionem causae, audax id dicta

τὸν τῆς αἰτίας λόγον, τοῦτο τόλμημα μὲν λέγειν ἢ ἐννοεῖν, εἰ δέ P 18
τις τολμᾴη, τὸ ἐκ τοῦ λόγου μὲν ἐρεῖ ἐμφαινόμενον, αἰτίαν δὲ
πάντως ἀποίσεται τοῦ τολμήματος."

Ταῦτα κατὰ τὸν Βέκκον ταῖς ἀληθείαις, καὶ πλέον οὐδέν.
διὸ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐξεπίτηδες τὰ τῆς ἱστορίας κατὰ λεπτὸν ἐπλατύ-
ναμεν, ἵν' ᾖ δῆλον ὅπως καὶ ἐφ' οἵαις αἰτίαις ὅσον οὐκ ἤδη ἡ
ἐκκλησία πᾶσα τοῦ κακοῦ παραπολαύειν ἤμελλε. σῶφρον ἦν οὖν
κατ' ἐμὴν γνώμην μηδὲν περὶ τούτων κινεῖσθαι. ἀλλ' ὅμως τέως B
καὶ οἳ ἐκεῖνον ἐποτρύνοντες αἴτιοι· βουλόμενος γὰρ τοῖς αἰτιω-
μένοις ἀπολογεῖσθαι καὶ ἔγκλημα φεύγειν αἱρέσεως ἔλαθεν αἱρέσει
δόξας δικαίως περιπαρείς.

Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἓν εἶχον κατὰ σκοπόν, τὸ καθυποκλῖναι
τὸν Ἰωάννην τῷ Ἰωσήφ, καὶ παρ' ἐκείνου πεῖθειν ζητεῖν συγ-
γνώμην οἷς ὅτι ζῶντος ἐκείνου ἐπιβῆναι τοῦ θρόνου τολμήσειε,
καὶ τὰ τῆς εἰρήνης μὴ καταδεχομένου, ὡς καὶ ὑποχωρεῖν διὰ ταύ- C
την, ἐκεῖνος μὴ ὅτι γε μόνον τὴν πατριαρχείαν καταδέχοιτο, ἀλλὰ
καὶ γραφαῖς πειρῷτο δεικνύναι τὴν πρᾶξιν ἀνεπιτίμητον. ὅθεν
καὶ ὁσημέραι σύνοδον μὲν ἐντελῆ καθίστων, (10) κρότοις δὲ
συχνοῖς τῶν τῆς ἐκκλησίας κωδώνων ξύγκλυδας ξυμφοροῦντες καὶ
πλήθη, εἴ πού τις ὡς ἠσέβησαν πεῖθοι, παρακινησείοντα τὰς

cogitationque fuerit; et quisquis id ausit, affirmabit is sane quod ex patrum testimoniis videtur consequi: caeterum idem temeritatis omnino accusationem ausi poenam feret.

Haec plane sunt quae Veccus circa hoc negotium scripsit dixit gessit, et nihil his plus; quae data opera studui minutatim ac paulo latius historiae commendare, ut sit manifestum quomodo et quibus ex causis in extremum ecclesia periculum magni mali subeundi venerit. temperantius autem Veccus, mea quidem sententia, fecisset, si nihil circa hoc movisset. tamen eius culpae magnam partem sustinent, qui hoc illi faciendi vehementem impulsum et quandam quasi necessitatem imposuerunt. accurrens quippe is ad iustam defensionem Latinorum contra eos a quibus immerito haereseos damnabantur, induit se non advertens et studio elatus in iustas suspiciones eius labis qua purgare satagebat alios, visus in haeresim impingere.

Atque in praesens quidem, qui res istas gubernabant, unum hoc spectabant, ut Ioannem Iosepho subiicerent volentem, persuadendo illi ut ab hoc veniam supplex peteret, quod ipso adhuc vivente thronum conscendere ausus esset, et quod cum videret Iosephum adeo ab ecclesiarum pace abhorrere ut, ne illam probaret, cedere patriarchatu mallet, tamen ipse vacuum eius secessu patriarchale solium non modo non dubitaverit oblatum admittere, sed etiam libris editis conatus fuerit evincere nihil in ea pace reprehensibile fuisse. haec ut ab eo extorquerent, synodum plenam quam primum studuerunt cogere. (10) pulsibus ergo crebris aeris ecclesiae campani turbam simul advenarum sibi faventem, urbanum simul populum magno numero convocarunt. congregandae multitudinis haec fa-

P 19 ὁρμὰς καθ' ὧν ἄρα τοῦ ὀρθοῦ παρακινησάντων σφᾶς ὑποπτεύσειαν, καὶ μάλα θερμῶς ἠξίουν τὸν Ἰωάννην καταπέμπεσθαι κριθησόμενον. συχνῶν γοῦν διαμηνυμάτων πρὸς ἐκεῖνον γινομένων ἐφ' ᾧ παραγίνοιτο λόγον δώσων τῶν γεγραμμένων, καὶ μάλ' ἐκείνων ἐπιδεικνυμένων τοῖς πλήθεσιν, ἐκεῖνος τὸ ἄλογον τῆς ὁρμῆς τῶν πολλῶν δεδιὼς ἐπὶ πολύ τε ὤκνει καὶ ἀνεβάλλετο τὴν ὡς ἐκείνους ἄφιξιν· δήλην γὰρ εἶναι τὴν παρακινδύνευσιν, εἰ πλῆθος ἀσεβῆσαι πεισθείη, ὥστε μὴ μένειν ἐπὶ τοῦ καθεστη-
B κότος τρόπου ἀλλ' ὅλαις ὁρμαῖς ἐπὶ τὸν αἴτιον τρέπεσθαι. ἀλλ' ὁ μέγας λογοθέτης ἐμβριθέστερον τὴν τοῦ πλήθους παρακίνησιν καταστέλλας, ὡς εἰς αὐτὸν βασιλέα τοῦ ἐπ' ἐκεῖνον ἀτακτήσοντος δόξοντος ἁμαρτεῖν, καὶ οἱ δηλώσας τὴν εὐτρέπισιν ἀσφαλῆ, οὕτω πείθει παραγενέσθαι. καὶ δὴ τὸν ἔσχατον τόπον ἐληλύθοτι δόντες ἐκεῖθεν ἀπολογεῖσθαι καθήμενον κατηνάγκαζον. ἐκεῖνος δὲ πάντα μᾶλλον εἰδὼς ἀπολογίας καιρὸν ἢ ἐκεῖνον, τὴν τοῦ γρά-
C φειν αἰτίαν ἐπὶ καιροῖς ἐτίθει, οὓς οὐκ εἶναι τότε διωμολόγει,

ctiosa erat causa. sperabant ipso apparatu synodi, quae cogi ferebatur ad emendanda quae perperam acta fuerant in conventione cum Latinis, intellecturos homines e vulgo se deceptos ab auctoribus conventionis eius in impietatem fuisse prolapsos, quam nunc expiari oporteret. inde autem confidebant exarsuros eos et in seditionem concitandos adversus Veccum, quem eius rei totius praecipuum artificem suspicarentur. quare illum huic invidiae obiecturi, ardenter petebant citari rite ac iuberi se sistere iudicandum a synodo. crebris igitur viatorum missitationibus Veccus comparere coram congregatis patribus iussus est ad reddendam rationem eorum quae scripserat; idque dum fieret, interim qui haec curabant, scripta illa Vecci ut errorum et fraudum plena invidiosissime apud populum traducebant, magnopere ostentantes exaggerantesque perniciem illorum. id Veccus non ignorans cunctabatur obtemperare vocantibus, morasque innectebat longas suo in vadimonium occursui, non inverisimiliter allegans manifestum esse periculum, ne populus persuasus gravi se implicatum malo piaculoque subiectum per pacem cum Latinis initam, furiose in eius pacis auctorem erumperet, cum is primum in conspectum esset datus. itaque cum non ignoraret arte adversariorum totam eius negotii culpam in se conferri, haud sibi videri tutum proficisci quo vocaretur, discerpendo utique a multitudine, cui qui se vellent perditum sinistris ante sparsis rumoribus persuaserant penes se unum residere causam mali omnis. haec iure causari eum magnus logotheta intelligens, acri nec inutili opera incubuit ad seditionem comprimendam populi metu huic admoto ab imperatore, quem, si qua vis fieret, offendendum graviter et severe animadversurum in violentiae compertos denuntiavit. sic sedato plebis impetu, Veccum aggreditur, demonstrans non esse iam quod causaretur ullam a seditione formidinem. nec ille abnuit venire. cui comparenti ultimus in synodo locus datus est; indeque ut causam ille sedens diceret, seseque purgaret ab obiectis circa scripta sua vehementer instabant. at Veccus aliud potius quodvis, quam quod tunc erat, talia purgandi tempus esse sciens, respondebat causas quibus defendi suum scribendi consilium pos-

καὶ πράγμασι ζητοῦσι καὶ ταῦτα, ἄλλως ἢ ὡς τὸ παρὸν ἔχουσιν, ὧν μετακινηθέντων ἀνάγκην εἶναι καὶ τὰ γραφόμενα προσαργεῖν. αἰτίας γὰρ εἶναι τὰς ἀναγκαίας, δι' ἃς καὶ γεγράφεσαν, μηδενὸς αὐτόθεν ὁρμήσαντος. τὸ γοῦν κινεῖν λόγους τῶν πραγμάτων ἀπόντων ἐφ' οἷς ἐλέχθησαν, ὥσπερ τοῖς ἐρωτῶσιν ἔχειν τὸ παραιρεῖσθαι, οὕτω τοῖς ἀπολογουμένοις τὸ μάταιον. ἀναγκαῖον δ' εἶναι καὶ μόνον τὴν σύνοδον ἀποφαίνεσθαι εἰ ὃν εἰς ἀρχιερωσύνην προσεκαλέσαντο μήτε μὴν εἰδότα μήτε μὴν ἀξιοῦντα, ἀργήσαντα τέως λυθέντων ἐκείνων καὶ τοῦ γνησίου ἀνακληθέντος ποιμένος, D ἀξιόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ κρίνουσι, τὴν τιμὴν καὶ ἔτι ἐκεῖνον κατέχειν ἣν ἔσχεν ἀρχῆθεν ψηφιζομένων καὶ προσκαλούντων αὐτῶν. τὸ δ' ἦν ἄρα εἰπόντος ἐκείνου τοῖς πολλοῖς ἦλος κατὰ καρδίας, καὶ "ποῦ γε ἄρα" φασὶν "ἀρχιερατεύσεις γνησίου τέως παρόντος ἀρχιερέως, ἀνὴρ καὶ λίβελλον ἐπὶ πίστει δίκαιος ἐκτίθεσθαι καὶ πληροφορεῖν ἐξ ἀνάγκης τὸ ὀρθὸν τοῦ σεβάσματος;" οἱ μὲν οὖν οὕτω παρακρουσάμενοι τὴν ἀξίωσιν ἐμβριθῶς, εὐμενῶς ἄλλως λαβόντες αὐτόν, ἄγουσι παρὰ τὸν Ἰωσὴφ καὶ μετανοίᾳ ἐξι- E

3. ἐγράφησαν? 11. αὐτόν P.

set, ei fuisse tempori affixas quod nunc praeteriisse fatebatur. scire esse, qua tempestate illa scripsisset quae modo in crimen vocabantur, exegisse a se tunc praesentem rerum statum ut talia scriberet. inique secum agi si post conversionem rerum tantam praestare nunc cogatur ea recta esse, quae cum suam ab opportunitate rectitudinem ducerent, mutatione quae incidit temporum suam quasi defensionem amiserunt. omittatur ergo crimen modo intempestivum, aut in tempus differatur eius quod super extitit simile. res quae tunc gerebantur imposuisse sibi necessitatem scribendi quae scripserit, nemine alio ad id agendum occurrente quod publice intererat ab aliquo fieri. vocare autem in examen sermones bene in tempore prolatos, remotis iam circumstantiis quibus illorum opportunitas palam monstrabatur, ut in rationem exigentibus inquisitionem habet intempestivam, sic respondentibus conditionem iniungit iniquissimam, causae talis dicendae cuius omnis defendendae conatus vanus ac stultus merito existimetur. illud solum decidere oportere patres synodi praesentis, an non eum quem nec cogitantem nec volentem ad patriarchatum ipsi vocaverunt, modo redactum in ordinem per illos, et priore in propriam thronum revocato pastore, aequum sit, ipsis iudicantibus, retinere etiamnum honorem quem illorum antea eligentium et ad patriarchatum vocantium suffragiis acceperat. haec postrema praesertim Vecci propositio plerorumque cordibus infixit spiculum; audiebanturque indignantium voces: "tu scilicet patriarchatus honore gaudebis, praesente iam legitimo patriarcha? tu, inquam, suspectus haereseos, a quo iure scripto edita fidei professio exigatur, cuique multis argumentis opus sit ad persuadendum te recte ac catholice sentire?" sic illi repulsa iracunde Vecci postulatione mitius deinde cum illo agentes, blande perpulerunt ut sistere se coram Iosepho vellet. quo ipso adducto, et persuaso

λεοῦσθαι ὡς δῆθεν δυσμεναίνοντα πείθουσιν, εἶτα καὶ λίβελλον ἐκτιθέντες εἰς ὁμολογίαν μὲν τοῦ ὀρθοῦ ἀποβολὴν δὲ τῶν εἴ τι καὶ παρεξελέχθη, καὶ αὐτῆς δὴ τέλος τῆς ἱερωσύνης παραίτησιν, ὑπογράφειν διδοῦσι, καὶ οὕτω τὰ εἰκότα φιλοφρονησάμενοι ἀπο-
P 20 πέμπουσιν. ὅπερ μαθὼν ὕστερον Ἰωσὴφ τὴν ἐπὶ τῇ παραιτήσει βίαν ὀρθοσεβοῦντος ὡς οὐ κανονικὴν ἄδικον ἔκρινεν. (11) ὀλίγον τὸ μεταξύ, καὶ βασιλέα πείθουσιν εἰς Προῦσαν περιορίζειν ᾧ τέως καὶ διελύοντο. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς τάξας αὐτῷ καὶ τὸ σιτηρέσιον αὐταρκες, ἐκεῖνον μὲν τοῖς ἀπάξουσιν ἐπὶ Προύσης ἐκδίδωσιν, αὐτοῖς δ' ἐχρῆτο τῶν ἄλλων ἐνευκαιρήσας, εἴ τι ἄρα προ- 10
τείνειαν, καί γε ἡδέως μὲν ἤκουε μεσιτευόντων, πολλὰ δ' ἐξε-
B πλήρου τῶν ἀναγκαίων ὑπομιμνησκόντων. ἐβεβαίου δὲ καὶ τὰς γνώμας λεγόντων καὶ προθέσει καρδίας καὶ γράμμασιν, ὧν τὸ μεῖζον καὶ πρῶτον μὴ ἄν ποτ' εὐφήμου μνήμης, μὴ ψαλμῳδίας, μὴ ταφῆς ἀξιωθῆναι τὸν ἀποιχόμενον. 15

Οἱ μὲν οὖν οὕτω ταῦτα, βασιλεὺς δ' οἰόμενος πραγμάτων ἀπαλλαγῆναι τὸ πᾶν κατορθοῦν ἐνόμιζε. τὸ δ' ἄρα ἦν ὄνειρος.
P 21 (12) οἱ γὰρ Ἀρσενιᾶται ἀδείας κἀκεῖνοι λαβόμενοι πείθοντος

delinire sibi offensum supplici significatione poenitentiae, deinde ipsi compositum libellum, quo professio rectae fidei coniungebatur cum amolitione suspicionum si quae in contrarium extarent, quibus ad extremum annectebant abdicationem sacerdotii, Vecco ut subscriberet dederunt; atque ita verbis officiisque paulo benignioribus commodiuscule tractatum dimiserunt. quod cum postea Iosephus cognovisset, vim illatam homini orthodoxo ut dignitatem abdicaret, uti minime regulis patrum conformem, iniustam fuisse iudicavit. (11) non ita multo post iidem imperatori persuadent ut Veccum, a quo tamen sibi satisfactum prae se tulerant, Prusam exulatum mitteret. destinavit igitur imperator qui eum illuc abduceret, assignatis ibi ei pensionibus ad victum sufficientem. porro istis qui nomine Iosephi ecclesiam curabant, familiariter ad caetera quoque se indulgebat imperator, admittens quoties vellent, audiendisque illis et expediendo quodcumque poscerent perlibenter vacans, quia et cum quidvis pro quolibet intercederent aut peterent, prompte annuens, multaque ex usu praesenti faciens, prout illi fieri omnino debere suggessissent. confirmabat autem sententias horum sibi loquentium cum prompta significatione benevoli assensus, tum ubi res posceret, literis et diplomatibus ad earum sanciendum effectum datis. istorum bisce concessorum a principe hoc maximum et primum fuit, quod iis suadentibus vetuit ne signo ullo honorificae memoriae nec iustis funebribus cantu psalmorum rite celebratis, immo ne sepultura quidem ecclesiastica pater eius Augustus nuper defunctus dignaretur.

Et haec illi quidem sic egerunt. imperator autem propensa ista ad eorum nutus omnes facilitate obsequendi, defunctum se turbis et magnam in posterum, cunctis compositis, se sibi tranquillitatem confecisse arbitrabatur; id quod vanum somnium sibi faventis animi fuit. (12) Arseniani quippe, ex mutatione et ipsi temporum fiducia arrepta suas res

τοῦ καιροῦ, καὶ πανταχόθεν ὑπεξαναδύντες τῶν φωλεῶν, τοῦ βασιλέως ἀνιέντος ὡς κἀκείνους εἰς εἰρήνην ἄγειν ἐλπίζοντος, ὑπέτρεχον τοὺς πολλούς, καὶ μᾶλλον θαρροῦντες ἐπ' Ἀνδρονίκῳ τῷ ἀπὸ Σάρδεων, ὃν ὅσον οὔπω ἥξαντα προσεδέχοντο, εἶναί τε τὸν Ἰωσὴφ ὑπ' ἀφορισμὸν ἐκ τοῦ πατριάρχου Ἀρσενίου διεβεβαιοῦν, καὶ τὴν ἐκείνου κοινωνίαν μὴ ὅτι γ' ἐκεῖνοι ὡς ἄγος ἐξέκλινον, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἔπειθον φεύγειν, ὥστε καὶ ὀσημέραι πλείους ἐκείνοις προστίθεσθαι, κἀξ ὀλίγων τῶν πρώτων πολλοὺς γίνεσθαι. ἀλλ' ὅσον μὲν ὁ Ἰωσὴφ ἀῤῥώστως ἔχων τοῦ σώματος τῆς πατριαρχείας ἐκείληπτο, καιρὸν ἦκιστ' εἶχον ἐκεῖνοι πρὸς βασιλέα· τὸ γὰρ σφῶν ἀκατάλλακτον οἱ τοῦ Ἰωσὴφ ἐκ πλείστου εἰδότες, καὶ ὅτι αὐτοὶ μὲν πατριάρχην τὸν Ἰωσὴφ εἶχον, ἐκεῖνοι δὲ οὐδ' ἄξιον Χριστιανικῆς ὁμιλίας ἔκρινον, καὶ διὰ ταῦτα ἀδύνατον τὴν ξύμβασιν κρίνοντες προκατελάμβανον βασιλέα, μαρτυροῦντες σφίσι τὰ χείριστα, καὶ ὡς οὐδ' ἐπ' ἀγαθοῖς αὐτῷ βασιλεύοντι ἐκεῖνοι τὴν ἐκκλησίαν σχίζουσι λέγοντες φροντίσιν οὐ ταῖς τυχούσαις ἐδίδουν. ἐπεὶ δ' ἐκραταιοῦτο τῷ πατριάρχῃ ἡ νόσος, καὶ ἤδη ἐς ἅπαν ἐκλελυμένος ἦν ὡς καὶ τὸν θάνατον ἀπεκδέχεσθαι, καὶ διὰ ταῦτα παῤῥησίᾳτο τὴν προστασίαν, καὶ γράμμα

4. ἥξοντα?

agendi, undique prodeuntes e latibulis (connivente Augusto, qui hos quadam lenitate adduci ad pacem posse sperabat) multos ambire atque in partes trahere coeperunt. columen eius tum factionis erat Andronicus olim episcopus Sardium, quem nuperrime appulsum exceperant avide, eoque auctore magnopere freti fidenter affirmabant subiacere Iosephum anathemati in eum quondam intorto ab Arsenio cum patriarchatum gereret; ipsisque ea de causa communionem non modo ut piaculum vitabant, sed et non paucis ut ab illa se abscinderent persuadebant. unde multis quotidie ad paucos qui primum apparuerant se aggregantibus, exiguo tempore in numerum ingentem excrevit Arseniana factio. hi tamen quoad Iosephus patriarchatus utcumque possessionem, gravi licet urgente morbo, tenuit, parum apud Augustum valuerunt. nam cum ex longo compertum haberent qui Iosephum sequebantur, irrevocabili Arsenianos in eum instinctos odio, nec superesse viderent conciliationis spem ullam inter partes tam acri discidio commissas, ut quem alia principem sacrorum veneretur, altera ne laica quidem communione dignandum Iosephum duceret, mature pro sua caetera apud Andronicum auctoritate eum in contrarium praemunierant, gravium Arsenianos accusantes criminum, metumque intentantes, ne hoc schisma invalescens non ecclesiae modo sed imperio quoque ipsi perniciosissimum ad extremum evaderet; quibus credulus princeps auditis in non vulgarem ab Arsenianis cavendi solicitudinem contrahebatur. postquam vero intendente se gravibus augmentis patriarchae morbo, adeo ut aeger plane iam defectus viribus et haud dubie mortem expectans patriarchatum abdicaret, cuius abdicationis scriptum rite formatum prodiit, qui eius nomine res gerebant despondere animos et dif-

προύβαινε παραιτήσεως, ὑπορρέουσι μὲν οἱ τούτου, εἰς πλῆθος δὲ ξυστάντες ἐκεῖνοι, ὡς καὶ τὸν πάνυ θαρραλέον δεδιέναι καὶ τὴν ἐκείνων ὑποποίησιν ἀναγκαίαν ἡγεῖσθαι, λόγου μείζονος
D ἀξιοῦσθαι, νεύσαντος ἐπὶ τούτους τοῦ βασιλέως, καὶ πολλῷ τινὶ νικῶνται τὸ πλῆθος τοὺς τοῦ Ἰωσήφ. ἐξῆρχε μὲν οὖν ἐκείνων ἔνθεν μὲν ὁ Ταρχανειώτης Ἰωάννης καὶ τοῦ βασιλέως αὐτανέψιος (τῆς γὰρ Μάρθας τῶν τριῶν υἱέων ὕστερος ἦν), σὺν ᾧ δὴ καὶ αἱ ἀδελφαὶ τούτου, ἥ τε Θεοδοσία καὶ ἡ Νοστόγγισσα, ἐκεῖθεν δὲ ὁ προδηλωθεὶς Ὑάκινθος. εἶχον δὲ καὶ τὸν ποτὲ Σάρδεων προηγούμενον, ὃς δὴ καὶ πρὸς βασιλέα συχνὰς προσόδους ποιού-
μενος — ὁ γὰρ Ἰωάννης καὶ προσγενὴς ὤν, ἀλλ' ὅμως ἐπ' ἀκρι-
P 22 βείᾳ μεγίστῃ κατορθῶν τὰ τοῦ ζήλου, ὡς ᾤετο, πλεῖστα τῶν περὶ τὸν Ὑάκινθον κατεγίνωσκε καὶ τὰ πολλὰ καὶ αὐτῶν ἀπεσχίζετο. διὰ ταῦτ' ἐκεῖνος τὰ τῆς παρρησίας σφίσι προωδοποίει, ὡς ἀσφαλὲς εἰς ὃ καὶ λέγοιεν ἕξουσιν.

13. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ μηνὸς ἑνισταμένου Κρονίου νόσῳ τε καὶ γήρᾳ τρυχωθεὶς Ἰωσὴφ ἐκδημεῖ, καὶ ὁ νεκρὸς ἐκείνου τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Βασιλείου εἰς ταφὴν δίδοται. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς ἀπαλλαγεὶς ἐκείνου τοὺς Ἀρσενιάτας ὁρμῇ μεγίστῃ ἐπειρᾶτο

4. ἀξιοῦνται? 5. τοὺς] οἱ?

fluere coeperunt. quo fidentius sese iam Arseniani ostentantes tanto se numero ferebant, ut terrorem adversariis non parvum incuterent, curamque adderent Augusto necessariam eos ne saevirent deliniendi. in eam ergo partem ille incubuit, maiori quam antea honoris significatione Arsenianos tractans; quo brevi effectum ut hi multitudine longe vincerent Iosephi asseclas. capita eminebant huius numerosae turbae ac velut factionis duces hinc quidem Ioannes Tarchaniota consobrinus imperatoris, quippe Marthae, sororis Michaëlis eius patris, trium filiorum natu minimus, cum quo et eius sorores Theodosia et Nostongissa, inde autem superius memoratus Hyacinthus. hi uno consensu praeire sibi universis patiebantur antiquum episcopum Sardium, qui nomine omnium crebro imperatorem conveniebat, huic libentius partes illas cedente atque adeo pro sua ob consanguinitatem gratia admissionem facilem parante Ioanne, qui exquisita quadam religionis diligentia, zelo, ut putabat, veriori obsequens, minus in multis probabat quae Hyacinthus agebat, haud adeo superstitiose communionem alienorum a secta sua vitans quam necesse Tarchaniotae videbatur. unde ab illo et eius sequacibus plerumque secedens conventiculum sibi seorsum habebat proprium, nec tamen se plane palam abscindens, ne robur factionis enervaret, quin pro virili Andronicum Sardensem adiuvans in his quae in sectae utilitatem ac securitatem universae cum imperatore transigebat.

13. Inter haec, mense Martio ineunte, morbo et senio consumptus Iosephus obiit, et eius cadaver in monasterio S. Basilii sepultum est. at imperator ab eo expeditus impetu maximo incubuit in conatum adiungendorum sibi Arsenianorum. itaque admittens eos in colloquium frequenter

καταλαβέσθαι, καὶ δὴ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀνεικὼς πρόσοδον λόγοις ἐπείρα παντοίοις. τὰ γὰρ παρὰ τῶν Ἰωσηφιτῶν κέντρα, καὶ μὴ B παρόντων πλήξαντα, οὐλὰς ἐνεποίει καὶ φόβου καὶ ὑπονοίας, καὶ παντός γε μᾶλλον διὰ ταῦτα τέως αὐτοῦ γε χάριν τὰ κατὰ σφᾶς ἀνέκρινε, Πάτροκλος δ' ἔδοξεν Ἰωσήφ, τῷ μὲν φαινομένῳ, δέει τοῦ μὴ σχισθῆναι τοὺς ἀμφ' ἐκεῖνον παροραθέντος ἐκείνου, ὡς δέ τινες ὑπενόουν, μερίμνῃ τῇ περὶ αὐτοῦ μεγίστῃ, μὴ τὰ τῆς στεφηφορίας ἐκείνου μωμεύοιντο δόξαντος ἀνιέρου ὅλως ἐκεί- νου καί γε φέροντος ἄγος ἀφορισμοῦ. ὅμως πολὺς ἦν τὰς γνώ- C μας ἐκείνων ὑποποιούμενος, τοῦτο μὲν φιλοφρονούμενος λόγοις, τοῦτο δὲ καὶ τοῖς κατὰ σφᾶς ἐδωδίμοις ἀρκούντως δωρούμενος. οἱ δὲ τὰ μὲν τῆς ὑπονοίας τοῦ βασιλέως ὡς εἶχον ἐξεθεράπευον, τὰ δὲ καθ' αὐτοὺς συνιστῶντες ὡς ἐνδίκως καὶ τρόποις θείας βουλῆς ἐξημμένοις σχίζονται, πρὸς θεοσημείας ἀπεῖδον καὶ τέ- ρατα. καὶ δὴ σφίσι ναὸν εἰς προσευχὴν ζητήσασιν, εἴ που μό- D νον ἐκ παλαιτάτου τὰ τοῖς ἱερεῦσιν νομιζόμενα ἠπράκτουν ἐκεῖ,

6. τοὺς] αὐτοὺς P.

omni ope tentabat verbis demulcere exulceratos eorum animos metu et suspicione, quoniam etsi hostes eorum Iosephitae non vigebant iam nec eos infestabant amplius, tamen quae ab illis, dum rerum potirentur, acceperant vulnera, cicatrices adhuc teneras et nec dum satis obduratas reliquerant. quare in iis observandis deliberandoque uti se cum illis gereret perattente versabatur, sua causa, quippe metuens ne quid turbarent, et ad id praeverteadum invigilans. Iosephum quod attinet, quamquam, ut a quo nihil iam metueret, non anxie curabat, prae se ferebat tamen studium acta eius et memoriam tuendi, non vero affectu sed in speciem, ne sectarios ipsius, si contemnere illum videretur, a se abalienaret. aliam quoque nonnulli simulationis huius causam non inverisimilem suspicabantur, ex cura ductam ne, si praevaluisset Arsenianorum opinio, Iosephi patriarchatum illegitimum censentium ut intrusi per vim in sedem iure non vacantem, et praeterea ob anathema contractum eius dignitatis incapacis, inauguratio ipsius Andronici in imperium ab eo facta irrita videri posset. verum utcumque prae se ferens a Iosepho se stare, multam suae adhibebat diligentiam in deliniendis sibique conciliandis Arsenianorum animis, qua blandis eos verbis alloquens, qua large et liberaliter praebens quibus ad victum indigebant. ponebant et hi vicissim haud segniem in hoc operum, ne sinistris ullis de se Augusti suspicionibus gratiae, quam benigne ipsis offerebat, periclitari constantiam aut vim diminui contingeret, perseverantes tamen fiducia maxima in affirmanda suae secessionis aequitate, quippe in quam causis iustissimis et non dubia divinae indicatione voluntatis sese asserebant fuisse impulsos, exhibentes se quin etiam ad id signis humana vi superioribus comprobandum. verum ut praestare id possent, necessariam sibi esse causabantur aedem sacram non pollutam contagione Iosephi, sequaciumque ipsius, qui scilicet templa omnia quae tunc Constantinopoli paterent, sacris illegitime attentandis profanaverant, ut iam in nullo eorum caste ac rite propitiari numen posset. assi-

ὡς μηδὲν ἐπιφέρεσθαι τῶν ἐσύστερον μετὰ τὴν πατριάρχην πραχθέντων Ἀρσένιον ἄγος, ὡς ᾤοντο, ὁ τῶν ἁγίων πάντων ναὸς ἐδίδοτο, εὖ μὲν μεγέθους καὶ κάλλους ἔχων ἅμα μὲν εἰς ὑποδοχὴν τῶν ἀφικνουμένων ἅμα δὲ καὶ εἰς οὐ μετρίαν παραψυχὴν καὶ τέρψιν, ἐκ παλαιοῦ δὲ κεκλεισμένος, ὡς μηδὲ πολλοὺς μεμνῆσθαι ἦν τί που καὶ ἐτελέσθη ἐν τούτοις τῶν ἱερῶν τελετῶν. ὡς γοῦν ἐκεῖσε συναχθέντες ὑπ' ὀπτῆρσι πιστοῖς, ὡς μή λαθών τις εἰσίοι τῶν σφίσιν ἀκοινωνήτων, τὰς συνάξεις ἐτέλουν, καὶ συχνάκις πέμπων ὁ βασιλεὺς τοῦ τὰ κατ' αὐτοὺς ἐν φροντίσι μεγάλαις ἔχειν παρεῖχε δόκησιν, αὐτοὶ ἐπὶ πλέον θαρσήσαντες πρὸς τὰ ἐν Χαλκηδόνι πύλαι τελεσθέντα, ὡς ὁ λόγος αἱρεῖ, ἐπὶ τῷ τῆς καλλιπαρθένου καὶ μάρτυρος Εὐφημίας σώματι ἀνάγουσι τὴν ἐνθύμησιν, καί γε καὶ αὐτοὶ ὑπὸ σώματι ἁγίῳ πάλαι κατατεθνεῶτος νεκρῷ τὰ καθ' αὐτοὺς ὡς ἀρεσκείας ἐξημμένα θείας δεικνύειν ἤθελον, καὶ ἅμα τῷ δεῖξαι, ὡς ἤλπιζον, σφίσι προσχεῖν ἠξίουν τοὺς ἄλλους καὶ πείθεσθαι, κἂν ὅ τι λέγοιέν τε καὶ πράττοιεν. πείθεται τούτοις ὁ βασιλεύς, καὶ σῶμα μὲν τὸ τοῦ Δαμασκηνοῦ καὶ θείου πατρὸς Ἰωάννου αὐτοῖς αἰτήσασι δίδωσιν,

P 23 B

quaretur modo sibi templum, si quod esset, ubi post expulsum Arsenium nemo fuisset operatus sacris: in eo sese confidere impetraturos, re sacra canonice religioseque peragenda, ut deus manifesto miraculo monstraret Arsenii sanctitatem suaeque ipsorum innocentiam sectae rectitudinemque notorum. inclinatus Andronicus ad morem iis gerendum templum sanctorum omnium attribuit, satis capax magnae multitudinis magnificeque ornatum, ut in id qui convenirent cum iucundo sensu animi consolationeque non modica dare operam religioni possent, at idem (quod praesertim quaerebatur) ex tam longo vacans et clausum tempore, ut pauci viventium recordarentur ullam in eo functionem sacram exerceri se vidisse. ibi ergo cum suos Arseniani conventus, fidis ad valvas custodibus appositis, ne quis irreperet eorum cum quibus communicare nefas arbitrabantur, coepissent concursu ingenti celebrare, affectabat iis demerendis intentus imperator certos e suis illuc frequenter mittere, qui praesto ipsis essent et securitatem quam optarent maximam praestarent, ac sibi esse curae res ipsorum fidem facerent certissimam. inde illi aucti animis policeri ausi sunt se miraculo eius simili quod olim apud Chalcedonem in corpore sanctae virginis et martyris Euphemiae ostensum fuisse fama ferret, veritatem suae doctrinae iustitiamque sectae probaturos. petebant igitur dari sibi corpus aliquod sancti dudum mortui, certo confidere se aientes demonstraturum per illud deum, quidquid ipsi egissent, se hactenus volente ac iubente factum; quo viso deinde par esset adversarios ipsorum divinae auctoritati cedere, nec iam amplius, sicut ad hanc usque diem fecerant, de innocentia ipsorum sanctitateque dubitare. assensit et his Augustus, sanctique et divini patris Ioannis Damasceni sacrum ad hoc experiendum corpus iis tradidit. quia vero Arseniani iactabant se scripta professionem suae ipsorum fidei iuriumque assertionem complectentia ad sancti corporis pedes posituros, postmodum vero eadem scripta e pedibus

ὡς ἂν δὲ μή τι καὶ ῥᾳδιουργηθείη ἐπὶ τοῖς προσδοκωμένοις τέρα- C
σιν ἢ μὴν καὶ ὑποπτευθείη ῥᾳδιουργηθέν, (τύμοις γὰρ ἐπιτεθη-
σομένοις τῷ σώματι τὰ καθ' αὐτοὺς ἐπιτρέπειν ἠβούλοντο) ἐξ
αὐτῆς βασιλεὺς προστάσσει ἐπισκευασθῆναι μὲν ἑτέραν μείζονα
θήκην, καὶ σῶμα καὶ θήκην αὐτὴν ἐν ᾗ τὸ σῶμα χωρήσουσαν,
οὕτω δὲ ταύτην οἵαν τ' εἶναι ἀσφαλισθῆναι καὶ κλεισὶ καὶ σφρα-
γῖσιν ὡς μηδὲ τὸν ἐντεχνότατον κατὰ Δαίδαλον παρεγχειρεῖν
μηδ' ὁτιοῦν δύνασθαι. αὐτὸν μέντοι παρεῖχεν ἕτοιμον, εἰ προσ-
ληφθείη ταῖς τοῦ ἁγίου χερσὶν ὁ τόμος πρὸς ποσὶ τεθείς, τὰ γε- D
γραμμένα πράττειν ἀναμφιβόλως. ἐν ὅσῳ μὲν οὖν ταῦτ' ἐπράτ-
τετο, κἀκεῖνοι νηστείαις καὶ προσευχαῖς παντοίαις προετελοῦντο
καὶ παννυχίσιν ὑμνῳδίαις ἐσχόλαζον, ὁ βασιλεύς, κἂν αὐτὸς
ἐφ' ἑαυτοῦ κἂν ἄλλου γε ὑπομνήσαντος, περὶ ἑαυτῷ, ὡς ἔδοξεν,
ὑπονοήσας, μήπως καὶ ἐπ' αὐτῇ βασιλείᾳ καὶ τῇ περὶ ταύτης
ζητήσει (καὶ ταῦτα γὰρ ἐλέγετο ζητεῖν ἐκείνους) ἀμφισβητεῖν
προαχθεῖεν, καί γ' ἐπὶ τοῦτ' ἀδοξήσας ἀναλαμβάνει τε τὰς ὁμο-
λογίας ἐξαίφνης, καὶ πέμψας, ὀστράκου φασὶ μεταπεσόντος, E
διακωλύει τοὐγχείρημα, τὸ τῶν πολλῶν καχυπονόητον ἀναστέλ-
λων, ἐλπὼν πρὸς αὐτοὺς ὡς εἴπερ μὴ ἐπιτρέπειν ἐννοίαις ἡμετέ-

ad manus sancti divina vi promota repertum iri, solicitus imperator ne fraus interveniret in eo quaepiam ac (quod suspicatu pronum erat de hominibus ingenti, quae palam extaret, toto in hoc negotio cupiditate ruentibus) ipsi manu adiuvarent, ut quod studebant divinitus effectum appareret, banc eius periculi praecavendi rationem prudenter iniit. praeter thecam in qua sancti Damasceni reliquiae servabantur conditae, intra quam suas Arseniaeos deponere chartas oportebat, aliam maiorem parari arcam iussit, in quam eadem theca coniiceretur scriptis iam in eam missa, arcam porro exteriorem istam seris sigillis clavibus muniri curavit ita firmiter, ita contra omnium astutiarum dolos impenetrabiliter, ut ne Daedalus quidem, aut si quis isto versutior, fraudem in eo moliri ullam attentareve indeprehensas posset. ingens erat eventus expectatio, Arseniaeis ieiunando, pervigilandis in hymnodia noctibus, omni denique supplicii ac religionis exquisitissimae genere voti effectum apud superos urgentibus, quando imperator vel per sese veritus coepti ancipitis exitum, vel ab aliquo monitus quantae rei aleam iaceret, cum manifeste constaret, si coelesti testimonio Arseniani commendarentur, suam ut ab illegitime et excommunicato patriarcha factam evectionem ad imperium haud dubie vocandam in controversiam, si non et pro inani ac plane nulla reprobandam, revocavit trepide quae decreverat, et misit repente qui reseratis sacrum loculum, explorarique ecquid situm scripturae illic depositae mutassent, omnino prohiberent; simul Arseniauis renuntiari a se iussit, re melius perspecta sibi visum expectari reverenter oportere divina oracula, dum sua se sponte praferant, non impatienti curiositate praelicenter ab irrumpentibus in adyta exquiri. hoc enim esset a cogitationibus potius nostris quam a dei provida sapientia consilium in dubiis incidentibus

ραις τὰ πράγματα ἀξιοῖμεν ἀλλὰ τὴν θεόθεν ζητεῖν συμβουλὴν (καὶ γὰρ οὕτω καὶ ἄξιον), ἀργεῖν μὲν ἀνάγκῃ ἐκ παλαιοῦ τὰ σημεῖα, τῆς εὐσεβείας πλατυνθείσης, ἔχειν δὲ τὰς γραφὰς τῶν πατέρων, ἐξ ὧν καὶ χειραγωγουμένους τὰ κατ' ἀρέσκειαν τοῦ θείου
P 24 τελεῖν· τοῦ γὰρ πλουσίου ζητοῦντος ἐξαναστῆναί τινα καὶ διδάξαι τοὺς ἀδελφούς, ἔχειν ἐκείνους Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας λελέχθαι, ὡς αὐτῶν ἱκανῶν ὄντων πείθειν τε καὶ διδάσκειν. οὕτω μὲν οὖν ἐκκρουσθέντων τῆς ἐγχειρήσεως τῶν Ἀρσενιατῶν,
B ὁ βασιλεὺς μᾶλλον τῷ μέρει τοῦ Ἰωσὴφ ὡς εὐθυτέρῳ προσκείμενος οὐδὲ τοὺς Ἀρσενιάτας καθάπαξ ἀπεδοκίμαζε· τὸ γὰρ περὶ ἐκείνους πλῆθος παρεῖχε καὶ σφῶν ἐπὶ μᾶλλον φροντίζειν.

14. Τῷ τοι καὶ τὴν μέσην ἐγνωκὼς βαδίζειν, ὡς μήτ' ἀνιᾶν τούτους, κἀκείνους δέχεσθαι τῷ τὰ ζητούμενα παρ' ἐκείνων συγχωρεῖν γίγνεσθαι (τὰ δ' ἦσαν πάντως ἡ τῆς ἐκκλησίας ὡς εἰπεῖν μεταποίησις), ἐκλέγεται μὲν εἰς πατριάρχην τὸν ἐκ Κύπρου Γεώργιον, ἄνδρα λόγοις ἐντραφέντα καὶ σφραγῖδα τοῦ πατριάρχου Ἰωσὴφ φέροντα, τὸ τοῦ πρωτοαποστολαρίου εἰς ἀνακτόρων
P 25 ἐπιφερόμενον σέμνωμα, κἂν τούτῳ δὲ δύξας Ἰωσηφίτας μὲν ἐκ

petere. dudum esse cum videmus cessasse divinum numen a crebra editione mirabilium signorum; audivimusque a doctoribus sacris causas plane idoneas cur expediat talia promiscue non ostendi, vera iam religione per orbem late diffusa satisque stabilita, cui spargendae ac fundandae talia olim, quando id conveniebat, fuisse constat utiliter adhibita. sufficiat nobis habere scripturas patrum, quibus manuduci ad mores probos et ad intelligendum quid deo cordi sit a nobis fieri satis erudiri possumus. nam et diviti scimus illi apud evangelium poscenti ut mortuus aliquis ad vivos rediens fratres suos admonitum mitteretur, divinitus responsum habere illos Mosem et prophetas, a quibus admoneri docerique sufficienter valerent. in hunc modum repressis ab incepto audaci Arsenianis, cautior Andronicus in posterum ut in iustiorem suaeque securitati accommodatiorem studiosius propendit Iosephitarum sectam, sic tamen ut Arsenianam haud prorsus reprobare videretur, quippe quam numero praevalidam haud quaquam contemnendam in seque temere irritandam merito duceret, acri semper et anxia in eam solicitudine intentus.

14. Mediam itaque inter utriusque offensionem factionis ingredi viam constituit, ita ut neque Arsenianos contristaret et Iosephitas tamen amplecteretur, quae hi cuperent permittens fieri. cupiebant vero illi nihil minus quam totius, ut verbo dixerim, transformationem ecclesiae. eligit igitur in patriarcham oriundum e Cypro Georgium, virum doctrinis innutritum, quem commendaret Iosephitis a Iosepho patriarcha benedictio accepta. quippe illum ad functionem primarii ecclesiastis palatinae concionis, consueta sacris ritibus tali occasione bene precandi formula palam a se delegatum, certo charactere suae approbationis ac favoris Iosephus, dum viveret, insigniverat; unde hoc promovendo non dubiam inire se a Iosephi sectariis gratiam sentiebat imperator. qui tamen idem eo deme-

τῆς σφραγῖδος ὑποποιούμενος, Ἀρσενιάτας δὲ τῷ μὴ κατὰ τὰ διατεταγμένα τῷ Ἰωσὴφ ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ συγχωρεῖν γίνεσθαι καὶ λίαν ξενιμενίζειν εἰς εἰρήνην ἐλπίζων, ἀρχιερεῖς μὲν ἐκείνους καὶ τὴν παρ' αὐτῶν ἐπὶ τῷ πατριαρχεύσοντι ψῆφον μηδ' ἵκταρ εἰς τοῖν βάλλων, ἀψηφίστως δὲ πάλιν ἀνάγειν μὴ εὐπρεπὲς δοκιμάζων καὶ εὔσχημον. μᾶλλον μὲν οὖν τῇ πράξει καὶ εἰς καιρὸν προστησόμενον, τινὰς τῶν δοκούντων ἐκλεξάμενος, καὶ τούτους καθ' ἕνα, ἅμα μὲν αὐτοῖς τὴν βουλὴν ἐκοινοῦτο, πληροφορῶν B ὡς εἶχε καὶ τὸ σφίσιν ἐσαῦθις ἀκίνδυνον, ἅμα δὲ καὶ ὡς ψῆφον τὴν ἀπ' ἐκείνων ἐκχώρησιν ἐλογίζετο. ἐφ' οἷς καὶ τὴν τοῦ ἀπὸ Σάρδεων Ἀθανασίου εἴτ' οὖν Ἀνδρονίκου γνώμην δεξάμενος, ὃν δὴ καὶ εἰς πατέρα ἔταττε γράφων ὁ βασιλεύς, κἀντεῦθεν τὸ τῆς ἀπεντεύξεως τῆς πατριαρχείας ἐκείνου τὰ πολλὰ τεχνιτεύοντος ἐπὶ τούτοις ὡμάλιζεν, ὡς καὶ αὐτὸν δὴ τὸν πατριάρχην ὕστερον κα-

4. πατριαρχεύσαντι P.

reri Arsenianos se putabat et proniores ad assensum in reconciliationem sperabat reddere, quod componi res ecclesiasticas iuxta Iosephi decreta non sineret. porro a sic decreta sibi Cyprii electione liberis antistitum committenda suffragiis longissime Andronicus abfuit, ac ne prima quidem deliberatione tenus eiusmodi quippe nimium anceps et exitu dubium consilium admisit. aliunde tamen secum reputans evectionem privati hominis in patriarchalem thronum, citra qualiacumque ius ad talem electionem habentium suffragia tentatam, omni carituram apud populum ratae auctoritatis specie, ut rei vitium, quam quomodocumque coeptam usu tandem ac tempore convaliturum confideret, quantum ad impune inchoandum necesse videretur, occultaret in principiis, quosdam ex electoribus, faciliores videlicet et flexibilioris ad nutum indolis ex caetera vitae consuetudine speratos fore, singillatim evocatos edocuit quid pararet, omni asseveratione confirmans nihil ipsis damni proprii ex hac, publicis alioqui rationibus necessaria, Georgii promotione metuendum. petere idcirco magnopere, sibi ut ad illam commodare ne gravarentur, si minus disertum assensum, saltem tacitam conniventiam: ultra enim hanc, et usum in praesens et apud se meritum pleni suffragii habituram, aliud se modo non quaerere. viderent quantulo esset contentus; nec dubitarent nullo suo labore, nulla invidia, immortaliter sibi obstringere principem. hac arte cum alios ex antistitibus, ne sibi obstarent, adstrinxit, tum in primis ex Sardensi olim Andronico nunc taedio suo magno adhuc monachum Athanasium, quem non intactum cupiditate patriarchatus, quo se in praesens exclusum throno alterius in eum evectione levius ferret, praeoccupavit astutus princeps gratissimo ipsi deferendo, scriptis etiam literis, titulo spiritualis patris. erat in eo cum praesens honoris fructus tum spes in posterum crescendi; quo utroque delinitus ambitiosus animus inquietudinem composuit ad tempus, et machinari nova desinens securitatem quam coeptabat in usum obvium praebuit Augusto; qui ut eadem ansa teneret hominem, ne is priusquam esset rebus commodum fueo animadverso resiliret, gnaviter in simulatione studendi Andronico perstitit, adiuvante ipse pro se quoque, postquam est patriarcha creatus, Cyprio, dum se

C ὑποκλίνειν εἰς εὐλογίαν τὴν παρ' ἐκείνου, οὐ χρείᾳ μᾶλλον ἢ κολακείᾳ καὶ ὑποποιήσει σφοδρᾷ καὶ ἀφύκτῳ, τὸ ἱκανὸν ἔχειν καὶ βέβαιον ἐπὶ ταῖς ψήφοις ἐπίστευεν. ἐπεὶ δ' ἔδει καὶ τελεῖσθαι τὰ μείζω ὡς εἴθιστο, οἱ δ' ἀρχιερεῖς ὠβελίζοντο (καὶ πῶς γὰρ οὐ; ὅπου γε καὶ εἰς ψήφους μόνας οὐκ ἠξιοῦντο), τῶν τινὶ ἐπι- 5
σκόπων Κοζύλης, πεμφθέντι κατὰ χρείαν πρεσβείας ἐκ δυτικῶν, καὶ ἀχράντῳ δόξαντι ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι πάλαι ὡς ξένῳ μάλα τῶν
D ἡμετέρων, γλυκὺς ἀγκὼν ὃ δὴ λέγεται (τινὲς γάρ, ὡς ἐλέγετο, ἦσαν οἱ καὶ τοῦτον ἐς ἅπαν εἰδότες, τῷ μεγάλῳ κυρίῳ Φιλίππῳ, περὶ οὗ καὶ φθάσαντες ἱστορήκαμεν, καὶ ζῶντι ἱερατικῶς ἐκδου- 10
λεύοντα, καὶ σφαγέντος, ἐπὶ χρυσέου πίνακος προκειμένης τῆς κεφαλῆς, οὕτω δόξαν τῇ συζύγῳ Φραντζαίνῃ, τὰ τῶν ἐπιτελευτίων ὕμνων εἰς μνήμην ἐπιτελοῦντα), τὰ τῆς τελετῆς τοῦ πατριαρχεύσοντος ἐγχειρίζουσιν· ὃς δὴ καὶ τοῦ αὐτοῦ Κρονίου μη-
νὸς παραλαβὼν ἐκεῖνον εἰσάγει τὴν τοῦ Προδρόμου τῆς πέτρας 15
E μονὴν σὺν ὀλίγοις τισί, καὶ ναὸν εὑρόντες ἐπ' ἀμπελῶνος, ἀργὸν ὡς ἐδόκει κἀκεῖνον ὄντα, ἐκεῖσε τὰ εἰκότα τελέσας μοναχὸν μὲν ἐκ λαϊκῶν ἀποδείκνυσι, διάκονον δ' ἐξ ἀναγνώστου χειροτονεῖ. τῆς δ' αὐτῆς ἡμέρας καὶ πατριάρχην ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνον προβάλ-

inclinare sustinuit usque ad eulogiam ab eo accipiendam, non usu alio quam adulandi, et tanto strictioribus fictae honorificentiae vinculis gloriosum monachum causae ac partibus alligandi. inde porro abunde se faventium suffragiorum ad tuto peragendam Cyprii promotionem habere ratus Andronicus, ubi prōgredi ad maiora ipsamque ordinationem adoriri tempestivum est visum, nullius Orientalium antistitum ad tale ministerium operam probavit (nec erat sane consequens ad eius illos ab Augusto consecrationem adhiberi, quorum ne suffragia quidem ad electionem dignatus fuerat requirere) sed functionem illam detulit episcopo Cozyles ex Occiduis tractibus legationis causa nuper appulso, et quod peregre vixisset in summa disiunctione a rebus nostris, nulla contaminato contagione piaculorum, quae ex actis antehac Constantinopoli plerique illic degentium aut contraxerant aut contraxisse putabantur. erat is homo praeterea gratificari quidvis poscentibus facilis, et iuxta tritum adagium, dulcis cubitus, quem videlicet ad quidquid ex usu ferat placide sequacem flecteres. nonnullis enim, quibus fuerat anterior eius vita plane perspecta, notum erat magno eum domino Philippo, de quo alias narravimus, et viventi operam sacerdotalem grate atque obnoxie navasse, et ad eius occisi propositum in aureo fisco caput, quod sic eius coniugi Phrantzaenae visum esset, sacra funebria, pronuntiandis hymnis, quibus mortuorum memoriam prosequi fas est, rite peregisse. hic igitur commodam sibi designati patriarchae ordinationem auspicaturus, mense Martio susceptum eum introducit cum paucis in monasterium a prodromo et petra nominatum, ubi templo in vinea reperto, in quo et ipso apparebat rem divinam ex longo fieri desiisse, in eo consuetis ceremoniis monachum ex laico instituit Cyprium, moxque diaconum e lectore ordinat. eadem porro die eumdem imperator declarat patriarcham. hinc iam patriarcha, qui multorum sua-

λεται. ἐντεῦθεν ἐκεῖνος ἐκκεχωρημένον ἔχων διὰ προτροπῶν ἐνεργεῖν τά οἱ προσήκοντα, τὸν τοῦ Ἀκακίου, ἀνδρὸς εὐλαβοῦς καὶ τὰ πολλὰ συντετηρημένου καὶ ἐπὶ τοῖς χθὲς πραχθεῖσι δόξαντος ἐμφρονεστέρου εἶναι, μαθητὴν Γερμανόν, εὐλαβῆ γε κἀκεῖνον ἐς ἅπαν P 26
καὶ τὸ ἦθος ἁπλοϊκὸν ὡς καὶ ἐν πνευματικοῖς ταχθέντα τῷ πατριαρχεύσαντι, ἅμα μὲν σὺν τῷ Κοζύλης πρόεδρον Ἡρακλείας τῆς κατὰ Θράκην καὶ χειροτονητὴν ἑαυτοῦ ψηφίζονται, ἅμα δὲ τῷ ἐπισκόπῳ προτρέπεται, οὕτω τοῦ καιροῦ σχεδιάζοντος, εἰς μητροπολίτην χειροτονεῖν· καὶ ὁ τῆς παλαιᾶς Εἰρήνης θεῖος ναός, B
πολλὰ καταπλυνθείσης πρότερον τῆς ἱερᾶς καὶ μυστικῆς τραπέζης καί τισιν ἁγιασθείσης εὐχαῖς, τὴν ἐκείνου εἶδε χειροτονίαν. αὐτὸς δ' αὖθις κἀκεῖνος πρῶτον μὲν ἱερέα, εἶτα δὲ κἂν τῇ λαμπρᾷ ἑορτῇ τῶν βαΐων ἀρχιερέα τὸν πατριάρχην χειροτονοῦσιν. οὐ χεῖρον δὲ μικρὰ καὶ περὶ τῆς χειροτονίας διαλαβεῖν.

15. Ἥγνιστο μὲν εὐχαῖς τε καὶ ἁγιάσμασιν ἡ τῆς μεγί- A
στης ἐκκλησίας ἱερὰ τράπεζα, συνήγοντο δὲ περὶ τὸν χειροτονηθησόμενον οἳ δὴ καὶ τῶν σχιζομένων συγκατεκλίνοντο, ἄνδρες πρὸς μὲν τὰ τελούμενα ἀμαθεῖς, δόξαντες δὲ τῷ ζήλῳ προστε- P 27
τηκέναι. μαρτύριον δὲ τὸ μηδ' εἰδέναι μηδ' ὅλως μὴ ὅτι γε χεί-

sionibus inductus certum ac planc constitutum haberet non alium adhibere ad sui consecrationem quam eum de quo inter omnes constaret longe alienum esse ab omni specie pisculi, quale plerique antistitum contraxisse mutuis flagrantium factionum insimulationibus culpabantur, discipulum Germanum, filium Acacii viri pii et valde circumspecti, qui se in palam nuper actis quasi neutrum habuerat, assensum in partem utramvis sustinens et utrique, quantum dumtaxat satis erat ad securitatem, favens, hanc quoque ipsum multa religionis existimatione commendatum, praeterea ita moribus simplicem ut eum ille qui patriarchatum nuper gesserat spiritualibus accensuisset, hunc, inquam, quasi de quo nulla esse posset caiusquam plausibilis exceptio, in sui ordinatorem praeparavit, eligens eum, suffragante in id pariter Cozyleno, in praesulem Heracleae Thraciae. post quod episcopo mandavit ut eum confestim (res enim moras non ferebat) in eam sedem rite metropolitam ordinaret. isti functioni delectum est antiquae Irenes divinum templum, cuius sacra et mystica mensa multis prius purgationibus expiata et certis sanctificata precibus Germani novi Heracleensis inaugurationem vidit. hic porro vicissim promotorem suum Cyprium primum quidem sacerdotio initiavit, deinde in celebri palmarum festo, cooperante antistite Cozyles, patriarcham ordinavit. de qua ordinatione non erit abs re quaedam hic distinctius referre.

15. Lustrata primum est precibus et piacularibus ritibus maximi templi sacra mensa. congregati deinde sunt circa designatum pontificem schismaticorum sodales, viri sacrorum rituum rudes, qui sibi vice omnis ceremoniarum peritiae sufficere putarent, quo uri ac quasi tabescere videbantur, zelum. documento fuit, quod consecrationis pontificalis, quam

ροτονίας τάξιν, ἀλλ' οὐδ' αὐτὴν τὴν τοῦ βήματος, ὡς καὶ κινδυνεύειν διὰ ταῦτα παροραθῆναι τὴν ἐκείνων ἀκριβῆ παρατήρησιν. ἐκείνοις γὰρ ἦν ὁ σκοπὸς ἀπερεῖν κληρικοῖς μὴ παρεῖναι μηδ' ὄψιν προσβάλλειν τοῖς τελουμένοις, κἂν ὅστις καὶ εἴη· ἡ δ' ἀνάγκη τῶν πραττομένων, ὡς εὐοδοῖντο τὰ τῆς τελετῆς ἄμηγέπη, ἕνα τῶν τοῦ κλήρου προσληφθῆναι, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀδύ-
B τοις τὸ μέγιστον, τὸν ἐκκλησιάρχον ἔπειθεν, ἐφ' ᾧ ξυνεπιλαμβάνειν σφίσι καὶ πράττοντα καὶ διδάσκοντα. καὶ οὕτω μὲν ἐκείνοις ἀποχρῆν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐδόκει, εἰ παραβάντες τὸ μέρος τὸ καθόλου διαφυλάττοιντο. οἱ δὲ τοῦ κλήρου τῆς ἐκκλησίας μὲν τὸ παράπαν ἐξεκλείοντο, ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ μέγας λογοθέτης, μηδενὸς κωλύοντος, ἀλλ' αὐτός γε κρίνων τὴν ἀπουσίαν ἑαυτοῦ ἀξίαν τοῖς τελουμένοις, μακρόθεν ἐπεζυγωμένης τῆς πύλης ἱστάμενος μύλις ἑώρα καὶ τῷ ὑπεσταλμένῳ τοῦ ἤθους τὸ
C ἀνάξιον παρεδείκνυ· ἄνω δέ που τῶν κατηχουμενείων παραβύμενοι ὀπτῆρας εἶχον τοῦ μὴ παρακύψαι μηδ' ἰδεῖν τὰ πραττόμενα, ὡς ἐντεῦθεν κωλυθησομένου δῆθεν τοῦ μὴ δυναμένου ὑπέ-

celebraturi convenerant, ordinem ignorabant funditus. sed ne sacri quidem altaris ac divini sacrificii functio quo pacto exerceretur, tenebant; ut propterea periculum esset ne despiceretur et ut praepostere sedula ludibrio esset illa exquisita observatio, quippe cuius accuratissima diligentia ne id quidem teneret, sine quo irrita iure censeri posset, quam moliebantur, ordinatio. illorum autem obnixum studium ad eum scopum tendebat, ut clerici arcerentur a sacra illa ceremonia, ac ne quivis illorum, quantaecumque alioqui dignitatis, vel visu procul usurpare quidquam ea occasione gerendorum posset. coëgit tamen eos mera necessitas defungendi utcunque ministerii adhibere unum saltem aliquem e clero gnarum ordinis sacrorum, cuius ductu admonituque regerentur, praesertim in ea parte quae praecipua primariaque, sed eadem arcanis et perplexe multiplicibus constans ritibus intra ipsa penitus agitur adyta. adsciverunt igitur ecclesiarchum, qui partim ipse faceret partim ipsis suggereret quae quove pacto fas erat tali occasione fieri. ac sic in praesens sibi satis cautum putaverunt, ut omissa licet parte consuetarum circumstantiarum negotium tamen ipsum subsisteret, quantum ad ratam auctoritatem esset satis. omnes ergo, praeter unum, clerici prorsus exclusi templo sunt, dum in eo patriarcha consecrabatur, quando et modestiam ostentare miram logotheta ipse magnus affectavit, dum nemine licet aedis sacrae ingressum prohibente, ultro velut se indignum admissione in sacri conscientiam reputans extra procul stetit, ex adverso templi ostii foribus obductis clausi, demissis etiam in terram oculis et humili habitu quasi prae se ferens agnoscere se iure arceri quippe indignum ac profanum, et iustam animadversionem boni consulere. ne qui autem in superioribus vestibuli odeis, quae Catechumenea vocabantur, forte delitescentes furtivis illinc delibarent obtutuum coniectibus quae tunc in templo gerebantur, aderant qui hoc vetarent speculatores ibi locati, neminem per crates aut fenestras

χεσθαι τῷ ἀξίῳ τῆς τῶν συμπαρόντων ἀναξιότητος χάριν δι' ἀγαθότητα πνεύματος. ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ τῆς τελετῆς διήνυστο, καὶ τρισὶ προηγιασμένοις ἄρτοις, ὡς ταῖς τρισὶν ἡμέραις τῆς μεγάλης ἑβδομάδος ἀρκέσουσι, τὸ τῆς ἐκκλησίας πυξίον ἐνικανοῦτο, ὁ πατριάρχης πρὸς βασιλέα αὐτόθεν ἁπήντα ἐκτελέσων μετ' ἐκείνου τὴν ἑορτὴν κατὰ τὸ σύνηθες, οἱ δὲ καὶ αὖθις τῶν ἱερῶν D συνάξεων ἐξεκλείοντο, παρ' οὐδὲν θεμένων τὰς τοῦ Ἰωσὴφ προστιμήσεις. ἐπέφωσκεν ἡ δευτέρα, καὶ τοῖς μὲν τοῦ πατριάρχου ὁ ναὸς ἀνεῖτο, τοῖς δέ γε κληρικοῖς ἄβατον τὸ τέμενος ἦν. ἐπέστη ἡ τρίτη, καὶ τὰ αὐτὰ διεπράττετο. ὡς δ' ἡ τετάρτη παρῆν καὶ ἤδη συγχωρεῖν ἔμελλον σφίσιν, ἐπεὶ οὐκ ἦν συμφωνεῖν ἐκείνους ἐπὶ τοῖς δόξασιν ἀλλ' ἀμφεγνωμόνουν ἐπὶ πολύ, ὡς καὶ παρελθεῖν τὴν τῆς προηγιασμένης τελετῆς ὥραν, μόλις στήσαντες ἐφ' ἑκάτερα ὄχλον ἄλλως καὶ πλῆθος δοκοῦν ἐν ζηλωταῖς E ἀριθμεῖσθαι, μέσον ἐκείνων παρὰ θάτερα τῶν ὡραίων πυλώνων παρεῖχον τοὺς τῆς ἐκκλησίας διερχομένους προσπίπτειν καὶ συγγνώμην αἰτεῖν καὶ οὕτως ἀξίους νομίζεσθαι τῆς συνεκκλησιάσεως.

13. τὴν deerat.

demittere oculos in ecclesiam sinentes; ut quos videlicet in officio spontaneae a sacris, quibus erant indigni, absentiae non contineret suae ipsorum modesta reputatio labis et verecundia poenitentes decens, eos denuntiatio custodum, et nisi audirent, vis utique addenda prohiberet a temeratis procaci aspectu sacris; in quorum usurpationem irrumpere haud par fasve esset noxae inexpiatae sibi conscios, praesertim exemplo admonitos aliorum paris affinium piaculi, quos viderent aequo animo ferre sui ab iis exclusionem. ubi vero peractum mysterium est et sacra pyxis ecclesiae tribus est praeconsecratis instructa panibus, quot ad tres hebdomadae maioris dies, quibus nonnisi ex praesanctificatis sacra fieri fas est, erant ex recepto usu necessarii, patriarcha quidem ad imperatorem recta inde se contulit, celebraturus cum eo de more festum. at clerici nihilominus sacris synaxibus excludebantur a nihili ducentibus sanctiones Iosephi patriarchae nuperi, utcunque et ipsas poenarum ecclesiasticarum iniunctione firmatas. illuxit secunda hebdomadae dies, qua item familiaribus novi patriarchae permissus ingressus in templum est, clericis vero prohibitus. supervenit et tertia, qua et ipsa similiter est actum. ut vero quarta dies adfuit, qua decrevisse videbantur remittere iam clericis interdicti poenam nec eos de caetero sacris arcere: verum ad hoc prius ab ipsis exigebant certum assensum ad quaedam ipsis placita, quem cum plerique clericorum non statim expedirent, sed deliberabundi verentesque consultarent, quidam etiam clare abnuerent, in his altercationibus hora legitima sacri ex praesanctificatis tali die celebrari soliti praeteriit. sero tandem, re in conventionem adducta qualemcumque, dispositis magno numero in duplicem seriem altrinsecus a dextris et sinistris portae speciosae iis e populo sibi obnoxio, qui zelo maiori sensa decretaque ipsorum amplecti putabantur, patefactis foribus praebuerunt aditum extra stantibus, cum eo ut in limine procidentes veniam poscerent, sicque digni deinceps

ἅμα γοῦν τὰ τῶν ἑσπερίων ὕμνων ὑπὸ σκότῳ τελέσαντες, παριδόντες τὴν λειτουργίαν, οὐκ οἶδα διὰ τὸν καιρὸν μὴ ἐκχωροῦντα
P 28 ἢ μᾶλλον διὰ τὸ μὴ δικαιοῦν ἔτι ἁγιασθῆναι τοὺς συγχωρηθέντας τῷ ἱερῷ κλάσματι, ὡς ἡ ὑστεραία ἔδειξεν, ἐπ᾽ οἶκου ἀπελύετο ἕκαστος. ὡς δὲ τῆς ἱερᾶς καὶ μεγάλης πέμπτης ἐτελεῖτο ἡ λει- 5
τουργία καὶ αὐτοὶ συμπαρῆσαν, ἐκεῖνοι θέλοντες σφίσι παραλογίσασθαι τὸν ἁγιασμόν, πέμψαντες κρυφηδὸν ἐξ ἀγορᾶς λαμβάνουσιν ἄρτον, καὶ κλάσαντες εἰς λεπτὰ μηδὲν εἰδόσι μετεδίδουν ὡς ἱεροῦ ἄρτου κλασμάτων, ὃ δὴ καὶ γνωσθὲν ὕστερον οὐκ εἶχον
B ὅ τι ἐξ ὑπερτέρας ἀνίας καὶ γένοιντο. ὅμως δὲ πρὸς τὰ ἐσαῦθις 10
ἐλπιζόμενα οἱστὸν κἀκεῖνο ἐδόκει, καὶ φέροντες τὰ τῶν κακῶν προσεδόκων μείζω, οὐ τόσον τοῖς παροῦσι διὰ τὴν πεῖραν ὅσον τοῖς προσδοκωμένοις διὰ τὴν ἐλπίδα ἐξανιώμενοι. τὸ γὰρ παρὸν λυπηρόν, ἐπιστὰν ἀνθρώποις φύσιν ἔχουσι φέρειν καὶ τὰ ἀνύποιστα, λυπεῖ μὲν ὡς εἰκὸς καὶ ἀνιᾷ τὸν πειρασθέντα τῶν δυσχε- 15
ρῶν, τῇ δὲ παρὰ τῶν πολλῶν παραμυθίᾳ ἐκλύεσθαι πέφυκεν· ἐλπιζόμενον δὲ δυσδιάθετον τὴν φροντίδα τῷ πεισομένῳ παρέχει.

10. ἀνοίας P.

admissione in synaxes iudicarentur. dum haec fierent, hymni vespertini decantabantur, quibus absolutis, nocturnis iam tenebris, dimissa ecclesia est, sacra liturgia, quae iuxta receptum ritum ea die fieri debuerat, praeterita, haud scio an quod eius hora, ut dixi, esset elapsa, an potius, quod qui modo in templum introduci coeperant, nondum satis purgati antiquis piaculis viderentur, ut sacro fragmento impertirentur; quam ultimam suspicionem veriorem adstruit id quod postridie actum est. igitur tunc quidem omnes in hunc modum ad sua quisque recesserunt. cum vero luce postera solemne sacrum feriae quintae hebdomadae maioris celebraretur, praesentibus iam cunctis, quippe sine discrimine admissis universis, qui rei praeerant, frustrari communione reconciliatos pridie sine ipsorum sensu, quod ita decreverant, studentes, panem e foro clam allatum et sectum in frustula iis ignaris tamquam sacri panis particulas distribuerunt. quod cum illi deinde rescivissent, immane quantum indignati efferatique sunt. verum ita in ruinam res ipsorum incumbebant, ut reputantibus quid verisimiliter in posterum timerent, tolerabilia existimari praesentia utcumque acerbissima par esset. ferebant igitur ut poterant, et durabant se ad patientiam graviorum, acrius inquietati formidine impendentium incommodorum quam sensu iam appulsorum. nam malum praesenti vi pungens homines natura expositos incursui longe magis atrocium malorum contristat quidem et cruciat pro conditione mortalitatis ei subiectum caput, non tamen sine levamento consolationis eius quae ex consortio multorum paria tolerantium offerri miseris solet: quae autem imminere in posterum calamitas creditur, acriori fere cura et nullius temperato admistione solatii dolore aestuantes angit animos et aerumnosius sauciat. quare istos his quae nunc patiebantur utcumque tolerandis pa-

ταῦτ' ἄρα κἀκείνοις τὸ παρὸν τῶν κακῶν ὡς ἐνῆν φέρουσι δεινὴν C
ἐλπίδα τὸ ἐπελευσόμενον ἦγε, καὶ οἱονεὶ ἐδόκει τὸ ἐπιστὰν πρὸς
τὴν ἐλπίδα τοῦ μέλλοντος λυπηροῦ.

Ἦν ταῦτα, καὶ ἡ κυρία ἐπέστη τῶν ἑορτῶν, καθ' ἣν ἔθει
καὶ συνδεῖσθαι τοὺς τῆς ἐκκλησίας, Χριστιανούς γε ὄντας, ἀγά-
πης φιλήματι. καὶ δὴ προσεκαλοῦντο μὲν ἀρχιερεῖς προσεκα-
λεῖντο δὲ κληρικοί, καὶ τῆς ἐπὶ τῇ πρώτῃ καὶ κυρίᾳ δευτέρας
συναχθέντες ἅμα φιλήμασιν ἁγίοις, ὡς ἥ τε ἡμέρα παρῄνει
καὶ τὸ χρεὼν ἤπειγε, τὴν πρὸς ἀλλήλους συνίστων ἀγάπην.
(16) ἦν δὲ ἄρα γέλως καὶ εἰρωνεία τὸ τότε πραχθέν, ὃ δὴ P 29
καὶ ἀστὴρ ὃν Κρόνον οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ λέγουσι παρεδείκνυ,
ἵνα μὴ λέγω καὶ τὸ καθ' ὕπνους δόξαν τινὶ τῶν ἀρχιερέων, ὡς
ἅμα καθεζομένων ἁπάντων ἐν συνόδῳ μείζονι συντετρῖφθαι μὲν
ἐξαίφνης τὸν μακρὸν θρόνον ἐκεῖνον, ἅμα δὲ πάντας κατὰ γῆς
ἀσχημόνως ἐρρῖφθαι, καὶ οὕτω κεῖσθαι ἕλκοντας τὸν ἀπὸ πολ-
λῶν ἔλεον. ἀλλ' οἷον τὸ τοῦ ἀστέρος. μεσούσης γὰρ ἡμέρας,
τοῦ ἡλίου λάμποντος, μηνὸς Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου, ὅτι τὴν B
ἐαρινὴν τροπὴν παρελαύνων ἥλιος καθαρώτερος ἢ πρότερον δεί-
κνυται τῶν χειμερινῶν νεφῶν διαλυομένων, κατ' οὐρανὸν μέσον
ἐπίφωσκε στίλβων, εἰ καὶ μὴ στίλβειν οἱ πλανῆται διὰ τὸ ἐγγὺς
εἶναι λέγονται· ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνος, τοῦτο μὲν τῆς κατ' αὐτὸν

10. ἄρα] ἅμα P. 15. τὸν] τῶν P.

res, exanimabat atrox expectatio sequentium, et minas futurae miseriae meviores ad se excruciandos experiebantur illo ipso quo tum maxime vexabantur infortunio.

Inter haec evolutis sanctioris hebdomadae feriis princeps solemnitatum dominica resurrectionis illuxit, qua ex more oportebat Christianos omnes, nedum ecclesiae ministros pacis invicem et caritatis osculo mutuam profiteri germanitatem. convocantur ergo antistites, convocantur et clerici; omnesque secunda post primum Paschae festum die sanctis inter se osculis, prout tempus et officium poscebat, suum pro se quisque in caeteros fraternum amorem declarabant. (16) sed quae tunc fiebant, nihil nisi mimus videlicet erant et quasi e scena ostentata ridicula fictio; id quod indicare visa est apparitio praeter solitum diurna stellae, quam periti rerum talium sidus Saturni fuisse contendunt, ut interim omittam visum cuidam tunc episcopo per somnium oblatum huiusmodi: videbatur ipsi, considentibus cunctis in maiori synodo, repente longum illum subselliorum ordinem inopinatissime confringi, corruereque indecenter universos et sic humi iacere, vertentes in sese miserationem multorum spectantium. sed de stellae phaenomeno distinctius referamus. media igitur die, lucente sole, sub initium Aprilis, quando vernum cardinem iniens sol purior quam prius cernitur discussis nebulis ac nubibus hibernis, astrum Saturni clare coelo medio emicuit scintillans, scintillans, inquam: etsi enim non me fugit de planetis negari scintillare

σφαίρας ὑψώματι τοῦτο δὲ καὶ τῷ τὰς τοῦ ἡλίου ἀκτῖνας δεχομένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῷ κατ' αὐτὰς ἀρρωστεῖν περιχύματι, εἴ-
C περ καὶ ἐξ ἀτονίας τὸ στίλβειν, καθ' ὅσον ἦν ἐστιλβεν. εἰ μὲν οὖν ἐν ἀγαθοῖς ἔταττον τὸ σημεῖον· περιλάμψαι γὰρ σφίσι τὸ τῶν ἀγαθῶν φῶς μέλλειν καὶ πᾶν σκοτῶδες καὶ ἀμαυρὸν ἀπελαθῆναι τῇ τοῦ πατριαρχεύσαντος παρουσίᾳ. λόγιοι δὲ ἀνδρῶν μεγίστων ἀφανισμὸν καὶ τῆς κατὰ σφᾶς τιμῆς φθορὰν ἐνενόουν, κρείττω μαντευόμενοι· τὸ γὰρ ἀστέρος ὕψωμα τῷ μεγαλείῳ τῶν ἀνδρῶν παραβάλλοντες τὸ χρονικὸν καὶ ψυχρὸν αὐτοῖς ἐνετίθουν, ὡς πηχθησομένοις τῷ κρύει τῶν συμφορῶν, ὃ δὴ κατὰ πόδας
P 30 ἠκολούθει.

17. Τῆς γὰρ δευτέρας ἑβδομάδος μετὰ τὴν ἀναστάσιμον, ἣν δὴ καὶ διακινήσιμον λέγουσιν, ἐκτίθεται μὲν δόγμα βασίλειον, κατασκευάζεται δὲ ὁ τίως μοναχὸς Ἀθανάσιος εἰς ἀρχιερέα Ἀνδρόνικον, τάττεται δὲ καὶ γράφεται ὁ Σάρδεων καὶ εἰς πατέρα τῷ βασιλεῖ, ὡς δ' ἐγώ τινων ἤκουσα, ἀνδρῶν μὴ οἷόν τε ψεύδεσθαι, καὶ δικαίῳ θεοῦ, οὐ παρ' ἄλλων, ἀλλ' αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ ἑαυτὸν φημίζων, καὶ λέγων φυλάττεσθαι γὰρ παρὰ τῆς

15. ὁ deerat.

ipsos propter terrae viciniam maiorem, tamen ille tum quidem scintillabat, sive quod forte in apogeo vel absidе summa suae sphaerae positus eam supra caeteros planetas omnes attigisset, a globo terreno distantiam, quae ad scintillationem respectu e terra cernentium sufficeret, sive tali tempore conspectum ex accidenti scintillare contigerit, quod scilicet intuentium oculi solis prope fulgentis pertulsi radiis et sic coacti nictare scintillationem visae stellae tribuebant, quae ipsorum infirmitati trepidantium ex vi plena iubaris solaris verius imputaretur. utcumque sit, hoc quidem ostentum in omen aliqui trahebant prosperum, quippe qui significari augurarentur exorituram ipsis felicem lucem, tenebris cunctis et caliginosis offuciis errorum ac factionum procul abigendis fausto ac salutari regimine patriarchae, qui nunc ecclesiae gubernacula capesseret. contra sapientiores portendi eo signo maximorum virorum abolitionem in nihilum et ipsius dignitatis qua floruisset hactenus ipsorum ecclesia corruptionem atque interitum ominabantur vaticinantes opinor verius, dum celsissimi planetae exaltationem summam minari verticibus eminentissimorum capitum, gelu vero tetricum Saturnii sideris sibi communiter denuntiare tristissimas hiemes calamitatum, quarum rigore glaciali mox congelascerent, interpretabantur; id quod statim est eventibus probatum.

17. Nam feria secunda hebdomadis quam diakinesimam vocant, statim sequentis post diem resurrectionis, proponitur edictum imperatoris, et qui fuerat eatenus monachus Athanasius in antistitem Andronicum transformatur, idemque non modo decernitur et scribitur episcopus Sardium, sed et in patrem ac confessionum imperatoris arbitrum legitur. quamquam audivi equidem a viris omni mendacii exceptione aut suspicione propter summam religionem remotissimis, haud hosce illi titulos ab aliis

προνοίας ἐφ' ᾧπερ ἐκδικῆσαι τὸ θεῖον τοῖς ἀνιέροις ἐπεξιόντα. καὶ τό γ' ἐλεεινὸν καὶ ξένον, τὸ ἐπ' ἄλλοις μὲν τοὺς ἐκχωροῦντας ἐφιέναι ταῦτα γίνεσθαι, ἐπ' ἄλλοις δ' ἐκεῖνον τὰς ἐκδικήσεις ποιεῖν ἑτοιμάζεσθαι. ἐκείνοις μὲν γὰρ ἦν θελητὸν τὰ χθὲς καὶ πρὸ τρίτης ἐπὶ τῷ πάπᾳ πραχθέντα κατὰ κανόνας τέως, ὡς κἀκεῖνοι ἔλεγον ἀξιοῦντες, μετιέναι καὶ καθιστᾶν, ἐκείνῳ δὲ τὰ πάλαι ξυμβάντα διὰ τὰ εἰς τὸν Ἰωάννην παρηνομημένα τὸν υἱὸν τοῦ Λάσκαρι βασιλέως, καὶ τὴν τοῦ πατριάρχου παρόρασιν Ἀρσενίου διὰ τὴν ἐκείνου ζηλοῦντος παραθεώρησιν, καὶ τρίτον τὴν ἰσποῦ ὑποχώρησιν, ἐφ' οἷς δεῖν εἶναι κἀκείνους ξυνέπεσθαι ἁρπερεῖς γε ὄντας, καὶ τῷ πατριάρχῃ συναίρεσθαι σὺν αὐτῷ τῆς σπουδῆς, μὴ μέντοι ἀθετεῖν ἐκεῖνον καὶ ἄλλον ζητεῖν, καὶ αὐτὸν μὲν παρορᾶν ζηλοῦντα, ἀντεισάγειν δὲ τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ τὸν Χαλαζᾶν· ἐφ' οἷς καὶ παρακεκινημένος τοῖς μὲν καθ' αὑτὸν ἰχώλα καὶ παλαιοῖς, ὅσοι δὴ καὶ περιῆσαν εἰσέτι, ὅμως δ' ἐπει-

delatos, verum usurpatos palamque iactatos ab ipso sese arroganter ostentante, dum etiam praedicabat se videlicet a providentia servatum ultorem laesi olim divini numinis per acta nefaria, quibus debitam nunc tandem sua opera rependi poenam oporteret. in quo et miserum et inopinatum erat, illos qui et ipsi tempori cesserant ac consequenter affines erant eiusdem culpae si qua erat, tam iniquo discrimine partiri sortes unius cum ipsis alioqui classis hominum, ut alios quidem ex iis poenae secum immunes esse vellent, in alios saevum hunc iratumque immitterent vindicem. nam istis quidem placebat, ea quae heri ac nudius tertius de papa constituta fuerant, uti contra canones, quemadmodum ipsi loquebantur, attentata, retractare ac reformare in statum pristinum: hic autem ardente incumbebat studio ad ea immisericorditer pūnienda, quae olim publice peccata criminabatur, primum quidem in exauctoratione Ioannis, filii Lascaris Augusti, deinde in deturbando e sede patriarchali Arsenio, quod is amotum a successione imperii legitimum heredem inique ferret, postremo in suo ipsius ad vitam monasticam e pontificali gradu descensu, ad quem se coactum fuisse, quoniam illa non probaret, querebatur. atqui utriusque temporis quaecumque demum erat invidia pariter moderatores nunc arbitrosque rerum ac quosvis alios gravabat. unde isti manifeste contra sua ipsorum in hoc exempla et praeiudicia ruebant, tam severam parari alienem permittentes et volentes participibus paris secum criminis, se autem ipsos aequum ducentes extra omnem animadversionis aleam securos et dominantes florere. an non enim hos, si, ut videri volebant, zelo movebantur dumtaxat ob violatum agnitione primatus papae ius Byzantinae sedis, satis fuerat in hoc ipsum experrecto cooperari et obsecundare patriarchae Graecos utique ac Constantinopolitano patriarchatui subiectos antistites? quid igitur attinebat quasi ei diffisos alium quaerere, velutque illum in ordinem redigere altero suffecto? nihil quippe minus agere sunt visi, dum Cyprium quantumvis acri studio satagentem emendare nuper acta contempserunt, ac pro eo ecclesiae Chalazam imposuerunt, irritatum hominem et longa succenso mora odio flagrantem ad persequendas paene obliterati querelas temporis, et si qui supererant iam senes conscitae olim

λύων τὴν γνώμην κοινῶς ἐπιξῆναι πᾶσι. τοίνυν καὶ πρόσταγμα μὲν ἐκτίθεται βασιλέως, αὐτὸν μὲν εἰς πατέρα τάττον, ὡς εἴρη-
D ται, τὰ δέ γ' ἐκείνῳ δόξαντα βεβαιοῦν· ἀντιπροσωποῦντες δὲ τῷ κρατοῦντι οἱ ἀμφὶ τὸν Στρατηγόπουλον πέμπονται Μιχαήλ, ὃς ἐσαῦθις καὶ τῷ τοῦ πρωτοστράτορος τετίμητο ἀξιώματι· τό- 5
πος δὲ τῆς ἐκείνων συνάξεως συμπαρόντος καὶ πατριάρχου ὁ τῆς Βλαχερνῶν τῆς θεοτόκου ναός. ἦν δὲ σὺν ἄλλοις κἀκεῖνο προστεταγμένον, τὸν κατά τι τοῖς δόξουσιν ἀντιστησόμενον ὡς ἐπὶ καθοσιώσει κρίνεσθαι. προκάθηνται τοίνυν ἅμα μὲν πατριάρχης, ἅμα δὲ καὶ ὁ Σάρδεων καὶ οἱ ἀμφ' ἐκεῖνον τῶν σχιζομένων 10
παμπληθεῖς ὅσοι· οἱ δὲ τοῦ βασιλέως ἑτέρωθι ἔκδικοι τῶν πρά-
P 31 ξεων προσεκάθηντο. οἱ μέντοι γε ἀρχιερεῖς μετακεκλημένοι εἰσήγοντο κριθησόμενοι. καὶ πλέον οὐκ ἦν ἐκεῖσε τὸ ἀκουόμενον ὅτι μὴ "ἀχθήτω ὁ δεῖνα," καὶ κατὰ πρόσωπον ἡ κατηγορία ὡς παρηνόμησεν. ἦσαν δ' οὖν καὶ τῶν μοναχῶν, οἳ δὴ καὶ παρίστων 15
ὡς ἐδιώχθησαν. καὶ εὐθὺς ὁ μὲν κρίνων "ἀρθήτω," οἱ δὲ τὸ "ὁ ἀσεβής" ἐπέλεγον, οἱ δὲ τῶν τοῦ παλατίου χειρῶν καὶ ποδῶν ἠμμένοι μετ' ἀτιμίας ἐξῆγον σύροντες τὸν κατάκριτον, τῶν δὲ
B μοναχῶν οἱ μὲν ἐδίδουν μεγαλοφώνως τῷ ἀναθέματι, οἱ δὲ καὶ

11. δὲ deerat P.

in iuventute, quam ipse vocabat, culpae, in eandem pariter cum iuvenibus et recentius lapsis poenae communis, eiusque atrocis, sortem durissimam compingere, nudata modo, cum primum per tempus licuit, immanis propositi sententia. sed ut querelis omissis rem exponamus ipsam, proponitur, ut dictum est, palam edictum imperatoris, Chalazam titulo spiritualis Augusti patris honestans, ac quidquid ipse decrevisset, ratum esse iubens. delegatur praeterea qui personam imperatoris repraesentaret Michaël Strategopulus, qui postea protostratoris dignitate ornatus est. locus autem conventui, cui et ipse adfuturus patriarcha esset, deiparae templum assignatur in Blachernis situm. erat autem et hoc praeter caetera statutum, ut quisquis adversaretur qualicumque istius synodi decreto, reus laesae maiestatis ageretur. praesidebant porro simul quidem patriarcha, simul autem Sardensis, una cum plurimis eorum qui occasione damnationis et secessus Arsenii sese dudum a communione caeterorum abaciderant. assidebant ex adverso regii ministri missi ad exequendam inexorabiliter quamcumque synodus decerneret reorum ob acta nuper et olim, tunc vituperabilia visa, peragendorum vindictam. tunc qui accusabantur antistites singillatim causam dicturi, citati nominatim introducebantur. nihilque ibi audiebatur aliud nisi ducatur hic aut ille. mox cuique in faciem dica impingebatur violatarum legum. plerique accusantium monachi erant, summam criminis in eo ipso constituentes quod, ut querebantur, persecutionem ab his iniustam passi essent. subito iudex, torve reum intuens, tollatur, aiebat. nempe impius et malo dignus, acclamabant assessores. quas ad voces imperatorii qui aderant satellites condemnatum vinctis manibus et pedibus ignominiose trahebant foras, monachis interim accusatoribus

προσαπτόμενοι ἰταμώτερον διέσχιζόν τε μανδύας αὐτῶν καὶ διετίθεσαν τὰ δεινὰ ὡς ἀναξίως δῆθεν φορούντων. τούτων οὕτω τελουμένων τῆς ἑβδομάδος ἐκείνης, καὶ μηδενὸς ἐκφυγεῖν δυναμένου τὰς ἄρκυς τῆς τιμωρίας, ὁ μὲν πατριάρχης δυσαριστῶν ἦν, ὡς ἐδόκει, καὶ τὸ πλεῖστον πραττομένων διαπεφωνήκει, ὅμως δ' εἴπετο καὶ τοῖς δόξασι κατετίθετο. κρύφα δὲ καὶ πονηρὸν συνέδριον τὴν ἐκείνων σύνοδον καλεῖν οὐκ ἀπώκνει. τέλος, ἐπεὶ καὶ τοὺς μὴ ἑκουσίως ἀπαντῶντας πέμποντες καὶ ἄκοντας ὑπὸ βασιλικοῖς ὑπηρέταις ἔφερον, ζητοῦσι καὶ τὸν Κυζίκου Θεό- C
φιλον. ὁ δὲ τῇ τοῦ Προδρόμου μονῇ ὡς εἶχε παραδυόμενος ἐκαρᾶτο διαφεύγειν τὴν τοῦ καιροῦ δυσκολίαν· οὐ γὰρ τὰ τῆς καθαιρέσεως ἐκείνοις τόσον ἦν ἐπαχθῆ ὅσον τὰ τῆς ἀτιμίας ἣν παρ' ὠνθηποτοῦν ὑφίσταντο. καὶ ὁὴ πέμπουσι τοὺς ἁπάξοντας. ὁ δ' ἀντέτεινε καὶ ἀντέσπα, καὶ ὡς λεπὰς πέτρας τῆς μονῆς εἶχετο. ἀλλὰ καὶ ἄλλους ἐπισυνάπτουσι τοῖς προτέροις καὶ αὖθις ἄλλους, καὶ κατηνάγκαζον τῆς μονῆς ἀποστάντα τῷ κατὰ σφᾶς D
ἐκκλησιαστῇ συνεδρίῳ· ὡς δ' οὐκ ἦν ὅλως πείθεσθαι καὶ βίαν ἐκεῖνοι προσάγειν ἠβούλοντο, αὐτὸς προκαταλαβὼν εἰσέρχεται τὰ ἄδυτα τοῦ ναοῦ, καὶ ὡς ἱερᾷ ἀσυλίᾳ τῇ μυστικῇ τραπέζῃ

1. τε] τὰς? 6. πονηρῶν?

partim magna voce diris devoventibus damnatos, partim manus saevas non abstinentibus a pulsandis miseris et sacris eorum penulis, quas indigne gestari ab iis exprobrabant, contumeliose discerpendis. dum ea per illam hebdomadam ita gererentur, nemine retia undique tensa crudelitatis vindictae inhiantis effugere valente, haud obscuris indiciis deprehendebatur iniquo haec animo patriarcham ferre. at is, utcumque ringebatur moerore ac indignatione intimis, cernens quae fierent, sequebatur tamen praeeuntes assentiens in speciem ipsorum placitis, caeterum clam damnans et detestans immania decreta, adeo ut privatim apud fidas aures non dubitaret illorum synodum vocare conciliabulum sceleratum. denique cum eos qui se ultro non sisterent, trahere frustra repugnantes per ministros imperatorios coepissent, incessit eos cupido Theodori quoque Cyziceni coram se in reorum subselliis videndi. quare satellitibus ut eum abducerent mandarunt. porro ille non comparere certus, quam potuerat tutissime se abscondérat in Prodromi monasterio, procellam sub tecto dum detonaret opperiens. causa huic et aliis declinandi vadimonii non tam erat iudicii periculum et damnationis aut de gradu deiectionis ignominia, quam metus contumeliarum intolerabilium, quibus se coram illic a vilissimis homunculis dehonestandos prius expertorum acerbitatem illam exemplo didicerant. igitur missi a synodo corripuerunt repertum in latebris Theodorum. at ille obluctans resistebat, ut lepas petrae, sic monasterio inhaerens. lictores trahendo impares sociis adhibitis vim ingeminabant; quam saepius iterarunt aliis atque aliis accitis. quorum inter summa ope conantium et ad invisum tribunal raptantium infestas manus elapsus ille templi adyta subit, et inviolabili, ut putabat, sacrae mensae asylo potitus inde per eo-

χρώμενος, ἐκεῖθεν ἀντιπέμπειν τοὺς ἀπεροῦντας μὴ ἐξελθεῖν μήτε μὴν ἀφικέσθαι, κἂν ὅ τι καὶ πράττοιεν. ὡς γοῦν ἀνεσεσάβητο μὲν ἡ θήρα τοῖς ὑπηρέταις, ὑπέστρεφον δὲ κενοὶ πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας, τῆς ἡμέρας ἐν τούτοις τελεσθείσης, ἐπαλαστήσαντα τὸν ὡς κριτὴν καθεζόμενον εἰπεῖν ὡς ἡ πρὸς τὸν Κυ- 5
E ζίκου ἀσχολία πλείστας ἐπὶ τοῖς λοιποῖς πράξεις ἤργησε, καὶ μηδὲν προσθέντα ἀναστῆναι, κανόνα θέμενον καὶ ἐπὶ τοῖς λοιποῖς τῷ πατριαρχοῦντι, ᾧ δὴ στοιχῶν ἂν ἐκεῖνος τὰ ὅμοια καὶ τοὺς ἄλλους διάθοιτο. οὕτω μὲν οὖν ἐπὶ τοῖς προτέροις καὶ τῶν λοιπῶν ἐρήμην κατακριθέντων, τοῦτο πλέον σχόντων τὸ μὴ μετ' 10
ἀτιμίας καθαιρεῖσθαι, πρὸς ἓν τοῦτο συμπαθῶν φανέντων τῶν
P 32 καθαιρούντων, (18) μηνὸς ἐνστάντος Πυανεπτιῶνος, καθ' ὃν εἰς τέλος ἅπαν δένδρον καὶ πᾶν ἐκ γῆς ἀνατέλλον πεφύλλωτο, ψιάδες αἵματος οὐρανόθεν ἐφέροντο, ὅσαι μὲν εἰς γῆν ἔπιπτον, τοῖς χώμασιν ἐπειλύμεναι μηδεμίαν παρέχουσαί τισιν αἴσθησιν, 15
ὅσαι δὲ φύλλοις ἢ πέτραις ἢ ἱματίοις κατερράδατο, ἐπιμιαίνου-
B σαι τὰ δεχόμενα, ἀκριβῶς παριστῶσαι τὴν φύσιν. ἐμοὶ μὲν οὖν ἀναμφιβόλως φάσκειν διὰ ταῦτα συμβῆναι κἀκεῖνα, οὐ πίστις ἔνεστιν ἀκριβής· ἱστοροῦντι δὲ λέγειν καὶ ταῦτα, κἂν ἐκείνων κἂν ἄλλων ἕνεκα γένοιντο, οὐκ ἀπᾴδον, οἶμαι, δοκεῖ. ἄλλους 20

3. πεῖρα P.

clesiasticos ministros, quorum eo penetrandi ius est, denuntiabat satellitibus se neutiquam, quidquid contra molirentur, inde abscessurum. quare illi, die in his frustra consumpto, coacti sub vesperam redire re infecta, ut synodo renuntiarunt quod evenerat, perculsus qui ut iudex sedebat, nempe, ait, inanis circa Cyzicenum longi temporis opera otium inutiliter consumpsit, multis caeterorum absolvendis causis suffecturum. et his dictis surrexit, praescripta patriarchae formula quam tenere deberet in aliis pari exemplo puniendis. ita post eos, qui vexati maleque multati praesentes fuerant, reliqui ut contumaces in absentia damnantur, hoc uno benigne agere in hos visis feris illis arbitris, quod acerbitates contumeliosissimarum incomitiationum in praesentes exercitarum remisere, loco movere non comparentes citra ignominiosam ipsorum adstantium traductionem contenti. (18) Ineunte Maio mense, quo arbor omnis et quidquid e terra oritur fruticat, guttae sanguinis e coelo destillarunt. harum quotquot in terram inciderunt, aut exsuctae bibula superficie aut naturali nec plane absimili soli subrubentis colore confusae sui sensum ad oculos non pertulere, sed inobservatae vanuerunt. quae vero foliis frondentium plantarum, quae petris quaeque velis ac textu vestium sunt exceptae, uti discolore macula pingentes subiectam materiam, clare sui naturam animadvertendam praebuere. id ostentum utrum a deo sit immissum ad eius significandam de rebus quae tunc gerebantur sententiam, haud equidem definire certo affirmareve ausim. quod autem historici officium exigit, non dissimulabo, visum quibusdam hoc pertinere tum ad ea quae modo retuli-

μέντοι γε ἐκεῖνοι ταῖς ἐκκλησίαις ἀντισηκώσαντες, κατὰ τρόπον τὰ τῆς ἐκκλησίας ὡς εἶχον διίθυνον, τυραννοῦντες οἷον εἰς τὰ πολλὰ τούτων καὶ τὴν βασιλικὴν ἡμερότητα, ἑνὸς καὶ μόνου τὰ πάντα καταπροϊεμένου, τῆς κοινῆς ὁμονοίας καὶ κατασταίσεως, C
ὡς ὑπέσχοντο. (19) ἀπῄτουν μὲν οὖν καὶ τὴν Αὐγουστων P 33
Θεοδώραν λίβελλον μὲν πίστεως, ἀποβολὴν δ' ἔγγραφον τῶν χθὲς γεγονότων, ἀσφάλειαν δὲ καὶ τοῦ μή ποτε ζητῆσαι περὶ τἀνδρὸς αὐτῆς ἐφ' ᾧπερ ἐν ψαλμῳδίαις ταφήσεται· καὶ τὸ ἐπὶ τούτοις ἄθλον, ὡς ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, φασί, βασιλικῶς σὺν τῷ τιῷ μνημονεύοιτο. ἀπῄτουν δὲ καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον, ὁμογνωμοσύνην μὲν ἐπὶ τοῖς καθαιρεθεῖσιν, ἀποβολὴν δὲ καὶ αὐτὸν τῶν πραχθέντων, ἐπεὶ καὶ αἰτίαις ταῖς προρρηθείσαις B
φθάσας συγκεκοινώνηκεν, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς δηλονότι τὰ ὅμοια κατασφαλισάμενος ἐν τοῖς διπτύχοις τοῖς πατριάρχαις συμνημονεύοιτο. τῷ γὰρ Ἀντιοχείας Θεοδοσίῳ τῷ Πρίγκιπι λελῃθὸς μὲν δίος ἐμπίπτει μὴ καί τι δράσωσι τοῦτον τῶν ἀβουλήτων, φανε-

5. ὡς] ἧς?

mos, tum ad alia, quae pari immanitate tunc a rerum potentibus impune designabantur, acta réprobanda, quasi scilicet ille cruor vice naturalis pluviae demissus e nubibus adumbraret intrusionem violentam novorum antistitum in sedes per vim eiectorum. utcumque sit, isti certe, dum suo arbitratu ad ecclesiam, sicut videri volebant, componendam tam vehemente incumbebant opera, tyrannica in multis grassari licentia non immerito censebantur, abutentes mansuetudine imperatoris, qui vana spe inductus ab illis facta pacis ac concordiae plene restituendae, si agere ipsos quae vellent sineret, cuncta in eorum arbitrium proiecerat, effectum exoptatissimum et promissum publicae tranquillitatis bene quovis emendum pretio ratus, et e tali conniventia prudenter, ut ipsi videbatur, expectans. (19) sed ut ad synodi acta redeamus, in his et illud est. ab Augusta Theodora fidei libellum exegerunt, praetereaque ut scripto dato se renuntiare profiteretur conventioni ecclesiarum et obedientiae papae paulo ante publice admissis, sancte denique polliceretur se numquam petituram persolvi viro suo defuncto iusta funebria decantatione psalmorum et caetero ecclesiastico ritu celebranda. harum rerum merces ostentabatur honos commemorationis nominis eius in ecclesia, inter sacra coniungendi cum nomine imperatoris ipsius filii. ab Alexandrino item patriarcha postularunt Athanasio, ut assensu comprobaret suo damnationem et deiectionem e gradu privatorum suis sedibus antistitum; insuper ut ipse quoque diserte declararet pro irritis et perperam decretis se habere, quae nuper in causa papae ac conciliationis Graecae cum Latina ecclesiarum statuta fuissent. hoc postremum ab eo petendi causa fuit, quod is propter rationes a nobis ante memoratas communicasset cum iis qui illa egerant. addebatur, hac dumtaxat conditione, si haec scripto et chirographo firmaret, ei tribuendum ut e sacris diptychis nomen eius inter caeteros patriarchas memoraretur. at Antiochenus patriarcha Theodosius Princeps, occulto tactus metu ne quid hi gravius in sese consulerent, exterius tamen prae

ρῶς δ' ὑπερηφάνει καὶ ὑπερεώρα τῶν πραττομένων. ἀμέλει τοι
C καὶ πέμψας, τοῦ βασιλέως μὴ εἰδότος, παρῃτεῖτο κατὰ Συρίαν
καὶ ἄλλῳ παριεχώρει τοῦ θρόνου· ἔτι γὰρ ἐσώζετο μὲν Τριπολις,
ἐσώζετο δὲ ἡ κατὰ Συρίαν Πτολομαΐς, περιῆν δὲ Βηρυτὸς καὶ
Σιδὼν καὶ Τύρος καὶ τὰ παράλια, τῆς Ἰταλικῆς ἀρχῆς κραταιο- 5
τέρας οὔσης τῶν Αἰθιόπων. οἱ δὲ τῆς ἐκκλησίας ἐκείνης δεξά-
μενοι τὴν παραίτησιν, κοινῇ ψήφῳ τὸν Ἁγιοσυμεωνίτην καθι-
D στῶσιν Ἀρσένιον, ἄνδρα τὸ σύμπαν ἁγιοπρεπῆ καὶ σεβάσμιον,
ὃν δὴ καὶ τέως μὲν οἱ ἐνταῦθα δεξάμενοι ἐπὶ τῶν ἱερῶν ἐκοινώ-
νουν ἐκείνῳ τῆς μνήμης διπτύχων, ὕστερον δὲ αἰτίαν σχόντα ἐκ 10
φήμης ἠκούσης ὡς οὕτω συμβὰν τῷ ῥηγὶ τῆς Ἁρμενίας τῆς ἐπὶ
τῇ ἐκκλησίᾳ ἐκοινώνησε στάσεως, μηδὲν ἀναμείναντες συνεξετά-
ζειν τὸ γεγονὸς εὐχερῶς ἐξαιροῦσι τοὔνομα. ἐκείνου δὲ μηδ' ἐς
E βραχὺ περιγενομένου (ἴσως γὰρ ἂν καὶ ἀπήντα πρὸς τὴν κατη-
γορίαν, εἰ περιῆν) οἱ ἀρχιερεῖς ἀμφιγνωμονήσαντες, οἱ μὲν κατὰ 15
Κιλικίαν τὸν Πομπηϊονπόλεως Διονύσιον, οἱ δὲ ἀμφὶ Συρίαν
τὸν Τύρου Κύριλλον καθιστῶσι· καὶ τοῦ Διονυσίου κραδαινομέ-
νου φθάνει προκριθεὶς ὑπὲρ ἐκεῖνον ὁ Κύριλλος. τὸν γοῦν Ἀλε-
ξανδρείας ἐνταῦθα παρόντα οὔτ' ὠδύνα τὸ μὴ τοῖς ἄλλοις συμ-
P 34 μνημονεύεσθαι (τὰ γὰρ τοῖς πολλοῖς συμβεβηκότα τὸ καθ' αὑ- 20
τὸν λυπηρὸν ἀπέκρυπτεν) οὔτε μὴν τὸ ἀξιοῦσθαι μετέχειν σφίσι

se ferebat haud sibi probari, sed nec ad se quidquam arbitrari pertinere, quae fierent. ergo aspernabundus et speciose securus conscriptam abdicationem patriarchatus, imperatore inscio, Antiochiae reliquit, ipse in Syriam migrans, ubi Latinorum in potestate multae tum adhuc, et magnae civitates erant, Ptolemais, Berytus, Sidon, Tyrus, oraque illa maritima universa, in qua Itali adversus opes Aethiopum suum egregie imperium tuebantur. clerus porro Antiochenus abdicatione Principis accepta concordibus calculis patriarcham creavit Hagio-Symeonitem Arsenium, virum praeclara sanctimoniae specie venerabilem, quem statim Constantinopolitani agnoscentes in communionem admiserunt, proauntiato palam eius e diptychis nomine. postmodum tamen fama sparsa communicasse ipsum cum rege Armeniae ab ecclesia discisso, minime sumpto ad inquisitionem veri spatio cupide multarunt honore isto et e sacris tabulis eius nomen expunxerunt. contigit autem ipsum sub hoc tempus e vivis cedere; quem est credibile, si vel modicum superfuisset, ad causam dicendam Constantinopolim venturum. caeterum antistites ad ei successorem eligendum congregati duas in sententias scissi sunt: Cilices quippe Pompeiopolitanum Dionysium, Syri vero Cyrillum Tyrium in patriarchatum vocaverunt. inter quae deliberante ac trepidante Dionysio praeoccupavit threnum Cyrillus, et in eo firmatus praevaluit. igitur Alexandrinum hic Constantinopoli degentem nullo admodum doloris affecit sensu, quod inter patriarchas non recitaretur nomen eius: societas enim in pari sorte multorum privatam ipsius molestiam levabat. neque spes illi oblata istius honoris adi-

τῆς μνήμης ἔθαλπε· τὰ γὰρ παρὰ τὸ πρέπον πραχθέντα, οἷς κοινωνεῖν ἦν γεγονότα, συγκάταινον περίστατο.

20. Ἀλλὰ τούτων ἀνηρτημένων καὶ ἔτι ὁ βασιλεὺς τοῦ Τερτερῆ, ὃν δὴ βασιλέα Βουλγάρων ὁ λόγος ἐδείκνυ τοῦ Ἀσὰν ἐκεῖθεν ἀναχωρήσαντος, πέμψαντος καὶ ἀξιοῦντος περὶ τῆς γυναικὸς (τὴν γὰρ τοῦ Ἀσὰν αὐταδέλφην ὡς παρανόμως συζευχθεῖσαν ἀπέστεργε, καὶ ἄλλως ὅτι καὶ τῆς ἐκεῖ ἐκκλησίας μή παραδεχομένης αὐτὸν ἐν ἁγιασμοῖς, ὡς ἔλεγε, περὶ τὴν σύζυγον ἀνο- B μήσαντα) ταῦτα τοῦ Τερτερῆ διαμηνυομένου καὶ τὰς ἐσαῦθις ἀγαπῶντος σπονδάς, ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς καὶ ἀγαγὼν τὴν γυναῖκα Ναὰλαθεν (ἐκεῖ γὰρ καὶ συνετηρεῖτο) ἀπολύει πρὸς τὸν Τερτερῆν, πέμψοντα κἀκεῖνον αὐτίκα τὴν τοῦ Ἀσὰν ἀδελφήν, ἣ δὴ καὶ γέγονε. καὶ τὸ ἐντεῦθεν, ἐπεὶ ἀδύνατον ἦν τὸν Ἀσὰν βασιλεύειν C Βουλγάρων κραταιωθέντος ἤδη τοῦ Τερτερῆ, ἐκείνῳ μὲν σπένδεται (τὰς γὰρ δυνάμεις τῆς Ῥωμαΐδος πολεμησειούσας ἐκλείπειν), τὸν δ' Ἀσὰν κατὰ τὰς προτέρας συνθεσίας τοῦ πατρὸς δεσπότην Ῥωμαΐδος ἀποκαθίστησιν.

21. Αὐτὸς δὲ ἔμμονον μέριμναν ἔχων τῆς περὶ τὴν ἐκ- P 35 κλησίαν ὁμονοίας καὶ καταστάσεως, δι' ἣν καὶ ταῦτα πάντ'

piscendi magnum habuit illicium, praesertim quod caro emenda proponeretur, exacta in id comprobatione inconvenientium actorum synodi praesentis; quorum quis se fundum et auctorem ferret, ac consequenter eorum invidiam in se susciperet, qui talia gerentibus communicaret, vitare non posse facile videbat.

20. Verum his adhuc in deliberatione versantibus, contigit instauratio foederis inter imperatorem et Terterem, is in regnum Bulgariae post Asanis inde secessum, ut alias diximus, evectus, religioni se ducere profitens tenere in contubernio sororem eiusdem Asanis, quam repudiata contra fas priore legitima coniuge duxisset, nec ferre amplius, ut aiebat, valens se ab ecclesia sui regni sacrorum exsortem eo nomine censeri atque a communione reiici, misit ad imperatorem, qui haec ipsa exponerent et paratum sese ad pacem cum eo sanciendam affirmarent ea conditione, si veram sibi suam, quae Nicaeae detinebatur, uxorem redderet. ad quae imperator annuens eductam custodia mulierem ad Terterem remisit, pactus ut is vicissim sororem Asanis ad se remitteret; quod et factum est. noxque, cum iam Asani spes nulla esset recuperandi regni Bulgarici, cuius in possessione validissime firmatus appareret Terteres, optimum facta putavit imperator foedus cum hoc icere, utique parum ad manum habens Romanarum copiarum alacrium ad pugnas et ad rem bene gerendam cum tam vicino strenuoque hoste promptarum satis. convenit ergo cum Bulgaro, Asani, iuxta pacta prius a patre cum eo inita, dignitatem despotae Romaidis in qualemcumque regni amissi compensationem tribuens.

21. Hac cura soluto imperatori acrior alia et perseverantior altius insidebat animo, concordiae tandem in ecclesia bona fide statuendae;

ἐπράττετο (ἦ γὰρ τῶν Ἀρσενιατῶν ἐπισύστασις πολλή τις οὖσα καὶ καθ' ἑκάστην πληθυομένη ἠρεμεῖν οὐκ εἴα), ἀπάρας τῆς Κωνσταντίνου ἐπ' ἀνατολῆς ἤλαυνεν, ἐπισκήψας καὶ πατριάρχῃ καὶ τοῖς λοιποῖς, ὅσοι τε περὶ τὸν πατριάρχην ἦσαν καὶ ὅσοι τῆς ἐναντίας μοίρας, ἐκεῖσε περί που τὰς Ὑποπλακίους Θήβας ἁπαν- 5
τᾶν τὴν ταχίστην ὑπὸ βασιλικαῖς τριήρεσί τε καὶ ἐφοδίοις, ὡς
B ἐκεῖ κινηθησομένων τῶν ὅλων. οὐκ ὀλίγον γὰρ καὶ περὶ τῶν χθὲς πραχθέντων ἀνέζη τὸ σκάνδαλον, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ τῶν παρ' Ἰωσὴφ ἢ καὶ παρὰ τῶν ἀμφ' ἐκεῖνον πραχθέντων παραβεβασμένων αὐτοὶ ζηλοῦντες ἐντεῦθεν καὶ τὴν τῶν Ἀρσενιατῶν πα- 10
ραδοχὴν ὑποπτεύοντες τοῖς παθοῦσιν ἐπῳκτίζοντο καὶ ἄδικα πάσχειν διωμολόγουν. διὰ ταῦτα καὶ συνόλους ἐκεῖ ὁ κρατῶν συνῆγεν, ὡς ἂν ἐντελοῦς γεγονυίας τῆς συνελεύσεως τὸ ποιητέον

quam unice ad rem etsi cuncta quae nunc maxime fierent referebantur, tamen nihil admodum hactenus esse profectum apparebat. ergo solicitum tali causa principem cessare in inquisitione ulteriori mediorum ad finem tam necessarium, cum minime sineret flagrans plusquam umquam et pollens numero inque dies augescente multitudine succrescens Arseniana factio, movens Andronicus Constantinopoli versus Orientem tendit, praescripto patriarchae cum suis aliisque antistitibus, cunctisque pariter qui partes his adversas tuerentur, ut sibi quantocius circa Hypoplacias Thebas frequentes occurrerent, imperatoriis eo deferendi triremibus, quas copiosissimis et quantaevis implicitorum isti causae hominum multitudini, vel si nemine dempto universi accurrerent, suffecturis ad hoc ipsum instrui commeatibus iusserat. ut tam multos tamque varios convenire unum in locum imperator vellet, inde erat quod studenti perfectam ecclesiae restituere concordiam necessario faciendum videbatur, ut multiplicium auctores sectarilve factionum una consulerent, suisque singuli allegatis iuribus ac votis communi consensu cuncta componerent. nam non exigua in plerorumque animis adversus nuper initam cum Latina ecclesia Romanoque pontifice conventionem fervebat offensio, tertiae praetextus plausibilis coitionis, eo iam damnosioris, quod duabus dudum antea conflatis commissisque ac per acria nunc maxime discidia grassantibus in mali cumulum supervenerat. Nondum quippe resederat oblocutorum Iosephi contra eius, quam vocabant, intrusionem in patriarchatum, et acta, ut ipsi iactabant, multis nominibus illegitima, murmurationes, favore comprobatae plurimorum. vigebat item his fronte adversa comparata et flagrantibus infesta iurgiis Arseniana coniuratio. nec Iosephitarum tamen in Arsenianos infense certantium non quaedam in iis concordia erant studia sensaque. ut enim utrique sese invicem aemulatione inquietissima suspectabant, et urebat praesertim Iosephitas minime iam dissimulata necnon magnam rebus ipsorum securim infligens, imperatoris erga venerantes Arsenii memoriam indulgentia, quae ne usque in plenam ipsorum admissionem comprobationemque proficeret, verebantur, ita utrisque ex aequo parum placebant quae saeva immaniaque a modo in ecclesia dominantibus decerni gerique cernebant; palamque ambae partes miseratae sedibus deiectos antistites, iniuste ipsos sibi videri passos talia conspiratione non dubia profitebantur. his tot tam variis ac perplexe complicatis una mederi studens

ἀπὸ κοινῆς τῆς σκέψεως γένηται. καὶ δὴ συνελθόντων, καὶ τῶν C
εἰκότων προνοοῦντος σφίσι τοῦ βασιλέως ὡς διαχειμεριοῦσι περὶ
τὸ Ἀτραμύτιον, ἀργήσας πάμπαν τῶν ἔξωθεν δουλειῶν ὁ κρα-
τῶν σχεδὸν τὰ περὶ τοῦ πῶς ἂν οἱ Ἀρσενιᾶται τοῖς πραχθεῖσι
συγκατανεύσειαν εἰρηνεύσαντες διεσκέπτετο. συνήγοντο τοίνυν
ἔνθεν μὲν οἱ περὶ τὸν πατριάρχην, οἷς συνῆν τὰ πλεῖστα καὶ ἡ
Εὐλογία καί γε αἱ θυγατέρες αὐτῆς, ἥ τε Θεοδώρα καὶ ἡ ἐκ δυ-
τικῶν Ἄννα ἡ καὶ βασίλισσα, ἄρτι τότε κἀκείνη κατὰ φήμην τῶν
γεγονότων ἀναχθεῖσα πρὸς βασιλέα, καὶ ὁ ῥηθεὶς μέγας λογο- D
θέτης ὁ Μουζάλων τὰ πολλὰ παρὰ βασιλεῖ δυνάμενος καί γε τι-
μηθεὶς καὶ τῇ τῶν μεγιστάνων χρυσοκοκκίνῳ καλύπτρᾳ καὶ παρὰ
τὴν τοῦ προσόντος αὐτῷ ὀφφικίου τάξιν, ἐκεῖθεν δὲ οἱ ἀμφὶ τὸν
Ὑάκινθον μοναχοί, οἷς συνηριθμοῦντο καὶ οἱ χθιζὰ παθόντες
καὶ τυφλωθέντες, Λάζαρός τε ὁ Γοριανίτης καὶ ὁ Περιστέρης
Μακάριος· ὁ γὰρ Λεπενδρηνὸς Ἀθανάσιος ἐκ τῶν παλαιῶν ζη-
λωτῶν ἦν καὶ μεγάλων. οὐκ ὀλίγοι δ' ἦσαν σὺν τούτοις, τοῦ
βασιλέως ἐνδόντος ἀνέδην φαίνεσθαι πάντας, καὶ ἐκ τῶν λαϊκῶν
καί γε τοῦ παλατίου, οἷς δὴ καὶ συγκαλουμένοις ὁ βασιλεὺς ἐν P 36

18. *συγκαλούμενος* P.

imperator opera discidiorum ecclesiam misere discerpentium causis, universos seducto in loco unum cogere in coetum utile putavit, fore autumans ut sic collato consilio viam communiter aliquam inirent consensionis adeo publice necessariae firmandae. cum igitur omnes Atramytii convenissent, ubi cunctis ad victum in totam hiemem necessaria large imperator providerat, ipse interim sepositis civilium negotiorum curis, atque a quotidianis quoque caeteris principatus functionibus feriari, quoad haec expedisset, volens, unice in propositum incubuit ecclesiae pacandae. cuius negotii principium ab Arseniatarum reconciliatione ducendum ratus, totum ferme studium ad hanc procurandam vertit. congregantur ergo hinc quidem patriarcha et huic adhaerentes, quibuscum frequens versabatur Eulogia, nec non huius filiae, Theodora videlicet et quae occiduis e tractibus ad harum famam rerum recens in comitatum accurrerat Anna, cui et nomen reginae tribuebatur; praeterea quem memoravimus magnus logotheta Muzalo, plurimum apud imperatorem valens, a quo in gratiae singularis indicium honoratus fuerat facultate gestandi tegmen capitis auro et cocco textum, proprium insigne megistanum et decus excedens meritum ac gradum istius quod gerebat officii. altera ex parte comparebant Hyacinthus cum manu monachorum coniurantium secum. his connumerabantur gravia super passi excaecatique Lazarus Gorianites et Macarius cognomine Columba: nam Lependrenus Athanasius ex antiquis zelotis erat, atque adeo inter eos magnus. non pauci autem ad horum se partes aggregabant, indulgentia imperatoris cuique ad audendum profiteri libere sensus arcanos faciente animum. unde plena fiducia concepta ipsi iam sortis infimae plebei, ipsi palatini, quibus utpote peculiariter auctoratis obsequio principem minus quam caeteris licere videbatur acta ipsorum improbare, minime

ἡμέραις τεταγμέναις τῆς ἑβδομάδος ἑκάστης ὡμίλει, ἔχων παρ' ἑκάτερα καὶ τοὺς τοῦ πατριάρχου, καὶ γ' ἐπείρα δι' ὅλης τῆς τεσσαρακονθημέρου συμβιβάζειν καὶ συνενοῦν ἀμφοτέρους εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῆς κοινωνίας συμπλήρωσιν. ἀλλ' οὐκ ἔπειθεν, ὁτὲ μὲν παρακαλῶν ὁτὲ δ' ἐλέγχων; καὶ πᾶσι τρόποις ὑπο-
B τρέχων καὶ δουλαγωγῶν γνώμας ἀπανθρωπισθείσας οἷον τῷ χρόνῳ, καὶ ὑπό τισι θεόθεν σημείοις ἐθελούσας καὶ μόνοις καθυποκλίνεσθαι· τὸ γὰρ οὕτω πεισθῆναι λόγοις καὶ παρευθὺς εἰρηνεύειν, ὑφεικότας τόσης ἀκριβείας, δεικνύντων εἶναι γνώμης αὐτα-
A ρεισκούσης καὶ τὰ τῆς πρὶν ἐνστάσεως ὑπελάμβανον. (22) ὅθεν καὶ πρὸς τὰ πάλαι τοῦ θεοῦ σημεῖα, οἷς δὴ ἐνεθαυμαστοῦτο τοῖς ἁγίοις, ἀπέβλεπον, καὶ ὥσπερ εἶναι τὸν αὐτὸν νῦν τε καὶ
P 37 πάλαι, οὕτως ἀεὶ καὶ τὰ σημεῖα μὴ διακρινομένων μόνον ᾤοντο γίγνεσθαι, καὶ τέρασι θεοῦ ἐζήτουν ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν, ὡς ἐκείνοις ἑψομένων πάντως καὶ ἀμφοτέρων οἷς δὴ καὶ θεὸς ἐμφανεῖ

tunc profiteri dubitabant sua in partes ac memoriam Arsenii a Michaële Augusto relegati studia incensa. hos simul omnes idem, qui convocaverat, imperator statis quavis hebdomade diebus per totam alloqui Quadragesimam perseveravit, apparens in conventu, adsistentibus hinc inde sibi patriarcha cum suis, et summo conatu in id incumbens ut quam efficacissimis orationibus persuaderet eis concordiam et communionem invicem. sed cum modo moneret, modo argueret, interdum rogaret, aliquando minaretur, nihil non denique moveret, neque ad extremam dicendi agendive, quae ad id faceret, contentionem sibi quidquam reliqui faceret, frustra tamen semper fuit, haud ulla ratione arteve mitigare valens efferatas inveteratis odiis mentes obnixe in proposito utrimque perstantium, nec nisi signis divinitus editis cessuras sese profitentium, aut persuaderi contraria creditis hactenus passuras. sic enim apud sese disserebant, verti suam ipsorum in hoc existimationem et famam sectae, nec si verbis tantum et rationibus humanis de tam constanter hucusque affirmata sententia dimoverentur, vitare ipsos posse quin iure viderentur, arbitraria solum praefracti animi contumacia, sine argumento fundamentove auctoritatis idoneae, antiquis adeo inflexibiliter placitis haesisse. (22) itaque rati sic excusari dumtaxat posse praeteritam pertinaciam, si nonnisi signo manifesto divini contrarii iudicii palam ostenso veterem persuasionem remisisse dicerentur, ultro provocabant ad prodigia, qualium ad coarguendas aliter ac res erat opinantium humanae ratiocinationibus mentis indeprehensibiles allucinationes usum extitisse olim in veteribus rerum ecclesiasticarum monumentis celebrem, sese observasse meminerant. in quo adeo sibi favebant larga propriorum aestimatione meritorum, ut suam inter et sanctorum quorumque hominum sortem nihil discernendum autumarent; et cum idem utique qui olim, nunc quoque polleret deus, dubitandum non putarent quin ipsis intrepida fiducia poscentibus paria suae supremae indulgeret experimenta potestatis iis, quae in sibi carorum quondam et spectatae sanctimoniae hominum gloriam mirabiliter patrare sibi duxisset gloriosum. hoc igitur et audacter et magnifice iactabant, permittere se rem deo: declaraturum haud dubie ipsum mira cuiuspiam editione portenti faverem in causam ipsorum suam, ea evidentia cui neutrius partis quanta-

ἀρεσκόμενος. καὶ δὴ αὐτοὶ μὲν καὶ βασιλεὺς (οἱ γὰρ ἀμφὶ τὸν πατριάρχην, ὡς ἐδείκνυον, ἀπηρέσκοντο, ὥστε μὴ φανερῶς συμπράττειν) τὰς συνθεσίας ἐπλήρουν. αἱ δέ γε συνθεσίαι, αὐτοὺς ἀνὰ μέρος συνθεῖναί τε καὶ γράψαι οἷ ὅσα σφίσι προσιστάμενα τῷ εἰρηνεύειν ἐδόκουν, ἐκείνους δ' αὖθις ἕτερον τόμον συντάττειν καὶ δηλοῦν ἐφ' ὅσον εἶχον ἐγκαλούμενοι παρ' ἐκείνων ἀπο- B λογεῖσθαι, καὶ ἅμα πῦρ ἐναύσαντας, οἷόν τ' ὂν συντῆξαι καὶ τὸν ἀδάμαντα, ἐνιέναι, κἂν μὲν ὡς φυλαχθείη, καὶ μὴν καὶ ἀμφαίρους τῷ ἀβλαβεῖ διατηρηθέντι τιμὴν ὡς ἐπὶ τούτῳ δεικνύντος τοῦ Θεοῦ τὴν ἀρέσκειαν, εἰ δ' ἀμφοτέροις διαλυμανεῖται τὸ πῦρ, καὶ αὖθις συνιέναι καὶ εἰρηνεύειν ὡς ἐν πυρὶ γεγονυιῶν τῶν συνθεσιῶν ἅπασῶν. ἦν ταῦτα, καὶ βασιλεὺς μὲν ὅλκην παρασχὼν ἀργύρου ἐξ ἀφνειοτάτης χειρὸς (καὶ τί γάρ; ἀλλὰ καὶ αὐτὴν βασιλείαν προεῖτο ἄν, ὡς ἐδόκει, τῆς εἰρήνης ἐκείνων) τὸν πυ- C ρεύσοντα λέβητα ἐκέλευεν ἀργυροτυποῦσθαι, αὐτὸς δέ, ἐπεὶ καὶ ἡ μεγάλη καὶ ἁγία ἑβδομὰς ἐφειστήκει, ἡμέραν ἔχουσαν τὸ κλίος τοῦ μεγαλείου καὶ πρὸς τῇ ἀναστασίμῳ οὖσαν εἰς τὴν δοκιμὴν ἐκείνην ἐπέταττεν· ἡ δ' ἦν ἡ τοῦ μεγάλου πάντως σαββάτου. καθ' ἣν συναχθέντες ἅμα, πρότερον πολλὰ τὸ θεῖον

8. καὶ μὴν] *νέμειν?*

vis obsiti pertinacia sustineret. non displicuit imperatori propositio. ergo is (utcumque patriarcha suspectam haberet ancipitem novitatem, et ei palam cooperari facinus se dignum haud duceret) in istam cum Arsenianis conditionem cupide convenit, ut hi quidem primum scripto prolixe commentario mandarent suas de adversantibus querelas ac quibus eos purgari placuit iuberet, post quae suscepta bona fide ipsos in communionem non gravaturi essent admittere, Iosephitae contra volumini pariter otiose concinnato committerent defensiones suas, quibus Arsenianorum obiecta refellerent. tum pyra succenderetur tanti ardoris qui consumendo vel adamanti par paene futurus videri posset, et in eam scriptura utraque coniceretur. si una ex his vi flammae consumpta illaesa altera perstaret, superstiti ut divino testimonio probatae universi acquiescerent, et sectae a qua esset scripta, veritas et innocentia cum veneratione debita et prompta executione praescriptorum agnosceretur. sin utrumque volumen aeque ignis exureret, tunc quoque velut abolitis divino iussu dissensionum causis concordia sincera iniretur, et flamma usae arbitra, pacatis iam animis, in societatem ambae partes coirent intimam atque in tempus omne durabilem. sub haec pactis ita firmata sanctissimis, imperator coelesti experimento pretiosum apparandum instrumentum ratus, magnum argenti pondus conflatori dedit, ex quo lebes formaretur ignis sacri receptaculum. quidni vero? qui totum ipsum, paene dixerim, imperium in spem conciliationis longe sibi optatissimae libenter profligaturus videretur. destinavit praeterea tanti momenti ceremoniae diem omnium sacerrimam, hoc est, quoniam maior iam hebdomas institerat, sabbatum ipsum sanctum, Paschae festorum principis vigiliam. tali ergo luce congregatis cunctis, propitiato

περὶ τῶν προκειμένων λιτανεύσαντες, ὑπὸ τοῖς ἁπάντων ὀφθαλμοῖς, παρόντος ἐκεῖ καὶ τοῦ βασιλέως, εὐλαβῶν χερσὶν τοὺς τό-
D μους ἐπίστευον, οἳ δὴ καὶ πᾶσαν ὑπονοίας αἰτίαν ὑποτεμόμενοι ἐμβάλλουσι τῷ πυρὶ τοὺς χάρτας, θερκλυτούντων ἐκείνων καὶ τὰ θεοφιλῆ ποτνιωμένων ἐφ' ᾧ προσχεῖν τὸν θεὸν καὶ ἐμφανίσαι τὴν οἰκείαν βούλησιν, τὴν μακρὰν σφῶν ταλαιπωρίαν ὀνσωπηθέντα. ὡς γοῦν ἐνεβλήθησαν, καλάμη ἦσαν πρὸς κάμινον καὶ ἀμφότεροι, καὶ τὸ πῦρ οὐκ ἠγνόει τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, καὶ συνεπτυγμένων ἀραρότως ἐπελαμβάνετο, ὥστε καὶ μιᾶς ἢ καὶ
E δευτέρας ὥρας σποδὸν γενέσθαι καὶ ἀμφοτέρους. τότε γοῦν τελέως ἀποκαραδοκήσαντες, τρόπον τῶν τόμων, ὥσπερ ἐκεῖνοι πυρί, οὕτως οὗτοι βασιλεῖ ἐνεδίδουν καὶ δῆλοι ἦσαν ὑποκλινοῦντες τῷ πατριάρχῃ. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς διαχυθεὶς οἷον ἐκεῖθεν ὡς τι δράσας τῶν θαυμαστῶν (θαυμαστὸν γὰρ ἐδόκει γνώμας ἰσχυρὰς ἐν ἀκαρεῖ μαλαχθῆναι), ὡς ἤδη τὸ ὅλον κατωρθωκὼς ἐξ αὐτῆς λαφυραγωγηθέντας προσάγειν τῷ πατριάρχῃ ὡς εἶχεν
P 38 ὥρμα, καὶ κρυμώδη κατανίφοντος ἠφροντίστει, καὶ λαβὼν ἐκείνους ἅμα πεζῇ βαδίζων ὀψὲ σαββάτου τῷ πατριάρχῃ παρίστησιν.

11. τρόπου P. 14. δράσαι P.

longis communiter orationibus deo, ut coepta fortunare dignaretur, tandem universis inspectantibus, ipso praesente Augusto, piorum hominum et neutri parti suspectorum manibus volumina utrimque consignantur. ea illi, quod bene verteret, in ignem iaciunt, intendentibus preces cum maxime per summam fiduciam Arsenianis, et quasi deum admonentibus adesse tempus declarandi sui numinis in gratiam ipsorum zeli pro eius gloria tamdiu frustra tabescentis, ac longissimas miserias patientissime pro veritate toleratas clarissima sui favoris, qui calumnias humanorum errorum cunctas diluceret, significatione consolandi. haec illis orantibus stipula in fornace ambo pariter libri fuere. nihil utriusvis respectu acris suae virtutis remisit flamma. et quamquam pro modulo lebetis haud multum prunarum erat, atque utrumque codicem pro suo quaeque pars studio sedulo complicatum et compactum validis insuper involucris sepserat protexerat, tamen una alterave hora nihil ex utroque nisi cinis superfuit. hic iam confusi frustrata expectatione. Arseniani praesertim, imitati suas chartas, ut illae igni, sic ipsi Augusto cesserunt, et fidem pactorum reposcenti ostenderunt haud se recusaturos subiici deinceps atque obtemperare patriarchae. quo successu incredibiliter exultans gratulansque imperator (miram quippe rem divinitus interpretabatur factam, quod tam invicta, tam annoso velut callo indurata pertinacia momento emollita resolutaque cerneretur), veluti iam voti vix sperati plene compos, festinavit victoriae suae quasi manubias ac spolia patriarchae sistere. eademque hora, etsi tum forte contigit asperam desaevire tempestatem, ninguidis floccis coelo passim hiemante depluentibus, per nives et gelu pedes viam mediam emensus, eadem sabbati sancti vespera, patriarcham adit eique Arsenianos effert; qui supplices admoti eulogias ab eo et sacri panis fragmentum ac-

οἳ δὴ καὶ αὐτόθεν προσιόντες εὐλογίας τε μεταλαγχάνουσι καὶ ἱεροῦ μεταλαμβάνουσι κλάσματος, δῆλοί τε ἦσαν ἐξ ὧν ἔλεγόν τε καὶ ἔπραττον πάντ' ἐῶντες ἐφ' οἷς τὸ πρῶτον ὡς ἰσχυροῖς ἐξ ἀνάγκης μεγίστης ἐσχίζοντο. ἐπέφωσκεν ἡ ἡμέρα, καὶ τὸ θερμὸν ἐκεῖνο καὶ ἔντονον πρὸς εἰρήνην ψυχροῦσθαι καὶ καταχαλᾶν ἤρχετο, καὶ ὡς κατασοφισθεῖσι σφίσιν ἑαυτοῖς προσεῖχον. ἐν B ἐφανεῖ δὲ τέως τὰ τῆς μεταβολῆς ἔχοντες, (κτῆμα γὰρ εἶναι πειθοῦς τὴν εἰρήνην ἀλλ' οὐ τύχης ἔκρινον) μόλις καὶ ἐς ἐκείνης ἡμέρας ἐσπέραν, ὡς ἀφυλάκτως ἐμπεσόντες, ἐν δεινῷ τιθέμενοι ἦμεν, πρωΐας δὲ πλὴν ὀλίγων πάντες παρεκεκίνηντο. ὁ γοῦν κρατῶν ἐπεὶ ἔγνω τὸ πᾶν εἰργασμένος μάτην, συνάγει τε τοὺς προύχοντας καὶ δημηγορεῖ. καὶ τὸν μὲν πατριάρχην ἔσω που παραβύσας ἐστολισμένον στολαῖς ἱεραῖς προσέταττεν ἡρεμεῖν, αὐτοῖς δὲ στρέφων οἷον διττά, καὶ τεχνιτεύων ὡς ἦν πρὸς τὰς ἐκεί- C των διπλόας, ὅπως ἂν ἔχοιεν γνώμης τὸν πατριαρχοῦντα διεπνυθάνετο. τοῖς δὲ μὴ ὁμολογεῖν μὲν ἐκεῖνον πατριάρχην ὃ παρ' ἐκείνου ἁγιασμὸς καὶ ἡ εὐλογία προσίστατο, ὁμολογεῖν δέ, τέως δ' ἔχειν ἄττα καὶ λέξειαν σκανδάλου παρεκτικά, οἷς δὴ καὶ πολ-

cipiunt, plane, ut tum apparebant, significantes renuntiare se pristinis persuasionibus, et vero tandem agnito dedoctos cuncta illa superiora, quae pro necessariis abscindendi sese ab ecclesia causis habuerant, remittere ac velle oblivisci bona fide. caeterum vix posterae inde diei sol exortus illuxerat, cum horum studium illud in pacem pridianum coepit languescere. ne sibi esset illusum transacta retractantes verebantur; ac tantam sui nictu properatam oculi mutationem admirati, nullis sibi argumentis, nisi casus eventu fortuiti, tam alte insculptas animis evelli potuisse persuasiones querebantur, sero iam agnoscentes scilicet doctrinae solidae, non sortis instabilis talem par fuisse effectum existere. aegre ad eius diei vesperam novorum istiusmodi sensuum qualiscumque dissimulatio pervenit: urebat quippe penitus et inquietissime, ut indicia erumpentia vix tenerent, agitabat superbos animos memoria imprudentiae, qua se incaute obiecissent periculo ruinae, in quam et praecipitaverant. larvam tamen ea utique luce non deposuere. postridie, praeter paucos, universi palam motu iagenti reclamarunt. imperator ubi frustra se laborasse intellexit, convocat capita ipsa sectae, et orationem ad eum coetum habet. sed antequam dicere aggrederetur, patriarcham pontificali ornatum cultu praesto esse iubet, expectantem in vicino conclavi. Arsenianos ipse interim implicare callide conatur, anceps quaesitum ad eorum utrimque pervias ambiguitates opponens. percontatur videlicet ex iis quid de patriarcha, qui nunc talis vocetur, sentiant; ecquid eum tali revera dignitate, cuius nomine dignetur, agnoscant praeditum. haerebant in expediendo responso. hinc enim durum videbatur et parum consequens, profiteri se illum pro patriarcha non habere, a quo ipsi volentes eulogiam, a quo eucharistiae participationem admisissent. tribuere illi confessione quoque sua honorem cuius a cunctis ferret titulum, excipere tamen aliqua in eo se culpare, quae quia multos offenderent, eius interim communione abstinendum putarent, minus

λοὶ προσκρούοντες τὴν ὁμόνοιαν ἀπαναλωσοντο, εὔσχημον δοκοῦν, ὅμως ἀμφοτέρωθεν περίστασντο καὶ ἐξέφευγον. ὡμολόγουν δὲ τέως τὸν Γρηγόριον πατριάρχην· τοῦτο γὰρ ἦν ἐκείνῳ καὶ τὸ ἐκ
D Γεωργίου μοναχικὸν ὄνομα. καὶ εὐθὺς ἀπροόπτως παραστὰς ἐκεῖνος πάνυ τοῦ βασιλέως οἰκονομήσαντος, καὶ αὖθις ἀκούσας ὡς πατριάρχης λέγοιτο, ἐπεγκαλεῖ μὲν αὐτίκα σφίσι τὴν ἀποστασίαν καὶ τὴν τῶν συνθηκῶν παράβασιν, ὡς οὐκ ἀνθρώποις διαψευσαμένων ἀλλὰ θεῷ, ἐπιφέρει δὲ εὐθὺς τὸν ἀφορισμόν, ἄνδρας εὐλαβεῖς διὰ ταῦτα οἰηθεὶς προσάξασθαι, καὶ μᾶλλον τοὺς ἀμφὶ τὸν Ὑάκινθον καὶ τὸν Λεπενδρηνόν, οἳ δὴ καὶ τοὺς λοι-
E ποὺς ἐπεσύροντο. τὸ δ' ἆρ' ἦν μᾶλλον ἐκείνοις πρὸς ἀποστασίαν παρότρυνσις, καὶ ἀφίσταντο μικρὰ τῶν ἀφορισμῶν ἐκείνων φροντίσαντες. ἐπέμειναν δὲ καί τινες, οἷς δὴ ὡς πᾶσιν ἠσμένιζον. ἀπῄτουν δὲ κἀκεῖνοι τὰ ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ δεινά, ἃ δὴ πολλοῖς ἐμπλησθέντων τῶν πρώτων ἐλείφθησαν. τὰ δ' ἦσαν χει-
ροτονίαν μὲν πᾶσαν τοῦ Ἰωάννου ἀργεῖν, κἂν αὐτὸς ἦν ὁ χειροτονητὴς κἂν ἐκ προτροπῆς ἐχειροτόνουν ἕτεροι, πλὴν ἐπὶ τοῖς ἐν-
P 39 τὸς τῆς μεγαλοπόλεως, τοῖς δ' ἐκτὸς ἐπιτιμηθεῖσι κατὰ καιρὸν ἀνίεσθαί τε καὶ ἐνεργεῖν· διώκταις δὲ (διωγμὸν ἐκάλουν, κἂν τις

quidem apparere improbabile: caeterum ab hoc quoque proferendo alternantibus metu ac pudore tardabantur, et deliberationi concludendae spatium cunctando ac tergiversando captabant. ad extremum, ne nihil dicerent, illud unum responderunt, haud negare sese patriarcham esse Gregorium: nam hoc Cyprio, ex Georgio mutatum, cum professionem in praeparatione patriarchatus assumeret monasticam, nomen insederat. tum enimvero patefactis repente iussu imperatoris valvis coram adfuit prope dispositus in latebris Cyprius; et audisse se praefatus agnosci ab Arsenianis patriarcham, iure illius potestatis uti velle addidit in hominum sibi subiectorum rebelli defectione castiganda. sic ingressus perfidiosam infractionem conventorum vehementer obiurgavit, haud hominibus ipsos sed deo mentitos increpans. intorsit sub haec excommunicationis in contumaces fulmen, eo terrore non perfrictae plane frontis nec nullius religionis homines, Hyacinthum praesertim et Lependrenum, reducendos ad frugem et in fide pactorum confirmandos opinatus. In quo eum spes fefellit sua: nam unde illos revocandos ad subiectionis officium credidit, inde sunt ad defectionem urgentius impulsi. palam ergo rebellarunt, spretis minis anathematis inflicti. perstiterunt nihilominus ab iis se abscindentes quidam, plerisque se iam statutis acquiescere professi, exigentes et hi tamen ut quae ex antea promissis nondum impleta causabantur, dura sane quaedam et ecclesiae gravia, executioni mandarentur, ut nimirum suspenderentur ab ordinum exercitio quicumque Ioanne Vecco patriarchatum gerente ordinati fuerant, sive illis ipse per sese manus imposuisset, sive alii nutu et auspiciis ipsius, dumtaxat intra urbem Constantinopolim. nam iis qui alibi sic fuissent inaugurati, correptis obiurgatisque post tempus aliquod restitutionem in usum ordinum legitimamque sacerdotii functionem annue-

καὶ τοῖς διαφόροις ἔγρυξε παραινῶν, ἢ μὴν μετιὼν προδότας καὶ συνεργοῦσι) πρόστιμον εἶναι τὴν εἰσαεὶ ἀπραξίαν, κἂν ἐντὸς εὑρίσκοιντο κἂν ἐκτός· τοῖς δ' ἄλλοις τῶν κληρικῶν ἐπιτιμηθεῖσι τὴν λύσιν δίδοσθαι, πλὴν μὴ ἐς μεῖζω προκόπτειν βαθμόν, κἂν ἐς ὁπόσον προΐοιεν ἀρετῆς. ταῦτα τάξαντές τε καὶ γράψαντες ἐπανῆεσαν. B

23. Οὐ μὴν δὲ κατὰ Λάμψακον πρὸ τοῦ καὶ ἡ δίκη ἐπὶ μήκιστον χρόνον ἀργὸς ἦν, ὡς εἴθιστο τὰ πολλὰ διαμέλλουσα, ἀλλὰ τῷ ἀρχηγῷ τῶν τοιούτων, τῷ ἀπὸ Σάρδεων, κἂν οὐ παρῆν πραττομένων, παλίμπους οὖσα ἐξ ὑπερτέρας περιέστη χειρός. καὶ δὴ παρὰ μαθητοῦ αὐτοῦ τοῦ μοναχοῦ προσαγγέλλεται Γαλακτίωνος χείριστα καὶ φρονῶν καὶ λέγων κατὰ βασιλέως. ὡς δὴ καὶ ὑποπτευθεὶς τὰ μέγιστα πρὸς πολλὰ δίκαις καθοσιώσεως καθυπάγεται. τὸ δ' ἐντεῦθεν ἅπάσαις τε λοιδορίαις περιβληθεὶς καὶ ἐλεγμοῖς τοῖς εἰκόσιν, ὅτι καὶ μοναχὸς ὢν οὐκ ἔφριξεν ἀθετήσας τὸ σχῆμα καὶ πρὸς τὸν τῶν ἀρχιερέων μεταπηδήσας βαθμόν, καὶ τὰ δεινὰ παθὼν ἐκ πολλῶν, τέλος πυγμαῖς τε καὶ P 40 B

bant. persecutoribus vero (persecutionem vocabant, si quis vel monendi gratia compellasset asperius, aut proditoribus delatoribusque ipsorum cooperatus esset) poenam sanciri utique volebant suspensionem irrevocabilem in tempus omne, sive li intra urbem sive extra reperirentur aut degerent. caeteris e clero castigatis remissionem deiectionis e gradu post aliquam poenitentiam relaxabant, sic tamen ut provectionem in superiorem ordinem non concederent, quantumvis deinceps in virtute profecissent. his statutis et in scripta relatis ad sua se quisque receperunt.

23. Caeterum ut olim apud Lampsacum lucem fulguris detegentem insidias barbarorum statim secuta dicitur vis ultrix fulminis ac flamma, qua sunt iidem hostes absumpti, sic et nunc divina iustitia non longum, ut alias plerumque consuevit, spatium interposuit inter culpam et poenam auctoris horum malorum et artificis praecipui, quondam antistitis Sardensis, cuius ductu impulsuque hactenus narrata, licet non interesset coram ipse praesens, geri atque administrari palam erat. hunc ergo, quem impune hactenus peccantem quasi praeterilisse dissimulans coelestis censura videbatur, converso strenue vestigio rediens severo supercilio revisit, alteque sublatae manus ictu immedicabili afflixit immiserabilem. nam cum a Galactione quodam eius discipulo monacho delatus ad imperatorem esset tamquam pessima in eum machinans et loquens, is indicio tali ad suas caeteras gravissimas suspiciones adiuncto, plane persuasus pravum esse istum ac sibi capitaliter infestum hominem, poenis eum perduellium et laesae maiestatis reorum addixit. ergo in os proscissus conviciis, et per omnes contumelias, quibus incomitiare compertos scelerum ac deprehensos in flagrasti vindicta insultans solet, ignominiosissime traductus a passim exprobrantibus, quod suscepta professione monastica non esset veritus dehonestare sacrum habitum ambitione insolenti, qua in gradum antistitum insilire rursus aeque intrudere affectasset, tum progredientibus verbis ad verbera, pugnis plagisque multorum manus certatim inferentium contusus,

ὠθισμοῖς ἀνάρπαστος γεγονὼς ἔξω που τοῦ κοινοῦ συνεδρίου παρέρριπται, ὅτε καὶ ὁ Λαρίσσης Νίκανδρος τῆς Ἰωάννου χειροτονίας ὢν καὶ διὰ τοῦτο παρ' ἐκείνου καθαιρεθείς, ἐκεῖσε παρὼν καί γ' ἀτίμως ἐκεῖνον ἐκριφθέντα θεώμενος, λαβὼν μοναχικὸν ἐπιτύμβιον μεθ' ὅσου μυκτῆρος καὶ χλευασμοῦ ἐπιτίθησιν. ὁ δὲ πρὸς τοῦτο μόνον ἐν ἑαυτῷ γεγονὼς (τὰ γὰρ πλεῖστα ἔξω νοὸς
C ἦν) ἐρρίπτει τε παρευθὺς ἐπισχὼν τὴν καλύπτραν ἐκ σφενδονῶν, καὶ ταῖς ὀξείαις βολαῖς τοῦ ἡλίου γυμνὴν ἐδίδου καθυπακούειν τὴν κεφαλήν. ὁ δὲ καὶ αὖθις ἀναλαμβάνων ἐπετίθει, καὶ αὖθις ἐκεῖνος ἀπέρριπτεν. καὶ τοῦτο πολλάκις γεγονός, γέλως ἦρετο παρὰ τῶν παρόντων καὶ χλεύη καὶ ἐπιτίμησις οὐ μικρά. οἱ δέ γε προσεκτικώτεροι, ἀνάγοντες τὸν νοῦν πρὸς ἅπερ ἐκεῖνος ἐποίει τοὺς ἀρχιερεῖς πρότερον, ὁμοίαις δίκαις ὑποβάλλουσαν ἐκεῖνον κατενόουν τὴν πρόνοιαν.

P 41 24. Ὁ μέντοι γε Κοτανίτζης τὸ σχῆμα φέρων τῶν μοναχῶν κἀν τῇ τῆς Περιβλέπτου μονῇ ἀσκῶν, ὑποκρινόμενος δὲ καὶ πᾶσαν ἁπλότητα ὡς ἐκ ψυχῆς ἀγαπήσας τὴν πολιτείαν καὶ ταύτῃ συναποθανεῖν αἱρούμενος, καὶ τοιαύταις ἀπάταις τοὺς μοναχοὺς

10. ἀπέρριπται P.

ad extremum raptatione dira tractus extra consessum longe inde proiectus est, quando Larissensis Nicander, qui quod fuisset ordinatus a Ioanne Vecco, Chalazae opera motus loco fuerat, forte hic praesens et suae auctorem ignominiae ignominiosissime vicissim eiici haud invitus cernens, paratum ad meditatam irrisionem cucullum monachi Chalazae, dum se coram asportatur, capiti obiter iniecit. hoc punctus aculeatissimae subsannationis stimulo velut expergisci Chalaza visus est, cum ad caetera hebes obtorpuisset. sensu igitur sic demum recepto, reiecit maximo statim conatu insigne invisae professionis. sed dum superimpositum ei, quem prius gestabat, proprio antistitum pileo monachicum operculum cupide excutit, arreptis simul forte laciniis, fundae figura hinc inde pendentibus, calyptrae, hanc quoque simul abiiciens, nudum iam verticem solaribus acriter urentibus exposuit radiis. quo Nicander viso iterum caputium ingessit, iterumque illud sine mora Sardensis excussit. tertio et saepius idem ludicrum certamen inter ambos frequentatum est, magno adstantium risu, ambitionem pseudoantistitis monachi extrema in calamitate perdurantem effusa cachinnatione traducentium, interim dum prudentiores quique, reputantes acta nupera Chalazae, providi numinis aequum iudicium venerabantur, quo supplicia, quibus hic paulo ante subiecisset immeritos antistites, merito nunc retorta in eius ipsius agnoscebant caput.

24. At Cotanitza susceptum, ut in loco retulimus, habitum monachi adhuc gerens in Periblepti monasterio egregie religionem simulare instituit, prae se ferens tali vitae consentaneam simplicitatem, omnibusque contestans indiciis ex animo acquiescere se asceticae professioni, in eaque usque ad spiritum extremum perseverare plane decrevisse. sic suorum sibi

ὑπελθών, πείθει ἐφεῖναι τούτῳ καταλαβεῖν τὴν ἐν Προύσῃ μεγίστην μονήν, ᾗ δὴ ἀφιγμένος ἐκεῖθεν τεχνιτεύει τὴν ἐπὶ τὰ οἰκεῖα δραπέτευσιν. γράφει γὰρ δι' ἀπορρήτων, ἐνασχολουμένου τοῦ βασιλέως τοῖς ἄλλοις καιρὸν εὑρηκὼς τὸν ἁρμόδιον, καὶ B
5 ἑλιὰς ἐνήρης παρὰ τῶν οἰκείων εὐτρεπισθεῖσα ἵππους φέρουσα πέμπεται. καὶ δὴ προσισχούσης αἰγιαλῷ τῆς νεὼς οἱ ταύτην ἄγοντες δηλοποιοῦσι τῷ Κοτανίτζῃ τὴν ἄφιξιν, καὶ ὁρισθείσης νυκτὸς αὐτοὶ μὲν τῷ τείχει τῆς μονῆς ἅμα καὶ πόλεως ἐφιστῶσι τοὺς ἵππους, ἐκεῖνος δὲ ὑποχαλασθεὶς σχοίνῳ καὶ ἐπιβὰς ἵππου.
10 καταλαβὼν τὸν αἰγιαλόν, αὐτονυχεὶ ἀνάγεται καὶ τὴν φυγαδείαν ὡς εἰκὸς διατίθεται.

25. Ὅπερ μαθὼν ὁ βασιλεὺς καὶ ἐν δεινῷ ποιησάμενος, A
ἐπεὶ καὶ τὸν τοῦ Ἰωάννου τοῦ Δούκα καὶ δυσικοῦ σεβαστοκράτορος υἱὸν Μιχαὴλ πολλὴν δραστηριότητα ἔχειν ἐμάνθανε, τοῦ
15 μὲν τὸ θερμουργὸν ὑπονοῶν ὅμως εἰς καιρὸν ἐτίθει τὴν περὶ αὐτοῦ σκέψιν, τοῦ δὲ τὸ αὐτίκα δραστήριον τὰ πολλὰ ὑποπτεύσας ὡς ἐσομένου πολεμίου ἀπαραιτήτου πρὸς ὃ δὴ καὶ ὁρμήσειε, λόγους τε κινεῖ περὶ τούτου καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτανεψίᾳ συσκέπτεται Ἄννῃ τῇ βασιλίσσῃ. ἡ δ' ἐκ τῶν δυνατῶν καὶ βασιλεῖ χαριζο- P 42

parato favore sodalium, facile ab iis impetravit ut bona moderatorum gratia in maximum Prusae monasterium se transire paterentur. huc porro ille translatus agere vafer opportuno loco, quod dudum coquebat, coepit, suam nimirum in patriam ac familiarem larem fugam machinari. scripsit enim arcano per fidissimos nuntios suis domesticis quae ab ipsis fieri volebat, tuto iam administranda, quando imperator diversissimis intentus, ad sensum inopinatissimae molitionis adversurus mentem, timeri haudquaquam posset. cognatis ergo Cotanitzae tali articulo non cessantibus, comparuit brevi Prusae piscatoria remis instructa equos advehens, qua littori appulsa excendentes vectores Cotanitzae necessarii clam hominem conventum ad fugam invitant. condicta inde nocte isti muro monasterii, qui ab ea parte idem cum muro urbis erat, cum equos admovissent, descendit ipse fune demissus e pinnis moenium, equoque conscenso, abundante ad id quod ad mare restabat noctis ad id lectae tempore, littus tempestive attigit, naveque exceptus velis de caetero remisque servientibus abiit.

25. Ea fuga nuntiata gravem incussit imperatori dolorem ex solicitudine, qua reputans Cotanitzam gnavum et exercitatum bellis hominem paratum instrumentum res novandi facile futurum Michaëli Ioannis Ducae Occidiorum tractuum sebastocratoris filio, strenuo et inquietae indolis iuveni, de Cotanitza quidem, quamvis suspectos merito habebat eos, quorum alias damnis publicis specimen dederat, ardentes ad rebellionem impetus, intentiorem in tempus aliud curam distulit: statim autem occurrendum ratus erupturis haud dubie proxime in apertum bellum Michaëlis, pro eius et aetatis et ingenii fervore, consiliis, anxie inquisivit ecquid illi posset utile praeoccupando vel arcendo comminisci. secum tandem ac cum aliis deliberato negotio, tentandum putavit animum, specie cum ea consultandi, Annae reginae consobrinae suae, quippe ex Eulogia natae pa-

μένη καὶ γειτονοῦν κακὸν ἑαυτῇ ὠθοῦσα, ὡς εἶχε καθυπισχνεῖτο παντοίως τὸν ἀνεψιὸν μετελθεῖν, καὶ μηδὲν ἀνεῖναι δουλαγωγῆσαι, καὶ ὡς δυνηθείη ἐκεῖνον περισχεῖν ἀφύκτως εἰς χεῖρας καὶ πέμπειν τῷ βασιλεῖ. συνέταττε δὲ καὶ δυνάμεις ὁ βασιλεὺς ἀφιξομένας συνάμα τῷ πρωτοβεστιαρίῳ Ταρχανειώτῃ πρὸς δύσιν πεζῇ καὶ τῇ Δημητριάδι ἐπιμιξομένας, ὡς κατασχεῖν μὲν ὁπόσον
B καὶ τῶν ἐκεῖ δυνηθεῖεν νόμῳ πολέμου καὶ μάχης, ἕτοιμον δ' εἶναι λαμβάνειν πεμπόμενον παρὰ τῆς Ἄννης, εἰ κατασχεῖν εὐοδοῖτο, τὸν Μιχαήλ. ταῦτα τάξας τε καὶ κυρώσας ὁ βασιλεὺς τὴν Ἄνναν μετ' εἰρήνης ἀπέπεμπε καὶ τιμῆς, αὐτὸς δὲ παντοίως ὑποποιούμενος τὸν πρωτοβεστιάριον καὶ τιμᾶν αἱρούμενος τοῖς μεγίστοις, ὡς καὶ τῷ τοῦ Καίσαρος ἀξιώματι σεμνύειν καθυπισχνεῖσθαι, πρὸς τὴν δύσιν ὥρμα. ὁ δὲ μόλις ἀξίωμα μὲν
C ἔλεγε τότε λαμβάνειν διδόντος, ὅτε καὶ αὐτὸς ἄξιόν τι Ῥωμαίοις ἐπεξεργάσεται κατόρθωμα, ὡς μὴ δωρεὰν ἀλλ' ἆθλον λαμβάνειν· τότε δὲ χρείας ἐνούσης χρημάτων αὐτὸς μὲν ἐκ τοῦ κοινοῦ ταμιείου, ὡς αὐτὸν διαβεβαιοῦσθαι πρὸς τοὺς οἰκείους ὕστερον,

tris sui sorore. nec Anna cunctata est animum et studium accommodare votis imperatoris. reputans enim securius quaestuosiusque sibi fore Augusti propinqui demereri gratiam cooperando ad depressionem ferocis adolescentis e viri sui fratre notho geniti, a cuius et ipsa praecipiti natura malum impendere sibi nec modicum nec longe differendum intelligebat, quam potuit asseverantissime ad fidem promissi faciendam Andronico confirmavit daturam sese pro viribus operam, et ad id fiducia quam necessitudo affinitatis sibi erga natum ex germano mariti sui tribueret, perite usuram, ut callide circumventum suspectum iuvenem et redactum in potestatem tuto ad imperatorem mitteret. huius incepti promovendo successui, decrevit Andronicus exercitum alio praetextu in Occiduos tractus itinere terrestri mittere, praeposito ei summo duce protovestiario Tarchaniota; quem iussit usque ad Demetriadem cum copiis progredi, bellumque illic ducere occupando quantum terrarum posset ac manus hostium obvias fundendo, interimque, quod arcanum et praecipuum destinatum erat, expectando dum captum dolo Michaëlem Anna, iuxta condicta, ipsi transmitteret. his in hunc modum clam constitutis imperator Annam primum cum pace et honore dimisit; ac quem post illam mittere protovestiarium parabat, quo penitus sibi prius devinciret atque ad fideliter strenueque rem gerendam tanto certius obstringeret, exquisitis omnis generis affecit honoribus, adeo ut ipsa quoque se illum insigniturum Caesaris dignitate polliceretur. quod is audiens modeste reposuit vix se quidem umquam tali dignum fastigio futurum: caeterum tum minus inconvenienter tanta cumulandum gloria, cum edito aliquo in magnum usum Romanae rei memorabili facinore consecutus foret, ut non gratis sed in praemium navatae operae in eum apicem videri evectus posset. quae porro erant procincto ad hanc expeditionem Tarchaniotae necessario numerandae pecuniae, eas petierat ille quidem ex publico promi aerario, quemadmodum apud suos deinde familiares affirmavit: verum iis quibus tunc imperator

ἐζήτει τὰ χρήματα, ἡ δὲ περὶ τὸν βασιλέα βουλὴ ἐκ κοινῆς συγ-
κρατήσεως συλλέγεσθαι ἐδικαίου. ἦ δ' ἦν τὸ τῆς προνοίας τῶν
ἐχόντων προνοίως δέκατον. ὃ δὴ καὶ συνήγετο μὲν ὡς δῆθεν ἐκ D
τῶν δικαίων τῶν δεσποτῶν, τὸ πᾶν δ' οἱ παροικοῦντες ἀπειρ-
5 νον δυναστευόντων ἐκείνων. συναχθέντων μὲν μεγάλων χρη-
μάτων ἐντεῦθεν, ταῦτα λαβὼν ὁ πρωτοβεστιάριος ἅμα πλεί-
στας δυνάμεσιν ἐπὶ Δημητριάδος καὶ τῶν ἐκεῖ ταχέως ἐξώρμα,
πεζῇ τὰς δυνάμεις ἄγων. (26) τὸ δὲ ναυτικὸν ὁ ἐκείνου γαμ- P 43
βρὸς Ῥαοὺλ Ἀλέξιος ἦγε, περί που τὰς ὀγδοήκοντα ναῦς· συν-
10 ἦν δ' αὐτῷ καὶ ὁ μέγας στρατοπεδάρχης Συναδηνός. καὶ χρή-
σιμον ἐδόκει τὰ μέγιστα τότε ναυτικὸν τοῖς Ῥωμαίων πράγμασιν,
εἰ καὶ μετὰ τὴν ὑποστροφὴν οὕτω δόξαν κατημελεῖτο ὡς ζημιοῦν
πλέον ἢ συνοῖσον κατὰ καιρούς. ὑπενοεῖτο γὰρ καὶ ταῦτα, καὶ
πρὸς τὸ πιστεύειν ἦσάν τινες οἷς ἤρεσκε τὸ οὕτω πεπρᾶχθαι, ὡς
15 καί γε τὴν ἐκκλησίαν ἐν ἀταραξίᾳ καταστῆναι ξυνέβη βασιλέως B
σπεύσαντος, πᾶν ἐντεῦθεν πολέμιον συσταλῆναι τότε καὶ ἀπρα-

5. μὲν] γοῦν?

videbatur consiliariis satius visum eam summam ex nova collatione conficere. edictum ergo est ut quicumque pensiones annuas e fisco acciperent, earum pensionum decimam in huius exercitus sumptum conferrent. quod cum statim esset exactum, videbatur quidem parcitum plebi, reiecto in proceres talis vectigalis onere. caeterum contra contigit: nam summatim quisque pro potestate a sibi subditis expressit quantum in id solvendum fuit. magnum igitur inde contractum pecuniae numerum auferens protovestiarius cum numerosis copiis celeriter ad Demetriadis viciniam se contulit, terra exercitum ducens. (26) negligebatur enim classis, qua cursus in eas partes fieri commode potuerat. praerat illi eiusdem Tarchaniotae gener Alexius Raûl, octoginta circiter naves habens. cum hoc erat magnus quoque stratopedarcha Synadenus. ac quamquam satis apparebat perutilem Romanis rebus esse maritimam potentiam, tamen post conversionem rerum quae capessente imperii habenas Andronico facta est, ea curari oscitantius coeperat, praevalentibus consiliis opinantium recte lucrifieri sumptum istum posse, quod plus damni, ut aiebant, quam commodi ex instructis impensa maxima classibus reipublicae proveniret. allegabant ad hoc persuadendum non argumenta illi quidem satis valida, ac ne verisimiles quidem coniecturas, sed suspiciones fere meras. tamen haec prensis accipiebantur auribus, et quod deerat verisimilitudini ratione, studia gratiosorum apud Augustum et voluntates proprio isthuc propendentes impetu supplebant. quorum etiam audiebatur oratio, ex actis imperatoris, et contentione qua ad res ecclesiae componendas incumberet, imperatorem inutilem deinceps classem fore, deo sic videlicet remuneratore idem sibi gratum principis, restituendae in integrum religioni tam solicite intenti, ut nuta eius disiicerentur omnes infensae molitiones oppositarum nostrae continenti gentium, et nulla de caetero vis ab iis foret inferenda, quam ad propulsandam usum habere possent aliquem copiae navales. his primo magis non reprehensis quam probatis, deinde quodam quasi exemplo impunitatis increbrescentibus, fiebat ut etsi nondum publico

κτήσει τοῦ θεοῦ νεύοντος. ἐκεῖθεν δὲ καί τινες τῶν βασιλικῶν ἀρχόντων καὶ βουληφόρων βουλὰς εἰσῆγον, πολὺ μὲν τὸ ἀντερετικὸν εἶναι πολὺ δὲ τὸ κατὰ τὰς ναῦς μισθοφορικόν, ὧν ἐκείνων μὲν τὰ τέλη τῷ δημοσίῳ ταμιείῳ καταβαλλόντων, χρημάτων εὐπορεῖν πολυβδάλουσαν βασιλείαν, καὶ τούτοις κατὰ σπονδάς τε καὶ συνθεσίας ἀκονιτί τε καὶ ἀπραγμόνως διαφέρειν τὰ τῆς ἀρχῆς. ταῦτ' ἐκεῖνοι πείθοντες βασιλέα, οὐκ ἐνιδόντες καὶ πρὸς τὸ μεγαλεῖον τῆς ἀρχῆς τῶν Ῥωμαίων, ὡς οὐχ οἵας τ' οὔσης ἀρχῆθεν τοῖς οἰκείοις ἐμμένειν, ἀλλὰ ζημίαν ἡγουμένης εἰ μὴ καὶ ἄλλα προσλάβοιτο, καὶ ὅτι τῆς Κωνσταντίνου κρατούσης καὶ νήσους ἐχούσης ἀδύνατα δίχα τριήρεων ἄρχειν, καὶ ταῦτα τοῦ Ἰταλικοῦ ἐξ ὅτι πλείστης κορύζης ἀνεγηγερμένου πρὸς ἀνάληψιν ὧν χθὲς καὶ πρὸ τρίτης ἐκείνων ἦσαν καὶ τῇ ἀρχῇ τῶν Ῥωμαίων ἐκ τῶν τριήρεων προσεκτήθησαν. ταῦτα βασιλεὺς μὲν ὡς εἰκὸς ξυνεώρα, ἱκανῶς ἔχων καὶ πρὸ τῆς ἐς ἅπαν ἡλικίας τῆς ἐς μάλιστα βασιλικῆς ἐπιστήμης, καὶ τῶν νεῶν εἴχετο· ἀλλ' ἐνίκα τὸ μόρσιμον, καὶ τοῖς λέγουσι πείθειν ἦν. καὶ τὸ εἰρηνικὸν δὲ τοῦ καιροῦ, συννυποκλινομένων καὶ τῶν λοιπῶν Βενετι-

decreta consilio foret dimissio exercitus maritimi, tamen in deliberationibus de sumptu in rempublicam faciendo, si qui praecipuorum imperii ministrorum commendare se providae parsimoniae specie volebant, tum pronissime audirentur cum dicerent supervacaneum ali numerum remigum, mercede conductam in naves militiam exterorum in nimiam excrevisse multitudinem. cuius duplicis generis hominum, si priores quidem vectigalia, ut caeteri suae sortis, aerario imperata solverent, hi vero exauctorati militia gravare rempublicam impendio stipendii desinerent, fore haud dubie ut fiscus multiplici refectus hinc inde sumptu, nec largis erogationibus exhaustus, abundaret pecunia, qua perite princeps utens facile hostes exarmaret, stabiliretque securum otium subditis citra pulverem ac pugnam, conciliandis prudenter conventionibus ac pactis, quibus certius quam victoriis strepitu ac discrimine quaesitis salus quiesque publica, quantum ad felicem imperii cursum optandum esset, firmaretur. talia cum isti disputarent, non statim quidem probabant Andronico; qui et usu iam quodam principatus, et indole pro aetate regnandi artium capaci, animo praeterea gloriae avido ac servare illibatum imperio Romano suum antiquum decus, prout posset, certo, satis utique sentiebat ad splendorem imperantis orbi civitatis, nec non ad defensionem insularum obiectarum incursibus gentis Italicae, partim avitis odiis partim ira recenti curaque recuperandi nuper amissa in nostras semper iniurias armatae, maxime opportunum esse praesidium triremium. tamen nescio quo fato sensim praevaluit utcumque non creditum nec firmis nixum rationibus consilium, seu divinae providentiae deprimere res nostras statuentis vis ineluctabilis haec fuit, seu principis et principatus ministrorum supine indormiens fiduciae praesentis tamquam duraturae in aevum omne pacis improvida quaedam et gravibus olim luenda damnis socordia. Videbant tunc nimirum obnoxie quiescere Latinum omne nomen, nec quemquam ex Italis magis quam Venetos et Ge-

τοῖς τε καὶ Γεννουΐταις, ἐκποδὼν μάλιστα καὶ τοῦ Καρούλου γενομένου, εὐδιάθετον τὴν γνώμην ἐτίθει. οἱ μὲν οὖν τὰς ναῦς παραδόντες ἐνῆκαν ἐκείναις χρόνον ἱκανὸν καὶ μόνον δίχα τοῦ συνεργοῦντος εἰς φθορὰν λογιζόμενον. τὸ δὲ ἐπὶ ταύταις ἀποτεταγμένον στρατιωτικόν τε καὶ μάχιμον παρ' οὐδὲν ἔχοντες, τοῖς μὲν βαναύσας τέχνας μεταχειρίζειν ἐφῆκαν εἰς ἀποστροφήν, ὁπόση τις ἐκεῖθεν δυνατὴ ἦν, τοῖς δὲ καὶ αὐτομολεῖν τοῖς ἐχθροῖς, P 44
ὥστε συνάμ' ἐκείνοις πειρατῶν τρόπῳ τὴν Ῥωμαίων κακοῦν.

Τότε δὲ τοῦ πρωτοβεστιαρίου ἐξορμῶντος πολύ τι πλῆθος ἴσπετο ἐπὶ δύσεως. καὶ δὴ προσβαλὼν Δημητριάδι ἐκεῖ συνέτατε τὰς δυνάμεις, οὓς μὲν πέμπων εἰς σκῦλα καὶ ἁρπαγάς, οἷς δ' ἐπὶ ἀνοικοδομὴν τῶν ἐκεῖ χρώμενος πολισμάτων, ἀποκαραδοκῶν καὶ τὴν τῆς βασιλίσσης πρᾶξιν ἐπὶ τῷ ἀνεψιῷ Μιχαήλ, ὡς λέλεκται. καὶ πρῶτον αὐτῷ τῶν ἔργων πύργοις ξυλίνοις αὐ- B
ϑημερὸν εἰς εἴκοσι καὶ τέσσαρας ποσουμένοις περιβαλέσθαι Δημητριάδα, διχῇ τε περιταφρεῦσαι, καὶ ὕδωρ ἐκ θαλάσσης ἐνεῖ-

4. δὲ deerat.

nenses, qui tranquillissime in terris imperii degerent, adversus dominantem Constantinopoli Augustum hostilia machinari, sublato scilicet e medio Carolo, cunctos ad id incitare, dum viveret, solito. hinc subrepsit usu quod ratio non probaverat, ut compendium fieret sumptuum in classem tuendam impendi solitorum; dumque sic agitur quasi constaret lucro accrescere publico quidquid subtraheretur rationibus navalis apparatus, sensim deventum eo est ut Romana classis non flammis illa quidem uno momento absumenda traderetur, caeterum permitteretur abolenda tempori, et nulla in navium, quibus illa constabat, tuitionem aut restaurationem parte curae impensa, tantum dumtaxat relinqueretur duratura, quanto erat opus spatio ut naves omnes mero neglectu putrescerent aut soluta compage abolerentur. istud postea contigit, hoc praevorsum ac repraesentatum maturius est. classiarii milites multi ac fortes, nec parum exercitati praeliis, spreti omnes multatique stipendio, partim ad artes sese conferre mechanicas quibus victum quaererent, partim ad hostes transfugere sunt coacti, quorum inde ductu piraticis incursibus rem oramque nostram infestarunt.

Tamen hoc quo de scribimus tempore, plurimi horum in pedestres centuriati copias protovestiarium sunt secuti, expeditionem in tractus Occidnos ducentem; qua is progressus Demetriadem usque ibi constitit, copiasque in manus divisas partim excurrere ac e vicinis hostium terris praedas agere, partim restaurare oppida Romanae ditionis incursionibus deformata hostilibus iussit, ipse interim opperiens, ut dictum est, effectam proximorum reginae Annae, et simul illa in suos laqueos incautum indusisset Michaëlem leviri sui filium, sibique iuxta condicta tradidisset, correpturus tutoque perducturus ad Augustum. haec quippe vera erat morae causa, cui speciose obtendebatur quam dixi labefactatorum iniuria vel temporis vel belli moenium reparatio; cuius primum specimen fuit quatuor et viginti lignearum turrium in circuitu Demetriadis uno die perfecta

ναι τοῖς τάφροις, καὶ οὕτως ἀνέδην κατ' ὀλίγον κτίζοντα ἀνεγείρειν λίθοις τὸ πόλισμα. διὰ ταῦτα καὶ ἀνοχὰς ἐποιεῖτο, καὶ
P 45 ἀεργὸς πρὸς τοὺς ἀντιπάλους ἐφαίνετο. (27) τοῦ γοῦν καιροῦ τριβομένου νόσος ἐμπίπτει τῷ στρατιωτικῷ βαρεῖα πάντῃ καὶ αὐτουργὸς τοῖς πολλοῖς θανάτου· βαρείας γὰρ χεῖρας ὁ λοιμὸς ἐκείνοις ἐφῆκε, καὶ ἐπασσύτεροι ἔθνησκον. τέλος δὲ καὶ αὐτὸς ὁ στρατηγὸς πρωτοβεστιάριος νόσου γέγονε παρανάλωμα, κἀντεῦθεν οἱ περιληφθέντες μηδὲν τῶν γεναίων πράξαντες ὑπανεζεύγνυον. ὕστερον δὲ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ βασίλισσα συνάμα τῷ
B ἀνδρὶ Νικηφόρῳ, δόλοις ὑπελθόντες καὶ ὅρκοις ἐξαπατήσαντες τὸν Μιχαὴλ ὡς γαμβρὸν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ ἀξόμενοι, μηδ' αὐτὸ τὸ κεκωλυμένον ἐκ γένους ὑπονοήσαντα ὑπὸ χεῖρας ποιοῦνται, καὶ τῷ βασιλεῖ, συχνὰ τῶν χρημάτων λαβόντες, πέμπουσι δέσμιον· ὃν ὁ βασιλεὺς ὑπὸ φρουροῖς καὶ ἀνέσεσιν ἔχων ἐτίμα, καὶ τὴν ἀνεψιὰν τὴν τοῦ Ἀσὰν θυγατέρα εἰς γάμον δὴ κατηγγύα. ἀλλ'
C ἐκεῖνος πολλάκις μὲν ἐπεχείρησε φεύγειν, τοσαυτάκις δέ οἱ ἐμπο-

extructio, quibus et fossa praeducta duplex est, aqua insuper e mari vicino in utramque derivata. quibus deproperatis ad tutelam operis, intra id vallum secure iam est solidorum e saxo moenium per otium aedificatio curata. in his diu suum exercitum protovestiarius occupatum habuit, nihil admodum interea negotii hostibus facessens. (27) caeterum in Romanorum castrorum milites longam tali loco et opere trahentes moram gravis incubuit calamitas pestilentis morbi; quo multi sunt brevi spatio necati. lue quippe per contagia grassante, ac corrupto magis magisque coeli tractu saevam augente vim, frequentatis in momenta funeribus inexpleta Libitina feritate bacchabatur, foeda strage cadaverum late cuncta consternens, adeo nec ipsis parcente principibus clade, ut protovestiarium quoque ducem eius exercitus supremum pestis extinxerit; quo sublato reliquiae copiarum, nulla re gesta tanto apparatu et expectatione digna, inglorie reverterunt. postea tamen ipsa per se regina, cooperante pro virili coniuge ipsius Nicephoro, dolis aggressa Michaëlem unam illi fallendo efficacissimam reperit machinam, speciosum ostentatae affinitatis nomen. ubi enim promitti sibi Michaël audivit nuptias regiae virginis Nicephori despotae et Annae reginae filiae, et tam splendidi sponsionem matrimonii utriusque sibi puellae parentis iuramentis sanctissimis firmari, facile se speratorum socerorum potestati permisit, imprudens qui non reputaverit quam esset incredibile velle revera despotas collocare legitimam haeredem nothi filio, nec vereri maculare avitam nobilitatem admistione spurii generis. verum iuvenis ambitione praeceps ne suspicione quidem prima tenus tam iustum admittens metum, caeca fiducia in laqueos se induit. dans quippe se in manus insidiantium propinquorum, vinctus ab iis et grandi est imperatori pecunia venditus, qui eum ad se adductum in tuta quidem, libera tamen custodia tenuit, variis ipsum remissionibus et significatione honoris delinire studens, adeo ut etiam sororis propriae filiam ex Asane natam in matrimonium ipsi promitteret. sed placando feroci animo iniuria proditionis irritato nullae satis aut blanditiae praesentes aut ostensae in posterum gratiae fuerunt. involvens se irrevocabili con-

ἐὼν ἔστη ἡ τύχη καὶ ἡλίσκετο παραυτίκα, ὥστε καὶ φυλακαῖς
δίδοσθαι διὰ ταῦτα. οὗ δὴ καὶ μίαν φυγὴν τὴν ὑστέραν μετὰ
χρόνους συμβᾶσαν καθ' εἱρμὸν τοῦ λόγου καὶ διηγήσομαι. ἀπε-
δήμει μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς εἰς Θεσσαλονίκην, ὡς αὐτίκα κατὰ
5 κειρὸν ἐροῦμεν, κατείχετο δὲ οὗτος ἐν φυλακαῖς, σὺν αὐτῷ δὲ
ἦν καὶ ἡ αὐταδέλφη τούτου, ἣν δὴ παρὰ πατρὸς τοῦ Ἰωάννου
σεβαστοκρατοῦντος δεξάμενος Τερτερῆς ὡς μνηστὴν τῷ υἱῷ D
Ὀσφεντισθλάβῳ, ἔτι ἐν ἀνηβότητι οὖσαν, ἐπειδὴ αὐτὸς τὰς
πρὸς βασιλέα σπονδὰς ἠγάπησε, συνάμα τῇ τοῦ Ἀσὰν ἀδελφῇ
10 καὶ αὐτὴν ἐς βασιλέα πέμπει. ἦν οὖν σφίσι μία ἡ φυλακή, οἳ
δὴ καὶ τῷ Ἐρρῇ ἐξ Ἐγκλίνων ὄντι συνάμ' ἑτέροις καὶ τρίτῳ παιδὶ
εἰς φυλακὴν ἐπιτετράφατο. ὑπέρχεται γοῦν ὁ Μιχαὴλ τὸν Ἐρ-
ρῆν ὑπισχνούμενος γαμβρὸν ἕξειν ἐπ' ἀδελφῇ ταύτῃ, ἣν δραπε-
τεύσειαν. εἰσὶ δ' οἳ λέγουσιν ὅτι καὶ πορνικῶς ἐκείνῃ ὁ ἐξ Ἐγκλί- E
15 των συνήρχετο, τὰ πιστὰ τῆς ἐπιγαμβρίας ἐντεῦθεν λαμβάνων.
ἦν γοῦν ὁ Ἐρρῆς καὶ τῶν λοιπῶν φυλάκων ἐπιστάτης, καὶ πολ-

tamacia Michaël totus stabat intentus expediendae per fugam furtivam libertati. at crebri eius elabendi conatus adversa semper fortuna successu caruere, retracto ipso quoties evaserat, et vinculis reddito, quae in longa post hoc tempora semper invitissimo haeserunt. unam hic ego eius, quamquam aliquot abhinc annis, postremo tentatam fugam, argumenti cognationi seriem temporum posthabens, referam. profectus erat Thessalonicam imperator, ut mox suo tempore narrabimus, relicto Michaële sub custodia, cuius in societatem propria ipsi soror accesserat tali occasione. dissidens ab imperatore causis quas diximus Bulgariae rex Terteres Ioannis sebastocratoris patris huius Michaëlis firmare se foedere curaverat, despondenda suo filio Osphentisthlabo filia ipsius, quam et ad se transmissam adhuc impubem domi habuit. verum securius deinde rebus suis Terteres reputans pacem, uti retulimus, cum imperatore facere, sponsalibus cum filia sebastocratoris abruptis, puellam una cum sorore Asanis ad imperatorem misit, quam is eidem quo Michaël tenebatur frater virginis carceri mandavit. erat ambobus custodiendis praefectus Erres quidam, sic vocatus, oriundus ex Enclinis *). huic suberant duo milites, quibus tertius accesserat puer administer, aetatis tenerae. venit in spem Michaël eluctandi tam exigui praesidii, si attrahere in partes Erren praefectum potuisset. ergo in id incumbens multis hominem ambivit precibus, promisso etiam ipsi coniugio sororis in praemium: operae quam eis in libertatem asserendis contulisset. sunt qui dicant delibatum iam tum usum istius ostentati connubii praesumpta inter destinatos sponsos stupri licentia, nec inscio nec invito Michaële, qui nihil pensi haberet vel tam turpi sibi pignore tanto certius oppignerare fidem Enclinensis in repraesentanda quamprimum promissa solutione captivitatis exosissimae. huius rei facultatem non parvam habebat Erres, quod praeterquam, ut dixi, summum

*) immo Henricus (Harry) Anglus.

λοὺς ἀνὰ χεῖρας ἔχων, πιστὸς τὰ πολλὰ δοκῶν βασιλεῖ. δελεά-
ζεται τοίνυν ὁ βάρβαρος μείζοσιν ἢ καθ' αὑτὸν ὑποσχέσεσι, καὶ
P 46 κατανεύει τὴν πρᾶξιν. καὶ δὴ εὐτρεπίζεται μὲν παρὰ τῶν οἰ-
κείων τῷ Μιχαήλ, οἳ δὴ καὶ ἐν ἐλευθερίᾳ διάγοντες ὑπούργουν
ἐκείνῳ τὰ ἀναγκαῖα, ἁλιὰς ταχυναυτοῦσα καὶ ἄνδρες ἐρέται μι-
σθοῦ τοῦ μεγάλου οἱ τέως αὐτάρκεις, καὶ ὁ καιρὸς καθ' ὃν ἐκεῖ-
νοι μὲν τῇ κατὰ δύσιν θαλάσσῃ προσχόντες σταθήσονται, αὐτοὶ
δὲ τῆς φυλακῆς ἐκβάντες ἐπιβήσονται, ἐς τὸ ἀκριβὲς τάττεται.
κἀπειδὴ δύ' ὄντας οὐκ ἦν καταγωνίσασθαι τοὺς λοιποὺς (οὐδὲ
γὰρ πᾶσιν ἔκπυστος ἦν ἡ βουλὴ) μερίζουσιν ἐκείνους ὡς ἐπὶ
B πράξει πέμποντες, καὶ καθ' ἕνα ὑποδεχόμενοι κτείνουσι, τοῦ
δευτέρου μὴ εἰδότος τὸ τῷ προτέρῳ συμβάν. οἶκτος δὲ σώζει
τὸν παῖδα καὶ μόνος, συμποδίσαντές τε καὶ ἐπαγκωνισάμενοι καί
γε δεσμὸν ἐμβαλόντες τῷ στόματι ἀφιᾶσιν. ἐκεῖνοι δ' ὡς εἶχον
ὑπὸ κλεισὶ τὴν φυλακὴν σφραγίσαντες, ὡς μὴ ἐκκυλισθὲν τὸ παι-
δίον ἐμφανὲς πρὸ καιροῦ τὸ δρᾶμα ποιήσειεν, ὑπὸ πρώτας φυ-
λακὰς τῆς νυκτὸς ἐξίασι. τῷ γὰρ Ἔρρῃ, ὥσπερ αἱ φυλακαί,
C οὕτω καὶ αἱ τῆς πύλης τῆς ἐκεῖ κλεῖδες ἐπιτετράφατο. ὡς ἂν
δὲ μὴ δόξῃ δόλος τὸ δρώμενον, ἐκεῖνος κάτωθεν τοῖς φύλαξιν
ἐκφωνεῖ, δινπνίζων δῆθεν πρὸς τὴν τῶν κατεχομένων φυλακήν,
ὡς αὐτοῦ γε τάχα ἐν ἀπορρήτοις δουλείαις σχολάζοντος· καὶ

eius custodiae arbitrium obtinebat, etiam eius fidei secure acquiescebat imperator. quare quid posset sentiens, facile ad ostentatum honorem tanto superioris sua sorte affinitatis arrexit animum, et facturum se quod rogabatur prolixe recepit. age, venitur ad apparatum negotii. conferuntur consilia cum libertate fruentibus amicis necessariisque Michaëlis. hi, quod opus erat, navem clam comparant, remigio et commeatu caetero largiter instructam, haud parvo in hoc sumptu facto. condicitur hora qua Occiduo maris littori lembus paratus admoveretur, excepturus e custodia elapsos; qui ut tuto exirent, caetera erat Erri diligentia curandum. obstabat duorum, de quibus dixi, subservientium ipsi satellitum praesentia, quorum tentare fidem communicato arcano anceps nimis periculosumque videbatur. decretum, quod longe apparebat tutius, utrumque occidere. nec difficile fuit iniunctis ministeriis disiunctos conficere singillatim infelices. puerum sola aetatis miseratio servavit. sufficere visum est pedes lacertosque adolescentuli adstringere validis vinculis. sic igitur eum, vinctis etiam, ne vociferari posset, faucibus, dimiserunt, exeuntes sub primam noctis vigiliam, et clavibus, quas habebant, diligenter occluso carcere, ne puer sese torquendo foras prorepens praemature indicium fugae faceret. sic eductis Erres captivis duobus, inclamavit voce contenta reliquis intus satellitibus, quasi excitaturus tum forte dormientes, ut vigiliam se utique absente intenderent. valiturum hoc non frustra credidit ad discutiendas suspiciones obviorum, tali hora notum imperatoris ministrum tendere ad littus cum ductibus eductis custodia cernentium. itaque

γάρ τινες ἰδόντες οὐδὲν ἄλλο ὑπενόουν τότε ἢ ὅτι ὁρισθὲν πρὸς βασιλέως δι' ἀπορρήτων αὐτὸς οἰκονομοίη τὰ προσταττόμενα καὶ τοὺς ὁρισθέντας ἐκφέρει νυκτὸς ὅπου ἂν καὶ προστάσσοιτο. ἐκεῖνοι δὲ τὰς φυλακὰς ὑποδραμοῦντες ἐπιβαίνουσι τῆς νηός. καὶ ἦν αὐτοῖς ὡς καὶ πᾶσι γνωσθέντος ὁ νοῦς ἐν ἐλπίσιν ἀναμφιβόλοις, ὡς οὐδὲν ἐμποδὼν ἐσεῖται δυοῖν ἢ καὶ τριῶν ἡμερῶν τῇ Εὐρίπῳ προσσχεῖν καὶ τῶν τῆς φυγῆς ἀνεθῆναι φόβων, τῆς ἀδελφῆς κυριευούσης τῆς νήσου. ἀλλ' ἡ παλίμπους περίστατο δίκη, καὶ τὰ τῶν φονευθέντων αἵματα δεσμὸς ἦν τὴν πρόσω πορείαν Ἰωλύων ἄρρηκτός τε καὶ ἄλυτος. ἀντιπνεῖ γὰρ ἐξαίφνης πνεῦμα βίαιον νότου, ὡς καὶ τὰς ἐλλιμενιζούσας ἐξοκέλλειν ἐκ βίας, καὶ ἄνεμος ἐμποδὼν ἔστη παρανομήσασιν. οὐ γὰρ μίαν ἢ καὶ δευτέραν ἡμέραν ἠπλόει ἐκ βιαίων νότων τὸ πέλαγος, ἀλλ' ἐφ' ἡμέραις, μέχρις ἂν ἐκεῖνοι κατὰ τὴν Ῥαιδεστὸν ἐξοκείλαντες ὑπὸ χεῖρα γένοιντο τοῖς τυχοῦσι.

Καὶ ταῦτα μὲν μετὰ χρόνους πέπρακται, τῆς δ' ἀκολουθίας διδούσης τοῦ λόγου ἐνταῦθα προανατέτακται. ἡμῖν δὲ ἰτέον πρὸς τὰ ἑξῆς. ἔμπης δὲ προσθετέον· καὶ τοῦτο σφίσιν· ἐκκοινωνεῖ γὰρ τοῖς προανατεταγμένοις. ὀγδόου γὰρ ἐκ τούτου

4. ἀποδράσαντες?

non aliud in mentem venit forte occurrentibus nisi mandatum arcanum quoppiam Erren tali tempore exequi, et vinctos quo esset iussus transportare. per hanc speciem etiam, quas pertransire oportuit, nocturnorum vigilum custodiis elusis, inobservati incolumesque omnes navem expectantem conscenderunt, optima spe gestientes felicissimi successus; nec dubitabant quin, ut initia se dabant, cunctis ad votum fluentibus, biduo triduove appellerent Euripum, atque apud isti dominantem insulae sororem ipsorum, miserarum anxiae fugae formidinum et longi carceris aerumnarum unice securi, tranquillam de caetero vitam agerent. verum intervertit successum cruenti coepti persequens homicidas coelestis ultio, sanguine scilicet miserorum quos incautos oppresserant clamante ad deum, et remoram injiciente fugitivis ineluctabilem. vix altum tenuerant, cum eis in adversum tam vehemens auster incubuit, ut adhuc tenentes portum naves in illa ipsa tuta statione concuteret, ac quo momento aura inopinatissime reflavit, qua perseverantia duravit, tantum non clare appareret sceleribus fugientium infensum coelum receptus ipsis securi negare facultatem. non enim uno alterove die intractabile violentissimis austris mare horruit, sed pluribus continue diebus, quoad infelix navigium sustinendo impar reiectum ad Rhaedesti oram ibi forte inventis Augusti ministris, quos vehebat fugitivos, in manus tradidit.

Haec postquam, ut indicavi, posterius gesta ex occasione praeoccupavimus exponere, resumere ordinem eventuum, et ad ea quae deinceps fieri contigit eadem qua transacta sunt serie referre sermonem debueramus: piget tamen hinc discedere non imposita longo negotio clausula.

P 47 χρόνου διανυσθέντος, καὶ τῶν οἰκείων αὐτοῦ δὲ ζητούντων τῷ πρεσβεύεσθαι παρὰ βασιλέα καὶ καθυπισχνεῖσθαι τὰ μεγάλα, εἰ μόνον ἀνεῖτο τῶν φυλακῶν καὶ πρὸς αὐτοὺς γένοιτο, ὁ μὲν κρατῶν ἀνήρτα τὰ περὶ τούτου, καὶ λόγοις οἰκονομίας οὔτε πάμπαν ἀνήνατο οὔτε μὴν κατένευεν ἐς τὸ παντελές. τὰς γοῦν τοιαύτας ἀναβολὰς μανθάνων ἐκεῖνος βουλὴν βουλεύεται κακίστην μᾶλλον ἢ συνετήν. ἐγγειτονῶν γὰρ τῶν ἀνακτόρων ἐγκεκλεισμένος ὅπου B δὴ καὶ βασιλεὺς ᾤκει, ἔγνω πῦρ ἐνιέναι τοῖς οἴκοις, ὡς δή τι γενναῖον ποιούμενος τὸ εἰς τοιοῦτον ἀναρρίπτειν κίνδυνον. καὶ δὴ νυκτὸς ἀωρὶ κάγκανα ξύλα ἑτοιμασάμενος, ὡς δῆθεν θερμαί- νοιτο (χειμῶνος γὰρ ἐπράττετο ταῦτα, περί που Σκιροφοριῶνος τὰ μέσα, ὃς ἐστιν ὁ Δεκέβριος), τὰς θύρας τῆς εἱρκτῆς ἀσφαλισάμενος ἔνδοθεν πῦρ ἐνίησιν, ὃ δὴ καὶ τῆς ὥρας κατατα- χῆσαν ἐξῆπτε καὶ τοῖς ἐκτὸς δῆλον ἦν. φθάνει δὲ καὶ τὸν βασιλέα ἀγρυπνοῦντα ἔτι τὸ γεγονός. καὶ ὃς τοὺς ἀμυνουμένους οὐκ C ἐκεῖναν ἀλλὰ τὸ πῦρ εἰς κατάσβεσιν ἀπέπεμπε. καί τις τῶν ἄλ- λων ἐκτομίας Κάρβας λεγόμενος προφθάσας ταῖς θύραις προσή-

7. ἐκ γειτόνων?

addatur ergo qui lentis diu dilatus intervallis tandem supervenit, novissimus et plane tragicus fabulae actus. octavum iam in custodia infelix Michaël annum expleverat, cum necessariis ipsius crebris legationibus imperatorem urgentibus et magna pollicentibus, si miserum tantisper vinculis solutum ad suos redire permisisset, Augustus non ille quidem praefracte negavit, aut omnem supplicibus impetrandi aliquando quod peterent spem abscidit, verum tamen nec plane annuit, sed verbis placidis et exorabilis, ubi maturum foret, animi quadam humana significatione conditis anxie solicitorum vota delinivit. has Michaël Andronici tergiversationes et artificiosas, ubi cognovit, detestatus moras, consilium init et coeptu et eventu potius desperatissimum ac pessimum quam ullo astutiae ingenio commendabile. cum enim in turri servaretur Palatinis admota aedibus intra quas ipse diversabatur imperator, visus sibi est generosum aliquid facturus, si flammis suo carceri subiectis ipsius quoque invisi principis contiguum incenderet domicilium. nocte igitur intempesta, prius obseratis diligenter carceris valvis, ignem iniecit in struem lignorum aridorum, quam ante congesserat specie habendae ad manum materiae necessariae foco cubiculi longum in tempus alendo, prout rigor brumalis tempestatis requirebat: nam haec circa Decembris medium acta sunt. flamma rapto fomite celeriter pyram obviam amplexa, luculentis horae spatio inclarescens auctibus, per erumpentes e tecto intra quod coeperat fumosos immistis scintillis globos, usque ad sensum extra degentium in proximo indicia sui pertulit. rem in primis adhuc commodum vigilans Augustus animadvertit; ac raptim, pro instantia periculi, satellites quotquot ad manum fuere, iussit accurrere ad carcerem, non poenas inflicturos incendiario, quem adhuc quis esset nesciebat, sed incendium ipsum extincturos. ante omnes ad incensum evolavit eunuchus Carbas nomine, tentatisque foribus,

ραττεν ὡς ἀνοίξων· ὡς δ' οὐκ ἦν ἀνοίγειν ἠσφαλισμένας, ἀξίναις τὰς θύρας αὐτοῖς μοχλοῖς καὶ βαλανάγραις ἐξετίνασσον. οὔπω δὲ καλῶς ὁ ἐκτομίας ἔφθη οὐδοῦ ἐπιβεβαιώς, κἀκεῖνος ἔνδοθεν τῇ μαχαίρᾳ προσυπαντᾷ, καὶ τοῖς σπλάγχνοις ταύτην ἐμβάλλει καὶ αὖθις ἄλλην καὶ τρίτην ἐπὶ ταύταις, καὶ νεκρὸς ὁ πληγεὶς αὐτίκα. καὶ εὐθὺς πολλοὶ μὲν ἐσερύησαν, τὸ δὲ πελεκυφόρον τάγμα βασίλειον, ἀγαιόμενοι τῷ συμβάντι, πελέκεσιν ἐκεῖνον ἀνηλεῶς κατακτείνουσι, καὶ τὸν οὕτως ὑπὸ τρυφῇ τραφέντα ἔξω που ἐκβεβλημένον κατὰ τὴν ἀργυρᾶν λεγομένην εἰκαίως πως καὶ ὡς ἔτυχε θάπτουσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον, εἰς δεῖγμα τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, καὶ ὅτι σκιαῖς μᾶλλον ἢ τούτοις πιστεύειν ἄμεινον. D

28. Ἐπηλήθευσε δὲ τοῖς τότε τετελεσμένοις καί τι συμ- P 48
βὰν φοβερὸν μὲν ἰδεῖν φοβερὸν δ' ἀκοῦσαι, οὗ δὴ καὶ ἄλλος ἄλλο τι ἂν αἰτιάσαιτο καὶ ἄλλο ἄλλος, οὐδεὶς δ' ἂν οἶμαι εὔστοχον θείη τὴν κρίσιν, κἂν πολλὰ κάμοι προσερευνῶν· τίς γὰρ ἔγνω νοῦν κυρίου, εἰς δὲ τὰ ἔσχατα τῆς σοφίας αὐτοῦ τίς ἀφίκετο; φησὶν ὁ Ἰώβ. τὸ δ' αὖ ἐκ τοῦ παρεικότος ἐπὶ τοῖς θείοις τοιαῦτα γίνεσθαι λέγειν ἢ καὶ δοξάζειν οἷα δὴ καὶ ἐροῦμεν, μα-

ubi munitas impenetrabiliter sentit, securibus effractas cum seris simul ipsis ac vectibus subruit, obstaculaque amolitus intro irrumpit. vix limini pedem iniecerat, cum adversus irruens Michaël ensem ei adigit in viscera, repetitisque bis terve similibus plagis miserum sternit exanimem. ad facineris atrocitatem subitis, ut fit, clamoribus momento divulgatis confluxere statim plurimi, et inter hos cohors securigerorum excubare ad regiam solita. hi cruento spectaculo perculsi auctorem caedis nefariae, ira omnem misericordiae sensum obruente, crudeliter securibus conciderunt. talem sectus finem est filius Ioannis sebastocratoris, quem longe dissentanea mollitiei principalis educationis sepultura sic mortuum excepit, humo temere iniecta obiter, contemptimque tumulatum loco profano extra urbem, prope paludem quae dicitur argentea. haec prolata velut in specimen sint vanitatis pomparum humanarum; quae recte quis aestimans, non plus reputet claritati natalium opumque ac titulorum illustrium splendori quam umbris prorsus inanibus fidendum.

28. Hoc porro, ut ad intermissa me referam, tempore tetre et portentose experimento deprehensum est ex vero convenire sacris nostris vulgo eis attributam appellationem *τῶν τετελεσμένων*, sed ea rariori notione qua ista interdum vox pollutum et contaminatum designat quidpiam. contigit quippe res visu quidem horribilis, auditu quin etiam infanda; cuius aliam alii causam ubi quantavis contendendo perscrutatione quaesierint, aut vel argutissimis nixi coniecturis assignarint, haud tamen certo indicio definiant vel quo per homines contractus casu vel quo dei consilio permissus foedus hic et infaustus eventus fuerit. quis enim cognovit sensum domini? aut quis, ut Iob ait, usque ad ultimos eius sapientiae perveuit terminos? nam mera fortuiti temeritate occursus, citra ullam certos sequentem fines numinis cuncta re-

B νίαισιν ὑποκρέκει, φησὶ Πίνδαρος. ἐμοὶ δ' ἅπαξ ἐμαυτὸν καθεικότι εἰς ἀγγελίαν τῶν γενομένων, ἦν που καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς γέγονεν, οὐ δικαίως ἂν καὶ παραιτητέον εἴη ὅ τι λέγοιμι. νέμει γὰρ τὸ θαρρεῖν ἡ ἀτρέκεια. καὶ οὐδὲν χεῖρον, οἶμαι, ὑπὸ τῶν ἀκουσόντων ἂν πάθοιμι λέγων ὧν ἐμαυτὸν ἴσως δράσαιμι μὴ εἰ- 5
πών. ἐκεῖθεν μὲν γὰρ δόξαν ἀποίσαιτ' ἄν τις τοῦ πάντ' ἐπέχειν
C ἐκ φιλαυτίας τοῖς τότε ξυμβᾶσι, καί γ' ἀνάγειν πρὸς ἕν τι τὸ μὴ κατὰ τρόπον ἐκεῖνα καὶ τἀσφαλὲς πεπρᾶχθαι· ἐντεῦθεν δὲ ἀλλ' εἰ μή τί γε πλέον, τῷ γοῦν ἑκόντα παρατρέχειν τὸ ξυμπεσὸν ἐκ δαιμονίου οἶμαι προνοίας ὑπαίνοιτ' ἂν ἡ καθ' ἱστορίαν 10
ἀλήθεια. τῷ τοι καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις λεγέσθω, δεῖμα μὲν φέρον θεοῦ προνοίας, πρὸς ὅ τι δὲ φέροι ἢ παρελθὸν ἢ ἐσόμενον ὡς εἰκὸς ἀγνοούμενον.

P 49 Ἡμέρα μὲν οὖν τῆς τυρινῆς κυριώνυμος τότ' ἐφίστατο, ἐκάλει δὲ τὸν ἐπ' ἐκκλησίας ἱερουργοῦντα τὸ σύνηθες· τὸ δ' ἦν 15
τὸ προηγιασμέναις ἀναφοραῖς τὸ ἱερὸν πυξίον ἐς ὅ τι μάλιστα ἐμπιπλᾶν κατὰ χρείαν τῶν τεταγμένων λειτουργιῶν. ἐπεὶ γοῦν

9. τῷ] τὸ P.

gentis providentiam, fieri cernique qualia mox referam qui diceret aut existimaret, huius equidem vel affirmationem vel sententiam ausim dicere, iuxta Pindarum, haud longe a furore discrepare. mihi utcumque insuavis accidit commemoratio istiusmodi monstrorum inauspicatae mentionis, non est tamen liberum, ex quo istam ultro necessitatem subii, suscepta professione qualescumque res gestas exponendi, ab his scripto mandandis abstinere. in quo intrepide affirmandi facit animos evidentia testatissimae veritatis; nec deterret verisimiliter excepturus narrationem meam quidam horror auditurorum ex me casum dictu foedum; qualia delicati genii lectores haud fere citra indicia fastidii et quasi abominabundi transmiserint. etenim dum reputo rem attentius, facile sentio impelli me ad idem conspirantibus in unum, hinc respectu iudiciorum alienorum, hinc proprii officii praescripto, cum nec utique me fugiat culpari ab eruditis historicos, si quos deprehenderint indulgere privato gustui, damno memoriae publicae, accommodanda narratione ad certam adamatam ipsis concinnitatis fucosae speciem, quam quoad confecerint, nihil pensi habeant dissimulare ac detorquere in subiecto argumento, si quid isti formae reluctari contumacius viderint; nec dissimulare possim convicia conscientiae, quid meum a me munus exigat, monentis, edicentisque quadam inexorabili severitate censurae me, si conscio silentio involverim quod nunc divino haud dubie nutu contigit, maculam, si nihil aliud, inusturum quamdam historicae veritati. quare illud ante omnia dicatur, divinae quidem characterem providentiae praeferens; de quo tamen prudenter aestimetur ignorari quid tandem vel respiciat praeteritum vel auguretur ac portendat eventurum.

Dominica illuxerat proprio vocabulo dicta Tyrine a casei tunc adhuc usu permisso; qua ritus consuetus vocabat sacerdotem ad praeparandas in sacra pyxide tot oblationes consecrati panis, quot ad celebrandas iuxta morem instantes liturgias ex praesanctificatis oportebat. ubi ergo est, in-

τετέλεστο μὲν ἡ τῆς ἱερᾶς θυσίας ἀναφορά, ἀνεπτύσσετο δὲ τὸ πυξίον ἐφ' ᾧ τοὺς ἱεροὺς ἄρτους τεθῆναι, εὕρηταί τις εὐθὺς ἐντὸς τῶν προηγιασμένων ἀναφορά, ἣν δὴ καὶ εἰκασέ τις ὁρῶν μίαν τῶν τριῶν ἐκείνων εἶναι, ἣν καὶ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τετράδος μέλλουσαν ἀναφέρεσθαι, συμβὰν τότε, καθὼς λέλεκται, μὴ τὰ τῆς ἱερᾶς τελεσθῆναι θυσίας διὰ τὴν ἐπ' ἐκκλησίας τῶν ἐκκλησιαστικῶν παρ' οἱωνδηποτοῦν ὀψὲ τῆς ὥρας γεγονυῖαν συγχώρησιν, ἐκεῖσέ που ἀφεθεῖσαν τῆς πράξεως κεῖσθαι συνέβαινεν. ἡ δ' ἠχρείωτο πάμπαν καὶ σέσηπτο, ὡς μηδ' εἰκόνα φέρειν ἄρτου, μὴ ὅτι γ' ἄρτον καὶ ἀμηγέπη φαίνεσθαι, ἀλλά τινα τύπον θρυμμάτων μελάνων θηριακῆς ἤ τινος ἄλλου τοιούτου σκευάσματος. τρόμος οἷν ἰδόντα παραυτίκα λαμβάνει τὸν ἱερέα, καὶ ὅ τι πράξοι (οὐδὲ γὰρ ἦν ἐκεῖνον ἐνοῦν εἰς κατάληψιν τοῖς προσφάτοις) διενοεῖτο. καὶ τὸ πρᾶγμα φοβερὸν ἔδοξεν, οὐ παθὸν τόσον ὅσον φανέν, ἐπείπερ τὰ τῆς εὐθετήσεως ἠμηχάνηται. τοίνυν καὶ εἰς κοινὴν θέαν προυτέθη, καὶ τὸ ποιητέον μεθ' ὅτι κλείστης ἐζητεῖτο τῆς εὐλαβείας. ἀλλ' ὃ ἦν καὶ ἐδόκει καὶ πρέπον ἦν, τὸ περιὸν τῆς παραλλαγῆς οὐκ ἐδίδου γίνεσθαι, καὶ δὴ πρὸς τὴν μετάληψιν ὀκνῶν ὁ ἱερεὺς οὐ προσίετο. θεῷ δ' ἀναφέρειν ἄλλως οὐκ ἦν μὴ μεταλαβόντα τὰ δῶρα. καὶ ἔνθεν μὲν

cruenti sacrificii peracta functione, aperta pyxis ad collocandos intra eam consecratos panes, inventa intus quaedam apparuit ex praesanctificatis oblatio, quam quis intuens suspicaretur unam ex iis esse quae anno superiori feria quarta hebdomadae maioris cum offerri debuisset, oblata minime fuerat, ut indicatum est superius, propter recessum ecclesiasticorum ex ecclesia, qualibuscumque de causis praeversum ceremoniae debitae tali die, ac propterea ibi fuerat relicta neglectaque ad hoc usque tempus; quo spatio corrupta scilicet ac plane iam putris destinatis inepta usibus fuerat reddita, quippe quae ne speciem quidem retineret panis, sed formam quamdam haberet fragmentorum atrorum theriacae aut similis alterius confectionis eius generis. diriguit visu repente inopinatissimo sacerdos, et tremore totius corporis horrorem ac aestum animi declarans, incertus quid ageret, haerebat. neque enim miscere se putabat posse veterem illam particulam cum recentibus, quasi, ut hae, sic illa offerri percepturis posset et sacrificio ex praesanctificatis celebrando digna hostia censeri. cum ergo ad spectaculum tam deforme, ad tam anceps utrimque periculum, arcente hinc et inde metu, et tamen agendi necessitate cunctari prohibente, diu deliberabundus expediret nihil; denique adhibuit circumstantes ad consilium, vocatisque ostenso quod videbat, quid opus facto videretur suggerere ne gravarentur, summa contentione demississime oravit. statim occurrebat cunctis factu optimum fore, si fragmen sacri panis necidum illud et vetustate alteratum sacerdos edendo consumeret, vacuoque iam vasi a se modo consecrata recentia inderet. sed tam tetra erat eius species, ut tantum imperare stomacho celebrans se negaret posse, ac ne summis quidem labris adeo rancidum frustum omnino sustineret attin-

D φόβος ἐκεῖθεν δ' ἀπορία τοὺς θεωμένους διεμεριζέτην, οὐκ ἔχοντας ὅ τι καὶ πράξοιεν. ὁ γοῦν φόβος τὰς σφῶν γνώμας συνέστελλε πρὸς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἄγων βουλήν, τὸ τὸν ἱερέα, κἂν ὅ τι καὶ πάθοι, προσήσεσθαι τὸ φαινόμενον. τοῦ δὲ μηδ' ὅλως προσιτὸν ἐκεῖνο νομίζοντος μηδ' ἄκροις ὡς εἰπεῖν χείλεσι τὸ παράπαν, ἡ ἀπορία παρατολμήσασα ἐσχεδίαζε μηχανὴν πολὺ
E μὲν τῶν ἀξίων ἀποδέουσαν, ἀναγκαίαν δ' ἄλλως ὑπὲρ πᾶν ἕτερον ὃ δὴ καὶ ἐννοήσειέ τις πώποτε. θεῷ μὲν οὖν ἄρα τῶν τιμίων καὶ ἱερῶν ἐκείνων μέλειν εἰκός, καὶ ἔμελε πάντως, ἐκεῖνον δὲ τότε ὁ τοῖς τοιούτοις ἀφιερώμενος τόπος ἐκ παλαιοῦ, ὃς δὴ καὶ ἱπνὸς ἅγιος λέγεται, ὁσίως ἐπιρριφέντα ὁσίως δέχεται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

P 50 29. Τότε δὲ καὶ νέφος Σκυθῶν παριστρίων ἐπισυναχθέν, οὐκ οἶδ' ἔκποθεν καὶ ἐκ ποίας τῆς ἀφορμῆς, εἰς δέκα σχεδὸν χιλιάδας ποσούμενον, διελθὸν τὴν Βουλγάρων γῆν καὶ τῶν πέριξ πολλὰ λῃσάμενον κατὰ τὸν ἔξω ζυγὸν γίνεται. καὶ δὴ προσδόκιμον ἦν ἐκδραμούμενον καὶ τὰ τῆς Μακεδονίας καὶ Θρᾴκης
B λείαν ποιῆσον τὴν τῶν Μυσῶν ὑμνουμένην. ἔτυχε δὲ τότε τὰ ἀμφὶ τὴν Μεσέμβριαν κατέχων ἄρχοντος τρόπον καὶ στρατηγοῦ ὁ κουροπαλάτης Οὐμπερτόπουλος, ἀνὴρ ἀγαθωσύνῃ χαίρων καὶ εὐβουλίᾳ κοσμούμενος· ὃς δὴ καὶ συμπλακεὶς ἐξαίφνης, θαρρή-

gere. absolvi tamen sacrificium non poterat, nisi statueretur circa hoc quidpiam et quomodecumque amoveretur inde nauseabilis ista eucharistiae sacrae portio. inita denique via est magis utique necessaria quam decens, ad quam sponte sacerdos multo angore cruciatum animum tandem advertit. divinae nimirum providentiae permittendam putavit consumptionem ultimam illius fragmenti sacri, seponendo illud in seductum locum, qualia in sacrariis parari antiquus ecclesiarum usus obtinet: furnum sanctum nostri vocare consueverunt, alveum cavernae forma sub sacris adytis cavatum, quo sacrarum rerum aevo aut situ marcentium inutiles reliquiae reverenter, quantum fas est, condantur. in id conceptaculum putrefacta particula caute honesteque reposita, ibi videlicet quoad aboleretur remansura, expeditus utcumque sacrificus est, perintricati perplexitate modi qualitercumque sic defungens.

29. Illa porro tempestate nubes Scytharum e circumdanubianis collecta tractibus, quo animo quave occasione incertum, numerum fere implens capitum decies millium, transcursa Bulgaria vicinisque isti regionibus vaga direptione vastatis ad iugum exterius consedit, non ibi haud dubie quietura, sed procellam minans irruptionis barbaricae, e finitimis Macedonia vel Thracia praedas mox, quas aiunt, Mysorum abacturae. praeerat tum forte Mesembreae circumsitisque terris auctoritate ducis summi ouropalates Umpertopulus, vir et probitate gaudens et prudentia ornatus. hic fretus religione imperatoris, qua oppigneratum eius armis divinum favorem crederet, quas sub se habebat modicas copias commit-

σας τῇ τοῦ βασιλέως θεοσεβείᾳ, ὀλίγους ἐπάγων πολλοῖς τοῦ
πρατερήματος ἐγεγόνει, ὡς τοὺς μὲν ἔργον μαχαίρας γεγονέναι, C
τοὺς δὲ καὶ ἀποπνιγῆναι κατὰ τὸν ἐκεῖ παραρρέοντα ποταμόν.
ὀλίγοι δ' ἐκ πολλῶν διαδράντες, μηδ' ὅπῃ γῆς χωροῖεν εἰδότες,
5τὰς δυσχωρίας διεκπαίοντες, ᾗ ποδῶν εἶχον ἔφευγον, ἄρτι πρῶ-
τον μαθόντες ὡς ἄβουλον πλῆθος εὐβουλίᾳ μᾶλλον ἢ ἀνδρείᾳ
καταγωνίζεται. ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς καὶ πρῶτον μὲν δο-
ξάσας τὴν θείαν ἀντίληψιν, εἶτα δὲ καὶ ὑπερθαυμάσας τὸν ἄν- D
ὄρα πολλοῖς δωρεῖται, ὀφέλλων τὴν ἐκείνου τιμήν, οὐκ ἀλλα-
10γοῖς μόνον ἱματίων ἀλλὰ χρυσῷ καὶ ἵπποις αὐτὸν δεξιούμενος,
ᾧ' οἷς καὶ τὴν τοῦ μεγάλου παπίου δωρεῖται τιμὴν ὡς ἄθλον
ἀριστῆς καὶ τρόπαιον ἄξιον.

30. Βασιλεὺς δ' ἐπιστὰς τῇ πόλει οὐ καθάπαξ ἠφίει P 51
τοὺς σχιζομένους τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ τρόπῳ μετεχείριζε τὴν
15ἐκείνων ὁμόνοιαν. ὅθεν πέμπων, ἔστι δ' οὗ καὶ προσκαλούμε-
νος, πολὺς ἦν δεικνύων διὰ φροντίδος ἔχων τὰ ἐκείνων μὴ δεχο-
μένης παραίτησιν, καὶ μᾶλλον ὅτι τέρατ' ἄττα τελούμενα κατε-
μάνθανεν, οἷά τ' ὄντα καὶ τὸν λίαν θαρροῦντα δεδιττεσθαι.
ἐχόμενα γὰρ τοῦ περιπύστου νεὼ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας, ἔν τινι
20δημοτικῷ οἰκήματι, ἐν τοίχῳ τῆς θεοτόκου εἰκὼν καθεστόρητο, B

tere statim cum quantacumque istorum multitudine minime dubitavit, eo successu ut virtus numerum vinceret et pauci longe pluribus cladem inferrent multo maximam, siquidem plerisque Scytharum gladio caesis in scie, permultis aliis vicino amne haustis, qui rari effugerunt, iguari locorum per calles avias quanta maxima poterant pedum pernicitate ferebantur, tristi tum primum experimento edocti expertem consilii turbam consilio certius quam fortitudine superari. his imperator cognitis primum ingentes egit deo gratias pro ea, cuius praesens et illustre documentum isto eventu dederat, benevola protectione imperii: deinde curopalatae virtutem maiorem in modum admiratus multis eum nec parum splendidis remuneratus est donis, dignitatem eius augens non solum pretiosis vestibus sed et auro et equis, quorum illum magnifica largitione honoravit, accumulans super omnia munus amplissimum magni papiae, quod in praemium virtutis et dignum tam illustri victoria tropaeum contulit.

30. Reversus in urbem imperator neutiquam indormlit negotio conciliandorum ecclesiae qui se ab ea disciderant, nec iis quae semel erat eo in genere conatus, tamquam exonerandae suae conscientiae sufficientibus acquievit, sed velut rem quam omni ratione confectam vellet ac quantovis emendam bene pretio duceret, eorum concordiam urgere infatigabiliter institit. itaque nunc missis ad eos certis hominibus, interdum ipsis ad se vocatis, multus erat in demonstrando haudquaquam se admittere ipsorum excusationes nec pertinacem probare recusationem. ad hoc autem sic agendum magis magisque incitabatur nuntiatis sub id tempus prodigiis, talibus sane quae vel praefidens summeque audax ingenium terrore percellerent. nam in privata quadam domo, contigua inclyto

καὶ ἡ εἰκὼν ἐπὶ πολλαῖς ἡμέραις ἐδακρυρρόει, ἀμάρας ἐξ ὀφθαλμῶν χέουσα, ὥστε καὶ σπόγγοις τὸ ἐκρέον συνάγεσθαι. ἐλθόντος δὲ καὶ αὐτοῦ βασιλέως, ἅμα μὲν κατὰ προσκύνησιν ἅμα δὲ καὶ κατὰ θέαν τῶν τελουμένων, καὶ προσταγὲν ἀσφαλισθέντος τοῦ οἴκου βεβαίως, τὰ αὐτὰ ἦν καὶ πάλιν τοῖς πρότερον. καὶ
C αὖθις ἐν τοῖς Χαρσίου αἵμα τῆς εἰκόνος τοῦ λαμπρὸν ἐν μάρτυσι λάμποντος Γεωργίου δαψιλῶς ἀνέβλυζε. ταῦθ' ὁρῶν κρατῶν δειδήμων ὤν, ὡς τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, περὶ τὰ τοιαῦτα καὶ εὐλαβής, φόβον οὐ μικρὸν εἶχε, μήπως θεῷ δοκοῦν ἐκείνοις προσέχειν αὐτὸς ἐπ' ἄλλοις ἔχοι τὸν νοῦν καί γ' ἔξω τοῦ θείου θελή-
D ματος διαπράττοιτο. ὅθεν καὶ συγκαλῶν παρεκάλει, καὶ ἰδίᾳ καὶ φανερῶς, καθιστῶν συνόδους λαῶν, γενέσθαι ποτὲ τῆς εἰρήνης ἠξίου, καὶ ἀπιδεῖν πρὸς τὴν τῆς ἐκκλησίας ὁμόνοιαν. ἀλλ' οὐκ ἔπειθεν· ἦν γὰρ ἐκείνοις φανερῶς προσιστάμενον τὸ τοῦ Ἰωσὴφ μνημόσυνον καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας, ὡς ᾠοντο λέγοντες, ῥύπασμα, κοινωνούσης ἀφορισμοῖς. ἀφορισμὸν δ' ἔλεγον
E τὸν τοῦ Ἀρσενίου πρὸς Ἰωσήφ. οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ τὰ ὡρκωμοτημένα πάλαι μὴ λαβόντα λύσιν, ἃ δὴ ἔχειν λύειν ἐγκεχωρημένον

17. *si* deerat. 18. ἃ] ὃν P.

templo divinae Sapientiae, depicta in pariete deiparae imago multis diebus lacrimas emisisse ferebatur, fontes uberes fundens ex oculis, adeo ut spongiis collecta liquoris copia congregaretur. contulit eo se imperator, qua venerandi religione qua curiositate cognoscendi; post quod cum eius iussu prohibitus esset eo concursus, obserato diligenter conclavi, fluxus tamen lacrimarum, plane ut prius, perseveravit. rursus in aedibus Charsiae sanguis ex effigie splendide illustris inter martyres Georgii copiose manavit. haec imperator videns, homo natura, ut verum fatear, paulo formidolosior in talibus, metum haud modicum concepit, ne forte deus per haec indicaret minime sibi probari, quod princeps ecclesiae pacandae cura remissa interim aliis attenderet; unde etiam secuturum videlicet erat ut quaecumque susciperet, aversi causa ista numinis favore destituta male succederent. tali solicitudine instinctus vocat congregat alloquitur singillatim, palam adhortatur, plebem etiam densam in hos conventus admittens, nec indignum se reputans humillimos etiam ambire admonendo suadendo rogando quemque, pro se ne gravaretur ad pacis negotium conferre: miserarentur ecclesiae scissuras, et his resarciendis modicum quid impendere privatarum ne cunctarentur rationum. ita ille. sed surdis ea cuncta canebantur. obnixi perstabant Arseniatae in his in quae palam convenerant, haud se umquam cessuros nisi satis ipsorum arbitratu adversa pars purgaret labem, ut rebantur, contractam primum admittenda in sacris commemoratione Iosephi, deinde anathemate communiter ab ecclesia contracto ex contagione Iosephi eiusdem, quem excommunicatum, ut putabant, quod non solum communione dignata sed velut patriarcham fuisset venerata, maculam ipsius in se attraxerat. suberat et forte alia ex clam constitutis et iureiurando quondam sancitis inter ipsos causa ob-

παρὰ Ἀρσενίου τὸν Ὑάκινθον λαβόντα τὸν θρόνον διεβεβαίουν, μέρος ἦσαν καὶ ταῦτα συμβαλλόμενον πρὸς τὸ ὑπασμα. εἰ δὲ καὶ τὸ κατὰ τὸν πάπαν προσετίθουν τρίτον, μὴ τοῖς πρότερον ἱκανούμενοι, ἔστω καὶ τοῦτο. καθ' ἃ δὴ πάντα αὐτοὺς ἀθιγεῖς ὄντας καθάπαξ τῶν ὑπασμάτων αὐτοὺς καὶ τὴν διόρθωσιν δικαίους εἶναι πράττειν, ἄλλως δὲ μηδ' ὁπωσοῦν καταδέχεσθαι τὴν ὁμόνοιαν.

31. Ἦν μὲν οὖν καὶ τῶν Ἀρσενιατῶν τισὶν εἰρηνεύσασιν, P 52 καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ κατὰ τὸ Ἀτραμύττιον συνελθοῦσιν, ὡς εἴρηται, ἐσπούδαστο ταῦτα, ἦν οὖν τότε καὶ σφίσιν ἔφεσις ἐπὶ τοῖς προτέροις ἐκείνοις ἀνακομίζειν τὸ σῶμα τὸ Ἀρσενίου ἐκ Προικοννήσου. οἳ δὴ καὶ αὖθις βασιλεῖ προσανέφερον καὶ ἠξίουν. πλὴν καὶ σκέμμα τι βαθὺ καὶ γενναῖον ἐν τούτοις ἦν, ὡς ἔδειξεν, ἀξιοῦσιν· ὃ γὰρ ὡς ἀδίκως ἐκβληθεὶς ἐπὶ τὴν προτέραν τιμὴν ἀναγόμενος εἶχε δηλοῦν ἐντεῦθεν τὸν Ἰωσὴφ ἐπιβήτορα, ᾧ δὴ B καὶ ἀφορισμὸς προστριβόμενος, ὡς ἔλεγον, παρ' ἐκείνου ἐπορρεῖν τὰ κατ' ἐκείνου τελέως ἐδίδου ἂν παρὰ τοῖς αὐτὸν ἐκεῖνον

scarior. nempe coniurasse Arsenianos aliqui ferebant numquam se bona fide inituros cum adversariis concordiam, nisi Hyacinthus, quem sibi substituisset vicarium iniuste detrusus Arsenius, in patriarchalem evectus thronum ligatos anathemate legitima demum absolutione reconciliaret sacris. ut ut de hac fama sit, haud plane ad liquidum explorata, tertiam certe agnitam iam publice obiectabant ecclesiae labem, admissi principatus papae; cuius piaculi cum esset in confesso ipsos unos fuisse prorsus expertes, solos haberi debere ipsos idoneos qui modos id purgandi praescriberent. id ni fieret, haud sese omnino umquam in pacem conventuros.

31. Harum rerum apud imperatorem urgendarum pro Arseniatis caeteris cura incumbebat quibusdam ipsorum, satis ad hoc gratiosis, quod ii manus, ut dictum est, apud Atramyttium dedissent, Augustoque datam fidem soli adhuc ex omnibus servarent. his causam reliquorum agentibus plurimum Augustus favoris impertiebat, quod per eos speraret alios trahendos. per istos igitur interpretes Arseniana factio, cum referre plurimum ad summam sui status reputaret reportari Arsenii cadaver e Proconneso in urbem, id ab Andronico petere instituit. erat haec perartificiosa et valde astuta petitio, quippe quae fronte prima nihil praeferens periculosius ea erat tamen qua concessa recusare Iosephitae non possent quin et pseudopatriarcha et vero perculsus anathemate Iosephus agnosceretur. cum enim reportatione ossium Arsenii e loco exilii, quo eiectus fuerat, in metropolim sui patriarchatus verum ipsum, etiam dum exularet, atque adeo ad mortem usque, fuisse patriarcham declararetur, palam erat Iosephum, qui eo vivente locum ipsius tenuit, nihil nisi sedis invasorem alienae per vim intrusum videri et dici posse; et quod ab eodem Arsenio ante suam eiectionem interminatione anathematis prohibitus idem Iosephus fuisset imperatori peccata confitenti absolutionem impertiri, quod hunc tamen fecisse nihilo secius constaret, manifestum indidem apparere Iosepho, dum sedi praeesset, excommunicationem adhaesisse. praeiudicia ergo praecipuorum causae suae capitum in hac Arsenii reliquias reportandi fa-

θαυμάζουσιν. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς πρὸς τὴν τῆς ἐκκλησίας ὅλως ἀφορῶν εἰρήνην, ὡς τοὺς ὁρῶντας πιστεύειν, προκαταλαμβάνων δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἐντεῦθεν (τὸ γὰρ σφίσιν ἰσχυρὸν προτεινόμενον ἡ ἐξορία τοῦ πατριάρχου ἦν, δι' ἣν ὑπήγοντο τοὺς ἄλλους ἀδίκως ἐκβεβλημένου, ὃ δὴ καὶ προαναστέλλειν ἠβούλετο τῷ πρὸς αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ τὴν ἐκ τῆς μετακομιδῆς τοῦ σώ-
C ματος τιμὴν γίνεσθαι), παραχρῆμα νεύει πρὸς τὴν ἀξίωσιν. ἦν δὲ μόνον εἰς τοῦτο τῷ βασιλεῖ προσιστάμενον τὸ φθάσαι λεχθῆναι παρά τινων ὡς ἀφορισμὸς ἐπίκειται παρ' ἐκείνου τοῖς ὁτεδήποτε τὸ σῶμα μετακομίσουσι, παρ' ὃ καὶ μόνον ἕτοιμος ἦν ἐκ τοῦ παραχρῆμα τῇ καταγωγῇ τοῦ σώματος τὸν ἐξορισθέντα τιμᾶν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο παρὰ τῶν εἰδότων ἐλέγετο ὡς ψευδῶς ἐλέχθη καὶ ὡς ἐπλάσθη παρὰ τοῦ μαθητοῦ ἐκείνου Ματθαίου τὸ φημιζόμενον, τῷ τόπῳ προσμένειν μετὰ τοῦ σώματος θέλοντος, εὐθὺς ταχυναυτοῦντες ἐν ἐνήρει οἱ ἀμφὶ τὸν Μανουηλίτην Θεόδω-
P 53 ρον ἡτοιμάζοντο· οἳ δὴ καὶ ἡμερῶν ὀλίγων ὑπὸ προσηκούσῃ τιμῇ καὶ αἰδοῖ ἀξίᾳ μετ' εὐπλοίας πάσης τὴν Κωνσταντίνου καταλαμβάνουσι. καὶ τότε ξυνέρχεται μὲν βασιλεὺς ξὺν πάσῃ συγκλήτῳ, συνέρχεται δὲ πατριάρχης συνάμ' ἀρχιερεῦσι, καὶ τῶν κληρικῶν ὅσοι μετ' ἐκεῖνον εἰρήνευον, καὶ λαὸς ἅπας τῆς πολιτείας, οἱ

cultate dolose latentia captabant, cum hanc per suos ab Andronico postularent, qui tamen praeoccupatus studio ingenti pacificandae quomodocumque ecclesiae, et illectus spe blandiente se per istam concessionem, nulli, ut videbatur, admodum rei damnosam, exarmaturum omnem reliquam eius sectae contumaciam, et Arsenianos iam universos, delinitos inani honore celebrium exequiarum eius a quo nomen ducerent, plane se habiturum in potestate, coniuncturumque pro voto caeteris, facile annuens permittere se translationem dixit, cum eo tamen, si prius declararetur verum non esse quod aliqui iactabant, vetuisse Arsenium, antequam in Proconneso diem suum obiret, ne suum umquam ibi mortui corpus inde tolleretur, ac si quis id alio transferre attentasset, excommunicationi subiaceret. verum istam haud difficulter Arseniani exceptionem submoverunt, adhibitis rei consciis testibus idoneis probantes haud umquam tale aliquid ab Arsenio vetitum vel minis anathematis sancitum, sed fictum eum rumorem a Matthaeo quodam discipulo ipsius, qui cum prope sepulcrum patriarchae statione sibi commoda perstare in totam vitam cuperet, eam fabulam excogitaverit et sparserit quaestuoso ipsi sed inanissimo commento. his ita declaratis, pleno iam in rem sibi optatissimam imperatoris assensu avide Arseniatae arrepto, expediunt strenue cum instructissima remigio triremi Theodorum Manuëlitem in Proconnesum; qui paucis diebus, navigatione usus prospera, Constantinopolim rediit, honore ac veneratione consentaneis referens Arsenii cineres peregre dudum extincti. praesto fuit iis excipiendis ipse primum imperator, universo senatu comitante; convenit ad id ipsum patriarcha cum episcopis et cunctis clericis, qui huius communionem amplectebantur, populus quoque ac cives plane omnes,

μὲν προσκληθέντες οἱ δὲ καὶ αὐτόκλητοι. καὶ τὰ τοῦ Εὐγενίου καταλαβόντες θήκην μὲν ἐκείνην πέπλῳ τῶν καλλίστων περικαλύπτουσι, καὶ χερσὶν ἱερῶν ἀνδρῶν κατὰ τὸ προσῆκον πιστεύσαντες ὑπὸ φωσὶ δαψιλέσι καὶ θυμιάμασιν, ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς καὶ εὐφημισμοῖς τοῖς πρέπουσι, πεζῇ καὶ βάδην τὸ μέγα καὶ ἱερὸν τέμενος τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας καταλαμβάνουσι, καὶ σφίσιν ὥσπερ αὐτοῖς οἰκειοῦν τὸ τῶν Ἀρσενιατῶν βουλόμενοι σέμνωμα, ὡς καὶ τοῦ πατριάρχου κοινωνοῖς φανεῖσι καὶ συλλειτουργοῖς ἄντασφις, ἐπενδύοντο μὲν τὰς ἱερὰς ἐσθῆτας, πρὸς τῷ τελεῖν δὲ τὴν ἱερὰν λειτουργίαν ὄντες, τῶν ἀντιφώνων ψαλλομένων, στολὴν καὶ τὸ σῶμα τῶν ἱερῶν ἐπενδύσαντες χερσὶν ἀρχιερέων φερομένῳ συνεισοδεύουσιν. εἶτα πρὸς τῷ συνθρόνῳ δόξαντες ἐπικαθιζάνειν, τὰ τῆς ἱερᾶς τελετῆς συνεπλήρουν εἰς τέλος πρὸ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἱσταμένῳ τῷ σώματι. ἐντεῦθεν καὶ περὶ τὰ δεξιὰ τοῦ βήματος τῷ κιβωτίῳ ἐνθέντες ἱστῶσι, κλεισὶ καὶ σφραγῖσι τὴν ἐκ τῶν Ἀρσενιατῶν κλοπήν, ὡς ἐνῆν, φυλαττόμενοι, καὶ τρίτης ἑκάστης ἑβδομάδος πρὸς τὴν τῶν Ὁδηγῶν κατ' ἔθος λαοῦ συντρέχοντος, κἀκεῖνο ὑπανοιγόμενον τοῖς προσιοῦσιν ἄνεσιν ἦν. ἐν ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ ἡ Ῥαούλαινα πρωτοβεστιάρισσα ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου μονῇ τοῦ τῆς κρίσεως ἱερὸν οἶκον εἰς

partim evocati nominatim, partim sponte occurrentes. quae universa multitudo ubi locum ab Eugenio nomen nactum attigit, theca quidem qua Arsenii cadaver elaudebatur velo e pulcherrimis delecto contecta est. tum qui ceremoniam curabant, feretrum manibus sacrorum hominum rite consignatum, multiplici facum lumine ac thymiamatum suffitu, inter hymnorum casticorumque modulationes, acclamationibusque decentibus, lento et gravi passu ad sacrum usque templum dei sapientiae, prosequentibus cunctis, perduxerunt, certante, ut apparebat, pro se unoquoque studium in memoriam tamquam veri demum ipsorum patriarchae ostentare, ut ne ipsis quidem in hoc cedere Arsenianis videri vellent. adeo ipsi etiam qui vel intime patriarchae nunc ecclesiam regenti adhaererent eique ad nutum inservirent, sumptis ultro sacris stolis contendebant inter primos cooperari venerationi Arsenii sacra in eius honorem liturgia rite celebranda; qui etiam dum antiphonae cantarentur, corpus eius ornatu indutum patriarchali, cum manibus antistitum in thronum ad consessum patriarchae portaretur, eo usque dum illuc esset illatum comitati sunt, moxque relato inde atque ante sacram mensam reposito iusta caetera funebria, prout ritus poscebat, persolverunt, nulla parte ceremoniae omissa. tum illud arculae a dextris altaris paratae indentes, clavibus eam sigillisque munierunt, cavente scilicet ne id Arseniatae furari attentarent. deinceps porro tertia quaque feria cuiusvis hebdomadae, ad venerationem angelorum in via salutis ducum populo de more concurrente, reserabatur arca depositus Arsenii continens, idque omnium visere studentium liberis obtutibus exponebatur. aliquanto post tempore Raülaena protovestiarissa in sancti Andreae monasterio a iudicio cognominato sacram aedem exquisito arti-

κάλλος ἐξησκημένον καὶ μέγεθος ἀνιστᾷ. καὶ ἐπεὶ σπουδὴν εἶχεν ἐκείνη πρὸς τὸν πατριάρχην οὐ τὴν τυχοῦσαν καὶ ζῶντα καὶ τελευτήσαντα, ἀξιοῖ βασιλέα καὶ λιπαρῶς δέεται δοθῆναι τὸ
E σῶμα τῇ κατ' αὐτὴν μονῇ, ἐφ' ᾧπερ ἀποτεθῆναι τῷ παρ' αὐτῆς ἀνεγερθέντι ναῷ. ὃ δὴ καὶ γέγονεν, ἑτέρας τότε συστάσης κατὰ τὸ εἰκὸς πανηγύρεως, καθ' ἣν βασιλεὺς καὶ σύγκλητος καὶ τῶν ἱερωμένων σχεδὸν οἱ πάντες, οὐδὲ τῆς λαώδους λειπούσης μοίρας, ἐκεῖθεν πεζοποροῦντες τὴν τιμὴν ἐτέλουν τῷ πατριάρχῃ, οὐκ ὀλίγα τοῦ βασιλέως καταβαλόντος καὶ τὰ τῶν πόνων ἐφόδια.

P 54 32. Τότε καὶ τὰ κατὰ Συρίαν ἐπράττετο πάνδεινα. ὁ γὰρ τῆς Βαβυλῶνος σουλτὰν πρὸ χρόνων λαβὼν Ἀντιόχειαν καὶ εἰς ἔδαφος κατερείψας, ἀφῆκε τοῖς μετ' ἐκεῖνον ἀκήρυκτον ἔχειν μάχην μετὰ τῶν Ἰταλῶν τῶν τὴν παραλίαν οἰκούντων ἐκ παλαιοῦ. ὅθεν καὶ ἐπὶ τῶν τότε καιρῶν στρατολογηθάμενοι Ἄραβες ἢ μᾶλλον Αἰθίοπες πρῶτον μὲν αἱροῦσι τὴν Τρίπολιν καὶ ἥβη-
B δὸν τοὺς ἐν αὐτῇ κατασφάττουσι, καὶ αὐτὴν δὴ τὴν πόλιν ἀνατρέπουσιν ἐκ θεμελίων, ἔπειτα καὶ τὴν πολυπληθῆ Πτολεμαΐδα τὰ ὅμοια δρῶσι, καὶ πᾶσαν τὴν παραλίαν ἐξανδραποδισάμενοι τὰ θαύματα τῆς Συρίας ἠφάνισαν. καὶ ἔδοξε τὰ ἡμέτερα τέρατα ἐπ' ἐκείνοις φανέντα τε καὶ τελειωθέντα· δάκρυα γὰρ ἐκεῖ-

ficio elaboratam exstruxit; ac quoniam non vulgari ea mulier studio se amplecti patriarcham illum, quoad vixit et postquam decessit, semper ostenderat, consentanee huic noto eius affectui enixe oravit imperatorem, ut dari iuberet Arsenii corpus suo isti monasterio, honorifice scilicet ab ea deponendum in isto erecto a se templo. quod cum impetrasset, ita factum est, idque apparatu et pompa non minus quam in priori translatione magnificis. nam tunc quoque congregato coetu magno iterum per urbem supplicatio processit, Augusto ipso ac senatu, nec non ecclesiasticis ferme omnibus, nec minori quam antea populi multitudine, ordinato et lento incessu funus perhonorifice prosequentibus, quam in celebritatem non modicum etiam sumptum imperator fecit, artificibus, qui qualemcumque ad id contulissent operam, larga de suo stipendia persolvens.

32. Circa hoc tempus gravissimae Syriam calamitates afflixerunt. nam Babylonis Sultan capta olim et solo aequata Antiochia, internecinum in Italos oram Syriae maritimam obtinentes bellum odiis perpetuandum hereditariis dudum transmiserat. cui per haec tempora obsequentes Arabes, aut potius Aethiopes, primum quidem expugnata Tripoli omnes in ea repertos puberibus maiores interfecerunt, urbemque ipsam a fundamentis eversam solo aequarunt. idem postmodum fecerunt et populosissimae Ptolemaidi; et ora universa maritima subacta, mancipatis in diram servitutem Christianis eius incolis, praeclarum illum et mirificum florentis hactenus Syriae statum exciderunt. visaque sunt nostra illa, quae nuper memoravimus, portenta clades istas indicasse; lacrimasque illas et cruorem ex imaginibus fusa longe alio respexisse ac velut in longinquas a nobis

να καὶ αἵματα πρὸς τὰ μακρὰν ἡμῶν ἀνεφέροντο, ἀποπεμπομέ-
νων τὰ φοβερὰ ἡμῶν ἑτέροις τοῖς μὴ ὅτι γ' εἰς πεῖραν ἀλλ' οὐδ' C
εἰς θέαν δυναμένοις μόνην τῶν ἰδίων κακῶν ἡμῖν κοινωνῆσαι.
ἰὸ δ' ἦν ἄρα παραψυχὴ καὶ κακῶν ἀνάρτησις, γνωσθέντος πα-
θοῦσιν ὡς ὅπου τὸ τῶν δεινῶν σημεῖον, ἐκεῖ ξυμβαίνει καὶ τὸ
ἀποτέλεσμα γίγνεσθαι.

33. Ὁ μέντοι γε βασιλεὺς υἱοὺς ἔχων ἐξ Ἄννης τῆς ἐξ P 55
Οὔγγρων δύο, Μιχαήλ τε καὶ Κωνσταντῖνον, τὸν μὲν βασιλι-
κῶς ἀνῆγε καὶ ὡς τῆς βασιλείας διάδοχον ἐθεράπευε, τὸν δὲ
Κωνσταντῖνον εἰς δεσπότην ἔτρεφε. τῷ μέντοι γε Μιχαὴλ καὶ
ὁ πάππος αὐτοῦ Μιχαὴλ τῆς εἰς τὴν βασιλείαν καταστάσεως ἦρχε,
καὶ ὡς βασιλέα παρεῖχε κηρύττεσθαι ὡς οὐ μικρὰν παραψυχὴν
τῷ πατρὶ διὰ τὸν τῆς δεσποίνης ἀλύοντι θάνατον. παρ' ἣν B
αἰτίαν καὶ τὸ ἐκ ῥηγῶν τῶν μεγίστων κῆδος κατὰ δεύτερον συνοι-
κίσιον μὴ ἔχων ὅλως περιποιεῖν ἑαυτῷ, ὡς ὑπ' ἀρχὴν πάντως
ἰσομένου τοῦ ἐξ αὐτῶν, τὴν ἐκ μαρκεσίων Εἰρήνην καί γ' ἐκγό-
νην τοῦ ῥηγὸς Ἱσπανίας, ἀγαθὸς ἀγαθὴν οὐχ ἧττον τὸ γένος ἢ

fuisse amandata terras, in iis explenda malis quorum non dicam experientia, sed ne conspectus quidem aut e vicino sensus ad nos pertingeret, uti nec illis ipsis vicissim gentibus, quae nos urgebant adversa, nota erant, abrupto a nobis invicem commercio. id quod ubi est animadversum, valuit ea observatio ad relevandam in nostris moestitiam ex minis signorum istiusmodi conceptam. recrearunt illi scilicet animos et bene sperare perrexerunt, ubi compertum et re ipsa demonstratum apparuit haud veram esse pervulgatam opinionem illam, qua sibi hactenus homines persuaserant eventa significationum funestarum illis omnino in locis extitura, in quibus prodigia clades istas minantia fuissent edita.

33. At imperator cum ex Anna Ungara duos superstites haberet filios, Michaëlem et Constantinum, priorem quidem iam in imperii consortium evectum regio uti collegam et successorem designatum cultu honorabat, minorem alterum in despoticae dignitatis insignibus educans. at Michaëlis quidem supremae potestatis participatione cum certa spe successionis ornandi auctor avus ipsius Michaël fuerat, qui post nuntiatam Annae nurus mortem afflictissimum eo casu Andronicum non parum recreaverat filio eius parvulo sibi cognomini conferendis insignibus imperii, eundemque ut collegam Augustae potestatis promulgando iam nunc, et agnosci colique ab omnibus iubendo. caeterum illa ipsa causa fuit cur in secundas nuptias aliquam maximorum regum filiam sibi petendam Augustus non duceret. cum enim nascituro e secundo coniugio filio destinare imperium alteri iam oppigneratum successori nequiret, non erat aequum ad gignendos privatos coniugem e summo rerum humanarum adsciscere fastigio. elegit igitur Irenen, e dynastis quidem dumtaxat minoribus quos marcesios sive marchiones appellant, caeterum neptem regis Hispaniae, quam bonus bonam, nec minus moribus probatam quam genere illustrem,

τοὺς τρόπους, ἄγεται. Γρηγόριος δ' ἦν ὁ ταμιωτής, καὶ τὰ στέφη ἡ Αὐγοῦστα καὶ μήτηρ ἐδέχετο.

C 34. Ἐπεὶ δ' ἐπὶ τῇ Προύσῃ ἐπικεκήρυκτο πρόεδρος ὁ ἐξ ἀμαγειρεύτων Νικόλαος, μετονομασθεὶς ἐκ μοναχῶν εἰς Νεόφυτον (καὶ τοῦτο γὰρ κανὼν ἐτίθετο παρ' ἐκείνοις, εἰ καὶ μὴ ἔχων κατὰ τοὺς ἄλλους τὸ ἀπαραίτητον, τὸ σήμερον μὲν ἱστᾶν ἐκώπιον θεοῦ καὶ ἀγγέλων καὶ τὰς συνθήκας ἀπαιτεῖν τῆς μοναχικῆς τάξεως, εἶτα τὸν εἰς ὑποταγὴν ταχθέντα τὴν αὔριον εἰς ἀρ-
D χιερέα χειροτονεῖν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ ἐδόκει πολλοῖς ἐπιλήψιμον), καταλαβόντι τὴν λαχοῦσαν τῷ ἱερεῖ ἔδοξε καινόν τι ποιεῖν παρὰ τὰ πραχθέντα διὰ τὸ χθεσινὸν τοῦ πάπα μνημόσυνον, καὶ δὴ κοινῇ προστάσσει ἐφ' ἡμέραις τισὶν ἀπέχεσθαι τῶν κρεῶν ὡς πρόστιμον τοῦ ῥυπάσματος. τὸ δ' οὖν βαρὺ Προυσαίοις δόξαν,
P 56 τῷ αἰτίῳ τῶν χθὲς συμβάντων ἐνίπτοντες κατηρῶντο καὶ μάλα οἱ ἐνεφόρουν ὕβρεις. ὁ δ' ἦν δι' ὃν, ὡς ἔλεγον, ἔμελλον νηστείαις προστιμᾶσθαι καὶ κακουχίαις. τοῦτ' ἀκουσθὲν Βέκκῳ (πολὺ γὰρ ὑφεῖρπε, καὶ πάντες ἀναφανδὸν ἐλοιδόρουν, καὶ οἱ ἐκείνου ἔξω διάγοντες κατὰ πρόσωπον ὠνειδίζοντο) οὐκ ἀνεκτὸν ἐδόκει, οὐδ' ὥστε καὶ ἐνεγκεῖν φορητόν. ὅθεν καὶ θυμὸν ἀναλαμβάνει μείζω, καὶ ἐπὶ μέσης σταθεὶς τῆς τῆς μονῆς μεγίστης

rite uxorem duxit, coronante ipsam, et ubi mater est facta, in Augustam solemniter inaugurante Gregorio.

34. Cum vero Prusae declaratus praesul fuisset Nicolaus quidam ex olim emeritis coquinae imperatoriae ministris, qui Neophyti nomen tractum ex monachis, ad quos e palatina familia transierat, ad thronum ecclesiae pertulit (hanc enim isti frequentandis talium assumptionum, utcumque aliis minus probatarum, exemplis iam sibi quasi regulam fecerunt, ut pro gradu ad episcopalem dignitatem eligatur suscepta in eum finem humilitas professionis monasticae, ac qui hodie coram deo et angelis in spontaneam se obedientiam abiecerit, oppignerasse hoc ipso infulas sibi et iure promeruisse videatur crastinam in episcopatum promotionem; quod reprehensioni obnoxium qui censeant multi sunt). huic igitur novo Prusae antistiti visum est facto optimum insignire auspicia sui sacerdotii quadam inusitata significatione zeli sui adversus nuper admissam usurpatamque papae inter sacra commemorationem. indicit ergo communiter universis certi numeri dierum abstinentiam ab esu carnium in expiationem videlicet tanti criminis; quam importuni ieiunii molestiam pertaesi Prusaeenses dira, ut fit, imprecabantur auctori talis commemorationis, incommodissimo nunc ipsis piaculo luendae. occurrebat autem in quem hoc nomine stomachum erumperent relegatus, ut dictum est, apud Prusam Veccus; qui populari odio tali se obiectum calumniae sentiens, et convicia non ferens quibus, ubicumque appareret, proscindebatur petulantia plebeculae in os ipsi exprobrantis esurie se macerari culpa ipsius maledictaque impotenter accumulantis, non in eum solum sed et in eius familiares, quoties in publicum prodirent. eam Veccus contumeliam nec tolera-

σθλῆς, ὡς παρὰ πάντων ἀκούοιτο, τῷ μὲν τῆς Προύσης καὶ λίαν καταφρονητικῶς ἔχειν ὡς ἀμαθεῖ τὰ ἐκκλησιαστικὰ αὐτόθεν ἐφάκει, τῷ δὲ πατριαρχοῦντι Γρηγορίῳ καὶ λίαν τοῖς λόγοις ἐπεῖχε. καὶ "τί παθόντες" ἔλεγεν "ἐμὲ μὲν τὸν παρὰ Ῥωμαίοις καὶ ἐκ Ῥωμαίων γεννηθέντα τε καὶ τραφέντα συχναῖς περιβάλλοντες λοιδορίαις ἔπειτα φεύγετε, ἄνδρα δὲ παρ' Ἰταλοῖς γεννηθέντα τε καὶ τραφέντα, καὶ οὔπω ταῦτα, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς στολαῖς καὶ γλώττῃ πρὸς τὰ ἡμέτερα παρεισφρήσαντα, εὐφημοῦντες δέχεσθε; εἰ δογμάτων ἕνεκα λέγετε, βασιλεὺς προσκαλείτω, καὶ συναχθέντων ἁπάντων ἀκουέτω τὸ φρόνημα, κἂν δόξω κακῶς φρονῶν, ξυνιεῖν ἀνδρῶν καὶ τῶν γραφῶν κρινόντων καὶ εὐλαβῶν· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἵνα τί λόγοις ἀμαθῶν καὶ βαναύσων ἐπόμενοι ἐμοὶ τὰ χρίστα περιάπτετε;" ταῦτ' ἔλεγε Βέκκος ἀναφανδόν, καὶ δῆλος ἦν θέλων καὶ βασιλεῖ προσαγγέλλεσθαι. ὃ δὴ καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἐγεγόνει. κοινῇ τε γὰρ σκέψει κατάγεται, καὶ τῇ μονῇ τοῦ Κοσμιδίου προσίσχει τῆς νηὸς ἀποβάς, ὥριστό τε ἡμέρα τῆς διαλέξεως, καὶ σύνοδος ἱερῶν ἀνδρῶν, παρόντος καὶ αὐτοῦ βασιλέως, ἀνὰ τὸν Ἀλεξιακὸν τρίκλινον γίνεται. παρῆν μὲν οὖν ὁ πατριαρχεύων Γρηγόριος, παρῆν δὲ καὶ ὁ Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιος, ἀρρώστως ἔχων τοῦ σώματος κλινοπετής τε καὶ ἐπὶ σκιμ-

bilem nec sibi dissimulandam ratus, stans aliquando medius in impluvio monasterii maximi, ut ab omnibus exaudiretur, clara voce Prusaeum tamquam ecclesiasticarum imperitum rerum libero contemptu reprehendit, in patriarcham quoque Gregorium non parcius invectus, "qui, malum, vos transversos error agit," inquiens, "aut quae malesuada urget vesania opprobriis conscindere, lacerare rabiosis dicteriis ac tam aspernanter aversari me Romanum hominem e novae Romae civibus natum, ibidemque educatum, interim dum pro patriarcha veneramini plausuque et acclamationibus honoratis Cyprium advenam, in ea Latinae ditionis insula e Latinis genitum, cultu adhuc et linguae sono istius peregrinitatis signa hic quoque clara praeferentem? quodsi non personarum praeiudicato discrimine sed zelo religioso dogmatum in istam vos iniquitatem abripi causamini, age convocet coetum imperator, et nos audiat pro causa disputantes, scripturisque allegatis et sententiis patrum veterum suffragia sapientium corroget, sicque statuatur de negotio non invidiosis tumultibus sed tranquillis disceptatione, more maiorum, decidendo. dum hoc quidem in mora est, quorsum plaustra in nos plebeiae dicacitatis effunditis, vestram ipsorum traducentes inscitiam, nec rudium sellulariorum indoctis iudiciis veremini stultam credulitatem addicere?" haec Veccus palam proloquens haud dubitabat quin cito ad imperatorem deferrentur, hoc ipso animo id agens, nec sua eum spes fefellit: statim quippe admonitus Augustus Prusa Veccum accersit. neque is cunctatus nave ad Cosmidii monasterium appulsa eo exscendit. dicta hinc dies colloquio. coit synodus ecclesiasticorum, praesente ipso principe, in triclinium Alexiacum. adest patriarcha Gregorius; Alexandrinus quoque Athanasius, quod forte tunc

E ποδος. συνῆν δὲ καὶ πᾶσα τῶν ἀρχιερέων δμήγυρις. ἦσαν δὲ καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας καὶ μοναχοὶ πλεῖστοι, καὶ τῶν λαϊκῶν οἱ ἐλλόγιμοι. ἐφ' οἷς προυκάθητο βασιλεύς, καὶ ἀμφ' ἐκεῖνον ἦσαν ὅσοι τε τῶν μεγιστάνων καὶ τὸ τῆς συγκλήτου ἅπαν περιφανές. ἦν δὲ καὶ ὁ μέγας λογοθέτης, τὰ πρῶτα τῶν συνειλεγμένων, συνάμα πατριάρχῃ ἀναδεξάμενος τὰ τῆς διαλέξεως. ἐπὶ τούτοις ὁ τῆς ἐκκλησίας ῥήτωρ, ὃς δὴ καὶ τῶν διαλόγων
P 57 κατήρχετο. (35) καὶ "ἵνα τί" φησίν, "ὦ οὗτος, ὑγρῶν οὐσῶν καὶ ἔτι τῶν σῶν συλλαβῶν ἐφ' οἷς ὡμολόγεις ἐσφάλθαι καὶ συγγνώμην ἐζήτεις καὶ παραίτησιν ἐποιοῦ, σήμερον ἀναλαμβάνεις τὰ ὡμολογημένα καὶ ἀδικεῖσθαι διισχυρίζῃ, ὥστε καὶ τοιαύτην δὴ καὶ τοσαύτην συγκροτηθῆναι τὴν παροῦσαν σύνοδον;"
B "ὅτι" φησὶ "λόγους πατέρων εἰπόντες καὶ λόγον ἀπαιτούμενοι περὶ τούτων ἡμεῖς, ἄλλον μὲν εἰδότες καιρὸν τὸν τῆς ἐκείνων ἀναπτύξεως, ἄλλον δὲ τὸν τότε παρόντα, εἰρηνεύειν θέλοντες μόνον, ἀφέντες τὰ πάντα ταῦτ' ἐπράττομεν, οὐ μὴν δὲ καὶ ὥστε τοὺς βουλομένους ἐργολαβεῖν καὶ περιάπτειν ἡμῖν αἱρέσεως
C ἔγκλημα." καὶ τὸν λόγον ἀναλαβόντα τὸν πατριάρχην Γρηγόριον "καὶ τί γε τὸ δοξάμενον" φάναι "τοῖς ἀμφὶ σέ;" ἦσαν γὰρ σὺν ἐκείνῳ καὶ οἱ πάλαι ἀρχιδιάκονοι, ὅ τε Μελιτηνιώτης Κωνσταν-

10. ἐξήτεις P.

aegrotaret, decumbens in lectulo portatur. ordo universus antistitum convenit, nec clerici desunt, nec plerique monachorum, nec laicorum quique lectissimi. his praesidebat imperator, circa se habens summatum primores et senatus capita ipsa ac columina. in primis eminebat logotheta, suas in colloquio simul cum patriarcha partes obiturus. prima omnium vox extitit ecclesiae rhetoris Veccum in haec verba compellantis. (35) Quorsum heus tu, salvo adhuc et extante libello supplicationis tuae, quo errasse te confessus veniam poscebas renuntiabasque dignitati, hodie resumis quae rite stipulatus abdicaveras, et iniuste actum tecum sero tandem contendis, principesque coëgisti hanc talem tantamque causae isti cognoscendae congregare synodum? Quia quam memoras abdicationem non eo quo credere quidam videntur fecimus animo. vexationem quippe dumtaxat intempestivam per illam voluimus redimere, minime autem, ut vos putatis, praeiudicare quidquam circa dogma. itaque invidia inde in nos conflata quod patrum dicta probando protulissemus, cum eo nomine causam tumultuose iuberemur dicere, nos reputantes in illis fluctibus concitationis popularis locum haud fore tranquillae indagationi veritatis, aliudque ab hoc expectandum tempus, quo istae dogmaticarum controversiarum perplexitates utiliter evolverentur, cunctis omissis ea quae dicis fecimus, sponte honorem abdicantes, non tamen per hoc ansam praebere arbitrarie insultantibus volentes reos nos erroris peragendi et impingendi nobis crimen haereseos. Hic patriarcha Gregorius sermonem occupans: quis autem, inquit, horum qui sunt circa te de dogmate sensus est? erant quippe cum Vecco quondam archidiaconi Meliteniotes Constantinus et

τῖνος καὶ Μετοχίτης Γεώργιος. οἱ δὲ "εἰ μὲν τὴν ἁπλῶς θεολογίαν βούλει μαθεῖν, καὶ τὴν δόξαν ἣν καὶ καρδίᾳ πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν στόματι, αὕτη ἐστὶν ἣν ἅπας θεολογεῖ, ᾗ καὶ D
ἡμεῖς ἐμμενοῦμεν μέχρι καὶ αὐτῆς τελευταίας ἀναπνοῆς. εἰ δὲ
5 ζητεῖς καὶ τὴν τῶν πατέρων, ἣν οὐκ ἐναντίαν φαμὲν τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως, ἀλλ' ἀνάπτυξιν καὶ διασαφήνισιν μᾶλλον τῶν κειμένων ἐν τῷ συμβόλῳ, εὑρίσκομεν ἐν γραφαῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον χορηγούμενον διδόμενον ἀποστελλόμενον προερχόμενον ἐκ πατρὸς E
διὰ υἱοῦ, ἔστι δ' οὗ καὶ παρ' ἐνίοις τῶν πατέρων ἐκπορευόμε-
10 νον. λέγει δὲ καὶ ὁ μέγας Δαμασκηνὸς Ἰωάννης καὶ προβολεὺς διὰ λόγου ἐκφαντορικοῦ πνεύματος. ταὐτὸν δὲ τὸ προβολεὺς τῷ αἰτίῳ γινώσκομεν. αἴτιον οὖν οὔ φαμεν τὸν υἱὸν ἐπὶ τῇ ἐκ πατρὸς προόδῳ τοῦ πνεύματος, οὔτε μὴν συναί- P 58
τιον, ἀλλὰ καὶ ἀναθεματίζομεν καὶ ἀποβαλλόμεθα τὸν οὕτω λέ-
15 γοντα. τὸν δὲ πατέρα αἴτιον δι' υἱοῦ τοῦ πνεύματος λέγομεν, ἐπείπερ τὸ προβολεὺς εἰς αἴτιον ἐκλαμβάνεται." "καὶ πῶς, ὦ οἵτοι", φησὶν ὁ μέγας λογοθέτης, "οὐ ποιεῖτε αἴτιον τὸν υἱὸν ἐπὶ τῇ ἐκ πατρὸς προόδῳ τοῦ πνεύματος, ἐπείπερ διὰ λόγου αἴ- τιον ὁμολογεῖτε τὸν πατέρα τοῦ πνεύματος; δείκνυτε γὰρ ἐξ ὧν B
20 λέγετε, ὡς οὐκ ἂν ὁ πατὴρ προύβαλε πνεῦμα, εἰ μὴ υἱὸν ἐγέννα. τὸ δ' ἐστὶν ἐμφαινόμενον αἴτιον." τοὺς δὲ θέλοντας ἐκφεύγειν τὸ ὑπονοούμενον ἄτοπον φάναι ὡς πολλὰ ἐπὶ τῆς θεολογίας λέ-

Metochita Georgius. qui sic continuo, responderunt. siquidem bona fide vis quid de Spiritus Sancti processione sentiamus ex nobis discere, quam de hoc dogmate sententiam et corde credimus et ore profitemur, haec eadem est quam quivis consueta formula fidem de deo suam profitens exprimit, cui et nos haeremus, perstare in ea certi usque ad extremum spiritum. sin autem quaeris sententiam de hoc patrum, quam non contrariam esse contendimus symbolo fidei, sed explicationem potius et declarationem verborum symboli, reperimus in scriptis authenticis Spiritum Sanctum praeberi, dari, mitti, prodire ex patre per filium; interdum et a quibusdam patrum dici procedere. ait autem et de patre magnus Ioannes Damascenus esse illum productorem per verbum enuntiatorii spiritus. in voce autem productoris principii activi notionem agnoscimus. causam igitur non dicimus filium in sua ex patre processione Sancti Spiritus, ac neque concausam: quin et anathematizamus et reiicimus sic loquentem. sed patrem causam per filium Sancti Spiritus dicimus, quandoquidem vocabulo προβολεύς productor principii activi significatus subest. Et quomodo, heus vos, non facitis filium in processione ex patre causam S. Spiritus, quandoquidem per verbum causam eius profitemini patrem? ostenditis enim ex his quae dicitis, haud quaquam futurum fuisse ut pater produceret Spiritum Sanctum, nisi generaret filium, ex quo apparet veram causae proprietatem filio convenire respectu Spiritus. Ad ea illi vitandi absurdi quod inferebatur hanc rationem iniere. dixerunt multa esse

γονται ἃ δὴ μικρῷ τῷ λόγῳ τὰ μεγάλα σταθμώμενα ἐμφαίνουσί
C τι ταῖς χαμερπέσιν ἐννοίαις καὶ ἄτοπον ὅλως καὶ μὴ πρέπον θεῷ.
"οὐ λέγομεν τέλειος θεὸς ὁ πατήρ, καὶ τέλειος θεὸς ὁ υἱός, καὶ
τέλειος θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; οὐχ ὑπονοεῖται τριθεΐα τὸ συν-
αγόμενον. οὐ λέγομεν ἐγέννησεν ὁ πατὴρ τὸν υἱόν; οὐκ ἀναζῇ 5
Ἄρειος, ἐννοῶν ῥιπὴν καὶ ἄτομον χρόνου μέσον τοῦ γεννῶντος
καὶ τοῦ γεννωμένου. ἀλλὰ τὸ βλάσφημον ἀποφεύγομεν, ἱστά-
μεθα δὲ καὶ ὅροις τῆς εὐσεβείας, καὶ τὸ τῶν γραφῶν ὁμολογοῦν-
τες καὶ τὸ κακεμφαῖνον οὐ παραδεχόμενοι." ἐντεῦθεν ὁ Μοσκάμ-
D παρ Γεώργιος, χαρτοφύλαξ ὢν τῆς ἐκκλησίας τότε, νόθον ἔλεγε 10
τὸ ῥητόν. ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸν ὁ μέγας λογοθέτης, ἄγχι σχὼν
κεφαλήν, ἵνα μὴ πυθοίατο ἄλλοι, "καὶ πῶς, ὦ οὗτος", φη-
σίν, "ἰσχυρῶς λέγειν δόξομεν οὕτως ἀπολογούμενοι; ἐπεὶ ἐν τῇ
βίβλῳ τῆς ἱερᾶς ὁπλοθήκης κατὰ ῥῆμα κεῖται τὸ ῥητὸν ὡς ἁγίου
E ῥητὸν καὶ τοῦ μεγάλου Δαμασκηνοῦ." ἀλλὰ τρανῶς πρὸς τοὺς 15
ἀντιλέγοντας ἔλεγεν ὡς "δέχομαι μὲν τὰ ῥητὸν ἁγίου εἶναι, πλὴν
οὐχ ὁμολογήσω τὸ πνεῦμα διὰ λόγου τε καὶ υἱοῦ τὴν αἰτίαν
ἐκ τοῦ πατρός. οὕτω γὰρ καὶ παραβολώτερον εἴποιμι τῶν ἐκ
πατρὸς καὶ υἱοῦ λεγόντων τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι,

in tota explicatione divinae trinitatis, quae si quis metiatur angusto modulo rationis naturalis et ad libram exiguitate sua tam magnis rebus ponderandis imparem examinet, utique apparenter inferant absurdum et deum dedecens quidpiam. an non enim exempli gratia dicimus, pater est perfectus deus, filius item perfectus deus, Spiritus quoque Sanctus et ipse perfectus deus? unde quis non videt apparere inferendam admittendamque, quam tamen respuimus, deorum trinitatem? similiter cum dicimus genuit pater filium, nonne videmur dare Ario ansam affirmandi intercessisse momentum aliquod aut punctum temporis medium inter generantem et genitum? verum hoc tamquam blasphemum aversamur, cum illud unde in speciem consequitur, tamquam orthodoxum teneamus. sic igitur in praesenti quoque controversia facimus, stantes intra terminos religionis, et profitentes quidem quod diserte scriptis anthenticis expressum cernimus: quod ex iis videtur absurdum sequi, repudiamus ac repellimus. hic Moscampar Georgius, qui tunc erat ecclesiae chartophylax, spurium et suppositium esse affirmavit istud attributum Damasceno testimonium. verum ad eius aurem capite proxime admoto, ne alii audirent, magnus logotheta insusurravit, "et quomodo", inquiens, "proferre ad evincendum efficacia videbimur, tam infirma defensione utentes? quandoquidem hoc dictum a te reiectum ut apocryphum, diserte ac syllabis totidem extat in sacra Hoplotheca, libro, ut scis, auctoritatis omni exceptione maioris, adiuncto etiam clare nomine magni Damasceni, eius auctoris." Quibus submisse immurmuratis, sublata iam voce archidiaconos logotheta intuens: admitto, ait, testimonium, et sancti esse vere Damasceni agnosco: caeterum non assentiar spiritum per verbum et filium originem ex patre trahere. sic enim dicens audacius loquerer quam ii qui affirmant ex patre et filio Sanctum Spiritum procedere, quoniam in hoc Latinorum dicto

παρ' ὅσον ἐκεῖ μὲν τῆς αὐτῆς προθέσεως ἐπ' ἴσης κειμένης καὶ τοῖς ὄνσι, κἂν κατὰ τὴν ἰσοτιμίαν τῶν ὑποστάσεων, τὸ ταὐτὸν P 59
τῶν προθέσεων κείμενον τὸ ἀτηρὸν τῆς τόλμης ἀμηγέπη πέφυκεν
ἐκπιλύειν, ἐνταῦθα δὲ τὸ διάφορον τῶν προθέσεων, διάφορον
καὶ τὴν ἔννοιαν τῆς λέξεως ἐργαζόμενον, διαφορὰν παραστήσει
μεγίστην ἐπὶ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς προόδου τοῦ πνεύματος τῶν
ὑπαρχικῶν ὑποστάσεων, ὡς ἄλλην μὲν αἰτίαν εἶναι τὸν πατέρα
ἄλλην δὲ τὸν υἱόν, οὗ τί ἂν εἴη τὸ χειριστον;" οὕτως εἰπόντος
καὶ ἰσχυρὰ πάνυ δόξαντος λέγειν, ἐκείνους μὴ δυναμένους ἀπο- B
κρίνεσθαι πρὸς ταῦτα μόνον λέγειν "καὶ τί πρὸς ἡμᾶς λέγεις
ταῦτα; λέγε πρὸς τὸν εἰπόντα· καὶ εἰ μὲν κενοφωνεῖν οἴει τὸν
Δαμασκόθεν, εἰ δὲ τὸν λόγον δέχῃ, ἵνα τί ἡμεῖς ἐν αἱρέσει κα-
τηγορούμεθα, εἰ ταὐτά σοι πράττομεν καὶ τὸν λόγον καὶ αὐτοὶ
ὡς ἁγίου λόγον τιμῶμεν;" "τιμᾷ τις τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον," ὁ C
πατριάρχης φησί, "λέγων μείζονα τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα. ἀλλ'
οὐχ ἱκανὸν τοῦτο καὶ μόνον, εἰ μὴ καὶ ὀρθῶς ἐξηγοῖτο τὸ θεο-
παράδοτον λόγιον. τί γοῦν εἰ καὶ ὑμεῖς δεχόμενοι τὸ ῥητὸν
στρεβλοῦτε τὴν ὑπονόησιν; ἄλλως τε δὲ καὶ ἀλληλένδετά εἰσι τὰ
τῶν ἁγίων ῥητὰ καὶ ἀλληλόπλοκα, ἐπεὶ καὶ ἐξ ἑνὸς καὶ ἁπλοῦ
πνεύματος διαφόρως ἐρρέθησαν. δεῖξον τοίνυν τὸν λόγον τοῦ- D

communio praepositionis ex pariter adaptatae patre filioque ad aequalitatem hypostasium inter se adstruendam magis quadrans, audaciae invidiam nisi plane diluit, emollire certe plurimum potest. in alia vero sententia dum Spiritus ex patre per filium asseritur procedere, illa diversitas praepositionum patri filioque accommodatarum emphasim nescio quam absonam differentiae immiscet uni simplicique processioni Sancti Spiritus ex thearchicis hypostasibus, velut subindicans aliud esse S. Spiritus principium activum, patrem, aliud eiusdem principium activum, filium; quo quid prius damnabiliusque dici potest? Sic magno logotheta locuto, et valide ac inductabiliter a cunctis existimato disputasse, archidiacono nihil quod contra sententiam hiscerent idoneum in promptu habere visi, hoc dumtaxat de auctoritate reposuerunt. quid ad nos ista dirigis? refer potius ad auctorem dicti contra quod disputas, quem agnoscis et magni aestimas, Ioannem Damascenum. hunc incesse ac temere locutum pronuntia, quod dici necesse est, si quam a te modo audivimus admittitur oratio. sin id quidem attentare haud sustines, et tanti patris verecundia erroris suspicione liberandam censes orthodoxisque accensendam genuinam et citra dubium legitimam Ioannis e Damasco sententiam, cur nos haereseos accusamur, quod paria tecum et testimonium a te quoque pro vero agnitum sancti Damasceni honoramus? Honorat quis, inquit hic patriarcha, sacrum evangelium, admittens in eo vere dici maiorem filio patrem. sed hoc non sufficit, nisi recte ac sensu catholico exponat, iuxta maiorum traditionem, illud ipsum oraculum. quare igitur vos admittentes Damasceni testimonium, rectam eius interpretationem pervertitis? praesertim cum sint invicem nexa et mutuo implicata sanctorum effata, utique cum

τον, ὃν ὑμεῖς λέγετε, συγκροτούμενον καὶ ἐξ ἄλλων. εἰ δ' οὐκ ἔχετε, καθὼς ἄρα οὐδ' ἔχετε, τί ἄλλο βούλεται ἡ τοιαύτη περινόησις εἰ μὴ στρεβλοῦν τὸ ῥῆμα πρὸς διάνοιαν ξένην τῆς κοινῆς τῶν πατέρων ἐννοίας καὶ ἀπεμφαίνουσαν;" ταῦτ' εἰπόντος τοῦ πατριάρχου, καὶ μάλα γενναίως ἐνστάντος, ἐκεῖνοι πρὸς τὸ δεύ-
Ε τερον ἀτονήσαντες πρὸς τὸ πρῶτον ἀπελογοῦντο, "τὸ μὲν τοῦ εὐαγγελίου ῥητόν, ὦ τᾶν," λέγοντες, "ἰδίαν ἔχει παρὰ τῶν πατέρων τὴν ἐξήγησιν πρόσφορον, καὶ κακὸς πάντως ὃ μὴ ταύτην δεχόμενος· τὸ δὲ προκείμενον τοῦτο ῥητὸν ἐξ ἀνάγκης σημαντικὸν ἐννοίας ἐστί. δείκνυε τοιγαροῦν τὴν ἐξήγησιν, καὶ ἡμεῖς
P 60 ἐψόμεθα. εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ σὺ λέγε, ἐπεὶ τὴν ἡμετέραν οὐ παραδέχῃ, καὶ ἀκουσόμεθα." "ἐκεῖνοι τὸ ῥητὸν" φησὶν ὁ πατριάρχης "ἐξηγοῦνται, οἳ δὴ ἐκ πατρὸς φασι τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι." "καὶ τίς οὐ φρονεῖ τοῦτο;" φασίν. "τοῦτο καὶ ἡμῖν ἀγαπητὸν καὶ σωτηρίας ἐλπίς." "καὶ εἰ δέχεσθε τοῦτο"
Β ὁ μέγας λογοθέτης φησί, "τί ἐκεῖνο προβάλλεσθε;" ὅτι καιρὸς ἀπῄτει εἰς ἐθνῶν εἰρήνην τὸ ταῦτα λέγειν" φασί. "νῦν δὲ" φησὶν ὁ Βέκκος, "εἰ μὲν βούλεσθε, σιγητέον ἡμῖν τὸ ῥῆμα πολὺ τὸ τολμηρὸν ἔχειν δοκοῦν. εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ παραβασίας περὶ τὰ ἱερὰ ἐγκαλουμένοις δόγματα αἰτία, ὡς οἶμαι, μείων ἀπολο-

ex uno et simplici spiritu differenter efferantur. ostendite igitur hanc quam profertis patris unius sententiam conflari confirmarique ex aliis quoque. sin id non potestis, ut re vera non potestis, quid aliud est vestra ista obtrusio dicti obscuri et ancipitis quam detorsio veri effati ad sententiam alienam a sensu patrum atque a catholica dissonam regula? Talia, quae archidiaconos valide urgebant, patriarcha cum dixisset, illi secundae eius orationis parti nihil habentes quod obiicerent, adversus priorem sic se tutari sunt aggressi, atqui evangelicum, inquientes, dictum quod memoras, o bone, legitimam habet et erudito cuivis obviam traditam a patribus expositionem, quam qui non receperit, palam se damnabilem praebeat. effatum autem quo de agitur, aliquid significet oportet, utique a recto non aberrans. quale autem id demum sit, ostende sis, et Damasceni admissum a te testimonium, prout debet intelligi, enarra. sequemur expositionem quam probam attuleris. nec recusare potes quin interpretationem proferas tuam, cum nostram reiicias. loquere igitur, audimus. Dictum hoc, patriarcha reponit, satis illi exponunt qui dicunt Spiritum Sanctum ex patre procedere. Et quis non ita sentit? inquiunt. hoc et nos amplectimur; in hac fide salutis spem fundamus. Si hoc recipitis, ait magnus logotheta, quid illud aliud obtenditis? Propterea quod, respondent illi, tempus poscebat ad pacem gentium conciliandam talia proferri. Veccus hic resumpto sermone, siquidem ita vultis, ait, silentio deinceps premendum erit hoc dictum, cui a vobis magnae audaciae nota inuritur. caeterum ex hoc hactenus allegato, post silendo, hunc saltem obiter iure, opinor, nostro fructum legimus, ut in ea quae impingitur nobis accusatione perversionis sacrorum dogmatum minor incumbat in po-

γεῖσθαι. καὶ δὴ πρόσχες μοι, κύριέ μου," φησί, "μέγα λογοθέτα· σὲ γὰρ ὁρῶ (καὶ οὐχ ὑποτρέχων λέγω) διαλεκτικοῖς κανόσι C
χρώμενον καὶ κατὰ τὸ προσῆκον διαλεγόμενον." "ἀλλὰ μὴ θώπευε" ἐγκόψας φησὶν ἐκεῖνος. "μὴ γένοιτο" ἔφη. "ἀλλ' ἐμοὶ
5μὲν ἐξεικονίζειν τὰ ἀνεικόνιστα φόβος μέγας, τῶν δὲ ἁγίων λεγόντων ἕπεσθαι, ἐχόμενος πάντως τοῦ προτειχίσματος, ἀσφαλῶς ἕξω ἐς ὅ τι καὶ λέξω. ἥλιον ἀκτῖνα καὶ φῶς τῶν ἀνεικονίστων εἰκόνα φέρουσι, καὶ αὖθις ὀφθαλμὸν πηγῆς, ὕδωρ καὶ ποταμόν. οὐχ οὕτω λέγουσιν ἐπὶ τῆς μακαρίας τριάδος οἱ θεολό-
10γοι πατέρες; ἰδοὺ γοῦν, ἥλιος, καὶ ἡ ἀκτὶς προσεχῶς ἐξ αὐτοῦ, D
δι' αὐτῆς δέ, πρίν τι καινὸν παρεμπεσεῖν νόημα, καὶ αὐτὸ τὸ φῶς ἐξ ἡλίου. ἆρ' ἡ ἀκτὶς ἢ ὁ ἥλιος αἴτιον; εὐθετεῖ μοι τὸν λόγον καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος λέγων τοῦ δὲ ἐξ αἰτίας ὄντος, τουτέστι τῶν αἰτιατῶν, πάλιν ἄλλην διαφορὰν
15ἐννοοῦμεν· τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου." πρὸς E
ὃν ἐκεῖνοι "καὶ οὐχ ὁμολογεῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον προσεχὲς τῷ P 61
πατρί, ὥσπερ καὶ τὸν υἱόν; καὶ ποῖα ἂν ἀκοὴ τοιοῦτον παραδέξαιτο, εἰ ὁ μὲν υἱὸς προσέχεται τῷ πατρί, τὸ δὲ πνεύματος
20τοπικῇ τινὶ διεχείᾳ διίσταται, τῆς ἀτοπίας. εἰ γὰρ ὁ κύριος λέ-

10. ἡ] εἰ P.

sterum necessitas defensionis, quippe satis excusatis auctoritate quam allegamus. Atque hic Veccus Muzalonem intuens: commoda, oro te, mihi brevem attentionem, domine mi, magne logotheta. te enim video (nec palpum obtrudendi gratia loquor) te, inquam, novi dialecticis in disserendo uti regulis, et accommodate ad veri diiudicationem disputare. Hic logotheta concitate interpellans, ne aduleris, ait. cui Veccus, absit id quidem. moxque pergens subiunxit: etsi equidem multum vereor assimulare conari quae ulla satis exprimi similitudine nequeunt, cum mihi tamen videar verbis insistens patrum et intra eorum exempli auctoritatem, quasi eis antemurale solidissimum, tuto ac secure stare ac loqui, non dubitabo uti comparationibus, quas illi adhibuere ad divinas utcumque emanationes adumbrandas. afferunt hi videlicet solem radium et lucem, rudes utique imagines nullo pingi simulacro valentium processionum beatae trinitatis. afferunt rursus oculum fontis, aquam et fluvium. sicque harum effigie formarum divinarum trium personarum, quoad licet humano captui, insinuare speciem satagunt, ecce, aientes, sol et radius continue ex ipso, per radium porro priusquam quisquam novus interincidat sensus, et ipsum lumen ex sole. Utrum igitur radius an sol luminis causa? adaptat hunc mihi sermonem Nyssenus Gregorius, dum ait "eius quod ex causa est, hoc est causatorum, rursus aliam differentiam intelligimus. aliud enim est continue ex primo, aliud per eum qui est continue ex primo." Ad quod Patriarcha cum suis interpellantes occurrerunt, tune, aientes, non confiteris Spiritum Sanctum continuum patri esse, sicut et filium? quis autem audire sustineat filium quidem continuum patri, Spiritum vero locali qua-

γει ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, ἀλλ' οὖν εὔλογον τὰ αὐτὰ λέγειν καὶ περὶ τοῦ πνεύματος, εἴπερ ὀρθοδοξεῖν βουλόμεθα, τὸ πνεῦμα ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν τῷ πνεύματι, καὶ αὖθις ἐν τῷ υἱῷ, καὶ ὁ υἱὸς ἐν τῷ πνεύματι. ἢ οὐ ταῦθ'
B οὕτως ἔχει;" Βέκκος "ναί" φησίν. "προσεχὲς μὲν ὁμολογεῖν τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα, ὅτι καὶ ἀδιάστατον, ἐπεὶ καὶ τὸ φῶς προσεχὲς τῷ ἡλίῳ (ἔτι γὰρ ἔχομαι τῆς εἰκόνος), τῶν λίαν εἰκότων ἐστί, καὶ οὐ διαμάχομαι· προσεχῶς δ' ἐννοεῖν τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ λόγος οὐ δίδωσι τῆς διαφορᾶς. τὸ μὲν γάρ, φησί, προσεχῶς τοῦ διὰ τοῦ προσεχῶς· ὑμεῖς δὲ τοπικὰς διαστάσεις ἢ
C μὴν καὶ χρονικὰς ἐμβάλλοντες συνάγετε πάντως τὸ ἄτοπον. τὸ γοῦν γεννᾶσθαι καὶ τὸν υἱὸν ἐκ τοῦ πατρὸς ἀπορροήν τινα καὶ διέχειαν τοπικὴν σχεδὸν δίδωσιν ἐννοεῖν. ἀλλὰ τὸ ἀδιαστάτως προσκείμενον καὶ τὸ ἐξ ἐκείνου εἶναι δηλοῖ τὸν υἱόν, καὶ τὸ ἐκείνῳ καὶ αὖθις εἶναι οὐκ ἀφαιρεῖται. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ πνεύματος
νόει μοι. ἢ μᾶλλον ἐπὶ τῆς εἰκόνος ὁ λόγος γινέσθω, ὡς ἂν ἀσφαλέστερον λέγοιμεν. ἀκτῖνα λέγομεν ἐξ ἡλίου, ἀποτομὴν ἐξ ἐκείνου ταύτης οὐκ οἴδαμεν. φῶς λέγομεν δι' αὐτῆς ἐξ ἡλίου,
D καὶ τὴν μεσιτείαν ἐννοοῦμεν, καὶ τὸ προσεχίζεσθαι τὸ φῶς τῷ ἡλίῳ διὰ τὴν τῆς ἀκτῖνος μεσιτείαν οὐκ ἀπαρνούμεθα. διὰ τοῦ-
το καὶ ἐπιφέρει ὁ ἅγιος τῆς τοῦ υἱοῦ μεσιτείας καὶ αὐ-

5. καὶ *Βέκκος*?

dam separatione distare? o absurditatem! si enim dominus dicit "ego in patre, et pater in me," convenit utique nos eadem de spiritu quoque dicere, siquidem orthodoxe sapere volumus, credere nimirum spiritum esse in patre et patrem in spiritu, rursus spiritum in filio et filium in spiritu. an non haec ita se habent? Ita, respondit Veccus. fateri, inquam, continuum patri spiritum utiqui indistantem (nam et lumen continuum soli est: haereo quippe adhuc in similitudine) consentaneum est maxime, non repugno. sentire autem continuum ex patre filium ratio non concedit differentiae. nam Gregorius de filio quidem ait esse illum continue ex patre, de spirita vero esse per eum qui continue ex patre est. vos vero locales distantias aut spatia interiicientes temporum absurditatem omnino inducitis. enimvero generari filium ex patre, cum solum auditur, praebet quidem animo nescio quam speciem quasi effluxus et localis egressionis distantiam inferentis. sed corrigitur imaginatio, cum additur indivulse indistincteque generari, vere sic ex patre significans esse filium, ut simul in patre sit; nec enim esse ex aufert esse in. sic et mihi ratiocinare de spiritu. aut potius ad similitudinem superius adductam referatur sermo, ut securius loquamur. radium dicimus ex sole, et tamen abscissum ex sole quidpiam non existimamus esse radium. lumen dicimus per radium esse ex sole, et mediationem intelligimus, et continuari lumen soli per radii mediationem non negamus. propterea et addit sanctus haec

τῷ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ πνεῦμα
τῆς τοῦ πατρὸς σχέσεως μὴ ἀπειργούσης." ταῦτ' E
εἰπόντος τοῦ Βέκκου, ὁ Ἀλεξανδρείας αὐτόθεν ἀπὸ τοῦ σκίμπο-
δος πρὸς αὐτὸν ὡς "ἡμεῖς τῆς ἐκκλησίας κρατοῦμεν τὰ δόγματα,
καὶ παρελάβομεν, ταῦτα δὲ λέγειν οὐκ ἐδιδάχθημεν. εἰ μὲν
οὖν πλατικῶς ἐκράτει ταῦτα ἡ ἐκκλησία, οὐκ ἂν καὶ ἡμᾶς ἐξ
ἀνάγκης διέλαθεν. ἐπεὶ δὲ ἁπλῶς τὴν πίστιν καὶ ἀπεριέργως
ἔχομεν καὶ τὰ τῆς πίστεως δόγματα, οἷς ἄρα καὶ συναντερόφη-
μεν, τί γοῦν ἰσχυρίζεσθε εἰσάγειν ἐν ἐκκλησίᾳ θεοῦ παρὰ παρε-
λάβομεν λέγειν; γενέσθαι δὲ τῆς εἰρήνης, τὰ πολλὰ ταῦτ' ἀφέν- P 62
τας, ξυμφέρει." οἱ δὲ "ἀλλ' ἐγκαλούμεθα αἱρέσεως, δέσποτα."
καὶ ὁ Ἀλεξανδρείας "ναί" φησι· τὸ συνιστᾶν θέλειν ἀσύνηθες,
κἂν ἀσφαλὲς ᾖ, αἵρεσις ἂν λογισθείη. ὃ δὴ καὶ ἐατέον, παρα-
καλῶ, τῆς κοινῆς δόξης γεγονότας καὶ φανερᾶς, καὶ τῆς εἰρή-
της, ὃ δὴ καὶ ξυμφέρει, καὶ ταῦτα τοῦ ἁγίου βασιλέως μεσολα-
βοῦντος." καὶ ὁ πατριάρχης εὐθὺς πρὸς αὐτοὺς "ἀλλ' ὑμεῖς B
φατὲ ἰσοδυναμεῖν ἐπὶ τούτοις τῇ ἐκ τὴν διά, ὡς τοῦ ἁγίου λέ-
γοντος τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου ὑμᾶς
λέγειν καὶ ἐκ τοῦ πρώτου. ὃ δὴ καὶ ποῖον τρόπον ἀμαθίας οὐ
παρελήλυθεν; ὅπου γε καὶ ἡ ἀδολεσχία μείζων καὶ προφανής.
εἰ γὰρ ἐκ τοῦ προσεχῶς, πῶς ἐκ τοῦ πρώτου; εἰ δὲ ἐκ τοῦ πρώ-

verba "filii mediatione, et ipsi unigeniti proprietatem servante, et spiritum a patris relatione non arcente." Haec cum dixisset Veccus, Alexandrinus patriarcha ex lectulo in quo iacebat, sic est eum allocutus. nos ecclesiae dogmata mordicus tenemus, prout ex traditione accepimus. ita vero loqui non didicimus. si autem explicite talia tenuisset ecclesia, nos utique non laterent. quoniam igitur simpliciter fidem et citra curiositatem habemus, simpliciter habebimus et fidei dogmata, quibus scilicet innutriti sumus. quid igitur nitimini inducere in ecclesia dei licentiam loquendi praeterquam accepimus? dare autem se paci, multis istis praetermissis, expedit. Atqui, responderunt Veccus cum suis, accusamur haereseos, domine. Et quidem merito, reposuit Alexandrinus: nam appingere dogmati ecclesiastico insuetum quiddam, etiamsi securum foret, haeresis utique reputetur. quod ut facere desinatis, magnopere auctor vobis sum, et ut vos redigatis ad sententiam communem palamque manifestam, sicque in pacem conveniatis, quemadmodum expedit, praesertim sancto imperatore sequestrum se paci huic conciliandae adhibente. Hic patriarcha ad Veccum et socios. nempe vos dicitis eiusdem esse potestatis in his patrum testimoniis praepositiones ἐκ ex et διά per, ita ut, cum S. Gregorius dicit de Spiritu "hic vero per eum qui continue ex primo est," vos iure vestro putetis, nihil ab eo discrepando, posse dicere "ex eo qui continue ex primo est." quod quidem ultra quem inscitiae non excedit modum? ubi enim plus clare deprehendatur nugatoriae loquacitatis quam in eiusmodi oratione, quae simul et ex primo esse et ex eo qui continue ex primo est eidem tribuit? quam qui admittunt quid respondebunt inter-

του, πῶς ἐκ τοῦ προσιχῶς; ὁρᾶτε εἰς ποῖα ἀρκύστατα πίπτετε, τὴν θεολογίαν καταρρυπαίνοντες." καὶ οἱ περὶ τὸν Βέκκον
C "ὁμολογοῦμεν τὸ παρατόλμημα, καὶ συγγνώμην αἰτοῦμεν. οὐδὲ γὰρ αὐτόθεν ἡμῖν ἡ ὁρμὴ τοῦ ταῦτα λέγειν ἐκ ματαίας ὀρέξεως, ἀλλ' ἦν τὸ παροτρῦναν αἴτιον. τὸ δ' ἦν νομιζομένη τῆς τῶν ἐκκλησιῶν διχονοίας διάλυσις, ὥστε ἐκείνων μὲν χρωμένων τῇ ἐκ ἡμῶν δὲ τῇ διά, προστιθέντων καὶ ἀμφοτέρων ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ τῆς θεολογίας τόπου, οὐκ ἄλλως ἔχειν συμβιβάζειν, εἰ μὴ οὕτω
D λέγοιμεν. τί δαὶ διὰ τοῦτο παραβασίας ἐξ ὁλοκλήρου καὶ ἐφ' αἱρέσει κριθείημεν, ὡς ἀθετεῖσθαι μὲν χειροτονίαν, καταπλί-νεσθαι δὲ τὰ ἅγια, καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τελεστικὸν ἅγιον ἀθετεῖσθαι μύρον καὶ παραρρίπτεσθαι, ὅτι ἡμῖν τετέλεσται; ἐπεί τοί γε" φασὶ "καὶ ὑμῖν παραβέβασταί τι θεολογοῦσιν, ὡς δείξομεν. ἆρ' οὖν διὰ ταῦτα, ἀφέντες ὑμῖν ἐγκαλεῖν, τὸ πᾶν ἀφανίσομεν;"
P 63 καὶ τῶν εἰπόντων "καὶ ποῦ καὶ ἐπὶ τίσιν ἡμῖν παραβέβασται;" ἐκείνους ἐκβαλεῖν εὐθὺς χάρτην καὶ ἐμφανίζειν. καὶ τοὺς αὖθις ἀναγνόντας ἀρνεῖσθαι καὶ ἀναθεματίζειν τὸν λόγον, σχεδὸν δὲ καὶ αὐτὸν τὸν γράψαντα. ἀλλὰ τὸν Μοσχάμπαρα ἰδόντα ὁμο-

roganti: si ex primo est, quomodo et ex eo qui continue ex primo est? videte in quas vos perplexitates induitis, theologiam conspurcantes. Fatemur temeritatem et veniam poscimus; qua et digni videri possumus, quatenus non levi prurigine novitatis aut iactabundae curiositatis instinctu in ista volentes incurrimus, sed spe ingentis operae pretii pertracti; quod ista sola ratione putabantur vetera et perniciosa discidia dudum infestarum invicem ecclesiarum Graecae Latinaeque posse componi. cum enim in eo cardo litigii verteretur, quod in explicando divinarum emanationum dogmate Latini praepositione ex uterentur, nos vero praepositione διά, quae ipsis valet per, manifestum est non fuisse aliam controversiae finiendae rationem, utrisque in praeiudicata sententia obnixe perstantibus, quam demonstrando recte, hac duarum vocularum synonymia, conciliari partes ambas, et in unam orthodoxi dogmatis locutiones specie discrepantes adaptari sententiam. quid autem? an hoc agendo nefariae a tota fide ac religione catholica defectionis crimen conscivimus? an commeruimus ut haereseos manifestae damnaremur? num tanta est invidia procuratae sic pacis, ut et nostram ordinationem ideo rescindi fas fuerit, ut sancta contaminata declarari, ut sacrum ipsum chrisma, quod nostra esset benedictione sanctificatum, abiici ut profanum conculcarique debuerit? atqui a vobis quoque in modo de divinis emanationibus loquendi offensum est quidpiam, ut ostendemus. num propterea vos a nobis pro excommunicatis vitari par est? num et nos labis eius conscios religio subigit abrumpere hoc colloquium, et communionem vestram tamquam anathemate percussorum aversari, ac sic omnem conciliandae concordiae spem viamque praecidere? Hic Patriarcha cum suis e Vecco requisivit ubi et quibus in verbis erratum a se foret. statim Veccus chartam e sinu prolatam ostendit. quam cum illi legissent, suam negarunt, et non modo quod erat in ea scriptum, sed et ipsum bene scripti auctorem, quicumque foret, sub

λογεῖν ἑαυτοῦ τὸ σύγγραμμα εἶναι καὶ ἀπολογεῖσθαι πειρᾶσθαι. ἐφ' οἷς ὁ Βέκκος, μεθ' ὅσου εἴποι τις ἂν τοῦ χαριεντισμοῦ, "ἡμεῖς μὲν προσεδοκῶμεν σὸν εἶναι" πρὸς τὸν πατριάρχην φησίν· "εἰ δὲ μὴ σὸν ἀλλὰ τούτου, ὡς καὶ αὐτὸς ὡμολόγησε, ψύλλα τις B ἐπικαθίσασα τῷ τῆς ἁμάξης ῥυμῷ οὔτ' ἀνασπᾶν οὔτε κατασπᾶν ἔχει τὴν πείρινθα." τοῦτο δ' εἶπε διωνυμουμένου τοῦ χαρτοφύλακος. "πλὴν εἰ δοίημεν ἄν" φησιν, "ὁποῖα τὰ ἐπιτίμια ἐπάξεις τῷ παραδογματίσαντι;" ἐπὶ πολὺ γοῦν τριβομένων τῶν λόγων, τὸν Βέκκον αὖθις ἐπενεγκεῖν "ἢ βούλεσθε, κἀγὼ τῆς ἀρήνης ὢν ἐραστὴς γνώμην οἴσω, ἁπλῶς καὶ ἀπεριέργως τοῖς λόγοις χρώμενος; ἡμεῖς μὲν οὖν τὰ τῶν ἁγίων ῥητὰ ἐπὶ καιρῶν εὑρόντες ζητούντων, ὡς ἀσφαλῶς ἔχοντα καὶ ὀρθόδοξα προσηκά- C μεθα. καὶ τὸν μὲν ὁμολογοῦντα ἐκ πατρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι καὶ ἀπεδεχόμεθα καὶ ἀποδεχόμεθα· λόγος γὰρ τοῦ σωτῆρος καὶ τῆς συνόδου, καὶ ἡμεῖς καθ' ἑκάστην οὕτως ὁμολογοῦμεν. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τὸν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ λέγοντα ἐκπορεύεσθαι ὡς συνόδῳ πάσῃ τῇ ἑβδόμῃ ἑπόμενον ἀποδεχόμεθα καὶ αὐτόν, τὸν δέ γε μὴ τιμῶντα τὰ τῶν ἁγίων ῥητὰ τόλμης

6. τοῦ deerat. 12. καὶ deerat.

detestatione anathematis abominati sunt. hic Moscampar, qui sibi erat conscius se scripsisse, nec infitiari sustinebat manifestam rem, suam eam scripturam fassus esse; quod eam exarasset, est conatus excusare. quo Veccus audito, renidenti ac spirante multam gratiam vultu patriarcham intuens, Expectabamus nos quidem, inquit per urbanissimam facetiam, te hoc scriptum pro tuo agniturum. nunc si non tuum illud sed huius est, prout fatetur ipse, pulex quispiam plaustro insidens nec incitare nec reflectere aut sufflaminare currus utique ruentis impetum valeat. haec Veccus dixit, lepide alludens ad nomen aliud chartophylacis Moscamparis: erat enim vir ille binomius. caeterum, subdidit, cognosceremus libenter quam tu huic poenam inflicturus sis, manifesti iam erroris in dogmatis expressione comperto. hoc loco cum varii varia dixissent, nec reperiret exitum frustra productus sermo, resumens Veccus sic intulit. sequar quo vos praeire votis video, quaque vultis occurro. en ego quoque, quam desideratis, cuius causa satagitis, nemine remissius pacem amans, proponam simpliciter, si permittitis, et verbis fuci expertibus, meam super hac declarabo sententiam. nos quidem testimonia sanctorum cum invenissemus, negotiis quae tunc tractabantur exigentibus opportune protulimus ut secura et plane orthodoxa. et ut eum qui dixerit Spiritum Sanctum ex patre procedere, suscepimus et suscipimus pro recte sentiente loquenteque (hoc enim salvator docuit, hoc synodus sancivit; idem et nos quotidie symbolo recitando profitemur), sic nec illum aversari fas putamus qui dixerit Spiritum ex patre per filium procedere. quidni enim et hunc recipiamus, qui synodi septimae universae auctoritatem in hoc sequatur? itaque nos haud dubitemus, si quis sit qui disertis testimoniis sanctorum patrum honorem non habuerit, hunc temeritatis damnare. en

D γραφόμεθα. ἰδοὺ γοῦν σήμερον πάρειαι μὲν πατριάρχαι, πάρεισι δ' ἀρχιερεῖς καὶ κλῆρος ἅπας καὶ μοναχοὶ εὐλαβεῖς καὶ τῶν λαϊκῶν οἱ ἐλλόγιμοι. θέλω καὶ ὀρθοδοξοῦσιν ὑμῖν κοινωνεῖν, καὶ κοινῶς ὁπωσδήποτε τοῦ ὀρθοῦ σφαλεῖσι τὴν μεθ' ὑμῶν καταδίκην αἱροῦμαι παρὰ θεῷ κρίναντι ἢ μόνος τὴν ἡμετέραν ἀσφάλειαν. τὸ γοῦν ὑμᾶς ἐμὲ ζητεῖν τε καὶ ἀναγκάζειν καὶ τοὺς μετ' ἐμοῦ ἀποβαλέσθαι δόγμα πατέρων, οὕτω δὴ παλαιὸν καὶ παρὰ πολλῶν λεγόμενον, ὑμᾶς δὲ μηδὲν περὶ τούτων φροντίζειν, οὔ μοι δοκεῖ
E ἔχειν τὸ εὔλογον. ἔστι γὰρ καὶ ἐμοὶ εὐλάβεια μή πως παρασφαλῶ τοῦ ὀρθοῦ. ἀλλ' ἰδοὺ καὶ τὴν κατ' ἐμαυτοῦ γνῶσιν ἀφεὶς ὅλως ὑμῶν γίνομαι, καὶ διδασκάλοις ὡσανεί τισι χρῶμαι. ὑμεῖς προηγεῖσθε, κἀγὼ ἕψομαι πράττουσιν. ἐκτιθέσθω τόμος, καὶ ἀποπεποιήσθω τὸ δόγμα, καὶ ἀπαβεβλήσθω τὸ δι' υἱοῦ, εἰ βούλεσθε. κἂν μὴ ἕψομαι καὶ αὐτός, καίτοι γ' εἰδὼς πατέρων ῥητὸν καὶ μέ-
P 64 γαν ἐπηρτημένον τῆς πυρράσεως κίνδυνον, αὐτὸς αἰτίαν ἕξω, εἴτε μὴν πεισμονῆς εἴτε μὴν καὶ αἱρέσεως· θέλω γὰρ σὺν ὑμῖν πᾶσι καὶ δικαιωθῆναι καὶ κατακριθῆναι. εἰ δ' ὑμεῖς μὲν διευλαβεῖσθε τὴν πρᾶξιν, ἡμῖν δ' ἐπιφορτίζετε τὴν ἀποβολήν, εὔλογον εἶναι πάντως, ἵνα μὴ καὶ ἀναγκαῖον εἴπω, ὑμῶν διευλαβουμένων

igitur hic hodie adsunt patriarchae, adsunt episcopi, una est clerus universus, nec non monachi religiosi, et e laicis quique lectissimi. volo et vobis orthodoxe sentientibus communicare, et cum iisdem vobis, si forte communiter quacumque ratione a recto deflexistis, poenae omnis ac noxae qua hoc nomine a deo iudicante afficiamini, consortium subire paratus sum. caeterum quaerere vos a me, et nos omnino ad hoc cogere, ut abiiciamus dogma patrum adeo antiquum, ab adeo multis assertum, vos autem nullum habere velle respectum rationum allegationumque nostrarum, nec omnino reputare quam validis defensionibus obiecta repellimus, haud mihi videtur aequum esse aut consentaneum moderationi in iis necessariae qui bona fide dirimendis controversiis pacique conciliandae dant operam. nempe ad hoc utrimque cedere quidpiam tractantes convenit. cedo autem ego, etiam ad vivum resecans, etiam vim faciens proprio sensui. inest porro et mihi religiosus metus aberrandi a recto dogmate. tamen ecce proprium abdicans iudicium plane vester fio, disciplinaeque me vestrae subiicio. docilem en me habetis auditorem; ducite magistri quo lubet credulitatis paratae discipulum. edatur tomus, reprobetur dogma, reiiciatur, si ita vultis, ex declaratione divinarum emanationum mentio processionis Spiritus Sancti ex patre per filium. nisi aequar et ipse (utcumque conscius contrarii patrum effati, nec ignorans quam magno periculo auctoritas tanta negligatur), ipse culpam habebo sive temerariae persuasionis seu etiam haereseos. volo enim vobiscum communiter omnibus et iustificari et condemnari. sin vos tenet verecundia ne reprobare dicta patrum audeatis, et in nos deoneratis facti eius invidiam, ita ut quam per vos refugitis decernere abrogationem doctrinae a sanctis clare traditae, nobis attentandam iniungatis, aio meo iure ac contendo consentaneum

καὶ διαμελλόντων καὶ ἡμᾶς δεδιέναι, μή πως παρασφαλεῖσιν ἡμῖν καὶ μόνοις τὰ τοῦ κινδύνου περιστήσεται." "ἀλλ' οὐ γεγράφαμεν B ἡμεῖς" φασὶν οἱ περὶ τὸν πατριάρχην ἀπολογούμενοι. "ὑμῖν γέγραπται καὶ κεκίνηται. ὑμῖν καὶ ἀποβλητέον ταῦτα." "καὶ τί γε τὸ ἐμποδών;" οἱ περὶ τὸν Βέκκον, "ἐθαρρεῖτε," φασὶν, "ὅπου καὶ ἀδελφοὺς προσλήψετε θεραπεύσαντες." ἀλλ' οὐκ ἔπειθον λέγοντες. ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τραχυνθέντος κατ' ἐκείνου τοῦ πατριάρχου, ὡς καὶ ὕβρει διαλοιδορήσασθαι, τὸν Βέκκον παροξυνθέντα ἐκείνῳ μὲν εὐφυῶς ἐπιπλῆξαι, πρὸς δὲ τὸν βασιλέα ἐπιστραφέντα C μεγαλοφώνως εἰπεῖν μεθ' ὅρκου ὡς εἰ μὴ αὐτὸς ἐξέλθοι τοῦ πατριαρχείου, οὐκ ἄν ποτε τὸν τῆς ἐκκλησίας καταστορεθήσεσθαι κλύδωνα. καὶ οὕτως εἰπόντος, ὀργῇ ληφθέντα τὸν βασιλέα ἐξαναστῆναι καὶ "τί δαὶ" φάναι ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας δεινοπαθήσαντα· "οὐκ ἀρκεῖ τὰ πρότερα, ἀλλὰ καὶ πάλιν τὴν ἐκκλησίαν ταράξετε; καὶ δυσὶ περιβαλεῖτε πολέμοις, ἔνθεν μὲν ταῖς τῶν σχιζομένων προσβολαῖς, ἐκεῖθεν δὲ καὶ ταῖς παρ' ὑμῶν αὐτῶν ὡς εἰπεῖν ἐνευκαιρίαις, ὥστε κινδυνεύειν τὴν μίαν καὶ ἄρρηκτον ἐκκλησίαν D καθ' αὑτὴν στασιάζουσαν ἐν τῷ ἐσθίειν τοὺς αὐτῆς ἀλλήλους

5. *Θαρρεῖτε?*

rationi esse, ut non et factu necessarium dicam, timentibus ac cunctantibus in re tanta vobis, nos quoque metuere, ne forte postmodum in eo quod citra vestrum exemplum privata fiducia inceperimus, aberrasse a recto atque offendisse deprehensi soli luamus inconsultam audaciam, in exitium, quod vos sapientius timuistis, immiserabili ruina praecipites lapsi. Hic patriarcha cum suis, ut argumentationis, qua urgebantur, Vecci vim a sese depellerent, atqui nos, inquiunt, ista non scripsimus; nos ista libellis editis non indidimus testimonia. vos haec allegastis, a vobis illa sunt nota. vos proinde solos abiicere ac revocare talia oportet. ad ea Veccus, quid autem impedit quominus et vos, ait, audeatis occupare quae praescribitis, et exemplo praeire, magno utique operae pretio, quando sic fratres vobiscum assumetis, adiungetisque iam per vos curatos ab eo quo laborare illos erroris aut culpae morbo causamini. verum haec dicentes Veccus, et qui ab eo stabant, non persuaserunt patriarchae, qui potius efferatus instantia eorum, stomachum acriter in Veccum erumpens, nec contumeliis abstinuit; quibus et hic irritatus haud sedatiora reposuit. ac postquam (magis tamen ingeniose quam acerbe) comi libertate satis castigavit hominem, ad Augustum conversus clara inclamavit voce, iureiurando etiam dictum confirmans, ne umquam speraret procellam qua modo turbaretur ecclesia sedandam, nisi qui nunc patriarchalem insidebat thronum, inde amoveretur. quo talia vociferante, excandescens imperator exurgensque, en, ait, quem fructum referimus gravium pro ecclesia laborum! non sufficiunt vobis priora, sed et rursus ecclesiam turbabitis, duplici eam distrahentes bello, hinc quidem per vos obiectam insultibus schismaticorum, inde autem vestris, ut levissime dicam, importunitatibus iactatam, ut periculum esse videatur ne una, individue cohaerens sibi, secum iam tumultuans et suos seditionibus committens, dum illi se mordent

δαπανηθῆναι, ὑπὲρ ἧς αὐτὸς ὁ Χριστὸς τὸ οἰκεῖον αἷμα ἐξέχεε." ταῦτα καὶ πλείω τούτων εἰπὼν δῆλος ἦν ἀλύων, μὴ εἰς καλόν τι μηδ' εἰς συμφέρον, ὧ δὴ καὶ προσεδόκα, καταληξάσης τῆς διαλέξεως. τότε δὲ ὧδέ τις ἂν εἰπε πρὸς πλησίον ἄλλον, "ὦ πόποι, ἦ μέγα δὴ τὸ ταῦτα κινεῖν καὶ ζητεῖν συνιστᾶν τὴν ἰδίαν
P 65 δικαιοσύνην ἕκαστον, ἱκανὸν ὂν εἰ διαλυθέντος τοῦ κατὰ τὸν πάπαν σκανδάλου καὶ τἄλλα πάντα συνδιαλύοιτο. νυνὶ δὲ ἀλλ' ἕκαστος τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητῶν, τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνην οὐ φθάσειε πώποτε, ὡς ἐκεῖνοι." τὸ δ' ἐς ὅ τι προῆλθε, προϊόντες ἐροῦμεν.

Ἐκείνους μὲν οὖν τότε τῆς συνόδου διαλυθείσης ἡ τοῦ Κοσμιδίου εἶχε μονή, πλὴν ὑπὸ φρουροῖς καὶ φυλακαῖς προσηκούσαις· οὓς δὴ καὶ πέμπων ὁ βασιλεὺς εἰρηνεύειν ἠξίου, καὶ πᾶσαν
B δικαιολογίαν ἀφέντας διάγειν ἀνέδην καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ εὐμένειαν ἔχοντας. εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἐξορίας προσηπείλει καὶ κακουχίας ἐπαξομένας σφίσι· μηδὲ γὰρ εἶναι ἄλλως ἢ ὡς ἐτάχθη γίγνεσθαι, αὐτοὺς δὲ φήμην κακὴν ἔχοντας παραπόλλυσθαι, εἰ μή γε μετανοήσαντες τῆς εἰρήνης γένωνται. ταῦτα τοῦ βασιλέως συχνάκις διαμηνυομένου καὶ ἀγαθὰ προτείνοντος, ἐκεῖνοι οὔτε πρὸς δέος τῶν λυπῶν προήχθησαν οὔτε πρὸς τὰς τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελίας
C ἐμαλακίσθησαν, διευτονοῦντες δὲ πρὸς ἀμφότερα ἑτοίμους ἑαυτοὺς παρεῖχον πρὸς ὅ τι δόξει τῷ βασιλεῖ, ὡς ἐκεῖνο μᾶλλον πει-

invicem, ipsa consumatur, pro qua ipse Christus proprium sanguinem effudit. haec et plura his Augustus locutus, haud obscure ferebat sibi molestissimum accidere, quod hic congressus, longe contra quam speraverat, in nihil nec privatim honestum nec communiter utile desineret. huiusmodi tum gesta quis intuens, merito insusurraret in aurem socio: heu me! an magnum hoc quidpiam, movere ista, et quaerere suam quemque statuere iustitiam, cum aequum esset, sublato iam de papa scandalo, cunctas pariter reliquas controversias componi? nunc autem suam unusquisque iustitiam quaerens, ad dei iustitiam non perveniet umquam. ita illi mussitabant. quo vero res tandem eruperit in progressu referemus.

Veccum porro et socios soluto conventu Cosmidii monasterium excepit, caeterum illic sub fida habitos custodia: quos et dimittens imperator, ut se ad pacem inclinarent, orabat, et omissa pugnacitate iura propria tuendi mallent degere secure gratia fruentes ipsius, sin id nollent, exilia et aerumnas ipsis infligendas comminans: non enim se passurum aliter quam prout fuisset ordinatum fieri. porro ipsos coopertos infamia male perituros, nisi hactenus actorum poenitentia concepta conferrent animum ad pacem. talia cum saepe significasset imperator, et si audire vellent, prospera esset cuncta pollicitus, illi nec metu tristium adducti nec promissis laetorum emolliti sunt, obdurantes se adversus utraque, seque paratos exhibentes ad quidvis mali subeundum quod infligere ipsis voluisset imperator, ut qui omnino constituissent quamlibet potius acer-

σομένους ἡδέως ἢ τοῖς οὕτω καταδικάζουσι σπεισομένους. ἐπὶ μᾶλλον δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς παρωξύνετο ἀνενδότως μένοντας τὸ παράπαν. πάντων δ' ἀπορηθεὶς τῶν μαλάττειν ἐχόντων ψυχὴν τέλος ἐξορίαις δικαιοῦν ἔγνω. καὶ δὴ πρὸς τὸ κατὰ δεξιὰ εἰσπλέοντι τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον φρούριον, τὸ οὕτω πως τοῦ ἁγίου Γρηγορίου ἐπιλεγόμενον, προστάσσει πλῷ χρησαμένους ἀπάγεσθαι. οὗ δὴ καὶ ἐγκλεισθέντες ὑπὸ φρουροῖς Κελτοῖς καί τισι τῶν ἐκπροκοιτούντων τῷ βασιλεῖ ἀφεῖντο, ὅσα τὰ εἰς χρείαν τῶν ἀναγκαίων ἀπρονόητοι, οὐδὲν πλέον ἀπονάμενοι βασιλέως, ὅτι μὴ μετὰ καιρὸν ἐπ' ἀνατολῆς ὁρμῶντος πατριαρχοῦντος Ἀθανασίου, τόν τε κατὰ τὴν Ἑλενόπολιν περαιωθέντος πορθμόν, καὶ τὸν μέγαν λογοθέτην ἐπ' αὐτοὺς πέμψαντος, ὃν καὶ εἰς πρωτοβεστιάριον ἀνεβίβασεν, ὁ μὲν ἑκατὸν χρυσίνοις ἐνικανοῦτο, ὁ δέ γε Μελιτηνιώτης πεντήκοντα. ὁ γὰρ τρίτος ὁ Μετοχίτης διὰ νόσον προκατήχθη ἐπὶ τὰ οἴκοι ἐκεῖθεν, βασιλέως προστάξαντος. (36) ἀλλ' ὃ με παρῆλθε μικροῦ πρότερον γεγονός, βασιλεὺς τῆς πόλεως ἐξεληλακὼς προσβάλλει τῇ τῶν Νικητιάτων τῆς Δακυβύζης φρουρίῳ, καὶ τῷ τυφλῷ Ἰωάννῃ συμμίξας φιλοφρονεῖταί τε τὰ εἰκότα, καὶ τὸ εἰς ἐκεῖνον παρὰ τοῦ πατρὸς γεγονὸς αὐτὸς ἐπειρᾶτο μαλάττειν ταῖς ὑποπτώσεσιν, ὥστε καὶ συγχωρηθῆναι παρ' ἐκείνου καὶ οἷον κραταιωθῆναι πρὸς τὸ βασιλεύειν ἐξ

bitatem libenter perpeti quam ullo cum iis foedere coire, qui se isto modo condemnassent. qua eorum declarata obstinatione spem nullam reliquente resipiscentiae in posterum, magis et in ipsos magisque concitatus imperator; et nihil habens reliquum, cuncta frustra expertus, quo se speraret posse illorum animos mollire, tandem exiliis ipsos damnare constituit. iubet itaque nave deportari in arcem a dextris ingredienti sinum Astacenum sitam, cui nomen a sancto Gregorio est, ubi conclusi sub custodia Celtorum, cui praerat unus ex imperatoriis excubitoribus, relicti sunt sine ulla interim provisione pensionis ad victum, inopia diu frustra praestolata necessarium ab imperatore subsidium, quoad aliquanto posterius proficiscens in Orientem patriarcha Athanasius, et ad Helenopolim fretum trajiciens, misit ad eos magnum logothetam, postea protovestiarium creatum, qui Vecco quidem centum aureos, Meliteniotae vero quinquaginta donavit. nam tertius Metochita propter morbum deportatus inde iam ante in suam domum fuerat iussu imperatoris. (36) sed me praeterierat quod paulo prius contigit, imperatorem videlicet ex urbe profectum se contulisse ad arcem Nicetiatarum Dacibyzam, ibique custoditum Ioannem caecum perofficiose salutasse, excusasseque ut potuit, ac multis benevoli affectus significationibus exhibitionibusque honoris mitigare tentasse iniuriam ipsi a patre atrocissimam illatam, ut sic videlicet ex circumscripto quondam nefarie pupillo principe eliceret voluntariam iuris sui cessionem et consensum in imperium ipsius Andronici, quo consensu, quod forte ipsi ad legitimam principatus possessionem deerat, utcumque supple-

B ἀγαθοῦ σκοποῦ καὶ χρηστῆς διαθέσεως. αὐτὸς δὲ τῶν εἰς τρυφὴν ἐκείνῳ καὶ ἄνεσιν προνοήσας ἀπαλλάττεται τὴν ταχίστην. τότε δ' ἐπιστὰς ἐκείνοις ὁ πρωτοβεστιάριος, Ἀθανασίου πατριαρχοῦντος, περὶ οὗ μετὰ ταῦτα ῥηθήσεται, τὰ μὲν προγεγονότα καὶ διεμάλαττε, καὶ πολὺς ἐφαίνετο τοὺς ἄνδρας θωπεύων τε καὶ ὑποποιούμενος, καὶ δὴ τῆς πολλῆς μὲν ἐκείνους φρουρᾶς ἀνῆκε, φρουροὺς δ' ἀφῃρεῖτο, ἔστι δ' οὓς καὶ ἐνήλλαττε, καὶ C ἀγαθὰς ὑπέτεινε τὰς ἐλπίδας, καὶ τὴν παρὰ βασιλέως ἠγγυᾶτο εὐμένειαν. ἔπειτα καὶ αὐτῷ βασιλεῖ καταχθέντες τοῦ φρουρίου ἀσμένως πάντῃ καὶ φιλοφρόνως ὡμίλησαν. ὡς γὰρ καὶ τὰ παρὰ τοῦ Γρηγορίου ἀπεδοκιμάζοντο, ὡς καὶ αὐτὸ μετ' ὀλίγον ἐροῦμεν, καὶ ἤδη διὰ ταῦτα ἔνσπονδοι ἦσαν, τὸ πᾶν τιθέντες ἐπὶ τοῖς ἐν θεῷ βραβευούσης ἀληθείας διαγνωμονήσουσι λογίοις οὖ- D σιν ἅμα καὶ εὐλαβέσι, τάξας βασιλεὺς τῆς αὐτῶν συνελεύσεως καὶ καιρὸν καὶ τόπον, τὸν μὲν μετ' οὐ πολὺ τὸν δὲ τὸ Λοπάδιον (ἐκεῖσε γὰρ ἐξήλαυνεν), ἐλευσομένου καὶ τοῦ τρίτου τοῦ Μετοχίτου, καθὼς καὶ ἠξίουν, μετ' εὐμενείας τῆς πρὸς ἐκείνους ἀνα-

retur, et rata in posterum redderetur omnique animi religione ac scrupulo libera sua in dignitatem Augustam successio. quo impetrato, large vicissim assignatis exauctorato principi abunde suffecturis ad laetum victum cultumque caeterum, etiam delicatum, impensis, celeriter inde se recepit. post hoc demum ita factum, protovestiarius, mittente Athanasio patriarcha, de quo et eius promotione post haec dicetur, Veccum et eius socium in carcere convenit. hic igitur novi patriarchae Athanasii legatus duos captivos exules consolari modis omnibus et priorum ipsis aerumnarum delinire tristitiam sategit, ne blanditiis quidem et assentationibus, quo illos demereretur, abstinens. angustias quoque custodiae laxavit, custodumque quosdam amovit, alios placidioribus mutavit, melius etiam sperare in posterum iubens, immo ipsis spondens non valgaris apud imperatorem locum gratiae. quin et deinde educti carcere atque ad Augustum admissionem nacti, cum ab illo sunt honorifice accepti, tum et ipsi vicissim multa eum significatione veri affectus fiduciaeque liberae venerati sunt. mutata iam quippe scena illa priori, et Gregorii, quo patriarchatum gerente damnati fuerant, reprobatis placitis (quod quemadmodum evenerit, paulo post dicemus) facile fuit deponere illos offensionem et pristinae placiditati sese reddere. ex tunc igitur depositis simultatibus e conflictu dissensionum ortis plane iam foederati erant, profitentes se in his iudicio acquieturos virorum religione ac doctrina praestantium, qui coram deo, ad amussim dominantis veritatis, de theologicis controversiis incorrupta rectitudine censerent. unus deerat reconciliationi absolvendae ipsorum cum imperatore congressus. huius imperator ipse tempus locumque constituit, diem quidem admissioni assignans mox fere adfuturam, Lopadii autem, quo tendebat, iubens Veccum et Meliteniotem sibi occurrere, una cum tertio Metochita: nam et hunc sibi adiungi petierant. excepit ibi simul omnes imperator laeto vultu, laetosque dimisit cum ai-

χωρεῖ. ἔθαλπε γὰρ καὶ τούτους καὶ τὸν πρωτοβεστιάριον τὸ συμβὰν περὶ τὸν Γρηγόριον, καὶ ἐλπίζειν ἐπῇει σφίσι τὰ πρὸς εἰρήνην. τοῖς μὲν γὰρ οὐ πόνος ἦν ὀβελισθείσης τῆς αὐτῶν ἐξηγήσεως, ἐπεὶ καὶ ἡ τοῦ Γρηγορίου κατέγνωσται· καὶ ὅπου ἂν ἐκεῖ- E
5 νος τετάξεται, καὶ αὐτοὶ πάντως ταχθήσονται, ἐπεὶ καὶ ἄμφω εἰς θεοῦ μυστήρια παρακύψαντες τὸ ὀρθὸν οὐ κατέλαβον. καὶ τοῖς μὲν οὕτως ἐλπίζειν ἐπῇει, ὁ δέ γε πρωτοβεστιάριος ᾤετο ὡς ἐκποδὼν γενομένου τοῦ δυσμεναίνειν. πιστευομένου καὶ ταὐτὰ σφίσι παθόντος αὐτοὶ ῥᾳδίως πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ὁμονοήσουσιν.
10 ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον· τότε δ' ἀπαχθέντων ἐκείνων εἰς ἐξο- P 67
ρίαν, ὅσον μὲν τὸ ἀπ' ἐκείνων, ὁ βασιλεὺς ἠφρόντιστει καὶ ἐν ἀνακωχαῖς ἦν, δόξας τὸ ἐνοχλοῦν ὑπεξαγαγών.

37. Τοῦ δέ γε πειρατικοῦ κατὰ θάλασσαν πλεονάσαντος, ἐπεὶ τὸ ναυτικὸν παντελῶς ἀπήρτητο, ἔτι δὲ καὶ τοῦ Σκυθικοῦ
15 ὁρμᾶν ἠγγελμένου, (ὁ γὰρ Τερτερῆς οὐχ οἷός τ' ἦν, οὐχ ὅπως ἄλλοις, οὐδὲ ἑαυτῷ προσαρήγειν) πέμψας ὁ βασιλεὺς τοὺς μὲν πρὸς θαλάσσῃ κατῳκηκότας, ἕτοιμον θήραν προκειμένους τοῖς πειραταῖς, ἐνδοτέρω γῆς ἀναστέλλειν προσέταττεν ὡς ἐντεῦθεν ὑπεκδραμουμένους τὸ χαλεπόν, τοὺς δὲ τὴν μεσογαῖον Θρᾴκης τε B

gnificatione benevolentiae. et hos nimirum et protovestiarium recreaverat et animaverat ad bene de pace sperandum, quod circa Gregorium evenerat. nam nec Veccus cum suis laborabat adeo de nota expositioni ipsorum inusta, ex quo iam videbant aeque damnatam expositionem Gregorii; nec recusabant in eundem cum illo referri ordinem paulo curiosius scrutari sensorum mysteria divina, non sine quadam a recto aberratione. protovestiarius vero sic opinabatur, ubi amotus e medio fuisset is cui se excusso Veccus et socii credebant, et quidem sic amotus ut paria iis quae pries illi passi fuerant et ipse pateretur, facile ipsos cum ecclesia consensuros. sed haec in antecessum hic praelibavimus e multo posteriori memoria. in hoc enim nunc tempore narrando versamur, quo post colloquium publice in synodo habitum Vecci cum patriarcha, Veccus ipse cum sociis relegatus et artae custodiae mandatus est; quibus in hunc modum exterminatis levari solicitudine imperator visus est remissionique se dare, quasi tranquillitatis iam cuiusdam compotem, amandatis e conspectu iis qui turbas ciebant.

37. Piratico porro latrocinio ubique per mare impune crebrescente, quippe sublato metu omni Romanae classis, funditus, ut dictum est, neglectae, ideoque omni passim maritimo commercio cessante, sed et nuntiato trepide tumultu eruptarientium e suis finibus Scytharum, quibus intercludere se in Romanam ditionem transitum posse adeo Terteres diffideret, ut an sibi ipsi ac regno proprio ab eorum insultibus tuendo par esset futurus dubitaret, imperator praecavendum ratus ne piratarum rapacitas quaestu saginaretur litteralium praedarum, horum rapinis expositos maris secolas recedere in interiora praecepit, ut ita periculo se subtraherent. eos porro, qui sedes habebant in mediterraneis Thraciae ac

καὶ Μακεδονίας κατῳκημένους, ἐπεὶ καταδραμουμένους ᾔδει τοὺς ἐξελαύνοντας ἢν μή τις κωλύοι, ὃ δὴ καὶ ἀδύνατον τηνικάδε κατεφαίνετο, τοῖς ἐκεῖσε φρουρίοις, οὐ πολὺ τὸ ἀσφαλὲς ἔχουσιν, ἐναπέκλειε. τὸ δέ γε Βλαχικόν, ὃ δὴ σχεδὸν ἀπὸ τῶν ἐξωτέρω τῆς πόλεως ἐς Βιζύην καὶ πόρρω εἰς πλῆθος ἀριθμοῦ κρεῖτ-
C τον ποσούμενον παρατέτατο, ἔθνος δυσχωρίαις χαῖρον καὶ βοσκήμασι προσανέχον, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ μάχαις εἰθισμένον ἀνδρῶν, ὑποπτευθὲν εἰς αὐτομολίαν ὡς τοῖς ἐξεληλακόσι καὶ αὐτὸ προσπεσούμενον, μετοικίζειν ἐπ' ἀνατολῆς ἔγνω κατὰ τὴν τῆς Βυζαντίδος ἀντιπεραίαν, πλὴν καὶ ταπεινοῦν ζημίαις, μή πως ἄρα καὶ ὑπερηφανοῖεν πλήθει τε καὶ δυνάμει θαρροῦντες. καὶ ἔνθεν μὲν ἐζημιοῦντο τὰ μέγιστα, ἔνθεν δὲ μετῳκίζοντο ἀνοικτί, οὐχ ἧττον ζημίας ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τὴν μετοίκησιν λογιζόμενοι.
P 68 ζῶα γὰρ ἐκεῖνα καὶ κτῆσις πᾶσα τὰ μὲν εὔωνα προύκειντο τοῖς πολλοῖς, τὰ δὲ καὶ τὸν τόπον ἀλλάξαντα καιρῷ χειμῶνος καὶ

Macedoniae, quoniam sciebat haud dubie incursandos a minantibus irruptionem in eas partes Scythis, nisi quis prohiberet intercludendo hisce barbaris in eas regiones transitu, cuius rei nulla tunc spes apparebat, quam solam iis consulendi reliquam rationem habuit, ea usus est, edicens ut confugerent in arces illorum tractuum, iisque res personasque periculo rapinarum obnoxias concluderent, utcumque satis munita haud adeo munita tamque validis insessa praesidiis castella ista esse ut multam iis securitatem sponderent. de Blachis eadem illi occasio sollicitudinem admovit. erat id genus hominum vagum, incertis errans sedibus, sed ea tempestate late fusum per tractus a suburbiis Constantinopoleos usque ad Bizyam et ultra pertinentes; per quae loca iam multiplicati supra modum suspecti merito erant, ne mox irrupturis (quod expectabatur) Scythis vires haud modicas adiungerent, in partes eorum vitae similitudine ac forte originis communione tracti; quippe quorum non facile numerabilis multitudo ferebatur, iuventutis ad laborum patientiam duratae incommodis educationis haud mollis, quippe in locis, ubi libenter degunt, asperis. nec deerant opes e proventu gregum et armentorum, quae numerosa in laetis pascuis alebant. postremo nec inexercitati habebantur militaribus functionibus, quarum non rudimenta solum ponere soliti erant quotidianis venatibus ferarum, sed experimenta etiam edere crebris nec infelicibus contra viros armatos certaminibus. huic periculo praevertendo factu optimum putavit gentem istam ex Occidua continente in Orientalem transferre, collocareque trans fretum in ora Byzantinae adversa civitati, sed et insuper extenuare multis et extorsionibus opes illorum, ne conscii virium propriarum sui numero et annonae copia superbirent. utrumque strenue factum: hinc enim maximis affecti damnis sunt immanium acerba exactione tributorum, et immisericorditer coacti sedes trans Hellespontum ferre. quod illis omni contributionis iniuria molestius contigit: nam et occasione transmigrationis, festinatae praesertim urgentibus implacide satellitibus, plerasque comparatarum longa mora, ubi vixerant, non parvi pretii rerum, quas transportare haud erat facile, partim perdere vel sponte relinquendo vel rapinis opportunitate utentium furum, partim da-

τότε παντελῶς διεφθείροντο. κτῆσις δὲ τούτων ἡ μὲν διηρπάζετο, ἡ δέ γε καὶ περιοῦσα κακῶς παραπώλλυτο, ὥστε μὴ οἴους τ' εἶναι ἐγχρονίζειν ἐκεῖ, ἀλλὰ τοῦ κακοῦ παραδραμόντος αὐτοὺς καὶ αὖθις τὴν ἰδίαν ἀπολαμβάνειν, συχνῶν χρυσίων καταβολαῖς ἐξωνησαμένους τὴν κατοικίαν. τότε δὲ δείσας καὶ περὶ τῷ τοῦ B βασιλέως σώματι ὁ κρατῶν, μὴ ἐξελθόντες οἱ Σκύθαι καὶ τὸν τόπον καταδραμόντες σὺν πολλοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο λαβόντες, ἢν μή τις πολλοῦ ἐξωνοῖτο, ὡς αὐτοῖς δόξοι βασιλικὸν σῶμα πωλοῦσιν, αἰσχύνωσι καὶ λυμήνωνται, πέμψας τῆς μὲν περὶ ἐκεῖνο φιλαχῆς τοὺς ἐκεῖ ἀνίει, ὧν πρῶτος ἦν ὁ ἐκτομίας Ἡονοπολίτης καὶ μέγας δρουγγάριος, ὃς καὶ τὸν ἱερομόναχον Ἀθανάσιον κατὰ τὰ τοῦ Γάνου ὄρη ἐνδιατρίβοντα, πρότερον τῷ πορφυρογεννήτῳ C συνεσταθέντα, παρ' οὗ γε καὶ πλεῖστα εὐηργέτητο, τῷ βασιλεῖ συνιστᾷ. τὸ δέ γε σῶμα προστάσσει φέροντας τῇ κατὰ Σηλυβρίαν τοῦ σωτῆρος μονῇ ἐν αὐτῷ τῷ ναῷ αὐτῇ λάρνακι κατατθεῖναι. καὶ τὸ μὲν οὕτως ἀνακομισθὲν τοῦ Βουλγαροκτόνου βα-

12. τὰ deerat. 16. *Βασιλείου?*

mosse vendere alieno tempore, vilissimo pretio, cogebantur. accedebat quod rigore hiemis, qua est haec peracta translatio, magnam et miseram stragem edi contigit, cum hominum, infirmioris praesertim aetatis, tum tenerae pecudum sobolis; unde damnum ipsis gravissimum est factum; ac neutro genere novo coelo assuescere valente, mortibus in dies increbescentibus, consilium necessarium obtrusum pluribus eorum redimendae singillatim magna pecunia facultatis repetendi natalis soli, extra quod se suasque familias vix posse vivere ipsa eos experientia docebat. sub hanc et alia cura incessit Andronicum, reputantem in ea regione quam mox vastandam incursione Scythica metus erat nimium verisimilis, iacere corpus Michaëlis Augusti patris sui; quod apparebat rapaces barbaros a nullo facinore, quod quaestuosum putarent, abhorrentes, violaturos et asportaturos inde, ut eo scilicet nomine a defuncti memoriam colestibus pecunias exprimerent. ex quo alterum duorum in se redundaturum esset incommodum, ut aut ingentem superbo arbitrio avarissimorum latronum profligare auri numerum deberet redimendo patris corpori, aut insignis sibi foret subeunda infamia neglecti officii tam pii, augustis reliquiis Christiani principis, qui sibi vitae atque imperii auctor extitisset, in potestate profanae impiaeque barbariei ad ludibrium relinquendis. huic occursuros malo, quos ad patris tumulum ei custodiendo praefecerat, iis ut statione decederent indulsit. primus erat horum spado Eonopolites, magnus idem drungarius; qui et inde rediens hieromonachum Athanasium circa Gani montana commorantem, uti prius Porphyrogenito commendaverat, a quo maximis est beneficiis affectus, sic imperatori quoque obtulit in eiusque gratiam insinuavit. mandavit autem eis ut secum ablatum sui parentis imperatoris cadaver Selybriam deportarent, ibique apud monasterium salvatoris in eius templo deponerent, ut erat, ipsa conditum arca quae recens mortuum exceperat. sic translata ossa Michaëlis collocata sunt e regione sepulcri Bulgaroctoni Augusti, cuius neglectos et irreve-

σιλέως ἐτέρωθεν, ὃν ἐκ τοῦ Ἑβδόμου παρημελημένον μεταγαγὼν
D ἐκεῖνος ἐκεῖσε πάλαι κατέθετο, τίθεται καὶ αὐτός. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς τὰ περὶ τοῦ Ἀθανασίου μαθών, ὅσα δὴ καὶ ἀρετῇ χαίρων, καὶ μᾶλλον πείθοντος τοῦ καιροῦ, τὴν τοῦ μεγάλου οἱ λογαριαστοῦ παλαιὰν προσνείμας μονὴν παρ' ἑαυτῷ εἶχεν ὁσάκις ἤθελεν. εἰ γὰρ καὶ προσνέστη τῷ πορφυρογεννήτῳ καὶ παρ' ἐκείνου μεγαλοπρεπῶς ἐθεραπεύετο, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖ προσαχθεὶς ὕστερον οὐδὲν ἧττον τῆς παρ' αὐτοῦ εὐμενείας ἐτύγχανεν.

renter habitos cineres olim ipse Michaël ex Hebdomo illuc transferri ibique tumulari curaverat. caeterum auditis Andronicus imperator quae multa, pleraque de monachi Athanasii laudibus, Konopolita memoravit, qua captus admiratione tantae virtutis, qua sibi talem virum in his dissensionum ecclesiae procellis non inutilem fore autumans, eum prope ad manum habere voluit; ideoque habitationi eius assignavit situm in vicinia vetus monasterium, quod magni logariastae dicebatur, unde illum facile quoties luberet ad colloquium posset accersere. id quod crebro deinde factitans, reliquit incertum comparantibus ab utro fratrum Athanasius exquisitius coleretur, amaretur ardentius, Porphyrogenitone Constantino, qui eum prius assiduum apud se habens magnifice honoraverat, an Augusto, qui eundem sibi postmodum admotum nihilo inferiori est gratia dignatus.

B.

P 73 Τὰ μὲν κατὰ τὸν Βέκκον οὕτω τετέλεστο, μελίσσης δὲ τρόπον ἐνεικὼς τὸ κέντρον ἀπήλλαττε. σφίσι μέντοι φροντὶς ἦν
οὐ μικρὰ ὅπως κατ' ὀρθόδοξον νοῦν τὸ τοῦ Δαμασκόθεν πατρὸς ῥητὸν ξυμβιβάσειαν, ὡς μήτε κατὰ Βέκκον ἐξηγουμένους φρονεῖν μήτ' ἔξω πάλιν τῶν ὑπονοουμένων φέρεσθαι. τὸ γὰρ κατὰ τὸν Μοσχάμπαρ καὶ αὐτοὺς λέγειν ὡς νόθον δὴ τὸ ῥητὸν καὶ ὡς ἔν
B τισι τῶν βίβλων οὐ φέρεται τὸ κεφάλαιον, οὐ ξυνετὸν ἐδόκει·

II.

Hunc finem res Vecci habuere. porro is in praescriptum exilium abiens, more apis relicto in vulnere aculeo recessit: adversariis etenim suis acrem reliquit curam inquirendi qua ratione in orthodoxum explicari sensum posset Damasceni patris dictum, ita ut neque Vecci expositioni assentiri viderentur, et tamen ipsi suspiciones effugerent, quibus ipsorum doctrina ex apparenti cum sententia tantae auctoritatis conflictu apud eruditos laborabat. nam quod inde Moschampar effugium tentaverat, affirmando subdititicium esse hoc Damasceni capitulum, utpote quod in qui-

προσίστατο γὰρ ἡ τῆς ἱερᾶς ὁπλοθήκης βίβλος, φέρουσα καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀνάγραπτον καί γε τὸν γεννήτορα μαρτυροῦσα, πλὴν οὐκ ἔχουσα πλέον εἰς θεραπείαν ἢ τὸ προφέρειν ἐν ταύτῃ τὸν Κομνηνὸν Μανουὴλ βασιλέα ὡς οὐκ ἐξ υἱοῦ ἀλλὰ διὰ λόγου τε καὶ υἱοῦ ὁ θεολογῶν ἀπεφήνατο. εἶχε δέ τι καὶ ἄλλο εἰς τὴν κατὰ τῶν ἀμφὶ τὸν Βέκκον συνηγορίαν τοῖς ἀντιλέγουσι συναιρόμενον, καὶ ὅπλον ἄντικρυς ἰσχυρόν, ὃ συναπολέσθαι ἀνάγκη ἦν ὀβελισθέντος τοῦ κεφαλαίου. φησὶ γὰρ ἐκεῖσε ὁ ἅγιος "ἐκ τοῦ υἱοῦ δὲ τὸ πνεῦμα οὐ λέγομεν," ὃ καὶ ἄμφηκες ξίφος εὐόκει τοῦτο μὲν Ἰταλοῖς τοῦτο δὲ καὶ τοῖς ἐκείνοις συνηγοροῦσι τῷ μεταμείβειν τὴν πρόθεσιν. εἰ γὰρ ἅπαξ τὸ ἐκ τοῦ υἱοῦ ἀπηγόρευται, ἀποκέκλεισται πάντως καὶ ἡ διὰ τῆς ἀντιπεριχωρήσεως τῶν προθέσεων θεραπεία τοῖς Ἰταλοῖς. τὸ γὰρ τοῦ μεγάλου Μαξίμου, ὅπερ ἐκεῖνος πρὸς Μαρῖνόν φησιν ὡς δῆθεν συμμίξας τοῖς Ἰταλοῖς καὶ μαθὼν ἐξ ἐκείνων τὸν νοῦν τῆς προσθήκης, τὸ "ἐξ ὧν οὐκ αἰτίαν τὸν μονογενῆ σφᾶς ἀπέδειξαν τοῦ πνεύματος λέγοντας, ἀλλ' ἵνα τὸ δι' αὐτοῦ προϊέναι δηλώσωσι καὶ ταύτῃ τὸ συναφὲς καὶ ἀπαράλλακτον τῆς οὐσίας παραστήσωσιν," ὅπου καὶ δυσὶ κεφαλαίοις ἐκείνων ἐπιλαβέσθαι τοὺς τῆς ἀνατολῆς πρὸς

C

D

12. ἀντιπαραχωρήσεως?

busdam ipsius operum exemplaribus non extaret, haud prudenter allegari apparebat ex eo quod id sine ulla dubitatione legebatur in libro dudum praeiudicatae apud omnes auctoritatis, cui titulus erat sacra hoplotheca; ubi inter alia patrum testimonia, nomine auctoris diserte adiecto, totidem plane syllabis recitabatur, sine ulla alia emollitione, nisi quod ibidem attexebatur exceptiuncula Comneni Manuëlis Augusti submonentis non dici a Damasceno theologiam explicante procedere spiritum ex filio, sed per filium et verbum. habebat autem et aliquid hic Damasceni locus adversus Vecci petitam ex illo defensionem eius adversariis opitulans, telum omnino validum, sed quo erat necesse etiam ipsos confodi ac letali plaga confici, qui veru configere ac pro spurio reiicere hoc capitulum tentarent. ait nimirum ibidem sanctus "ex filio autem spiritum non dicimus." quae verba plane ancipitis instar gladii, duplici quasi mucrone pariter utrosque transadigunt, hinc quidem Latinos, illinc iis patrocinantes, adstruenda aequivalentia et promiscua mutabilitate praepositionum ex et per. si enim semel improbatur processio ex filio, excluditur omnino, qua Latini magnopere nituntur ad sui excusationem, synonymia particularum istarum, et notio utrivis conveniens eadem planeque pro libitu permutabilis. nam quod S. Maximus, qui utpote versatus cum Italis didicisse ab ipsis potuerat quid ex mente ipsorum significarent verba quae addiderunt symbolo, sic scribit ad Marinum, de Latinis agens "ex quibus non se ostenderunt affirmare unigenitum esse causam spiritus, sed ut hunc per illum prodire declararent, ac sic cohaesionem intimam immutabilitatemque essentiae adstruerent." haec verba ex eo loco sumpta sunt in quo refert S. Maximus reprehendi Latinos ab Orientalibus in capitulis

E Μαρίνου παρίστησι, τὸ γοῦν τοιοῦτον ῥητὸν ἀντιπεριχώρησιν
τοὺς προθέσεων φέρον οὐδ' ὅλως ἐδέχοντο, ὡς μὴ τῆς ἐπιστο-
λῆς ἐξ ὁλοκλήρου εὑρισκομένης ἐν βίβλοις, ἀλλά τι μέρος ἐκείνης
περὶ τῶν δύο κεφαλαίων διαλαμβάνον ἐφ' οἷς οἱ τῆς ἀνατολῆς
τῶν δυτικῶν ἐπελάβοντο, ἑνὸς μέν καὶ πρώτου τοῦ μὴ τὴν ἁμαρ- 5
P 74 τωλὸν σάρκα ἀναλαβεῖν τὸν τοῦ θεοῦ λόγον τε καὶ υἱόν, ἀλλὰ
τὴν πρὸ τῆς παρακοῆς τοῦ Ἀδὰμ ἀναμάρτητον, δευτέρου δέ γε
ὡς αἰτίαν τῷ μονογενεῖ προσαπτόντων ἐπὶ τῇ ἐκπορεύσει τοῦ
πνεύματος· ὧν τὸ μὲν ἓν καὶ πρῶτον συνόλως ἠρνήσαντο, τὸ
δέ γε δεύτερον, τοῦτο δὴ τὸ προκείμενον, ἐθεράπευον, ὡς εἰ 10
καὶ λέγοιεν ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ πνεῦμα, οὐκ αἴτιον πάντως
φρονοῦσι τὸν μονογενῆ, ἀλλ' ἵνα τὸ συναφὲς καὶ ἀπαράλλακτον
τῆς οὐσίας παραστήσωσι. τὴν γοῦν τοιαύτην ἀντιπεριχώρησιν
B τῆς προθέσεως, ἐπεὶ οὐκ ἐνεκρίνετο τοῖς γνησίοις τοῦ θείου Μα-
ξίμου τὸ τῆς ἐπιστολῆς ἐκείνης τεμάχιον, ἀπαράδεκτον ἔγνωσαν 15
ἔχειν. μόνῳ δ' ἐχρῶντο τῷ τοῦ Δαμασκόθεν πατρός, τῷ "ἐκ
τοῦ υἱοῦ δὲ οὐ λέγομεν," ὃ δὴ συνεξαιρεῖσθαι τῷ κεφαλαίῳ καὶ
σφόδρ' ἐκινδύνευε. διὰ τοῦτο καὶ δεχόμενοι τὸ κεφάλαιον καὶ
ὡς ἁγίου τὴν λέξιν ἔχοντες τὴν θεραπείαν ἐζήτουν κατὰ τὸ ὀρθὸν
τοῦ δόγματος, καὶ τόμον γράφειν ᾑροῦντο καὶ λογογραφεῖν τὴν 20

duobus. hoc inquam testimonium S. Maximi, clare inferens aequivalentiam praepositionum duarum, exceptione falsi submovebant, plane respuentes ut suppositituum. istam quippe ad Marinum epistolam negabant reperiri integram in exemplaribus operum S. Maximi, sed partem dumtaxat eius aliquam duo Latinorum a Graecis accusata capitula memorantem, quorum prius hoc erat, non peccatricem carnem assumptam fuisse a dei verbo et filio, sed eam quae esset peccati expers ante inobedientiam Adami. alterum autem, quo tribuebatur unigenito ratio causae in processione Spiritus. ac primum quidem illud omnino negabant. secundum vero expositione temperabant in hunc modum: etsi dicerent ex patre filioque spiritum procedere, non tamen huius causam agnoscere unigenitum, sed ita loqui ut cohaerentiam intimam et immutabilitatem essentiae adstruerent. quod verba porro attineret illa quibus affirmabatur aequipollentia et synonymia praepositionis ex cum per, quoniam fragmentum epistolae, in quo illa legebantur, non accensebatur legitimis scriptis filius sancti doctoris, sed spurium et affictum putabatur, decreverunt neutiquam admitti oportere et pro indictis habenda. solo utebantur Damasceni patris effato illo, quo is negabat se dicere spiritum ex filio. quae verba sibi faventia, quia videbant capitulo eodem contineri quo alia illa a Vecco iactata, ac consequenter periclitari ne reiicienda essent ut spuria, si capitulum illud reprobaretur, illud se recipere dixerunt ac pro vero sancti patris scripto venerari, caeterum expositionem quaerere qua reliqua illa duriora mollirent et ad sensum catholicum recti dogmatis adaptarent. quam in rem constituerunt tomum scribere ac doctrinam sacram fusius

εὐσέβειαν. σοφῷ γοῦν δοκοῦντι τῷ πατριάρχῃ, καὶ ὑπὲρ πολ- C
λοὺς ταῖς ἀληθείαις ὄντι, τὴν τοῦ τόμου γραφὴν ἐπέτρεπον στή-
λην καὶ εὐσεβείας ἔσεσθαι νομιζομένην καὶ τῆς τῶν παρεγκλινάν-
των δῆθεν κακίας τοῖς ὀψιγόνοις. καὶ δὴ τὴν πρᾶξιν ὑποστὰς
5 πατριαρχεύων γενναῖον τόμον συντίθησι, τοσοῦδε κεφαλαίοις
ἅμα μὲν ἐπειλημμένος τῶν λεγόντων ἅμα δὲ καὶ τούτους οὕτως
ἔχοντας ἀποβαλλόμενος. τοῦτον ἐπ' ἐκκλησίας πρότερον ἀνεγί-
νωσκον, καὶ ἐπ' ὀκρίβαντος ἀναβάς τις καθ' ἕκαστόν τε κεφά-
λαιον τὴν ἀποβολὴν ἐδήλου μεγαλοφώνως κατ' ὄνομα τῶν οὕτω D
10 λεγόντων καὶ δοξαζόντων, μετέπειτα δὲ αὐτὸς βασιλεὺς διὰ κιν-
ναβάρεως καθυπέγραφε, εἶτα δὲ πατριάρχης καὶ ἐφεξῆς οἱ ἀρ-
χιερεῖς. ἐπὶ δὲ τοὺς τῆς ἐκκλησίας ἐλθόντες, ἐπεὶ κἀκείνους ὑπο-
σημαίνεσθαι τὸν τόμον ἠβούλοντο, καὶ μᾶλλον ἐκείνους ὡς ὑπο-
πτευομένους, ὡς ἔλεγον, εὐθὺς ἀνενδότους εὕρισκον καὶ ὡς εἶχον
15 ἐνισταμένους. πλὴν γὰρ ὀλίγων, καὶ τούτων ὅσοι τυχὸν καὶ σχι-
ζόμενοι πρότερον θερμοὶ συλλήπτορες ἦσαν τῶν ὕστερον, οἱ λοι- E
ποὶ πάντες οὔτε ὑωπείαις καθυπήγοντο οὔτ' ἀπειλαῖς ὑπεκλί-
νοντο, ἀλλ' ἰσχυρὸν ἦν σφίσιν εἰς ἀπολογίαν τὰ χθὲς τελεσθέντα.

3. καὶ εὐσ.] μὲν εὐσ. P.

explicare. erudito igitur existimato patriarchae (et re vera ille doctrina supra multos excellebat) scriptionem tomi demandarunt, quam perenne apud posteros monumentum fore putabant et religionis ipsorum in rectitudine dogmatis tenenda et erroris adversariorum, qui scilicet a fidei regula declinassent. admissa susceptaque patriarcha provincia, tomum validum composuit, tot illa singillatim expendentem capita motarum controversiarum; in quo haud molliter carpebat adversarios, et diserte reprobabat abiiciebatque ut sanae doctrinae contraria asserta ipsorum. conscriptus is tomus prius in ecclesia lectus hoc modo est. conscendens quis in pulpitum, inde unoquoque capitulo recitato, eius continuo damnationem pronuntiabat voce late sonora, expressis nominibus eorum quos sic loqui et sentire aiebat. post haec ipse imperator rubrica subscripsit, deinde patriarcha, tum ordine praesules. ad clerum subinde ventum: nam et ecclesiasticorum secundi ordinis firmari subscriptionibus tomum volebant, immo ab his praecipue cupiebant approbari, quoniam non vana, uti aiebant, suspicio erat horum non paucos a doctrina tomo exposita abhorrere. quocirca exprimendum ab his existimabant mature consensum in decreta communi calculo antistitum. at non facile id negotium usu deprehensum est: praeter enim paucos, quos et observatum est ex iis fuisse qui secessionem prius fecerant, omnes caeteri clerici prima statim interpellatione de subscribendo plane ostenderunt se inflexibiliter obfirmatos ad negandam sive subscriptionem sive aliam quamvis novam declarationem suae de his sententiae. neque de hac inductione animi blanditiis deduci aliis, ac ne minis quidem dimoveri potuere. causam recusandi validissimam ducebant ex asperitate nuper in ipsos exercita, dum fuere sa-

εἰ γὰρ μηδὲν ἐκουσίως οὐδ' ἀρεσκείαις πάσαις ἀλλ' ἀπειλαῖς καὶ κολάσεσιν ὑπογράψαντες τοσοῦτον ἐπειράθησαν τῶν δεινῶν, ἐκείνων κρινόντων, καί γε πειρῶνται, καὶ ταῦτα μηδ' ἐπὶ δόγμασιν
P 75 ὑπογράψαντες, τίνες γένοιντ' ἂν αὖθις, εἴγε δόξοι τισὶ (πολλοὶ δ' οἱ λοχῶντες) καὶ τὸν τόμον καταιτιάσαιντο; καὶ εἰ ταῦτα γένοιτο, τίς ἂν ἐξελέσθαι ἡμᾶς, φασί, δυνατὸς τῆς ἐκείνων κρίσεως; ταῦτα τοῖς τῆς ἐκκλησίας λέγουσι πολλοὶ μέν τινες ἦσαν ἐκεῖνοι γινόμενοι τὴν διαφορὰν ἀντεπάγοντες τῶν πραγμάτων καὶ πρὸς τὴν ὑπογραφὴν ἐρεθίζοντες· ὡς δ' οὐκ ἔπειθον συχνὰς προσβολὰς ποιούμενοι, εἰς ὑποψίαν ἐμβάλλοντες ὧν οὐκ ἤδεισάν
B ποτ' ἐκεῖνοι, τοῦ κοινοῦ συνεδρίου ἀπήλων καὶ ὡς ἐχθροὺς ἔκρινον. οἱ δὲ τὴν μετ' ἐκείνων ὁμιλίαν, τοιαῦτα ζητούντων τε καὶ λεγόντων, ἐρημίαν οἰόμενοι, τὴν δ' ἐρημίαν τὴν ἀπ' ἐκείνων οἷον ἀσφάλειαν, περιήρχοντο πλανῆτες, ἐστερημένοι μὲν τιμῆς ἐστερημένοι δὲ προσόδου πάσης, καὶ τὸ εἰκαῖον τῆς διατριβῆς

2. τοσούτων?

cris exclusi tantaque ignominia traducti, prout parravimus. si enim, aiebant, cum nec benignis invitationibus omnis generis nec comminationibus, ne inflictis quidem poenis gravibus perpelli antea potuissemus ad subscriptione ulla nostra roborandum quidquam ex iis quae publice statuebantur, tamen secuta postmodum conversione rerum tam atrocibus suppliciis luimus meram conniventiam, his ipsis iudicantibus et immisericorditer exequentibus iudicata, quid non metuere longe dirius debemus, postquam altero reciprocante dissensionum fluctu rescindi haec quae sciscuntur coeperint? neque enim haec firmiori durationis inconcussae spe aut certioribus ratae auctoritatis auspiciis inchoari quam priora illa primo statim eversa motu orbis reipublicae solita instabilitate rotantis. multos haec observare de censoriis speculis, multos clam insidiari, coorituros infeste in accusationem tomi huius, simul aura ipsis benignior afflaverit; a quorum severissima damnatione quis satis potens nos protegeret, si nos chirographo reos tenerent, et nominum ultro suffragio nostrorum munitum a nobis exosum istum sibi tomum cernerent? talia ecclesiasticis causantibus, non deerant quidem sibi partiarii patriarchae, quin multis ostendere conarentur latam inter haec ad quae subscribenda invitarentur, et illa ob quae tacite transmissa multati graviter essent, discrepantiam intercedere; moxque acriter a se decretorum subscriptionem flagitarent. verum illis coepta sese pertinacia involventibus, et omnes eludentibus conatus ipsos quomodocumque inflectere ad sibi optata contendentium, hi desperantes iratique ad extremum gravibus eos ex suspicione criminationibus detulerunt, et quae a conscientia cogitationeque ipsorum procul semper abfuerant appingentes, communi eos consensu abegerunt et hostium habendos loco iudicarunt. illi vero convictum colloquiumque hominum talia loquentium et poscentium quavis tristiora solitudine ducentes, quin et in solitudine inventuros se asylum securum ab istorum importunissimis insultibus sperantes, circumibant errabundi deserta loca, privati dignitate, spoliati proventu omni, tamen illam ignominiosam nuditatem et neglectum hoc obscurumque vitae genus splendori quantovis ex honorum cum istis con-

τῆς καθ' αὐτοῦ τάξεως ἀνθαιρούμενοι. ὡς δὲ καὶ αὖθις προσεκαλοῦντο καὶ ἀνεκρίνοντο καὶ πάλιν αὖθις, καί γε μῶμον σφίσι C καὶ τὸ τοῖς προτέροις προσκεῖσθαι δοκεῖν κἀκεῖ τὸν νοῦν ἔχειν ἐπῆγον ὡς ἔγκλημα μέγιστον, οἱ μὲν οὐδ' οὕτως ἤθελον ὑποκλίνεσθαι, ὑπόνοιαν ἀνυπόστατον προτιμῶντες προφανοῦς ὀρρωδίας, μὴ ἀκριβῶς εἰδότες ὅ τι καὶ ὑπογράψοιεν. ἦν γὰρ ἐν τῷ τόμῳ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ τοῦ ῥητοῦ τοῦ θείου Δαμασκηνοῦ ἐξήγησις οὕτως ἔχουσα "εἰ δὲ καὶ παρὰ τῷ θεολογικωτάτῳ Δα- D μασκηνῷ τὸ διὰ λόγου εὕρηται προβολεύς, οὐ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς τοῦ πνεύματος πρόοδον ἡ λέξις δηλοῦν βούλεται, ἀλλὰ τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν." τοῦτο δ' ὅ τι σημαίνοι, οὐκ ἔχειν εἰδέναι ἔφασκον, καὶ τὴν διαφορὰν ἐζήτουν μαθεῖν τῆς τ' εἰς τὸ εἶναι προόδου καὶ ἀϊδίου ἐκφάνσεως, ἵνα τὴν μὲν τῶν λέξεων ἀποβάλλωνται τὴν δ' ἐνστερνίσωνται· εἶναι γὰρ αὐτοῖς δοκούσας τὰς λέξεις ταυτοδυνάμους, τήν τε εἰς τὸ εἶναι πρόοδον καὶ τὴν E εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν. καὶ οἱ μὲν ταῦτα λέγοντες εἰς τέλος ἀνθί-

sortio praehabentes. post aliquam in his aerumnis moram emollitos experientia malorum arbitrati qui eiecerant, rursum eos vocatos, ecquid resipuissent, interrogabant. ac cum crebris percontationibus istiusmodi unam semper eandemque invictae indicem constantiae responsionem opponerent, adesse tempus extremae denique iis expugnandis admovendae machinae qui hactenus frustra tentarant rati, denuntiarunt minaciter ipsis, viderent etiam atque etiam quid agerent quove ruerent: non enim tam pertinaci recusatione parendi solam eos inobedientiae culpam incurrere, sed indicium praebere idoneum criminis multo gravioris. hinc scilicet apparere persistere adhuc illos in iis quae statuta dudum nuper rescissa fuerant, et cum se recedere ab iis redireque ad professionem antiquam significassent, falso id simulasse, voce dumtaxat pravis decretis renuntiantes, quibus nunc adhuc cum maxime toto animo haererent. quae res quantae invidiae quantique esset periculi, aestimare ipsos maturo iudicio par esse. ne haec quidem illis inflectendis valuere. audita quippe comminatione ista ultima, declararunt malle se subiacere innoxios suspicioni fundamento carenti, quam apertum horrorem manifesti delicti ultro consciscere iis subscribendo quae ignorarent. erat enim inter alia in tomo qui subscribendus ipsis obtrudebatur quaedam expositio sententiae prius memoratae divi Damasceni, sic se habens "si vero a summo theologo Damasceno reperiatur dictus pater Sancti Spiritus *προβολεύς* productor per verbum, haud plane ista locutio significare vult Sancti Spiritus processionem in extantiam sed in aeternam exsplendescentiam." hoc autem quid sibi vellet, nequaquam se capere aiebant, quaerebantque monstrari sibi discrimen processionis et aeternae exsplendescentiae, ut sic earum vocum alteram abiicerent, alteram amplecterentur. nunc enim plane apparere ipsis ista vocabula mutuo aequipollentia, nec plus minusve significare quidquam processionem in extantiam quam processionem in aeternam exsplendescentiam. ultimum hoc fuit responsum plerorumque ex his, fixum indicans propositum in quo ad finem usque perstitere. quidam alii ad pacta descenderunt: declarato enim se quod poscebantur facturos, dummodo sibi

σαντο· ἔνιοι δ' ἀσφάλειαν παρ' ἐκείνων ζητήσαντες ἔγγραφον, ἵ μὴν ἀσφαλῶς ἔχειν τῆς θεολογίας τὴν λέξιν, καὶ αὐτοὺς ἐκείνους, εἰ μὴ παρ' ἀνθρώποις, ἀλλά γε παρὰ θεῷ κρίνοντι τὸν λόγον ὑπέχειν, οὐ πατριάρχην μόνον ἀλλὰ καὶ ἀρχιερεῖς τοὺς εἰς διδασκάλων τεταγμένους ἀξίαν, ταῦτα ζητήσαντες καὶ λαβόντες ὑπέγραφον.

P 76 2. Ὀλίγον τὸ μεταξύ, καὶ εἰς χεῖρας γεγονὼς ὁ τόμος τῷ Βέκκῳ παρέκνιζεν ἀντιξύειν τὸν ξύοντα. καὶ δὴ κἂν πολλοῖς μὲν ἄλλοις τοῦ τόμου ἐπελαμβάνετο, ταύτην δὲ μάλιστα τὴν ἐξήγησιν μὴ καλῶς ἔχουσαν τῆς ἐννοίας ἐπειρᾶτο δεικνύειν, ὡς ἢ μὴ ὁμωνυμιζομένου δῆθεν τοῦ προβολέως καὶ ποτὲ μὲν εἰς αἴτιον
B ἐκλαμβανομένου ποτὲ δὲ εἰς δότην καὶ χορηγόν τε καὶ ἁπλῶς παροχέα, ἢ εἰ μέλλοι ἁπλοῦν τὸ προβολεὺς συντηρεῖσθαι, μιᾶς ἐννοίας δηλωτικὰς εἶναι ἀνάγκῃ καὶ ἀμφοτέρας τὰς λέξεις, τήν τε εἰς τὸ εἶναι πρόοδον καὶ τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν, καὶ οὕτως εἰς ταὐτὸν συντρέχειν ἐκείνῳ τὸν ὡς δῆθεν διαφερόμενον. τοῦτο γράψας καὶ πέμψας τισὶ τῶν αὐτοῦ παρεῖχε τὴν περὶ τούτων κρί-
P 77 σιν τοῖς ὀρθῶς ἐξετάζειν ἐθέλουσιν. οὐ μὴν δὲ ἀλλ' οὐδ' ἐκεί-

16. ὡς] εἰς P.

prius patriarcha et episcopi scriptam cautionem darent, qua in suum ipsorum caput omne periculum ambiguae dictionis averterent, ita ut si quid ea sanae de deo doctrinae re vera contrarium sonaret, fraudi id non foret sibi, qui aliena tracti auctoritate istam locutionem approbassent, sed eius rei tota culpa, si minus apud homines, certe apud deum iudicem, imputaretur auctoribus et suasoribus istius approbationis, quippe doctioribus ecclesiae atque in magistrorum communium dignitate constitutis, his data in manum est quam petebant syngrapha. qua accepta subscripserunt.

2. Breve in medio spatium, et perlatus tomus in manus Vecci pupugit irritabilem, ac facile perpulit ad reciprocandam cum lacessente contentionis serram. ac multa ille quidem et alia in tomo reprehendebat, sed praesertim incursabat expositionem in eo traditam sententiae Damasceni, vitium eius demonstrare hunc in modum satagens. sive enim, aiebat, singulari et unica contentum notione non est vocabulum προβολεύς productor, sed aliquando quidem in principii activi significatu usurpatur, aliquando autem nihil aliud sonat nisi datorem, suggestorem et simpliciter praebitorem, sive una est et simplex vocis istius potestas, aeque in utrovis casu necesse est fateri unum idemque sonare ambas illas locutiones, videlicet processionem in extantiam et processionem in aeternam exsplendescentiam. sicque plane recidere in irritum omnes Cyprii conatus, cum in idem manifeste concurrant quae ille frustra distinguere contendit. haec erat Vecci argumentationis summa scripto prolixiori declaratae. quod ille scriptum cum ad quosdam sibi adhaerentium misisset, dispersum ab illis est, et iudiciis expositum lectorum ad liquidum explorare studentium veritatem recti dogmatis, quorum se censuris suam disputationem

νους ἐλελήθει πάντως τοιαῦτα γράφων ἐκεῖνος, ὀργὴν δὲ ταῦτα καὶ μόνην τέως καὶ τοῦ ἀντιλυπεῖν ὄρεξιν ᾤοντο εἶναι καὶ ἡφροντίστουν καὶ κατημέλουν γράφοντος. πολὺ δ' ὑφεῖρπε τοῦτο ἀνὰ τὴν Κωνσταντίνου, περὶ μὲν τοῦ καθ' αὑτὸν ὑποστελλομένου τῶν ἀκουόντων ἑκάστου, ὡς μὴ δοκοῖεν ἀφ' ἑαυτῶν μέμφεσθαι, δεῖν δὲ καὶ ὡς ἐνῆν προσέχειν λεγόντων, μή πως ὁ λόγος ἔχοι τὸ B πιθανὸν καὶ μέσον δυοῖν ἐριζόντοιν αὐτοὶ κινδυνεύοιεν. ἔφερε δὲ πολλοῖς νοῦν ἡ τοῦ Βέκκου ἀντίρρησις, καὶ ἐφυλοκρίνουν ἀκριβῶς τὴν ἐξήγησιν, καὶ μᾶλλον ὅτι οὐδ' αὐτοί γε οἱ ὑπογράψαντες ἐπ' ἀσφάλειαν ὑπέγραφον, ἀλλὰ τῷ παρ' ἐκείνων ἐπερειδόμενοι γράμματι. (3) συμβὰν δέ τι καὶ περὶ τὸν ἐσκαμματισμένον χαρτοφύλακα (ὃ γὰρ Μοσχάμπαρ καὶ προαπέστη ἅμα μὲν ὀφφικίου ἅμα δὲ καὶ πατριάρχου, μικροψυχήσας ἐπί τισι, καὶ διὰ ταῦθ' ἑπόμενον ἑαυτῷ καὶ τὸν πεντεκκλησιώτην εἶχεν) ἐπέρρωσε κἀκείνου τὴν περὶ τὸν πατριάρχην δυσμένειαν, καί γ' οὐχ οἷοί τ' ὄντες αὐτῷ διαμάχεσθαι πρὸς τὸν τόμον ἀπεῖδον,

subiicere auctor profitebatur. caeterum iam tum, cum haec Veccus inchoavit, non latuit adversarios super hoc illum argumento commentari quidpiam. sed cum opinarentur irae dumtaxat in eo ipsum obsequi, nec aliud ostensurum id agendo nisi rabiosam pruriginem vicissim pungendi eos a quibus se confossum doleret, carituram auctoritate rebantur istam eius scriptionem, ideoque negligendam rem totam putarunt, securo inanis strepitus indormiscere contemptui statuentes sibi porro unice licere. haec patriarcham cum suis, ne interpellare aut impedire a scribendo Veccum curarent, tenuit fiducia, qua se falsos postea senserunt. nam Vecci commentarius per urbem Constantinopolim clam serpens cupide lectus a plurimis est, et plerisque aculeum infixit, contrahentibus animum pro se quoque, qui legebant aut legentibus aures dabant, dum arcana solicitantur cura, ne perfunctorie transmittentes rem accurata consideratione dignam temere praeiudiciis acquiescerent in iis quae per se ipsos expendisse diligenter par fuerat, committerentque ut se ipsos sero postea culpare cogerentur negligentiae supinae, oportere siquidem aequum arbitrum otiose cognoscere quae dicuntur ab utrovis disceptantium, explorareque ecquam verisimilitudinem forte maiorem eius oratio cui minus faveatur prae se ferat. alioqui passuros quod deprehensis in medio duorum certantium contingit, ut ipsi ex alieno iurgio proprium in sese periculum attrahant. hac ergo religione instincti lectores dissertationis contra tomum patriarchae a Vecco editae singula folia expendebant iudiciis acribus, maxime cum plerique reputarent haud se proprio sensu re clare perspecta ipsa et eius evidentia securitatem dante subscripsisse, sed fretos auctoritate scribentis scripto acquievisse. (3) quiddam porro quod contigit circa exchartophylacem (nam Moschampar paulo ante et cesserat officio et a patriarcha se removerat, quibusdam offensiunculis aversus, consortem quoque simultatis secum habens quinquecclesiensem) auxit utriusque in patriarcham odium. hi cum se haud pares cernerent ipsi palam oppugnando patriarchae, ad tomi accusationem animum appulere,

D δόξαν ἀσφαλείας δογμάτων, μὴ κενὴν διαφορὰν παρὰ πολλῶν ἀπολσεσθαι προνοούμενοι. καὶ δὴ παρασπαίρουσαν ἔτι ὁρῶντες τὴν παρὰ τοῦ Βέκκου τῷ τόμῳ μέμψιν, τοῖς γεγραμμένοις ἐπιφυέντες καὶ οὗτοι τὴν μάχαιραν ὤξυναν. ὁρμαῖς γοῦν παρακροτηθέντες μείζοσι καὶ τοὺς δοκοῦντας προκαταλαμβάνουσι τῶν
P 78 ἀρχιερέων, ὧν καὶ μείζους καὶ πρῶτοι ὁ Ἐφέσου τ' ἦσαν Ἰωάννης ἔτι ἀπών, ὁ Κυζίκου Δανιὴλ καὶ ὁ Φιλαδελφείας Θεόληπτος, ὃς δὴ καὶ παρὰ τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ πολλὴν καὶ μεγάλην εἶχε κατὰ πληροφορίαν τὴν οἰκειότητα. οἳ δὴ καὶ μέχρι μέν τινος καὶ αὐτοὶ διερχόμενοι τὰ τοῦ τόμου οὐ προσαπεδέχοντο τὴν ἐξήγησιν. τὸ γοῦν ταυτίζειν τήν τε πρόοδον τήν τ' ἔκφανσιν, καὶ
B ἐπὶ τούτοις τὸν γράψαντα καταμέμφεσθαι ὡς ταὐτὰ τῷ Βέκκῳ δοξάζοντα, οὐκ ἔκρινον ξυνετὸν οὐδ' ἄλλως εὔσχημον καὶ εἰς ἀπολογίαν εὐπρόσωπον· δοκεῖν γὰρ τοῖς πολλοῖς ἐντεῦθεν ἐπὶ κακίαις εὐθύνειν τὸν Βέκκον καὶ οὐ διὰ δογμάτων παραβασίαν, οἷς ὅτι καὶ αὐτοὶ ἀληθείας ἀνάγκῃ συνελαυνόμενοι τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ θεολογοῦσι, καὶ ὃ φεύγειν ἔδοξαν βασκανίας χάριν, τοῦθ' ὁμο-

uti ad rem eo faciliorem et successus pronioris, quod plausibili praetextu obtendebatur officii, quo quivis Christianus, praesertim ecclesiasticus, tenetur summo, quaerendae omni ratione securitatis in dogmate, excutiendique et explorandi in eo genere accuratissime quidquid quovis nomine ambiguum vel minimam dubitationem movet, hoc praeiudicio vulgo receptae opinionis haud immerito sperantes lucrifacturos se suspicionem iracunde ruentium in ultionem exosi capitis, et persuasuros studio se potius religioso orthodoxae doctrinae declarandae ad discussionem commentarii suspecti accedere. flagrante igitur adhuc invidia quam recens editio passim lectae confutationis Vecci tomo patriarchae conflaverat, et trepidantibus cum maxime Cyprii sequacibus in fama eius titubante sustinenda, insurgentes et isti gladium acuerunt, vehementique ingruentes impetu praeoccuparunt traxeruntque in partes praecipuos quosque antistitum. quos inter eminebant Ephesinus Ioannes, adhuc absens, sed expectatus Constantinopoli, Cyzicenus Daniel et Philadelphiensis Theoleptus, qui et apud magnum logothetam summa et gratia et auctoritate pollebat. his cunctis sat multa tomi lectione introspectam Cyprii sententiam expendere aggressis ea minime placebat, nec admittendam Damasceni expositionem iudicabant. haud tamen alioqui consentaneum ac plausibile putarunt criminari eo nomine auctorem tomi, quod male negaret idem plane valere processionem et exsplendescentiam, cum ex ipsa eius doctrina satis clare sequeretur synonyma prorsus esse ambo ista vocabula; unde posset efficaciter involvi patriarcha in damnationem Vecci idem ipsum asserentis, nec fugere posset quin si aberraret in hoc Veccus a recto dogmate, paris et ipse compertus erroris teneretur. verum ne hac illum parte urgerent ea ratione avertebantur, quod multi sentiebant Veccum culparum contra disciplinam, non autem erroris adversus fidem rectam reum esse, quippe qui quod affirmaret, idem necessario dicendum esset cuivis theologo, trinitatis mysterium, sicut oportet, explicanti, prout manifeste apparuisset ex eo quod quicumque illum pervicacia potius quam zelo veri-

λογοῦσιν ἀληθείας ἕνεκα. τὸ γοῦν οὕτω τὸν τόμον καταιτιᾶσθαι
οὐκ ἔγνωσαν δεῖν· τὸ δ' ὅτι τὸ προβολεὺς ὄνομα, ὃ ἰδιοτρόπως C
παρὰ τῶν πατέρων ἐπὶ τοῦ αἰτίου τοῦ πνεύματος παραλαμβάνεται ὥσπερ καὶ τὸ γεννήτωρ ἐπὶ τοῦ αἰτίου τοῦ μονογενοῦς λόγου,
5 αὐτὸς ὁμωνυμίσας ἐπὶ τῆς ἁπλῶς ἐκφάνσεως ἐξελάβετο καὶ οὐκ
ἐπὶ τῆς αἰτίας τοῦ πνεύματος καθαρῶς, ἣν καὶ πρόοδον λέγων
τὴν λέξιν ἀπέφασκε, τοῦτ' οὐκ ἠφίουν ἀκαταιτίατον, καὶ παραβασίας ἐκεῖνον ἐντεῦθεν δογμάτων ἐγράφοντο. τὸ μὲν οὖν ὑπ' ὀ- D
δόντα παρὰ τούτων καὶ ἔτι ἐφεῖρπε, τὸ δὲ καὶ ἀναφανδὸν λέγειν
10 πρὸς πάντας αἱ ἐπὶ τῷ τόμῳ ὑπογραφαὶ σφῶν οὐκ ἐπέτρεπον.
ζήτουν οὖν εὐπρεπῆ καταστῆσαι τὴν κατηγορίαν, καὶ δεῖξαι τὸν
Βέκκον Νέσσον ἄλλον ἄντικρυς, ὃς δὴ καὶ μετὰ θάνατον τὸν μέγιστον Ἡρακλέα κατηγωνίσατο. καὶ ταχὺ παρέσχεν αἰτίαν οὐκ
οἶδα εἴτε γ' ἡ τύχη εἴτε μὴν τὸ δαιμόνιον μήνιμα. (4) μονα- P 79
15 χὸς γάρ τις Μάρκος τοὔνομα, ἐκ γένους ἑξωτέρου Ῥωμαίων ὢν
καὶ πρὸς λόγον φιλοτιμούμενος, συνήθειαν ἔχων ἐκ τοῦ πάλαι
πρὸς πατριάρχην φοιτᾶν αὐτῷ καὶ διδάσκεσθαι, τότε δόξαν ἐκεί-

2. ὃ deerat.

tatis oppugnassent, ubi vicissim redigebantur ad necessitatem explicandi quid de mysterio eodem ipsi sentirent, declinare non poterant quin verbis similibus et eandem sententiam exprimentibus uterentur, ita ut unde ipsos arguendi prurigo retraxisset, eodem veritas compingeret. aliam igitur inire viam decreverunt impugnandi tomi, culpantes videlicet quod cum vox προβολεύς productor proprie usurparetur a patribus ad significandum principium activum Sancti Spiritus, sicut vox genitor ab iisdem adhibetur ad designandum principium activum unigeniti verbi, tamen scriptor tomi vocis προβολεύς significatum retulisset ad simplicem exsplendescentiam, non autem ad emanationem Spiritus Sancti e vero principio activo. quam emanationem vocabulo processionis exprimens, et processionem ab exsplendescentia distinguens, haud dubie adimeret voci προβολεύς productor notionem ipsi tributam a patribus, emanationis ut e principio activo. quod nihil minus esse contendebant quam defectionem a fide catholicae doctrinae; et ob hoc dicam apostasiae tomi auctori iure impingi censebant. haec eorum sub dente tunc mussitantium arcana murmuratio aliquandiu clam serpens timidis dumtaxat grassata susurris est: nam accusationem mendosi scripti suscipere publicam prohibebat verecundia magnorum nominum tomo in testimonium approbationis subscriptorum. exquirebant ergo secum modum et opportunitatem indagatum ibant tuto plausibiliterque defungendi delatione tot muniti auctoritatibus tomi, demonstrandique Veccum, similem illius e fabulis Nessi, quem ferunt a morte sua magnum Herculem vicisse, ipsa sui damnatione causam exitii sui indici ac censori attulisse. nec diu abfuit quin occasionem ipsis id agendi commodissimam seu casus seu divina suggereret ultio. (4) monachus enim quidam, Marcus nomine, haud genere Romanus, homo doctrinarum studiis deditus, consuetudinem ex longo habens ad patriarchum ventitandi danda ipsi docenti opera, circa hoc tempus, nescio quo aut

νῳ, οὐκ οἶδα πόθεν, συνιστᾶν αὐτὸν ἐκ λογογραφίας τὰ δόγματα, γράψας ὡς δῆθεν τὰ εἰς ἀντίρρησιν ἐμφανίζει τῷ πατριάρχῃ. ὃ δ' ἀνὰ χεῖρας λαβών τε καὶ διελθὼν καί τισιν ἐπιστήσας, καὶ ὡς
B εἴωθε πάλαι ποιεῖν, διδασκάλου τρόπον χερσὶν οἰκείαις τιν' ἄττα διορθωσάμενος ἀποδίδωσιν. ἐντεῦθεν ὁ Μάρκος λαβὼν τὰ πι- 5
στὰ ὥς τις εἶναι δόξας καὶ ὑπὲρ δογμάτων γράψας, τὸ γραφὲν ἐνεφάνιζε τοῖς πολλοῖς θαρρούντως, προστιθεὶς ὡς καὶ πατριάρχῃ ἐμφανίσειε τοῦτο καὶ ἐκεῖνός τινα διορθώσειεν, ἐγκαθιστῶν ἐντεῦθεν τὰ τῆς ἐκδόσεως. ταῦτα λαβοῦσί τισι, καὶ μαθοῦσιν
C ἐκεῖθεν ὡς καὶ αὐτὸς ὁμωνυμίζει τὴν λέξιν τὴν προβολεύς, ἄφυ- 10
κτον ἔχειν τὸν πατριάρχην ἐπὶ τῇ κατηγορίᾳ ἐδόκει· εἶναι γὰρ κἀκεῖνον ταῦτα φρονοῦντα, οἷς ὅτι λαβὼν εἰς χεῖρας τὰ γράμματα καὶ διεξελθὼν ἄλλα μὲν διωρθώκει καὶ οἰκείοις γράμμασι διεσήμηνε τὴν διόρθωσιν, αὐτὴν δὲ τὴν λέξιν ἀκαταιτίατον εἴασεν, ὥστε τὸν ἐν τῷ τόμῳ γρῖφον, ὡς ἄν τις εἴπῃ, καὶ τὸ τῆς 15
γνώμης γλαφυρόν τε καὶ ὕπουλον ἐν τῷ τοῦ Μάρκου παραγυμνῶ-
D σαι καὶ δεῖξαι γράμματι. ταχὺ γοῦν τὸ τοῦ Μάρκου γράμμα λαβὼν ὁ Θεόληπτος, ἐπιστὰς τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ, ἀνδρὶ λογίῳ καὶ περὶ τὴν τῶν δογμάτων ἐκκαιομένῳ, ὥστε πολλοὺς πιστεύειν,

cuius instinctu, applicuit animum ad commentarium de theologicis tunc agitatis controversiis scribendum, confutandorum scilicet eorum gratia quae a sui magistri adversariis iactabantur. id opus ubi elucubravit, patriarchae obtulit, qui percurrens, ut caeteras solebat discipuli scriptiunculas, quaedam in hac quoque minus sibi probata manu propria correxit, et sic emendatam reddidit. Marcus quidquid intactum in sic recensito suo commentario reperit, pro usquequaque probato habens, et sibi non parum gratulans quod tam multa inoffense commentari potuisset, opus suum ad certam gloriae spem festinata editione vulgavit; eique commendandae praefatiunculam addidit docentem visum a patriarcha et ubi opus fuit emendatum id scriptum fuisse priusquam ederetur. eunte per manus novo libro, movit quosdam quod in eo annotarunt tradi etiam clarius quam in tomo patriarchae damnabilem illam restrictionem notionis in voce προβολεύς, qua principii activi significatus contra manifestam patrum auctoritatem ab ea excluditur; quo animadverso praeclaram se nactos sunt gavisi opportunitatem oppugnandi minore invidia in discipulo magistri, cui negare iam integrum non esset se plane ita sentire, utique cum alia quaedam corrigens in scripto discipuli illud, ut suae congruens sententiae, ulla configere animadversionis nota omisisset. quare quod perplexum et subterfugiis astute paratis ambiguum, griphi, ut quis dixerit, ritu patriarcha aenigmatice in tomo occultasset, profecto iam teneri deprehensum palam, simpliciter illud diserteque declarante fusa liberaque nec ullis allegabilium excusationum offuciis insidiose munita scriptione auditoris eius Marci, quam approbans patriarcha paucis immutatis, quid de notione verbi προβολεύς vere sentiat clare monstraverit. cupide igitur arrepto Theoleptus Marci monachi commentario magnum adit logothetam, virum et caetera eruditum, et in disquisitionibus theologicorum dogmatum

ἀσφάλειαν, ἐκφανίζει, καὶ μεθ' ὅσης εἴπῃς τῆς ἐπιστάσεως διεξ-
ήρχετο, καί γε προοικονομησάμενος τὸ κακόδοξον ἐκ πολλῶν, εἰ
οὕτως ἔχοι καὶ αὐτῷ ξυνδοκοίη, διεπυνθάνετο. καὶ τὸν ὁμολο-
γεῖν παρευτίκα, καὶ καταρριπτεῖν τε καὶ ἀποβάλλεσθαι ὡς κα- E
κῶς ἔχον καὶ τολμηρῶς τὸ σύμπαν. ταῦτ' ἐκείνου διευλαβου-
μένου περὶ τὰ γράμματα ὡς τὸ μέγιστον ἔχοντα σφάλμα περὶ τὰ
δόγματα, τὸν Φιλαδελφείας αὐτίκα τὸν τόμον ἐξενεγκεῖν, καὶ
"τί γε ἄλλο" φάναι "δοκεῖ σοι πρὸς ταῦτα τὸ παρὰ τοῦ πα-
τριάρχου λεγόμενον;" ἐπέστησε κἀκεῖνος εὐθὺς τῇ λέξει, καὶ τὰ P 80
αὐτὰ ὡμολόγει, καὶ ἀγνοίας τὸν πατριάρχην μεγίστης ἐγράφετο.
καὶ τὸ πρᾶγμα δῆλον τοῖς πολλοῖς γεγονὸς μέχρι καὶ αὐτῶν τῶν
βασιλικῶν ἀκοῶν ἄνεισιν. ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπιστήσας τοῖς λεγο-
μένοις, καὶ πολλοὺς καὶ μεγάλους βλέπων τοὺς καταιτιωμένους,
δεῖν ἔγνω διορθοῦν τὸν λόγον πρὸς ὅ τι καὶ δόξοι τὸ εὐσεβέστα-
τον· μηδὲ γὰρ εἶναι καλὸν αὐτοὺς ἄλλοις ἐγκαλοῦντας παραβα-
σίας περὶ τὰ δόγματα ἐνέχεσθαί γε καὶ τούτους καὶ κακῷ τὸ B
κακὸν ἰᾶσθαι δοκεῖν. ταῦτα τοῖς περὶ τὸν πατριάρχην οὐκ ἦν
ἀγνοεῖν, ἀλλὰ κἀκεῖνος ἀκούει τὸ δρᾶμα, καὶ οὐκ ἀνεκτῶς ὕβριο-

ingenti securae veritatis indagandae zelo cum versari solitum, tum hoc ipsum ostentare multitudini gaudentem. huic ostendens commentarium Marci mendosum locum indigitat, accuratoque sermone vitium eius ac perniciem orthodoxae veritati nefarie oppositam demonstrat. tum e logotheta percontatur ecquid ipse cum Marco sentiat, doctrinaeque tam corruptae acquiescat. negavit enimvero ille statim, volumenque abliciens clare professus est se id totum reprobare ut malum et temerarium. qua in expressione indignationis suae adversus audacem novitatem, exardescenti suo more ferventius logothetae, opportune arrepto Philadelphiensis tempore, tomum a patriarcha editum obtulit, ex eoque illa verba legit quae similem damnatae iam in Marci libro pravitati sententiam, si recte intelligerentur, continebant; quod sic re ipsa se habere efficaci oratione declaravit. hic logotheta, velut apertis sibi oculis prius non animadversam intuens labem, aspectu resiliit, verbique insidiis opertum malum cum primum agnosceret detestari se professus, maximae patriarcham inscitiae damnavit. nec abfuit quin propagata ea res in notitiam multorum brevi ad aures imperatoris perveniret, qui et ipse in sensum arcane pravum verborum tomi ambiguorum facile tot iam agnoscentium admonitu penetrans, multosque ac magnos viros cernens in culpando tomi loco, clarius a Marco expressam obscurius adstruente sententiam, unanimi assensu convenire, decrevit eum oportere congrua emendatione in sensum orthodoxae doctrinae quam accommodatissimum reformari: non enim esse consentaneum, qui alios defectionis a vera fide accusarent, eius ipsius teneri convictos criminis; atque adeo isti malo curando id adhibere pro remedio, quod ipsum esse malum deprehenderetur. talia dum primo mussitarentur, deinde sensim increbescerent, haud diu potuere occultari patriarchae. audiit cito rem totam, et quid pararetur intelligens, in contumeliae non tolerabilis parte numeravit se tanta ex tam multo theologicae

παθῶν εἶχεν, εἰ τοιοῦτος ὢν ἐν λογίοις καὶ τοιοῦτος δοκῶν ἐν δογμάτων ἐπιστήμῃ παραβασίας καὶ αὐτὸς ἐγκαλοῖτο, καὶ τῆς μεγίστης, ὡς ἔπειθον. ὅθεν καὶ ἀξιούμενος διορθοῦν τὸ σφαλὲν αὐτός, ἐν δεινῷ ποιούμενος τὸ σφάλμα ὁμολογεῖν ἐν τοῖς αὐτοῦ
C γράμμασιν, οὐκ ἐπείθετο, ἀλλὰ καὶ προσωργίζετο ὑπερηφανῶν. τὸ δ' ἐντεῦθεν προσιόντες βασιλεῖ πεισμονῆς ἐνεκάλουν καί γ' αἱρέσεως, καὶ ἀπεσχίζοντο κατ' ὀλίγον ἐκείνου ὡς μὴ ἀγνοίᾳ ὀφθεν
D καὶ ξυναρπαγῇ περιπεσόντος, ἀλλὰ καὶ γνώμῃ. (5) τὰ γὰρ πρὸ τοῦ ἤπειγον τούτους τοιούτους εἶναί τε καὶ φαίνεσθαι. τὰ δ' ἦσαν πρῶτον μὲν τὸ τοῦ Ἀλεξανδρείας Ἀθανασίου, ὃν πολ-
P 81 λοῖς ὑπῆγον τοῖς χαλεποῖς πρότερον, μέχρι καὶ αὐτῆς ἐξορίας περιστάντες τὴν δριμύτητα τῶν κακῶν, ἐφ' ᾧ τὸν τόμον καθυπογράψειε, κἂν ἐκεῖνος μετὰ πολλὰς ἐπηρείας τὸν μὲν τόμον, ὡς μὴ δοκιμάζειν ἔχων ὡς ἀλλοεθνὴς καὶ τῶν ἡμετέρων δοκῶν ἀξύνετος ὁ τοσοῦτος τὴν γνῶσιν, παρεθεώρει, ἄλλην δέ τινα ὁμο-

8. τὰ] τὸ P. 12. περιστάντες?

doctrinae existimatione subnixum accusari aberrationis a dogmate orthodoxo, eiusque, ut sui quidem adversarii persuadere conarentur, longe gravissimae ac turpissimae. quare ad hunc tali indignatione praeoccupatum cum venissent qui rogarent ut ipse corrigeret quod in tomo eius vitiose scriptum erat, praefracte negavit agnoscere se quidquam in suo tomo quod emendari opus esset, de petitione insuper illa ipsa, uti de irrogata sibi contumelia, conquerens, iraque ex fastu non modica saeviens. sic repulsi qui patriarcham adierant, imperatori renuntiarunt non modo pravae contra fidei dogma persuasionis, sed addita huic pervicacia etiam haereseos compertum eum teneri. deincepsque sensim plurimi ab eius communione se abscindebant, ut hominis non ignorantia scilicet lapsi, aut in raptu mentis alio attentae caeco per lubricum impulsu in ruinam praecipitati, sed certa scientia fixaque animi pertinacia errorem amplexantis suum. (5) haec patriarchae contumacia ut cunctis videretur intolerabilior, faciebant quae paulo prius in summae dignitatis auctoritatisque personas severissime in hoc genere agi omnes viderant. in recenti quippe memoria versabatur quam nulla fuisset habita ratio virtutis doctrinae gradusque conspicui, quibus Constantinopoli peregrinans eminebat Athanasius Alexandrinus patriarcha, cum illum ecclesiastici volente imperatore vehementissime urserunt ad subscriptionem tomi, gravissimis inflictis recusanti poenis, usque ad ipsam eiectionem in exilium. quibus ille minis malisque non pertractus quidem prorsus est eo quo impellebatur: tamen acerba plurima perpessus, tandem aliquo modo satisfacere curavit, allegata excusatione plausibili, haud suum esse, hominis longe a sua ecclesia vitam peregre privatam actitantis, scriptum praesidis eius urbis in qua ipse hospes degeret, iudicio suo subiicere, quod facturus videretur, si suum illi a se lecto subscribere nomen attentaret in signum sententiae de ipso suae, praesertim cum probare librum inexploratum nemo sanus deberet, explorare autem aut quantum par erat expendere tam multa in tomo scripta otii ac facultatis non esset suae, quoniam alibi educatus usus ac sensus proprios Constantinopolitanae ecclesiae minus perspectos habe-

λογίαν ἐξ ἑαυτοῦ ἔγραφε καὶ ὑπέγραφεν, αὐτὴν δὴ τὴν τῶν ἁγίων καὶ κατημαξευμένην, μηδὲν τὸ ἀσαφὲς καὶ ὑπονοούμενον ἔχου- B
σαν. δεύτερον τὸ κατὰ τὸν Ἀντιοχείας Ἀρσένιον, πῶς μόνον ἀκουσθὲν συσταθεὶς ἐπ' ἐκκλησίας τῷ ῥηγὶ Ἀρμενίας τὰ ἔσχατα
5 κατεγνώσθη καὶ τῶν διπτύχων ἐξεβάλλετο. καὶ βασιλέως ὅτι τε τὸν πατέρα δόξαντα περὶ τὴν ἐκκλησίαν ἁμαρτεῖν ἄταφον ἀφῆκε καὶ ἀμνημόνευτον, καὶ ὅτι τὴν προτέραν σύζυγον τὰ ὅμοια περὶ τὴν εὔφημον μνείαν ἔδρα, καὶ τρίτον τὴν μητέρα, ὅτι εἰ μὴ καὶ αὐτὴ τὸν τῆς πίστεως δέδωκε λίβελλον, οὐκ ἂν εἰς κοινωνίαν ἐδέ- C
10 ξατο. πολλή τις ἦν ἡ κατὰ τοῦ πατριάρχου μέμψις, ὅτι δόξας σφαλῆναι μὴ διορθῶτο ἀλλ' ἰσχυρογνωμονοίη καὶ μῶμον προστρίβεσθαι θέλοι τῇ ἐκκλησίᾳ, ἁπάντων μῶμον τὸν χείριστον. ὑπέρρει γοῦν διὰ ταῦτα ἡ πρὸς ἐκεῖνον τοῦ βασιλέως διάθεσις, καὶ οἱ κατ' ἐκείνου ἴσχνον πλέον καὶ πλέον ἔτι, μέχρις ἂν καὶ τοῦ D
15 δηλωθέντος Ἀθανασίου παραγγείλαντος καὶ συμβουλεύοντος· δῆθεν τὴν ὑποχώρησιν (ἐκοινοῦτο γὰρ καὶ τούτῳ τὴν γνώμην ὁ βασιλεύς, καὶ αὐτὸς ἐπευδόκει πρὸς ταῦτα, ὡς καὶ ὑποστῆναι τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἄφιξιν ἐφ' ᾧ ξυμβουλεύοι) (6) ἀπειπὼν ἐκεῖνος P 82
καὶ ἀπονάρκησας τοῖς ὅλοις, ἐν μιᾷ τῶν κυριωνύμων ἡμερῶν,

ret quam ad istud examen foret necesse. quod unum recte posset, daturum se scriptam professionem suae fidei, quam et exhibuit, ediditque subscriptam a se, sanctorum dictis congruentem ac trita gradientem via nihilque obscurum aut suspicioni obnoxium habentem. adiungebatur eo, quod pari acerbitate consultum adversus Arsenium Antiochiae patriarcham super fuerat. qui auditus solum consensisse in negotio ecclesiae cum rege Armeniae, ultimae statim damnationi subiectus et erasus e diptychis fuisset. tertium denique celebrabatur ecclesiasticae constantiae in tali causa domesticae pietatis victricis luculentum exemplum, siquidem Andronicus ipse Augustus parentem proprium errasse in ecclesiae causa iudicatum insepultum et officio memoriae mortuis reddi solitae multatum dimiserat. quin et priorem suam coniugem pari funeris et mentionis in sacris, simili ex causa, honore privaverat; denique matrem ipsam suam nonnisi dato ab ipsa libello fidei in communionem admiserat. talia reputantibus et passim iactantibus multa cunctis oboriebatur contra patriarcham indignatio, in acres ipsius reprehensiones erumpens, quod is palam errasse deprehensus emendari recusaret, ac sua pertinacia labem inureret ecclesiae, labemque omnium pessimam. refrigescebat his de causis ardens prius imperatoris in eum affectus, et adversariorum eius magis quotidie magisque potentia crescebat. eo quidem usque ut modo memoratus Athanasius ipsum adiens auctor ipsi fieret patriarchalis dignitatis ultro abdicandae. id porro Alexandrinus non per se ausus imperatoris suasu suscepit: nam Andronicus suum illi eius rei desiderium communicaverat. cui ille in re tali obsequendum ratus, sustinuerat convenire patriarcham, et quod haud gratum sciret fore, sponte consilium obtrudere. (6) aversatus ille quidem est invisam propositionem, nec se obsecuturum recepit.

ὁμιλίαν λαλήσας πρὸς τὸν λαὸν ὡς πολλοὶ ἐπισυνέστησαν κατ' αὐτοῦ καὶ ὡς μὴ οἷός τ' εἴη ἀντέχειν εἷς πρὸς πολλούς, καὶ ταῦτα καὶ τῶν Ἀρσενιατῶν εἰρηνεύειν ὑπισχνουμένων εἰ καὶ αὐτὸς ἐξέλθοι, καὶ τέλος ὡς κατὰ δοκιμασίαν ἐξέρχεται, ἐπειπὼν ὡς εἰ μὴ
B γ' εἰρηνεύσοιεν τῇ αὐτοῦ ἀποστασίᾳ ἐπιστησόμενος αὖθις καὶ ὡς θὴρ ἐκείνους καταδραμούμενος, ἔξεισι καὶ τῇ τῶν Ὁδηγῶν μονῇ φέρων ἑαυτὸν δίδωσιν, οὐ μὴν δὲ ὥστε καὶ ἀπρακτεῖν τελέως, ἀλλὰ καὶ συνεισβαλλόντων τῶν περὶ ἐκεῖνον ἀρχιερέων καὶ κληρικῶν συνόδους τε γίνεσθαι καὶ κρίσεις ἀποκαθίστασθαι καὶ τὰ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν καὶ αὖθις οἰκονομεῖσθαι, μνημονευομένου καὶ ἔτι.

Ἀλλ' οὐδὲ καὶ τὸ ἐπ' ἐκείνῳ σκάνδαλον κατεστέλλετο, ἀλλὰ
C καὶ μᾶλλον ἐλθόντος καὶ τοῦ Ἐφέσου Ἰωάννου, ὃν καὶ μακρόθεν οἱ κατ' ἐκείνου προκατελάμβανον, μεῖζον ἤρετο, καὶ ὁ κρατῶν ἐν διχονοίαις ἦν εἰ μνημονευομένου ἐκείνου αὐτὸς ἁγιάζοιτο ταῖς θυσίαις. διὰ τοῦτο καὶ πολλῶν μεταξὺ συμβάντων χώραν σχόντες οἱ κατ' ἐκείνου τὸ τούτου ὄνομα ἐν ταῖς συνάξεσι κατεσίγαζον, καὶ παραίτησιν ἐζητοῦντο ἐφ' ᾧπερ καὶ τὸν ἄξιον προχειρίσαιντο. ἀλλ' ἐν τοσούτῳ καὶ ὁ εἰς πατριάρχην Ἀντιοχείας

caeterum fractus animo et diffidens rebus suis, quadam die dominica, homilia ad populum perorata, qua questus est multos insurrexisse adversum se, nec resistendo parem esse, utique unum comparatum plurimis; velle igitur cedere, ac cum Arsenianos iactare audiret pacem ipsos amplexuros si amoveretur e medio Gregorius, cupere probare an vera dicerent, ideoque secedere tantisper, animo dumtaxat explorandi quid sint acturi, iam nunc plane denuntians, nisi illi promissis steterint et ecclesiam turbare desierint, rediturum sese, et quidem iratum et ultorem, ferae instar ad eos incursandos erumpentis. tantum effatus exiit, et se Hodegorum monasterio abiens condidit, non tamen ut functionibus prorsus inde cunctis abstineret patriarchalis potestatis: quin et convenientibus ad eum partis eius antistitibus ac clericis synodi ab iis celebrabantur et iudicia exercebantur, adeo ut paulatim totam Cyprius ecclesiae administrationem, ut ante, resumeret, quippe qui nec possessionem amisisse videretur, memorari adhuc inter sacra solitus.

Caeterum offensio erga illum publica per hanc secessionem nulla ex parte minuebatur: quin auctae potius brevi turbae sunt, adventu in urbem Ioannis Ephesini, quem absentem iam fuisse praeoccupatum tractumque in partes adversantium Gregorio diximus. inter haec scrupulus quidam angebat imperatorem, dubitantem an sacra quae adiuncta Gregorii patriarchae publica commemoratione celebrarentur, sibi ad sanctificationem prodessent. propter hoc, et alia insuper multa sub id tempus occurrentia invidiae in Gregorium inflammandae apta, captato eius inimici tempore nomen eius in synaxibus silentio presserunt, et ab ipso abdicationem petierunt, ut ad digni electionem in eius locum rite inde procederent. hoc rerum articulo Cyrillus ex Tyri episcopata in patriarchatum

ἐπ' ἀνατολῆς ταχθεὶς ἀπὸ Τύρου Κύριλλος μετ' Ἀρσένιον, ἀνὴρ D
εὐλαβὴς καὶ ἡσυχίας φίλος καὶ πλήρης ἐκκλησιαστικῆς καταστά-
σεως, τῇ Κωνσταντίνου ἐπιφοιτᾷ, ὃν ἔδει πάντως ἐλθόντα τὸ
κῦρος ἐντεῦθεν λαβεῖν ἐκ μεταθέσεως ἀναβιβαζόμενον, κἂν τότε
μὴ δεχθεὶς ὕστερον μετὰ χρόνους ὀκτὼ μόλις, καὶ ὑποσχέσεις
δοὺς ἢ μὴν μὴ κατά τι Ἀρμενίοις συνέρχεσθαι ἐν τῇ ἐκείνων διά- E
γοντα, ἐπεὶ τὰ κατὰ Συρίαν ἠφάνιστο, προσεδέχθη, κἀνταῦθα
τὸ βιοῦν ἀπήντλησεν. ὡς γοῦν ἐπιδημήσας οὗτος τῇ Κων-
σταντίνου τῷ τότε ὑπὲρ ἄλλους ἐν τοῖς τῶν Ὁδηγῶν κατοικεῖν
προστιμᾶτο, ἀπάρας ἐκεῖθεν ὁ πατριάρχης Γρηγόριος τῷ τοῦ
ἁγίου Παύλου τοῦ ἐν τῷ Λάτρῳ μετοχίῳ μετοικισθεὶς δίδοται.
(7) καὶ ἦν ἐκεῖ διαφιλονεικῶν πρὸς ἀρχιερεῖς καὶ βασιλέα ἐπι- P 83
καλούμενος, εἰ λαβόντες αὐτὸν σοφόν τε καὶ ἔντιμον νομιζόμε-
νον, προσέτι δὲ καὶ ὀρθοδοξοῦντα, οὐχ ὅπως ἀτιμοῖεν ἐκεῖνον,
ἀλλὰ καὶ προσαφαιροῖντο τὸ ἐπὶ τῇ ὀρθοδοξίᾳ σέμνωμα. καὶ
δὴ καὶ ὡς εἶχε γράφων τὴν ἐπὶ τῷ τόμῳ τῶν κατηγορουμένων
ἐπίνοιαν, ὅπως γράψοι τὴν ἀρχὴν καὶ ὅπως φρονοίη, καὶ ὡς εἰ
μὴ οὕτως ἐξηγοῖντο, ἀνάγκη πᾶσα εἰς τὴν τοῦ Βέκκου γνώμην B
ἐμπίπτειν, ταῦτα λέγων ἠξίου διδόντας αὐτοὺς τὸ ἐπὶ τῷ ὀρθο-

17. *si* deerat.

Orientalem Antiochiae post Arsenium, translatus, vir religiosus, quietis amicus, plenus ecclesiastica gravitate, Constantinopolim advenit, quod illum ut faceret cogebat necessitas ratae reddendae promotionis suae, haud aliter firmam auctoritatem habiturae propter transitum ex uno throno in alium, cuius inde gratiam impetrari oporteret. quamquam tunc non impetravit ille quidem. verum post annos octo redlens, vix, promissionibus datis se neutiquam in ulla re cum Armenis conventurum, quando in eorum ditione degeret rebus Syriae iam perditis, denique admissus est, et hic vitam exhausit. is igitur circa tempus cuius modo acta referebamus, Constantinopolim appulsus, cum propter eminentem super alios dignitatem eximie honorandus visus fuisset assignando ei apud Hodegos diversorio, recedens inde patriarcha Gregorius in hospitium Sancti Pauli in Latro transmigravit, illucque se abdidit. (7) ibi erat altercans cum episcopis et imperatorem accusans, quod se, quem assumpsissent sapientem et honorabilem creditum ac praeterea orthodoxe sentientem, nunc non modo ignominia afficerent, sed et ipsi pretiosum decus orthodoxe sentientis auferrent. inter haec quiritanda totus incumbebat in scriptitandas confutationes accusationum quae tomo a se edito intentabantur. istarum omnium apologiarum unus erat scopus demonstrare quam iusta occasione, quam recto animo ipse a principio scribere aggressus esset, tum docere quam innocens et ab omni macula immunis sententia latuerit sub quibusdam in suo tomo obscure positis verbis ambigueque perplexis; quae quidem ultro fatebatur, nisi eo modo quo nunc exponebat declararentur, necessario in Vecci sententiam incidere. haec ita disputans, petebat dari sibi ab iis quos compellabat, antistitibus

δόξῳ οἱ βέβαιον καὶ ὁμολογοῦντας ἀντιλαμβάνειν παρ' ἐκείνου τὴν τοῦ θρόνου παραίτησιν. τοῦτο οὖν ἐκείνοις λαβύρινθος ἄντικρυς δυσδιέξιτος· εἰ γὰρ ὁμολογοῖεν ὀρθόδοξον, ἡ ἐπὶ τῇ παραιτήσει ἀξίωσις οὐχ ὅπως ἄδοξος ἀλλὰ καὶ τυραννικὴ κατεφαίνετο. ἀντηξίουν γοῦν διὰ ταῦτα κἀκεῖνοι τὸν βασιλέα κρίσει
C ἐπιτραπῆναι τὰ κατ' ἐκεῖνον, καὶ εἰ μὲν εὑρεθείη ὑπὸ κοινῆς σκέψεως τὸ ἀσφαλὲς ἐφ' οἷς ἔγραψεν ἔχων, τελεῖν καὶ αὖθις εἰς πατριάρχην ἐκεῖνον, εἰ δέ γ' ἐξελεγχθείη ἐμπεσὼν εἰς σφάλμα δογμάτων, αὐτὸν μὲν ζητεῖν ἐν μετανοίᾳ συγγνώμην καί γε λαμβάνειν, αὐτοὺς δ' ἀφέντας ἐκεῖνον δικαίως (καὶ τίς γὰρ ἐντεῦθεν παραιτήσεως χρεία;) ζητεῖν τὸν ἄξιον. ἐδέξατο τὸν λόγον ὁ βασιλεύς, καί γε πέμψας παρεδήλου τῷ Γρηγορίῳ τὰ παρὰ τῶν ἀντιδικούντων λεγόμενα. ὁ δὲ καθάπαξ δεινὸν ἡγούμενος εἰ καὶ
D αὐτὸς ὁ δοκῶν ὑπὲρ ἄλλους ἐπὶ τῇ παραβασίᾳ ἁλίσκοιτο δόγματος, ἐδέχετο τὴν ἀξίωσιν καὶ ἕτοιμος ἦν ἁπάντων εἰς κρίσιν. ὅθεν καὶ ὥριστο μὲν ἡ ἡμέρα, ὥριστο δ' ὁ τόπος· ὁ δ' ἦν τὸ μέγα τοῦ βασιλέως παλάτιον. ἐτάττοντο οἱ κριταί, οἱ κατηγορήσοντες ἡτοιμάζοντο· οἱ δ' ἦσαν οἱ σχισθέντες ἐκείνου, ὅσοι τε τῶν ἀρχιερέων καὶ ὅσοι τῶν κληρικῶν. τὰ πάντ' εὐτρεπῆ,

videlicet et Augusto, testimonium omni auctoritatis firmitate ad fidem plenam munitum, quo illi profiterentur plane se comperisse Gregorium patriarcham haud umquam in dogmate orthodoxo titubasse, huius testimonii diplomate accepto se vicissim daturum pollicens rite conscriptam throni cessionem. id istos labyrintho inclusit inextricabilis perplexitatis, secum utique reputantes, postquam eum sine dubitatione orthodoxum declarassent, flagitationem abdicationis throni pudendam ipsis et tyrannicam apparituram. quare aliam expeditiorem viam rati sequendam antistites imperatorem orabant ut iudicium rite institui de causa fideque Gregorii sineret, permittendo eum liberis synodi suffragiis; quibus si absolveretur et post accuratam explorationem scripta eius ab omni pravae doctrinae suspicione aliena reperirentur, confirmaretur sane in antiqua possessione patriarchalis dignitatis, et throno insidere, ut prius, pergeret: sin clare convinceretur incidisse in errorem circa dogmata, tum ipse in poenitentium ordinem redactus veniam posceret et impetratam acciperet, ipsi autem iam tum eius obedientia rite soluti (nam quae tandem in eo casu necessitas abdicationis foret?) quaererent alibi dignum qui throno subrogaretur. admisit propositionem imperator, et missis ad Gregorium certis hominibus ei significavit quid eius adversarii poscerent. hoc ille cognito, qualemcunque arripiendam occasionem putans turpissimae inustae suo prius late inclyto nomini labis semel eluendae, prompte admisit quod offerebatur, paratissimumque se exhibuit vadimonio sistendo. dies inde dicta iudicio est, designatusque locus magnum palatium imperatoris. nominantur iudices, accusatores comparantur. erant hi quotquot ex episcopis et clericis se palam a Gregorio absciderant. parata cuncta erant, in procinctu proximo conventus. adest statuta dies, qua congregandi omnes in loco expectabantur. universos praevertit patriarcha cum suis, mane

ἔδει δὲ συνελθεῖν καὶ μόνον. ὡς δ' ἡ κυρία παρέστη καὶ ἁπαν-
τᾶν ἔδει εἰς ταὐτὸν πάντας, αὐτὸς συνάμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν P 84
πρωϊαίτερον ἑτοιμασθεὶς ἔφιππος σὺν ἐφίπποις πρὸς τὸ παλάτιον
ἀπαντᾷ, καί που ἱστάμενος ἔξω ὡς ἔτυχεν ἔχων, δήλην τῷ βα-
σιλεῖ τὴν σφετέραν ποιούμενος ἄφιξιν ἁπαντᾶν τὴν ταχίστην καὶ
κριτὰς καὶ κατηγόρους ἠξίου. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς σοφώτερόν
τι καὶ βαθύτερον ἐννοῶν, ὡς γεγονυίας τῆς διαλέξεως οὐδὲν ὅλως
χωρήσει κατ' ὀρθὸν τὸ πρᾶγμα, ὡς θάτερον ἀμφοῖν γενέσθαι,
ἢ ἐκεῖνον φανέντα κακὸν ἡσυχάζειν ἢ ἐκείνους διαβολεῖς ὁμολογεῖν,
ἀλλὰ παραμένειν καὶ αὖθις τὸ σκάνδαλον, φύσεως ἐχόντων τῶν B
λόγων λόγοις μάχεσθαι, ὡς πραγμάτων καὶ μόνων εἶναι τὴν ὁμο-
λογίαν τῆς φύσεως, ὡς ἔχουσι φαινομένων καὶ μὴ ὡς λέγονται,
ταῦτα σκοπήσας, καὶ μᾶλλον ὅτι τοῖς καταβαλοῦσιν οὐκ εἰς
ἀσφαλὲς πάντῃ περισταίη ἂν τὸ πραχθὲν ὡς εἰς ὀβελισμὸν ἀγο-
μένοις διὰ τὴν τοῦ χειροτονητοῦ παραβασίαν, καὶ μᾶλλον ὅτι
καὶ τὸ ἐπισφαλὲς ὁμολογοῦντες ὑπέγραψαν, οὐκ ἔκρινεν εἰς συμ-
φέρον γενέσθαι τὴν κρίσιν. ὅθεν καὶ πέμψας ἀπήρτια τὴν διαδι- C

iam tum primo eques ipse cum sociis item equitibus ad magnum palatium expeditus occurrens. ac ubi primum palatinos ministros reperit, consistens, nuntiare iussit imperatori suum adventum, rogareque a se ut iudices quamprimum et accusatores coire suos vellet. verum imperator re attentius considerata mutaverat sententiam. repetens enim memoria successum similis colloquii cum Vecco habiti, ex quo nihil utile ad pacem ecclesiae provenisset, facile intelligebat haud maiorem expectari debere conventus huius fructum. alterum enim necessario secuturum, ut aut Gregorius peccasse iudicatus indeque redactus in ordinem privatus viveret, aut ipsius palam innocentia perspecta eius adversarii infamiae ac poenis calumniatorum subiacerent. utrumvis autem contingeret, mansurum nihilominus ecclesiae scandalum, nec remissius saevitura rixantium iurgia, cum sermones opponere sermonibus, et natura promptum et usu ac licentia infinitum sit, siquidem ubi res ipsae, quae controversias palam exhibitae finirent, non proferuntur nisi larvatae formis, quibus eas dissentium oratio fucavit, nulla spes restat litium finiendarum, quibus inexhausta humanae linguae loquacitas scaturiginem semper suggeret aeterno profluvio suffecturam, una sola, sed dudum ubique desperata conditione certae pacis inter homines proposita, si posset effici ut de rebus prout re vera sunt, non prout pinguntur dicendo, iudicaretur. denique adversariorum Gregorii, hominum sibi carorum, causa et periculo maxime imperator movebatur ad vitandam aleam iudicii de homine quem ipsi patriarcham fecissent, cuius tomo subscripsissent, instituendi. nam hoc secundum accusantium spes ac vota damnato, statim apparebat errasse illos et pessime ecclesiae consuluisse, qui suis temere suffragiis suspectae doctrinae virum in thronum evexissent, unde postea deprehensa eius a fide recta defectione deiiciendus necessario fuisset. apparebat et erroris ob quem is damnatus esset haud fuisse immunes eosdem, utpote qui verba illa suspecta, sub quibus latuisse haeresim postmodum ipsi agnovissent,

κασίαν. καὶ γὰρ καὶ οἱ ἀντίθετοι τούτῳ εὐφυῶς ἀπεκρούοντο τὰ τῆς κρίσεως, οὐκ εἰς συμφέρον ἔσεσθαι τοὺς λόγους πολλῶν κινηθέντων διαβεβαιούμενοι, ἔπειθον δὲ βασιλέα πέμπειν καὶ ἀξιοῦν παρέχειν λίβελλον παραιτήσεως. μηδὲ γὰρ εἰς συμφέρον ἔσεσθαι τὴν ἐξέτασιν, αὐτοὺς δ' ἐντεῦθεν ὁμολογεῖν εὐσεβῆ, καὶ μηδένα τὸν δισταγμὸν ἐπὶ ταῖς σαῖς, φησί, φέρειν δόξαις, μόνον δὲ σκανδαλισθῆναι διὰ τὸ τοῦ Μάρκου γράμμα, ὃ καὶ αὐτὸς
D σὺ φθάσας πολλάκις ταῖς ἀποβολαῖς δέδωκας ὡς παρὰ τὸ ὀρθὸν συντεθὲν τῆς κοινῆς δόξης τῆς ἐκκλησίας, καὶ διὰ ταῦτα δίκαιον εἶναι βασιλεῖ τε πείθεσθαι τὰ χρηστὰ συμβουλεύοντι καὶ εἰρηνικῶς ἀπαλλάττειν. ταῦτα πολλάκις διεμηνύετο, ἀλλ' οὐκ ἔπειθε. καί γ' ἐπὶ πολλοῖς καὶ τὸν τότε κοιαίστορα Χούμνον καὶ τὸν συγγράφοντα συνάμα πέμπων ὁ βασιλεὺς προσέταττε λέγειν καὶ ἀξιοῦν τὰ αὐτὰ παρ' αὐτοῦ. τυραννεῖσθαι γὰρ τῇ εἰς ἐκεῖνον
E ἀγάπῃ ἐπὶ τῷ μέχρι τόσου τὴν ἐκκλησίαν κυμαινομένην περιορᾶν, καὶ μηδὲν ἐφεῖναι τοῖς κατ' ἐκείνου ὥστε καὶ πλέον τι παρὰ τὸ εἰ-

sua festinassent subscriptione inconsultissime firmare. quo utroque nomine quin poenas ecclesiae deberent, non videretur posse dubitari. his secundis cogitationibus de priori tunc consilio detractus Andronicus, cum misisset qui iudicii apparatum disiicerent, haud multum ii repugnantes invenerunt accusatores patriarchae. hi enim suum quoque ipsorum in tali causa verti periculum intellexerant, veriti ne motis, ut fit, ea occasione multis aliquid detegeretur, quod grave ipsis damnum accerseret. confirmarunt ergo cupide imperatorem in nova sententia iudicii omittendi, auctoresque illi fuere mittendi ad Gregorium qui libellum abdicationis sedis ab eo poscerent, praetextu ipsius famae consulendi. cum enim sint ancipites iudiciorum exitus, videre profecto ipsum quam foret sibi turpe damnari. victoriae autem incertae fructum certum iam nunc citra certamen offerri: promittebant quippe, simul ab eo accepissent cessionis syngraphum, se vicissim illi testimonium authenticum daturos, quo is plane orthodoxus et ab omni pravae doctrinae suspicione alienus declararetur, culpa eius demum omni redacta in non valde pudendam negligentiam permittendae editionis commentarii Marci monachi, in quo sero tandem, quod et ipsum aliquoties constabat fassum, deprehendisset quaedam non usquequaque ad ecclesiasticae rectitudinis normam exacta. delegati ab Augusto qui haec cum Gregorio agerent, saepe illum in istam sententiam sunt allocuti, saepe adhortati ad obsequendum imperatori salutaria ipsi suadenti, pacateque ac secure defungendum invidioso et praecipiti negotio. sed surdo semper cecinerunt, quoad conficere quomodocumque rem Augustus volens, post multos alios id frustra conatos, duos ad extremum misit, Chumnum quaestoris tunc officio fungentem, et cum eo huius historiae scriptorem. hos iussit et disserere denuo et orare a se instantius eadem illa superius memorata, praetereaque de novo addere, hactenus se tyrannica quadam vi amoris in Gregorium sui prohibitum a necessario rei publicae pacandae, sed illi parum decoro, remedio adhibendo, et potius passum esse iactari ecclesiam factionum fluctibus quam inducere potuerit animum ad permittendam adversariis Gregorii traductionem ipsius nimis igno-

κὸς ἐκκηρύττειν, ἀλλ' ὀρθόδοξον ἡγεῖσθαι πείθειν καὶ ἑτοίμως σκάνδαλον παραιρεθέντος· τὸ δ' ἔσται πάντως, εἰ μετ' εἰρήνης παραιτοῖτο. ταῦτ' ἔλεγε βασιλεύς, ἀπειρηκὼς ἤδη πρὸς τὸ τῶν πολλῶν σκάνδαλον. ἀλλ' ἀκούων ἐκεῖνος τότε πολὺς ἦν ἀλύων, εἴπερ ἀναφανδὰ μὲν ἐφ' αἱρέσει τοῦτον διεκωμῴδησαν, κρυφὰ δὲ ὡς ὀρθοδοξοῦντα δέχονται. διὰ τοῦτο καὶ P 85 τὴν ὁμολογίαν ἐζήτει ταύτην κοινῇ παρ' αὐτῶν γενέσθαι, συνοχθίσης τῆς πολιτείας ἅμα συγκλήτῳ καὶ βασιλεῖ, μηδὲ τῶν ἐκρίτων μοναχῶν ἀπόντων.

8. Ταῦτα ζητοῦντος ἐκείνου ὡς αὐτίκα καὶ τὴν παραίτη- B σιν δώσοντος, σκέψις ἦν μεγίστη, καὶ σχίσμα μέγα μεταξὺ τῶν ἀπ' ἐκείνου σχιζομένων ἐγένετο, τῶν μὲν μηδ' ἀνεχομένων ὁμολογεῖν ἐκεῖνον ὀρθοσεβῆ, ὡς εἰ ὁμολογοῖεν, παρευθὺς ἐγκαθιστᾶν τῷ θρόνῳ καὶ ἄκοντας, καὶ τοῦ αἰτίου λυθέντος αὐτὸν

11. δώσοντα P.

nisiosam; et fixum semper in eo perstitisse ut salvo patriarchae honore publicae offensioni satisfieret, ac non aliter quam illo vere orthodoxo declarato scandalum tolleretur rixarum nunc flagrantium causa. quocirca esixe nunc ultimum rogare ut foedus inire in eam conditionem velit. id omnino futurum, si ultro ac voluntarie patriarchatu cedat. huiusmodi fuit postrema Gregorio perlata denuntiatio imperatoris, iam pertaesi tam gravem tamque diuturnam perturbationem multorum. verum haec ille tunc audiens multus fuit in deploranda sua sorte, perinique secum agi conquerens, quem sui adversarii publice quidem infamarent ut manifeste compertum haereseos, clam autem ut orthodoxum agnoscere se dicerent et communione amplecti. tum sic orationem conclusit, ut omnino se velle, eaque tantum lege conventurum bona fide in concordiam danda sedi abdicatione affirmaret; si prius congregata civitate universa, senatu cum imperatore praesentibus, nec inde absentibus delectis ex universo monachorum ordine, testimonium conscriberetur, quo universi unanimi consensu declararent esse Gregorium plane immunem a labe omni ac suspicione pravae doctrinae.

8. Id cum ille ita quaereret ut ab hoc dato statim se abdicationem rite conscriptam vicissim daturum polliceretur, magna est et perplexa instituta deliberatio disquirentium ecquid expediret morem illi gerere. ea occasione qui semel a Gregorio se absciderant, rursus ab invicem scissi sunt, divortiis abrepti factionum, quibusdam non sustinentibus declarari eum orthodoxum, quod id nihil minus esse dicerent quam confirmare in patriarchali throno quem deiectum inde omnes vellent. quis enim non videret, simul purgata esset pravae doctrinae labes, quae sola allegaretur ratio depositionis eius, perstiturum illum quam optimo iure in dudum accepta potestate, suffragantibus vel invitis eius adversariis, et poenas sic iuturis imprudentiae qua eius exauctorandi viam illam inivissent, quae ad ipsum in sedis possessione ineluctabiliter corroborandum una esset omnium aptissima? itaque illum haud dubie deinceps patriarcham tanta illa usurum potestate ad eos ulciscendos qui se accusassent; quos miseros e loco superiori pro libitu incursaret, irae obsequens et iis ipsos subliciens sup-

P 86 ἔχειν τὸ ἀπὸ τοῦδε καὶ ἐπιτιμᾶν ἀδικοῦσι καὶ τῆς ἀξίας ἐπιλαμβάνεσθαι. ἦσαν δ' οὗτοι οἱ περί τε τὸν Ἐφέσου καὶ τὸν Κυζίκου, οἳ δὴ καὶ μᾶλλον δεῖν ἔλεγον κρίνεσθαι τὸν Γρηγόριον, καὶ σφᾶς τὸ ἀποβησόμενον δέχεσθαι, μηδ' ἐπειλύειν τὴν κάκην, μηδ' ἄλλα κεύθοντας ἄλλα βάζειν, οἰκονομοῦντας. τῶν δὲ τρόποις οἰκονομίας νενόντων ὁμολογεῖν εὐσεβῆ τὸν Γρηγόριον, ὡς μηδ' ἐκ τοῦ τόμου τόσον σκανδαλισθέντας ὅσον ἐκ τοῦ τοῦ μοναχοῦ Μάρκου γράμματος, μόνον ἐκεῖνον ἕτοιμον εἶναι ἠξίουν
B παρέχειν τὸν τῆς παραιτήσεως λίβελλον. καὶ ἤθελον τοῦτο, εἰ οἷόν τ' ἦν, πληροφορεῖν καὶ γράμμασι τὸν Γρηγόριον. ὁ δὲ πέμψαντος τοῦ βασιλέως λόγοις ἐπληροφόρει θεοῦ ἐναντίον, ὡς ἔλεγε, μὴ φθάσαι τούτους ὁμολογεῖν ἐκείνῳ τὸ σέβας, κἀκεῖνον διδόναι τὸ τῆς παραιτήσεως ἔγγραφον. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἐφέσου οὐδ' ὅλως οὔτε τὸν λόγον ἐδέχοντο οὐδὲ τὸ πρᾶγμα εὔσχημον ἔκρινον· οἱ δὲ περὶ τὸν Φιλαδελφείας καὶ μάλα τὸν λόγον ἔνορκον εἶχον ὡς ἐναντίον γίνεσθαι λεγόμενον τοῦ θεοῦ, κἂν μετα-

1. τὸ] τοῦ P. 4. ἐπιλύειν P. 7. τόσους P.

pliciis, quae proprius illi dolor, in memoria recenti traductionis suae, iuste iniustis delatoribus posse imponi suaderet. auctores huius sententiae Ephesinus et Cyzicenus antistites, multos quisque sibi adhaerentes trahens. quorum audiebatur omnium unanimis oratio, ventilari omnino ecclesiastico debere iudicio causam Gregorii, permittique suffragiis peritorum recte ille necne circa dogma sentiret, nec reformidandum litis exitum. sese enim eventus qualiscumque iam nunc sibi periculum deposcere. praestare quippe illud longe quam dissolutissima ratione plagam incuratam fasciis solvere, alia conscie celantes alia effutire; denique fucum vanarum excusationum inexcusabilibus actis et scriptis appingere. huic opposita ex adverso invalescebat opinio multorum, compositionis viam quaeri oportere contendentium, nec aspernandam videri conditionem oblatam. caveri enim satis posse certitudini promissae cessionis: qua satis constituta, quid tandem mali esset consolari Gregorium dando illi quod petebat testimonio, cum satis constaret non tam ex eius tomo scandalum multorum ortum quam ex scripto Marci monachi? exhiberet se modo Gregorius paratum dando abdicationis libello ubi testimonium acceperit; et si queat ab ipso impetrari, fidem in id suam scripto rite consignato iam nunc obliget. tum sane consulatur eius famae, conscribendo quale postulat sanae suae doctrinae testimonio. compellatus igitur a missis ab imperatore ad hoc ipsum Gregorius de promisso abdicationis dando, ille ad id scripto concipiendum haud promptus omni verborum asseveratione coram deo, sic enim est locutus, confirmavit non prius ipsos edituros scriptum quo sibi decus incorruptae in dogmate fidei assererent, quam ipse vicissim rite conscriptum abdicationis patriarchatus libellum daret. hoc relato responso Ephesinus, et qui ei adhaerebant, haud acquiescendum arbitrabantur, multaque allegabant ob quae nec tutum nec honestum id esse contenderent. Philadelphiensis contra cum suis, illam interpositam a Gregorio dei mentionem in pollicendo pro vero iuramento interpretantes, satis eam promissionem videri debere affirma-

βάλοι τὴν γνώμην ἐκεῖνος, αὐτοὺς ἔχειν τοὐντεῦθεν δύναμιν κα- C
θαιρεῖν ὡς ἐπιορκίας ἁλόντα διεβεβαίουν. τῶν γοῦν περὶ τὸν
Ἐφέσου τε καὶ Κυζίκου μηδ' ὅλως καταδεχομένων τὴν κοινωνίαν
ἐκείνην, ἀλλὰ κρίνειν θελόντων ὃν εἰδέναι ἔλεγον ἁλισκόμενον,
ὁ βασιλεὺς πρὸς ἐκείνους λέγων καὶ μὴ πείθων, ἐπεὶ ἑώρα ἀνα-
σοβουμένην τὴν θήραν ἐπὶ τῷ μηδὲν τὰς προφορὰς παύεσθαι,
μᾶ νυκτῶν συγκαλέσας καὶ περὶ τῶν προκειμένων οὐκ ὀλίγα
διεξελθών, τέλος μὴ πειθομένοις ὀργίζεται, σκληρότητα σφίσιν D
ἐπιθίζων καὶ ἀνοικονομησίαν ὡς ἀναταράσσειν ἀεὶ τὴν ἐκκλησίαν
ὀργομένοις καὶ ἀνεγείρειν κλύδωνας μήπω κατευνασθέντας τέλεον.
ἐκείνους μὲν καὶ ἄμφω ἀπὸ προσώπου ποιεῖται, ἐπισκήψας
σφίσι μετ' ἐμβριθείας ἐγκλεισθῆναί τε ταῖς καταμοναῖς καὶ ἀπροΐ-
τους μένειν, ἕως οὗ ἀποκαταστάντος πατριάρχου τῇ ἐκκλησίᾳ
τὰ κατ' αὐτοὺς ἐξετασθήσονται, καὶ μᾶλλον τὰ κατὰ τὸν Ἐφέ-
σου, ἐπεί γε καὶ ἔφθασε γράψας Ἀσιανοῖς κατὰ Γρηγορίου τὰ E
χείριστα. καὶ τοὺς μὲν οὕτως ἀποπεμψάμενος ὁ κρατῶν, τοῖς
οὖν ἐκείνοις μονωθεῖσιν ἐμβριθέστερον προσφερόμενος πειθηνίους
τε παραυτίκα δείκνυσι καὶ συνενοῖ τοῖς λοιποῖς. οἳ δὴ καὶ κατὰ

bant, quippe a qua si resilire postea Gregorius tentaret, statim, uti perinrii compertus, legitime deiici patriarchatu et canonice deponi posset. perstabant nihilominus Ephesinus et Cyzicenus in contraria sententia, contendentes nulla ratione tam merito haereseos suspectum hominem crimine nondum purgato in qualemcumque communionem debere admitti, necessariumque omnino pertendentes causam eius cognosci, ac nihil se praeverti passuros iudicio, quo certum iam haberent eum pravae doctrinae manifeste convincendum. egit cum his imperator, et sermone accurato est conatus illos ab hac pertinacia deducere: sed profecit nihil. unde angebatur animo, feram in casses mox induendam intempestivis male cautorum venatorum abigi clamoribus dolens, infinitumque duci tumultuosissimarum rixarum funem ferens aegerrime. hac instinctus solicitudine ad ambos hos praesules nocte quadam vocatos copiosissime instantissimeque de toto negotio disseruit, ostendens quam conveniret unicam istam oblatam arripere conventionis ansam. ac cum nihil ab illis impetraret, excandescens exprobravit durissimam utrique pervicaciam, increpans esse illos compositionis inimicos, pacis hostes, cupere iactari aeternis contentionibus ecclesiam, novasque ciere tempestates veteribus nondum plane compositis. sic iracunde obiurgatos facessere a conspectu suo iussit, minacissime suis imperans, irent, abducerent contumaces, abderentque disiunctos invicem in separatas custodias, prohibito quorumvis ad eos accessu. ita utrumque servarent quoad praeposito ecclesiae patriarcha novo causae ipsorum legitimo iudicio subiicerentur, maxime autem Ephesini, qui iam literas foedissimae obtrectationis in Gregorium plenas Asianis inscriptas edidisset. his in hunc modum a se dimissis imperator, sequaces ipsorum vehementi adortus impetu, absentia iam ducum infirmiores facile deterruit, pertractosque in sententiam caeteris adiunxit; quibus apud magnum coactis pa-

τὸ μέγα παλάτιον συναχθέντες, παρόντος μὲν βασιλέως παρούσης δ' ἁπάσης συγκλήτου καὶ κλήρου καὶ μοναχῶν σχεδὸν ἁπάντων καὶ λαῶδους οὐκ ὀλίγης μοίρας, συνόντων καὶ αὐτῶν δὴ τῶν
P 87 κατὰ Γρηγορίου τὴν ἀρχὴν ὁρμησάντων, σταθεὶς ὁ Φιλαδελφείας Θεόληπτος πολλῶν τῶν κατὰ Γρηγορίου στομάτων μία γλῶσσα γίνεται, καὶ ἀνακηρύττει παρόντα τὸν πατριάρχην ὀρθόδοξον, ἅπαν δ' ἐκεῖνο σκάνδαλον καὶ πᾶσαν τὴν ἀπ' ἐκείνου
B ἀποστασίαν τῷ τοῦ Μάρκου γράμματι ἀνετίθει ὡς ἐκεῖθεν ἀνεγηγερμένων τῶν ταραχῶν, οὗ δὴ καὶ παρ' αὐτοῦ τοῦ πατριάρχου ἀποβληθέντος ἐκείνους μηδένα ἔχειν τὸν δισταγμὸν ἐπ' αὐτῷ τοῦ μὴ ὀρθόδοξον ἔχειν διωμολόγει. ταῦτα λέξας τε καὶ πλατύνας ἐπίτηδες τῶν ἄλλων ἑστώτων ἐν σιωπῇ καταπαύει τὸν λό-
C γον. (9) ὁ δέ γε Γρηγόριος βασιλεῖ συνταξάμενος καὶ τοῖς συνειλεγμένοις, καὶ τὰ εἰκότα δεξιωσάμενος, ἐκεῖθεν ἀπαίρει, καὶ ἐπὶ σχολῆς τῇ ὑστεραίᾳ συντάττει τὸν τῆς αὐτοῦ παραιτήσεως λίβελλον, ἔχοντα ἐπὶ λέξεως οὕτως. "ἐμὲ προυβίβασαν εἰς τὸν θρόνον τὸν πατριαρχικὸν καὶ εἰς τὸ τῆς ὑψηλῆς ταύτης ἀρχιερωσύνης ἀξίωμα οὔτε αἱ ἐμαυτοῦ σπουδαὶ οὔτε τῶν ἐμῶν φίλων
P 88 συνάρσεις, ἀλλ' ἀνῄειν ὡς οἶδε μόνος θεός. ἐπεὶ δὲ τοῦτο γέγονε καὶ διετέλεσα ἔτος ἕκτον ἤδη καὶ πρὸς εἰς τόδε τὸ λειτούργημα, πάντα ἐποίουν καὶ ἔλεγον ὥστε καὶ τοὺς σκανδαλιζομένους καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀποδισταμένους εἰς εἰρήνην ἀγαγεῖν καὶ ἑνῶσαι

latium, praesente imperatore, praesente universo senatu, clero insuper et monachis fere omnibus laicaeque multitudinis non exigua parte, nec non iis ipsis qui primi contra Gregorium saeve coorti fuerant, una consentibus, tot prius apertarum in Gregorium buccarum unam se ferens linguam Theoleptus nomine omnium declaravit, quem viderent coram adesse patriarcham, eum plane inculpatum circa fidem et orthodoxum esse, quidquid autem circa eum offensionis extitisset publicae secutaeque ex hac ab illo secessionis, totum esse imputandum commentario Marci, qui procellarum ea occasione concitatarum unica origo, causa primaria fuisset. quem commentarium cum iam palam ipse patriarcha reiecisset, nullam restare de recta eius fide inoffensaque doctrina dubitandi rationem. quare illum omnes pro recte sentiente pleneque orthodoxo se habere profiteri. ea cum dixisset et de industria fusius explicasset, cunctis in silentio perstantibus, finem loquendi fecit. (9) at Gregorius gratiis imperatori et universis qui convenerant prolixe actis, cunctis perofficiose vale dicto, inde abiens diem posteram formando per otium promissae cessionis libello impendit, sic ad verbum se habenti. "me in thronum patriarchalem et in hanc excelsam principalis sacerdotii dignitatem non mea ipsius promoverunt studia, nec meorum suffragationes amicorum, sed conscendi ut deus solus novit. postquam autem est hoc factum, atque annum iam sextum et quod excurrit in hoc sum sacro ministerio versatus, omnia eo mea facta dictaque retuli ut scandalum passos et ab ecclesia divulsos ad pa-

αὐτῇ. ἀλλὰ τὸ σπούδασμα τοῦτο εἰς τοὐναντίον ἢ ἐγὼ ἐβουλόμην προέβαινεν, ὥστε καὶ ἐβόων τινὲς ὡς οὐκ ἂν ἡ εὐκταία αὕτη εἰρήνη γένοιτο, εἰ μὴ ἐγὼ τὸ πατριαρχεῖον καταλιπὼν ἐκ τοῦ μέσου γενοίμην. οὐκ ἠνεσχόμην ἐπὶ χώρας μένειν, οὕτως ἐναν- B
τίως ὁρῶν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἔχοντα, ἀλλ' ἠγάπησα μᾶλλον σπενδομένους τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀλλήλοις τοὺς σκανδαλιζομένους ὁρᾶν ἢ ἐμαυτῷ τὴν τοιαύτην κατέχειν ἀρχήν. ἔνθεν τοι καὶ διὰ τὴν αὐτῶν τούτων ἐν θεῷ εἰρήνην καὶ τὴν τῶν ψυχοβλαβῶν σκανδάλων ἀργίαν παραίτησιν ποιοῦμαι τοῦ θρόνου τοῦ πατριαρχικοῦ
καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς πατριαρχικῆς καὶ τοῦ ἀξιώματος, οὐ μέντοι γε καὶ τῆς ἱερωσύνης, ἐπεὶ ταύτην ἐλεοῦντός με τοῦ θεοῦ φυλάξω ἐμαυτοῦ διὰ βίου παντός, ὅτι καὶ διὰ μόνην τῶν πολλῶν εἰ- C
ρήνην καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν αὐτῶν ἕνωσιν ποιοῦμαι τὴν τοιαύτην παραίτησιν, οὐ μὴν ὅτι ἐμαυτῷ σύνοιδά τι πράξαντι ἀπεῖρ-
γον τῆς ἱερωσύνης ἐμέ. ἔνθεν τοι καὶ ἔξεστι τοῦ λοιποῦ σὺν εὐδοκίᾳ θεοῦ ἄλλον ἐκλέξασθαι πατριάρχην καὶ εἰς τὸν θρόνον τὸν πατριαρχικὸν καὶ τὴν ἀρχιερωσύνην ταύτην ἀναβιβάσαι, ᾧ ἂν καὶ ὑπὸ θεῷ συμμάχῳ καὶ βοηθῷ, ὅσα καὶ κανονικὸς πατριάρ- D
χης καὶ γνήσιος ἀρχιερεύς, εἰς ἓν τὰ διεστῶτα τῆς ἐκκλησίας μέρη συνάγειν καὶ ἐπισυνάπτειν δυνήσεται. καὶ γένοιτο τοῦτο οἰκτιρμοῖς τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δυσωπουμένου ταῖς τῆς παναγνου δεσποίνης ἡμῶν παρθένου καὶ θεομήτορος καὶ πάντων τῶν ἁγίων πρεσβείαις." ταῦτα γρά-

6. καὶ deerat.

cem reducerem ipsique unirem. sed studium hoc meum in contrariam ac ego volueram partem acceptum est, ita ut aliqui clamarent numquam successuram istam optatam pacem, nisi ego patriarchatu relicto e medio abirem. non sustinui haerere in loco, sic commissam infestis factionibus cernens ecclesiam, sed optabilius id duceus, malui foederatos ecclesiae et invicem videre illos qui prius offensi dissidebant, quam perstare in possessione gaudereque honore tam illustris principatus. itaque ad assequendam horum ipsorum in deo pacem et animabus nocentium cessationem scandalorum, cessionem facio throni et principatus patriarchalis dignitatisque, non tamen sacerdotii. nam hoc, miserante me deo, servabo mihi per quantum superest vitae spatium, quoniam propter solam multorum pacem et horum reconciliationem cum ecclesia facio talem cessionem, nec mihi sum conscius feciase quidquam quod me arceat sacerdotio. quocirca de reliquo licet, cum dei beneplacito, alium eligi patriarcham, qui throuum in hunc patriarchicum et principatum sacerdotii evehatur; qui deo adiuvante, ut rite iuxta canones ordinatus patriarcha et legitimus sacerdotum princeps, disiunctas ecclesiae partes redigere in unum ac coagmentare poterit. eveniat id utinam miserationibus magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi, exorati purissimae dominae nostrae virginis et dei

ψας, οὐ μὴν δὲ καὶ ὑπογράψας οὐδ' ὁτιοῦν, δῆλος ἦν συνεστὰς ἑαυτῷ τὸν θρόνον καὶ εἰς καιρὸν τῆς τιμῆς ἑαυτῷ προμηθούμε-
E νος τῷ μήθ' ὑπογράψαι (ἔδει γὰρ τὸ "ὁ χρηματίσας" γράψαι) μήτε μὴν αἰτίαν θεῖναι τῆς παραιτήσεως ἄλλην ἢ τῶν σχιζομένων εἰρήνην, ἧς μὴ προβάσης ἄντικρυς, ὡς ἐπίστευεν, αὐτὸν τὴν ἀρχιερωσύνην ἔχοντα αὐτὸν εἶναι καὶ αὖθις τὸν πατριάρχην ἐκ τοῦ ἀκολούθου ξυνέβαινεν· ὁ γὰρ ἐπὶ τῇ ἱερωσύνῃ ἀκαταιτίατος, ἐπὶ δὲ μόνῃ προφανεῖ αἰτίᾳ τὴν τιμὴν παραιτούμενος, δῆλον ὡς τῆς αἰτίας μὴ προβάσης αὐτὸς ἂν εἴη καὶ πάλιν, θέλων μόνον, ὁ τὴν τιμὴν ἀναλαμβάνειν ἄξιος. οἱ μέντοι γε περὶ τὸν
P 89 βασιλέα, καὶ μᾶλλον ὁ τὰ πάντα κυκῶν Θεόληπτος, μόνον ὅτι γράμμα παραιτήσεως παρὰ τοῦ Γρηγορίου ἐδέχοντο, χάριν εἶχον ἐκείνῳ ὡς ἤδη τὸ πᾶν λαβόντες, καὶ τοὺς ἄλλους ἔπειθον μὴ πολυπραγμονεῖν, μὴ ζητεῖν πλέον, μὴ τὴν ὑπογραφὴν ἀπαιτεῖν, ἀρκεῖσθαι δὲ καὶ μόνῳ τῷ γράμματι οἰκειοχείρῳ γε ὄντι, καί γ'
B ἀπαλλαχθέντας οὕτως ἐκέλευον ἀγαπᾶν. Γρηγόριος δὲ καὶ τοῖς ἐκ μακροῦ δυσμεναίνουσιν ἑαυτῷ πέμπων συγχώρησιν διηλλάττε-

matris ac omnium sanctorum precibus." his plane verbis conceptum hoc scriptum, idque nulla prorsus subscriptione firmatum, Gregorius ad suam fidem liberandam offerens, manifeste visus est non tam voluisse bona fide abdicare quam asserere sibi thronum et astu quodam praeparare facultatem resumendi postmodum honoris, quando scilicet, mitigatis hominum odiis, et quae tunc flagrabat invidia paululum remissa, opportunam occasionem esset nactus iterum exercendae, numquam vere, ut putabat, amissae potestatis. nisi enim hoc callide ageret, utique illum oportuerat consuetam illam ad scripti calcem apponere formulam "ego, quo de agitur in libello, subscripsi;" praetereaque certam et non ex incerti eventus conditione suspensam commemorare abdicationis causam. nunc non aliud allegans cur cedendum loco putaret, nisi spem conciliandae isto modo dissidentium pacis, relinquebat sibi astute ius ad sedem integrum, si, quod omnino futurum opinabatur, ne post suum quidem discessum certamina factionum quievissent. quidni enim tunc, qui diserte alioqui professus esset haud se renuntiare sacerdotio quo nulla meruisset culpa privari, legitimum sibi patere ad sedem reditum contenderet, eamque pro libito, nemine iure obstante, resumeret, hypothetica cessione, cuius patrata conditio non sit, possessionem non abdicatae absolute dignitatis prorsus abrumpere non valente, quam ad tempus duntaxat successus expectati suspenderit? verum imperator, et maxime cuncta tunc miscens Theoleptus, quomodocumque adepti quam tam anxie cupiverant abdicationem patriarchae, captiosane illa esset an vera parum pensi habentes, qualis erat cumque pro sufficientissima satis accepere, gratias etiam ei qui dederat agentes. quin et iis quibus fraus suboluerat persuaserunt ne suspicionibus curiose indulgerent, ne plus quaererent, ne subscriptionem postularent, sed satis esse ducerent simplex scriptum, cum id propria patriarchae manu fuisse constaret exaratum. sic omnes qui ad ipsos expostulatum eo nomine venerunt imperator et Philadelphiensis acquiescere iussos dimiserunt. Gregorius autem iis qui secum ex longo tempore simultates exercuerant, missa

το· καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις καὶ δῶρα προσαπέστελλεν, ὅσους ἄρα
τῶν κληρικῶν ἐκ σκανδάλου τοῦ τότε δυσταμένους ἀφῃρεῖτο τὰ
σιτηρέσια, (10) τῷ δέ γε Ἡρακλείας Γερμανῷ καὶ τῷ Πρού- C
σης Νεοφύτῳ, οὓς δὴ καὶ καθεῖλεν ἐπ' αἰτίαις, τὸν μὲν Γερμα-
νόν, ὅτι σκανδαλισθεὶς ἐπ' ἐκείνῳ, τοὺς λογισμοὺς τὴν ἀρχὴν
ἐκείνου δεξάμενος καὶ τελέσας εἰς μοναχοὺς καὶ πατρὸς ἐπ' ἐκείνῳ
τάξιν ἐπέχων, τὰς ἐξαγορείας παρελογίζετο, τοῦ ἐξομολογουμέ-
νου μὴ ὁμολογήσαντος ὡς ἐκοινώνει τοῖς προτέροις οὐχ ὅπως εὐ- D
χῶν καὶ ψαλμῳδιῶν, ὡς ἔλεγεν, ἀλλὰ καὶ ἁγίου κλάσματος ἄρ-
τον, μαθὼν παρ' ἄλλων ἐσύστερον, ἀρχιερεὺς πατριάρχην ἐγ-
γράφως ἀφώριζε, Νεόφυτον δὲ ὡς συνυπογράψαντα καὶ ὁμογνω-
μονήσαντά οἱ, — ἐκείνοις τότε ὑπερηφανῶν ὡς ἀμαθέσιν, ἐνευ-
μενιζόμενος ὕστερον, πέμπων ἐλάμβανε τὴν συγχώρησιν καὶ ἀν-
τισυνεχώρει. καί γε τῷ τοῖς Ἀριστινῆς μονυδρίῳ, ἐχόμενά που E
κειμένῳ τῆς τοῦ ἁγίου Ἀνδρέου τοῦ ἐν τῇ κρίσει μονῆς (ἐκεῖ γὰρ
πρωτοβεστιάρισσα Ῥαούλαινα συνῆγεν, ἐξ ἑαυτῆς περιθάλπουσα
τὰ μεγάλα) φέρων ἑαυτὸν ὠδώσει.

11. Βασιλεὺς δὲ τῶν τοιούτων ἀπαλλαγείς, πολλοῦ τοῦ P 90

iniuriae condonatione reconciliatus est. aliis etiam dona adlecit, iis nempe clericis qui, quod offensi nuper exorto scandalo secessissent, male multati fuerant, ablatis quae prius praeberi consueverant alimentis. (10) Heracleotae vero Germano et Prusaeo Neophyto, quod exauctoraverat, Germanum quidem, quod cum initio sensus suos ac partes fuisset amplexus, etiam evectioni cooperans admittendo ipsum ad praeviam patriarchali ordinationi monasticam professionem, qua functione obeunda patris erga se necessitudinem induerat, idem tamen postmodum a priori iudicio susceptoque patris officio ingenti offensione resiliens, cavillatus confessionem a Gregorio monachi habitum accipiente de more factam non fuisse integram, quoniam is, prout postea certis auctoribus comperisse se aiebat, inter caetera peccata confessus haud fuisset se iis qui polluti habebantur pisculis palam antea contractis communicasse, non solum precibus et psalmodiis cum iis communiter celebrandis sed et sacri panis fragmenti participatione ab iis admissa, eum iam patriarcham ipse episcopus scripto edito excommunicaverat. Neophytum autem, quoniam in his Germano consenserat et libello excommunicationis ab eo in patriarcham intortae subscripserat. his, inquam, episcopis duobus, quos quando ista primum contra se attentarant, superbe ut imperitos traduxerat, nunc ultro placatus, allegatis ad eos conciliatoribus pacis veniam a se in illos actorum petens impetravit, vicissimque ipsis libenter accipientibus obtulit remissionem iniuriarum quibus ipsum laesissent. his peractis se abdidit in monasterium Aristinae dictum, contiguum monasterio Sanctae Andreae in Crisi, viciniam in talis delectu loci sequens protovestiariae Raŭlaenae in eo S. Andreae monasterio degentis, a qua Gregorius benigne fovebatur, large de suo subministrante quae illi opus erant.

11. Imperator his defunctus curis cum animadverteret gliscere in-

κατὰ τὸν τόμον ὑφέρποντος πλημμελήματος, οὐχ οὕτως ἠξίου ἐᾶν ἀδιόρθωτον, καὶ ἀνυπόδους συνεκρότει, καὶ πνεύματι ζῶντας σοφοὺς συνέλεγε, καὶ κοινῇ σκέψει μονωθέντα τὸν τόμον τοῦ βοηθοῦ (ὁ δ' ἦν Γρηγόριος) προσέταττεν ἐξετάζειν. καὶ πρῶτα μὲν κατὰ τὸ μέγα παλάτιον συνάμα βασιλεῖ συναχθέντων σεισμὸς
B ἐνσκήψας ἐξαίφνης τὸν σύλλογον ἐκεῖνον καὶ τὴν σκέψιν διέλυεν· εἶτα κατὰ τὰ τῶν Βλαχερνῶν ἀνάκτορα καὶ αὖθις συνήγοντο καὶ ἐπιμελέστερον διεσκέπτοντο. καὶ οἱ μὲν τὰ οἱ δὲ τὰ ἐπὶ πολλαῖς ταῖς ἡμέραις διαφιλονεικοῦντες καὶ λέγοντες, τέλος, ἐπεὶ οὐκ ἦν συμφωνεῖν ἐπὶ τῇ τοῦ γράμματος διορθώσει, ὑπεξεῖλον τέλεον τὴν ἐξήγησιν, κρεῖττον ἡγησάμενοι μὴ ὅλως τὸ ῥητὸν ἐξηγεῖσθαι ἢ ἐξηγουμένους ἀναρρίπτειν κίνδυνον.

A 12. Τούτων δὴ γεγονότων οὕτως, βασιλεὺς καὶ αὖθις πολὺς ἦν ἀλγῶν ἐπὶ τῇ διαστάσει τῶν Ἀρσενιατῶν, καὶ ἅπας ἐγίγνετο εἰ οἷόν τε συμβιβάζειν αὐτοὺς καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἑνοῦν. ἔτυχον γὰρ καὶ αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς στασιάσαντες, ὡς δύο μοίρας γενέσθαι, τοὺς μὲν πλείους ἀμφὶ τὸν Ὑάκινθον, ἐνίους δὲ ἐν τῷ Ταρχανειώτῃ Ἰωάννῃ σαλεύειν, ἀκριβολογουμένους ὑπὲρ
B ἐκείνους τὰ πλεῖστα, καὶ ὅτι χθὲς καὶ πρὸ τρίτης ἐν πυρὶ ἐκάλουν θεὸν οἱ ἀμφὶ τὸν Ὑάκινθον, πυρσολάτρας ἐκείνους ἀποκα-

terim ac late serpere arcanum murmur de flagitio, quod tomi mendose scripti temere probanda editione vulgo conscitum putaretur, haud quaquam tolerandum diutius statuit teri manibus inemendatum, ut erat adhuc, volumen istud et impune pro inoffenso securoque circumferri. ergo conventus indicit delectis in eos viris spiritu viventibus et sapientibus. hos iussit simul omnes explorare acri examine tomum per se solum, hoc est destitutum praesenti patrocinio auctoris et defensoris sui Gregorii. horum coetuum primus haberi coeperat apud magnum palatium: verum imperatore iam illic cum universis qui vocati fuerant sedente, terrae motus ingrmens concilium trepide dissolvit, negotio abrupto. post haec in regia Blachernarum iterum congregati accuratius de re tota consultarunt, aliis hoc, aliis illud censentibus, quoad continuis dierum multarum altercationibus in nullum concordis de istius scripti correctione sententiae desinentibus finem, tandem convenerunt in plane tollenda enarratione loci Damasceni, praestabilius ducentes inexpositum relinqui testimonium illud quam eo exponendo veritatem dogmatis et publicam quietem adducere in periculum.

12. His porro sic transactis imperator rursus multus erat in deploranda ferendaque impatientissime secessione Arseniatarum, et totum se addebat in conatum procurandae, si fieri posset, conciliationis ipsorum et reiunctionis cum ecclesia. fovebat eius in eo genere spem, quod tunc commodum dissidere illos inter sese ferebatur, in factiones discissos duas, quarum numerosior ducem sequebatur Hyacinthum, pauci alii auctore Ioanne Tarchaniota fluctuantes conflictabantur scrupulis subtilium cavillatiuncularum; unde in morosas aliorum sugillationes erumpebant, culpantes eos in plurimis, ac quod Hyacinthiani haud ita pridem deum in igne in-

λοῦντας κἀκείνων σχίζεσθαι μέχρι καὶ αὐτῆς προσλαλιᾶς ἐγνωκότας. καὶ γὰρ ἐν πυρὶ δοκιμάζειν τὰ παρὰ τῶν γραφῶν διωρισμένα οὐχ ὅπως ἀμαθὲς ἀλλὰ καὶ ἀσεβὲς ὁ Ἰωάννης οἰόμενος ἀπεσχίζετο μὲν καὶ τῆς ἐκκλησίας ὡς πρότερον, ἀπεσχίζετο δὲ καὶ P 91
αὐτῶν δὴ τῶν περὶ τὸν Ὑάκινθον, ὡς μὴ συναινέσων κἂν ὅ τι ποιοῖεν. διὸ δὴ καὶ παρὰ βασιλέως, ὡς τὸ εἰκός, παρορώμενος τῷ τῆς Χηλῆς φρουρίῳ ἐξορισθεὶς ἐγκαθείργνυτο. τότε τοίνυν τῆς ἐκκλησίας κεχηρωμένης, πειρᾶν ἐθέλων τῶν σχιζομένων ὁ βασιλεὺς εἴ που σφᾶς καὶ δυνηθεὶς εἰρηνεύσειε, πέμψας κατὰ τὸν Ἰωάννην, καί που πλησίον τῶν κατὰ Βλαχέρνας παλατίων ἐν τῷ πάλαι ἁρματοφυλακίῳ ἐν ἐλευθερίᾳ κατέχει, ἐνδοὺς ἐκείνῳ καὶ οἷς ἰδίοις εἶχε συνοῦσι συνεῖναί τε καὶ συνομιλεῖν. καὶ B
δὴ γνοὺς συνάγειν ἀμφοτέρους καὶ ἐρωτᾶν τὰ πρὸς εἰρήνην, πρότερον ἀκροβολισμοῖς τισὶν ἐπειρᾶτο τοῦ Ἰωάννου. ἐν μιᾷ δὲ καὶ τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον πέμψας, μέγαν παρ' ἐκείνῳ δὴ τῷ Ἰωάννῃ δοκοῦντα, ὡς αὐτοῦ πρὸς βασιλέα λέγοντος μανθάνειν τὸν βασιλέα καὶ τῷ πατριάρχῃ τοὺς λόγους πληροφορεῖν, πέμψας οὖν διὰ ταῦτ' ἐκεῖνον διεμηνύετο τὰ δοκοῦντα, ἅμα τε προστάσ-

10. κατὰ] τῆς P.

vocassent, pyrolatrarum illos probroso traducentes scommate, ipsorumque commercium tam superstitiose declinantes, ut communiter irrevocabili decreto statuissent illos ne brevi quidem alloquio dignari. quoniam enim novae per ignem explorationi subiicere (quod isti fecerant) ea quae senel constituta scriptis essent maturo consilio commissa, non imprudens solum sed etiam impium Ioannes putabat esse, non minus aequa sibi causa videbatur ab Hyacinthi nunc parte se abiungere quam qua prius Arseniani pariter omnes ab ecclesia secessissent: pariter quippe nunc quoque sibi cavendum ne perseverando in communione cum illis comprobaret quod agebant, et ita eius culpam in se susciperet. succensuit Ioanni hoc nomine imperator, eumque despiciens deportari iussum in insulam castello Celes inclusit. nunc autem viduatam abdicatione Gregorii cernens ecclesiam, tempus aptum novae reconciliationis dudum abscissorum Arseniatarum tentamento ratus, abduci ad se mandat e carcere Ioannem, et prope palatium Blachernarum in veteri armamentario collocat in libera custodia, permittens illi cum suis amicis et familiaribus congressum colloquiumque quam crebrum et prolixum vellet. habens autem Augustus in animo reducere in consensum ambas prius factiones Arsenianae sectae, ac tum ab iis sua opera conciliatis impetrare ut bona fide inire rationem pacis cum ecclesia firmandae vellent, ante omnia velitationibus quasi quibusdam explorare Ioannis animum tentavit, allegato etiam ad ipsum quadam die Alexandrino Athanasio, quod ex quodam Ioannis ad se dicto imperator intellexisset magnae hunc ab ipso haberi auctoritatis virum, et a quo facilius quam alio quovis persuaderi sibi rem prius non creditam sineret. Athanasius ergo missu Augusti profectus ad Ioannem omnia commemoravit quae apta putavit ei adducendo ad redintegrandam cum Hyacinthi

σων καὶ ἀξιῶν ὁμονοεῖν σφᾶς ἀμφοτέρους, καὶ οὕτως εἰς ἓν κατὰ
C γνώμην συναχθέντας τοὺς σχιζομένους συναχθῆναι καὶ κατὰ τόπον, συνόδου κοινῆς ὑπὸ βασιλεῖ γινομένης, ὀρέγοντι καὶ αὐτῷ δεξιάν, εἰ τὰ δυνατὰ καὶ ἄλλως ξυμφέροντα λέγοιεν, βραβευθῆναί τε τὴν εἰρήνην ἐντεῦθεν εὐδοκίᾳ θεοῦ, εἰ καὶ αὐτοὶ θέλοιεν. εἶναι γὰρ ἐν μέσῳ καὶ θεὸν τῶν ὁμοουόντων, καὶ ζητοῦσιν εἰρήνην ὄντα τῶν μακράν τε καὶ τῶν ἐγγὺς καὶ σφίσι ταύτην διδόναι, καὶ μᾶλλον ὁπότε τις μὴ τὴν ἰδίαν ἀλλὰ τὴν ἐκείνου δόξαν
D ζητοίη. ταῦτα καὶ πλείω λέγουσι τοῖς ἀμφὶ τὸν Ἀλεξανδρείας οὐδὲν ἦν ἐκούειν εἰ μὴ στροφὰς αἰνιγμάτων καὶ διωρίας πραγμάτων καὶ ἄλλ' ἄττα, οἷς ἄρα οἱ τὸ παρὸν ἀποκρουόμενοι καὶ πρὸς τὸ μέλλον τὰς ἐλπίδας ἀναρτῶντες χρῆσθαι εἰώθασι. τέως δὲ καὶ συνόδους ὁ βασιλεὺς συγκροτῶν, τὸ ἐκείνους, μὴ ἔχοντας εἰρηνεύειν πρὸς ἀλλήλους, ἑαυτῷ εἰρηνεύειν πειρᾶσθαι καὶ ἀμφοτέρους ἀδύνατον ἐκρινεν. ἀλλὰ καὶ ἀδυνάτοις, τὸ δὴ λεγόμενον, ἐπεχείρει διὰ τὴν πρὸς τὴν ὁμόνοιαν ζέσιν, καὶ πολλοὺς καθ'
E ἑκάστην συνέλευσιν ἐξελίττων λόγους οὐδὲν ἤνυτε τὸ παράπαν. τοῦ μὲν Ἰωάννου καὶ λίαν ἀπεγίνωσκε τότε, καὶ μᾶλλον βασιλειῶν

parte gratiam, quo postea concors iam unanimiter secta universa coram plena synodo certum in locum congreganda, depositis adversus ecclesiam simultatibus, dextras adfuturo illic imperatori in pacem longe ipsi desideratissimam darent, spe certa ingentis ineundae ab illo gratiae, si votis sensibusque ad communem utilitatem accommodatis pacem denique universalem, deo volente, Augusto auctore conficerent. esse quippe in medio duorum consentientium invicem et petentium deum; qui se idem dicat esse (prout et vere sit) pacem eorum qui longe et eorum qui prope sint, paratum hanc illis dare, maxime quando quis non propriam sed illius gloriam quaesierit. haec et his similia plura ubi disseruisset Alexandrinus, nihil pro responso aliud audivit quam contortas obliquitates ancipitium dictorum, dilationes petitae rei, quas obtendi negationi praecisae astute dissimulatae satis appareret, effugia denique istiusmodi, quibus vitata in praesens exosa necessitate concludendi salutare quidpiam spes in incertum infinite inanes extenderentur; quo genere ludificandi, quando urgentur a potentibus, pertinaces infirmi solent uti. imperator etsi, cum excidisse se vidisset primo conatu procurandae pacificationis privatae Arseniatarum, quam sibi gradum futuram ad universalem cum ecclesia speraverat, satis videbat quam desperandum esset adduci eos posse ad consentiendum secum, quibus persuadere nequivisset ut inter sese convenirent, tamen prae flagranti quo aestuabat desiderio pacis, ne ab impossibilibus quidem, quod dici solet, aggrediendis temperandum existimans, synodis frequentibus collectis, coram accitos Arsenianos efficacissimis alloquiis, et nullum non ad id utile varie argumentum versantibus, invitare ad concordiam diu quotidie non destitit. sed cum nihil omnino proficeret, pertaesus denique irae in nodum negotii Ioannem habenas laxavit, maxime postquam ad pervicaciam adiunxisse imperii affectationem deprehensus et convictus idem est, productis in medium, quodam ex solitis conventu,

καταχριθέντος, ὥστε κἂν μιᾷ τῶν συντελεύσεων ἐς μέσον ἐμφανισθῆναι χειρίδας ἐμμαργάρους κοκκίνας καὶ ἄλλ' ἄττα ὡς δῆθεν σημεῖα βασιλικά, ἃ δὴ παρά τινι τῶν αὐτοῦ εὑρεθέντα τὴν ἀναφορὰν τῆς κατηγορίας πιστὴν ἐπ' ἐκείνῳ παρεῖχε, καὶ διὰ ταῦτα φυλακῇ καὶ πάλιν δοθέντος κατά τινα χειριστὴν ὑποψίαν μηδὲν ἐκείνῳ προσήκουσαν. τοῖς δὲ περὶ τὸν Ὑάκινθον κηδεμονικῶς ὡς δῆθεν προσήγετο, ὥστε καὶ ἐφεῖναί οἱ, ἵππον παραχὼν τῶν καλλίστων, συχνὰς προσόδους πρὸς βασιλέα ποιεῖσθαι καὶ ὑπὲρ τῶν δεομένων ἀναφέρειν τε τὰ εἰκότα καὶ λύσεις P 92
πολλῶν ἐργάζεσθαι, ἐπεί τοι γε καὶ αὐτὸς βασιλέα ὑπέσαινεν, ἑαυτὸν μὲν λέγων εἰρήνης φίλον εἶναι καὶ ἕτοιμον εἰρηνεύειν, χρῆναι δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ὑπέρχεσθαι, ἐφ' ᾧπερ καὶ ἐντελέστερον εἰρηνεύοιεν. Ἰωάννην δὲ καὶ δυσθανατῶν, καί γ' ὑποκεῖσθαι B
καὶ παρὰ τῶν ἰδίων καταγνώσει, οὓς καὶ αὐτοὺς θεραπεύειν δεῖν, καὶ οὕτω τὸ τοῦ κολοιοῦ παθεῖν ἐκεῖνον, τῶν ἀλλοτρίων ἐψιλωμένον πτερῶν. εἶναι δὲ καιροῦ ταῦτα καὶ ἐπιστήμης ἀπαιτούσης μακροθυμίαν, τὰς ἐκείνων ἀτασθαλίας καλύψουσαν ὡς

manicis coccineis margaritarum intextu ornatis et quibusdam id genus insignibus characterem fastigii principalis habentibus, quae penes quendam ex eius domesticis reperta fundamentum suspicionis in eum pessimae eo iustius dederunt, quo caetera eius contumacia proniorem de illo faciebat pravae in omni genere voluntatis fidem. hoc igitur e medio amoto, et ob causam iam invidiosissimam, quamquam si per se sola spectaretur, nec verisimilem nec quidquam ad illum pertinentem, iterum in carcerem coniecto, delinire, si posset, Hyacinthum imperator instituit, admissione ipsum crebra et perbenevola honorans, attributo ipsi etiam, quo ad se ventitare facilius posset, equo ex pulcherrimis; libenter quoque audiens quae proponeret aut posceret, multorumque pro quibus rogaret causas ad eius votum expediens et solvens vincula. nec suas in hac scena desiderari patiebatur Hyacinthus partes. respondebat enim gratiae Augusti, prout oportebat eius alendae augendaeque cupidum, venerabundo semper vultu, verbis obsequiosis, arte assentationis vafra fucum obducens facile credenti quod valde optaret princípi. memorabat videlicet se quidem amicum pacis esse et paratum ad reconciliationem statim amplectendam, moram autem unam sibi esse necessariam declarandi sui in concordiam assensus curam adducendi eodem caeteros, quorum multi arte ac patientia sensim pelliciendi erant, ut abhorrentem a foedere ac consensione genium vincerent. his, quo certius deinde constantiusque pactis conventis starent, indulgendum esse spatium, celando interim quod iam nunc fixum in animo haberet. de Ioanne aiebat male illum mori cupere, hominem irrevocabilis in ruendo caecitatis, ne suis quidem probatum, quos pertaesos morum eius et ferendo defessos operae pretium foret ab eo abducere, brevi sic passuro ignominiam graculi, plumis, quas commodato acceperat, ereptis in foeda deprehensi et irrisi nuditate. mora industriaque ad id opus esse, sed longanimitate inprimis et invicto robore patientiae, quae multas interim eorum ineptias devoret, flagitia etiam occultet dissimulando praeteriens, non parvo longae tolerantiae pretio, si tandem eo perducan-

κατὰ καιρὸν ἐνδωσόντων. ταῦθ' Ὑάκινθος λέγων περιεβουκόλει τὰς ἐλπίδας τῷ βασιλεῖ, ὥστε καὶ τὴν τοῦ Μωσελὲ μονὴν
C ἐκείνοις ἀνεῖναι, καὶ θαρρεῖν τὴν ἐκείνων ὁμόνοιαν οὐκ εἰς μακρὰν γενήσεσθαι. ἀλλ' ἦν ταῦτα πάντ' ὄνειρος ἐντυπούμενος τὰ ἀνύπαρκτα. ἀμέλει τοι κἀκείνους μὲν, ἐπεὶ πολλάκις προσμίξας καὶ τιμαῖς μεγίσταις δεξιωσάμενος, ὥστε καὶ τοῖς τυφλοῖς ὑπεξανίστασθαι προσιοῦσι καὶ μακαρίζειν τὰ πάθη καὶ παρακαλεῖν μὴ καλὰ καλύπτειν κακοῖς, τὸν ὑπὲρ θεοῦ καὶ τῶν θείων
D ζῆλον ταῖς τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας ἀποστασίαις, τέλος ἀφῆσι, σκέπτεται δὲ μετὰ κοινοῦ συνεδρίου καὶ ἱεροῦ ὁποῖος ἂν καὶ κληθείη εἰς προστασίαν τῆς ἐκκλησίας μετὰ Γρηγόριον. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ ἀκίχητα διώκουσιν ἐῴκεσαν ἄντικρυς, ἀθετεῖν μὲν ἀξιοῦντες τὸν Ἰωσήφ, ἀθετεῖν δὲ καὶ δόγμα τῆς ἐκκλησίας τὸ διὰ τοῦ υἱοῦ ἐκ πατρὸς ἐκπορεύεσθαι, ἀρχιερεῖς δὲ φιλοχρινεῖν, καὶ ἱερωσύνην τὴν μὲν προσίεσθαι τὴν δ' ἀποπέμπειν, καί τινα τοιαῦτα πολὺ τὸ δυσχερὲς καὶ εἰς ἀκοὴν ἔχοντα μόνην μιᾷ τινὶ

tur, ut inflecti se sinant ad schismaticam pertinaciam in tempore remittendam. talia disserebat Hyacinthus, spe sic inani lactans credulam Augusti mentem, favoremque ipsius magis sibi magisque ac suis asserens. pignus eius haud contemnendum fuit quod monasterium a Mosele nomen habens eis indulsit; praeque se iam tum tulit certo confidere universae Arsenianae sectae plenam cum ecclesia concordiam post non multum exituram. sed haec nihil demum aliud erant quam merum somnium, formas temere nectens insociabiles in unum, nonnisi fabulose conflabile coitione naturarum sese invicem excludentium spectrum. et sensit tandem Augustus se operam perdere. itaque post saepius admissos auditosque et honoris favorisque indiciis exquisitissimis frustra cultos primores Arsenianorum, adeo quidem ut iis inter ipsos qui excaecatione puniti olim fuerant, venientibus ad se assurgeret, et beatos illos cicatricibus istis virtutis ac constantiae ipsorum indicibus praedicaret, adhortans subinde ipsos ne vetera decora recentibus maculis obtegerent, hoc est ne quem ingentem et valde laudabilem tunc monstrassent, cum illa sunt passi, pro deo et rebus divinis zelum, ad extremum corrumperent defectionibus ab ecclesia ipsius, hoc est quam ipse in integrum restituisset, denique nihil se proficere videns omnes dimisit, de caetero consultans, cum in concilio procerum ac senatorum tum etiam in antistitum et ecclesiasticorum coetu, quisnam vocandus videretur ad regimen ecclesiae post Gregorium. at interim Arseniani necquidquam se vexabant, instar prosequentium ardenter quorum assequeudorum nec spes nec facultas ulla sit. instabant videlicet apud synodum ut declararetur Iosephum nec verum nec legitimum fuisse patriarcham. postulabant praeterea damnari dogma ecclesiae quo S. Spiritus ex patre per filium procedere affirmatur: deinde contendebant crebra et severa instituenda de sacerdotum ordinationibus iudicia, quibus haec quidem admitteretur, illa reiiceretur, difficili et perodioso discrimine. denique alia quaedam flagitabant perplexitatem inextricabilem summamque difficultatem primo ipso auditu praeferentia. sed omnes omnium istarum petitionum absurditates in unum quasi fascem congessisse visi sunt, cum

συμφοροῦντες ἀξιώσει καὶ λέγοντες ὡς εὐαγγελικῶς τε καὶ κανονι- E
κῶς τὰ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν διάθωνται, εἰγ' ἐπ' ἐκείνοις τὰ
πράγματα γένοιντο βασιλέως νεύσαντος. οὗτοι δὲ μεγάλ' ἄττα
τῶν κακῶν ὑπειδόμενοι πρὸς τῷ ἀτόπῳ τῶν ὑπονοουμένων κα-
τωρρώδουν μή πως ἐπὶ νεαρᾷ καταστάσει τῆς ἐκκλησίας κωφὸν
κῦμα πραγμάτων ἀναταράξειαν. ἔνθεν τοι κἀκείνων ἀφειμένοι
κοινῇ περὶ τοῦ πατριάρχου κατεσκέπτοντο. (13) καὶ δὴ ψη- P 93
φίζονται τρεῖς γε κατὰ τὸ σύνηθες, πρῶτον μὲν τὸν Γεννάδιον,
ὃς δὴ καὶ ἐπὶ τῇ πρώτῃ Ἰουστινιανοῦ ψηφισθεὶς καὶ τὴν ψῆφον
δεξάμενος, ἐπιδημήσας καὶ ἐγχρονίσας ἔπειτα παρῆτεῖτο, δεύτε-
ρον τὸν Ἰάκωβον, ἄνδρα τοὺς τρόπους ἁπλοϊκὸν καὶ εὐλαβείας
πλήρη, τὴν τῶν κατὰ τὸν Ἄθω προστασίαν πεπιστευμένον, καὶ B
τρίτον τὸν Ἀθανάσιον, ὃν δὴ καὶ κατὰ τὰ ὄρη τοῦ Γάνου ἐν-
διατρίβοντα, ἐκ τῶν χωρῶν τῶν κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν τὴν
γένεσιν ἔχοντα, τοῦ Ἡονοπολίτου βασιλεῖ συστήσαντος ἀνὰ τὴν
Κωνσταντίνου τότε διάγοντα βασιλεὺς ἐν τοῖς πρώτοις τῶν γνω-
ρίμων ἔταττε. διαμηνυθέντος δὲ τοῦ πρώτου καὶ τὰ πολλὰ κατα- P 94
ναγκασθέντος, ἐπεὶ οὐκ ἐπείθετο, περὶ ἀμφοῖν τῶν λοιπῶν
προσώπων ἡ κρίσις τῷ βασιλεῖ ἐνεδοίαζε, καὶ τὰ ζυγὰ τῆς ἀρε-
σκείας ὑπὲρ τὸν δεύτερον πρὸς τὸν τρίτον ἔκλιναν. κἀντεῦθεν
προσκληθεὶς Ἀθανάσιος οὐκ εὐθὺς καὶ αὐτὸς ἐνεδίδου, ἀλλὰ τὰ

quadam die in concilio dixerunt se evangelice ac canonice res ecclesiae composituros, si tota earum administratio, annuente imperatore, ipsis permitteretur, cohorrescentibus ad sonum ipsum huiusmodi verborum cunctis, dum horum admonitu subiiciunt animis tetram speciem malorum quibus religio exponeretur talibus moderatoribus commissa, a quorum imprudentium aeque ac vehementium inconsultis ausibus iure metueretur ne super recentem ecclesiae statum procellam immitterent eo periculosiorem, quo sine praevio ingruens fremitu exitium minis praeverteret, nave surdis undis obruenda prius quam sonitu intumescentis maris excitati nautae artem expedire ac conatum possent ad vim fragendam fluctus infesti. igitur his, ut dictum est, synodus dimissis communiter de patriarchae electione consultabat. (13) ante omnia, ut mos est, tres suffragiis communibus elegerunt, quorum unus praelatus caeteris patriarcha fieret. primus trium fuit Gennadius, qui olim electus in episcopum primae Iustinianeae, et electione admissa, deinde longo tempore peregrinatus, denique recusaverat aut abdicaverat. alter Iacobus, vir simplicium morum et plenus religionis, cui monachorum montis Atho praefectura credita fuerat. tertius Athanasius, quem in monte Gano commorantem, oriundum e regionibus Adrianopoli circumsitis, ab Eonopolita imperatori Constantinopoli tunc degenti commendatum hic in primis atque intimis familiarium habuit. primus autem admonitus de sui electione, et multum ut promoveri se pateretur oratus, cum persuaderi non potuisset, reliquum inter duos alios iudicium in arbitrio imperatoris versabatur, cuius voluntas secundo praeterito magis in tertium inclinavit. vocatus igitur Athanasius neque ipse

καθ' αὐτὸν πρὸς τοιοῦτον ὕψος ὑπεκορίζετο. τέως δὲ βίᾳ τῷ δοκεῖν βασιλέως καὶ τῆς συνόδου κατανεύει καὶ τὴν πρόσχλησιν δέχεται. ἦσαν δ' εὐθὺς τὰ προοίμια ἄλλ' ἄττα παρὰ τὰ φθά-
B σαντα· πιζῇ γὰρ ἠβούλετο διέρχεσθαι τὰς ὁδοὺς ἐνδυμά τε τραχὺ φέρειν καὶ βλαύτας εἰκαίως ηὐτουργημένας ὑποδεδέσθαι καὶ ἐν παντοίᾳ λιτότητι διαζῆν. πλὴν οὐ διὰ ταῦτ' ἐζητεῖτο. οὐ γὰρ ἐνδυμάτων καὶ βλαυτῶν ἦν καὶ αὐτουργίας τὸ ὡς δεῖ ποιμαίνειν, ἀλλὰ ψυχῆς εὖ ἐχούσης πρὸς τοῦτο, ἀγάπην χωρούσης Χριστοῦ, δι' ἧς τὸ κατὰ Χριστὸν ποιμαίνειν ἐγγίνεται. εἰ φιλεῖς με γάρ, Πέτρε, φησί, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. οὐκ ἄλλο δὴ πάντως ἢ εἰς Χριστὸν ἀγάπη ἢ τὸ αὖπὴν δὴ τὴν Χριστοῦ ἀγάπην ἔχειν
C ἐν τῇ ψυχῇ. ἀγάπη δὲ Χριστοῦ τὸ δοῦναι τὴν ψυχὴν καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἔτι μενόντων ἁμαρτωλῶν. τοῦτο δ' αὖθις τὴν πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας συμπάθειαν παριστᾷ. τίς γάρ ποτε τὸ οἰκεῖον μέλος νοσοῦν θεραπεύων οὐχ ἡπίως ἀφεῖται καὶ ἱλαρῶς ἐκείνῳ προσφέρεται, κἂν ζέῃ σκώληκας; τίς δὲ καὶ θριαμβεύσειε τὸ ἐλάττωμα ἑαυτοῦ, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον κατανοουμένου ὑπεραπολογοῖτο; τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει πᾶν, κατὰ Πίνδαρον. καὶ
D Χριστὸς μέν, ὅτι καὶ μόνον ἐσμὲν Χριστοῦ καὶ τὸ αὐτὸ φέρομεν

12. τό] τοῦ P.

confestim acquievit, aliquandiu persistens in detrectando tanti fastigii ascensu. tamen ad extremum vim, ut videri voluit, quasi quandam sibi ab imperatore ac synodo illatam non sustinens, auctoritate tanta pertractus ad assensum annuit vocationemque admisit. mox prooemia coepere cerni speciei ac cultus patriarchae designati, satis a praecedentium consuetudine diversa. pedes enim iter facere instituit, vestemque ferre asperam, et calceari crepidis rudi ac subitaria ipsius opera consutis, denique in omni vitae parte infimam tenuitatem et vilitatem affectare. caeterum non ob haec quaesitus fuerat. non enim in vestitu ac crepidis manu propria deproperandis sacri pastoris recte fungi officio situm est, sed ad hoc animus requiritur idoneis ei curationi sensibus et affectibus instructus, Christi praesertim instinctus caritate, quae praecipue modum ac vim inspirat gregis ecclesiae iuxta Christi spiritum pascendi. nam si amas me, Petre, inquit, pasce oves meas. non aliud nimirum eiusmodi officium plene absolvit quam amor Christi, aut ipsam Christi caritatem in anima habere. Christi autem caritas ea est qua ille dedit propriam animam et mortem subiit pro nobis, cum peccatores adhuc essemus. quod rursus compassionem in peccantes insinuat. quis enim proprium membrum curans non id placide contrectat, non blande ac benevole illud fovet, etsi vermibus scateat? quis maligne tradycat et publico insultans ludibrio propinaverit sui membri, hoc est suum ipsius vitium, quod potius, si quo forte casu in alienam notitiam emanaverit, excusare solicite debeat? nam propriae quemque rei cura et sensus angit, iuxta dictum Pindari. ac Christus quidem, eo solum quod Christiani sumus et ferimus sanctum ipsius nomen, membra nos et partem sui

ἄγιον ὄνομα, μέλη ἐκ μέρους λογίζεται σαπροὺς τοῖς πλημμελήμασιν ὄντας· ἡμεῖς δὲ ὑπερηφανήσομεν καὶ καταγνωσόμεθα τῶν ἀνθρώπων, δίκαιοι ὄντες ἁμαρτωλῶν καὶ ἀνέγκλητοι ἐχόντων ἐγκλήματα, καὶ τὸν μὲν κολάσωμεν, τῷ δ' ἐπιπλήξωμεν, τὸν δ' ὑποπτεύσωμεν, καὶ μὴ ὄντα τῶν κακῶν πολλάκις ὡς ὄντα κατακρινοῦμεν; καὶ κατορθοῦντας μὲν οὐκ ἀξίως ἐπαινεσώμεθα, ἀποβλέποντες πρὸς τὸ ἡμέτερον ὑψηλόν, σφαλέντας δὲ ὡς μικροῦ μετέλθωμεν ἀναμάρτητοι; Χριστὸς δὲ παραχωρεῖ, καὶ ὁ τῶν E μαθητῶν πρῶτος πίπτει, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα τῆς οἰκουμένης φωστὴρ διώκτης πρότερον γίνεται καὶ κολαστὴς εὐσεβῶν, καὶ ἁλιεῖς μὲν καὶ τελῶναι εἰς μαθητείαν παραλαμβάνονται πρὸ τοῦ φανῆναι πάμπαν κακοί, ἐπὶ Παύλῳ δὲ χάρις παραχωρεῖ καὶ ὑποστέλλεται, ὡς ἂν μετὰ τὸ φανῆναι κακὸς καὶ διώκτης καὶ τιμωρὸς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν ἀπαραίτητος τότ' ἐκείνῳ λάμψῃ τὸ φῶς, P 95 καὶ γνῷ ματαίως διώκων ὃν ὡς θεὸν ὕστερον προσκυνεῖ. τί δαί; ἀλλὰ τοῖς μαθηταῖς ἐκεῖνος ἀποσεμνύεται καὶ τὴν εὐεργεσίαν κρύπτει τῆς χάριτος; οὐδαμῶς, ἀλλὰ κηρύττει καὶ μεγαλύνει τὸν ἔλεον. ταῦτα Χριστός, ταῦθ' οἱ Χριστοῦ, ἐκεῖνος μὲν ἵνα νομοθετήσῃ τὸ συμπαθές, οὗτοι δὲ ἵνα τὴν εὐεργεσίαν ἐφ' ἑαυ-

reputat, putridos licet sceleribus: nos autem superbia turgebimus, et arreptis supercilii saeva censura immisericorditer damnabimus homines, iusti, ut nobis videmur, peccatores, non accusati accusatos? et alium quidem poenis subiiciemus acribus, alium probris proscindemus, alium temere suspectabimus, et cum re ipsa minime sit malus, tamquam malum praecipiti iudicio infamabimus? et eos quidem qui recte fecerint, non prout digni fuerint laudabimus, velut indignum nostrae fastigio celsitudinis ducentes ad cognoscenda aestimandaque aliena merita descendere: si quid autem illi offenderint, sic rigide acerbeque puniemus, plane tamquam labis nos expertes omnis ac ne capaces quidem peccati essemus? atqui Christo permittente primus eius discipulorum cadit. et qui postea fuit illuminator orbis universi, persecutor prius et vexator piorum extitit. cumque alii apostoli partim ex humili piscatoriae artis exercitatione, partim e sordida professione quaestuosae publicanorum functionis in discipulos assumpti fuerint, priusquam omnino mali apparerent, uno in Paulo quasi se initio contrahens locumque concedens malitiae gratia, non prius illum ea luce circumdedit quae mundum late totum illustraret, quam idem fuisset deprehensus homo plane malus, persecutor et ultor inexorabilis discipulorum Christi. tunc inquam illum circumfulsit illa de coelo lux, cuius ad radios agnovit frustra se oppugnare quem mox adoraturus ut deum esset. quid autem postea? num Paulus ita conversus primi sui erroris indicia obruens et conscientiam dissimulans suis se discipulis quasi semper innoxium venditabat, ingrate celans beneficium curatricis sui gratiae? minime, sed praedicat potius et magnificat misericordiam. haec Christus, haec a Christo electi, Christus, ut legem sanciret misericordis caritatis, apostoli, ut divinae beneficentiae indulgenda primis ipsis scele-

τοῖς πρώτοις δείξωσιν. ἀλλ' οὔ φασιν οἱ περὶ ἐκεῖνον, ἀλλὰ κολαστέοι οἱ ἁμαρτάνοντες, ἀλλὰ καταγνωστέοι οἱ σφίσι συμπα-
B θοῦντες. τότε δέ γε καὶ προσδεχέσθωσαν, ὅτε καὶ τοῖς ἀξίοις προστιμοῖντο, καὶ ὡς ἐκείνοις δοκοίη, πικρῶς καὶ ἀναλγήτως τιμωρουμένοις. τὸ δ' ἐμὸν εἴπω πάθος, καὶ εἰ μὲν ἐπαινετόν, εἰ δ' οὖν, ἔχον φερέτω τὴν μέμψιν. πᾶσι μὲν πιστοῖς τὴν θείαν φιλανθρωπίαν ἐξαπλουμένην κατανοῶ, καὶ οὐδενὶ τῆς σωτηρίας ἀπογιγνώσκω γνησίως μετανοήσαντι, μόνῳ δ' ἐμαυτῷ τὴν τοῦ
C ἐλέους χάριν συστέλλω καὶ τρέμω τὴν θείαν κρίσιν ὡς ἐπενεχθησομένην δικαίως, κἂν ὅ τι ποιοίην. πλὴν ἐξ ἐλέους καὶ πάλιν θαρρῶ, καὶ τὸ Χριστοῦ ὄντα παρ' αὐτοῦ καὶ κολάζεσθαι φιλανθρωπίας ἤγημαι πέλαγος. τοῦτο πολλάκις κατ' ἐμαυτὸν ηὐξάμην, οὐδενὶ τῆς σωτηρίας ἀπογινώσκων, κἂν τὰ φαυλότατα δια-
D πράξηται· μόνον ἡ πρὸς τὸ καλὸν ὁδηγία ἔστω καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς αἰσχροῖς μετάνοια. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἶπον, ὅτι τὸ σκληρὸν τῶν περὶ ἐκεῖνον ἦθος καὶ ἀτενὲς πολλαῖς τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ταραχαῖς περιέβαλλεν ὕστερον. ἀλλ' οὔπω ταῦτα.

6. ἔχων P.

rum venia specimen ostentarent, quo spes excitaretur criminosis remissionis assequendae. longe aliter Athanasius hic, et quos sibi secum similes habuit, sapiebant. quorum haec erat horribilis oratio "districte plectuntor quicumque peccant. his indulgere quidpiam si qui forte miserantes voluerint, statim immisericorditer damnantor. utrique tunc tantum ad pacem admittuntor, quando explevisse piaculorum praescriptorum numerum et exhausisse usque ad faeces amarum calicem istis ipsis iam plene satiatis videbuntur immanibus arbitris, qui eos poenis subiecerint acerbissimis." his ego ut plane contrarie sim affectus, profitebor hic equidem (laudabiliter an secus, cuiusvis esto iudicium), eiusmodi vitii, si vitium est, qualemcumque invidiam, eadem qua fateri non dubitavi, subire audacia paratus. cunctis in Christum credentibus divinam patere beniguitatem confido. nullius, quem vere scelerum poeniteat, salutem despero. mihi metuo uni ne misericordiae gratia excludar. ne omnibus apertus mihi soli coartetur pacis aditus, horreo, contrahens animum ad divini iudicii terribilem aleam, ne in irrevocabilem mei damnationem iuste, quidquid egero, inferendam funeste desinat. huic tamen aestui consternatae metu mentis aliquam a spe divinae misericordiae consolatiunculam instillo. nam quod esse rem Christi me scio, ab eodem ipso puniri me ad veniae pertinere viciniam autumo; et omen indidem traho appropinquantis gratiae, unde poenae praesens acerbitas ingruit. talia mihi ego ipsi, cui minus favere iudicando quam aliis soleo, cum tamen votis in spem audacibus augurer, multo scilicet magis bene opinabor de statu ac conditione caeterorum; nec putabo de quoquam desperandum quantorumlibet atrocissimorum comperto facinorum, quin ei ad salutem pateat reditus, modo ei nec ducis ad rectum iter fidelis pia desit opera, nec intimus flagitiose perpetratorum ab eiusdem serio poenitentis animo dolor absit. tantum esto hactenus dissertum a praelibante iam hinc memoriam secutarum postea ex fero acerboque Athanasii rigore turbationum, quae dei ecclesiam concusserunt. sed nondum ista.

14. Ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἀκουσθὲν ὡς ἐς πατριάρχην ἐκεῖ- P 96
νος ἐψήφιστο, πολλοί τενες ἐξαναδύντες τῶν καθ' αὑτοὺς φω-
λεῶν οἱ μὲν πόλλ' ἄττα τῶν ἀχαρίτων ἐκείνῳ προσεμαρτύρουν,
καὶ τὸ πλέον εἰς αὐτονομίαν καὶ ἀσπλαγχνίαν, ὅτι καὶ ἐξ ἐπιτα-
γῆς ὄνῳ ποινὴν ἐπιθείη τῶν ὀμμάτων τὴν στέρησιν δόξαντι ἀδίκῳ
περὶ τὸν τῶν λαχάνων κῆπον τοῖς μοναχοῖς, οἱ δὲ καὶ ὡς θαυμα-
τουργὸν ὡμολόγουν, ὅτι τε ἐν μιᾷ λάχανα συνάξας, λύκον εὗ- B
ρὼν ἐπιτίθησι ταῦτα, ἐφ' ᾧ οἱ τοῦ κήπου συναίροιτο, ἐπιτάξας
ἀπάγειν εἰς τὴν μονὴν (ἦν δὲ ὁ λύκος ἄνθρωπος, εἰ καὶ παρελο-
γίζοντο λέγοντες, ὡς ὕστερον ἔγνωστο), καὶ ὡς πεμφθέντος
ἐκείνῳ παρά τινος ἀπὸ μελισσείου κηρίου αὐτός τε φάγοι καὶ γλυ-
κανθείη τὸν φάρυγγα, εὔξαιτο δὲ τὸν γλυκασμὸν καὶ τῷ πέμψαν-
τι, καὶ ὡς αὐτὸς ἐντεῦθεν ὁ πέμψας ἐξ ἐκείνου καὶ ἐς ἡμέρας C
ἀνὰ στόμα τὴν γλυκύτητα περιφέροιτο, τῆς εὐχῆς ἐκείνῳ τόπον
ἀποπληρωσάσης κατὰ στόμα τοῦ μέλιτος. ταῦτ' ἐκεῖνοι μὲν
ἔλεγον, τὸ δέ γε τοῦ ἀνδρὸς ξένον καὶ ἄηθες καὶ ἀμφοτέροις ἀνὰ
μέρος πολλοῖς πιστεύειν ἐδίδου. ὅτι δὲ καὶ ἀσκητὴς ἐκ τῶν εἰ-
κότων ὑποτοπάζοιτο καὶ ἀκριβὴς περὶ τὰς ἐντολὰς νομίζοιτο,
μάρτυρες ἦσαν οἱ ἐκείνῳ φοιτῶντες, νήλιποί τινες καὶ ὠχρίαι

16. *ἀμφοτέρως?*

14. Quod huic convenit tempori, illud est. ut primum audita Athanasii designatio in patriarchatum est, multi prodeuntes e suis veluti quique cavis ac latebris, varia de illo proferre in vulgus et sibi, ut aiebant, comperta dicere pro testimonio coepere, multa illi parum faventia, quae ad duo ferme capita referebantur, nimirum pertinaciam propriorum sensuum legibus parum exemplisve deferentem, et immisericordem feritatem. huius in specimen memorabant iussum ab eo excaecari asinum, quod nescio quid damni monachorum horto comedendis oleribus intulisset. plura contra per eius studiosos ambitiose iactabantur de virtute ipsius et apud deum gratia, miraculorum etiam testimonio probata. quo in genere narrabant quadam ipsum die fasce olerum ex horto lectorum facto, eum in monasterium ferendum lupo imposuisse, qui obedienter sancti videlicet hominis imperata fecerit. sed fucus haec erant et lusus in nomine, prout est postea compertum: ministro enim exportandis domum oleribus usus erat homine, cui nec primo nec soli Lycus sive lupus nomen obtigerat. addebant, cum ei quidam e propriis alveariis favos dono recentes transmisisset, Athanasium melle degustato imprecatum beneficii auctori ut ista ipsi suavitate fauces imbuerentur; cuius voti vim statim et diu inde ille senserit, mellei saporis continuam in ore per dies aliquot dulcedinem scilicet expertus. haec illi quidem ferebant. caeterum inusitatum et novum in hac viro vitae ac cultus genus varie reputantes trahebat multos in diversam credulitatem contrarie assertarum de illo rerum, prout quosque favor aut odium moverat, utrisque tamen fere consentientibus in sibi persuadendo esse illum ascetam disciplinae austerae ac rigidum observatorem mandatorum. quod quidem etiam adstruebat squallor et durities as-

D καὶ κατεσκληκότες καὶ γυμνοὶ καὶ ἀπέριττοι, μὴ πολλὰ λαλοῦντες, μὴ περιττὰ ὁμιλοῦντες, κατηφίαι τε καὶ τὰς γνώμας ἀπαραίτητοι καὶ ἀμείλικτοι τοῖς πᾶσι φαινόμενοι, ἃ καὶ δείγματ' ἦσαν σαφῆ τῆς τοῦ διδάσκοντος ἀκριβείας καὶ τοῦ περὶ τὰς ἐντολὰς δεισιδαιμονήματος. ταῦτα λεγόμενά τε καὶ φημιζόμενα φθάνουσι καὶ ἐς βασιλικὰς ἀκοάς. ὁ δὲ πολλὰ μὲν εἰδὼς καὶ ἐφ' ἑαυτῶν ψευδῆ λαλοῦντας ἀνθρώπους, ἐκ βασκανίας κινουμένους
E δῆθεν καὶ παθῶν ἄλλων ὧν ὁ βίος ἐμπέπλησται (μαρτύριον δὲ τὸ μηδένα λέγειν ἐκείνου ἰδιωτεύοντος), τέως δὲ καὶ τὰ περὶ ἐκείνου σκοπῶν λεγόμενα, καὶ ἀντιβάλλων τοῖς ἀγαθοῖς τὰ κακά, καὶ συνετῶς κρίνων ὡς εἴπερ εὑρεθείη ἀληθῆ τἀγαθά, ἀνάγκη πᾶσα συναφανίζεσθαι τὰ κακά, παρυποστάσεις ὄντα ἐκ τῆς τῶν
P 97 ἀγαθῶν ἀπουσίας, ὡς μὴ ἅμα τοῦ αὐτοῦ οἴκου καὶ φῶς καὶ σκότος χωροῦντος, συνάξεις ἐπιτελέσας κοινάς, εὑρὼν τοὺς τἀγαθὰ λέγοντας καὶ τὰ πιστὰ λαβὼν παρ' ἐκείνων ὧς μαρτυρησόντων ἐνόρκως, αὐτίκα διαλαλεῖ τῷ λαῷ κοινῶς περὶ τούτων, καὶ πρῶτον μὲν τὴν κακίαν ὡς ἐκ τοῦ πονηροῦ δείκνυσι, καὶ τὸν κακὸν θησαυρὸν ὅθεν αἱ κατὰ ἀνθρώπων διαβολαὶ θριαμβεύει· ἔπειτα

siduorum apud illum macrorum quorumdam, pallidorum, attritorum laboribus et nudos artus frigori exponentium hominum, quorum passim percellebat oculos horrida species admiratione severae in omni cultu paupertatis, cogitabundi silentii, parsimoniae verborum in defungendo quam brevissime necessario sermone, tristis aspectus, irrevocabilis quamvis in partem inclinaverat sententiae, implacidaeque ac spirantis acerbitatem per omnia conversationis. haec fama didita per ora omnium ad aures quoque imperatoris pervenere. is pro sua multarum iam rerum longo usu visarum experientia facile suspicabatur multa ex iis quae pro suo quisque affectu adversus Athanasium dicebat, livoris odii similiumve perturbationum, qualibus vita hominum plena est, instinctu fingi vulgarique, vel inde argumentum ducens, quod cuncta haec nunc demum vocato ad patriarchatum obiicerentur, nemine quoad in privata vita perstitit, ulla tali de re culpare Athanasium audito. ingressus tamen considerationem hinc inde allegatorum, et comparans bonis mala, denique prudenter iudicavit, si quae ferebantur de illo bona vera reperirentur, necessario prorsus ab eo abesse deprehendenda quae imputarentur illi mala, quippe cum haec veram subsistentiam non habeant, sed bonorum quibus opponuntur absentiam exprimant, forma loquendi negationes instar subsistentiarum proponente, uti nec domus eadem lucem ac tenebras simul teneat. ergo cum ex iis convocatis qui Athanasium laudabant bona reperiret ei ab ipsis tribui, etiam affirmando cum iuramento se vere et ex certa scientia loqui, persuasus quod volebat, ad populum de hoc argumento disseruit, primum ostendens fictitiam affingi exosis ex malo obtrectantium animo; lateque in hoc campo eius oratio exultavit, magnifica declamatione traducens memoratum evangelio thesaurum malum humani cordis, unde falsae ac calumniosae in homines criminationes proferantur. deinde productis et ex adverso con-

δὲ καὶ παρ' ἑκάτερα στήσας τὰ ἀγαθὰ μαρτυρήσοντας, προσέταττε λέγειν ἐκείνους ἃ δὴ καὶ συνοίδασι περὶ τἀνδρὸς ἑαυτοῖς. B οἱ δὲ τοσοῦτον πιθανῶς ἔλεγον, προστιθέντες καὶ ὅρκους τοὺς ἐπὶ πίστει τοῦ βασιλέως καὶ δὴ καὶ τοὺς συνήθεις ἄλλους, ὥστε θαυμάσαι μὲν πάντας, τὸν δέ γε μέγαν λογοθέτην καὶ γραφῆ δοῦναι ταῦτα πεισθῆναι.

15. Οὕτω δὴ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἐπὶ κοινῶν συνάξεων λα- A ληθέντων τῶν κατ' ἐκεῖνον, ἐπειδὴ ἔδει καὶ παρὰ βασιλέως προβάλλεσθαι, ὑποτεμνόμενος ὁ κρατῶν ἐκείνῳ τὸν κόπον, ἐν τῷ μείζονι παλατίῳ κατὰ τὸν Ἰουστινιάνειον τρίκλινον, ὃν ὁ νέος Ἰουστινιανὸς ἐδομήσατο ἔξαιτον ὄντα καὶ μέγαν καὶ θαυμαστόν, λίχριον ὄντα τοῖς κατὰ πύλας εἰσιοῦσι πρώτως καὶ ἄνωθεν ἕως κάτω διήκοντα, λαμπρὸν μὲν τοίχοις λαμπρὸν δ' ἐδάφει, καὶ περιττὸν τὸ κάλλος, ὃς τῷ χρόνῳ παρεγκλιθεὶς ἐπὶ θάτερα νό- B του βιαίου πνεύσαντος ὕστερον καταπίπτει, ὡς μηδὲ εἰ ἦν οἶκος ἐκεῖσε πάλαι καὶ τοῖς ἰδοῦσι γνωρίζεσθαι, — κατὰ τοῦτον τοίνυν τὸν τρίκλινον, ἱστάμενον τότε, τῆς τάξεως γεγονυίας μεγαλοπρεπῶς καὶ ὡς ἔδει πατριάρχην προβάλλεται. εὐθύς τε κλόνος οἷον ἐπισημαίνει τῇ γῇ, καὶ παῖς τις κατὰ τὴν Νέων πεσὼν P 98

stitutis iis qui bona de Athanasio testabantur, iussit illos quae comperta de illo haberent dicere. hi tam copiose ac verisimiliter illum praedicarunt, repetitis etiam, quibus iam fidem talium Augusto fecerant, iuramentis, et adhibitis aliis eodem, quibus vulgo uti consuevere qui studiose dicunt ad persuasionem, efficacibus formulis, ita cunctos in sententiam traxerunt, ut Athanasium qui aderant pro viro plane mirifico suspicerent, et magnus logotheta induci se sineret ad ea quae de illo splendide ferebantur scripto complectenda.

15. In hunc modum cum semel et iterum in conventibus locuti de Athanasio fuissent qui ei favebant, nec quidquam iam desiderari videretur nisi ut tam dignus omni honore vir in destinatum ei thronum ab imperatore promoveretur, compendifacere illi Augustus idem studens moram et molestiam in locum ei functioni solitum eundi, ceremoniam istam fieri voluit apud magnum palatium in triclinio Iustinianeo, quod Iustinianus iunior exstruxerat. aula haec est insignis, ampla mirificeque ornata, oblique apparens primas protinus valvas subeuntibus, a summo fastigio, sine ulla interpositione mediae contignationis, ad imum uno ductu pertinens, muris hinc inde speciosissime incrustatis, strato quoque pari magnificentia pavimento splendida, elegantiae plane incomparabilis; quod postea aedificium vetustate inclinatum in ruinam, superingruente denique in pronam aevi quassu partem austro vehementi, procubuit strage ingenti concidens, ita ut hodie intuentibus locum ne vestigia quidem aut reliquiae superstites ullius in eo solo, nedum tam illustris structurae illic olim erectae indicium faciant. in hoc ergo tunc stante triclinio congrua tali functioni magnificentia promotionem in patriarchatum Athanasii Augustus celebravit. quod fieri dum inciperet, auspicio statim haud prospero terra non sine fragore contremuit, et puer quidam circa Neam excussu corruens graviter ex

κινδυνεύει τῷ πτώματι. τετάρτῃ δὲ καὶ δεκάτῃ μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος ὁ προβληθεὶς πεζῇ καταλαμβάνει τὸ θεῖον τέμενος, μικρὸν δ' ὕστερον καὶ χειροτονεῖται. γίνεται δὲ καὶ τότε σημεῖον σύνηθες· νηνεμίας γὰρ οὔσης τὰς πρὸς τῷ στασειδίῳ φωταγωγοὺς μέσον ἐκ τῶν κατὰ κύκλον ἀπηωρημένων, ἃς πᾶς τις τῶν ἐν κλήρῳ ἐπ' ἐκβολῇ πατριάρχου σημεῖον εἶχεν (ἅμα γὰρ ἐκεῖναι
B τελουμένων τῶν ὕμνων ἐσείοντο, καὶ ὁ βλέπων ἐκβολὴν κατενόει τοῦ τότε πατριαρχεύοντος· καὶ γέγονε ταῦτα ἐπ' Ἀρσενίῳ Γερμανῷ Ἰωσὴφ Ἰωάννῃ καὶ Γρηγορίῳ), ταύτας τότε ξυνέβαινε σείεσθαι. καὶ πολλοῖς βλέπουσιν ἐξητάζετο τὸ τελούμενον, εἰ καὶ μὴ ἐς προῦπτον βασιλέως ἑστῶτος διεπυνθάνοντο. ὡς δ' ὁ Καράκαλος Νικομηδείας τὸν ζυγὸν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου ἐτίθει, καὶ ἤδη τὸν θεῖον θεᾶσθαι χρησμὸν ἔμελλον (φέρουσι γάρ τι κἀκ
C τούτων ἐπὶ τοῖς τελουμένοις οἱ πολλοὶ πίστεις, κἂν οὐκ ἀναγκαία ἡ ἐπισήμανσις), τὸ εἰς κόλασιν ἀπόφημον ἐν τῷ ἱερῷ εὐαγγελίῳ ἐνεφανίζετο· τὸ δ' ἦν "τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ." ᾧ δὴ καὶ προσαλγήσας πρῶτος ἰδὼν ὁ Νικαίας ἐπειρᾶτο καθόσον ἦν συγκαλύπτειν, καὶ μεταλλάττων τὰ τῆς βίβλου φύλλα καρπὸν

casu est periclitatus. quarta porro et decima die mensis Octobris promotus iam patriarcha pedes se contulit ad divinum templum, ac paulo post est ordinatus. in ea functione deprehensum solitum signum est, quo declararetur hunc patriarcham ante mortem throno deturbandum. etenim quieto coelo nullisque aërem ventis cientibus, fenestrae quae ex circum per gyrum alte dispositis sedile inaugurati superne spectabant, dum hymni sacri complerentur, sponte concussae sunt. observabant curiose hoc ipsum an fieret clerici omnes; quorum, ubi re vera sic factum animadverterunt, nemo dubitavit quin et hic Athanasius deiiciendus sede foret adhuc vivens, minimeque perducturus ad tumulum patriarchalem dignitatem. sic quippe meminerant praeindicatam similem fortunam in ordinationibus quinque retro patriarcharum, Arsenii, Germani, Iosephi, Ioannis et Gregorii; quibus in cunctis omen sponte motarum, dum inaugurarentur, imminentium sedi fenestrarum secuta deinde suo tempore ipsorum e throno expulsio sanxisset, ac ratum verumque nec temere captatum fuisse demonstrasset. tunc igitur fores ac specularia fenestrarum illarum, tranquillo licet a ventis aëre, minime dubio sed multorum undique intentorum concordibus aspectibus clare signato concussa motu sunt. solusque praesentis imperatoris reverentia linguas tenuit, ne quod oculi vidissent, invicem percontarentur et indicarent. ut autem Caracalus Nicomediensis iugum sancti evangelii posuit, et iam visuri omnes essent divinam, quae ex primum obvio libri sacri versu ducitur, futuri praesagitionem (nam hinc quoque augurium in sortem fortunamque inaugurati multorum credulitas trahit, licet non sit necessario cum eventu connexa ista praesignificatio) inauspicatae mentionis, quippe supplicium poenasque damnatorum innuens, sententia in sacro apparuit evangelio, his expressa vocibus "diabolo et angelis eius." quod abominans qui primus vidit Nicaeensis, conatus est quantum potuit abscondere, et inversis libri foliis aliam paginam aperuit, ex qua hoc pri-

ἐνέφαινεν ἕτερον. τὸ δ' ἦν "καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατα-
σκηνοῦσιν ἐν αὐτῷ," ὃ καὶ αὐτὸ πολὺ τὸ ἀπεμφαῖνον ἔχειν ἐδό- D
κει πρὸς τὰ τελούμενα τέως τὸ πρῶτον καὶ λαθεῖν σπουδάζοντες
οὐκ εὐώδουν συγκαλύπτειν, ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς ἐφημίζετο, οὐ μὴν
δὲ καὶ εἰς κατάγνωσιν ἄγειν τὰ τελεσθέντα ἐντεῦθεν, κατὰ τύχην
μὲν οὐ λεγόντων ἐκβῆναι (πόρρω γὰρ ἡ τύχη τελουμένων θείων
πραγμάτων), ἄλλο δέ τι ὑποδηλοῦν τὸ λόγιον κατὰ τὸ λοξὸν πι-
στευόντων. ἃ δὴ πολλὰ τοιαῦτα καὶ ξυμβεβήκασι. βρυγμὸν E
λέγουσιν ἐκβῆναι τῷ Ἀρσενίῳ· ἀλλ' ὁ χρησμὸς ἐπ' αὐτῷ μὲν
οὐδ' ὁτιοῦν ἐπληροῦτο, ὡς ἔδειξεν, ἐπὶ δὲ τοῖς κοινοῖς τῆς ἐκκλη-
σίας καὶ λίαν, ὅπου γε καί τις, ὡς λέγεται, θεοφόρος ἀνήρ,
ἀκουσθὲν ὡς Ἀρσένιος ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας κατέστη, εἶπεν "Ἀρσέ-
νιος ἀρχὴ σκανδάλων," τῇ ἀρχῇ συμβαλλομένου ἐκ τῆς ἀρχῆς
τοῦ ὀνόματος. διὰ τοιαῦτα καὶ ἐν πληροφορίᾳ τῇ προσηκούσῃ
τὸν πατριάρχην καὶ κλῆρος καὶ λαὸς ἅπας ἐδέχοντο.

16. Ὀλίγον τὸ μεταξύ, καὶ ἐπεισφροῦσι τούτῳ ὑπηρέται P 99
μοναχοί ποθεν ἔξωθεν. καὶ οἱ μὲν ἐκτὸς οἱ δ' ἐντὸς ἐκεῖνα
ποιεῖν οὐκ ἀπώκνουν, ἃ δὴ πνευματικῶν μὲν ἀνδρῶν οὐκ ἂν εἴ-

10. δὲ] τὸ P.

nam in oculos incurrit "et volucres coeli requiescunt in ipso;" quod et ipsum longe abhorrens a mysterio quod tunc celebrabatur, est visum. ergo cum et hoc dissimulare cuperent, obstare nequivere quominus in notitiam emanaret. sed sinistris augurationibus compescendis illud vere admonuerunt, non debere haec trahi ad fixam opinionem infausti successus hanc ordinationem excepturi, non quod haec vellent dicere casu evenisse (casus enim a divinorum celebratione mysteriorum longe abest), verum innuebant oblique alia quaedam eius generis omina vulgi sermone trita, quae eventu caruisse viderentur. unum erat horum quod ferebatur, olim in Arsenii consecratione primum occurrisse dictum evangelii "stridor dentium," grave utique infortunium intentans. quam tamen significationem in Arsenio, utcumque malis exercito, impletam vita eius etiam post exauctorationem ad mortem usque satis quieta declaret. caeterum si eius qualiscumque oraculi minae in ipso perpetratae Arsenio non sunt, videri tamen in communibus illis inde secutis perturbationibus ecclesiae abunde vim saevam tristis sui significatus exhausisse. quo pertinet quod vir quidam illorum temporum deo plenus, ubi audisset ecclesiae regimini praefectum Arsenium, exclamasse dicitur "Arsenius initium scandalorum," praesaga videlicet allusione ad priores duas literas nominis Arsenius, quae item vocabulum quo initium Graece designatur inchoant, itemque ad tertiam eiusdem nominis literam, quae prima est in voce scandalum. his tunc et observationibus actorum et interpretationibus observatorum consentaneae fuere expectationes et arcana auguria mentium, cum quibus sic inauguratam patriarcham clerus et populus exceperunt Athanasium.

16. Brevi posthaec convenerunt ad eum quasi ministraturi externi monachi nescio unde profecti, quorum hi quidem palam, alii clam ea facere non dubitabant quae spiritualium esse hominum nemo dixerit, utpote

ποι τις, τέως δ' ἀνθρώπων καὶ μετρίων τὸ παράπαν ἦσαν οὐκ ἄξια. πολλοῖς γάρ, μοναχοῖς δὲ μάλιστα, καὶ λίαν ἐπεῖχον. καὶ ἡ πρόφασις εὔλογος, ὡς ἀδιαφοροῦσιν ἐξ ἔθους, καὶ τὰς τῆς ἑβδομάδος νηστίμους καταλύουσι μὲν εἰς διφαγίαν καταλύου-
B σι δὲ καὶ εἰς οἶνον πολλάκις καὶ ἔλαιον, καὶ παραρτύμασι χρῶν- 5
ται, καὶ παρὰ τοὺς πολλοὺς τρέφονται, καὶ ὡς χρήματά τινες ἔχοιεν. καὶ τοσοῦτον ἐφυλοκρίνουν ταῦτα καὶ ποιναῖς ἐξεκόλαζον, ὡς μὴ μόνον τοὺς ἀδιαφοροῦντας δεδιέναι καὶ τρέμειν τὴν ἐκείνων ἐπιστασίαν, ὡς εἰ μόνον προσαγγελθεῖεν κολασθησομένους τὰ μέγιστα, ἀλλὰ καὶ τὸν δοκοῦντα προσεκτικώτατον. καὶ 10
ὅπερ ἐπὶ τοῦ σκορπίου φασίν, ἐκ τῆς ὀπῆς ἐξιόντα μηδὲν εἰδέναι ὅπῃ τὸ κέντρον προσβάλοι, ἀλλ' εὐθὺς ἐνιέναι πᾶσι, καὶ
C φυτοῖς καὶ πέτραις καὶ ζώοις καὶ γῇ, τὰ αὐτοῦ πράττοντα, οὕτω κἀκείνοις ἄντικρυς ἦν τοὐπιτήδευμα, ἐνιεῖσι πικρίαν οἷς ἐπισταῖεν διὰ τὴν τοῦ πατριαρχοῦντος ἐπὶ πᾶσιν, ὡς ἐδόκει, ἀκρίβειαν. 15
ἐκείνῳ τὸ εὑρεθὲν χρυσίον κατάγνωσις, τούτῳ τὸ τῶν ἱματίων καινόν, ἄλλῳ τὸ δυσὶ χιτωνίσκοις ἢ καὶ τρισὶ χρῆσθαι, ἄλλῳ ὅτι ὁ σταυρὸς ἐξ ἀργύρου ἢ μὴν καὶ χρυσίου, καὶ ὅτι πολυτελὴς

quae ne iis quidem qui tolerabilem dumtaxat mediocritatem in vita profitentur officii, et aliquatenus moderatis, ulla ratione convenirent. in multos, praesertim monachos, saeve grassabantur, eo plausibili praetextu, quod eos causarentur licentia relaxasse disciplinam nec iam more monachorum antiquo vivere. etenim quibus quavis hebdomade diebus indictum olim sit ieiunium, iis hos nihilo secius bis comedere, et quidem saepe vino et oleo adhibitis; praeterea condimentis uti ac ritu vesci saecularium; quosdam etiam ex ipsis pecunias habere. in haec tam severe odiosissimas inquisitiones et rigida iudicia scrutandis inhianter ac cupide libellis indiciisque delatorum exercebant, ut non tantum qui re vera mollioris quam status posceret monasticus sibi essent diaetae conscii, timerent horrerentque illorum animadversionem, certi, si solum quomodocumque insimularentur a quoquam, ab his statim sese pessime multandos, sed nec si quis videretur in eo genere vel circumspectissime se gerere, securum se putaret, horum siquidem indiscriminatim omnibus intemperies infesta minabatur, plane ut scorpium aiunt e cavo prodeuntem, exertum caudae letalis aculeum aeque cunctis intentare rebus obviis, plantis saxis animantibus, nullo delectu respectuve, quod suum est agentem, hoc est, innatae obsequentem libidini quibuscumque quam potest maxime nocendi. sic istis hoc studium, haec occupatio ac quasi professio una erat, immittere acerbitatis suae virus in omnes quibus praeerant potestate quam ipsis communicabat patriarcha, quem cum appareret summam omnis officii diligentiam velle ab unoquoque exigi, eo plus se ab illo inire gratiae putabant, quo immitius desaevissent in delatos aut mediocrium culparum aut rerum, si clementi arbitrio censerentur, ne culpae quidem affinium. quotidianarum hae ferebantur damnationum causae, aureus in huius monachi peculio repertus, novum alter deprehensus induisse pallium, duabus alius tribusve uti tunicis compertus. quin et si observaretur gestare quispiam argen-

κατεσκεύασται, ἄλλῳ ὡς τὸ μαχαιρίδιον εὖ ἤσκηται, καὶ ἄλλῳ ὡς λελεύκωται τὸ χειρόμακτρον, ὡς ἐλοιώθη οὗτος, ὡς ἐκεῖνος P 100 ἀπερραθύμησεν, ὡς φίλοις ἐχρήσατο, ὡς ἀσθενήσας ἰατρῷ προσῆλθε. καὶ τίς ἂν τὰ αἰτιάματα ἀριθμήσειεν, ἃ δὴ καὶ ὡς ἐπὶ σκηνῆς τοῦ βίου τῶν ταλαιπώρων ἀνθρώπων ἡ τληπαθὴς φύσις ὡς ἐφόλκια ἐπισύρεται; οἷς ἐκεῖνοι ἐπιφυόμενοι κατωνείδιζον καὶ ἠτίμουν καὶ περιέσυρον καὶ φυλακαῖς ἀπαραλήτοις δικαιοῦν οὐκ ἔλεγον. ἦν δή που καὶ ἀπὸ μονῶν ἐξέλεγον χρήματα, ὡς ὕλην παθῶν ὑποσπῶντες ταῦτα καὶ τὸ πῦρ τῆς ἐμπαθείας ἐντεῦθεν ἀπομαραίνειν δικαιοῦντες· εἰ δὲ καὶ ταῖς χερσὶν ἐκείνων B οἱ σπενθῆρες, ὡς ἔδοξαν, ἐνεσποδιάζοντο, ἡράκλεις, τοῖς ἄλλων, ὅ φασιν, ἰατροῖς, εἰ ἔλκεσιν ἔβρυον. ὅμως μέντοι μῖσος οὐκ ὀλίγον ἐντεῦθεν σφίσι παρὰ πολλῶν ἐντέτροφε καὶ ἄσπονδος μῆνις, καὶ κατεστύγουν ἅπαντες, ἐκείνων σπενδομένων μόνων οἷς δὴ καὶ ὡς ἰδίοις ἐχρῶντο. πολλοῖς δὲ καὶ πληγὰς ἐνέτεινον βαρείας ἁμαρτεῖν δόξασιν, ἀπὸ ζήλου δῆθεν καὶ ἀκριβείας, τὸ

8. δ' ὅκον?

team aureolamve cruciculam, statim ut sumptuose splendidus notabatur. sed et usque ad has minutias morosissima censura descendebat. en hic quam elaborato affabre cultello utitur! alter ille mantili quam candido manus tergit! ut iste lautus nitet! ut fracto alius et deside languescit habitu! ut amicis solicite obsequitur! ut cum aegrotaret medicum adiit! et quis istiusmodi criminationum ineptissimarum ineat numerum? nam in iis omnibus quas, velut in scena, infelicium hominum aerumnosa natura solatio urgentium necessitatum sarcinas vitae subsidiorum trahit, insidias inhumani satellites collocabant odiosarum explorationum; e quibus exurgentes in deprehensos stomachabantur, obiurgabant, multabant, prehendentes immisericorditer, prehensos ignominiose trahentes in custodias tristissimas, ubi siue spe impetrandi laxamenti, sine ullo temperamento indultae consolatiunculae vel minimae, miseri contabescerent, nulla quantumvis longa tolerantia malorum crudelium istorum insatiabilem explente feritatem. nec singulos vexasse monachos contenti, monasteria ipsa opibus et pecunia tollendis exhauriebant: materiam cupiditatum everrere sese inde zelo disciplinae dictitantes, quo fomite scilicet detracto avaritiae (sic enim loquebantur) plus nimio flagrantis ardorem minuerent; cuius tamen ignis favillae in manibus ipsorum, scintillis luculenter intermicantibus, cernebantur, ut liceret exclamare tritum illud "heus vos, aliorum medici, scatetis ulceribus!" his, prout erat verisimile, ingens adversus istos odium in animis omnium aestuabat, iraque fervebat implacabilis, detestantium cunctorum tam diram acerbitatem, unis dumtaxat illis in fide velut foederis cum his perstantibus, quibus quasi domesticis et interiori necessitudine familiaribus ipsi utebantur. cumulabat oleum in flammam invidiae, quod ne temperabant quidem manibus et fuste, plagis interdum contundentes quos deprehendisse in culpa sibi videbantur, hoc ipsum ostentare ad sui gloriam gaudentes, quod inde intellecturos omnes confiderent quanta in ipsorum animis exardesceret vis divini zeli, quae cohibere istas

ἀπαραίτητον ἐπὶ πᾶσιν δεικνύμενοι καὶ ἀσυγκατάβατον, ὡς πάν-
C τας μὲν εἶναι ἐν φόβῳ καὶ ἀγωνίᾳ, τοὺς πλείστους δὲ καὶ ἐν
καταγνώσει λογίζεσθαι. πάντα δ' ἀνέτρεπον καὶ συνέχεον διὰ
τὴν νομιζομένην ἀκρίβειαν κατὰ τὰ Ἀναξαγόρεια χρήματα. οἱ
δέ γε τῆς ἐκκλησίας ὁρῶντες τὰ πλεῖστα μὲν καθ' ἑαυτοὺς κατε- 5
μέμφοντο, ὑπομιμνήσκοντες δὲ καὶ τῷ πατριάρχῃ προσαναφέ-
ροντες ὅτι πολλοὶ παρὰ τῶν ἀγρίων ὑπηρετῶν πληγὰς ἀνηλεῶς
ἐλάμβανον, ὡς δῆθεν τὰ πολλὰ μηδ' εἰδότι, κατεγινώσκοντο ὡς
ἀταλαιπωρήτως ἔχοντες περὶ τὸ καλόν, ὥστε τῷ μὴ τὸ κακὸν
D ἐκτόπως μισεῖν μηδὲ τὸ καλὸν τοῖς αὐτοῖς ὑποδέχεσθαι μέτροις. 10
ἦν γάρ, ὡς ἐῴκει, ὁ σκοπὸς τῷ πατριαρχεύοντι ἐκ μέσου θεῖναι
τὸ ἀδιάφορον, εἴτε ὂν εἴτε δοκοῦν, ἐκ παλαιοῦ ἐπεισφρῆσαν
διὰ τὴν τῶν πνευματικῶν προστατῶν, ὡς ᾤετο, ἀτημελησίαν ἢ

nequiret eruptiones in subitas et nullo respectu tardatas castigationes perperam actorum. moesta hinc omnia metu solicito, aestu animorum inquietissimo, videres, plerisque, dum et indignitatem praesentium et perniciem imminentium cum horrore reputant, usque ad desperationem efferatis. crescebatque in dies malum, dum nihilo secius monachi quo per praeceps incubuerant ruentes, novis subinde frequentandis, simulatione aut praetextu exactae religionis, inhumanae acerbitatis exemplis, pervertebant confundebantque passim omnia, ut esset iam illic praesens species ecclesiae et urbis plane qualem Anaxagoras origines mundi describens fuisse affirmabat naturae partium mixtim ac temere coacervatarum, ante mentis, quae ordinem intulit, accessum. talia ecclesiastici cum cernerent, pleraque quidem improbabant taciti, et secum aestimantes ut nimia et immania damnabant. ac cum arbitrati patriarcha multa horum inscio fieri, eum adeuntes indicarent quae maxime intolerabilia credebant, nempe contra ecclesiasticam lenitatem etiam vim ac verbera per feros eius ministros plurimis crudeliter inferri, quod pro sui atrocitate omnes existimarent praeter mentem et citra notitiam ipsius ab istis attentari, ille inexpectatissime rem comprobans etiam ultro monitores increpabat ut hebeti ad mali sensum et detestationem animo, apparere vel inde aiens callum obductum religioni ac zelo ipsorum, qui aspectu culpabilium defectuum tam parum offenderentur. si enim horrore quo par fuerat ad occursum prave actorum commoverentur, ipso utique mali odio ad boni ipsi oppositi, nempe castigationis qua emendatur, honestatem agnoscendam perducendi fuerant, nec temere ut nimium culpaturi supplicium, quod ex comparatione ac commensuratione cum peccato quod punit, iustum esse ac moderatum recte censentibus intelligitur. his patriarcha obiurgationibus insperatissimis istos ecclesiae primores qui eum admoniturl conveniebant a se abigens, omnem iam sibi apud eos demebat excusationem ab opinione ignorantiae rerum quae fiebant, et totam in suum caput attrahebat invidiam, nihil pensi quidquam habens, dum palam ostentaret eo plane se spectare ac recta ferri, ut e medio tolleret radicitusque extirparet omnino qualemcumque, seu veram seu apparentem disciplinae remissionem, vulgo indifferentiam vocatam, quam ex longo putabat obrepsisse propter spiritualium praesidum incuriam, inolitam vero sese iam tueri quadam auctoritate ex praeiudicio consuetudinis, contra quod rite atque ordine sui mi-

καὶ συνήθειαν. ὅθεν κἀκεῖνοι ἐπειλημμένοι προφάσεως εὐπροσώπου τοιαύτ' ἔδρων, ἦν πού τις αἰτίαν ἀδιαφορίας εἰλήφει. τέως δὲ περὶ τὴν τοιαύτην αἰτίαν οὐκ ὀλίγοις καὶ αὐτὸς ἐνεπικραίνετο τὸ ἀδιάφορον ὀνειδίζων, μὴ κρίνων, οἶμαι, ὡς μέσον κακοῦ E
τε καὶ ἀγαθοῦ τὸ ἀδιάφορον κείμενον πρὸς ἑκάτερον ἐναντιοῦται τῶν ἄκρων, καὶ εἴγε πρὸς τἀγαθὸν κακὸν νομίζεται, ἀλλ' οὖν καὶ πρὸς τὸ κακὸν ἀγαθόν, καὶ ἀγαπητὸν ἂν μετριοπαθοῖμεν, μὴ τοῦ ἀπαθοῦς ἐφικνούμενοι. αὐτὸς δ' ὑπὸ κανόνι τῇ φαινομένῃ ἰδίᾳ ἕξει, εἴτε καὶ γνώμονι, τὰ τῶν ἄλλων ἤθελεν ἀπευθύνειν. κἀντεῦθεν καὶ οἱ πολλοὶ διωπνίζοντο καὶ ἐν ὑπονοίαις ἦγον μεγίστοις τὸν ἀπευθύνοντα. ἦν δ' ἐκείνους τὸ ἐφορμοῦν πρῶ- P 101
τον μὲν τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀτηρὸν καὶ πρὸς ἅπαν δυσέντευκτον, τοῖς μὲν ἐξ ἀρετῆς δοκοῦν, τοῖς δ' ἐκ γνώμης ἐμφύτου, τοῖς δὲ καὶ ἐκ συνηθείας τῆς πρὸς τὴν ἄσκησιν καὶ μονώσεως (ἅπαν γὰρ δύσοιστον τὸ μὴ σύνηθες), εἶτα δέ γε καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς ὅλοις κρυπτόν τε καὶ ἀφανὲς καὶ ψάλλοντος καὶ ἐσθίοντος καὶ κατὰ μόνας

15. εἶτα] εἴτε P. — *ibid.* τὸ ante ἐπὶ deerat.

nistri tenderent, plausibili usi praetexta, puniendis inexorabiliter, quaecunque deferrentur aut se ultro in animadversionem offerrent, transgressionibus antiquae disciplinae, quarum mentio soleret indifferentiae vocabulo molliri. ac esse in isto iudicio concordes patriarcham et eius satellites ex eo palam extabat, quod ipse quoque per se non paucos obvios contristabat amaris dictis, indifferentiam ipsis exprobrans, non intelligens, quantum arbitror, indifferens in boni et mali medio positum e varia sui comparatione cum extremis contrarias utrimque ducere qualitates, ut malum censeatur collatum bono, vicissim autem, ubi cum malo componatur, bonitatis aliquam induat speciem. unde ille moderate sapientium vulgo probabilis sensus est, praeclare agi nobiscum, in hoc vitae labilis statu haud pertingere valentibus ad plane imperturbabilem tranquillitatem, si mediocribus duntaxat perturbationibus agitemur. porro ille propria illa sua, quam prae se nusquam dissimulans ferebat, rectitudine rigidae virtutis pro norma utebatur, ad quam omnino volebat exaequare mores omnium, et quidquid in quovis ab ea declinaret, dirigere. non poterat sic agens non pungere crebro plurimos, qui sensu excitati evigilabant in suspicaces importuni censoris observationes, explorantes ecquid in eo deprehenderent quod iure vicissim carperetur, et valde suspectantes non frustra id se quaesituros. huic coepto ut instarent, magis eos in dies magisque impellebant nova subinde feritatis eius et admissionum inhumanissimarum exempla extantia relatuque vulgata. quae licet aliqui moderatiores excusarent partim virtuti tribuentes partim innatae inclinationi ac genio austerae indolis, denique alii totam eius acerbitatis culpam imputarent diuturnae assuetudini hominis a puero in secessu ac solitudine versati, ac ne nunc quidem in vita exposita congressibus, quod omne insolitum aegre toleretur, a latebris ac silentio repetendis subinde temperanti (animadvertebatur enim nunc quoque affectare in omnibus secretum, vitareque, quantum poterat, arbitrorum conscientiam, solus psallere, solus comedere,

B διάγοντος, ὥσπερ ἤσκητό τε καὶ εἴθιστο. ὅμως (τὸ γὰρ τῆς ἀνάγκης ἐστὶν ἀδήριτον) τὴν σκληρὰν ἐκείνην καὶ ὡς ἐν σιδηρᾷ ῥάβδῳ διέφερον πολμανσιν, οἱ μὲν εὐγνωμονέστεροι σφίσιν ἑαυτοῖς τὴν αἰτίαν προστρίβοντες, ὅσοις δηλαδὴ μὴ ἦν ἐν νῷ τὰ τῶν ἄλλων κρίνειν ἀλλ' εἰς ἑαυτοὺς νεύειν καὶ ἑαυτοὺς κατὰ τὸ
C προσῆκον κατανοεῖν, εἰ δὲ καὶ ἀλλήλους κατανοεῖν, εἰς παροξυσμὸν ἀγάπης καὶ μόνον, συγχωροῦσι τέως τοῖς γιγνομένοις, ἀλλ' οὐ περιεργαζομένοις τοὺς ἐργαζομένους, κἂν ὅ τι ποιοῖεν. τοῖς δὲ καὶ πολυπραγμονεῖν ἐπῄει καὶ ἀνταμύνεσθαι πάσχουσι καὶ λαμβάνειν λόγους ἐξ ἄλλων, πιθανοὺς ἄλλως ἐκ τῶν εἰκότων
ὡς ἀγνῶτος πολλοῖς ὄντος ἐκείνου διὰ τὴν ἐπὶ τῇ ἀσκήσει μόνωσιν.

P 102 17. Τούτων οὕτως ἐχόντων ὁ μὲν πατριαρχεύσας Γρηγόριος νόσῳ πολυημέρῳ κατεργασθείς, ὡς δέ τινες ἔλεγον, καὶ διὰ τὴν παρόρασιν ἐκ μικροψυχίας, μετ' οὐ πολὺ τελευτᾷ τὸν βίον. καὶ τὸ μὲν ἐν ψαλμῳδίαις θάπτειν κατὰ τὸ εἰκὸς ἐδίδουν,
B τὸ δ' ὡς ἀρχιερέα, ὥσπερ δὴ κἀκεῖνος ᾤετο τὴν ἱερωσύνην παρακατέχων, συχνοὺς ὃ κρατῶν ἀποστέλλων ἀπέλεγε, καὶ τῇ αὐτανεψίᾳ ἐπέσκηπτεν ἐπιτάττων, ἤ τις ἦν Ῥαούλαινα, μή τι τοιοῦτον ἐπιτελεῖν, ὃ δὴ καὶ γίνεται.

clam et arcano, prout ascesi longa insueverat, cuncta vitae officia transigere), tamen nonnisi adacti magna vi necessitatis, quam nemo valet eluctari, durum istud et velut in virga ferrea regimen ferebant. quo in communi sensu gravis omnibus incommodi elucebat exquisitior aequitas quorumdam sibi unis mali causam imputantium. nempe sic dudum statuerant, non arrogare sibi iudicium rerum ad alios spectantium, sed in se ipsos attentionem mentis omnem vertere, sibi cavere atque invigilare promovendis ad rectum, unice securos aliorum, nisi quatenus, suadente sic conditione eorum quae gerebantur, observare se invicem proderat ad provocationem caritatis, minime vero ubi non appareret fructus eius inspectionis alius quam solatium curiositatis prurientis in otiosam et figendi locum aculei quaerentem explorationem factorum alienorum, plerisque interim haud se intra fines paris modestiae continentibus, verum et curiose indagantibus quae suspectaverant, et ulcisci conantibus si secus quam vellent tractarentur, et qua serere ipsos, qua sparsos ab aliis accipere liberos de his sermones et iudicia verisimilibus innixa coniecturis, pleraque Athanasium traducentia pro funditus ignaro artis hominum regendorum, quam in solitudine ascetici secessus discere haud potuisset.

17. His ita se habentibus, expatriarcha Gregorius languore dierum multorum exhaustus, ut autem quidam aiebant, aegritudine animi confectus inde nata quod ex olim tam honorato tam se hodie contemptum cerneret, paulo post vivere desiit. eius exequias psalmorum cantu de more celebrari concessum est: at eum sepeliri ut patriarcham, quod sperasse ipse videbatur dum in cessione sacerdotium retinere voluit, omnino vetare se per crebros ad id missos nuntios significavit imperator; et suae consobrinae defuncti perstudiosae Raülaenae diserte interdixit ne quid tale attentaret. privato ergo elatus est funere.

18. Αὐτὸς δὲ φθάσας ἐπ' ἀνατολῆς, τὸν πορφυρογέν- C
νητον ἀποστείλας ἔχοντα καὶ τὴν συνοικοῦσαν ἐκ τῶν τοῦ Ῥαοὺλ
κατὰ γένος, ἐξεληλακὼς ἐπ' ἀνατολῆς ὥρμα. καὶ διελθὼν τὰ
τῆς Βιθυνίας μέρη, καὶ ὅσα πρὸ μικροῦ ἐρρέθη ἐπί τε τῷ Βέκκῳ
καὶ τοῖς λοιποῖς εἰργασμένος, τῷ Νυμφαίῳ ἐφίσταται, φέρων
καὶ τὸν Μουζάλωνα πρὸς τῷ τοῦ μεγάλου λογοθέτου σεμνώματι
καὶ πρωτοβεστιάριον κλεϊζόμενον. οὗ δὴ καὶ σκηνήσας, ἐκεῖθεν
τὰ κατ' ἀνατολὴν διοικούμενος, ἐσκέπτετο καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ P 103
Μιχαήλ, ἐπαγαγεῖν ἐκείνῳ ἐκ τοῦ ῥηγὸς Πουλίας τὴν συνοική-
σουσαν, ἥ ἐκ τοῦ υἱοῦ τοῦ Βαλδουΐνου καὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ
Καρούλου, Αἰκατερίνα, ἥτις καὶ ἐπὶ τῷ πρὸς μητρὸς θείῳ τῷ
υἱῷ Καρούλου θείαν εἶχε τὴν τοῦ τῆς Οὐγγρίας ῥηγὸς θυγατέρα,
θείαν οὖσαν πρὸς μητρὸς καὶ τῷ βασιλεῖ Μιχαήλ, ἥτις καὶ τοὺς
γάμους δυοῖν ἀδελφοῖν ἀνὰ μέρος κατήπειγεν. ὅθεν καὶ αὐτὸν
μὲν ἐπὶ τῆς πόλεως καταλείπει ὁ βασιλεύς, τοὺς δέ γε τῷ κήδει
μεσιτεύοντας Ἰταλοὺς ἐπήγετο πρὸς τὸ Νύμφαιον, συχνὰ κατα- B
ναλίσκων καὶ προσφιλοτιμούμενος, νεύων ὅλος εἰς τοῦτο καὶ μό-
νον οὐ καὶ συνδέσμους τῶν ἀναγκαίων ποιούμενος. ἐπὶ πολὺ γὰρ
καὶ προσελιπάρουν ἐκεῖνοι, καὶ συμφέρον παμπληθὲς ἐδόκει καὶ
βασιλέως ἄξιον τὸ συνάλλαγμα. ὑπέτεινε δὲ καὶ χρηστὰς τὰς

10. ἡ] ἢ δ' ἦν ἡ?

18. Ipse porro Augustus, misso prius in Orientem Porphyrogenito secum uxorem ducente, quae et ipsa erat ex Raülis stirpe, secutus ipse quoque versus Ortum movit. transgressusque partes Bithyniae, ac iis obiter, quae paulo ante memorata sunt, cum Vecco reliquisque transactis, Nymphaeum pervenit comitem habens Muzalonem, super antiquum honorem magni logothetae nova protovestiarii dignitate decoratum. hic imperator fixo Augustali attendere inde ordinandis orientalium rebus tractuum institit; simulque incubuit in curam conficiendarum nuptiarum Michaëlis filii, cui sponsam legerat regis Apuliae filiam, ex Balduini filio et filia Caroli natam. haec Aecaterina nuncupata per avunculum filium Caroli materteram habuit filiam regis Hungariae, quae matertera item erat Michaëlis eiusdem Augusti iunioris ex huius sorore geniti. quare illa coniugium istud duorum sibi e sororibus nepotum pro se, quantum poterat, urgebat. quocirca etsi Michaëlem ut se absente urbi praeesset Constantinopoli pater reliquerat, tamen Italos huius conciliatores matrimonii ad se inde accitos Nymphaei splendidissime tractavit, ingentes in eos honorandos sumptus faciens, negotiumque cura tanta et studio capessens, ut parum ab ultimo assensu atque adeo a celebratione sponsalium res abesse videretur. nam et legati regis Apuliae magnopere ut foedus fieret instabant, et utile id diguumque Augusto coniugium passim omnes censebant. votis istis multam secuturi eventus spem addebat multis signis declarata imperatoris in eam affinitatem propensio, ut Itali eius negotii tractatores

ἐλπίδας ἐκείνοις ὁ βασιλεύς, καὶ ἐνησμένιζον τοῖς μέλλουσιν ὡς
C ἐξ ἀνάγκης ἐσομένοις. ὅθεν καὶ τοῦ συγγραφέως τῷ Νυμφαίῳ
ἐσύστερον ἐνδημήσαντος, ἐκεῖνοι μαθόντες πολίηθεν ἐλθόντα
ἀξιοῦσι βασιλέα ἐπ' ἀρίστῳ καθήμενον ἐρωτᾶν ἐφεῖναι ὅπως ἔχοι
τῶν ὑγειῶν ὁ νέος βασιλεύς, καὶ ὅπῃ καὶ τίσι διάγων ἐνασχο-
λοῖτο. καὶ δὴ προσέταττε βασιλεὺς ἐκείνοις τε πυνθάνεσθαι καὶ
τούτῳ διδόναι τὰς ἀποκρίσεις. καί γ' ἐφ' ἑκάστῳ τῶν λεγομέ-
νων ἀκούοντες, ἐπεὶ καὶ χρηστὰ ἐξ ἀνάγκης ἠγγέλλοντο, προσα-
ποδεχόμενοι δῆλοι ἦσαν εὐχαριστοῦντες θεῷ.

D 19. Τῆς δ' εἰκοστῆς ἑνάτης μηνὸς Μαιμακτηριῶνος,
καθ' ἣν καὶ ἡ τῶν Ἁγίων ἀποστόλων ἑορτὴ τελεῖται, διετείας
τρεχούσης ἐστρατοπεδευμένῳ τῷ βασιλεῖ, γίνεταί τι τοιοῦτον,
ὃ δὴ καὶ κακῶν ἦρξε μεγάλων τῷ πορφυρογεννήτῳ Κωνσταντίνῳ.
ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἑορτὴ ἦν καὶ ἔδει συνάξεις μὲν τῶν μεγιστάνων
πρὸς βασιλέα προσόδους δὲ καὶ τῶν ματρωνῶν παρὰ τὴν Αὐγοῦ-
σταν γίνεσθαι, ἀπήντων μὲν καὶ ἄλλαι πλεῖσται καὶ μέγισται,
ἀπήντα δὲ καὶ ἡ εὐγενὴς γραῦς Στρατηγοπουλῖνα, ἡ τοῦ Ἰωάν-
P 104 νου μὲν τοῦ Δούκα καὶ βασιλέως ἀδελφιδῆ, Κωνσταντίνῳ δὲ
τῷ Στρατηγοπούλῳ τῷ καὶ ὕστερον τυφλωθέντι παρὰ τοῦ υἱοῦ
καὶ βασιλέως συνοικήσασα. ἐπεὶ δὲ οὕπω καιρὸς ἐκάλει εἰσελ-
θεῖν πρὸς τὴν Αὐγοῦσταν, ἐκείνη ἔξω που καθῆστο τὴν πρόσκλη-
σιν ἀναμένουσα. ἀλλ' ἐφίσταται καὶ ἡ τοῦ πορφυρογεννήτου

praeciperent iam animo gaudium successus, ut se dabant indicia, certissimi. itaque cum paulo post haec contigisset huius historiae scriptorem Nymphaeum venire, illi ab imperatore, cui ad prandium sedenti circumaderant, petiere per eum ut ipsis liceret hominem quem scirent ab urbe recentem interrogare ut valeret Augustus iunior, ubi diversaretur, quibus aut remissionibus aut occupationibus diem exigeret. annuens Augustus iussit et percontari eos quae volebant, et respondere ad quaesita historicum. ac mox et illis quaerentibus et hoc quae necesse erat, hoc est bona prosperaque referente, apparebat mirifice delectari audientes Italos et ad gratias deo agendas excitari.

19. Caeterum undetrigesimo mensis Iunii die, quo sanctorum apostolorum festum celebratur, altero currente anno ex quo imperator castra illic habebat, contigit quod mox referam, multarum in posterum Porphyrogenito Constantino initium calamitatum. quoniam ut in festo tali ex more oportebat convenire magnates apud imperatorem, similiter autem et circum Augustam conventum matronarum fieri, adfuerunt ea causa cum aliae plurimae ac maximae, tum praenobilis anus Strategopulina, quae ex Ioannis Ducae olim imperatoris fratre nata deinde nupserat Constantino Strategopulo, a filio Ioannis, dum is imperaret, excaecato. haec tunc, quod admissionis ad Augustam hora nondum venerat, extra considens, dum intro accederetur, expectabat, quando eodem advenit coniux Porphyro-

σύζυγος ἁβροσύνῃ καὶ χλιδῇ πρεπούσῃ ὑπὸ προπομποῖς τε πλείστοις καὶ ὀπαδοῖς. ἐπεὶ δὲ τῇ θείᾳ ἢ μᾶλλον καὶ μάμμῃ προσήγγιζεν (ἦ γὰρ πρὸς πατρὸς ἐκείνης μάμμη αὐτανεψία ταύτης ἦν, εἶπερ αὕτη μὲν ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ βασιλέως καὶ τὴν ἀξίαν σε- B
βαστοκράτορος ἐγεγέννητο, ἡ δ' ἐκείνης μάμμη ἐκ θατέρου τῶν ἀδελφῶν, ἢ δὴ καὶ τῷ πρωτοβεστιαρίῳ συνῴκει τῷ Ῥαοὺλ Ἀλεξίῳ), ἐπεὶ γοῦν προσεγγιζούσῃ ἔδει τὴν γραῦν καθέδρας ὑπεξανίστασθαι κατὰ τὸ προσῆκον τὰ δευτερεῖα πρὸς τὴν Αὐγοῦσταν φερούσῃ, ἐκείνη τοῦτο μὲν γήρᾳ τοῦτο δὲ καὶ ὡς δῆθεν παιδί, καὶ ἐγόνης καταφρονήσασα, οὐδ' ἵκταρ ὑπεξανίστατο, παραιτησαμένη πρὸς ἐκείνην μόνον καὶ γῆρας προβαλλομένη καὶ τὴν τοῦ γήρως ἀσθένειαν. ὑβριοπαπαθεῖ τε παρευθὺς ἐκείνη καὶ C
ἀκάθεκτος ἦν τὴν ὀργήν, εἰ βασιλέως οὖσα νύμφη καὶ ἀνδρὸς ὑπὲρ δεσπότας σύζυγος οὐδὲν τῶν ἀξίων ἐπιτυγχάνει παρὰ προσγενοῦς μὲν βασιλέως, ἀλλά γε καὶ ἰδιώτιδος νομιζομένης ἐκ τοῦ τὼν ἐκείνης σύζυγον ζῶντα μηδενὸς ἐπιβῆναι ἀξιώματος. τρέπει τε τὴν ὀργὴν εἰς λύπην, καὶ κλαυθμοῖς τε καὶ ὀδυρμοῖς ἀφωσιοῦτο τὴν δεινοπάθειαν. τοῦτο γεγονὸς τὸν ἐκείνης οὐκ ἔλαθε σύζυγον. ὁ δὲ φιλότιμος ὢν καὶ αὐτός, ἔτι δὲ καὶ τοὺς λογι- D

15. ἰδιώτητος P.

genii, comptu apparatuque deliciarum ac pompa caetera praestantem eius decente dignitatem, multo anteambulonum, multo comitum nec minore asseclarum ambitu. ubi vero ea prope ad materteram aut potius ad proaviam accessit (nam huius avia paterna Strategopulinae neptis ex fratre fuerat, quamquam haec quidem ex fratre imperatoris dignitate sebastocratore erat genita, eius vero avia, quae fuit coniux protovestiarii Raülis Alexii, ex ipsius altero germano) — quando igitur admoventi iam se proxime fratriae imperatoris vetulam e sella oportebat assurgere, debito ei honore quae secundum ab Augusta obtineret dignitatis locum, illa suae auctoritate subnixa senectutis, et coram femina praeterquam tanto iuniori, etiam quasi materno sibi iure obnoxia, quippe neptis suae filia, adeo se demittere supervacaneum nec se dignum ducens, ne minimum quidem assurrexit, inverisimilem frigide allegans excusationem infirmitatis, quasi enim paulisper ad istam venerationis exhibitionem prae debilitate senii requiret. tulit impatientissime haud assueta contemptui mulier eam negationem deferri sibi solitae reverentiae, iraeque magno aestu commota est, indignans se nurum imperatoris, viri uxorem despotas ipsos dignitate praecellentis, nihil aequum impetrare a matrona cognata quidem imperatoris, caeterum nihil supra privatam conditionem eminente, quod vir eius dum viveret ad nullius fastigium dignitatis ascenderat. mox iracundia in aegritudinem transeunte, querelis et planctibus dolorem suum declaravit. non latuit id quod acciderat virum ipsius, qui praeter ambitionem proprium lamentis etiam uxoris inflammatus in desiderium ultionis, modos se-

σμοὺς ἐπικλασθεὶς ἐκ τῶν θρήνων τῆς γυναικός, ἀντιλυπεῖν μὲν τὴν γραῦν παραμυθήσασθαι δὲ τὴν ἰδίαν ἐκ τῆς πρὸς ἐκείνην ὕβρεως ἐδικαίου. καὶ δὴ ἐκείνην μὲν οὐκ εἶχέ τι διαθέσθαι ἀνήκεστον, εὐγενῆ τε οὖσαν καὶ μάμμην λογιζομένην τῷ βασιλεῖ· εἶχε δ' οἰκεῖον ἐκείνη Κωνσταντῖνον Μαυροζώμην ὠνομασμένον, ᾧ δὴ καὶ συγχρῆσθαι κατὰ κοίτην κρυφίαν ἐλέγετο. καὶ τοῦτο
E δὴ μᾶλλον ἦν τὸ δοκοῦν ἐκείνῳ σοφόν, ἐφ' ᾧ ἀτιμουμένου ἐκείνου ἡ κατ' ἐκείνης ὑποτρέχουσα βάξις ἐκ τῶν δυνατῶν θριαμβεύοιτο. πέμψας γοῦν αὐτίκα καὶ περισχὼν τὸν ἄνθρωπον μηδὲν τῶν πραχθέντων εἰδότα, γυμνοῖ τε πύμπαν ἀτίμως καὶ κατὰ πᾶσαν ἀγορὰν θριαμβεύειν τοῖς οἰκείοις προστάσσει· ἅμα δὴ καὶ πληγὰς δεινάς τε καὶ πλείστας ἐντείνουσι. τοῦτο γινόμενον καὶ ἀνενεχθὲν βασιλεῖ, πολὺς ἦν ἐκεῖνος τὴν τόλμαν ἐν δεινῷ ποιού-
P 105 μενος, καὶ ἀχθόμενος τὰ μεγάλα εἰ αὐτοῦ βασιλέως ἐνδημοῦντος μηδὲν μηδενὸς ἐκεῖνος ἐπιστραφεὶς ταῦτα πράττοι, καὶ ταῦτα παρὰ τοιαύτην αἰτίαν. ὅμως τοὺς θυμοὺς κατασχὼν προσέταττε τὴν ταχίστην, καὶ μόλις μὲν ἀλλ' ὅμως νικησάσης τῆς ἐξουσίας ἐλευθεροῦται ὁ τιμωρούμενος. ἐντεῦθεν καὶ μῆνις μετὰ χόλον ἐντετήκει τῷ βασιλεῖ, καὶ δεινὰ ἔστρεφε πῶς ἂν ταπεινοίη τὸν

cum exquisivit aegre faciendi vetulae eâ ipsi reponenda contumelia, quae acri sui sensu Strategopulinam alte vulnerans vel compensaret vel consolaretur molestiam qua cum ipse tum coniux fuissent ex eius contemptu contristati. ac in ipsum quidem protinus exosum caput iram expromere non potuit, reveritus personam nobilitate sua tutam, et affinitate principis commendabilem tam arta ut aviae ipsam dignatione Augustus prosequeretur. verum cum esset huic minister domesticus oppido carus, Constantinus Maurozomas nomine, quo viro ad foeda obsequia secretarum libidinum anus abuti ferebatur, percallide se facturum credidit, si amasio mulieris quam oderat insigni dedecore traducendo non solum ipsi cordolium ex malo dilecti grave incuteret, sed et clam iactatam popularibus susurris obscoenae cum hoc famulo consuetudinis infamiam frequentandis de huius dehonestatione sermonibus eventilaret ac latius spargeret, maximo suspectae flagitii tam pudendi principalis matronae ludibrio. confestim igitur immissis in Maurozomam nihil minus expectantem robustis e suo satellitio lictoribus corripi miserum ac spoliari iubet, totoque foro foede nudatum multis insuper ac gravibus plagis inflictis ignominiosissime traduci. vulgata momento rei fama perlatoque ad imperatorem quid familiares Porphyrogeniti iussu eius palam attentassent, enimvero motus ille non parum est, indignans vehementer nihil reveritum praesentiam imperatoris tantum esse ausum Porphyrogenitum. tamen compressa in praesens ira misit celeriter qui Maurozomam imperarent dimitti liberum; quod aegre quidem, tandem tamen praevalente auctoritate summa perfectum est. hinc iam post primam illam eruptionem excandescentiae constans offensae voluntatis aversio Augustum abalienavit a germano, versareque animo suasit consilia deprimendi eius quem supra modum videbat efferri: suam quippe in contumeliam redundare interpretabatur audax eius factum, et

ὑπὲρ τὰ μέτρα κατεπαιρόμενον, εἰς ἑαυτὸν ἀνάγων τὸ γεγονὸς
καὶ τὴν τοῦ καταφρονεῖσθαι δόξαν ἐν δεινῷ ποιούμενος, καὶ ἀπὸ
προσώπου ἐποίει τὸν ἀδελφόν, καὶ ἀπόντος κατημέλει, καὶ B
προσιόντι ὀφθαλμοὺς ἱλαρότητος οὐκ ἐδίδου, καὶ συνεππαζόμε-
νος τὴν ἐγγύτητα ἀφῃρεῖτο, καὶ ἣν ἐξ ἐγγίονος εἶχε τῆς ὁμιλίας
πρότερον δόξαν προσεποιεῖτο παρακατέχειν. ἀξιωματικώτερον
γὰρ κἀκεῖνος ταῖς ἀληθείαις τῶν πραγμάτων ἐφήπτετο, πολλοῖς
μὲν τοῖς ὑφ' αὑτὸν θεραπεύουσι, πολλῷ δὲ τῷ συναγομένῳ
πλούτῳ καὶ τῇ χλιδῇ ἐντρυφῶν. ὑπὲρ γὰρ ἑξήκοντα χρυσίου
χιλιάδας αἱ οἰκονομίαι τούτῳ ἀπεκληροῦντο παρὰ πατρός, καί γε
σπουδὴν ἦν, εἰ περιῆν, καὶ ἐς ἑκατὸν ἐπαύξειν. καὶ μεγάλοις C
ἀνδράσιν ἄρχουσι τοῖς ἐκ τοῦ παλατίου εἰς θεραπείαν ἐκεῖνος
ἐπίταττέ οἱ, καὶ διὰ τοῦτ' ἐκεῖνος πολλὰ μὲν προσόδων ἔχων
ὀλίγα δ' ἐξαντλῶν, εἰ μή που εἰς τὰς κατ' εὐεργεσίαν φιλοτι-
μίας, ὃ καὶ αὐτὸ εἰς ὑποψίαν ἔκειτο μείζω, πολλοῖς ἐνετρύφα
καὶ ὑπερηφανέυετο εἰς ὑποταγὴν τὴν ἐς βασιλέα πρέπουσαν.
ταῦθ' ὁρῶν βασιλεύς, καί γε τῆς ἐξ ὑπογύου ἐκείνης συμβάσης

eo, quem animi principum ex opinione proprii contemptus sentiunt acerrimum, dolore penitus stimulatus in ulciscendi cupiditatem incumbebat. primum igitur a conspectu fratrem amovit, diuque absentem se negligere fingitus ostendit, ac ex intervallo rursus se offerentem haud laetis aspexit oculis. denique cum equitanti Augusto germano admovere se ille de more tentaret, sui viciniam ademit, procul eum ablegans. in quo non parum hominem pupugit, sic exclusum voti effectu, quo enixe affectaverat resumendo in comitatu fratris Augusti loco proximo sibi asserere existimationem, cuius in possessione diu fuerat, familiaris cum eo consuetudinis et grati ac liberi congressus, tenendis, quas multas habebat, clientelis utilem. nam re vera splendidius etiam quam pro secundo a supremo imperii apice potestatis gradu, obnoxiorum addictorumque sibi variis nominibus hominum numero affluebat, partim domestico sibi ministerio famulantium, partim statis exhibitionibus officii continuam devotionem testantium, quorum illos salariis, hos pensionibus ac largitionibus sibi alligabat, ad has et caeteri principalis cultus et luxus necessarias expensas affatim hauriens pecuniae. ex uberrimis illi attributis a patre annuis censibus, summam aureorum sexaginta millium explentibus; quos etiam idem eius parens Michaël augere usque ad centum annua millia statuerat, nisi praematura mors destinata intervertisset. quia vero iussu eiusdem Augusti sui patris gratuitis is obsequiis etiam magnorum aulae ministrorum utebatur, quorum in mercedes abunde auctoratorum palatinis stipendiis sumptum non faceret, necessario eveniebat ut qui multum acciperet, parum expenderet, acervos opum domi constructos intueretur; e quibus si donativa clientibus largiretur, quod interdum faciebat, insimulabatur ambitionis, et quod superbe videretur venerationem uni summo debitam principi a sibi obnoxiis exigere, suspiciones imperanti movebat, tamquam haud contentus sua sorte maioribus inhiaret. his de fratre curis, quas recens eius facinus, audaciam indicans subesse dedignantem, intendebat, inquiete

αἰτίας χάριν παρακεκινισμένος, διενυκτέρευέ τε μετὰ τοῦ πρωτο-
D βεστιαρίου ἐν νόσῳ πολυημέρῳ κειμένου· τῷ νεφρῷ γὰρ πολυω-
δύνοις πόνοις ἐβάλλετο, καὶ οὐδὲν ἦν τὸ εἰς θεραπείαν προσαγό-
μενον ὅπερ οὐ προσεζημίου τὸν πάσχοντα. καὶ διὰ τοῦτο μὴ
οἵῳ τ' ὄντι αὐτῷ τῷ κρατοῦντι τὰς προσόδους ποιεῖν, τούτῳ
προσιὼν βασιλεὺς ὁσημέραι περὶ τῶν κοινῶν συνεφρόντιζε. τότε
τοίνυν ἐκείνῳ συνὼν διεπονεῖτο τὴν ταδελφοῦ καὶ ὑπὲρ τὰ ἐσκαμ-
μένα ὑπέραλσιν, καὶ ταπεινοῦν συμφέρον ἀμφοτέροις ἐδόκει.
E τὸ δ' ἦν τέως ἀποπροσποιήσεσι καὶ ἀποστροφαῖς καὶ τῷ μηδὲν
τῶν ἐκείνου φροντίζειν, κἂν παρῇ κἂν ἀπῇ· οὕτω γὰρ ὑπομα-
λάσσειν τὰ ἤθη καὶ πρὸς τὸ δουλικώτερον ὑποκλίνειν ᾤοντο.
ἐκεῖνος δὲ ταῦθ' ὁρῶν βασιλέως πράττοντος, συχναῖς τε προσό-
δοις μᾶλλον πρὸς βασιλέα ἢ πρότερον θεραπεύειν προσεποιεῖτο,
καὶ τῇ παιδεύσει καθυποκλίνεσθαι δοκεῖν ἤθελεν. ὅθεν καὶ πρὸς
P 106 τὸν πρωτοβεστιάριον πέμπων ἠξίου καὶ αὐτὸν προσλεπαρεῖν βα-
σιλέα μὴ χολᾶν, κἂν τι καὶ ἐκ συναρπαγῆς ἐπράχθη νικήσαντος
τοῦ θυμοῦ, συμπαθεῖν τε καὶ μὴ ὀργίζεσθαι. ἐν τούτοις οὖν
τοῦ καιροῦ τριβομένου, καὶ τοῦ πατριαρχεύοντος μοναχὸς Σάβας
ἐκεῖ παρῆν, καὶ τὰ συνήθη τῆς ἀτασθαλίας ἔργα διαπραττόμε-

agitatus imperator per noctes assidebat protovestiario longo tum forte renum dolore decumbenti; quo morbo sane difficili et remediis viso ipsis aegrescere cum ille prohiberetur Augustum adire consiliis eius tribuentem plurimum, ipse ultro ad eum quotidie ventitabat imperator, cum alia referens, quorum expeditio urgebat, negotia publica, tum quae maxime illum solicitum habebat, istam efferatem sese immodestiam germani et supra cancellos exilientem fastum. de hoc deliberantes facile in unam sententiam ambo convenerant, deprimendi hominis et eius tumorem contundendi repulsis, reiectionibus a congressu et aversione vultus in occursibus, neglectu prae se ferendo eius et ad eum attinentium, nec praesentem curando nec requirendo absentem, ac pàri contempta sive adesset sive abesset cunctam eius mentionem transmittendo. his uno tenore aliquandiu continuatis opinabantur posse mitigari ferociam iuvenis et ad patientiam subiectionis inflecti. sic agentem secum imperatorem quodam tempore Porphyrogenitus expertus, studuit eius iram placare crebris et humilioribus solito ad eum accessibus, egregiaque simulatione obsequii, quae poenitere ipsum declararet culpae ob quam gratia exciderat, et profundiori demissione emendare velle id quod isto erga se frigore castigaret imperator. ac quo ad scopum eundem impetrandae a fratre Augusto veniae certius perveniret, misit ad protovestiarium qui eum a se rogarent ne gravaretur imperatorem orare ut ira remissa sibi ignosceret, si quid subito abreptus indignationis impetu fecisset inconsulte, miseratus humanum imprudentiae lapsum, nec inexorabiliter in poenitentem errati saevire pergens. dum his utrimque actitandis tempus teritur, versabatur Nymphaei patriarchae monachus Sabas, et consuetis obsequens intemperiis haud cessabat multa multis gravia importune ac perperam agere, connivente ad quidvis Augusto, quod forte

νος οὐκ ἄπιθι, βασιλέως ἐπὶ πᾶσιν ἐφιέντος, μὴ κρίνοντος ἴσως πρέπον μηδ' ἄλλως εὔσχημον ἐμποδὼν ἵστασθαι τοῖς παρὰ τῶν τοῦ πατριάρχου πραττομένοις λόγοις εὐλαβείας, καὶ τοῦ μὴ δοκεῖν ἐμποδίζειν τοῖς εἰς διόρθωσιν τῶν πολλῶν νομιζομένοις. ἃ γὰρ B
ὁ Σάβας ἔπραττε, θέλημα τοῦ πατριάρχου ὅλως ἡγεῖτο, ὡς αὐτὸς ὕστερον ἔφηνε πρός τινα τῶν ἀρχιερέων ἀπολογούμενος· ἐκείνου γὰρ τῷ βασιλεῖ λέγοντος ὡς εἰκὸς ἦν ἂν ἐμποδίζεσθαι παρ' αὐτοῦ βασιλέως ὄντος τὸν πατριάρχην, εἴπερ ἐβούλετο, αὐτὸς ἀπελογεῖτο ὡς οὐκ ἄξιον πατριάρχην ὡς Τζυκανδύλην Νικήταν, καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο ὄνομα ὑποκοριζόμενος (ὁ δ' ἦν ὁ τοῦ παλατίου ἐλάχιστος), παρὰ βασιλέως προστάσσεσθαι. ὡς γοῦν οὕτω ταῦτα καὶ ὁ μοναχὸς Σάβας συνήθης ὢν ἐκείνῳ πιστὸς ἐν C
πολλοῖς κατεφαίνετο, ἀκούσας, ὡς ἔλεγε, παρ' ἐκείνου βασιλεῖ προσήγγελεν, ὡς δῆθεν πρὸς αὐτὸν λέγοντος ἐν ἀπορρήτοις τοῦ πορφυρογεννήτου ὡς ἅμα μὲν βασιλεὺς ἐπιδημήσει τῇ Κωνσταντίνου, ἅμα δὲ τὸν πατριάρχην ἐκβαλὼν τὸν μοναχὸν Κοσμᾶν ἀντικαθέξει. τότε γοῦν καὶ μᾶλλον ὁ βασιλεὺς ἐξηγρίαινεν, εἰ γέ οἱ ἐκπολεμώσῃ ἐκεῖνος καὶ αὐτὸν πατριάρχην ψευδόμενος, τοὺς οἰκείους ἐκείνῳ ὑποποιούμενος, καὶ ὑποψίας οὐκ ἀγαθὰς συνέλε- D
γεν. ὀλίγον τὸ μεταξύ, καί τινες τῶν ἐκείνου βασιλεῖ προσιόντες μεγάλ' ἄττα καὶ εἰς ἀπιστίαν τὴν κατὰ βασιλέως φέροντα λέ-

nec aequum nec honestum iudicaret obstare se iis quae a patriarchae ministris fierent, et religioni duceret impedire ne successum haberent res ad restitutionem disciplinae et correctionem multorum abusuum pertinere passim creditae. plane quippe persuasus erat imperator, quaecumque Sabas ageret, patriarchae voluntate fieri, prout declaravit ipse postea cuidam episcopo, excusans quod facere Sabam quae vellet sineret, sic cum reposuisset episcopus, utcumque ista iussu patriarchae gererentur, tamen debere ipsum utpote imperatorem non permittere patriarcham imprudenter ruere, etiam si vellet, ad ea Augustus unum illud in sui defensionem allegavit "atqui conveniens non est patriarcham pariter ac Tzycandelam Nicetam" (hoc ipsum enim nomen contemptim protulit hominis notae vilitatis atque adeo palatinorum omnium infimi) "imperatori subiici." cum ea igitur sic se haberent, et monachus Sabas crebro imperatorem alloquens multis ei ex vero nuntiatis opinionem sibi apud eum sincerae fidei parasset, detulit is ad Augustum eundem audisse se e Porphyrogenito, id sibi ut rem arcanam indicante, imperatorem, simul Constantinopolim perveniisset, eiecturum throno patriarcham et Cosmam monachum in eius locum promoturum. hoc vero audito magis exacerbatus imperator est, indignans armari adversum se irritarique a fratre patriarcham falsis indiciis confictarum rerum, ac insusurratione calumniarum istarum demereri eum sibi familiares eiusdem studere; in quo illum spectare invasionem imperii non imanis videretur esse suspicio. non multum ab hoc tempus effluxerat, cum aliqui e familiaribus Porphyrogeniti eiusdem Augustum adeuntes ei nocte nuntiarunt magna illum quaedam et ad rebellionem, ut apparebat,

γειν τε καὶ φρονεῖν ἐκεῖνον συνάμα πρωτοστράτορι Στρατηγοπούλῳ διανυκτερεύοντί οἱ προσήγγελον, καί γ' ἐλέγχειν σφᾶς ἑτοίμους ἑαυτοὺς παρεῖχον ἀναδεχομένου τοῦ βασιλέως. ταῦτ' ἐκεῖνοι μὲν ἔλεγον, ἐδόκουν δὲ πάντως ἐκ τῶν γινομένων καὶ τὰ τῆς κατηγορίας πιθανὰ τοῖς ἀκούουσι. διὰ ταῦτα δὴ πολλὴν καὶ μεγίστην πρόνοιαν ὁ κρατῶν ποιούμενος τοῦ τε λαθεῖν ἐκεῖνον ἐφ' ᾧ προσκαλοῖτο τοῦ θ' ἁλῶναι, καὶ μή τι καὶ νεωτερισθείη παρ' ἐκείνου, ὡς ᾤετο, πέμψας ἄγει παρ' ἑαυτῷ τὰς δυνάμεις, καὶ τοῖς οἰκείοις πᾶσιν ὑπ' αὐγὰς ἕω ἐπήγγελε κατὰ τὸ παλάτιον συναθροίζεσθαι. καὶ τότε περὶ πλήθουσαν ἀγορὰν πέμψας προσκαλεῖται τὸν ταῖς κατηγορίαις ἐνεχόμενον, μηδὲν
P 107 ἀκριβῶς εἰδότα. ὃν καὶ διὰ ταχέων παραγενόμενον ὁ μὲν βασιλεὺς εὐθύς, μὴ οἷός τ' ὢν κατέχειν τὰς κατ' ἐκείνου ὀργάς, ἅμα μὲν ἐκεῖνον ἅμα δὲ καὶ τὸν Στρατηγόπουλον, μετ' οὐ πολὺ καὶ τοῦτον τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι καταγνωσθέντα, ὀνειδισμοῖς τε καὶ προπηλακισμοῖς ἔβαλλε, καὶ "τί παθόντες, ὦ οὗτοι," παρούσης καὶ πάσης τῆς συγκλήτου ἑβόα, "καὶ κακῶν κάκιστοι, αὐτοὶ τοσαῦτ' ἔχοντες ἀγαθὰ παρ' ἐμοῦ, τὸ εἰς ἀναβολὰς ὀφθῆναι πρὸς τὸν εὐεργέτην κακοὶ οὔμενουν θέσθαι προεθυμήθητε, ἀλλ' ἐξ αὐτῆς ὁ μὲν δεσπότου καὶ αὐταδέλφου, ὃ δὲ πρότερον μὲν

11. προσκαλοῖτο P.

spectantia loqui et machinari cum protostratore Strategopulo; ac si annueret imperator, paratos sese ad eos convincendos exhibebant. haec illi quidem dixerunt: magnam autem verisimilitudinis speciem ex caeteris quae palam geri cernebantur, eorum accusatio apud audientes obtinebat. propter ista cuncta decrevit imperator Porphyrogenitum comprehendere accitum ad se postridie. ad quod duo quaedam in primis curanda sibi putavit, prius sic haberi rem arcanam ut nulla ratione suspicari Porphyrogenitus posset quare vocaretur, alterum habere ad manum eas copias, quibus ille, si forte repugnare prensantibus conaretur, resistere nequiret nec liber effugere. iussis ergo convenire ad se praetorianis cohortibus, et edicto domesticis cunctis ut ad palatium praesto essent sub crepusculum aurorae, forum universum armatorum multitudine complevit. tunc misit qui sibi sisterent eum qui accusatus fuerat, nihil certo scientem de causa ob quam vocaretur. quo celeriter adducto, uti et paulo post Strategopulo, in ambos ut iam praedamnatos iram non continens stomachum erupit, opprobriis utrumque ac conviciis proscindens, his eos compellans verbis voce contenta, senatu adstante universo. "quae, malum, heus vos in transversum abripuit vecordia, malorum pessimi, ut tot a me bonis acceptis non satis habentes, quod ipsum erat vituperabile, tardi apparere in referenda largitori gratia, etiam affectaretis maleficia benefactis rependere, tam atrocia convicti fuisse machinati, hic quidem in dominum eundemque germanum fratrem, ille autem in eum cui primum debet quod ad-

αἴτιον τοῦ καὶ ἔτι βλέπειν τὸν ἥλιον, ὕστερον δὲ καὶ εὐεργέτου, B
τοιαῦτα καταμεμελετηκότες ἐλέγχεσθε;" τοῖς δ' ἀρνουμένοις
πάμπαν καὶ τοὺς ἐλέγχους ζητοῦσιν εὐθὺς οἱ κατειπόντες παρί-
σταντο, καὶ ὡς ἦν ἐκείνοις ἰσχὺς ἅμα καὶ εἰς σπουδὴν πρόθεσις,
ἤλεγχον. αὐτίκα τοίνυν, οἷα φιλεῖ ἐπὶ τοιούτοις γίνεσθαι, θροῦς
ἦν τῶν μὲν ἐκπληττομένων τῶν δὲ καὶ στυγούντων, ἄλλων δὲ
καὶ πλέον τοῦ εἰκότος κατά τινα θεραπείαν παρακεκινημένων καὶ
λέγειν καὶ πράττειν. τέλος τοὺς μὲν τὰς ἐκείνων οἰκίας πολυόλ- C
βους οὔσας, καὶ μᾶλλον τὴν τοῦ πορφυρογεννήτου, καθέξοντας
ἀπεστέλλει, αὐτοὺς δὲ τὸν μὲν φυλακαῖς ἐδίδου, τὸν δ' ἀδελφὸν
συγκλείσας ἑνὶ τῶν κατὰ τὰ παλάτια βασιλικῶν οἰκημάτων ἐν
ἀσφαλεῖ καθείργνυσι. προνοίας δ' ἐκείνας καὶ ἀγέλας καὶ ἀπο-
θήκας παντοίων εἰδῶν καὶ χρυσόν, τὸν μὲν ἐν νομίσμασι κεκομ-
μένον τὸν δ' ἐν ἐκπώμασιν εἰργασμένον, καὶ ἄργυρον καὶ πέπλα
παντοδαπὰ τῷ κοινῷ ταμιείῳ προσανετίθεντο, καὶ ἡ χλιδὴ ἐκείνη
καὶ περιφάνεια μιᾶς ὥρας σκηνὴ καὶ παίγνιον ἦν. καὶ θαῦμα D
ἦν τοῖς ὁρῶσιν ὄγκος τοσοῦτος τρυφῆς καὶ οἰκίας τοιαύτης φιλο-
τιμία, μηδ' αὐτῆς βασιλείου κατὰ πολὺ λειπομένης, πῶς ἐν
ἀχαρεῖ εἰς τὸ μηδὲν κατήντησε, καὶ τὰ λαμπρὰ ἐκεῖνα καὶ τέως

huc solis lumen videat, deinde qui ei beneficium vitae servatae donis ultro adiectis cumulavit." ad hanc inopinatissimam invectivam cum ambo pro se quisque pernegarent se conscios, nedum convictos ullius in imperatorem meditati sceleris, et proferri, quae purgare refellendo se paratos aiebant, accusationis argumenta poscerent, statim adfuerunt qui eos detulerant, et pro sua quisque facultate ac studio convincere infitiantes sunt conati. dum haec geruntur, prout solet in talibus, murmur increbuit tumultuariis susurris, quos ab ista spectantibus partim verus affectus exprimebat favoris aut odii varie propensi in accusatores vel in reos, partim artificiosa simulatio et cura quaestuosa hos aut illos demerendi, pro ratione ambitae gratiae vel formidatae offensionis longe ultra sensum intimum in demonstrationes affectatas agendo dicendove prodiens. tandem imperator misit qui domos utriusque bonis refertas exhaurirent cunctis in fiscum redigendis, praesertim autem Porphyrogeniti. ipsorum autem alterum quidem publicis custodiis tradidit, fratrem verò suum uno e regiis palatii conclavibus inclusum securo praesidio servatum detinuit. pensiones autem eius illas et greges apothecasque omni genere pretiosarum opletas specierum, aurum praeterea partim signatum in nummis partim factum in vasis ac poculis, similiter et argentum velaque ac vestis varii textus ac formae, ingentis pretii, cuncta in aerarium conferuntur. tantusque ille apparatus deliciarum, luxus illud regii choragium et speciosissimus conspectus, horae unius scena in ludibrium fuit, non parum admirantibus qui cernerent, tantam vim delicatae supellectilis ac voluptariae copiae unam in domum non regnantem, quae tamen in hoc regnatrici vix caderet, congeri potuisse, et tam exaggerato isti cumulo dissipando tollendo exportando tantulum spatium suffecisse. adeo nihil ita splendidum,

περίπυστα πνευσάσης δυσχερῶς καὶ τελχινώδους αὔρας κατέσβεστο.

Καὶ ταῦτ' ἐπράττετο Κρονίου μηνός, ὅτε καὶ πολλοῖς μὲν
E τῶν τοῦ παλατίου οὐκ ὀλίγοις δὲ καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀσυνθεσίας πρὸς βασιλέα ἔγκλημα δι' ἐκεῖνον ὡς δῆθεν βασιλειῶντα ἐφῆπται. ἦν γὰρ ταῖς ἀληθείαις ὁ ἀνὴρ ἐς ἄκρον φιλοδωρότατος, καὶ πολλοὺς συννεπήγετο τοῖς φιλοφρονήμασιν, ὥστε καὶ ἀγαπᾶν εὐεργετουμένους, οὐ μὴν δὲ ὥστε καὶ συνειδέναι οἱ ἢ δὴ συμβούλεσθαι ἃ δὴ ἐκεῖνος εἰδὼς καὶ βουλόμενον, ὡς οἱ κατ' ἐκείνου λέγοντες δεικνύειν εἶχον, ἐξηλέγχετο. τοῖς οὖν τοῦ παλατίου πολλοῖς τισὶν οὖσι τοῖς παρ' ἐκείνου εὐεργετουμένοις συν-
P 108 εγνωμόνει ὁ βασιλεύς, ὑπὲρ ἀξίαν μὲν τοῦ διδόντος, ἄξια δὲ τοῖς λαμβάνουσι τὰ διδόμενα κρίνων. ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἀδελφὸν βασιλέως ὄντα τοσούτοις δωρεῖσθαι ὅσοις μηδὲ βασιλέα σχεδὸν εἰκὸς ἦν αἰτίας ἐποιεῖτο δῆθεν· τοὺς δέ γε λαμβάνοντας μεγι-
στᾶνας ὄντας, εἰ καὶ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἐλάμβανον, ἀλλ' οὖν δικαίους εἶναι τοιαῦτα καὶ τόσα λαμβάνειν ὑποκατακλινομένους
B ἐκείνῳ ἐκ τῶν εἰκότων ἐδικαίου. τοῖς δὲ τῆς ἐκκλησίας μὴ ὅπως τοῖς ἐξ ἐκείνου εὐεργετηθεῖσιν ἀλλὰ καὶ ξύμπασιν αἰτίας ὁ Σάβας ἐπειλημμένος εὐσχήμονας, ὡς δῆθεν κατ' ἐκείνων καὶ ὑπὲρ βα-

10. ἐξηλέγχοντο P.

ita illustre lateque inclitum fulget, quod pestilenti afflatu malignae aurae obscurari ac penitus extingui brevi tempore non queat.

Gesta sunt haec mense Martio, quando et palatinis multis et non paucis ecclesiasticis crimen maiestatis impactum est, Porphyrogeniti causa, quasi ei beneficiis obstricti etiam ad affectationem imperii favissent. erat enim re vera vir ille profusus in largiendum ut qui maxime, multosque sibi ea devinxerat beneficentia; non tamen ut convinci posset plus istos ei rependisse quam gratum et mutuum amorem, minime autem factiosum studium velificandi spebus eius usque ad consciam conspirationem in ambitiosa vota principatus usurpandi; qualia mente versasse illum nondum demonstraverant qui detulerant. in communi porro suspicione sacris hominibus et laicis diversa utrorumque sors fuit. nam illis quidem, quos dixi, palatinis plurimis munifice a Porphyrogenito donatis ignoscendum iudicavit imperator, aiens plus quidem illum fuisse largitum quam gradus eius ferret, eos tamen quibus dedisset, cum megistanes essent nobilitate ac merito praestantes, dignos fuisse qui tantum acciperent; neque illam nimiam videri debere mercedem obsequii quo se homini non imperanti proceres tam illustres inclinare sustinuerant. in ecclesiasticos, non eos solum quos donis cultos a Porphyrogenito constabat, sed universim et indiscriminatim omnes, dira monachi Sabae grassatio incurrit, aptam scilicet arripientis opportunitatem commissum sibi negotium agendi, hoc est exercendae plausibiliter in illum pridem exosum sibi ordinem inexplebilis immanitatis suae, specioso nunc praetextu zeli laudabilis pro imperatoris sa-

σιλέως ζηλῶν, καὶ πρὸ τοῦ τοῖς πᾶσι κακοποιός, ἀνέδην τε
δύσονους ὠνόμαζε (20) καὶ διὰν ταῖς οἰκονομίαις ἐκείνων ἐπέ- P 109
χρα, παρακατέχων καὶ ἀπαιτῶν τὰς προσόδους ὡς ἂν ἐκείνων
καθωσιωμένων. ἅπερ τοῖς κληρικοῖς μανθάνουσι πόνος ἦν, οὐ
μὴν δὲ ὥστε καὶ ἀποφυγεῖν τὴν κατηγορίαν δύνασθαι. ὃ δὴ καὶ
πλέον τούτους τοῦ στέρεσθαι τῶν οἰκείων ὠδύνα, καὶ οὐκ εἶχον
τὴν κατηγορίαν διαθέσθαι καὶ ἐν μετρίοις ποιήσασθαι. ὃ δὴ
καὶ μεγάλως τοὺς τοιούτους ἐκύμηνε, καὶ οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ πρά-
ξειαν, καὶ ὡς ἂν γε τῇ λύπῃ καθοσιώσαντες ἑαυτοὺς ἐν ἀπόρῳ
ἦσαν. τέλος ἀποφυγὴν μίαν ἔγνωσαν τῆς κακίας τὴν πρὸς τὸν B
πατριάρχην καταφυγήν, ὡς αὐτίκα τῷ μαθεῖν ἐν δεινῷ ποιησο-
μένου κἀκείνου τὴν κατὰ τῆς ἐκκλησίας διαβολήν. ἐλθόντος τοι-
γαροῦν καὶ τοῦ Σάβα συνελθόντες ἐνεκάλουν τὸ πάθος, καὶ ὡς
οὐκ ἀνεκτὴν ἐτραγῴδουν τὴν συμφοράν, καὶ "τί παθών, ὦ οὗ-
τος," ἔλεγον παρόντος κἀκείνου, "τοιούτοις τοὺς τοῦ κλήρου
περιβάλλεις δεινοῖς; δέον τὸν μὲν ἐπ' αἰτίαν κείμενον κρίνεσθαι,
τοὺς δὲ λοιποὺς ἀθώους τοῦ ἄγους μένειν." τοῦ δὲ μηδὲν ἀπο- C

6. πλέον τοῦ τούτους στέρεσθαι τοὺς οἰκείων P. 14. ἐνεκτὴν P.

lute ac statu. eos igitur pariter cunctos uno crimine involvit, infidos et clam infensos Augusto nominans. (20) ergo singillatim obiens irruebat in oeconomias illorum, partim sequestrans et detinens nondum solutos proventus, partim iam perceptos repetens, quod eos diceret iure illis fruendi excidisse perduellionis crimine conscito, cuius ipsos pro plane convictis et rite damnatis haberet. haec videntes et patientes clerici intime scilicet ringebantur, non tam ipsa accusationis invidia conturbati, quamquam erat bene consciis et viam eius purgandae nullam habentibus molestissima, quam quod eius effectus iam ante damnationem tristissimos sentirent, privati iam nunc bonis propriis; quae praesens experientia intolerabilium damnorum, dolore ipsos pungens acerbissimo, impediebat ne contempta falsae calumniae vanitate consolationem eam caperent, quam in mali perpessione mediocris sua prudentibus virtus suggerit. quare fluctibus moerorıs iactati maximis, nec quo se verterent reperientes, postquam aliquandiu in illa aerumna incerti animi, quasi desperato remedio sese discruciantes, tacite gemuerant, tandem confugere ad patriarcham decreverunt, rati eum illorum quae gererentur ignarum, simul cognovisset intentatam ecclesiae calumniam, improbaturum et aegre se ferre declaraturum. captato igitur tempore quo Sabas ad patriarcham venerat, simul et ipsi accedentes questi graviter sunt de malis quae paterentur, et invidiose exaggerata communis calamitatis atrocitate, ad eius praesentem auctorem conversi Sabam "quae te, malum," inquiunt praesente patriarcha, "in nos incitant intemperiae? quam ob causam clericos indiscriminatim universos, sine ulla innocentis aut noxii differentia, poenis subiicis, cum palam aequitas postulet, si quis nostri ordinis culpae affinis aut iure suspectus est, de hoc iudicium institui, alios quos nullum criminis urget indicium, quietos in fruitione suae famae integrae relinqui?" ad ea Sabas multa

λογουμένου τῶν ἐς λόγον κειμένων, ἀλλὰ κύκλῳ περιβαλλομένου αἰτίας μηδὲν προσηκούσας μηδ' ὁπωσοῦν, τέλος ἠξίουν πατριάρχην ἀμύνειν ἀδικουμένοις τὰ ἔσχατα. ὁ δέ, οὐκ οἶδ' ὅπως, ψυχρὸς ἐπὶ τούτοις κατεφαίνετο καὶ ἀκίνητος. ὡς δὲ πολλάκις οἱ τοῦ κλήρου ἐπέκειντο καὶ προσελιπάρουν, ὁ δ' ἄφωνος ἦν καὶ τῷ μή τι λέξειν ἔχοντι ἀκριβῶς ἐῴκει. τέλος ἐκκλίνων τὴν ἐκ τῶν πολλῶν βίαν ἀπέπεμπε κατειρωνευσάμενος τὴν τιμωρίαν τῷ
D κατειπόντι, τὴν τοῦ Πιλάτου πρὸς Ἰουδαίους φωνὴν ἐπειπὼν παραδιδόντος εἰς σταύρωσιν τὸν δεσπότην, "λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς καὶ σταυρώσατε." τοῦτο ἐπῆλθε μὲν ἐκείνῳ ἐκ τοῦ τυχόντος εἰπεῖν ἀγνώστῳ πολλοῖς διαθέσει ψυχῆς, τοῖς δὲ καὶ λίαν δόξαν βαρὺ παρώξυνε τὰς ὁρμάς, καὶ προσλυποῦντες καὶ οὗτοι ἐσχίζοντο, ὥστε μήτε συνέρχεσθαι οἱ μήτε μὴν συνεύχεσθαι, βασιλεῖ προσανατιθέντας τὴν περὶ τούτων ἐκδίκησιν. βασιλεὺς δὲ τῆς νόσου κατεπειγούσης τὸν πρωτοβεστιάριον, ὡς μηδ' ἀναπνεῖν
P 110 ἐώσης τοῖς πόνοις, σκέψει καὶ βουλῇ τούτου τὸν Χοῦμνον κοιαίστορα Νικηφόρον εἰς μυστικὸν ἀνάξας ἐπὶ τοῦ μέσου καθίστησι, προσνείμας αὐτῷ κοινωνὸν (οὔπω γὰρ ἐκείνῳ καὶ μόνῳ ἐθάρρει) καὶ τὸν ἐπὶ τῶν δεήσεων Γλυκὺν Ἰωάννην. καὶ δὴ τοῦ αὐτοῦ

4. καὶ deerat.

parum ad rem facientia, nihil admodum quod clare ipsum absolveret aut tam vehementium actorum acerbitatem excusaret, reposuit. unde a patriarcha magnopere clerici contenderunt ut satis iam compertam hominis improbitatem grassari ne sineret in diram oppressionem innocentium, sed tempestiva eam castigatione coërceret. tales ille preces audiens frigidus nescio quare immotusque perstabat; ac cum illi ardentius urgerent, perseverabat tamen in silentio, haud in expedito, ut apparebat, habens quid diceret. tandem, velut vi cuidam multorum simul incumbentium impar eluctandae, paulisper inflexus verbis Pilati ad Iudaeos Christi necem deposcentes vindictam ipsis calumniatoris ipsorum Sabae ironice permittere visus est, "accipite ipsum vos" inquiens "et crucifigite." hanc eius vocem, incertum quo ex sensu profectam animi, audiri tunc contigit. qua graviter offensi aut potius incredibiliter efferati, quos sic eluserat, abscederunt se ab eo, congressuque ipsius in posterum atque omni precum ac sacrorum cum illo communione segregarunt, dolorem testantes suum querelis gravibus et ultionem tam insignis iniquitatis ab imperatore prae se ferentes expectare. at Augustus totus, ut dictum est, e protovestiarii consiliis pendens, prohibitus libero aditu familiaris oraculi, cruciatibus renum acerrimis ne ad momentum quidem respirare iam illum sinentibus, aegri commendatione ipsius quaestorem Nicephorum Chumnum ad dignitatem mystici promotum in partem arcanae fiduciae adscivit, deliberationibus hunc quoque quotidianis consultorem admovens. ac cum nondum speraret sufficere moli rerum unum illum posse, Ioannem praeterea cognomento Glycyn petitionibus supplicum referendis praepositum huic ad-

ἤτους, ἐπιφερόμενος καὶ τοὺς κατακρίτους, τὸν μὲν ἀδελφὸν ἐν
κλοβῷ (εἰρκτῇ φορητῇ τις εἴπῃ) τὸν δὲ Στρατηγόπουλον δέσμιον,
ἐξελθὼν Νυμφαίου εἰκοστῇ ὀγδόῃ Μαιμακτηριῶνος τὴν μεγαλό-
πολιν εἴσεισιν. ἦν οὖν τοὐντεῦθεν κωφή τις ὀργὴ παρὰ βασιλέως B
5τοῖς τῆς ἐκκλησίας, καὶ τὸ μὲν ἐπαγόμενον ἔγκλημα δύσνοια, αἱ
δὲ πρὸς τοῦτο κατασκευαὶ αἱ ἀπὸ τοῦ πατριάρχου σφῶν ἦσαν
ὑποστολαί, ὡς κακῶς δῆθεν τὴν τῆς δυσνοίας αἰτίαν, ἣν καὶ
παρὰ τοῦ Σάβα κατηγόρηντο, δυσχεραινόντων. ὥστε καὶ μιᾷ
συναγαγὼν ἐκείνους ἔκ τινων ὑποπτευομένων τὴν κατὰ πάντων
10σπίστα δύσνοιαν, περιποιούμενος δῆθεν ἐντεῦθεν τὸν τοῦ πα-
τριάρχου θεράποντα. θάλασσαν γὰρ συνόλην καὶ ἀπορροὴν C
ἐκείνης παρεδειγμάτιζεν, ὡς φύσιν ἔχοντος τοῦ παντὸς ἐκ τοῦ
γεύματος οἷον ἐστὶν ἐκείνῳ γινώσκεσθαι. εἶναι δὲ καὶ τούτους
οὐ πάντας, ἀλλ' ἐκ τινῶν ἴσως ὑποπτευομένων τοὺς πάντας ὑπά-
15γεσθαι ταῖς αἰτίαις. ἦσαν δὲ ταῦτα δεσποτικὰ μᾶλλον ἢ ἀληθῆ,
θέλοντος θεραπεύειν τὸν πατριάρχην.

21. Κἂν ἐπὶ πλέον τῆς ἀπὸ βασιλέως διὰ ταῦτα ἐπει- D
ρῶντο ἀγανακτήσεως, εἰ μὴ καὶ ἕτερ' ἄττα πραχθέντα βασιλέα P 111

interem tribuit. quibus provisis, hoc ipso anno, ducens secum condemnatos, fratrem quidem in lectica clathrata (carcerem portatilem dixeris), Strategopulum autem vinctum, duo de tricesima Iunii die Constantinopolin ingreditur. Ibi eum coquere animo apparuit surdum quendam in ecclesiasticos rancorem, erumpentibus subinde irae ultricis indiciis dissimulationes eluctantem. causa odii obtendebatur studium in iis rerum novarum et cogitatae defectionis crimen; cuius in argumentum rapiebatur eorum a patriarcha secessio. hanc enim interpretabatur ortam ex indignatione deprehensi delatique per Sabam indicii occultarum quas ipsi machinarentur in se molitionum. itaque illis quadam die convocatis locutus est in sententiam apprime congruentem sensibus Sabae et isti patriarchae ministro gratificantem: palam enim ostendit signa quaedam minus constantis in se fidei, in quibusdam ipsorum observata sese in omnes extendere, atque universum pariter ordinem reum peragere aversae a se voluntatis defectionisque cogitatae. dixit videlicet, aquae rivulo e mari ductae dum gusta salsugo deprehenditur, certo argumento colligi cuius demum saporis sit mare ipsum totum, quod natura ferat eandem in stilla deprehendi sensu qualitatem, quae universum ex quo illa est libata liquorem inficiat. quare licet aeque de singulis ipsorum non extarent argumenta propria quemque insimulandi, recte tamen ei cunctos suspicioni subiacere quae in quibusdam residere cerneretur. talis quaedam audita tunc est imperatoris oratio, domini sane potius supercilium infensi quam aequi iudicis, veritatem delationum exquirentis, sedatum arbitrium praeferens. sed tanti erat demereri patriarcham comprobandis eius ministri actis, quorum se ipse auctorem non obscure ferret.

21. Et processurum fuerat haud dubie in diuturniorem gravioremque clericorum vexationem hoc ita declaratum imperatoris in eos odium,

μὲν ἐθορύβει, ἀρχιερέας δ' ἐκίνει ζητεῖν αἰτίας καθ' ἃς ταῦτα πράττεται ξένα τῶν τῆς ἐκκλησίας νόμων δοκοῦντα· μήτε γὰρ ἰατρὸν χρῆναι τιμωρεῖν ἀλλ' ἰατρεύειν τὸν πάσχοντα, μήτ' ἀρχιερέα κολάζειν ἀλλὰ θεραπεύειν τὸν ἁμαρτάνοντα. διὰ τοῦτο καὶ συναχθέντες κοινῇ σκέπτονται, καὶ διαμηνύειν ἐκείνῳ καί γε διαπυνθάνεσθαι (ἤψαντο γὰρ τὰ δεινὰ καὶ ἀρχιερέων) ἐγνώκεσαν. τὸ δὲ μήνυμα, καθημένων ἐν τῷ ἐκκλησιαρχείῳ, ἐφ' ᾧ
B σφίσιν ἐφείη συνελθεῖν ἐκείνῳ ἐρωτῆσαί τε καὶ μαθεῖν πῶς ταῦτα πράττοιντο· μηδὲ γὰρ ἐκκλησιαστικὰ εἶναι ἀλλὰ τυραννικὰ τὰ πραττόμενα. ταῦτα λέγοντες προσετίθουν καὶ τὰ πραχθέντα, ὅσα τε ἔξω ὅσα τε ἐντὸς ἐπράττοντο. τὸν δ' ἀκούσαντα τὸ παράπαν μηδὲ φροντίσαι, ἀλλὰ σκήψεις τοῦτ' εἶναι φάναι ἀποστασίας τῆς ἀφ' αὑτοῦ, καὶ διὰ τὰ μηδὲ δίκαιον ἐγνωκέναι πρὸς τούτους ἀπολογεῖσθαι. ὡς δὲ καὶ αὖθις πειρῶντες οὐκ ἔπειθον,
C διιστᾶν ἑαυτοὺς ἐκείνου ἐδικαίουν καὶ οὗτοι· τὸ γὰρ τοιούτων πραττομένων συγκοινωνεῖν μὴ ἔχειν λόγον ἀπολογίας τοῖς μεμφο-

nisi alia quaedam a Saba ruere qua coeperat pergente temere attentata, quae licet praesertim in clericos intendebantur, tamen redundabant etiam in episcopos, hos movissent ad cognoscendum de negotio; unde contigit imperatorem quoque turbari ac titubare in proposito quod ostenderat, qualiacumque patriarchae ac eius ministrorum acta tota imperii auctoritate defendendi. moti ergo episcopi, quod iam usque ad ipsos, ut est dictum, Sabae grassationes pertingere coeperant, consilio inter se habito decreverunt convenire patriarcham, repetereque ab eo rationem eorum quae nova et ab usu legibusque ecclesiae abhorrere visa gererentur. ut enim medici non esse poenas infligere languentibus, sed medicinam adhibere opportunam morbis illorum abigendis, ita nec officium antistitis in plectendo atque ulciscendo situm, verum in curandis et ad frugem emendationis revocandis qui peccarunt. his sic in conventu stabilitis patriarchae indicant cupere antistites simul congregatos ipsum alloqui. assignatus ad hoc locus est in aedibus magni ecclesiarchae, quo cum venisset patriarcha, considentes episcopi ex eo se velle audire dixerunt quas ob causas ea quae Sabas attentabat fierent: non enim esse illa ecclesiastica, sed tyrannica acta. his dictis adiunxerunt expositionem vexationum quibus Sabas ferret ageretque miseros clericos, et in ecclesiasticum ordinem universum clam palam, intus et extra immaniter acerbeque grassaretur. ea ille audita sic prorsus tamquam nihil ad se pertinerent negligere funditus visus est, addens et conquerens talia ab illis memorari praetextus secessionis a se faciendae quaerentibus. quare supervacaneum se arbitrari curam ullam sumere obiectionum istiusmodi diluendarum. his episcopi multa reposuerunt quibus ei persuadere conarentur aequa et consentanea se poscere: sed cum nihil profici animadverterent ipso inflexibiliter in duritie perstante, clare ipsi denuntiarunt cogi se officio ad se ipsos a tam inconvenientium actorum omni participatione removendos. neque enim se posse iustae censuram reprehensionis ulla excusatione fugere, si perseverando in communione cum iis qui sic inordinate ac temere operarentur, tam improbabilibus factis approbationis suae apponere calcu-

μένοις δικαίως. ἔπειθον δὲ καὶ οἱ περί τε τὸν Γεννάδιον καὶ τὸν Συλαιώτην βασιλέα μὴ ἐᾶν ἀνεξέταστα ταῦτα, ἀλλ' ἐπαρήγειν ἀρχιερεῦσι καλῶς λέγουσιν. αὐτοὺς γὰρ εἶναι πάντως τοὺς τὸν εἰς τὴν πατριαρχείαν ἀναγόμενον χρησταῖς μαρτυρίαις συστήσαν-
5τας, αὐτοὺς δὲ καὶ πάλιν διαγινώσκειν ὡς ἐπιχωλαίνοι ὁ μαρτυρηθεὶς οὐ φαῦλος ἐπ' ἄλλοις τὴν πολμανσιν· μηδὲ γὰρ πάντα D πᾶσι διδόναι θεόν. ταῦτ' εἶναι θεοῦ, ὡς πάντας εἰδέναι. καί γε πολλάκις τὸν κατὰ τὸ ἠθικὸν οὐκ ἀπόβλητον κατὰ τὸ οἰκονομικὸν ὑποσκάζειν, καὶ αὖθις ἀριστεύοντα ἐπὶ τούτῳ μὴ φθάνειν τὴν
10ἐπὶ τῷ πολιτικῷ ἀρετήν. ἀναστέλλεσθαι δὲ τὴν κακίαν καλὸν μὲ προσῆκον εἶναι, πλὴν ἐντὸς μέτρων καὶ νόμων Χριστοῦ. νόμον δὲ Χριστοῦ πάντως εἶναι τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον. ἐκεῖ δὲ ζητούντων τῶν μαθητῶν ἐξ οὐρανοῦ καταγαγόντας πῦρ ἀφανίσαι τοὺς ἀπειθοῦντας, εἰπεῖν τὸν δεσπότην ὡς οὐκ οἴδατε ποίου πνεύ- E
15ματος ἐστέ. τὸ γὰρ καλέσαν ἐκείνους πνεῦμα, κἂν μήπω οἶδασι, πλῆρες ἀγαθωσύνης καὶ φιλανθρωπίας καὶ συγκαταβάσεως πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλ' οὐ τιμωρίας καὶ ἀγανακτήσεως καὶ κολάσεως. ταῦτ' ἐκείνων λεγόντων καὶ ἀμφικλινῆ τὸν βασιλέα ποιούντων, καιροῦ δραξάμενοι οἱ κακῶς ἔκ τινων αἰτιῶν ἔχοντες

lum viderentur. sub haec Gennadius et Sylaeota imperatorem privatim conventum graviter monuerunt, non debere ipsum sinere res tam suspectae novitatis indiscussas socordi tolerantia transmitti. quin eius esse officii succurrere praesulibus, nihil aequi a patriarcha, quamvis iusta et recta postulent, impetrantibus. nec enim in illos cadere exceptionem idoneam suspicionis, quasi patriarchae parum faveant; quem utique ipsi promoverunt, suis eum suffragiis et honorificis testimoniis ad summae quam obtineret dignitatis adeptionem commendantes. caeterum eadem fide qua tum quae in eo laudarent praedicarunt, modo commemorare quae in eo postmodum desiderari deprehensum sit. prodi enim cursu temporis latentia prius hominum vitia, et occasione negotiorum naturas perspici. sic eos intellexisse hunc, qui dotibus ad ecclesiae gubernationem alioqui aptis instructus sit, in quibusdam eius multiplicis officii claudicare partibus. nimirum non omnibus omnia deum dare. cunctis quippe notum esse dona esse dei dotes eiusmodi. itaque saepius animadverti eum, cuius mores non improbentur, haud aeque inoffense procedere in gubernatione domus propriae: rursus egregie fungentem suae regimine familiae, civilibus deinde curationibus admotum minime parem administrandi magistratus industriam probare. improbitatem coërceri honestum sane ac conveniens esse, verum id fieri debere intra limites legum Christi. leges autem Christi omino esse sacram evangelium. illic autem legi discipulos aliquando ignem e coelo devocantes, qui sibi non morigeros consumeret, a domino audisse nescire ipsos cuius spiritus essent. nam qui vocarat ipsos spiritus, licet hoc adhuc ignorarent, plenus benignitatis humanitatis accommodationis ad lapsos in culpam spiritus est, non autem ultionis indignationis severitatis inexorabilis. tali oratione cum bi duo ambiguum fecissent imperatoris animum, captato tempore qui aliis etiam de causis exo-

ἐκείνῳ ἐθορύβουν καὶ γράφοντες κατηγορίας ἀτόπους ἐδίδουν,
P 112 καὶ ἀνέδην λοιδορίαις μονωθέντα τῶν πολλῶν περιέβαλλον, ὥστε καὶ μιᾷ ἱσταμένου ἄνω που, καὶ τῶν ὕμνων ἐξανυσθέντων ἐπευλογοῦντος κατὰ τὸ σύνηθες, τινὰς ἐκείνου κάτωθεν ἱσταμένους κράζειν καὶ ἀπόφημα κατ' ἐκείνου λέγειν, ὡς ἂν πλέον τοῦ εἰκότος διὰ τὸ μῖσος καταυθαδιζομένους.

B 22. Ἐπεὶ γοῦν Ἀθανάσιος ἔγνω μονωθεὶς καὶ τὰς αἰτίας ἐξ αὐτοῦ τε καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ὡρμημένας, τὰς δὲ λοιδορίας ἀπὸ πολλῶν συμβαινούσας, ὡς καὶ κρίσιν θέλειν ἄγειν, καὶ οὐκ ἀνυστά οἱ γένοιτο εἰ βούλοιτο τὴν τιμὴν κατέχειν (μηδὲ γὰρ ἐντεῦθεν εἶναι τὸν εἰρηνεύσοντα ἢ καὶ προσέξοντα), καθυφίει καὶ
C ἄκων τῆς προστασίας. οὐκ ὀλίγοι γὰρ καὶ τῶν χθὲς καὶ πρὸ τρίτης τῶν ἰδίων παρὰ τῶν ἐκείνου στερηθέντων ὁμοῦ συμφρήσαντες διεφόρουν ἄρδην τὰ ἴδια. οἱ δὲ καὶ τοῖς σιτῶσιν ἐπεχείρουν καὶ κατεγέλων καὶ ἐπετώθαζον ἀνέδην τε κατηρῶντο καὶ ἀπεφήμιζον. ἄλλοι δὲ καὶ λίθους ἔβαλον φανέντος ἐκείνου. τόσον

9. καὶ] καὶ εἰς? 15. ἐπεφήμιζον P.

sum habebant patriarcham, turbare liberius coeperunt, datis accusationum errores ipsi absurdissimos imputantium libellis, tum eundem locis a concursu seductis occurrentem probris palam conviciisque proscindentes. eoque res processit, ut ipso quadam die e loco sublimi perfectis hymnis populo de more beneprecante succlamantes aliqui maledictis eum lacerarent foedissimis, odio, postquam ultra modum exarserat, in iusto audaciorem impudentiam prorumpente.

22. Postquam ergo se Athanasius destitutum a plerisque intellexit, aversionis causas ex se suisque ortas, odia vero infensorum sibi plurimorum usque ad contumelias et convicia prorumpere, remque ad iudicium spectare, quo haud dubie coorientes undique accusationes vocent. satis patere, si vel summo conatu connitatur retinere patriarchatum, in tali offensione animorum ac rerum perturbatione frustra fore: nam orto certamine omnes in unum dimicaturos, ne attendente quidem ullo aut saltem audire sustinente, nedum in pristinae communione pacis perseveraturo quoquam. his persuasus rationibus diu reluctatum appulit tandem animum ad cogitationem abdicandae, quam tenere nequiret etsi maxime cuperet, sacrae praefecturae. nempe iam non pauci eorum quos nuper ac paulo ante ministrorum ipsius violentae grassationes pensionibus et sacerdotiorum fructibus multaverant, palam ablata repetebant, ac facta manu paribus iniuriis irascentium, vim apertam intentantes, auferebant quae sua dicerent. quidam etiam praedia frumentariosque agros quorum fuerant possessione pulsi, concursu et factione invadebant, inter haec irridentes, dicteriis traducentes, maledictis quoque incessentes, diris denique nullo metu aut respectu devoventes patriarcham et suos. in tantam licentiam excesserat populare odium, lassata diuturnis iniuriis plerorumque patientia, in furorem conspiratione multitudinis ineluctabiliter saevientem exardescens, impunitate necessaria, securitate summa. itaque Athanasius sentiens haud procul abfore quin corriperetur sistendus tribunali (nam

τὸ μῖσος. καὶ κατεστύγουν οἱ πλείους. αὐτὸς δὲ γνοὺς ἐντεῦ- D
θεν καὶ εἰς κρίσιν ἀπαξόμενος, ὡς τοῖς δοκοῦσι μᾶλλον ἐδόκει,
βασιλεῖ διαμηνύεται ἀποσταλῆναι μὲν τοὺς τὸ πατριαρχεῖον ἀνα-
δεξομένους, ἀποσταλῆναι δὲ καὶ τοὺς διακομίσοντας κατὰ τὴν
ὁδόν, ὡς μὴ κινδυνεύοι. ἐν τοσούτῳ δὲ σχεδιάσας βιβλία δύο,
τὸ μὲν ἓν τῆς αὐτοῦ παραιτήσεως, θάτερον δὲ πόλλ' ἄττα πε-
ριέχον καὶ ἰδίας κατὰ τὸν βίον συστάσεως χάριν καὶ κατιρῶν τῶν P 113
ὡς δῆθεν κατ' αὐτοῦ ἀποφημισάντων, ὁ μίμησιν ἀναδεξάμενος
τοῦ Χριστοῦ, τὸν μὲν ἐν ἀφανεῖ κρύπτει ἐν κορυφῇ κιονός τινος
τῶν κατὰ τὰ ἀριστερὰ εἰσιοῦσι κατηχουμενεῖα τοῦ μεγάλου νεὼ
ἱσταμένων, ὑπ' ὀπὴν περιστερεῶνος, δίκην φωρός, ὡς μήτις
εἰδείη προμηθευσάμενος, κλίμακά τ' αὐτὸς προσερείσας καὶ ἐπι-
θεὶς πλὴν οὐ γυμνὸν τὸν χάρτην, ἀλλὰ δυσὶν ἐκπώμασιν ἐμβα-
λών, ὑπογραφῇ ἰδιοχείρῳ καὶ βούλλῃ μολιβδίνῃ τὰ γράμματα B
ἐξασφαλισάμενος, τετρήνας καὶ σπαρτίῳ περισφίγξας, ὡς μή
τινι ἐπιβουλευθείη τῶν λυμαντήρων ἐς μακρὰν ἐκεῖ κείμενος.
θάτερον δὲ τὸν τῆς παραιτήσεως πέμπει πρὸς βασιλέα, ἀξιῶν
τὴν ταχίστην τούς γε τὴν ὁδὸν ἀσφαλῆ οἱ θήσοντας ἀποστεῖ-
λαι. εἶχον δ' ἐπὶ λέξεως ὁ μὲν ἐν τοῖς ἐκπώμασι χάρτης τάδε.
(23) "δύο τινὰ ἐφάνη πρὸς καταβολὴν τῆς ἐκκλησίας, εἰς ὠφέ- C

15. καὶ deerat.

causam eius ecclesiastico iudicio disceptari non ignorabat primores cupere) occupavit significare imperatori se ab ipso petere ut mitteret quibus patriarchales aedes, iis abscessurus, consignaret, quique illum quo recessurus esset itinere tutum ab incursu infesti populi praestarent. interim ipse duos libellos deproperavit, quorum uno dignitatem abdicare videbatur: alter multa complectens partim vitam eius anteactam iactabunde commendabat, partim in obtrectatores iram expromebat minis et diris, sane impotentius quam professum imitatorem Christi mansuetudinis deceret. et hunc quidem e duobus libellum ipse furtim abscondit loco abstrusissimo, intra foramen eorum simile in quibus columbae nidificare amant, sito supra verticem columnae cuiuspiam in catechumeneis, ad laevam introeuntium, stantis. notabilis porro est quam in hoc adhibuit solicitudo. primum chartam non simplicem et authenticis destitutam reliquit signis, sed manu rite propria subscriptam bulla insuper plumbea munivit: tum vasis duobus testeis inclusit invicem obversis, quorum labra pertusa funiculis insertis apte commisit, ut eam undique ab iniuria omni protegerent. sic conditam, scala ipse muro applicita conscensaque, manu propria deposuit in memorato prius loco, velut illic custodiendam in seram memoriam posteritatis. alium abdicatorium patriarchatus libellum misit ad imperatorem, orans ut quam primum ad se destinaret securos per viam deductores, quibus a vi defenderetur. haec ambo scripta hic ponam, incipiens a prolixiori fictilibus indito; cuius haec fuere verba. (23) "duo quaedam apparuerunt ad deiectionem ecclesiae, quae ad eius

λειαν δῆθεν αὐτῆς ἐπινοηθέντα, ἐξ ἐπιβουλῆς τῶν ἐπιχαιρόντων τοιούτοις, ἓν μὲν τὸ τὸν Βέκκον ἐλθεῖν εἰς τὸ διαλεχθῆναι καὶ τάχα καταγνωσθῆναι καὶ ἡττηθῆναι, ὃ ἀμήχανον ἦν τοῦ λαοῦ μεμηνότος καὶ τὸ γλυκὺ πικρὸν ἐχόντων τε καὶ λεγόντων, δεύτερον, ἡνίκα τῷ Ὑακίνθῳ ἐξεχωρήθη ἁπανταχοῦ τῆς Ῥωμαίων
D προσκαλεῖσθαι κατὰ τῆς ἐκκλησίας οὓς εὕρισκεν οὐ συνειδήσει, οὐ νόμοις θεοῦ τεθραμμένους, ἀλλ' ἀγυρτώδεις καὶ τριωβολιμαίους τινάς, καὶ ἱκανοὺς καταστρέψαι τὴν ἐκκλησίαν Χριστοῦ, καὶ ὅσα παρέλαβεν, ἀλόγῳ θράσει καὶ διαβολῇ καὶ ὕβρει, ἐν οἷς εἶχον ἐκεῖνοι τὸ ἰσχυρόν. καὶ ἔτι, ὡς ἔοικεν, ἔμελλε τοῖς θυσὶν
P 114 ἐκείνοις κακοῖς καὶ τρίτον ἀναφυῆναι, ὃ καὶ διὰ πλῆθος ἡμετέρων ἁμαρτιῶν τῇ ἡμετέρᾳ συνέβη ἡμέρᾳ καὶ καθ' ἡμῶν ἐστρατεύσατο. τῆς γὰρ Χριστοῦ ἐκκλησίας οἷς αὐτὸς οἶδε κρίμασι τὴν φροντίδα δεξάμενοι, οὐκ ἐξησφαλίσθημεν τοῦ μήτε τοὺς σχιζομένους τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ καὶ ὑβριστὰς αὐτῆς τιμωρεῖν μήτε
τοὺς ἀκαθαρσίαις μοιχείαις τε καὶ πορνείαις ἑαλωκότας ἀναχαιτίζειν. ἠγνοήσαμεν δὲ ὅτι καὶ οἱ πατριαρχεύοντες τοιαύτας εὐ-
B θύνας ὑπέχουσι παρὰ τῶν ἐπὶ σφάλμασιν αὐτῶν εὐθυνθέντων καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων εἰς ἃ διῳκήκασι, καὶ ταῦτα μηδὲ τοῖς ἐνεργοῦσι σήμερον τὰ δημόσια τοιαύτας ἐν οἷς ἐνήργησαν ὑπεχόντων εὐθύνας, ὅσα ἢ κακοτρόπῳ γνώμῃ ἢ καὶ ἀγνοίᾳ κατὰ τοῦ δικαίου πεπαρῳνήκασιν. ἀλλ' ὦ τῶν ἐμῶν κακῶν, ὡς μηδὲ κἂν ἴσα τού-

scilicet utilitatem excogitata fuerant, ex insidiis gaudentium talibus. unam quidem venire Veccum ad colloquium, tamquam mox sic damnandum et convincendum; quod fieri non poterat furente populo, et dulce mixtum amaro exhibentibus illis et loquentibus. alterum quando Hyacintho est permissum per Romanam ubicumque ditionem convocare contra ecclesiam quos invenit non rectae conscientiae, non legibus dei inautritos, sed agyrtas triobolares quospiam, idoneos ecclesiae Christi destruendae abolendisque cunctis eius traditionibus per inconsultam audaciam calumniam et contumeliam, ad quae ingens illi habebant robur. porro nunc malis illis duobus tertium, quantum licet coniicere, in cumulum succrescet; quod et propter multitudinem nostrorum peccatorum nostra contigit die et in nos militavit. ecclesiae quippe Christi, quibus ipse novit iudiciis, cura nos accepta haudquaquam secare potuimus discissos ab ecclesia Christi et ei contumelioses punire, neque immunditiarum adulteriorum fornicationum convictos reprimere. ignoravimus autem patriarchas potestate utentes sua fuisse obnoxios reddendae talium actorum rationi iis ipsis quos in lapsibus deprehensos correxerint, et similibus, ius impune usurpantibus vocandae ad suum examen eorum administrationis, cum tamen quos hodie videmus civiles exercere magistratus, minime subiaceant iudiciis subditorum in iis quae vi acceptae potestatis egerint, etiam quando vel malitia vel ignorantia contra ius et aequum temere quidpiam attentarunt. sed heu, vis ingens malorum meorum! ne nostram quidem longe sublimioris

τοις ἐξεσωθῆναι καὶ τὰ ἡμέτερα. καὶ εἰ καὶ πόθεν ταῦτα ἐπῆλθεν ἡμῖν, ἄδηλα τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' οὐχὶ καὶ θεῷ. ὁ γὰρ εἰπὼν παρρησιασάμενος πρὸς θεὸν ὅτι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με, εἶπε καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε ἐπέπεσον C
ἐπ' ἐμέ. οὐ γὰρ ἡμετέρων ταῦτα σφαλμάτων ἀντέκτισις, καὶ χάρις θεῷ· ἡμεῖς μὲν ἀδικούμενοι οὕτως ἀδικούμεθα, ὅτι τὸν μὴ ἑαυτὸν ἀδικοῦντα οὐδεὶς δύναται παραβλάψαι, ἡ ἐκκλησία δὲ πάλιν ὑβρίσθη καὶ ἐζημίωται. τίς δὲ ἡ ζημία; τῶν μοναχῶν καὶ μοναζουσῶν καὶ λοιποῦ χριστωνύμου λαοῦ, τῶν μὲν λόγῳ τῶν δὲ καὶ βίᾳ βλεψάντων πρὸς τὸ σεμνότερον, ὡς καταιγὶς ἀγρία ἀθρόον ἐπεισπεσοῦσα ἡ καθ' ἡμῶν ὕβρις πρὸς τὰ πρότερα ἔστρε- D
ψεν. ἡ δὲ ὕβρις καὶ τὸ αὐτῆς λυπηρὸν τὸ μὴ κατὰ τῆς ἡμῶν ὑπολήψεως μόνον καὶ τὸ λίθους κρατῆσαι βαλεῖν ἡμᾶς καὶ ἀναθεματίσαι, καὶ ὅσα σωματικῆς ὕβρεως ἐπειπεῖν, ἀλλ' οἶμοι καὶ
κατ' αὐτοῦ τοῦ σεβάσματος. διὸ καὶ φημί, εἰ σύνοιδα ἐμαυτῷ πορνείᾳ ἢ μοιχείᾳ ἢ ἀρρενομανίᾳ ἐαλωκέναι, καὶ εἰ ἐφρόνησα πώποτε ἢ φρονῶ ἢ φρονήσω ἀλλότριον φρόνημα τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ τοῦ θεοῦ μου, ἀνάθεμά μοι ἀπὸ Χριστοῦ, καὶ ἡ μερὶς E
μου σὺν τῷ προδότῃ καὶ τοῖς τὸν κύριόν μου σταυρώσασιν. εἰ

6. οὕτως] οὔπως?

ordinis ecclesiasticam auctoritatem ad aequalitatem saltem conditionis cum politica tanto inferiori adspirare patiuntur. unde autem ista nobis acciderunt, ignotum multis est: at non deo. nam qui ausus est deo dicere zelus domus tuae comedit me, idem et hoc subiunxit, et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. nec enim nostrorum ista sunt delictorum ultio ac multa; quo nomine deo gratias reddimus. sed et haec in nos intorta ictum tela non perferunt, adeo ut iniuriis licet tantis appetiti nullam tamen iniuriam patiamur, quoniam qui se ipse non laeserit, nemo potis est laedere. verum ecclesia et contumeliam patitur et detrimentum. quodnam vero detrimentum? nimirum e monachis et monialibus caeteroque Christiano populo complures, partim persuasi rationibus et electione ducti propria, partim terrore addito minisque poenarum, vi compulsi quadam, sese in melius converterant sanctimoniamque respexerant, quos velut turbo ferus ac procella in transversum dira ingruens, haec in nos contumelia de cursu deiecit et rursus avertit in priora. eius porro iniuriae pernicies, unde nobis dolendi causa est, non in famae et existimationis nostrae iactura constitit, non in contumelia tam licenter grassantium, ut et lapides quos in nos iacerent tulerint et anathematizaverint caeteraque accumulaverint genera omnia sensibilium contumeliarum: sed heu me! (nam hoc cor vulnerat) in religionis ipsius damnum maximum tempestas ista redundavit. quare aio: si mihi sum conscius fornicationis aut adulterii aut nefariae in mares libidinis, si sensi umquam aut sentio aut in posterum sentiam alienum quidpiam a sensu ecclesiae Christi dei mei, anathema mihi sit a Christo et pars mea cum proditore ac crucifixoribus

δὲ ὀρθῶς καὶ πιστῶς με λατρεύοντα καὶ φρονοῦντα, καὶ ἀποβαλλόμενον ἐκ ψυχῆς ὃ μὴ δοξάζει ἡ ἐκκλησία μηδὲ παρέλαβε, συκοφαντῆσαι οὐκ ἔφριξαν γλῶσσαι λέγειν μαθοῦσαι κακά, ὅσοι καὶ οἵτινες εἶεν, ἔχω αὐτοὺς καθὰ ὁ κανών, καὶ ἀπὸ τῆς ζωαρχικῆς τριάδος ἀφωρισμένους. ὅτι δὲ βιασθέντες ἀλλ' οὐ βιάσαντες ἐτέθημεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐλπίδι εἰρήνης καὶ ὠφελείας κοινῆς, οὐ
P 115 προέβη δὲ κατὰ τὰς ἐλπίδας ὅσον διῳκήσαμεν, οὕτω συμφέρον ἡμῖν κατεφαίνετο, μάρτυς θεός, καὶ ὃ μὴ ὡς κακὸν ἀλλ' ὡς πρέπον ἐπράττομεν. πλὴν εἰ ἐν ᾧ μέτρῳ μετροῦμεν ἀντιμετρηθησόμεθα, τὴν τούτων διάκρισιν ἀνατίθημι τῷ ἁγίῳ βασιλεῖ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, καὶ εἴτε ἀποδοχῆς εἴτε εὐθύνης κριθῶμεν, στέργομεν, καὶ ὡς ἐκ θεοῦ τὴν τῶν τούτων κέλευσιν ἐκδεχόμεθα. ἕτερον, εἰ καὶ ὁποῖόν ἐστιν ἑκάστου τὸ ἔργον τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ δηλοῦται, χάριν τῆς δυσφημίας ἣν ἐξήμεσε
B καθ' ἡμῶν ὁ διάβολος λέγομεν. εἰ σύνοιδα ἐμαυτῷ πορνείᾳ ἢ μοιχείᾳ ἢ ἀρρενομανίᾳ ἑαλωκέναι, καὶ εἰ ἐφρόνησα πώποτε ἢ φρονήσω ἀλλότριον φρόνημα καὶ ἀπᾷδον τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ τοῦ θεοῦ καὶ κυρίου μου, καὶ εἰ μὴ ὡς οἱ ἅγιοι μαθηταὶ καὶ ἀπόστολοι τούτου παραδεδώκασι καὶ οἱ διάδοχοι τούτων θεοφόροι πατέρες, ἰδικῶς καὶ συνοδικῶς, καὶ εἰ μὴ ἅπαν ἑτερόδοξον φρόνημα, ὃ μὴ παρέλαβε καὶ κρατεῖ ἡ ἐκκλησία Χριστοῦ, παρα-

7. διφκήσαμεν οὕτως ὡς σ.? 12. τῶν] ἐκ? 14. δηλοῦσθαι P.

domini mei. sin me recte ac fideliter servientem et sapientem, reiicientemque ac reprobantem ex animo quod non sentit ecclesia neque accepit, calumniari non horruerunt linguae doctae maledicere, quicumque et qualescumque fuerint, habeo ipsos, iuxta canonem, pro segregatis a vitae auctore trinitate. quoniam vero coacti, minime autem nos ipsos per vim intrudentes, regimini ecclesiae sumus impositi spe pacis et utilitatis communis, non successit autem secundum spem quantum in ea administratione gessimus. nihil autem gessimus (testis sit deus) nisi quod expedire nobis visum est, et quod non ut malum sed ut decens a nobis fieret. caeterum an qua mensura mensi sumus, eadem remetiatur nobis, iudicium arbitrio sancti imperatoris et episcoporum coram deo permitto; et sive absolvamur sive damnemur ab iis, acquiescimus, et ut a deo profectum eorum qualecumque mandatum accipimus. aliud. etsi quale sit cuiusque opus, die illa declaratum iri credimus, tamen quoniam aiunt quosdam scandalizari propter maledicentiam quam evomuit in nos diabolus, dicimus: si conscius mihi sum incidisse in fornicationem adulterium aut nefariam in mares libidinem, si sensi umquam aut sentio aut sentiam alienam sententiam et abhorrentem ab ecclesia Christi dei et domini mei, et nisi ut sancti discipuli et apostoli eius tradiderunt et successores horum deiferi patres, privatim et synodice; et nisi omnem heterodoxam doctrinam, quam non accepit nec tenet ecclesia Christi, respuo subiiciens ana-

πέμπειν τῷ ἀναθέματι, ἀνάθεμά μοι ἀπὸ Χριστοῦ, καὶ ἡ μερὶς C
μου σὺν τῷ προδότῃ καὶ τοῖς τὸν κύριόν μου σταυρώσασιν. εἰ
δὲ ὀρθῶς καὶ πιστῶς με λατρεύοντα καὶ φρονοῦντα καὶ ἀσπαζό-
μενον καὶ κηρύττοντα διαβολαῖς μέ τινες τοιαύταις διέβαλον, ὅσοι
καὶ οἵτινες εἰεν, ἐκκήρυκτοι τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ, καὶ ἀλύτῳ
ἀφορισμῷ τῷ ἀπὸ τῆς ζωαρχικῆς καὶ μακαρίας καὶ ἁγίας τριάδος
ἡ μετριότης ἡμῶν ὑποβάλλει αὐτούς, καὶ ἀρᾷ ἀναθέματος καὶ
τὸν τοιούτοις παρασυρέντα εἰς τὸ βλάψαι καὶ ἀδικῆσαί με. ὡς
δὲ τοῖς ἀδίκοις καὶ βλασφήμοις αὕτη ἀρὰ παρὰ θεοῦ, οὕτω καὶ D
τοῖς φειδομένοις τὴν γλῶσσαν καὶ ἀλήθειαν ἀγαπῶσι καὶ λέγουσιν
ἡ τοῦ θεοῦ εὐλογία καὶ σκέπη περικυκλώσοι καὶ ὧδε καὶ ἐν τῷ
μέλλοντι."

Καὶ ταῦτα μὲν τὰ ἐν τοῖς ἐκπώμασι καὶ ἐν ἀποκρύφῳ τε-
θέντα· ἃ δὴ ὁποῖα μέν καὶ ὅπως ἔχουσιν, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν πα-
ρασυρέντα, ὅστις ἂν καὶ εἴη, ὑπ' ἀνάθεμα ἄγειν, καὶ εἰ σύστα-
σις ταῦτα ἀπαθῶν τρόπων εἴτε καὶ μή, εἰδεῖεν ἂν οἱ πνεύματι
ζῶντες καὶ τῷ κυρίῳ δουλεύοντες. ὕμως ὕστερον εὑρεθέντα, ὡς
μετ' ὀλίγον ῥηθήσεται, ἱκανῶς αἰτίαις δικαίαις ὑπῆγον τὸν γρά- E
ψαντα. ἕτερον δὲ γράμμα σχεδιάσας πρὸς τὸν βασιλέα ἀπέστει-
λεν, οὕτω κατὰ ῥῆμα διαλάμβανον. "θεῷ καὶ μετὰ θεὸν τοῖς
λόγοις θαρρήσας τῆς ἐκ θεοῦ βασιλείας σου τὴν ἐκκλησίαν ἐκρά-
τησα. εἰ δ' ἐγκαλοῖ μοι καί τις ὅτι μὴ κατὰ τὸ ἀρέσκον ἑκάστῳ

themati, anathema mihi sit a Christo et pars mea cum proditore et crucifixoribus domini mei. si vero recte ac fideliter me ministrantem et sentientem et amplectentem et praedicantem calumniis me talibus diffamarunt, quicumque ac qualescumque sint, extra censum habentor ecclesiae Christi; et insolubili excommunicationis nexui a vitae auctore, beata et sancta trinitate, mediocritas nostra ipsos subiicit, dirisque anathematis, et eum qui talibus tractus fuerit ad laedendum et iniuriis afficiendum me. ut autem iniustis et blasphemis haec maledictio a deo est, sic et linguam continentes et veritatem amantes et loquentes dei benedictio ac protectio circumdabit, et hic et in futuro."

Haec quidem erant in chartis intra pocula fictilia conditis et in cavo abstruso depositis. in quibus, quod eum quoque qui etiam vi pertractus ad adversantium sibi partes fuerit, quicumque tandem sit, anathemati subiicit, id ad humanae probitatis Christianaeque mansuetudinis rationes satis accommodatum necne fuerit, censendum relinquo viventibus in spiritu et domino servientibus. illud scio, scriptum hoc postea repertum vulgatumque, ut postmodum dicetur, accusationibus in eius auctorem antea iactatis fidei momentum addidisse, ut iam non immerito traductus ille ac iniuste infamatus videretur. aliud etiam scriptum concinnavit, statim ad imperatorem missum, haec ad verbum continens. "deo et post deum verbis fidens ex deo auctoritatem ducentis maiestatis tuae, ecclesiae regimen capessivi. in quo administrando si quispiam succensuerit guberna-

διώκησα, μάρτυς αὐτὸς θεός, κρεῖττον οὐκ ἐφρόνουν. ἐπεὶ δὲ
P 116 Χριστὸς τῆς ἐκκλησίας αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας σὲ κατέστησε
φροντιστήν, ἰθύνειν πρὸς τὸ ἀρέσκον αὐτῷ, ἐνώπιον λέγω τοῦ
κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰ καὶ ἁμαρτωλός εἰμι, ἀλλὰ πρα-
κτικῶς οὐκ ἐπίσταμαί τι ἀπεῖργον κατὰ κανόνας ἱερωσύνης. εἰ δέ
τινες ἐξηγέρθησαν κατ' ἐμοῦ λέγειν ὅσα εἰς ἀνθρωπίνην ὕβριν
φθάνει καὶ παραλύπησιν, καὶ εἰσὶν οἱ πιστεύοντες ταῦτα, θέτω-
σαν εἰς καθαίρεσιν ὅσα ἐκ τούτων καὶ βούλονται, καὶ εἰ ἀδικηθῶ,
B ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ δικαιωθήσομαι. τὴν γὰρ παραίτησιν λογίζο-
μαι ἀκανόνιστον, καὶ αὕτη μου ἡ διάκρισις. ἐπεὶ δὲ πρὸς τρέ-
μοντα τὰ δικαιώματα θεοῦ βασιλέα λαλῶ, εἰ κελεύεις, τὸ θέ-
λημά μου ἐῶ, καὶ ἀνατίθημι τῷ θεῷ καὶ τῇ ἐξ αὐτοῦ βασιλείᾳ
σου τὰ ἐμά, ἵνα ὅπερ αὐτῇ θεάρεστον δόξει καὶ τῇ ψυχῇ μου
σωτήριον, εὐεργετήσῃς καὶ συμβουλεύσῃς καὶ συνεργήσῃς μοι,
καὶ οὕτω παρὰ θεοῦ χαρισθῇ τῆς εὐεργεσίας τὰ ἴσα τῇ ἐκ θεοῦ
C βασιλείᾳ σου." ἀλλὰ τοῦτο μέν, κατὰ τὸ εἰκός, οὐχ ὑπέγραψε,
τὸ δέ γε πρότερον οἰκειοχείρως ὑπεσημήνατο· εἶχε γὰρ "Ἀθανά-
σιος ἐλέῳ θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης
καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης." ἦν δ' ἔτι φερόμενον καὶ ἄλλο τι
ἐν κρυπτῷ γράμματι, ὅπερ οὐκ οἶδα εἰ προσετέθη ὕστερον παρὰ
τῶν ἐκείνῳ προσκειμένων, ὡς "κἂν εἴ τι ποιήσω παρὰ ταῦτα,

4. πεπραχὼς?

tionem meam ad quod cuique placeret obnoxie accommodatam non fuisse, testis idem sit deus, melius non sentiebam. quandoquidem vero Christus ecclesiae suae et imperii te constituit curatorem, ut utraque ad eius beneplacitum dirigas, in conspectu loquor domini mei Iesu Christi, etsi peccator sum, tamen factum a me quidquam non memini a sacerdotii regulis abhorrens. si vero aliqui insurrexerunt contra me, dicentes quae ad deformandum contumeliis doloreque pungendum hominem pertinent, et sunt qui credunt ista, imputent licet in idoneas meae depositionis causas ea ex his quae volunt. si passus iniuriam fuero, in die illa iustificabor. abdicationem enim reputo illegitimam. et hoc quidem meum iudicium est. quoniam vero cum tremente iustificationes dei imperatore loquor, si iubes, voluntati meae renuntio, et deo permitto tuaeque ex deo auctoritatem habenti maiestati res meas, ut quod ipsi deo placitum videatur et animae meae salutare, conferre consulere cooperari mihi digneris, ut anima mea divinae beneficentiae fiat particeps similiter cum ex deo data maiestate tua." at huic quidem libello, ut fieri par fuerat, non subscripsit. priori tantum propria manu suum nomen apposuerat: sic enim ad eius calcem legebatur "Athanasius miseratione dei archiepiscopus Constantinopolis Novae Romae, oecumenicus patriarcha." ferebatur et aliud praeterea quiddam scriptum in illa priori arcana charta, quod haud scio an non additum posterius fuerit ab Athanasii fautoribus, nempe hoc: "si quid praeterquam hic scripsi me facturum egero, irritum habeo, quippe contra

ὕστοργον ἔχω καὶ ἔξω τῆς ἡμετέρας γνώμης, κἂν αὐτὴν ἐγχα- D
ράξω μου τὴν παραίτησιν."

Τέως ταῦτα γράψας, τὰ μὲν ἐν ἀφανεῖ τίθησι τὸν εἰρημέ-
νον ἐξασφαλισάμενος τρόπον, αὐτὸς δὲ τὸ πρὸς τὸν βασιλέα καὶ
μόνον ἐξαποστείλας, ἐπεὶ οὐκ ἦν ἐκεῖθεν, καθὼς ἴσως καὶ οἱ
ἥλπιστο, ἡ βοήθειη καὶ τὸ ἀντειλῆφθαι, ἀλλ' ἤδη μᾶλλον οἱ
νυκτὸς ἐξελευσομένου κατὰ τὴν ὁδὸν διφενδεύσοντες ἀπεστέλ-
λοντο, καὶ ἄλλοι οἱ τὸ πατριαρχεῖον ἀναδεξόμενοι, γνοὺς ἐντεῦ-
θεν ἴσως καὶ τὴν τοῦ κρατοῦντος γνώμην, ὡς οὕτω τὰ καθ' ἑαυ-
τὸν δοκιμάζοντος εἰς συνοῖσον εἰ ἐκσταίη παρακεκινημένων τῶν E
ὅλων (οὐδὲ γὰρ ἐχώρει ἄλλως γίνεσθαι), ἀωρὶ τῶν νυκτῶν δί-
δωσιν ἑαυτὸν τοῖς ἀπάξουσι. καὶ πρὸς τῇ κατὰ τὰ Εὐγενίου γε-
γονότες θαλάσσῃ ἁλιάδος τε ἐπιβαίνουσι, καὶ τὸν λιμένα τὸ Κέ-
ρας εἰσπλεύσαντες τὴν μονὴν τοῦ Κοσμιδίου καταλαμβάνουσι.
κἀκεῖ τὴν νύκτα προσμείνας στέλλει πρὸς βασιλέα τὴν αὐτοῦ πα-
ραίτησιν, ἔχουσαν ἐπὶ λέξεως οὕτως. (24) "ἐπειδήπερ λυσι- P 117
τελείας χάριν κοινῆς εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνήχθημεν θρόνον καὶ
θεὰ τὴν τοῦ χριστωνύμου λαοῦ εἰρηναίαν κατάστασιν καὶ κυβέρ-
νησιν, ἀπέβησαν δὲ τὰ πράγματα εἰς τοὐναντίον καὶ παρ' ἐλπίδα
τὴν ἡμετέραν καὶ τῶν βιασαμένων ἡμᾶς, ὡς ἐντεῦθεν κριθῆναι
ἡμᾶς τῷ λαῷ ἀδοκίμους καὶ παραιτητέους καὶ ἀδιακρίτους, ἄλ-
λως τε δὲ καὶ ὡς ἀσθενεῖς καὶ ἁμαρτωλοὶ καὶ ἀνίκανοι καὶ οὐδὲ

meam voluntatem et mentem actum, etiam si ipsam scripto significavero abdicationem."

Utcumque sit, his ita scriptis, prius quidem illud in occulto abdidit, memorato iam munitum modo. ipse vero solum secundum libellum imperatori cum misisset, nec inde quod forte speraverat auxilium ac protectionem offerri sibi videret, quin potius iam praesto adesse submissos illiac cerneret qui se nocte profecturum per viam defenderent, et alios, qui quas suo discessu vacuas relicturus mox foret patriarchales aedes susciperent custodiendas, intellecto ex his persuasum imperatori utilem futuram patriarchae depositionem perturbationi publicae pacandae, cum aliud non posset, se ipsum intempesta nocte ultro dedit missis ad se abducendum. cum his ad oram maris loco ab Eugenio denominato contiguam progressus, ibi piscatoriam pariter omnes conscendunt navem, et in portum Ceras dictum invecti ad Cosmidii monasterium perveniunt. nocte illic transacta misit Athanasius ad imperatorem cessionem suam, sic ad verbum habentem. (24) "quandoquidem utilitatis communis gratia in patriarchalem promoti thronum fulmus et ad pacificum Christiani populi statum ac gubernationem, successerunt autem res in contrarium praeter spem nostram et eorum qui nos ad istam praefecturam admittendam coëgerunt, adeo quidem ut inde contigerit censeri nos populo improbabiles, reiici dignos, ineptos et frivolos, cum etiam nos et ipsi sentiamus imbecilles, peccatores, insufficientes nec pares ministerio tali, propterea ab-

ἄξιοι λειτουργίας τοιαύτης, διὰ τοῦτο παραιτούμεθα καὶ ἡμεῖς
B αὐτοὺς μετὰ τῆς ἀρχιερωσύνης, καὶ εἴ τι ἠγνοήσαμεν ἢ καὶ διε-
πραξάμεθα ἔξω τοῦ πρέποντος, αἰτοῦμεν συγχώρησιν, καὶ ὑμᾶς
ὁ κύριος συγχωρήσοι, καὶ τὸ συμφέρον παρέξει, καὶ κυβερνήσει
ἀμφοτέρους, καὶ ποιμένα ὄψεται τὸν ἁρμόδιον, πρεσβείαις τῆς
Θεομήτορος." εἶχε δι' ὑπογραφῆς τὸ "Ἀθανάσιος ὁ χρηματί-
σας ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, οἰκουμε-
νικὸς πατριάρχης."

Ταῦτα τὰ τῶν γραμμάτων, ταῦτα τὰ τῆς παραιτήσεως Ἀθανασίου. οἷς ἐννοήσειέ τις τὸ ἐμφαινόμενον τοῦ γράφοντος
C ἐμπερίσκεπτον. καὶ τέως τί βούλεται τὸ "οὕτως ἐφρόνουν" καὶ αὖθις "κρεῖττον οὐκ ἐφρόνουν, μάρτυς Θεός;" τοῦτο καὶ καταποντιστὴς οἶμαι νηὸς εἴπῃ, ὃς αὐτοβούλως καὶ αὐτονόμως κινδύνῳ περιβάλλει τὴν ναῦν, ὡς κρεῖττον οὐκ ἐφρόνουν. ἀλλ' εἶπεν ἄν τις πρὸς αὐτὸν "ἀλλ' ἦσαν μεθ' ὧν ἂν καὶ συνεβουλεύσω, ὅτι οὐδὲ μόνος ἀλλὰ μετὰ πολλῶν κυβερνᾶν ἐτάχθης." ἀλλὰ τὸ παρὸν "ἐκρίθην γὰρ" φησὶ "τῷ λαῷ ἀδόκιμος," καὶ
D οὐ τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ τοῖς τῆς ἐκκλησίας μοναχοῖς· λαοῦ δ' ἀ-
ποδοκιμασία τί ἂν ἰσχυρὸν ἔχοι εἰς πατριάρχου παραίτησιν; "παραιτούμεθα δὲ καὶ αὐτοὺς" φησὶ "μετὰ τῆς ἀρχιερωσύ-
νης." οὐ θρόνον καὶ τιμὴν παραιτεῖται, ἀλλὰ λαὸν ἄτακτον καὶ ἀπειθῆ. πότερον δὲ τὸν λαὸν συνάμα τῇ ἀρχιερωσύνῃ παραιτεῖται, ὡς παραιτεῖσθαι δὴ καὶ ἀμφοτέρους, ἢ λαὸν παραι-

dicamus et nos ipsos cum sacerdotio; et si quid ignorantes omisimus aut fecimus extra quam decuit, petimus veniam, et vobis dominus ignoscat. at quod erit conducibile praebebit, et gubernabit ambos, et pastorem providebit accommodatum, precibus deiparae." subscriptio haec fuit "Athanasius qui fuit archiepiscopus Constantinopolis Novae Romae et oecumenicus patriarcha."

Haec in libellis, haec in abdicatione Athanasii fuere; quae si quis penitius introspexerit, quandam non bene dissimulatam scribentis astutiam animadvertet. nam quid sibi vult illud "sic sentiebam" et rursus "melius non sentiebam (deus sit testis)?" hoc et, puto, queat dicere qui navem demerserit, quod eam propria voluntate ac iudicio temere discrimini obiecerit: "melius non sentiebam." verum respondeat ei quispiam: at erant cum quibus consultares, quandoquidem non solus sed cum multis gubernare iussus es. sed in praesens "iudicatus sum enim" ait "populo improbabilis." non dicit episcopis et ecclesiae monachis. populi porro ac laicorum improbatio quid validae ad patriarchae depositionem causae habeat? pergit. "abdicamus autem ipsos" inquit "cum sacerdotio." non thronum aut honorem abdicat, sed populum inordinatum et inobedientem. utrum autem populum pariter et sacerdotium abdicat, sic ut aeque ambo ista abdicentur, an populum abdicat sive reprobat vi et au-

τεῖται μετὰ τῆς ἐνούσης αὐτῷ ἀρχιερατικῆς ἰσχύος καὶ καταστάσεως, ὡς εἶναι καὶ αὐτὴν ἰσχυρὰν καὶ εὔλογον τὴν ἀποβολήν; τί δὲ βούλεται καὶ τὸ ἁρμόδιον λέγειν; εἰ μὴ πάντως τὸν τὰ πάντα τῷ λαῷ συγκαταβησόμενον.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως τῷ ἱστοροῦντι καὶ παρακαίρια λέλεκται. τοῦτο δέ τις καὶ μόνον παρατηρήσειεν, ὅτι τέσσαρσιν ἐναντοῖς τὴν ἐκκλησίαν κατέχων αὐτὴν σχεδὸν ἡμέραν εἶδε τῆς ἐκβολῆς ἣν δὴ καὶ τῆς ἀναβάσεως ἔγνωκεν, ἥτις καὶ Ἐλαφηβολιῶνος ἕκκαιδεκάτη ἦν, ὅτε καὶ ὁ μέγας λογοθέτης τὸν ἴδιον λόγον καταγνοὺς οἷον ἐκ τῆς τῶν πολλῶν βλασφημίας τῶν ἐν ἐκείνῳ γεγραμμένων, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ ὁ λύκος ὁ τῶν λαχάνων ἄνθρωπος παρὰ τοῦ ἀρχῆθεν εἰπόντος ἐλέγετο, πυρὶ παρεδίδου. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς δεξάμενος τὴν παραίτησιν, διά τε τὸ τῆς ἰδίας γνώμης εὐθύ, καὶ τοῦ μὴ θέλειν κινεῖσθαι τὰ μηδὲν ὀνήσοντα ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐκκλησίαν βλάψοντα, καὶ διὰ ταῦτα τοῖς γεγραμμένοις μηδ' εἰς βάθος προσσχών, καὶ τοὺς ἄλλους πρὸς τοῦτο πείσας, ἀγαπητὸν ἡγησάμενος εἰ μετ' εἰρήνης ἐξίσταται (οὐδὲ γὰρ συνέφερεν, ὡς ἐῴκει, κινεῖσθαι τὰ κατ' ἐκεῖνον καὶ

P 118

B

C

14. τοῦ] τῷ?

ctoritate permanentis in se archiepiscopalis potestatis ac status, quo per hunc modum efficax rata et firma evadat eiusmodi reprobatio. quid et hoc autem sibi vult quod ait pastorem post se deligendum accommodatum? nisi occulte innuit exposci talem qui populo quidvis gratificari et indulgere sit paratus.

Sed haec a me forte otiosius, quam tempestivum historico erat, disputata fuerint. unum tamen ad ea illud non de nihilo quis observans adiuxerit, sic exacte quadriennium in patriarchatu Athanasium explevisse, ut eandem ferme initi relictique regiminis ecclesiae numeraverit diem sextamdecimam Octobris, quando et magnus logotheta vanitate deprehensa encomii quod ex tunc de Athanasio auditis honorificentissimum scripserat, suum illud scriptum poenitens credulitatis igne abolevit, quod eum maxime puderet ibi pro miraculo celebrasse portata iussu Athanasii olera ex horto domum a lupo, ex quo postea certo compererat lupum illum fuisse hominem ita nominatum, non autem, uti persuaderi sibi siverat, bestiam notae feritatis isto designari vocabulo solitam. caeterum imperator accepto cessionis Athanasii libello, non putavit curiosius insistendum scrutandae ambiguitati captiosarum, quibus erat concepta, sententiarum et vocum. sed hic quoque solitam suam animi rectitudinem, et abhorrentem a temere movendis nihil profecturis et praesenti noxa perniciosis ecclesiae controversiis moderationem ac prudentiam secutus, cum sibi tum aliis persuasit temperandum ab indagatione odiosa profundorum senis sensuum sub illa verborum astutia utcumque latentium, in lucro ponens quod is in pace recessisset, nec interesse arbitrans quo id ille artificio vel dolo exequi studuisset. nam maiori strepitu causam istam ventilare, iudicii desideratissimi a multis, odio in Athanasium vehementi et iusto flagrantibus, celebrationem permittenda, tumultuosius fore negotium providebatur quam

κρίσει δίδοσθαι, τῶν πάντων δι' ἔχθους δικαίου, ὡς ἐδόκει, ἐχόντων τὸν ἄνθρωπον), ἐκεῖνον μὲν τῇ ἰδίᾳ μονῇ καὶ πάλιν νυκτὸς ἐξαποστείλας ἐγκαθιστᾷ, ὅπου σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πολλοῖς οὖσι ἐπὶ χρόνοις ἀσκεῖν ἀπρόϊτος ἔμελλε τὰ συνήθη, τοῖς δέ γε ἀρχιερεῦσιν ἐφίησι τὸν τῆς ἐκκλησίας ζητεῖν προστησόμενον.

D 25. Τέως δὲ πρὸ τοῦ τάδε γενέσθαι δυσὶ πρότερον χρόνοις, — καὶ ἀφίημι τὰ κατὰ τὴν περαίαν τὴν ἑωτικήν, ὡς καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἐνεπρήσθη, οὕτω συμβάν, ἐπὶ Γρηγορίου πατριαρχοῦντος. ἀλλ' οὖν κατὰ μῆνα μεσοῦντα Μουνυχιῶνα, ὑπ' ἀφὰς
E λύχνων, ἐντὸς τῆς μεγαλοπόλεως, ὅπου τὸ τῆς ἀγορᾶς μεσαίτατον, ἀπὸ τῆς βασιλικῆς λεγομένης πύλης ἄρχεται τὸ δεινόν. καὶ πάντα τὰ κύκλῳ περιλαβὸν τὸ παμφάγον καὶ ἀνυπόστατον πῦρ, οἰκίας ἐκείνας πληθούσας παντοίων τῶν εἰς πραγματείαν εἰδῶν αὐτονυχεὶ διανεμηθὲν ἠμάθυνε τὸ παράπαν, ὥστε καὶ γυμνοὺς
P 119 ἐκφυγεῖν τοὺς ἐνῳκημένους, μὴ ὅτι γε πλούτου καὶ περιουσίας ἀλλὰ καὶ αὐτῶν ἐνδυμάτων, καὶ μηδὲν πλέον ἐγκαταλειφθῆναι πρωΐας ὅτι μὴ κεράμων κατεαγότα ὄστρακα καὶ ἥλους σφίσιν ἐνειλημένους, ἀφέτους τῶν ξύλων οἷς συνέχοντες εἶχοντο. καί γε τὸ τῆς ἀγορᾶς κάλλος ὡς πεδίον ἀφανισμοῦ κατεφαίνετο. ὃ μηδ' αὐτὸν βασιλέα λαθὸν τῷ Νυμφαίῳ ἐνδιατρίβοντα ἐποίει θαυμάζειν,
B καὶ ἐφ' ἡμέραις ζητεῖν, εἴ πού τις Βυζαντίοθεν παραβάλλοι,

expediret ad quietem plus satis aliunde iactatarum ecclesiae ac reipublicae. quare satis habuit sine strepitu expatriarcham proprio rursus nocturna deductione recludere monasterio, ubi cum aliis familiaribus multis asceticam per otium nullo interpellante exerciturus porro esset pro suo more disciplinam. episcopis vero commisit inquisitionem idonei qui praeficeretur ecclesiae praesulis.

25. Duobus priusquam haec fierent, annis contigit incendium in urbe fori magni. omitto interim duo alia incendia quae apud transmarinum suburbium Galatam Gregorio patriarchatum gerente acciderant. circa medium igitur Novembrem, sub tempus illud vesperae quo primis tenebris accenduntur faces, intra magnam civitatem, ipso in meditullio fori, a porta quae regia dicitur, malum exortum est. inde omnia per circuitum corripiens, ineluctabili ruens impetu vorax ignis, domos illas refertas omnis generis mercium ipsa nocte absumens plane redegit in cineres, ut nudi effugerent qui illic habitabant, nudi autem non divitiis solum et ornatu, sed ipsis corpori tegendo necessariis vestibus, nihilque plus mane reliquum cerneretur quam testae fractorum laterum et clavi qui tabulas ac tigna commiserant, ferreae materiae privilegio a vi flammae servati, priori omni specie plateae illius pulcherrimae in campum informi congerie constratum ad lugubre spectaculum conversa. id quod imperatori Nymphaei tunc degenti nuntiatum admirationem incussit non modicam, et curam exquirendae occultae mali originis, ut multis inde diebus, ubi quis Byzantio

ὅπως καὶ ἀφ' οἵων τῶν αἰτιῶν γέγονεν. οὐ γὰρ ἐπ' ὀλίγον ἐπιδραμόν, ἀλλ' ὅσον εἰκάσαιτ' ἄν τις, καταταχῆσαν καὶ αὐτὴν μέσην τὴν πόλιν ἐν ἀκαρεῖ περιλήψεσθαι, πολλῶν μὲν οἰκιῶν κάλλη πολλὰ δ' ἐν αὐταῖς ἀποτιθέμενα ἁρδάπτον, καὶ τὰ δεινὰ τοῖς πόρρωθεν ἀπειλοῦν, οὐ πρότερον ἔστη, πρὶν ἂν ἀμφόδοις περιπεσὸν εἰς πλάτος ἐνδούσαις χειροποιήτως τῶν ἐχόντων φθασάντων καταβαλεῖν καὶ προαρπάσαι τὴν ὕλην, ἐκεῖσε φθάσαν οὐχ οἷόν τ' ἦν ἐκπηδῆσαι καὶ τῶν καταντικρὺ παμφάγοις ἐπιδράξασθαι τοῖς ὀδοῦσιν. ἐπεὶ γὰρ πάντα τὰ κύκλῳ φρέατα ἐξαντλήσαντες οὐκ ἀποχρῶν εἶχον τὸ ὕδωρ πρὸς τὴν τοιαύτην ῥύμην πυρός, ἐκείνοις μὲν τὸ λοιπὸν ἀντὶ ταμιείων ἐχρῶντο, κἄν πού τι καὶ ἀφήρπαζον τοῦ πυρός, ὁμόσε τούτῳ χωροῦντες καὶ τοῦ λαβεῖν τι ἐν δευτέρῳ τιθέμενοι τὴν παρακινδύνευσιν, εὐθὺς κατὰ τούτων ἐρρίπτουν καὶ ἐπωμάτιζον. αὐτοὶ δὲ τῷ μὲν ἅπαξ ἁλόντι οὐκ ἔχοντες προσαμύνειν, προκαταλαμβάνοντες δὲ τὰ ἐξωτέρω κείμενα προανηροῦντο καὶ μετεκόμιζον, καὶ οὕτω τὴν τροφὴν τοῦ πυρὸς ἐκποδὼν ποιοῦντες τῇ ἀτροφίᾳ τὸ θηρίον ἀσθενέστερον ἀπεργάζοντο, κἀντεῦθεν μόλις κατ' ὀλίγον ἐξασθενοῦντος περιε-

veniret, solicite interrogaret quo modo et qualibus e causis tanta clades extitisset. non enim a tenui orta principio sensim, ut fere fit, ea pestis invaluerat, sed quantum intelligi coniectura potuit, variis simul ex partibus rapida velocitate ignis exurgens, mediam momento comprehendens urbem, multa ornatissima aedificia, multas in iis opes conditas voravit; minansque nihilo mitiora remotioribus, non prius stetit quam in angiportus via media frustra diremptos transiliens nihil in illis cui adhaeresceret reperit, provida industria viam praecludere malo grassanti satagentium prius manu eversis et congestis in late confusam stragem. prudenter enim illi curaverant redimere perniciosius damnum ultro accersendo ac praeoccupando leviori, sicque subtrahenda materia voraci elemento; quod si pastum invenisset illic quo insilierat, auctas ex eo vires haberet ulteriora incursandi, et ad cuncta continenter rapacissimis accisa dentibus exorbenda in nunquam explebilem ingluviem. alia quoque inita utiliter ratio est demendi flammae pabuli, docente ipsa calamitatis experientia mali partem in remedium vertere. nempe cladis auctarium fuit defectus aquae igni coercendo tam necessariae, exhaustis quippe iam cunctis quae illic erant subterraneis conceptaculis liquoris. caeterum hoc ipso animadverso qui satagebant, puteis ipsis cisternisque iam vacuis uti apothecarum vice coeperunt iis custodiendis quae apta maxime nutriendo incendio flammae praeripere potuerant, ea cuncta per ora hiantium cavorum devolventes, et ubi congerendo expleverant, imposito materiae ignem non timentis operculo tegentes. in quo eam adhibebant prudentiam, ut quae iam ignis comprehenderat, frustra ei extorquere non conantes, ea quibus se nondum per circuitum admoverat diligenter raperent, non sine periculo comminus accedere audentes; iisque amotis, quasi per escae subductionem, monstrum belluatione largiori magis indomitum evasurum, velut inedia castigatum infirmius reddebant. atque ita sensim debilitato aegre ac vix

E γένοντο, οὐχ ἧττον τῶν παλαιῶν ἐμπρησμῶν καὶ αὐτοῦ τὴν ἰδίαν μνήμην καὶ εἰς τὸ ἐπιὸν καταλείψαντος. ἀλλὰ καὶ αὖθις συνελθόντες οἷς ἐκεῖνα διέφερον, καὶ μόλις γυμνὰ μόνα τὰ ἐδάφη γνωρίσαντες ἀπό τινων ἀμυδρῶν σημείων, δαψιλέστερον ἐποικοδομοῦνται, βασιλέως ἀπόντος, ὥστ' ἐπὶ μόναις ἀκοαῖς ἐκείνου τὸ πάθος στῆναι, οὐ μὴν δὲ καὶ αὐταῖς ὄψεσιν. ἐφίσταται γὰρ ἀνοικοδομηθεῖσι λαμπρότερα, καὶ ἅλμυρὰν ἀκοὴν αἱ πότιμοι τῆς ὄψεως ὀπωπαὶ ἰδόντος μεθ' ἱλαρότητος ἀπεκλύσαντο.

P 120 26. Αὐτὸς δὲ μετὰ τοῦ πρωτοβεστιαρίου καὶ μεγάλου λογοθέτου κήδους συνάλλαγμα ποιησόμενος, ὥστε τὸν τοῦ βασιλέως αὐτάδελφον Θεόδωρον εἰς γάμον ἀγαγέσθαι τὴν τοῦ Μουζάλωνος, ἐπεί γε κατηγγυημένης οὔσης τῆς κόρης συνέβη τι ἐκ νοθείας πρός τινα τῶν ταύτης συγγενῶν, φερούσης ἀμφισβήτησιν τῆς ζητήσεως εἰ κεκώλυται τὸ συνάλλαγμα, συνῆγε μὲν ἀρ-
B χιερεῖς συνῆγε δὲ καὶ τοὺς τοῦ κλήρου λογίους, καὶ συνάμ' ἐκείνοις καὶ πατριάρχην, ἐκεῖσε ὄντος καὶ τοῦ πρωτοβεστιαρίου· οὐδὲ γὰρ ἡ νόσος εἶα μακράν που τῶν ἀνακτόρων κατασκηνοῦν, ἀλλ'

7. λαμπρότερον? 16. πατριάρχῃ P.

tandem praepollere valuerunt, nec sic tamen assecuti quin magnam et late illustrem hic quoque, uti caeteri priores, funestus rogus in tempus posterum memoriam relinqueret, quamquam cito rursus coëuntes domini absumptarum aedium, et certatim emoliti strues cineris ambustorumque ruderum, solum ubi sitae illae fuerant non sine difficultate e signis tenuibus coniectura solerti agnoscentes, impigre reposuerunt non minus operosas nec inferioris prioribus elegantiae moles per absentiam imperatoris, adeo ut is tandem urbi redditus gratularetur solo sibi aurium indicio constare notitiam incendii, nullo iam oculis superstite sui vestigio sensibilis ob strenue restauratam speciosioribus etiam aedificiis omnis retro ruinae iacturam, cunctam plane iam amaritiem tristis anditus dulci laeti conspectus, magnificentius universa reposita monstrantis, voluptate diluente.

26. Eam hilaritatem festi sui reditus in urbem ex incendii calamitate pristino splendori restitutam insignire imperator voluit luculento sui affectus in protovestiarium et magnum logothetam Muzalonem pignore, honore videlicet regiae affinitatis, qua illum aggressus admovere familiae Augustae, licet coeptis intervenisset obstaculum ingens, gratiae constantis abundantia quidvis eluctatus, denique quod destinaverat perfecit. ac principio quidem sub hoc tempus filiam Muzalonis fratri suo despondit Theodoro. verum celebratis iam sponsalibus, cum inopinatissime puella deprehensa esset uterum gerere consanguinei cuiusdam incestu vitiata, quaestio nata est utrum illo flagitio fieret irrita desponsatio, et ecquid nihilominus liceret ulterius usque ad nuptias procedere. isti disceptandae controversiae congregavit episcopos imperator, eodem etiam adhibitis doctioribus e clero ipsoque patriarcha, praesente quoque protovestiario, qui propter morbum ventitare ad palatium e longinquo non valens, iussu An-

αὐτό που διόλου ἔν τινι τῶν βασιλικῶν οἰκημάτων. ἐκεῖ τοίνυν συναγομένων αἱ σκέψεις ἐγίνοντο, εἰ ἐγχωρεῖ πορνείας ἐκείνης προβάσης συνίστασθαι τὸ συνάλλαγμα· καὶ ἐπεὶ τοῖς μὲν τοῖς δ' οὐδ' ὅλως ἐδόκει, ὁ βασιλεὺς ἀγάλλειν ἐθέλων ἐκεῖνον ᾧ δὴ καὶ συνέργῳ καὶ συμβούλῳ πρὸς πάντ' ἐχρᾶτο πρακτικωτάτῳ, τὸ ἀμφίβολον παρεικώς, τῷ μὲν ἀδελφῷ τὴν τοῦ πιγκέρνη Λιβαδαρίου θυγατέρα ἐκ πρωτοβεστιαρίου ἐξευγενιζομένην πάππου συνεζεύγνυ πρὸς γάμους, τὴν δὲ τοῦ πρωτοβεστιαρίου Μουζάλωνος τῷ ἰδίῳ παιδὶ Κωνσταντίνῳ κατηγγυᾶτο. ἀλλ' οὔτε ὁ Κωνσταντῖνος δεσπότης ἦν πω ἐξ ἀξιώματος, μόνῳ δὲ τῷ υἱὸς βασιλέως εἶναι περιφανῶς ἐκλεΐζετο, οὔτε μὴν ὁ πρωτοβεστιάριος ζῶν εἶδε τοὺς γάμους, ἀλλ' ἐν ἐλπίσι μόναις καὶ προσδοκίαις ἐτελεύτα τὸν βίον. τὸ δέ γε εἰς τέλος ἐξέβη προβληθέντος καὶ δεσπότου τοῦ Κωνσταντίνου, οὗ δὴ ὁ Θεόδωρος οὐκ ἠξίωτο. ἐκεῖνον γὰρ καὶ λίαν ἡ μήτηρ ὀρεγομένη δεσπότην κατιδεῖν παρὰ τἀδελφοῦ καὶ βασιλέως φημισθέντα, καὶ πολλὰ τὸν υἱὸν ἀναγκάζουσα, οὐκ ἐτύγχανε τῆς ἐφέσεως, οὐχ ὅτι ἦν τῇ μητρὶ ἀπειθὴς ὁ κρατῶν, ἀλλ' ὅτι τὸ εὐλαβὲς καὶ θεοσεβὲς διεκώλυεν· ἔφθασε

C

D

1. αὐτοῦ P.

gusti ad manum habere quem assidue consuleret studentis ferme in aedibus regiae vicinis aut in parte domus ipsius Augustae solebat habitare. cum igitur in ipso aegroti Muzalonis diversorio coram eodem sententiae super proposito quod dixi argumento rogarentur, illaeque in contraria distraherentur, quibusdam aientibus, negantibus aliis, imperator consolari cupiens adeo sibi carum et fidum hominem, quo administro et consiliario peritissimo ad cuncta utebatur, disceptatione in ambiguo relicta fratri quidem coniugem dedit pincernae Libadarii filiam, cui nobilitatis praecipuae commendationem afferebat, quod ex avo illam protovestiarii dignitate conspicuo constabat esse prognatam; filiam vero illam ipsam protovestiarii, licet corruptam, iam nunc promisit se desponsurum Constantino proprio filio, qui nondum quidem despotae appellatione honorabatur, caeterum eo solo quod imperatoris erat filius, inter primos aulae consentaneo tantae nobilitati splendore fulgebat. fuerunt hae nuptiae necessario dilatae, quod obducendum puellae vitium mora saltem quadam, et si quo modo posset, obliterandum videretur. itaque protovestiarius morbo pertinaci morti sensim admotus durare usque ad eius matrimonii consummationem non potuit: tamen affinitatis tam amplae sola licet spe ac certa expectatione praecepit gaudium, in eoque vitam absolvit. eo mortuo rite celebratum id matrimonium est, et quidem Constantino iam ad despotae dignitatem evecto; quod minime consecutus Theodorus fuit, quantumvis eius mater valde cupiens isto decoratum nomine hunc quoque filium videre, instantissimis ab Augusto suo item filio contenderit precibus ut fratrem eo honore dignaretur. at numquam impetravit, non quod erga matrem obsequium imperatori deesset, sed quoniam in hoc quidem obstabat religio pietati: casus enim quidam prius tulerat ut (nescio qua occasione)

P 121 γὰρ ὁ κρατῶν οὕτω συμβὰν ὅρκοις ἀπειπεῖν αὐτῷ τὸ ἀξίωμα, καὶ διὰ τοῦτο τηρῶν τὴν ὁρκωμοσίαν οὐκ ἤθελε δεσπότην ἐγκαθιστᾶν. διδόντος δὲ διὰ ταῦτα τὸ σεβαστοκρατορικὸν ἀξίωμα, ἐκεῖνος οὐ κατεδέχετο. κἀντεῦθεν ἀγέραστος ἦν, ὅσον ἐξ ὀφφικίου καὶ ἀξιώματος, μόνῳ δὲ τῷ βασιλέως μὲν υἱὸς βασιλέως δ' ἀδελφὸς εἶναί τε καὶ κεκλῆσθαι, καὶ τῶν Ῥωμαίων δεσπόσυνος, ἐκλείζετο.

B 27. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ τοῦ προστησομένου ἔδει, ἐζητεῖτο ὁ δοκῶν ἄξιος. εὑρίσκετό τις ἀνὰ τὴν πόλιν Κοσμᾶς μοναχός, ἐκ Σωζοπόλεως μὲν τὸ γένος ἕλκων, ἐπὶ χρόνοις δὲ καὶ συζύγῳ συζήσας καὶ βίον ἱερατικὸν ἰδικῶς ἐξηνυκώς,

C ἦν δὴ καὶ πάλαι καταλιπὼν μονάζειν αἱρεῖται συνάμ' ἀδελφῷ καὶ παιδί· καὶ δὴ καὶ ἐς πόλιν ὕστερον καταντήσας, ἐν τῇ τοῦ ἀρχιστρατήγου τοῦ βασιλέως μονῇ ἄλλας τε διακονίας ἐξήνυε καὶ αὐτὴν δὴ τὴν τοῦ ἐκκλησιάρχου. οὗτος εὔγηρως ὢν καὶ πραΰς ἀνὴρ καὶ τὸ σύνολον ταπεινός τε καὶ ἥμερος, κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τὸν τοῦ σκανδάλου, ἐπεὶ καὶ πέμπων ὁ βασιλεὺς μαθεῖν

D ἤθελε τοὺς τῆς οἰκείας μονῆς ὅπως ἐπὶ τοῖς πραττομένοις γνώμης ἔχουσι, καὶ ὁποῖοι μὲν οἱ τῷ θελήματι οἷ προσκείμενοι, ὡς προσμενοῦντες τῇ μονῇ καὶ ἔτι, ὁποῖοι δὲ καὶ ὅσοι οἱ ἐναντίως ἔχοντες, ὡς αὐτίκα τῆς μονῆς ἀπελαθησόμενοι, μέρος γίνεται

iuraret imperator se numquam Theodoro dignitatem despotae collaturum. quare metu consciscendi periurii constans perstitit in hoc ei titulo negando. cuius vice oblatam sebastocratoris dignitatem Theodorus non admisit, ac propterea nulla insignis principalis potestatis appellatione mansit, sola conspicuus nomenclatione filii ac fratris Augustorum, et Romanorum desposyni, quasi dicas Romaniae dominantibus prognati cognatique, ac tam arto nexu quadam imbuti summae contagione potestatis.

27. Quoniam vero ecclesia praeside egebat, et qui ei videretur ideneus muneri quaerebatur, repertus in urbe quispiam monachus nomine Cosmas est, Sozopoli genus trahens, qui aliquot annis cum uxore vixerat et vitam sacerdotalem privatim exercuerat, sed coniuge dudum dimissa monasticam elegerat professionem, quam simul cum fratre et filio suscepit. hic postea in urbem adveniens, in monasterio imperatoris, cui Archistrategi a sancto, cui est dicatum, coelestis militiae principe nomen est, cum alia exercuit ministeria, tum ecclesiarchae officio functus est. senex is erat prosperae valetudinis specieique venerandae, vir mansuetus, modestiae in omnibus compositique citra tumorem ac fastum animi, nec non mitissimae clementiae specimen prae ferens. tempore illo factae ingenti offensione Graecorum cum Latinis pacis, cum imperator in proprium monasterium certos homines misisset iussos explorare cuius essent sententiae monachi, denuntiato cunctis fore ut permanere in loco sinerentur ii solum qui voluntati Augusti suam subiungerent, qui contra sentirent, statim elicerentur, inter parere recusantes Cosmas hic fuit. unde post lon-

καὶ οὗτος τῶν ἀνθισταμένων, καὶ μετὰ χρονίαν ἐκούσιον φυλακὴν ἐν τῷ συγκαρτερεῖν τοῖς ἐγκλείστοις μεσιτείαις τοῦ Ἀλεξανδρείας ἀπολυθείς, τὸν πρώην καιρὸν ἔχων ἐν τῷ οἰκείῳ τόπῳ κελλίον μοναχικὸν ἐν νήσῳ τῆς θαλάσσης ἐκείνης ἐκεῖ κατασκηνοῖ. ὁ μέντοι γε τηνικάδε μέγας κονοσταῦλος ὁ Ταρχανειώτης Γλαβᾶς, ὃν καὶ πρωτοστράτορα ὁ κρατῶν μετὰ ταῦτα ἐποίει, πολὺ τοῖς P 122 τῇδε τόποις ἐνδιατρίβων (καὶ γὰρ ἐπετέτραπτό οἱ τἀκεῖ πρὸς βασιλέως) ἰδὼν κἀκεῖνον, ἄλλως τε καὶ φιλομόναχος ὢν καὶ φιλάρετος, ἐνησμένιζε τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἤθει, καὶ οἷον συντακεὶς αὐτῷ κατά τινα διάθεσιν πολλοῖς τισὶν ἐδωρεῖτο καὶ ἐκυβέρνα οἰκτιρμοῦ τρόποις καὶ χάριτος. εἶτα καὶ βασιλεῖ ἀναγγέλλει τὰ περὶ τούτου, καὶ οἵ ποιεῖται τὸν ἄνδρα ἐράσμιόν τε καὶ ποθεινὸν ἰδεῖν. διὰ ταῦτα καὶ ἄγων συνίστησί τε αὐτῷ βασιλεῖ καὶ τὴν ἰδίαν μο- B νὴν τὴν τῆς παμμακαρίστου θεοτόκου εἰς χεῖρας δίδωσιν. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς καὶ λίαν ἐνησμένισε τῷ ἀνδρί, καί οἱ ἀγαπήσας τὸ ἦθος ἐν πνευματικοῖς ἔταττεν αὐτὸν πατράσι, καὶ ἀπεδίδου τιμὴν τὴν προσήκουσαν. μαρτύριον δέ· ἐπεὶ τῇ Κωνσταντίνου ἐπιδημήσαντι βασιλεῖ μιᾷ τῶν κυριωνύμων ἡμερῶν οἱ τοῦ κλήρου προσῆλθον, καὶ κατὰ ναὸν ἐν καιρῷ λειτουργίας στάντες ἀπέναντι τὴν προσκύνησιν, διάφοροι ὄντες πατριάρχῃ τότε διὰ τὰ προειρημένα, ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς προσποιούμενος τὴν ὀργὴν C διὰ ταῦτα, τὸν μυστικὸν πρὸς τὸν συγγραφέα πέμψας, ἐζήτει

gum voluntariam custodiam, cuius aerumnas una cum pariter inclusis fortiter tulit, precibus Alexandrini patriarchae liberatus secessit in cellulam solitariam, quam sibi prius in proprio paraverat praedio, apud insulam maris illius, ibique habitavit. frequens versabatur in iis locis magnus tunc conostaulus Tarchaniota Glabas, quem et postea protostratorem imperator fecit, quod huic procurationem rerum per eos tractus suarum idem Augustus commiserat. is per istam occasionem visum illic Cosmam, probitate viri captus, cum et alias monachorum amans et virtutis esset, mire amplexus amore est, affectu in illum eius intimo ac vehementi qua donis plurimis qua significationibus omnis generis miserationis gratiaeque se prodente. idem porro imperatori subinde cum multa de hoc viro praeclara praedicaret, favorem in eum et eius videndi desiderium incussit. quare ductum illum secum ex insula in urbem magnus conostaulus imperatori obtulit impenseque commendavit. moxque in manus ipsi tradidit proprium monasterium beatissimae deiparae. caeterum imperator multum delectatus Cosmae humanitate ac probis moribus eum spiritualibus suis patribus accensuit, congruumque isti dignitati honorem ac reverentiam exhibuit. huius indicium sit, quod cum ad recens reversum Constantinopolim imperatorem quadam die dominica in templo liturgiae tempore accessissent ii e clero qui ob causas prius memoratas a patriarcha dissidebant, illumque stantes venerarentur, imperator ipsis se palam infensum ferens, mystico ad huius historiae scriptorem misso, percunctatus de ipsis

μαθεῖν περὶ σφῶν παρ' αὐτοῦ τί παθόντες οὕτοι οὕτως ἀνέδην προσῆλθον, μήδ' ὅλως ξυνιέντες ὡς ὑπ' ὀργὴν κεῖνται, τοῦ πατριάρχου ἀποστατήσαντες. τοῦ δ' ὑπὲρ ἐκείνων ἀπολογουμένου ὡς οὐκ αὐτόθεν ἦλθον ὦ δέσποτα, ἀλλὰ τῷ σῷ πατρὶ προσελθόντες κυρίῳ Κοσμᾷ παρ' ἐκείνου τὴν πληροφορίαν ἔσχον ὡς σε-
συμπάθηνται παρὰ τοῦ κράτους τοῦ σοῦ, αὐτὸς πάλιν ἀνταπο-
D στείλας τὸν αὐτὸν μυστικὸν ἄλλα τε πολλὰ προσεμαρτύρει ἀγαθὰ τἀνδρί, καὶ ὡς ἀποθανόντος αὐτίκα, εἰ μὲν ἐκκλησία θέλοι τε καὶ τιμῴη ὡς ἅγιον, καὶ αὐτὸν ἐν πρώτοις τὴν ἐκείνων ἀποδέχεσθαι γνώμην διωμολόγει καὶ τιμᾶν τοῖς προσήκουσιν, εἰ δ' οὐ
δοκιμάζοι τοῦτο ἡ ἐκκλησία, αὐτὸν καὶ αὖθις τῆς αὐτῆς εἶναι γνώμης, καὶ μεγαλύνειν τὸν ἀπελθόντα καὶ τιμᾶν ὡς ἅγιον. τόσον
E ἐπληροφορεῖτο, ὡς ἐδόκει, βασιλεὺς ἐπ' αὐτῷ. ὡς γοῦν συνελθοῦσι τοῖς ἀρχιερεῦσι περὶ πατριάρχου ἡ ζήτησις ἦν, τὸ μὲν καὶ αὖθις καταναγκάζειν τὸν Γεννάδιον δοκοῦντα πρὸς τοῦτο χρήσι-
μον, καθάπαξ ἀπειπάμενον τὴν ἀρχιερωσύνην, οὐκ ἔγνωσαν εὐπρεπές, ἄνδρα δὲ ζητεῖν ἐφ' ᾧπερ ὁ βασιλεὺς πεπληροφόρηται, τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐνόμιζον. καὶ λοιπὸν οὐδένα εὕρισκον τοῦ Κοσμᾶ ἀξιώτερον καὶ ἄλλως ἁρμόδιον τῷ καιρῷ· μετὰ γὰρ χει-
P 123 μῶνα ἡδὺ τὸ ἔαρ καὶ μετὰ ζάλην ποθεινὴν γαλήνην εἶναι τοῖς πλέουσιν, καὶ μετὰ τρικυμίας καὶ ζάλας πραγμάτων καὶ ἠθῶν

ex eo est, unde hi tantum auderent, nec se coram apparere vererentur, cuius indignationi se subiacere non nescirent ob ipsorum defectionem a patriarcha. illoque sic ipsos excusante "non sine auctore, domine, istam fiduciam sumpserunt, sed prius convepto patre tuo domino Cosma persuasi ab eo sunt ignovisse iam ipsis maiestatem tuam," hoc responso per mysticum relato, per rursus missum eundem mysticum multa in laudem viri congessit, in his illud, si Cosmas statim moreretur et ecclesia volente coli eum pro sancto contingeret, se in primis comprobaturum ecclesiae sententiam, et devotionem in eum suam religiosis rite officiis testaturum. sin ecclesia cunctaretur sacros ei decernere honores, se tamen in proposito perstare magnificandae talis defuncti memoriae, et ea quae sanctis tribuitur veneratione prosequendae. tantum ei viro tribuebat imperator, et tam certa erat opinione praeoccupatus insignis cuiusdam eius sanctimoniae. caeterum congregatis antistibus, et quem eligerent in patriarcham disquirentibus, haud visum conveniens, quem alioqui aptum ei muneri haberent, postquam id semel oblatum recusaverat, iterum solicitare Gennadium. at in primis necessarium, virum ad hoc quaerere, quem magnifaceret cuique plurimum imperator fideret. neminem autem ista quidem nota insigniorem Cosma reperiebant; quem praeterea videbant accommodatum tempori: esse quippe post hiemem ver dulce, post tempestatem exoptari navigantibus serenitatem: sic post procellas fluctuantium negotiorum, post morum immanium malignam acerbitatem, mite tempera-

σκληρῶν ἀνωμαλίαν καὶ κάκωσιν μαλακὸν ἦθος καὶ ἥμερον αὐτόθεν ἀπόδεικτον. ὅθεν καὶ μιᾶς γεγονότες γνώμης τοῦτον ψηφίζονται. ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ ταῖς ἀληθείαις, πλὴν ἑνὸς τοῦ ἀμηγέπη φιλοκερδεῖν ἐξ ἁπλότητος καὶ ἰδιωτείας, ἀλλ' οὐκ ἐκ πάθους ἐν- 5 τετηκότος ψυχῆς, τἆλλα προσήκων τῇ ψήφῳ· τὸ γὰρ συμπαθές, B ὅπερ καὶ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις ἴδιον λέγουσιν, ὑπὲρ τἆλλα τῆς ἐκείνου ψυχῆς μεθ' ἱκανῆς ἁπλότητος ἐπεπόλαζε.

28. Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεὺς ἀποδέχεταί τε ὡς εἰκὸς C τὴν ψῆφον, καὶ προσκαλεῖται μηνύμασι, καὶ εὐθὺς κατανεύει, 10 καὶ πρὸς τῷ προβληθῆναι ἦν, καὶ ἡ κυρία παρῆν, καὶ πάντ' ηὐτρέπιστο. ἦν δέ τις μοναχὸς Γρηγόριος ἐν τῇ τοῦ Παντεπόπτου μονῇ, ὃς ταῦτ' ἀκούων παρὰ τοῦ οἰκείου ἡγουμένου Λουκᾶ τὸν λόγον οὐ παρεδέχετο· μηδὲ γὰρ Κοσμᾶν ἀλλ' Ἰωάννην ἐντεῦθεν μέλλειν γενέσθαι, κἂν ὅ τι γίγνοιτο, μὴ εἶναι τὸ βουλευόμενον 15 ἀνυστόν. τοῦτο δ' ἔλεγεν ἐκ βίβλων ἔχων, οἶμαι, ἀλλ' οὐκ ἔκ D τινος θειοτέρας μυήσεως. ὡς γοῦν πάντ' ηὐτρέπιστο καὶ ἡ κυρία ἐπέστη, καὶ ὁ μὲν προβληθησόμενος ἤγετο, ὁ δὲ Γρηγόριος ἐνστατικῶς τὴν πρᾶξιν ἀπέλεγεν, ὡς εἶναι τῶν ἀδυνάτων Κοσμᾶν μένοντα τοῦτον πατριάρχην γίνεσθαι, εὐθὺς ὀστράκου μεταπεσόν- 20 τος, φασίν, αὐθημερὸν Ἰωάννης μετονομάζεται, οὐ γνωσθέν τισι

12. ὃς om. P.

mentum humanae clementisque indolis ipsa requiri conditione praesentium rerum. quare uno cuncti consensu Cosmam designant patriarcham, dignum re vera tali iudicio locoque, quippe in quo laudes inter omnis generis plurimas unus emineret naevus attentioris ad lucrum cupiditatis, nec illius vitio imputabilis impotenter affixi studio habendi avareque sordidi animi, sed parum circumspectae simplicitati. prona quidem ad compatiendum infelicibus miseratio, qualem deo erga homines inesse peculiarem aiunt, eius viri animae cum idonea mistura simplicis sinceritatis innatabat.

28. Hoc ubi perlatum ad imperatorem est, approbavit ille, ut par erat, electionem, indicataque re Cosmae invitavit eum ad capessendum delatum honorem; quo statim annuente apparari promotio est coepta. iamque constituta dies aderat, paratis ad ceremoniam omnibus. erat autem quidam monachus Gregorius in Pantepoptae monasterio, qui quid pararetur audiens a suo praeposito Luca, haud credidit nuntio, pertendens non Cosmam sed Ioannem vocatum iri qui proxime foret ad patriarchatum promovendus. in eoque tam fixus erat ut qualescumque quorumvis in contrarium molitiones casuras in irritum plane affirmaret. eam ille persuasionem e libris, opinor, hauserat, non ex ulla divina revelatione. apparatu nihilominus rei decretae procedente, cum iam illuxisset dies dicta et Cosmas promovendus duceretur, perstabat instantius Gregorius coeptum successurum pernegans, ac ne fieri quidem posse, intrepide aiens, ut hic quamdiu Cosmas permaneret, patriarcha crearetur. statim igitur, velut lapsu, quod aiunt, tegulae, ipsa die Ioannes transnominatur, sive

πρότερον ἢ εὐφημουμένου τοῦ προβληθέντος. τότε παρὼν ὁ
E Λουκᾶς καὶ ἀκούσας τέθηπέ τε εὐθέως, καὶ ἀπελθὼν ἐξαγγέλλει
τῷ Γρηγορίῳ τὸ δρᾶμα, καὶ τότε ὁ Γρηγόριος πιστεύσας μᾶλλον
τοῖς γράμμασιν, ἢ πείθειν ἄλλους σπεύδων, καὶ τὰ λειπόμενα
προσετίθει, καὶ ὡς τόσους χρόνους πατριαρχεύσει καὶ ὡς οὐ τῇ
τιμῇ ἐπαποθανεῖται. καὶ ταῦτα γέρων ὢν καὶ πρὸς τῷ θανάτῳ
P 124 προέλεγεν. ἀλλ' ἐκεῖνος τὴν ποιμαντικὴν βακτηρίαν λαβὼν παρὰ
τοῦ κρατοῦντος, ὡς εἴθιστο, τιμᾶται καὶ διβαμβούλῳ. καὶ
πρώτῃ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς τὴν χειροτονίαν δέχεται.

Ἐντεῦθεν ἐκείνου πᾶσαν ἐνδειξαμένου τοῖς πράγμασιν ἡμε-
ρότητα, τὰ τῆς ἐκκλησίας μέλη καὶ μέρη, ἃ δὴ χθὲς καὶ πρὸ
τρίτης διῃροῦντό τε καὶ διίσταντο ἐξ ἀντιπνοίας κυμαινούσης
σφόδρα, συνηρμολογοῦντό τε καὶ καθίσταντο, οὐ μὴν δ' ὥστε
B καὶ τοὺς τῆς ἐκκλησίας τελείαν ἄγειν εἰρήνην, τῶν μὲν ἐπισχομέ-
νων τέλειον διὰ τὴν χθεσινὴν ἀκαταστασίαν, τῶν δέ, εἰ καὶ εἶ-
χον τούτους ἐν τάξει τοῦ βήματος καὶ συλλειτουργούς, περιορω-
μένων ἐν μείζονι προκοπῇ, τῶν μοναχῶν προτιμωμένων ἐν ψήφοις
ἀρχιερότητος. ὅμως γε μέντοι (τὸ γὰρ κοινὸν οἰστόν, κἂν

id praeterea nomen ille antea, sed paucis notum, ferret, seu cognitam Gregorii offensionem placare designatus voluit facili mutatione nominis. audito Lucas, qui praesens aderat, vocari nunc Ioannem qui prius Cosmas audiebat, accurrit nuntiatum Gregorio miram catastrophen. tunc vero Gregorius, magis credens ipse fatidicis quas legerat literis quam persuadere aliis satagens, reliqua subiunxit ibi a se reperta, nempe tot illum annos in patriarchatu futurum, nec vitam in ea dignitate clausurum. atque haec praedixit senio confectus et morti vicinus. at Cosmas accepto, ut erat solitum, ab imperatore pastorali baculo, honoratur et Dibambulo, kalendisque Ianuarii ordinationem accipit.

Inde illo aggresso regimen, et omnem in administratione negotiorum mansuetudinem exhibente, cuncta ecclesiae membra et partes, quas heri et nudius tertius flans ex adverso vehemens procellosus turbo dissociaverat ab invicem passimque disiecerat, adaptabantur et componebantur, non tamen ita ut ecclesiastici pace plena fruerentur, quibusdam eorum, quasi ex concussu nuperae iactationis, adhuc instabiliter nutantibus, aliis aegre ferentibus presbyterii duntaxat tenus provehi homines ipsorum ordinis, summumque quem sperare honorem possent definiri consessu cum antistitibus communi intra cancellos, et participando cum iisdem sacro altaris ministerio; in occasionibus ulteriorum promotionum despici clericos unorum rationem haberi monachorum, his solis episcopatuum suffragia currere. moderatius tamen singuli communem universis molestiam ferebant, ut cuivis tolerabile censetur vulgatum in multos pariter malum, et quantumvis acerbus per se putetur nec ferendus dolor, consortio sociorum et paritate conditionis omnes aeque prementis aliquid amittere vulgo creditur innatae gravitatis, ac consolatione nonnulla leniri. hac isti usi et se ipsos

τῶν λυπηρῶν λογίζηται καὶ ἀνύποιστον) διέφερον τὴν ὀδύνην μετρίως, καὶ τὸ ἐξ αὐτῶν εἰρηνεύοντές τε καὶ γαληνῶς ἔχοντες θεῷ C προσανετίθουν τὰ καθ' αὑτούς. ὁ γὰρ Κοσμᾶς οὗτος καὶ Ἰωάννης ἔτι μὲν ἐκτὸς ὢν τῶν πραγμάτων καὶ ἰδιωτεύων ἐφ' ἅπασι τὸ ἐπὶ τοῖς τῆς ἐκκλησίας τελούμενον ἄδικον ἔκρινε καὶ παντάπασιν ἀκανόνιστον, καὶ δῆλος ἦν, ὡς ἐῴκει, εἰ αὐτὸς ἐπισταίη τοῖς πράγμασι, λύσων τὴν καταδίκην ὡς ἱεροῖς ἀνθισταμένην κανόσι καὶ καιρικαῖς ἀναφυσηθεῖσαν ἀνωμαλίαις, αἷς δὴ καὶ τὸ καθεστηκὸς ταράσσεσθαι πέφυκε, φύσιν ἔχοντος τοῦ κακοῦ μὴ μόνον D ἐκεῖνο μένειν κακόν, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς ἐπιφύεσθαι. ἐπ' αὐτῶν δὲ γεγονὼς τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων ἄστρασι τὰ κατ' ἐκείνους ἐῴκει μετρεῖσθαι, συννπαγόμενος τοῖς λοιποῖς. ὅθεν καὶ πολλάκις τινῶν ἐπικλαιομένων ἐπὶ συνόδου καὶ τὴν κωφὴν καταδίκην ὀδυρομένων, ἐκεῖνοι μὴ ἔχοντες ὅπῃ ἂν στῶσι καὶ ἀπερείσωνται (τὰ γὰρ τῶν κανόνων καὶ θεσμῶν τῶν πατέρων προσί- E στατο ταῖς βουλήσεσι καὶ ἔλεγχος σφίσιν ἦσαν) ἐπήρειδον τὰς πράξεις τῷ βασιλεῖ, αὐτοὶ μὲν τῶν κειμένων καταρραθυμοῦντες κανόνων, τῷ δέ γε κρατοῦντι τῆς παραβασίας ἐχρῶντο κατὰ τὸ δυνατὸν προτειχίσματι.

in pace continebant, et tranquillitatem pro se publicam, ab aliis inquietandis abstinendo, iuvabant, deo permittentes curam rationum ac iurium suorum, quadam etiam, praesertim initio, mutationis in melius blandiente spe, inde orta, quod Cosmas hic, modo Ioannes, priusquam admoveretur negotiis et privatam in cunctis vitam ageret, morem istum in ecclesia receptum provehendi monachos in episcopatus, clericis exclusis, iniquum iudicabat et plane contrarium canonibus; praeque se ferebat, si unquam praeficeretur administrationi rerum, huic praeiudicio derogaturum ut sacris opposito regulis et iniquitate conflato turbulentorum temporum, per quae solent vel solide stabilita concuti labefactatisque legitimis usibus sensim inguri abusus, mali natura haud se continente intra sese, sed erumpente ac propagante labem propriam in depravationem prius rectorum, ad quae adrepere potuerit. quamquam haec quidem ipsis in irritum fiducia recidit. nam Cosmas ubi coepit res ecclesiasticas administrare, velut astris inductam et fatali necessitate, quam privatus improbaverat, consuetudinem retinuit, ac torrente quasi tractus exempli, decessorum et ipse in hoc quoque vestigiis insistere perrexit. unde saepe multis in synodo deplorantibus tacitam illam reprobationem clericorum et de tam inuriose talis ordinis neglectu quiritantibus, qui rebus praeerant, haud habentes ubi consisterent, quod omnem ipsis excusationem praecludebant canones et scita patrum, palam adversantia nuperis hodiernisque actis ac decretis eius generis, cui pares ferendae non erant, invidiam in Augustum conferebant, eo sub obtentu secure iam indormientes ipsi manifesto neglectui frustra iacentium in chartis antiquis canonum; quorum minas velut ictus et incursus eludebant, quantum poterant, nomine imperatoris quasi vallo illis quodam ac propugnaculo obiecto.

P 125 29. *Τότε καὶ βασιλεὺς Κρονίου μηνὸς ἑνστάντος, οὐκ οἶδα εἴτε παρὰ τῆς μητρὸς καὶ δεσποίνης ὡς ἄδικα πράξας πρὸς τὸν κάσιν παρακινιζόμενος, εἴτε μὴν καὶ προφανῆ θέλων θεῖναι Ῥωμαίοις τὸν ἐκείνου πρὸς ἑαυτὸν δόλον καὶ τρόπον, συμπάντας ἀγορήνδε καλεῖ, καὶ ἐν τῷ Ἀλεξιακῷ τρικλίνῳ προκαθίζεται μὲν* 5
B *αὐτός, συνεδριάζουσι δ' οἱ ἐν τέλει ἀρχιερεῖς τε καὶ κληρικοί, παρίστανται δὲ καὶ τῶν τῆς πολιτείας ὅσον περιφανές τε καὶ ἔκκριτον. καὶ δῆλα τά τε κατ' ἐκεῖνον καὶ τὸν Στρατηγόπουλον γίνονται. καὶ τὸν μὲν ἐμφανίζειν εὐπρεπὲς οὐκ ἐδόκει, τὸν δέ γε Στρατηγόπουλον ἐπὶ τοῦ μέσου παραστησάμενος τὰ κατ' ἐκεί-* 10
C *νων ἐκίνει, ὡς ἐλεγχθεῖεν τὰ καὶ τὰ λέγοντες καὶ τὰ βουλευσάμενοι, κἀντεῦθεν δικαίαν ἢ μᾶλλον καὶ συμπαθῆ τὴν κατ' ἐκείνων παρίστα ψῆφον.*

D 30. *Τότε καί τις τῶν Βουλγάρων ἔκποθεν φανεὶς αὐτόματος Λαχανᾶν τε ἑαυτὸν ἐπιφημίζει, καὶ δῆλος ἦν πραξείων* 15
κατὰ τῶν ἐχθρῶν, εἰ βασιλεὺς ἐπιτρέποι, τὰ μέγιστα. τὸ μὲν οὖν πρῶτον καὶ αὐτὸν ἐθορύβησε βασιλέα, εἰ ὃν εἶχον πεφονευμένον παρὰ Νογᾶ τοῦ τῶν Τοχάρων ἄρχοντος, τοῦτον βλέπουσι
E *ζῶντα καὶ τὰ μεγάλα περὶ αὐτοῦ φανταζόμενον. ὅθεν καὶ τῆς*

29. Tunc porro imperator sub initium mensis Martii, haud scio an quiritationibus matris Augustae, inique actum ab eo cum fratre causantis, stimulatus, an alioqui sua interesse ratus cognosci a Romanis clare quae Constantinus despota suus germanus et cum eo conspirans Strategopulus fraudulenter in se fuissent ingrateque machinati, universos in coetum communem vocat. atque in Alexiaco triclinio praesidet quidem ipse, assident autem ei, qui magistratus ecclesiasticos primarios gerebant, episcopi et clerici. adstabant lectissimi et illustrissimi quique civium. ibi recitantur, quae despota, quae Strategopulus essent deprehensi clam moliri. ac illum quidem haud conveniens est visum producere. in solo Strategopulo in medium adducto tota est communis utrique convictio peracta. oppositis ei scilicet irrefragabilibus argumentis et testimoniis coactus est recognoscere, quid rerum novarum movere studuisset, quibus esset indiciis coniuratio detecta, quae verba utriusque a fidis delatoribus excepta, quae arcana consilia certo fuissent explorata. his imperator demonstrandis id videlicet assecutus est, ut quae prius quibusdam videri severa potuerat amborum damnatio ac poena, iam pro gravitate criminum lenis ac moderata censeretur.

30. Ea tempestate Bulgarus quispiam alicunde sponte prodiens, se Lachanam esse illum dudum ibi celebrem iactavit, ostentans etiam sese imperatori, ac paratum offerens ad aggredienda in hostes, si permitteret, maxima. his imperator auditis turbatus primum est admiratione inopinatae novitatis, haud capiens quo casu, quem satis constabat a Noga Tocharorum principe fuisse iam pridem interfectum, is non vivus modo conspiceretur, sed magna etiam polliceri de se ac cogitare auderet. quare

ἰδίας αὐτανεψίας Μαρίας, τῆς καὶ τῷ Λαχανᾷ συνοικησάσης πάλαι, ᾧ δὴ καὶ παιδίον θῆλυ ἀπέτεκεν, δεικνὺς ἐξ ἀδήλου ἐκυνθάνετο εἰ αὐτὸς εἴη ταῖς ἀληθείαις ὁ Λαχανᾶς. τῆς δὲ μὴ ὅπως ἐκεῖνον εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ τὸ παράπαν ἐοικέναι οἱ διαβε- P 126
βαιουμένης, ἐν οὐ καλαῖς ὑπονοίαις εἶχον τὸν βάρβαρον. ὡς δὲ καὶ αὐτὸς ζάκοτός τις φαινόμενος οὐκ ἄντικρυς οὐδ' οὕτως ἑαυτῷ περιετίθει τὸν Λαχανᾶν, εἰ καὶ λέγοιτο, ἀλλ' ὅμως εὐλάβειάν τινα περὶ τὸ θεῖον ὑποκρινόμενος ἐδίδου τισὶν ὁρᾶσι τὰ μέγιστα περὶ ἑαυτοῦ φαντάζεσθαι, ἐκεῖνον μὲν ἐν τηρήσει εἶχον καὶ φυλακαῖς ἐδίδουν, τὴν τῶν πολλῶν ἐλπιδοτρίβησιν ἐπ' αὐτῷ ἐντεῦθεν ὑποτεμνόμενοι· μηδὲ γὰρ ὅλως εἶναι βάρβαρόν τε B
καὶ πλάνον κατανοούμενον ἀγαθόν τι ποιεῖν. πολλοὶ δ' ἐπ' ἐκείνῳ οὐχ ὅπως ἀκούοντες ἐλπιδοκοπούμενοι, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐλπίδας ἱστάντες (τοῖς γὰρ πονοῦσιν ἐσχάτως ἐκ τῶν παρόντων εἰς θεραπείαν μηδὲν βοηθουμένοις καὶ οἷς ἤλπισαν, ἅπτεσθαι καὶ τῶν ἁπλῶς δοκούντων χρησίμων ἀνάγκη, καὶ μᾶλλον, εἰ ξένα τινὰ εἴη καὶ μὴ συνήθη τὰ προσαγόμενα) οὕτως ἐκεῖνοι κακούμε-

6. *οὗτος?*

data prius opera ut hunc hominem certo productum loco Maria patruelis sua curiose inspiceret, ipsa non observata, ex ea deinde percunctatus est ecquid esset is revera Lachanas; in quo falli talis utique mulier nequiret, uxor olim veri Lachanae, ex quo conceptam peperisset filiam. quae cum non modo esse istum Lachanam negasset, sed etiam affirmasset nihil prorsus in eo se observasse Lachanae simile, haud parum suspectum imperatori et iis qui sub eo res curabant hunc reddidit barbarum. unde cum hunc observassent ad affectationem subitae ac vehementis excandescentiae, qui erat unus ex characteribus indolis Lachanae, haud satis a quamlibet conante tamen expressus, adiungere simulationem astutam fanaticae pietatis, quo et ille in primis artificio valuerat, et hic non impari successu ista potissimum illecebra multorum in se levium hominum spebus se vanis efferri sinentium expectationem et studia vertebat, non de nihilo veriti ac praevertendum rati motum aliquem multitudinis insanae, sequi ducem hunc quocumque duceret paratae, barbarum impostorem comprehensum custodiae dederunt, hoc ipso satis reum et poena dignum, quod esset manifeste deprehensus simulare personam alienam, fraudemque illam ad nihil nisi damnosum ac periculosum quieti publicae pertinere appararet. id ut magis tunc necessarium consilium praecautioque videretur, faciebat conditio illorum temporum et miser status regionum Orientalis limitis, Persarum incursionibus agi ferrique solitarum. infelices enim illi frustra imploratis aliis undecumque praesidiis, ad famam istius velut novi ostensi vindicis cupidissime animos arrexerant, more usitato imbecillitatis humanae, cui conflictanti periculis extremis si verum auxilium non suppetat, falsa noxiaque avide arripit, et si quid praesertim superstitionis quodam obtentu numinis ac coelo missae novitatis speciem praeferat, velut e machina deum excipit. itaque in illo gemitu ac consterna-

νοι τοῖς ἐχθροῖς, ἤδη δὲ καὶ αὐτοὺς ἐκείνους Πέρσας μανθάνοντες ὡς εἶεν ὀρρωδοῦντες τὸν βάρβαρον φημισθέντα σφίσιν ἔκ τι-
C νων τῶν παρ' αὐτοῖς μαντειῶν, καὶ πρὸς τὴν ἀπ' ἐκείνου βοήθειαν ἀφειώρων, καὶ καθικέτευον ἀπολυθῆναι τοῦτον καί γ' ἐκχωρηθῆναι κατὰ τῶν ἐχθρῶν μετὰ Ῥωμαίων ὁρμᾶν. τὴν γὰρ
πρὸς αὐτὸν ὀρρωδίαν, ἣν εἶχον οἱ βάρβαροι, εἰς θάρρος τὸ ὑπὲρ ἑαυτῶν ἔχοντας ἑτοίμους εἶναι μετ' αὐτοῦ καὶ προκινδυνεύειν καὶ μηδὲν ἐλλείπειν τῶν ὅσα καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ πράττει μετὰ τῆς ἀρετῆς καὶ τὸ θαρρεῖν ἔχων. ταῦτ' ἀκούων καὶ βα-
D σιλεύς, καὶ ὁσημέραι περὶ τῶν ἰδίων πονῶν, ἐπὶ νοῦν τινὰ ἔρχεται ὅτι πολλάκις καὶ ὃ δὴ ἰατρὸς τῷ κάμνοντι ἀπηγόρευσεν ὡς αὐτίκα τεθνηξομένῳ εἰ προσενέγκαιτο, τοῦτο κατὰ τὸ λεληθὸς ὁ νοσῶν προσενεγκάμενος ἐξ ὀρέξεως παράλογον εὗρε τὴν θεραπείαν, καὶ ἡ μὲν τέχνη οὔπω ἐλέγχεται φαύλη τις οὖσα, τὸ δὲ συμβὰν ἔκ τινος τυχηρᾶς προσπαθείας ὠφέλησε, τῷ σφοδρῷ
τῆς ὀρέξεως ἀναρρωσθείσης ὡσανεὶ κατὰ τῆς νόσου τῆς φύσεως.
E τί γοῦν, φησίν, εἰ καὶ Λαχανᾶν μὴ ὄντα μηδέ τινα ψῆφον περὶ ἑαυτοῦ διδόντα τὸν βάρβαρον, ὅμως φοβερὸν μὲν τοῖς ἐχθροῖς

tione quotidianarum a Persis grassationum audientes existere aliquem qui se divinitus missum diceret ad hostes imperii delendos, et eodem adiungentes vaticinia quaepiam inter ipsos vulgata, polliceri simile aliquid visa, magnopere optabant dari ducem sibi qualemcumque istum Lachanam; et carcere detineri cum audissent, multis et solicitis precibus imperatorem fatigabant ne divinitus destinatum malorum extremorum ipsis remedium invideret, neve diripi se impuneque spoliari miserrimos sineret, defensore coelitus ostenso inique arcendo a iuvandis, quibus aliud nusquam appareret cladium et calamitatum extremarum effugium. huiusmodi preces per multos subinde missitatos a populis illorum tractuum ingestae imperatori, et ab eo consiliis quae dixi mordicus haerente toties reiectae, cum nullo fine invidiosissime ingeminarentur, glisceretque iam murmur, et plebs illa fremeret non modo se, a quibus par esset, non protegi, sed promptis sibi ad bellandum hostesque repellendos arma, ducem, se suaque suo periculo laboreque propugnandi copiam ac veniam facilem negari, his concussus reputare secum coepit imperator et consiliariis proponere, "etiam medicos desperatis aegris usum remedii permittere, quod sibi profuturum ipsi, quamlibet insane, sperent. quid ergo tantum mali fore, si flagitantibus hisce populis indulgeatur quod perdite cupiunt? quin et ut mira nonnumquam accidunt, et casu res interdum melius quam consilio geruntur, forte successurum non improsperum quidpiam. nam validas vires extremo afflictis morbo non raro ipsam adiicere phrenesim, et probare inopinato eventu interdum infirmos se re vera potuisse, quod cum ante factum se posse dicerent, mentiri aut delirare putabantur, summa contentione, quae sequi solet impotens desiderium licentiam diu negatam rei tentandae tandem nactum, cuncta obstantia perrumpente. scimus falsum hunc Lachanam planum ac nebulonem esse: quid tamen noceat eum exposcentibus concedere? eat, pugnet, volens volentes contra Persas hoc ipsum, ut audio,

δόξαντα χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς κακουμένοις, αὐτὸν ἀπολύοι καὶ ἐπιτρέποι στρατεύειν, καὶ μᾶλλον ἐξ ἐγγίονος πείρας ἐν τῇ τῶν Ἁλιζώνων γῇ κατὰ Σάγγαριν. ταῦτα διανοηθεὶς καὶ μετὰ τῶν οἰκείων σκεψάμενος ἀπολύει, προσετοιμάσας ἐκείνῳ καὶ τὰ καθήκοντα. οὗ δὴ καὶ ἐξελθόντος ὡς εἶχε, καὶ μόνον τῆς ὁδοῦ ἁψαμένου ἅπας συνεκινεῖτο καὶ ὁ πόρρω καὶ ὁ ἐγγύς, καὶ οὐδὲν P 127 ἦν εἰκάζειν εἰ μὴ αὐτῆς οἰκουμένης καὶ γῆς μεταχίνησιν. οἱ γὰρ ἐπὶ τῶν γεωργικῶν ἔργων καὶ σκαπάνης οὐ πλέον εἰδότες καὶ ταῖς κεντρίσιν τὸν βοῦν, καὶ ποιμένες θρεμμάτων καὶ ἄγροικοι ἐκεῖνοι τὰς οἰκείας χώρας ἀφέντες καὶ αὐτὰς γεωπονίας, ἐν ῥάβδοις μόνοις καὶ ταῖς καλαύροψιν αὐτόματοι κατεφαίνοντο στρατιῶται καὶ ὁπλῖται ἄοπλοι καὶ συντάξεις ἀσύντακτοι, τὸ ὑπὸ Λαχανᾷ τεταχθαι εἰς θάρρος μέγα τοῦ νικᾶν ὅπου φανεῖεν σὺν αὐτῷ θέ- B μενοι. ἀμέλει τοι καὶ ἡμερῶν ὀλίγων περὶ ἐκεῖνον ἄπειρον πλῆθος συνῆκτο ξυγκλύδων, μὴ πολέμων εἰδότων, μὴ παρατάξεως, τὸ τῆς παροιμίας αὐτόθεν πληρούντων, ὅτι γλυκὺς τοῖς ἀπείροις ὁ πόλεμος. οὐδὲ γὰρ ὡς πολεμήσοντες ὥρμων, οὐδ' ὡς προσβαλοῦντες ἐχθροῖς, ἀλλ' ὡς σκύλων ἐπιβαλούμενοι καὶ παίξοντες μᾶλλον ἢ σπουδάσοντες. ἡ μὲν οὖν ἐκείνων ὁρμὴ περὶ τὸν C νέον στρατηγὸν τοιαύτη τις ἦν ὡς μηδὲ στῆναι πληθυομένους,

formidantes ducat. si temeritas praeter spem felix fuerit, hostium cladem lucro apponemus: sin, quod est verisimilius, vincetur, et ipse imposturae, et qui temere accersiere, inconsultae cupiditatis poenas luent, eventu non unquequsque nostris rationibus incommodo; utcumque res ad extremum cadet, constituro nobis interim fructu praesenti talis consilii, eo ipso quod hoc homine Halizonibus amnis Sangaris accolis, Persarum limiti finitimis, duce, prout flagitant, imponendo, et e difficultate, quae nunc urget, explicabimur, et invidia nos exonerabimus ingenti." haec cum suis locutus imperator Pseudo-Lachanam, praeparatis, quantae sufficere sunt visae, instructum copiis, emittit. at ecce vix se ille in viam dederat, cum motus illarum gentium extitit maximus. concurrebant ad eum passim omnes vicini iuxta et longinqui, trepidatione ac tumultu tanto ut mundus universus concuti et terra ipsa funditus commoveri videretur. opere rustico agricolae ac pecuarii relicto, qui nihil nisi ligonem quo terram fodiebant, nisi stimulum quo boves increpabant, tractare antea didicissent, pugnas nunc et acies fremebant, virgasque ac peda vice hastae aut lanceae gestantes apparebant subitarii velites, genus novum militiae inermis, acies sine ordine. sed fiduciam victoriae certam auguriumque non dubium trahebant ex eo solo, quod militarent auspiciis desideratissimi ducis sui Lachanae. conflatur momento turba innumerabilis trudentium se mutuo ac praevertere certantium; festinantium cunctorum ad novi ductoris signa. nusquam verius vetus illud verbum, dulce bellum inexpertis. plane rudes omnis bellicae artis, ab aratris atque a caulis convenae, ludibundi praelia meditabantur, aut potius spoliis praedisque inhiabant. non stare intra vallum, non tenere locum, non servare ordinem scire; quo cuicumque

οὐ κατ' ὀλίγον ἀλλὰ τρόπον πυρὸς κατ' ἀναλογίαν τὴν πολλαπλάσιον, ὡς ἅμα μὲν ἐξιέναι σὺν πολλαπλασίοις τούτων, δίκην ῥυάκων ἐπιρρεόντων τῶν ἀγροίκων ἐκείνων καὶ βουκαίων καὶ βοωτῶν. τοῦτο μαθὼν βασιλεύς, καὶ περὶ τῷ λαῷ δείσας μή τι
D πάθοι προσβαλὼν ἀσυντάκτως καὶ ἀμαθῶς, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ καὶ μή τι νεωτερισθείη ἐπιτυχόντων, πέμψας εἰς αὐτὸν μεταπαλεῖται τὸν βάρβαρον, καὶ ἐλθόντος ἀποχειροτονεῖ παραυτίκα τὸν στρατηγὸν καὶ ἐν τῇ πρεπούσῃ τηρήσει εἶναι προστάσσει. τὸ δ' ἀμαθὲς ἐκεῖνο πλῆθος καὶ ἄλογον ἅμα διασκεδασθὲν τὴν ταχίστην ἐλύετο, καὶ τὰ οἴκοι ἕκαστος κατελάμβανεν.

P 128 31. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ ὁ πρωτοβεστιάριος τῇ πολυημέρῳ νόσῳ κατεργασθεὶς τῶν νεφρῶν (οὐδὲν γὰρ ὃ ἐπενόουν εἰς ἰατρείαν οἱ θεραπεύοντες ἱκανὸν εἰς τὴν κατὰ τῆς ἀρρωστίας ἀνταγώνισιν ἔδοξεν, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον προσεζημίου τὸν πάσχοντα), ἀφεὶς τὰ πάντα καὶ αὐτὴν τὴν κοσμικὴν ὀφρὺν καὶ σκηνήν, τὸν μοναχὸν
B ὑποδύεται, καὶ ἃ κατὰ τῶν ταλαιπώρων κληρικῶν ξυνέπραξέ τε καὶ ξυνεβούλευσεν ὡς δῆθεν ἐκ ζήλου, αὐτοῖς ἐκείνοις παροῦσι διωμολόγει μετανοῶν, καὶ ἐζητεῖτο παρ' αὐτῶν τὴν συγχώρησιν. αὐτὸν δ' ἐπὶ τοσοῦτον ὁ πόνος ὠδύνα καὶ ἔθλιβεν ὥστε καὶ τὸ ζῆν ἐκείνῳ ποιεῖν ἀβίωτον· κἄν πού τις τῶν Ἀσκληπιαδῶν ἐκ τῆς ἀρτηρίας ἐπισχέσεως μετὰ βραχὺ τὴν τελευτὴν ἐπηγγείλατο, εὐεργέτης ἐκ τοῦ παρασχεδὸν ἔδοξε λέγων καὶ προμηνύων οὐ πράττων

quandocumque libuerat ferri temere; quo ritu scintillae volitant, huc illuc, ante retro, a lateribus, illinc inde inquietissime vagari; torrentium instar confluere in condictum, statim inde cursu reflexo, qua pronum erat, elabi. hos ita tumultuari crebris imperator nuntiis factus certior, et si ad manum res veniret, cladem ac stragem populi exitialem aliquam metuens, sed nec satis securus de fide barbari agyrtae, qui si ad defectionem a principe plebem illam inconditam vocaret, morigeris ad quidvis esset usurus, mature praecavendum incommodum ratus, accersitum ad se adductumque mature Pseudo-Lachanam exauctorat tutaque teneri custodia iubet. quo vulgato confestim temeraria turba dispersa est, pro se quoque suum mapale villamque ac familiare repetente stabulum.

31. Inter haec protovestiarius longo renum dolore sensim consumptus interiit, cum quidquid ei medicando comminisci, qui eum curabant, conferreve potuissent, adeo non par fuisset eluctandae vi languoris, ut eam potius exasperare plusque aegro nocere visum esset, quando ille pertaesus humanae vanitatis, et scena mundanae arrogantiae quam sit inanis intelligens, ea despecta monachi habitum induit; et vexatos iniuste se auctore ac cooperante miseros clericos recolens, ipsis illis praesentibus ea se imprudentis instinctu zeli egisse dixisseque poenitens est fassus, veniamque ab ipsis petiit. porro dolores laborantem tanti ac tam vehementes cruciabant, ut ei vivendi taedium afferrent; et quicumque ipsi explorata forte arteria medicus finem propinquum ominaretur, indicium reni-

οὐδ' ἐργαζόμενος τὴν ἐκείνου ἀπαλλαγήν. τόσος ἦν ὁ πόνος καὶ C
ἡ τῶν νεφρῶν ὀδύνη τῷ πάσχοντι. ὥστε καὶ μετ' οὐ πολὺ με-
ταλλάξαι, καὶ τὸν νεκρὸν Νικαίαζε κομισθῆναι, ἐν τῇ τοῦ Τορ-
νικίου μονῇ, κατά τι κτητορικὸν ἀπὸ τῆς συζύγου δίκαιον ἐν-
5σοριασθησόμενον.

32. Ἐκεῖνος μὲν οὕτως ἀπιβίω, βασιλεὺς δὲ τὸ πᾶν τῆς D
τῶν κοινῶν μεσιτείας ἐπὶ μόνῳ ἐτίθει τῷ μυστικῷ, ὃν καὶ οὐ
μετὰ πολὺ ἐπὶ τοῦ κανικλείου καθίστα, αὐτῷ γε σὺν ὀλίγοις
συμβούλῳ πρὸς τὰ πολλὰ καὶ συνεργῷ χρώμενος, οὐδὲν ὅσα τῶν
10πρὸς τρυφὴν προσποιούμενος, ὅπου γε καὶ αὐτὴν βασιλικὴν τρά-
πεζαν, ἐξ ἧς ἦν γεραίρειν ὁσημέραι βουλευτάς τε καὶ ἀριστεῖς E
(νώτοισι γὰρ καὶ Ἀγαμέμνων βοὸς διηνεκέσι τὸν ἀριστεύσαντα
γέραιρε), καὶ αὐτὴν παρ' οὐδὲν ἐτίθει, δημοτικὴν τρυφὴν δυσ-
χεραίνων καὶ τραπέζης ἐλευθερίαν ἀποπροσποιούμενος, στάσει
15τε καὶ νηστείᾳ ὁλοημέρῳ προσκαρτερῶν, οὕτω δοκοῦν, ἔκφερε P 129
πόνου φρονήματος. ἦν γὰρ ταῖς ἀληθείαις ἐπὶ τούτοις καὶ αὐ-
τὸν νικῶν τὸν ἀδάμαντα τὸν τῆς παροιμίας, ὡς ἁλουτεῖν καὶ νη-
στεύειν καὶ καρτερεῖν, νύκτας τε καὶ ἡμέρας ἱστάμενος, καί που

8. μετὰ] μετ' οὐ P.

denti vultu acciperet, debitoremque se illi pro gratia ferret, melius etiam de se merituro, si repraesentare quod praesagiebat, et ad voti effectum, quo cito dissolvi cupiebat, licite cooperari potuisset. his igitur renum atrocissimis tormentis confecti exanimatique tandem protovestiarii cadaver deportatum Nicaeam est, in monasterio illic Tornicii condendum, ubi ducto a coniuge dotali patronatu sepulturae ius habebat.

32. In hunc modum sublato de medio protovestiario, ministerium quod ille gesserat publicae gubernationis imperator universum in mysticum transtulit; quem et non multo post canicleo praeposuit, ipso cum paucis consiliario ad pleraque et administro utens; haud hunc vel hos eo consilio sibi admovens, ut haberet quorum principales curas pro se obeuntium vicarii fiducia laboris securius ipse vacaret remissionibusque se dederet, sed iis ipse adiutantibus pro virili collaborans, auctoritate principis, tolerantia et duritia non privati modo sed (paene dixerim) plebeii. adeo mollitiem nobilitatis omnem deliciasque reiecerat. mensa nempe ipsius regia, cuius accubitu quotidie aliquos e primariis senatores honorabat, haud erat Homerica illa lautior, qua priscus Agamemnon

perpetui tergo bovis excipiebat amicos.

adeoque regium eius generis luxum contempserat, ut ne civili quidem, et qualem non plane pauperes e plebe ferme consectantur, epularum eleganti diligentia sibi ministrari libenter ferret, copiam in eo moderatam quoque et a profusione remotam abdicans, interim dum dies totos perdurans ieiunus, pedibus insisteret incumbens operi, monstransque indefessum fortis propositi robur, re vera, ipso (quod aiunt) adamante durior in iungendo dies noctibus, continua statione, irremissa contentione, citra laxamentum ullum lotionis aut cibi; quin ubi sic saepe ad multam noctem a

καὶ ὅλην ἡμέραν διαγαγὼν φροντίσι κοιναῖς καὶ ἀσχολίαις φερούσαις τι χρήσιμον καταλαβούσης νυκτὸς προύργου τὴν πρὸς θεὸν
B ὑμνῳδίαν ποιεῖσθαι, ἣν συνήθως εἶχε σὺν ἱερωμένοις τελεῖν, ἀνωτέραν πάσης ἀνέσεως, καὶ ὀψὲ τῶν νυκτῶν ἐν ἴσῳ τίθεσθαι τό τε τραφῆναι καὶ μή, ἀλλ' εἰς τὴν ἐπιοῦσαν καὶ πάλιν νυκτὸς ἀριστᾶν, ὅ τι γε τύχοι. ἡ γὰρ τοῦ σώματος εὐεξία συμπλακεῖσα τῇ γνώμῃ οὔτε τῷ ἐθελουσίῳ τῆς καρτερίας χώραν ἐδίδου βλάπτειν τὸν καρτεροῦντα, οὔτε τῷ ἀκουσίῳ τῆς ἀνάγκης λυπεῖν παρεῖχε τὸν καρτερεῖν ὀρεγόμενον, ἑκατέρας συγκροτούσης θα-
C τέραν εἰς μιᾶς συμπλήρωσιν ἀρετῆς, ὡς μήτε τὸ ἐνδεὲς διὰ τὴν εὐεξίαν λυπεῖν μήτ' ἀηδὲς εἶναι διὰ τὴν γνώμην τὸ σπουδαζόμενον. οὕτω μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς ἐντεῦθεν ἀρξάμενος καρτερικῶς διέφερε τὸ βιοῦν, συνόλην τρυφὴν καὶ βλακείαν ἀποπροσποιούμενος, εἰ καὶ βασιλικὸν καὶ ἀρχαῖον ἀθετεῖσθαι συνέβαινε νόμιμον.

7. τῶν ἐθελουσίων P.

primo diluculo satagens ac plane alimenti expers pervenerat, tunc coenae praehabens nocturnam, si eius hora venerat, hymnodiam. nam hanc consueverat una cum domesticis celebrare sacerdotibus, ea constantia ut eam semper quantumvis paratae ac necessariae corporis curationi anteferret. nec raro accidit ut postquam sic die in ieiunio ac labore continuo transacta, hymnodia in epularum locum imputata, incoenatus decubuerat, rursus postridie tenore pari diem duceret, ventrem iam biduo prorsus impastum ad profundam differens vesperam, nihilque vel tunc nisi vulgare ac protritum gustans, et id citra multam significationem appetentiae, ut vesci aut non vesci arbitrarium quidpiam nec magni, utrum utri praeoptaretur, discriminis aut momenti, quod ipsum quidem spectaret, a se vel tunc existimari prae se ferret. nimirum conspirabat ad hoc ei laboriosissimae frugalitatis decus excellens asserendum, cum ferrea corporis habitudine, adamantina virtus animi; quibus ambabus inter sese velut quadam aemulatione commissis, et utra utram duritie indomita vinceret certantibus, fiebat uti nec ulla famis aut vigiliae iniuria eius valetudo laederetur, nec ullo taedio ingratarum occursu vicissitudinum aut importunitatum vel minimum concuteretur robustissima et apprime in solido fundata mentis imperturbabilis constantia. Ab hoc praesertim tempore inchoatam aut frequentiori usurpatione stabilitam miram istam vitae duritiem in longam inde perseverantissime pertulit aetatem, prorsus abdicanda voluptate omni atque mollitie, quantumvis receptum olim fas ac morem palatini in curam Augustorum ministerii per id abrogari contingeret.

Γ.

Ἐπεὶ δ' ἀντίπαις ἦν ὁ υἱὸς Μιχαὴλ ἤδη τῷ βασιλεῖ καὶ τὸν P 133
ὑπὲρ τὸν ἔφηβον ἤλαυνεν, οὐκ ἀπεικὸς ἡγεῖτο οὐδ' ἀπρεπὲς ἄλ-
λως μὴ βασιλικῶς ταινιοῦν, καὶ ταῦτα καὶ τόσην πληροφορίαν
ἐπὶ τῷ ταινιώσοντι κεκτημένος. ὅθεν καὶ ἐξαρτύεται μὲν τὰ ἐπὶ
τῇ τοιαύτῃ χρείᾳ προσήκοντα ἀποχρώντως λίαν καὶ φιλοτίμως·
καιρὸν δ' ἡγησάμενος πρέποντα ἡμέραν τῆς μνήμης τοῦ πρώτου
ἐν Χριστιανοῖς βασιλέως, μᾶλλον δὲ καὶ σφίσι τῆς ἐλευθερίας B
ἄρξαντος Κωνσταντίνου, ἐν ταύτῃ καὶ τὰ τῆς στεφηφορίας τῷ
υἱῷ ἀπεπλήρου. καὶ εἰκοστῇ πρώτῃ Πυαντιῶνος μηνὸς κατὰ
τὸν τοῦ θεοῦ σοφίας νεών, συναχθέντων ἁπάντων, ὅσον ἦν τῶν
ἐν τέλει καὶ ἄλλως καὶ ὑπηρετικὸν βασίλειον, ὅσον τῆς πολιτείας
καὶ ὅσον τῶν στρατιωτικῶν δυνάμεων, οὐδ' αὐτῶν ἀπόντων τῶν
κατὰ τὴν πόλιν Ἰταλῶν, ἔτι δὲ καὶ τῶν ὅσοι κατὰ χρείαν C
πρισβείας ἐπεδήμιουν τῇ Κωνσταντίνου, καὶ αὐτῶν δὴ τῶν τὸ
ἐπὶ τῇ Αἰκατερίνῃ κῆδος μεσιτευόντων (οἱ δ' ἦσαν οἱ ἀμφὶ τὸν
Συρπέρον λεγόμενον), τὸ μὲν ἱερατικὸν πᾶν καὶ μοναχικὸν ἀφ'
ἑσπέρας παννύχιον ὑπὸ δαψιλέσι φωσὶν ἀπετέλουν τὴν ὑμνῳδίαν,
ἄνωθεν τοῦ βασιλέως ἱσταμένου καὶ ἀκροωμένου τῶν ὕμνων.

III.

Quoniam vero erat imperatori filius iam ultra puberem adultus aetatem Michaël, non incongruum neque indecens Andronicus pater arbitratus est imperiali eum insignire diademate, recte istum honorem huic praesertim deferendum ratus qui speciminibus assiduis multae pietatis et proborum morum plenam sibi fidem fecisset indolis praestantis. copiose igitur et splendide ad eam pro dignitate celebrandam ceremoniam cunctis comparatis, diem ei auspicatam elegit eam quae recursu anniversario consecratur memoriae primi Christianorum imperatoris Constantini, a cuius principatu libere florere, prius tyrannice oppressa, nostra sancta religio incepit. prima ergo supra vicesimam Maii mensis die convenerunt in templum divinae Sophiae proceres ac magistratus cuncti, domus Augustae ministri omnes, universus ordo civium, cumque his quantum in urbe militarium copiarum fuit, ne ipsis quidem in eo coetu desideratis Constantinopolitanae civitatis inquilinis Italis, nec aliis eius gentis qui ex Apulia venerant et in comitatu perstabant, tractantes matrimonium Aecaterinae neptis ex filia Caroli regis, cum eodem Michaële Andronici Augusti primogenito, cuius princeps legationis Syrperus (*Ser Pietro*) nominabatur. incheata solemnitas est a pridiana vespera, a qua clerus universus cum omnibus monachis pervigilium in auroram perduxerunt continua hymnodia ad lumen ingentis numeri funalium aut lampadum, adstante in superiori odeo, unde cantum hymnorum audiebat, imperatore. sub diluculum omni-

ὑπ' αὐγὰς δὲ συναχθέντων, καὶ τὴν τοῦ Αὐγουστεῶνος αὐλαίαν
D πληρούντων ἐς τόσον ὥστε καὶ εἰς μίαν ἁρμογὴν καὶ συνέχειαν
ξύμπαντας ξυνεπτύχθαι ζῶον φαινομένους ἕν, εἰς πλάτος ἐνδιδὸν
ἀλλόκοτόν τι καὶ ξένον, μυρίαις χρώμενον γλώσσαις, — τού-
των οὖν ἁπάντων συναθροισθέντων, περιαιρεθέντων δὲ καὶ τῶν
τοῦ τρικλίνου Μάκρωνος δρυφάκτων διόλου, ὡς καθαρὸς παρὰ
πάντων θεῷτο ὁ εὐφημούμενος, ἐπ' ἀσπίδος τε τὸν νέον οἱ ἐν
τέλει καθιζάνουσι καὶ μετέωρον αἴρουσι καὶ ἀνευφημοῦσι τρανό-
E τερον. εἶτα καὶ τὴν ἱερὰν λειτουργίαν τελοῦντες ἅμα μὲν αὐτὸς
πατριάρχης ἅμα δ' ἀρχιερεῖς καὶ οἱ τοῦ βήματος πάντες, ἐφ'
ἑκάστῳ τῶν τελουμένων καὶ τῷ υἱῷ κατὰ τὸ εἰκὸς συναφωσίουν
τὰ πρέποντα τῷ πατρί τε καὶ βασιλεῖ. καὶ δὴ τελεσθέντων ἐκεί-
νων ἄνεισι μὲν ἐπ' ἄμβωνος ὁ κρατῶν, ἄνεισι δὲ καὶ ὁ πατριάρ-
χης, συνάνεισι δὲ σφίσι καὶ ὁ εἰς βασιλείαν μετὰ τοῦ πατρὸς
P 134 χρισθησόμενος. καὶ μετὰ λαμπρῶν καὶ περιφανῶν τῶν τελετῶν
στέφει μὲν βασιλεὺς τὸν υἱόν, συνεπιλαμβανομένου τοῦ στέφους
καὶ τοῦ ἱεράρχου, χρίει δ' ὁ ἱεράρχης τῷ θείῳ μύρῳ τὸν τῆς βα-
σιλείας συμμετασχόντα. καὶ παιᾶνες ἐντεῦθεν καὶ εὐφημίαι καὶ
πᾶν χαριστήριον. ῥιπτοῦνται δὲ περιερχομένων τῶν βασιλέων
καὶ οἱ συνήθεις ἀπόδεσμοι. καὶ τότε μὲν τὸ μέγα παλάτιον μετὰ
B περιφανοῦς τῆς δορυφορίας αὐτοὺς ὑποδέχεται· (2) τῇ δ' ὑστε-

2. πληροῦντες P. 3. ξυνεπτῆχθαι P.

bus congregatis, et populo, qui certatim undique concurrerat, totam quam late patet Augusteonis mediam aream ita complente, ut ex arcte invicem appressis constipatae multitudinis corporibus unum quoddam vastae molis, portentosae formae mirum animal innumeris simul linguis loquens conflatum fuisse videretur. in oculis tam numerosi conventus omnis generis hominum, septis ac cancellis longi triclinii amotis ne obex intuentibus foret, primarii magistratus adolescentem regium scuto imposuerunt, sublimemque ostentantes circumtulerunt, clara voce imperatorem acclamando. inde inter sacra solemnis liturgiae mysteria, simul ipse patriarcha, simul episcopi et quotquot intra cancellos altaris locum habent, ad singulas ceremoniae partes quibus fas et mos est imperatori beneprecari ac benedicere, filium simul cum patre in tàlis appellationis et honoris delatione coniunxerunt. quibus peractis conscendit ambonem imperator, conscendit et patriarcha, cumque his ambobus tertius novus et iunior Augustus, post patrem ungendus. atque hic inter splendidas et illustres ceremonias coronat quidem filium imperator, adiutante patriarcha ac coronae dum imponitur partem tenente, ungit autem eundem patriarcha, sacri ei affusione unguenti participationem imperii conferens. hinc paeanes, acclamationes, gratulationum et festorum cantuum omne undique genus audiri. nec defuit iactus solitus devinctorum in lini segmentis nummulorum, procedentibus Augustis, quos post omnia, speciosa praetorianorum praeeuntium et circumstantium deductos pompa, magnum palatium excepit. (2) Postera

ραία ταύτης μεταλαλεῖται μὲν πατριάρχας ὁ βασιλεύς, μεταλαλεῖται δ' ἀρχιερεῖς καὶ τοὺς τοῦ κλήρου καὶ μοναχοὺς καὶ τὸ τῆς πολιτείας ὅσον καθαρόν τε καὶ ἔκκριτον, καὶ δὴ κατὰ τὸν Μανουηλίτην βασιλικὸν τρίκλινον ἔγνω συνάπτειν πανήγυριν. καὶ τὸν υἱὸν ἀγαγὼν Ἰωάννην, ὃν ἐκ τῆς Εἰρήνης ἔσχε νέον ἔτι τελοῦντα, εἰς δεσπότην προβάλλεται, συνεπιλαμβανομένου τῆς διαποτικῆς στεφάνης τοῦ ἀρτιστεφοῦς βασιλέως καὶ αὐτοκράτορος. καὶ οὕτως ἐκεῖθεν καὶ ἐς Βλαχέρνας προερχομένων τῶν βασιλέων, ἐρριπτοῦντο μὲν καὶ αὖθις τοῖς δήμοις ἀπόδεσμοι, πολὺς δ' ἐξ ἁπάντων κρότος καὶ συμμιγὴς ἤρετο εὐφημία, καὶ μεγαλυνόντων τοὺς βασιλεῖς.

Ἐντεῦθεν καὶ ἐζητεῖτο πρὸς βασιλέως παρὰ τῆς ἐκκλησίας δοθῆναι καὶ ἐπὶ τῷ νέῳ στεφθέντι ὅσον δὴ καὶ αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς ζητήσαντος πέπρακτο. (3) τὸ γὰρ ἐξ αὐτῆς τόμον γενέσθαι, καὶ δι' ὑπογραφῶν συνήθων ἀσφαλισθῆναί οἱ τὴν βασιλείαν, καὶ τῷ κατεξαναστησομένῳ δῆθεν, εἴ πού τις καὶ εἴη, εὐθύνας ἀφορισμῶν ἀλύτων καὶ ἀρῶν ἐπιτίθεσθαι, ἑαυτῷ μὲν γεγονὸς παρὰ τῶν τότε ἐς τὸ ἀκριβὲς ἠπίστατο καὶ ἐδείκνυ, ἠξίου δὲ καὶ τῷ υἱῷ ταῦτα παρ' αὐτῶν γίνεσθαι ὡς οὐ καινόν τι καὶ ξένον, ὡς ἔλεγεν, ἐχούσης τῆς ἀξιώσεως. ταῦτα μὲν βασιλεὺς

7. ἀρτιστεφοῦς] στέφους P. 19. αὐτῷ P.

huius die vocat patriarchas Augustus senior, vocat et episcopos, clerum quoque ac monachos, tum e civibus illustriorem ac lectissimum quemque. ad hos in Augustum triclinium Manuëliten dictum iterata et hesternae contigua panegyri congregatos, producit Ioannem filium, quem ex Irene susceperat, puerum adhuc, eumque, cooperante ac despoticae coronae, dum capiti adderetur, latus alterum tenente iuniore Augusto, despotam creat. sub haec inde procedentibus ad Blachernas Augustis panniculi rursus infertis nummis ligati sparguntur in plebem, multusque e cunctis plausus et mixta increbuit acclamatio, intextis principum laudibus.

Hinc iam incubuit imperator ad exposcendam ab ecclesia confirmationem evectionis in imperii consortium filii, eius parem quae sibi olim in principatus pariter collegium assumpti a patre fuisset impetrata. (3) nimirum praeclare meminerat, et hoc ipsum referens ad exempli praeiudicium urgebat Andronicus, simul ipse a patre declaratus consors imperii fuisset, expeditum statim a patriarcha ac synodo riteque munitum subscriptionibus caeterisque authenticis formulis, diploma emanasse, quo tum novo Augusto possessio principatus iure quam optimo firmabatur, tum si quis unquam rebellare in eum resque moliri novas deprehensus foret, diris devovebatur insolubilium anathematum, et quotquot infligi possunt ab ecclesiastica potestate, subiiciebatur poenis. istius similem nunc quoque constitutionem edi, magnopere nitens causae paritate, idque ut rem aequam et iam solitam iure quasi suo repetens, enixe orabat imperator: sed

λιπαρῶς ἠξίου, ἀλλ' οὔτε πατριάρχην οὔτ' ἀρχιερεῖς ἐπειθεν, ἀλλὰ τὸν μὲν τόμον γενέσθαι καὶ ἀσφαλισθῆναι τῷ στεφθέντι
B τὴν βασιλείαν αὐτόθεν ἕτοιμοι ἦσαν πράττειν, τὸ δὲ καὶ ἀραῖς περιβάλλειν καὶ ἀφορισμοῖς Χριστοῦ τῆς μερίδος χωρίζουσι τὸν εἴ τίς ποτε καὶ κατεξανασταίη τοῦ βασιλέως, οὐκ ἐδικαίουν ὅλως. ἀποχρῶντα γὰρ εἶναί οἱ τὰ ἐκ τῶν νόμων πρόστιμα, εἰ ἅλφη, ὡς μηδὲν ἐντεῦθεν καὶ τὸ βιοῦν βιωτὸν ἔχειν ταῖς ἐκ νόμων καθυπαχθέντα ποιναῖς. μὴ δίκαιον δ' εἶναι πρὸς ταύταις, καὶ ἀνδράσι συμπαθείας φίλοις διεγνωσμένον, καὶ τῆς μερίδος ἐκεῖνον χωρίζεσθαι τοῦ Χριστοῦ. καὶ καλὸν μὲν βασιλεῖ προσεῖναι τὴν
C συμπάθειαν πλεονέκτημα· τέτακτο γὰρ αὐτῷ δηλαδὴ μὴ ἑκουσίῳ γνώμῃ ποινηλατεῖν ποτὲ τὸν ἐπὶ τοῖς ἐσχάτοις ἁλόντα, ἀλλ' ἄλλως εἱρκταῖς καὶ ταῖς ἐκεῖθεν κακουχίαις δὴ καὶ δημεύσεσι κατὰ τρόπον τοῦ πλημμελήματος δικαιοῦν καὶ κολάζειν. καλὸν οὖν εἶναι καὶ ἐπαινετὸν τὸ ταχθὲν βασιλεῖ, οὐ καλὸν δὲ οὐδ' εὐπρε-
πὲς ἄλλως αὐτὸν συμπαθῶς ὅσον ἐπὶ τούτῳ τοῖς πταίουσιν ἔχοντα ἀσυμπαθῆ καταναγκάζειν· τὴν ἐκκλησίαν γίνεσθαι, καὶ μᾶλ-
D λον αὐτὴν διαφερόντως τὸ ξυμπαθὲς πρεσβεύουσαν. ὡς γοῦν ἀπετύγχανεν ὁ κρατῶν, καὶ πᾶς ἐς δικαιολογίαν λόγος ἐντεῦθεν

nec patriarcham nec episcopos promptos ad nutum aut satis faventes reperit. illi ad constitutionem quidem statim publicandam, qua recens coronato iuniori Augusto securam in omne tempus imperii possessionem asserrent, paratos se ultro exhibebant: subiicere autem Christianorum quemquam diris et anathematibus, et membra ecclesiae ab eius corpore abscindere ob rebellionem si qua cogitaretur in principem, et parum consentaneum et supervacaneum videri sibi excusabant. esse enim imperatoribus abunde magna a sanctionibus legum dignitatis ipsorum tuendae praesidia, utique exauditis passim et formidatis minis tam atrocium poenarum in eos qui ab ipsis defecerint, ut perspectum quivis habeat sibi talis criminis comperto vitam amplius haud vitalem fore. quid ergo aut opus aut fas esse acumulare super haec comminationes extremi omnium spiritualis mali, nempe separationis a Christo, per eos infligendae qui ex officio professionis lenitatis partes sustinent, et nihil spirare nisi clementiam et benignitatem debent? tolerari in imperatore posse, minus interdum mansuetudinis praeferre; cui gladius ad ultionem a deo datus sit, et officium impositum improbos scelerum convictos meritis supplicis multandi, spoliationibus bonorum, carceribus, cruciatibus, aliisque id genus malis pro delictorum modo. sed quod imperatori armato honestum est, minime decere sacerdotes. matrem dici ecclesiam et esse: hoc autem ei nomen extorserit, qui saevitiam inimserit, quocumque nomine. suadet illa semper et praecipit omnibus, procurat etiam a deo, quantum potest, in solatium miserorum compassionem et misericordiam: quam indecens ergo sit non facere illam quod profitetur, quod postulat, quod iubet; et e visceribus maternis diras et imprecationes proferre novercales? adversus haec frustra diu luctatus Augustus senior, ut tandem sensit irri-

ἠράκτει τῆς τοῦ πατριάρχου καὶ τῶν ἀρχιερέων νικώσης ἐνστάσεως, τοῦτο μὲν καὶ ἄχων ὑπερετίθετο, καὶ τὸ δοκεῖν ὑπερηφάνει μηδ' αὐτὴν ἐκείνην ἣν ἑτοίμως εἶχον διδόναι τομογραφίαν ὥς τι τῶν ἐξ ἀνάγκης θελητῶν προσιέμενος· συνεξακούεσθαι γὰρ καὶ τῷ παιδί τε καὶ διαδόχῳ κατὰ τὸ εἰκὸς τὴν ὡς ἑαυτὸν ὁρκωμοσίαν τε καὶ ὑπὸ θεῷ καὶ τοῖς ἐκείνου νόμοις ἀσφάλειαν. αὐτὸς δ' ὡς ἐῴκει παροξυνθεὶς ἐφ' οἷς ἀξιῶν ἀπετύγχανεν, ἄλλως ἀντιξύειν ἔγνω τοὺς ἀπειθοῦντας, ἀπρεπὲς καὶ ἄλλως τὸ κατὰ συνήθειαν πραττόμενον διακρίνων. τὸ δ' ἦν τὸ τὸν ἐπὶ ἀρχιερωσύνῃ χειροτονούμενον κανοῖς τισὶ καὶ δόσει λημμάτων τοὺς χειροτονοῦντας δωρεῖσθαι καί γε δὴ κληρικῶν ἕκαστον διὰ τὴν προσόντων αὐτοῖς ὀρφικίων δικαιοδοσίαν, ὡς εἴθιστο· Σιμωνιακὸν γὰρ ἀπεπάλει τὸ πραττόμενον πάθος, καὶ ὤνιον χρημάτων κινδυνεύειν P 136
τὴν χειροτονίαν ἐντεῦθεν λογίζεσθαι. τοῦτ' εἰς μέσον προτείνων, πολὺς ἦν δοκῶν καταιδεῖσθαι καὶ τὸ ἀπερισκέπτως γινόμενον ἐκφαυλίζειν καὶ εἰς κρῖμα μεῖζον γίνεσθαι. τινὲς γοῦν οἷς δὴ καὶ ἦν διευλαβεῖσθαι δοκεῖν, ἀρχιερεῖς ὄντες καὶ οὗτοι καὶ τὸ κέρδος τοῦ ἀσφαλοῦς ἐν δευτέρῳ δοκοῦντες τίθεσθαι, συνῄροντο τῆς γνώμης τῷ βασιλεῖ καὶ τὰ εἰκότα συνέπραττον. οἱ πλείους

18. *συνῄρουν τὸ τῆς* P.

tum se voti, ac desperavit posse vincere inconcussam ad extremum patriarchae antistitumque constantiam, coepto denique abstitit, et sensum repulsae dissimulans prae se tulit totam eam rem iam insuper habere. itaque diploma quoque illud ipsum quod offerebatur, velut illibenter concessum et necessitate quadam expressum, aspernatus, confidere se dixit suffecturam filio collegae iam suo et successori designato religionem iurisiurandi qua fuissent ei omnes obstricti, divinumque numen legum a se statuturum vindex, ad quasvis ab eo iniurias rebellium arcendas. caeterum sub hoc securae fiduciae obtentu penitus exulceratum applicuit animum indagandis modis ulciscendae istius ecclesiasticorum in se duritiei, aegreque vicissim iis faciendi qui sibi rem, ut putabat, honestam et facilem petenti gratificari tam praefracte recusaverant. erat tum aliquid in usu ecclesiae vulgari positum, quod obnoxium censurae videretur. quoties inirum ordinabatur episcopus quispiam, solebat is distributione sportularum et spargenda largitione munerum passim per omnes qui ad istam ceremoniam, palam ab universis ecclesiae ministris ex more simul exercitam, quidquam operae suffragationisve contulissent, pro rata parte cuiusque officii ac functionis definito pretii donativorum modo. id vero coepit imperator Simoniacae insimulare corruptelae, clerum universum alloquens, et non leniter exprobare, sic ab iis reddi summi collationem sacerdotii venalem. in ea oratione magnifice vectus est, rei turpitudinem exaggerans, pudoremque plerisque incutiens. unde antistitum nonnulli haud dubie confusi, ne et ipsi possent argui lucro sordido praehabuisse sanctitatem, assentiri se Augusto recta monenti declararunt, et emendationi abusus

δὲ καὶ παρ' ἐκείνους ξύμπαντες, καὶ παλαιὰν συνήθειαν προβαλ-
B λόμενοι καὶ νόμους περὶ τούτων λέγοντας καὶ δικαιοδοσίας ἐκ παλαιοῦ ὀφφικίων, οὐκ ἐνεδίδοσαν. εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ παραβασίαν τοῖς κειμένοις ἐφεδρεύουσαν καὶ ὄλισθον ἐντεῦθεν ἀνηρτημένον ὡς εἰκὸς διεγίνωσκον, καὶ ὅτι πόρον ζωῆς ἀναγκαίας τοῖς κληρικοῖς ἀποκεκλεῖσθαι ξυμβαίνει. καὶ πόλλ' ἄττα τοιαῦτα λέγοντες τοῖς ἀπεροῦσιν εἰς τέλος ἐψήκεσαν. ἀλλ' οὐκ ἤνυον. διὸ καὶ νεαρὰ προβαίνει νομοθεσία, καὶ ἐπ' αὐτοῖς μόνον οὐκ ἀκριβολογουμένων κηροῖς, ὁπόσοι καὶ οἷοι ἐσοῦνται, οἷς ἡμμένοις ἐπὶ τῇ
C τελετῇ τῆς χειροτονίας χρήσαιντ' ἂν οἱ τῶν παρόντων ἱερωμένοι. ἦν δὲ νεαρὰν ὑποσημαίνεται μὲν πατριάρχης ὑποσημαίνονται δ' ἱεράρχαι, καὶ πάντες πλὴν δυοῖν, τοῦ τε Σμύρνης καὶ τοῦ Περγάμου, συγκάτοικοι γίνονται. πλὴν τὸ πᾶν τῆς ἀκερδείας οὐκ ἐπὶ τοῖς ὑπογράψασιν ἀλλ' ἐπὶ τοῖς κληρικοῖς πίπτει, ὡς ἄλλους μὲν ἐμπεδωθῆναι ταῖς ὁμολογίαις, ἄλλους δὲ καὶ ἄκοντας τὰς ἐκείνων ὁμολογίας ἀποπληροῦν.

P 137 4. Ἀλλὰ φθάνει καὶ ὁ ἐν δύσει δεσπότης ὁ ἐξ Ἀγγέλων Νικηφόρος τελευτῆσαι τὸν βίον, ἐπὶ δυσὶν ὑπεξουσίοις τέκνοις,

4. ἀνηρτημένων P.

intolerandi cooperari promptos ostenderunt. his paucis exceptis, contra steterunt plures caeteri, magno consensu propugnantes permissam, ut contendebant, sacris legibus et plane innoxiam consuetudinem antiquam. iura esse illa vetera et provide statutas ab ipsa ecclesia mercedes sustentandis in varia functione sacrorum rituum ecclesiae ministris; quibus illi destituti quotidiano carerent victu, nec possent de caetero vacare divino cultui et administrationi sacramentorum, splendore congruo et assiduitate ad populorum utilitatem necessaria, celebrandis. quare periculum subesse speciosae isti reformationi propositae gravissimi scandali et paene defectionis ab avita religione, per haud dubie secuturam inde sacrorum cessationem, in ecclesiam invehendi. haec et multa talia nequidquam istis allegantibus, ac se perstituros ad extremum in sententia monstrantibus, institit nihilominus Augustus qua coeperat; et rite Novellam promulgavit, qua severe prohibuit omnem omnino largitionem occasione ordinationum faciendam, ad minutissima ac tantum non ad cereos quantulicumque ponderis, quibus uti sacerdotes ordinationibus assistentes consueverant, descendens. huic Novellae subscripsit patriarcha, subscripserunt et episcopi tandem omnes, praeter duos Smyrnensem et Pergamenum. caeterum damnum universum a subscriptoribus in clericos recidit, statis hactenus pensionibus hac nova praescriptione deinceps fraudatos, adeo ut alii quidem assensum in legem novam subscriptione suum testati sint, alios, quorum nec impetratus nec requisitus assensus est, totum incumbens legis pondus, quantumvis invitos et gementes inutiliter, gravarit.

4. Ante hoc tempus contigerat in Occiduis tractibus obitus despotae Nicephori, ex familia cui ab Angelis nomen, dudum illic dominante. is

παιδί τε ἄρρενι ἀτελεῖ τῷ Θωμᾷ καὶ θυγατρὶ προφερούσῃ τὴν ἡλικίαν τοῦ ἄρρενος τῇ Ἰθάμαρ. καὶ ἡ ἐκείνων μήτηρ Ἄννα καὶ τῆς Εὐλογίας θυγάτηρ, ἐκποδὼν γεγονότος καὶ τοῦ σεβαστοκράτορος Ἰωάννου τὰς ἐπιτροπὰς τῶν τε παίδων καὶ τῆς τοπαρχίας
5 ἔχουσα, τοὺς τοῦ Ἰωάννου παῖδας δύο, τόν Δούκαν τε καὶ τὸν B
Ἄγγελον (τὸν γὰρ Κομνηνὸν Μιχαὴλ φθάνει κατασοφισαμένη αὕτη δόλῳ καὶ ἐπισχοῦσα καὶ παραδοῦσα τῷ βασιλεῖ), γυνὴ ἀπόλεμος φύσει ἄνδρας καὶ πολέμιοις ἐσχολακότας ἐκτόπως ὑπώπτευε, καὶ περὶ τοῖς παισὶ καὶ τῇ ἀρχῇ ἐδεδοίκει· ὁ γὰρ σφῶν
10 πατὴρ Ἰωάννης ζῶντα τὸν Νικηφόρον, νόθος γνήσιον, τὰ πολλὰ τῶν ἐκείνου προσαφαιρούμενος ἐζημίου. διὰ τοιαῦτα καὶ οὐκ C
ἀνοστὴν ὅλως βουλὴν ἐβουλεύετο· ἔγνω γὰρ ἀποστέλλειν πρὸς βασιλέα, καὶ λιπαρεῖν μὲν αὐτὸν λιπαρεῖν δὲ πατριάρχην καὶ ἐκκλησίαν παριδεῖν νόμους κειμένους, καὶ τῇ ἀνάγκῃ συγκαταβῆ-
15 ναι ἐχούσῃ μέγα τὸ χρήσιμον, ὥστε τὸν νέον βασιλέα γαμβρὸν ἐκείνῃ γενέσθαι, καὶ πᾶσαν χώραν καὶ ἑαυτὴν καὶ παῖδα ὡς ἀρχαῖα ἐλλείμματα Ῥωμαΐδος ἐγχειρίζειν χαίρουσαν ὡς εἰ καὶ αὐτὴ

15. ante ἐχούσῃ iterum παριδεῖν P.

moriens duos reliquerat nondum per aetatem sui potentes liberos, marem adhuc impubem Thomam, et paulo adultiorem illo puellam Ithamarem vocatam. sublatus etiam de medio fuerat Nicephori frater nothus, Ioannes sebastocrator; cuius pupillos duos, Ducam et Angelum, Anna vidua Nicephori, Eulogiae Andronici Augusti amitae filia, tutelari iure curabat, et ipsos et toparchiam eorum eo nomine in potestate habens. fratrem enim horum maiorem Comnenum Michaëlem iam antea circumventum et dolo comprehensum ipsa imperatori tradiderat. haec porro pro natura mulierum imbelli, formidolosa tumultuum, cum recordaretur quot et quantis Ioannes sebastocrator Nicephorum virum suum damnis affecisset (nempe hic quoad vixit, frater fratrem spurius legitimum, infestis e vicino incursionibus inquietans, multas ex eo praedas egerat, nonnullas etiam ditionis eius partes illi ereptas suae adiunxerat), fortunam et genium bellicosae familiae, ne sibi suisque olim liberis infesta perniciose forent, metuens, iam nunc adversus id periculum praemunire propriam domum valido imperatoriae affinitatis praesidio studuit, offerenda in sponsam Michaëli Augusto iuniori sua filia Ithamare. non ignorabat adversari huic matrimonio ecclesiasticas sanctiones, quod sexto consanguinitatis gradu Ithamar Michaëli admoveretur: tamen opinata posse fieri ut politica ratio scrupulo e religione ducto praevaleret, et spes ingens iterum adiungendi Romano, unde abscissus olim fuerat, imperio dotalis puellae principatus persuaderet Andronico quaestuosam super leges ecclesiae conniventiam, vehementer cum apud imperatorem tum apud patriarcham et caeteros ecclesiae proceres institit, ne tam utile ac necessarium reipublicae negotium verecundia paene superstitiosa canonicarum praescriptionum omitti disiicive pateretur. ostendebat autem, ad tanto alliciendos eos potentius, daturam se operam ut non ea solum pars ditionis Nicephori despotae viri sui, quae suae filiae Ithamari competeret, harum nuptiarum beneficio Romano im-

D ἐπ' ἐκείνοις τόσα λαβεῖν ἔμελλε. τὸ οὖν συνάλλαγμα, ὃ συνιστᾶν ἤθελεν, ἔκτου ἦν βαθμοῦ καὶ ἐξ αἵματος, καὶ παντός γε μᾶλλον ἀπεκωλύετο. ὅθεν καὶ τῷ μὲν Θωμᾷ τὸ δεσποτικὸν ἀξίωμα ζητήσασα καὶ λαβοῦσα, τὴν δ' ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν ἀπελπίσασα, πρὸς Ἰταλοὺς ἀφορᾷ, καὶ τὸν ἔκγονον τοῦ Καρούλου ἐπιγαμβρεύεται Φλιππον, οὐκ ὀλίγα τῶν τῆς χώρας καὶ πόλεις ἐς προῖκα δοῦσα τῇ θυγατρί.

P 138 5. Ὁ δὲ βασιλεὺς πρέποντα γάμον τῷ παιδὶ παρεσκεύαζε. καὶ τὸν μὲν ἱερομόναχον Σοφονίαν, ἄνδρα σοφόν τε καὶ συνετόν, ἀποπέμπει πρὸς Πουλίαν τὸ κινούμενον κῆδος διαπρεσβεύσεσθαι. ὡς δ' ἐν τῷ μεταξὺ ἀπελθὼν περιήργει (ἐδέησε γὰρ καὶ εἰς πάπαν ἐκεῖνον γενέσθαι, κἂν οὐχὶ πρὸς ἐκεῖνον γράμμασιν ἱκανοῦτο
B τοῖς ἐκ βασιλέως, οἷς ἔδει ἁγιώτατον γράφειν τὸν πάπαν καὶ κρῖμα τὸ μέγιστον γίνεσθαι, ὡς τοῖς ἀσφαλέσι τὴν πίστιν ἐδόκει), πολλοὶ δ' ἦσαν οἱ προσλιπαροῦντες ἄλλοθεν, ἔνθεν μὲν ἐκ τοῦ ἐν τῇ Κύπρῳ ῥηγὸς ἔνθεν δὲ καὶ ἐξ Ἀρμενίων, τὰ ἐν χερσὶ τῶν προσδοκωμένων ποιούμενος περὶ πλείονος, καὶ ἄλλως τὴν ἀπὸ

perio reiungeretur, sed et reliquum Thomae filii et pupillorum Ioannis sebastocratoris patrimonium, in quod iam utrumque plenam ipsa exerceret potestatem, sese procuraturam, quibus facile posset ac plane vellet modis, ut sub ius imperatoris reverteretur. rem iosuper tam pellacis ex se plausibilitatis ea ambitu ac studio, adargens, quasi non offerret aliis illa, sed sibi posceret, ac ex isto coniugio proventuras speraret tam amplas istas opimasque previncias. frustra hic tamen eius omnis conatus fuit, imperatore ac patribus ecclesiae in constanti aversione inconcessae affinitatis perseverantibus. quare Anna hinc deiecta, petita impetrataque Thomae suo filio despoticae cellatione potestatis, alio spes suas vertit, finitimorum ex alia parte Italorum opes respiciens. filiam videlicet Philippo Caroli nepoti dedit coniugem, non exigua ipsi terrarum et urbium paterni principatus parte dotis nomine attributa.

5. Hinc iam Augustus incubuit in conatum congrui aliunde nec ullis exceptionibus obnoxii coniugii filio efficaciter strenueque procurandi. ac primum quidem hieromonachum Sophoniam, virum sapientem et solertem, in Apuliam misit, ut spes eius generis inde ostensa ecquid succedere ad votum posset experiretur. plus ibi morarum quam speraverat Sophonias reperit. fuit enim illi eundum ad papam, ad quem tamen literis ab imperatore scriptis, prout oportuerat, non fuerat instructus. nec latuerat Andronicum quam opportunae ad expeditionem negotii tales literae forent: sed quia scribere papae non posset nisi eum sanctissimi titulo ipsa in literarum inscriptione cohonestaret, crimen se consciturum, si id faceret, putavit, quod ita qui observantiores religionis habebantur, de hoc ipso consulti responderant. quia ergo multis ex locis aliis regiae virgines ad has nuptias certatim offerebantur, uti a regibus hinc Cypri inde Armeniae, has e vicinia ultro in manus occurrentes longinquioribus illis et diu expectandis praehabuit, ea etiam ad id motus causa, quod si curam ob-

τοῦ πάπα τῆς Ῥώμης ὑπειδόμενος ὑπερηφανίαν, τῆς φροντίδος
ἐκείνης ἀπαλλαγεὶς ἔγνω ἐπὶ θατέρῳ τῶν ἀξιούντων τὰ τοῦ κή-
δους συστήσασθαι. καὶ δὴ πρῶτον μὲν τὸν Ἀλεξανδρείας Ἀθα- C
νάσιον, ἐκ Ῥόδου καὶ αὖθις τῇ Κωνσταντίνου ἐπανελθόντα μετὰ
τὴν ἐκβολὴν Ἀθανασίου — ἥπτετο γὰρ τἀκεῖθεν δεινὰ καὶ αὐτοῦ·
τὸ δ' αἴτιον ἡ τῆς Λαύρας τοῦ ἀρχιστρατήγου μονή, καὶ ἄλλη
ἡ τοῦ μεγάλου Ἀγροῦ, τῇ ἐκκλησίᾳ Ἀλεξανδρείας δοθεῖσαι παρὰ
βασιλέως Μιχαὴλ εἰς χάριν Ἀθανασίῳ, ἀσφαλέσιν ἐμπεδώσεσι
χρυσοβούλλοις. ὃ δὴ καὶ τὰ πολλὰ ὠδύνα ἐσύστερον τὸν πατριαρ- D
χοῦντα Ἀθανάσιον, καὶ τὴν τοῦ μεγάλου Ἀγροῦ προσαφῃρεῖτο.
ἐπὶ δὲ τῇ τῆς Λαύρας ζητῶν τὸ μνημόσυνον ἑαυτοῦ, ἐπεὶ ἐς
ταὐτὸν τῷ ὀνόματε συνετρεχέτην καὶ Ἀθανάσιος [ἐμνημονεύετο,
τοὺς μοναχοὺς κατηνάγκαζεν ἀσφαλίζεσθαι ἐφ' ᾧπερ, ὅτε λέ-
γοιτο καὶ ἀκούοιτο τοὔνομα, φέρειν αὐτοὺς ἐπὶ νοῦν τὸ αὐτοῦ
καὶ μὴ τοῦ Ἀλεξανδρείας, πλάτος νοὸς ἀκαθέκτου συστέλλειν
ἐθέλων διὰ τὴν αὐτοῦ ὄρεξιν. καὶ διὰ ταῦτα ἀπάρας εἰς Ῥόδον P 139
τὸ βιοῦν μετ' εἰρήνης διῆγε. τότε τοίνυν τοῦτον ἐπανελθόντα, καὶ
καιρὸν ὅσον διαγαγόντα ἐν τῇ τοῦ Εὐεργέτου μονῇ, ὁ βασιλεὺς
αἰδοῦς ἄξιον οἷς ἂν ἐπισταίη κρίνων τὸν ἄνδρα, πρεσβείαν στέλ-

stinaret in quomodocumque conficienda Appula affinitate, papae Romani, a quo ea penderet, subeundum sibi, quod aversabatur, fastuosum supercilium videret. constituit igitur omissa cogitatione Italici coniugii cum altero modo memoratorum regum de nuptiis filii convenire. principio uti ad id ministro voluit Athanasio Alexandrino patriarcha, post Athanasii alterius e patriarchatu deiectionem Rhodo Constantinopolim reverso. nam vexationis ab acerbitate Constantinopolitani Athanasii in ecclesiasticos grassatae sua pars Alexandrino quoque obtigerat Athanasio. causa inter eos dissidii fuerat Laurae archistrategi monasterium, et aliud item monasterium magni Agri dictum, quae ambo ecclesiae Alexandrinae attributa in gratiam eius praesulis Athanasii ab imperatore Michaële fuerant diplomatibus bullarum aurearum firmitate quam securissima munitis. aegerrime id tulit postea succedens in patriarchatum Constantinopolitanum Athanasius; ac magni quidem Agri monasterium Alexandrino abstulit, in alio vero illo Laurae memorari suum inter sacra ibi celebrata nomen exegit. ac cum in hoc eludi se putaret ambiguitate nominis, quod tam ipse quam aemulus Alexandrinus pariter Athanasius vocaretur, praestare sibi cautione idonea eius incolas Laurae monachos coëgit, cum Athanasium in sacro pronuntiarent, non Alexandrinum sed se mentibus ipsorum obversari, late vagan libertatem mentium intra suae infinitae cupiditatis sic coërcere gyros volens. istiusmodi taedio tricarum Alexandrinus Constantinopoli recedens Rhodum se contulit; ubi reperta quam quaerebat pace, tranquille, quoad Athanasius throno cessit, est fruitus. tunc igitur illum reversum et per tempus aliquod moratum in Euergetae monasterio imperator pro dignitate gesturum quodcumque illi munus imponeretur, propter auctori-

λεται δι' αὐτοῦ πρὸς τοὺς ῥῆγας, τὸ δὲ πλέον πρὸς τὸν Ἀρμένιον, ὡς ἂν ἐκεῖθεν νύμφην ἀγάγῃ τῷ βασιλεῖ. ἐπεὶ γοῦν ὁ ἀποστελλόμενος συγκατέθετο καὶ πάντα μεγαλοπρεπῶς ἡτοιμάσθησαν, τὰ πρῶτα μὲν ἐξ οὐρίας ἔπλει ὁ πατριάρχης ἐπὶ τριήρεως ἀσφαλοῦς, συνεπαγόμενος καὶ τὸν μοναχὸν ἐκτομίαν Νεόφυτον· ὡς δὲ περί που τὴν Φώκαιαν ἦσαν, πειραταῖς περιπίπτουσιν, οἳ καὶ περισχόντες αὐτοὺς φόρτον ἐκεῖνον διεφόρουν καὶ τούτους παρακατέχειν, ὡς ἀποδοῖντο, ἠβούλοντο. ἀλλ' ἐξαίφνης φαίνεταί τις φορτὶς πλήρης ἀγωγίμων κατὰ τὸ πέλαγος, ἧς δὴ καὶ φανείσης μακρόθεν περὶ τὸ ἐκεῖθεν κέρδος οἱ πειραταὶ λιχνευσάμενοι ἀφιᾶσι μὲν πρὸς τῷ λιμένι ἅμα αὐτῇ τριήρει τοὺς περὶ τὸν πατριάρχην, ἀφιᾶσι δὲ καὶ τὸν περιττὸν φόρτον ἐκεῖνον, καὶ ὡς προσμενούντων ἐλπίσαντες (τὸ γὰρ τοῦ πατριάρχου σχῆμα σφᾶς ἔπειθε μὴ τὸν ἀγεννῆ δρασμὸν ἐννοεῖν) ἀπτέρῳ τάχει καὶ προθυμίᾳ ἐπὶ τὴν φανεῖσαν ὥρμων. τῶν δ' ἀπ' ὀφθαλμῶν γεγονότων, εὐθὺς κακὸν ἐλπισμὸν περὶ ἑαυτῶν οἱ περὶ τὸν πατριάρχην ἔχοντες, εἰ ἐπισταῖεν καὶ αὖθις, δρασμὸν ἐννοοῦσι. καὶ δὴ τῆς νηὸς ἀποβάντες ὡς εἶχον μόναις στολαῖς καὶ βλαύταις, ᾗ ποδῶν εἶχον, φεύγουσιν ἀνὰ κράτος, πάτον μὲν ἀνθρώπων ἀλεείνοντες, ἀτρίπτοις δὲ δυσχωρίαις, τὸ μὲν καὶ θελήσει τὸ δὲ καὶ τῷ μὴ εἰδέναι ὅλως τῶν τόπων, μόλις μετὰ τὴν πολλὴν τῶν πο-

tatem qua venerationi erat omnibus, hunc ratus virum, legationem ei demandat ad reges, praesertim autem ad Armenium, ut inde sponsam iuniori Augusto duceret. quo assentiente, magnificeque inde ipsi parata regiae legationis supellectile ac pompa, firma et bene instructa triremi, vento a puppi prospero flante patriarcha solvit, ducens secum monachum eunuchum qui Neophytus vocabatur. verum hi circa Phocaeam in piratas incidunt; qui redactis iis in potestatem, quae ipsorum nave ferebantur, opes diripiebant, decreverantque detinere ipsos, ut prodere ac reddere cogerent si quae pretiosiora recondiderant. ecce autem latronibus ei curae defixis apparuit in mari oneraria multis, quantum aestimari a procul intuentibus poterat, conferta mercibus. tracti ergo aviditate certae ac uberioris praedae piratae triremem in portu linquunt, et in ea patriarcham cum illa copiosa supellectili, arbitrati e gravitate viri permansurum ibi eum dum redirent, nec inducturum in animum, qui equos non haberet, pedibus ut vilis et ignobilis quispiam, exscensu in terram facto diffugere. tali fiducia, quanta maxima velocitate valuĕre impetum in visam onerariam faciunt his sic a conspectu amotis, patriarcha cum suis peiora metuentes, si rursus sub rapacissimorum hominum arbitrium venirent, expedire fugam statuunt, triremique raptim desilientes in littus, in stolis ut erant singuli, ac crepidis, ut quisque maxime pedibus valuit, cursu quam incitatissimo fugam arripiunt, tritas et vestigiis signatas declinantes semitas, aspera et invia loca sectantes, partim consilio, ne deprehenderentur, partim ignorantia locorum. ita post multam ad stirpes et saxa obvia

δῶν ἐπὶ θώμνοις καὶ πέτραις πρόσκρουσιν ἐπί τι φρούριον διασώζονται. ὕστερον δὲ καταλαβόντες οἱ πειραταὶ ἔγνωσαν ὅλως σεσοφισμένοι παρ' ἑαυτῶν, ἢ μᾶλλον τῆς προνοίας, ὡς ἂν τις εἰκάσειε· τέως δὲ λαβόντες καὶ ναῦν καὶ φορτία ἐχώρουν. ὁ δὲ βασιλεὺς τὰ περὶ τούτων μαθών, καὶ ὡς εἰκὸς προσαλγήσας, ἄλλους εὐτρεπίσας ἐκπέμπει· οἱ δ' ἦσαν ὅ τε ἐπὶ τῶν δεήσεων Γλυκὺς Ἰωάννης καὶ ὁ τῶν ἀγελῶν λογοθέτης ὁ Μετοχίτης Θεόδωρος. οἳ δὴ προσσχόντες πρῶτον τῇ Κύπρῳ, καὶ τῷ ὑπηκόῳ προσμίξαντες, εἶχον μὲν ἐκεῖνον αὐτίκα ἐφ' οἷς ἐζήτουν πιθήνιον, ἓν δὲ καὶ μόνον ἐκεῖνος προσιστάμενον ἐγνωκὼς τῇ πράξει ἔθελε κἀκεῖνος ἐξημεροῦν· τὸ δ' ἦν τὸ ὑπὸ βουλῇ καὶ θελήσει τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας τὸ συνάλλαγμα διαπράττεσθαι. ταῦτα δ' ἦσαν χρόνου καὶ τριβῆς δεόμενα. ἀλλὰ προστεταγμένον αὐτοῖς καὶ παρὰ τοὺς τῆς Ἀρμενίας ἄρχοντας ἅπαντας, ἐκείνων πρῶτον προσλιπαρούντων περὶ δυοῖν ἀδελφαῖν, ἐφ' ᾧπερ ὡς βούλονται χρήσαιντο (μηδὲ γὰρ ἔχειν ποτέραν προτιμᾶν εἰς τὴν τῷ βασιλεῖ πρέπουσαν κήδευσιν, ὡς προτιμωμένης μιᾶς καὶ θατέραν ἕπεσθαι), ἐκεῖσε γοῦν γεγονότες οἱ πεμφθέντες καὶ ἀμφοτέρας ἄγουσι, τὴν μὲν τῷ βασιλεῖ οἱ συνοικήσουσαν, τὴν δ' ἄξιον εὑρήσουσαν τὸν νυμφίον. ὡς δὲ πλῷ χρωμένων κίνδυνος ἐφίσταται τῇ προτέρᾳ χαλεπῆς ἐνσκηψάσης

P 140

16. προτέραν P.

pedum offensionem, in quandam eius tractus munitiunculam salvi pervenerunt. reversi piratae spe sua se delusos sero doluerunt, quamquam in hoc verius quispiam consulentis innocentibus oppressis providentiae beneficium divinae quam humanae in latronibus imprudentiae casum agnoverit. ut ut sit, abducta cum onere triremi piratae abierunt. re imperator cognita, miseratus, ut par erat, infelices, alios ad idem legatos instruit et mittit, magistrum videlicet libellorum Ioannem Glycyn et agelarum logothetam Theodorum Metochiten. hi primum in Cyprum appulsi regeque adito facilem eum ad postulata repererunt. in uno solum, quod minus legatis arrideret, obfirmatum se rex Cyprius ostendit, quo ipso administrando se recipiebat effecturum ut id cum quam minima Graecorum offensione succederet. id autem erat approbante ac volente ecclesia Romana hoc matrimonium peragere. sed haec indigebant tempore ac mora. interim legati, quod et in mandatis habebant, ad principes Armeniae transierunt. illi pro una duas etiam obtrudebant e rege prognatas sorores, utroque instabant ambas accipere ne gravarentur, et imperatori sistere, utra magis placuisset electuro: sui enim ipsorum iudicii non esse alteram alteri praeferre, quas paris invicem dignationis ac meriti haberent. collocutis inter sese legatis haud repudianda conditio visa est. utramque igitur volentes germanam abducunt, quarum utique una iuniori Augusto nuberet, alteri dignus sponsus, haud illic defuturus, quaereretur. inde cum inter navigandum prior regiarum virginum gravi correpta morbo

νόσου, προσίσχουσί τε τῇ Ῥόδῳ, καὶ ὅσα ἦν νόμος τελέσαντες
ἐπ' αὐτῇ κατὰ συνήθειαν ὀρθοδόξου πίστεως, τέλος ἐξομοσαμέ-
νην τἀκείνων χρίουσι μύρῳ καὶ ἁγιάζουσι. κἀντεῦθεν τῆς νόσου
C ῥαϊσάσης ἀπάραντες Ῥόδον τῇ Κωνσταντίνου προσίσχουσι. καὶ
παρὰ τὸ τοῦ Κέρατος τέλος πρὸς τῷ Κοσμιδίῳ προσσχόντων,
οὐδὲν ἦν εἰς φιλοτιμίαν ὅπερ οὐκ ἔπραττεν ὁ κρατῶν εἰς τὴν τῆς
δεσποίνης ὑπάντησιν. καὶ τέλος ὑπὸ λαμπρᾷ καὶ πολυτελεῖ τῇ
πομπῇ εἰσαχθείσης, λαμπρῶς καὶ περιφανῶς ἐπὶ τῇ προτέρᾳ
D Μαρίᾳ καὶ τοὺς γάμους ἠὐτρέπιζε. (6) καὶ εἶδε τὴν λαμπρὰν
ἐκείνην καὶ βασίλειον τελετὴν ἡμέρα ἑξκαιδεκάτῃ Ἑκατομβαιῶνος
μηνός. τὴν δέ γε ὕστέραν Θεοφανώ, καὶ αὐτὴν τῷ θείῳ μύρῳ
χρισθεῖσαν καί γε τιμηθεῖσαν τῷ τῆς μάμμης τοῦ νέου βασιλέως
καὶ δεσποίνης ὀνόματι (Θεοδώρα γὰρ ἐκ Θεοφανοῦς μετεκλήθη),
μετὰ καιρὸν τῷ τοῦ δυτικοῦ σεβαστοκράτορος Ἰωάννου παιδὶ σε-
P 141 βαστοκράτορι καὶ αὐτῷ ὄντι (καὶ ὁ ἀδελφὸς γὰρ οὕτως ἐξ ἀξιώ-
ματος ἐφημίζετο, τοῦ Μιχαὴλ κατὰ πόλιν ἐγκεκλεισμένου) ἑτοι-
μάζουσι μὲν πέμπειν ὡς νύμφην, καὶ ὑπὸ πιστοῖς ὁμολογίαις
μετὰ προικὸς πολυταλάντου οἴκοθεν ἔπεμπον· ἀλλ' ἐν τῷ με-
ταξὺ τελευτήσασαν ἡ Θεσσαλονίκη δέχεται.

B 7. Ἐντεῦθεν καὶ αὖθις τῶν Ἀρσενιατῶν ἀπεπειρᾶτο ὁ βα-

periclitari visa esset, ei commodius curandae in Rhodum insulam forte obviam excendunt. ibi eam praeterquam fomentis recrearunt opportunis, religionis etiam elementis ac sacris iuxta morem orthodoxae fidei mysteriis initiatam, eiurato ritu patrio, unguunt chrismate ac sanctificant. tum morbo iam liberam et pristino redditam vigori Rhodo solventes Constantinopolim perducunt. ubi praetervectam littus quod Ceras aut cornu vulgo dicunt, et ad Cosmidium appellentem ea magnificentia occursus splendoreque apparatus excepit imperator, quantus maximus posset ac speciosissimus vel dominae iam et Augustae exhiberi. sic primo excenam salutatam invectamque in urbem comitatu superbissimo eandem maiorem natu duarum virginum, cui nomen Mariae fuit, ad proxime celebrandas cum filio nuptias impense praeparare instituit. (6) vidit istam plane regiam et splendidissimam Augustarum nuptiarum ceremoniam sextadecima die Ianuarii. minorem porro novae Augustae sororem, cui erat domo allatum Theophano nomen, et ipsam sacro inunctam oleo atque appellatione matris Augusti senioris honoratam, ut Theodora ex Theophano vocaretur, postea desponderunt in partibus Occiduis Ioannis sebastocratoris filio, cui ut commune cum patre Ioannis vocabulum, ita et sebastocratoris dignitas a patre derivata pariter illum et eius germanum honorabat. quorum amborum maximus natu frater Michaël custodia in urbe detinebatur. ad hunc igitur rite stipulatis sponsalibus pactis, cum dote in numerato multorum talentorum, missa Constantinopoli iunior haec Theodora est. verum in itinere mortua Thessalonicae sepulcrum invenit.

7. Hinc iam novo conatu tentavit Arseniatas Augustus, sperans ad

σιλεύς, εἰρηνεύσειν κἀκείνους ἐλπίζων ἐκ τῆς πρὸς πάντας εἰρήνης τοῦ πατριάρχου ἔν τισι γνώμης ἤθεσι μάχης ἀπάσης καὶ φιλονεικίας ὑπερτεροῦσιν. ὅθεν καὶ συνάγων ὡμίλει καὶ εἰρηνεύειν ἠξίου. εἶχε γὰρ καὶ τὸν αὐτοῦ θεῖον τὸν Ῥαοὺλ καὶ τυφλὸν Ἰσαάκιον συνάμα τῇ ἀδελφῇ πρωτοστρατορίσσῃ ἀποσπάσας τῆς ἐκείνων ξυμμορίας ἐν εἰρήνῃ παντοίᾳ, καὶ περιέθαλπε θεραπείαις ἁπάσαις, ὥστε καὶ τὸν ἐν εἱρκτῇ τὸ πάλαι τελευτήσαντα C πρωτοστράτορα τὸν Παλαιολόγον Ἀνδρόνικον διὰ τὰ προγεγονότα τῆς ἐκκλησίας σκάνδαλα ἐτησίαις μνήμαις ἀξιοπρεπῶς τιμᾶν. κἀκείνων ἄλλως καὶ τὰ πάθη τιμῶν καὶ τὴν πολυετῆ κακουχίαν θαυμάζων ἠξίου μόλις καὶ εἰρηνεύειν· μηδὲ γὰρ εἶναι λοιπὸν τὸ ἀποχρῶν εἰς τόσων καὶ τοιούτων ἀνδρῶν σκάνδαλον. ἐπεὶ δὲ πολλὰ λέγων κενὴν ψάλλειν ἐῴκει καὶ διανεύειν τυφλοῖς, ἐκεῖνα καὶ πάλιν προβαλλομένων ἃ δὴ καὶ πρότερον προεβάλλοντο (εἶχον δὲ πάλιν ἔκ τινος μικροψυχίας συμβάσης καὶ τὸν Ὑάκινθον D ὅλως μεθ' ἑαυτῶν), τούτους κρατῶν ἀφίησι παραγγείλας ἡσυχάζειν, τὸν δ' Ὑάκινθον αὖθις ἐγκλείει τῇ φυλακῇ. τὸν μέντοι Ταρχανειώτην τῆς φυλακῆς ἐξαγαγὼν εἰρηνικὸν εἶχεν ἄλλως, εἰ

concordiam nunc posse allici mansuetudine ac passim probata morum suavitate patriarchae, nemini facessentis molestiam, sed quantumvis secta disiunctos studiisque infestos modesta placiditate tolerantis. ad convocatos ergo factionis Arsenianae primores orationem habuit hortatoriam ad pacem, eo fidentius indulgens spei operae navandae, quod iam secum habebat traductos ad suas partes ex illa secta tres ex eius columinibus, suum avunculum Rallem et caecum Isaacium, nec non huius sororem protostratorissam, quos quidem omni deliciae indulgentia studiose ac perseveranter satagebat, adeo ut, quod iis id gratum nosset, protostratorem Andronicum Palaeologum, qui propter olim orta ecclesiae scandala coniectus in carcerem ibi iampridem obierat, anniversaria memoria splendide honoraret. coram his ad congregatum Arseniatarum quoque reliquorum coetum verba imperator faciens primum est omnibus blanditus, non condolere se solum ob mala diu multa tolerata significans, sed et ultro nec parce commendans probatum in plerisque longanimi patientia gravium aerumnarum per annos plures invictum robur animi, quod et se admirari demonstrabat, et eos hoc ipso nomine plurimi facere: tantum orare, idque civiliter citra imperium ac fastum, ut pacate de caetero viverent; abunde quippe praecessisse scandalorum, quae tot ac tales viros in transversum actos everterint. haec et alia paris sententiae plurima cum Andronicus apud Arseniatas fusa oratione memorasset ad finem impetrandi ab iis ut turbas ciere desinerent, non plus profecit quam si cantilenam surdis modularetur aut caecis innueret. vetera hi nimirum illa saepius decantata rursus obtendebant iuris argumenta ipsorum et firmamenta causae. in qua illos obfirmabat pertinacia rursus ipsis, nescio unde orta remissione simultatis, reconciliatus admixtusque Hyacinthus. his compertis imperator frustra se contendere intelligens, Arseniatas quidem caeteros dimisit, etiam atque etiam inssos quiescere. Hyacinthum reddi custodiae praecepit ibique tuendi clausum. at Tarchaniota educto carcere pacato in caeteris

καὶ μὴ ἐπ' ἐκκλησίαν συνήγετο, ἐφεὶς καὶ τῇ συζύγῳ δεσποίνῃ εὐμενῶς οἱ ἔχειν καὶ θεραπεύειν, ὡς αἱροῖτ' ἂν ἐκεῖνος, τὰ εἰκότα.

P 142 8. Τὰ μὲν οὖν τῆς ἐκκλησίας καὶ ἐς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἐς τόδε τέλους κατηντήκει, τὰ δὲ τῆς Ῥωμαΐδος ἐξησθενήκει τέλεον. πλεονέκτημα γὰρ ἡμῖν ἐγένετο τοὺς παρόντας χρόνους μισθοῦ τοῖς μεσιτεύουσι καὶ λημμάτων τὰ πολλὰ πράττεσθαι. τοῦτο πολλοῖς μὲν τοῖς ἐς ἀρχὴν εὐδοκίμοις ἢ μὴ καταδεχομένοις καταβάλλειν (πολλῷ γὰρ οὐχ ἥκιστα τοῦτο, ὅσῳ καὶ ἀξιοῦσι λαμβάνειν) ἢ μὴ δυναμένοις ἴσως ἐκόλουε τὰς τιμάς, ἄλλοις δὲ παρρησίαν ἐδίδου διδοῦσιν, ὡς ἕξειν ἐλπίζουσι. δεύτερον ἐπὶ τούτοις καὶ τὸ ἐλλιπῶς τὰς ἀποτεταγμένας ἀποδίδοσθαι ῥόγας
B τοῖς ἐν ταῖς ἄκραις, ἡγεμόνων τὸ πλέον κακότητι, θελόντων τοῖς ἐντεῦθεν ὑπερημέρως πάντῃ διδομένοις στραγγεύεσθαι, ὡς κερδαίνοιεν. ταῦτα δὴ ἐπὶ ταὐτὸ συναχθέντα. τὸ γὰρ τοῦ βασιλεύοντος εὐσταθὲς καὶ τὸ πρὸς κρίσεις τε καὶ κολάσεις συμπαθητικόν τε καὶ ἥμερον μέγα τι τὸ κακὸν καὶ οὐκ οἰστὸν ὅλως τοῖς παθοῦσιν εἰργάζετο. τέως δ' ὡς εἶχεν ἡ τοῦ βασιλέως ὁρμή,

usus est, etsi non est is ecclesiae adiunctus, permittens dominae suae coniugi ut faveret illi prolixeque gratificaretur in iis quae rationi consentanea vellet aut posceret.

8. Is status ad hanc diem ecclesiasticarum rerum fuit, politicarum autem longe pessimus, Republica Romaniae extremam iam in debilitatem redacta. causa fuit abusus ex facili, pellacia lucri utrimque praesentis, inolescens per haec tempora, mercede ac donis emendi quidvis quisque vellet e principe a primariis eius in regimine ministris. ob hoc multi alioquin apti magistratibus gerendis a republica arcebantur, quod non inducerent in animum sumptum facere, vulgo scilicet hominibus natura pronioribus ad accipiendum quam ad dandum. vice porro proborum gnavorumque sic exclusorum functionibus publicis per tales utilissime gerendis, subintrabant eo non tam industrii actores quam avari mercatores, profligata in id quaestuose modica pecunia licentiam sibi parantes impune corradendi quo damnum large compensarent. alter fons enervationis imperii fuit parsimonia plene solvendarum ex fide pensionum, quae praesidiariis arcium in limite sitarum olim statutae fuerant in mercedem operae militaris adeo illic ad communem tutelam necessariae. hae maligne nunc suppeditabantur avaritia praefectorum erogationi pecuniae publicae, quorum apponebatur lucris quod per astutas frustrationum artes diffundenda praetextibus vafris solutionis die miseris militibus subtrahebatur pretium sudorum ac sanguinis. his duobus malis, ne in unum coëuntia exundarent in perniciem publicam, unum esse potuerat efficax remedium ab imperatoris auctoritate summa, si is delato corruptelarum quas memoravimus indicio ad eas coërcendas adduci potuisset. sed ne hoc contingeret aut speraretur, obstabat immobilitas eius a tenore dimoveri allegationibus ullis nescia, huicque adiuncta segnities castigandi, noxiae lenitatis indulgentia

τῆς δυνάμεως ἐνούσης ἔτι τῶν νεύρων (τὰ δ' ἦσαν τὰ χρήματα) πίμπων τὰς τῆς ὁλομελείας πυήσεις τῆς Ῥωμαΐδος εὐρωστοτέρας ποιεῖν οὐκ ἀπώκνει. κατ' ὀλίγον δὲ τὸ δεινὸν ἐπαῦξον ἀνέστελλε C πεμπομένων καὶ τῶν εἰς κεφαλὰς ἀξίων καὶ ὡς οἷόν τ' ἦν σφίσιν ἀντεχόντων, προσκειμένων καὶ τῶν ἐκ Κρήτης μαχίμων ταῖς τοπικαῖς δυνάμεσιν, οὓς Κρήτηθεν προσχωρήσαντας βασιλεῖ ὡς μὴ καταδεχομένους τὴν ἐκ τῶν Ἰταλῶν ἐπικράτειαν, ἐπ' ἀνατολὰς κατοικίσας καὶ ῥόγαις ἐτησίοις ἀποτεταγμέναις ἐξικανῶν ὡς πιστοῖς συμμάχοις ἐχρῆτο. ἦν δὲ συχνὸν τὸ τῆς συνδοσίας διὰ τὴν σπάνιν τῶν χρημάτων, ὡς ἔλεγον, ἀνέδην τελούμενον. τὸ δ' ἦν, ὡς ἐρρέθη τὰ πρότερα, τὸ τῆς ἐφ' ἑκάστου προνοίας D δέκατον. πλὴν καὶ οὕτω σφῶν ἐκνευριζομένων ἡ ζημία τοῖς παροικοις περιίστατο. καὶ ἐπεβαρύνοντο μὲν οἱ ταλαίπωροι, οὐκ ἤδεσαν δὲ ὅπῃ καὶ ἐς τὸ παντελὲς ἔμελλον βαρυνθῆναι· ἦ γὰρ ἂν εἰ πάντως ἤδεσαν ἥπερ πάσχειν μετὰ μικρὸν ἔμελλον, καὶ πάντα P 143 τὸν βίον κατεπρόοιντ' ἂν ἀπαιτούμενοι.

fraena laxans sceleribus et metum adimens peccantibus; unde malum immane quantum ingens nec iam amplius tolerabile oppressos ab impune grassantibus urgebat. inter tanta incommoda sustinebat se erectum utcunque ac stantis saltem speciem ostentans corpus imperii, quoad intus ei non defuit quasi sanguinis copia ac nervi velut quidam pecuniae abundantis per illud commeantes, unde interim vegetabatur ac ciebatur, haud cessante, pro sua strenuitate, Augusto ad omnia impigre occurrere, ad extremam quin etiam, sed iam sero, auctis sensim in molem insuperabilem malis, opponere nimis diu omissam severitatem est conatus, et publica incommoda retorquere in capita auctorum, meritis eos subiiciendo supplicis, tentavit. utebatur ad hoc cum aliis quas habebat ad manum copiis, tam praecipue Cretica militia praesidiariis provinciarum admixta. nam multos e Creta insula, servire Latinis illic iam ineluctabiliter praevalentibus non sustinentes, imperator in tractus Orientales invitatos in locis suae ditionis collocaverat, pensionesque iis decreverat annuas, fida illorum utens in bellis opera. verum ut haec illis stipendia summas in immanes excrescentia conficerentur, contributiones erat necesse subditis acerbissimas indicere; qui quantumvis non falso quererentur de pecuniae raritate in iis partibus dudum per eregationes immodicas exhaustis, tamen quod nullam excusationem necessitas admitteret, nihilominus pendere quantum exigebatur cogebantur. instituta prius fuerat, ut diximus, collatio decimarum e pensionibus, quas quisque stipendia merentium aut iis legitimo tempore factis emeritorum percipere annuas e publico soleret. sed cum iam longo haustu exinanitis et enervatis exprimi quod opus erat nequiret, ad patres familias et quosvis privatae rei dominos onus devolvebatur. hi miseri supra modum gravabantur. nesciebant autem futurum ut tandem funditus opprimerentur exaggeranda continuis auctibus mole ponderis. si enim istud praevidissent, utique praestabilius duxissent fundum victumque semel totum condonare poscentibus quam assiduis exactionibus carpi paulatim absumique usque ad letalem extabescentiam.

B 9. Τῶν γοῦν ἀκρῶν κακουμένων, ὡς μὴ μόνον τῶν κατὰ Μαίανδρον καὶ τὰ τῷ ζυγῷ ἐκείνῳ προσήκοντα ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ἐντὸς ἐξαφανιζομένων ἐξ ἐπιδρομῶν συχνῶν τῶν Περσῶν, ὁ τοῦ προρρηθέντος πρωτοβεστιαρίου τοῦ Ταρχανειώτου δεύτερος παῖς, ὁ Φιλανθρωπηνὸς ἐκ τοῦ πρὸς μητρὸς πάππου Ἀλέξιος, τοῦ προτέρου εἰς πρωτοσεβαστὸν τιμηθέντος πιγκέρνης τῷ βασιλεῖ C τιμηθείς, τῶν περί τε τὴν Ἀσίαν τὴν μικρὰν καλουμένην, ἔτι δὲ Λυδίαν καὶ Κιλβιανὸν μέχρι καὶ αὐτῆς δὴ τῆς θαλάσσης ἡγεμὼν ἀναδείκνυται, τοῦ πρωτοβεστιαρίτου ἔτι Λιβαδαρίου τῶν περὶ τὰ Νεόκαστρα καθηγεμονεύοντος. ὁ γοῦν πιγκέρνης ἐπὶ χρόνοις τὴν ἡγεμονίαν ἔχων, ἔχων δὲ καὶ τὸ Κρητικὸν καὶ τὰς κατ' ἀνατολὴν ἁπάσας δυνάμεις ἐπιφερόμενος, φύσεώς τε τάχει D καὶ σπουδῇ στρατηγίᾳ πρεπούσῃ συνωρομένης καὶ τῆς παρὰ πολλοῖς λεγομένης τύχης (λεγέσθω γὰρ καὶ τοῦτο, καθωμιλημένον τοῖς παλαιοῖς, καθ' ἣν Σκηπίωνές τε καὶ Κράσσοι καὶ Καίσαρες, ἔτι τε Θεμιστοκλεῖς καὶ Τιμόθεοι καὶ Κλέωνες ἠνδραγάθουν, καὶ τύχης ὡς καὶ θεῶν ἄλλων ἱερὰ ἀνιδρύοντο) τὰ κατ' ἀνατολὴν καθίστα τε καὶ προσησφαλίζετο, τὰ μὲν καὶ μάχαις καθ' ἃς P 144 ἐνίκα, τὰ πλεῖστα δὲ συνέσει καί γε φιλοδωρίᾳ πρός τε τοὺς ἐχθροὺς ἅμα καὶ πρὸς τοὺς φίλους, τοῖς μὲν ὑποκόπτων τὴν

9. Cum igitur ob eas quas diximus causas nulla aut perinfirma essent arcium praesidia limitaneorum, adeo ut non solum quae ad Macandrum iacent loca quaeque iugo illi contigua sunt, sed interiores etiam regiones crebris Persarum incursionibus vastatae desolarentur, prius memorati protovestiarii Tarchaniotae secundus natu filius, Alexius Philanthropenus dictus ex avo materno, illo omnium primo protosebasti dignitate honorato, pincernae ipse imperatoris titulo insignis, Asiae quam minorem vocant itemque Lydiae ac Celbiani usque ad ipsum mare dux declaratur, protovestiarita Libadario terris ac tractibus circa Neocastra sitis praesidente. pincerna porro multo iam tempore talem praefecturam gerens, habens etiam in potestate Creticam militiam et universas tractus orientalis capias quocumque iret circumducens, coepit, ut fit, placere sibi seque circumspicere conscientia iuvenilis indolis strenuitatisque militaris, cui etiam illa faveret prosperis arridens successibus celebrata veteribus Fortuna. loquamur hic quoque cum vulgo; et illam cui Scipiones Crassi Caesares, cui Themistocles Timothei Cleones accepta sua praeclara facinora tulerunt, quaeque non minus quam dii caeteri templis arisque colebatur, istam, inquam, quamcumque vim dici fas est, suffragatam Philanthropeno fateamur, dum partim praeliis secundis atque victoriis, partim, idque frequentius, quadam dexteritate prudentis industriae, largitionibusque in tempore in hostes iuxta et amicos profundendis, rem sane is Romanam per illos Orientales tractus restituit quadamtenusque securam reddidit, nostrorum impetus rabie quadam odii erga Romanum regimen ad excutiendi obsequii subinde conatum erumpentes infringens, barbarorum vero, qua sui metu qua fidei ac civilitatis exhibitione, partaque ex his apud eos reve-

κατὰ τῶν ἡμετέρων λύσσαν καὶ καθιστῶν τὸ πολέμιον ἡμερώτερον, τοῖς δὲ τὰς τιμὰς ἐπαύξων καὶ τὰς προθυμίας ἐπιῤῥωννύων, μὴ μόνον ἐφιεὶς ἑκάστῳ κερδαίνειν ὅπερ ἐς χεῖρας ἐκ τῶν ἀλλοτρίων σκύλων ἐτύγχανε γεγονός, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ προσ-
5τιθεὶς τὰ πλεῖστα, τὸν ἐκ τῶν ἐχθρῶν πλοῦτον ἢ μετὰ τύχης ἀριστῆ εἰς χεῖρας ἦγεν ἐκείνῳ. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καί τι φρούριον πρὸς τὸ Μελανούδιον τῶν δύο βουνῶν, πάλαι μὲν ἡμέτε- B
ρον τότε δὲ τῶν ἐχθρῶν, ὃ πάλαι οἶμαι τὸ Μιληαίων Δίδυμιον ἐφημίζετο, ἔτυχε πολέμῳ κρατήσας τοιῷδε τρόπῳ. ὡς γὰρ ἡ
10πρώτη τῶν γυναικῶν τοῦ Σαλάμπακι Πέρσου, ἐξ ἀνθρώπων ἐκείνου γεγονότος, ἐκεῖ πεφύλακτο, τεθησαύριστο δὲ καὶ πλοῦτος παντοδαπός, τὸ μὲν πολέμου νόμῳ τοῦ φρουρίου περιγενέσθαι ἀδύνατα τέως εἶχεν, ἔγνω δὲ σοφίσασθαι τὴν γυναῖκα, ὥστε καὶ πέμπων ὡς δῆθεν ἐν ἀπορρήτοις ἀγαγέσθαι ταύτην σύζυγον
15ὑπισχνεῖτο. ὡς γοῦν πολλάκις πέμπων οὐκ ἔπειθεν, ἐπισχὼν C
τοὺς τῆς λίμνης καράβους συνδεῖ σχοίνοις, καὶ ξύλα μέγιστα ἐπὶς ἐπ' ἐκείνων κατασκευάζεται μόσυνας. τὰ δ' ἄλλα πλοῖα

5. τὸν] ἐπὶ τὸν?

restis, ferocitatem mitigans aususque irrumpendi debilitans. ac ditioni quidem nostrae subiectas gentes ne iugum excuterent non sola vi tenebat, sed comitatis ac liberalitatis deliniebat illecebris, dum aliquid in iis benemerentes adauget honoribus ac promovet, dum animos addit audentibus bonaque spe confirmat, dum denique non solum quam quisque manu peperit praedam, ipsi propriam relinquit, iuste quaesitam eripiendis hosti spoliis virtutis fructum cuivis integrum condonans, sed praemia insuper ex suo recte factorum ultro accumulans. his ille artibus multa sibi gloriosa nec minus quaestuosa perfecit, ista virtutis cum fortuna societate successus plerisque in hostile solum incursionibus eos nactus, quibus multam Persarum opulentiam in suam manum potestatemque redigeret. inter alia eius acta hoc in specimen memorabimus. munitio erat prope Meladunium, dicta Duorum Collium, olim nostra, nunc hostium insessa praesidio, illa, opinor, ipsa quae vocabulo Didymii Milesiorum olim celebris fuit. eam ille armis subegit hoc modo. sciebat primariam uxorum salampacis Persae illo iam mortuo illic servari cum thesauro gazae peregrinae opumque omnis generis ingenti. et situs et structura et praesidii numerus sic arcem illam defensabant, ut vi bellica expugnari haud posse iudicaretur. experiendam ergo artem ratus, mulierem missis arcano literis ac nuntiis pellicere tentavit, se illam coniugem ducturum pollicens. sed cum id frustra diu fieret, femina connubii talis mentionem aspernante, interim explorata dux loci natura, animadvertit paludis ad arcem restagnantis quaedam esse certis locis, hisque ad muros satis admotis, emissaria excavatis profundius alveis, quos alte defixa hinc atque inde tigna simul indicarent munirentque. has ille corrivationes stagni missa manu occupavit; capitibus tignorum altrinsecus extantibus, validis inter sese funibus devinctis tabulata imposuit, quibus deinde pro solo turribus, unde in muros pugnaretur, sustinendis est usus. his exci-

πληρώσας πολεμιστὰς ἐν τούτοις ἑλεπόλεις ἱστὰς καὶ μαχόμενος (οὐδὲ γὰρ κατὰ τὸ τυχὸν καὶ αὐτὸς παρὰ τοῖς ἐχθροῖς ἐκλέϊζετο, ἀλλ' ὀνόματος ἐπέβαινεν ἅμα μὲν φοβεροῦ ἅμα δέγε καὶ ἐρασμίου, ὡς καὶ πολλοὺς προσχωρεῖν καὶ ὑπ' ἐκείνῳ ἀγαπᾶν τάττεσθαι) αἱρεῖ μὲν οὕτω τὸ φρούριον, πλοῦτον δ' ἐκεῖθεν οὐ ῥᾳδίως ἀρι-
D θμητὸν περιβάλλεται, τοῖς δ' ἰδίοις, ἀλλά γε καὶ τοῖς προσχωροῦσιν εὔπορον καθίστα τὸν βίον. ὅθεν καὶ πολλοὶ ὑπ' ἐκείνῳ δεδουλωμένοι ἔχαιρον, καὶ ὑπ' αὐτῷ τεταγμένοι ἦσαν καθ' ὧν πρὸ καὶ προσταχθεῖεν, ὡς κατ' ἀγάπην ἅμα γυναιξὶ μετῳκημένοι καὶ τέκνοις. ἐντεῦθεν καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς ἀγαπήσαντες οἱ ὑπ' ἐκείνῳ ταττόμενοι, καὶ μᾶλλον οἱ Κρητικοί, ἤρξαντο θεραπεύειν
E καὶ τρόποις καὶ λόγοις ὑπὲρ ὃ προσῆκεν ἐκείνῳ, καὶ εἰς ἀποστασίαν τὴν ἀπὸ βασιλέως ὑπέκνιζον. ὁ δὲ νέος ὢν ἄλλως καὶ φυσηθεὶς ἐκ μεγίστου φρονήματος, τὰ μὲν πρῶτα τοὺς λογισμοὺς

4. ἐπ' P.

tatis in suggestum molibus imponit machinas subruendis aptas propugnaculis; navigiaque stagno caetero plena militibus immittit, quae quantum possent admoverent se munitioni, quaque vi valerent, aut iaculando praesidiariis petendis aut obsidionali supellectili muris tentandis negotio servirent. sic aliquandiu pugnatum exigua spe, si arci firmitati parem praesidiarii repugnandi constantiam iungerent. sed robur eorum partim admiratione ac terrore quodam ducis ipsos oppugnantis, cuius fama supra vulgarem modum inclyta celebrabatur, partim favere ac amore quem plerisque virtus illius humanitasque passim praedicata inspirabat, remissum emollitumque sensim est, prout multorum est ad illum transfugiis declaratum cuivis conditioni praeoptantium tam amabilis ducis auspiciis militare. sic ille ista munitione potitus, et illa non facile numerabili pecunia illic, ut diximus, condita, in suam redacta potestatem, munifice usus tum suis ab antiquo militibus splendide remunerandis, tum iis quoque ipsis qui recens ad ipsum transfugerant praemiandis liberalissime, ut inde iam utrisque suppeteret quo commode copioseque deinceps viverent. ista porro liberalitas incredibiliter illi affectus et studia pariter omnium conciliabat, nemine non gaudente subesse regimini tam humani ac munifici ducis, promptissimeque parato ad quidvis citra exceptionem ullam iussu eius ductuque aggrediendum. itaque gregatim ad illum concurrebant undique non singuli solum, sed suas quisque familias uxores ac liberos trahentes, ut eius fortunam sine alio respectu sequerentur. quodsi hoc indigenae patriis ultro relictis factitabant sedibus, multo scilicet idem affectabant studiosius extorres iam Cretenses; qui patriam in exilio se reperisse arbitrati talis oblato praesidio patroni, certatim omni obsequio factorum verborumque toti erant in ambienda viri gratia, obsequiosius haud dubie quam privato advenas in imperatoris ditione sese addicere fas foret, adeoque cupidum iuvenem non obscure invitantes ad supremam invadendam potestatem atque ab Imperatore deficiendum. nec surdo ista, quamquam dissimulanter initio cunctanti, canebantur. hinc enim consiliariis utens ad pericilitandum acribus, generosa indole, flore aetatis, felicitate successibus probata, summa sibi quaeque despondere audebat: inde tamen retardabatur magnitudine incepti. quare spatium deliberationi captans, et forte

κραδαινόμενος πολὺς ἦν προσλιπαρῶν βασιλέα τῆς ἀρχῆς μεταπ-
θεσθαι. ἀλλ' οὐκ ἔπειθεν. οἶδα δ' ἔγωγε γνοὺς τῷ πνθέσθαι
τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ ἡμῖν ὁμιλοῦντος καὶ περὶ ἀμφοτέρων τῶν
αὐταδέλφων λέγοντος καὶ ὥς τι τῶν εἰς ἔπαινον τιθεμένου μέγαν
τὴν τἀδελφοῦ περὶ θατέρου κρίσιν τὴν τῆς ἀρχῆς παράλυσιν P 145
ἐπισπεύδοντος. ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνος μὲν καὶ ὑπὸ μεσίτως ἐζήτει
τῆς ἀρχῆς ἀφεθῆναι καὶ πολὺς ἦν εἰς τοῦτο δεόμενος, ὁ δὲ πρῶ-
τος τῶν σεβαστῶν καὶ ἀδελφὸς ἐκείνου δυσωποῦντος ἀκούων πε-
ρήλγει καὶ κατεμέμφετο, καὶ αὐτοῦ κατέναντι βασιλέως ἀπιστίας
ἐγγὺς τὸ πρᾶγμα ἔκρινεν, ἤν τις καταστα θεὶς εἰς ἀρχήν, πρότε-
ρον ἢ βασιλέα ἀφ' ἑαυτοῦ κινηθέντα κελεύειν, αὐτὸς ζητοίη καὶ
προσαναγκάζοι τὴν ἄφεσιν, βασιλεὺς τὸν λόγον ἀποδεξάμενος, B
ἐπὶ σχολῆς περὶ ἀμφοτέρων πρὸς ἡμᾶς λέγων, ἐκείνου μὲν τὴν
ὑπὲρ τοῦ ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν ἱκεσίαν ὑπεδήλου, τούτου δὲ
τὴν κρίσιν ἐθαύμαζε, λόγῳ δεικνὺς ὁπόσον οἶδεν οὗτος ὑπὲρ ἐκεῖ-
νον τὸ πρὸς τοὺς βασιλεῖς παρὰ τῶν ἐν τέλει κατὰ τὸ εἰκὸς ὀφει-
λόμενον. τὰ πρῶτα γοῦν οὕτως ἐκεῖνος οἰκονομεῖν ἔγνω τοιού-
τους λογισμοὺς ἀποκρούσασθαι. ἐπεὶ δὲ ἡ ῥᾳνὶς ἠνθελέχει ὥστε

nascituris imminens opportunitatibus, petere interim ab Augusto institit ut se ab illa praefectura, quam sat diu gessisset, amoveret alioque traduceret; quod minime impetravit. quin et haec sequiorem in partem accepta in aula petitio est, prout mihi contigit intelligere e Michaële Augusto iuniore, familiari per id temporis colloquio. referebat ille mihi, laudans et praedicans magnopere sapiens protosebasti (frater hic erat Philanthropeni, de quo agimus, maior) de hoc ipso facto iudicium. is comperto germanum suum minorem semel iterum et saepius, adhibitis etiam eodem amicorum officiis, postulasse ut sibi potestas abrogaretur, aegre id ferre se ostendit, ac coram Augusto haud parce vituperavit inconsultam, ut aiebat, petitionem fratris, quae non multum abesse ab infidelitate videretur. an non enim cum fide atque obsequio imperatori a subditis debito pugnare, praefectum ab illo functioni culpiam non expectato principis motu proprio id per se agere, vehementer instando extorquereque modis omnibus conando, ut vel inde ubi est amoveatur, vel promoveatur alio; qualium rerum plenum arbitrium liberae principis voluntati relinqui ab omnibus par sit, una indiscussae et e nutu obnoxie pendentis obedientiae sibi gloria relicta. eam protosebasti orationem a se auditam multis verbis de germano utroque nobiscum disserens Augustus iunior laudabat, factum minoris reprobans, maioris prudentiam admirans, ac videlicet eo nomine illum huic longe praeferendum censens; qui unus callere se ostenderet, quod sit gerentium magistratus erga principes officium, qua indifferentia subiacere voluntatibus eorum, nulla propriae inclinationis ratione habita, debeant. nec vero haec idem aliis solum dixit, fratri, cuia res vertebatur, frater tacuit. monuit eum literis in eandem scriptis sententiam, et est magnopere hortatus tales ut a sese procul cogitationes repelleret. sed efficaciores apud hunc erant familiarium et clientum suorum assidue ipsi adulantium voces. his e spebus plerique am-

καὶ τὴν πέτραν, τὸ τοῦ λόγου, κοιλαίνειν ἔχειν, καὶ οἱ ἀμφ'
C ἐκεῖνον μετέωροι πρὸς καινοτομίαν ἦσαν, μεῖζον ἢ κατὰ στρατη-
γὸν φωπεύοντες, καὶ τέλος τὴν ἀπὸ τοῦ βασιλέως νὲς τῶν ἐκεί-
νου ἀποστροφὴν οἷον καὶ εἰς τὸ μετέπειτα ἐπλάττοντο κάκωσιν,
ἐν δεινῷ τιθεμένου· λέγοντες τὸν τοσούτων χρημάτων σωρόν, ὡς
αὐτοῦ μὲν δέον ὂν τὰς δυνάμεις ἱκανοῦντος ῥόγαις, ἐκείνου δὲ
νρσφίζεσθαι βουλομένου τὴν δι' ἐκείνων τῶν ἐχθρῶν προνομήν,
φρόνημα ἐντεῦθεν νεανικὸν καὶ πλέων ἐξ ἀνδραγαθίας φρονήμα-
D τος ὑποκατακλίνειν πρὸς ὅπερ ἤθελον ἤρξαντο, καὶ ἀδοξεῖν
ἐποίουν ὡς οὐδὲν τὸν δεσπότην ὄντα. συνῆσαν αὐτῷ καὶ μονά-
ζοντες, ὁ μὲν φιλίως ὁ Τάρχας ἐκ δύσεως, τότε δὲ τῆς τῶν
Σανίδων μονῆς καθηγούμενος, ὁ δὲ προσγενῶς ὁ Ἀκροπολίτης
Μελχισεδέκ, θεῖος ὢν τῆς αὐτοῦ γυναικός, πρὸς ἐκεῖνον ἔχον-
τες, οἳ δὴ καὶ ὡς εἶχον κατήπειγον τὴν ἐγχείρησιν· πολλὰ γὰρ
ἔλεγον φθάσαι πανουργήσασαν τὴν τύχην, εἴ που μὴ αὐτὸς προ-
λαβὼν τὰς ἀπὸ τοῦ βασιλέως ὀργὰς ὑποτέμοιτο. τὸ δέ γε στρα-
E τιωτικὸν ἅπαν καὶ παρακεκινημένον ἦν καὶ πρὸς ταραχὴν μετέω-

14. καὶ] μὲν P.

bitiosis inhiabunde suspensi cum nullum finem facerent inculcandi ei suas laudes illumque inflandi opinione ingenti suae potentiae ac meriti, sensim evenit ut quemadmodum, quod aiunt, crebro per longum tempus stillae illapsu petrae etiam excavantur quantumvis durae, ita hisce assiduis ad altiora, quibus se dignum duceret, quaerenda levium hominum impulsibus denique ille commoveretur, cum praesertim ad eum pervertendum spes cum metu conspiraret. nam iidem qui ampla illi defectionis ostentabant praemia, timores, ni ea strenue captaret, intentabant a tunc potentibus rerum atroces: quippe hos ipsi clanculum invidere fingebant, gravesque in posterum parare calamitates. aegre videlicet ferre imperatorem huiusque ministros aiebant, quod Philanthropenus tantam illam tot felicibus incursionibus congestam ex hoste praedam erogationibus et donativis, quibus suos milites locupletaret, totam effunderet, nihil ex ea aerario inferret. sic undique circumventum tumidi muneribus fortunae et virium conscientia subnixi iuvenis animum paulatim inclinare quo volebant mali consillarii coeperunt, tanto ingenerato illi contemptu imperatoris, ut eum pro homunculo nihili ac suae dominationi potentia sustinendae impari haberet. cooperabantur ad istiusmodi sensus talemque persuasionem in Philanthropeno confirmandam et quidam monachi, Tarchas videlicet ipsi amicus, ex Occiduis oriundus tractibus, tunc autem monasterio Sanidum praefectus, et ex eiusdem consanguineis Acropolita Melchisedech, patruus ipsius uxoris. hi quantum poterant Philanthropenum ad cito expediendum rebellionis consilium urgebant, memorantes inconstantiam fortunae, et ea considerata cavendum ipsi aientes ne quae impense favisset hactenus, mala in posterum ei ab infenso haud dubie imperatore gravissima cuderet, quorum una esset praevertendorum a seque amoliendorum ratio, larvam exuere quam primum et servitii iugum excutere. incumbebant in idem vehementer concordia exercitus universi, ductorumque ac militum fere quotquot in

ρον, δια μίσους τοὺς περὶ τὸν βασιλέα ποιούμενοι, καὶ φανερῶς τὰ τῆς μεταβολῆς ἠβούλοντο, διαγανακτοῦντες εἰ αὐτοὶ μὲν διὰ πόνων χωροῦντες καὶ τῶν ἐσαεὶ κινδύνων ἑτέροις τὴν ἐξουσίαν χαρίζονται, ἐκεῖνοι δ' ἐν ἀνέσει τρυφῶντες μηδὲ χάριν εἰσομένοις ἐφέσεσαν ὧν εὖ πεπόνθασί τε καὶ πάσχουσι παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον καὶ τῶν ἀποτεταγμένων κολούονται. καὶ προσερχόμενοι κατὰ στίχας πλέον ἐθεράπευον τοῦ εἰκότος, καὶ ἀξιώτερον ἄρχειν αὐτὸν παρὰ τοὺς ἄλλους ἐδικαίουν καὶ προσηνάγκαζον, ὀλίγα βασιλέως καὶ τῶν τοῦ βασιλέως φρονοῦντες. εἶναι γὰρ σφίσιν ἐκ πολλῶν τὸ βουλευόμενον ἀνυστόν, καὶ μᾶλλον τριῶν τῶν ἰσχυροτάτων, τοῦ τε τὸν λαὸν πάντα ζημίαις βαρούμενον καὶ συνδόσεσιν εἰς ἀποστασίαν ἕτοιμον εἶναι, τοῦ τε πάντας εὐμενῶς πρὸς αὐτὸν ἔχειν, ὅσοι δὴ καὶ ὑπ' αὐτῷ στρατεύονται, καὶ τρίτου τοῦ καὶ παμπληθοῦς εὐπορεῖν Περσικοῦ, ἀνδρῶν οὐκ ἄλλον εἰδότων ἢ τὸν αὐτοὺς αὐτομολήσαντας καὶ ὑποδεξάμενον καὶ ὡς εἰκὸς θεραπεύσαντα· εἶναι δὲ καὶ εἰς χιλιάδας ποσουμένους, μαχίμους ξύμπαντας, ἑνὸς ἐξημμένους βλέμματος τοῦ P 146 B

illis castris censebantur studia. apud hos omnes magno in odio imperator et eius familiares erant. passim de illis murmurabant, indignantes suis ipsorum laboribus, periculis continuis ac miserrimis aerumnis emi tranquillam fruitionem vitae affluentis omni honore ac rerum copiis usque ad luxum hominibus ignavissimis, qui ne tanti quidem ducerent profiteri beneficium, et infelicissimis militibus hostium intra limitem incursum suorum obiectu corporum intercludentibus saltem verbo testari se nonnihil debere. quamquam videri tolerandum si gratiam benemeritis omitterent reddere, nisi, quod ingrate crudeliterque actitabant, benefactis maleficia rependerent, stipendia et pensiones militantibus olim constitutas avare ac maligne intervertentes. istiusmodi pleni turbidis sensibus tribuni ac centuriones passim totis ordinibus manipulatim turmatimque sequentibus ad Philanthropenum quotidie itabant, honores ei quae ipsius fastigium excederent deferentes, eisque multo videlicet digniorem affirmantes ipsum quam istos alios, qui tamen hos sibi eximie reservari ducerent aequum. addebant his vim paene quandam supremae dignitatis arripiendae deficiendique ab imperatore palam, nihil eius, quippe imbellis debilisque, nec inertium et pariter imbecillium ipsius ministrorum, quantumvis exarsuras his auditis iras sese curare declarantes. secessioni enim ab iis suae defectionique sustinendae ac citra omne improsperi successus periculum tuendae tria sibi adesse fortissima praesidia, primum aversionem a regimine praesenti et promptitudinem in res novas universi populi, tributis exactionibusque sine fine immanibus exhausti, alterum favorem ac benevolum studium in Philanthropenum omnis hominum generis, praesertim autem sub signis eius merentium, tertium denique ingentis multitudinis Persarum virtute illius ac liberalitate devinctorum, paratorumque ad nutum sequi quocumque duxerit. horum, aiebant, multa millia fortissimorum et bellis tritorum hominum expectare ab eo signum promissi, simul innuerit, transfugii. his ille

σφᾶς ἄγοντος. ταῦτα λέγοντες κατεμάλασσον τὴν ἐκείνου γνώμην μετεωριζομένην ἤδη πρὸς ἀρχῆς ὄγκον, καὶ φανερῶς ἀποστατεῖν ἔπειθον. τότε τοίνυν τόσους ὁρῶν ἐκείνους τολμήματος
C γέμοντας οὐ μετρίου καὶ ταῖς ὑπὲρ τοῦ ζῆν εὐμαρῶς ἐλπίσι σπερχομένους, πρὸς μὲν τὸ τῆς ἐγχειρήσεως μέγεθος καὶ λίαν ἄτολμος ἦν καὶ ἐπιεικῶς κατωρρώδει, τῷ δὲ κατὰ σφᾶς ἀλογίστῳ θράσει ἐν ἐλπίσιν ἦν ταῖς μεγίσταις καὶ ἀπεθάρρει τὸ τόλμημα. ἀλλ' ὅμως πείρᾳ θέλων μαθεῖν καὶ τῶν λοιπῶν τὴν γνώμην, καὶ εἰ πάντες πρόσκεινται τοῖς αὐτοῖς, συναγαγὼν εἰς ταὐτὸ συνόλους καὶ σταθεὶς ἐπὶ μέσων πλεῖστά τε κατετείνετο, ἐξ ὧν παρίστα τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην καὶ τὸ δημοτικὸν ἐφ' ἅπασι, τήν
D τε ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥωμαίων μετὰ σφῶν αὐτοῦ σπουδήν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐν ἀνέσει καὶ τρυφῇ διαγόντων (τοὺς περὶ τὸν βασιλέα λέγων) οὐχ ὅπως ἀποδοχὴν ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀποστροφὴν καὶ ἐπαστιάσεις μυρίας μηδὲν προσηκούσας, ὥσπερ ἂν αὐτὸς μὲν ἐτρύφα τοῖς πράγμασι καὶ συνάμα κατεβλακεύετο, ἐκεῖνοι δ' ἐπόνουν καὶ κατεγήρων τοῖς κράνεσι καὶ μάχαις ταῖς κατ' ἐχθρῶν

8. τὴν deerat.

auditis emolliebatur scilicet, ac volens patiebatur detorqueri se in pravum a rectitudine debiti a subdito principibus officii. atque hinc quidem dum studia, dum vota, dum alacritatem se ad imperium vocantium et spes in eo vitae in posterum laetae collocantium tot virorum fortium circumspicit reputans, facile proliciebatur ad palam rebellandi concipiendam audaciam. rursus in eo cogitati molem imperii, negotii aleam, incepti magnitudinem aestimante adeo elanguescebat prior ille impetus, ut horrore non dubio tentari nimiaque constringi formidine videretur. ergo inter istos aestus alternos, hinc spei alienis suggestionibus obtrusae, illinc metus propria circumspectione admoti, libratus ipse licet momentis utrimque paribus, et incertus adhuc consilii, ut saltem aliorum, quorum minus eminerent studia, sententiam experimento deprehenderet arcanam, probaretque num omnes unanimiter sui milites in propositum sui, quidquid aggrederetur, sequendi ad extremum conspirarent, vocatis in concionem militarem simul omnibus, stetit altior in medio, plurimaque disseruit, magnopere incumbens ad demonstrandam suam in omnes caritatem mitemque ac popularem per omnia imperandi rationem, veram praeterea studium in rem Romanam cum suum tum ipsorum, quod perspiceret; glorians etiam et gratulans utrisque communiter, quod tam longe abessent ab assentando illis otiosis, qui vitam in remissione ac luxu transigerent (sic imperatorem et apud eum assiduos traducebat) ut succenserent iis libere suamque ab ignava ipsorum segnique mollitie aversionem minime dissimularent. atque hic effusus licenter est in criminationes innumeras regentium, parum aut nihil pertinentes ad rem, causans imperatorem quidem defungi ludibunde negotiis, suam ex his unice oblectationem captando, cumque familiaribus regiminis ministris indormire sapine curis publicis, nostris pensi quidquam habentibus, bene an secus populo esset, dum suarum ipsis constaret certa ratio fruitioque voluptatum. "nos quippe interim" addebat "vice ipsorum laboramus; nostra sub galeis capita canescunt. nos in acie stamus; nos praelia cum

παρεβάλλοντο. δοκεῖν γὰρ ἐκείνους μὴ χαίρειν ἐπὶ τοῖς σφῶν κατορθώμασιν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἀδημονεῖν καὶ ἀλύειν ὡς κακὰ E πάσχοντας. παρ' ὧν καὶ τί προσδοκᾶν εἶναι τῶν ἀγαθῶν τοῖς ὁσημέραι ταλαιπωρουμένοις, ὅπου γε καὶ οὐκ ἀγαθὰς τὰς ἀπ' ἐκείνων πρὸς αὐτοὺς ἀφιγμένας φήμας φόβον τὸν ἔσχατον ἐμποιεῖν συμβαίνει ὡς διαπραττομένοις τὰ χείριστα; ταῦτα δ', εἶναι μὴ μόνον πολλῶν φθονούντων ἄλλων, ἀλλὰ καὶ βασιλέως αὐτοῦ μηδὲν ἐπαΐοντος πρὸς τὰ παρ' αὐτῶν· "οὗ δὴ μὴ συνηδομένου, ὡς ἐκ τῶν πραγμάτων ἄν τις καὶ συλλογίσαιτο," ἔλεγε "κατορ- P 147 θώσεων ἡμῖν, σφαλεῖσί γε πάντως τίς ἐλπὶς ὑπολέλειπται;" ταῦτα λέγων, καὶ τὰς δυνάμεις καταδημαγωγῶν τῷ καὶ βαθυτέρων ἅπτεσθαι καί γ' ἐμφανεστέραν τὴν αὐτοῦ γνώμην ποιεῖν ὡς ἀποστατησείοντος σὺν αὐτοῖς, εἰ βούλοιντο (οὕτω γὰρ ἂν καὶ τοῦ λοιποῦ εὐμαρῶς διάξειν, εἰ καθ' αὐτοὺς πονοῦντες αὐτοὶ τῶν κινδύνων τὰ ἄθλα καρπίζοιντο), εὐθὺς καὶ ἔτι συνείρων τοὺς λόγους, καὶ τῶν κρατούντων τὰ πολλὰ καθαπτόμενος ὡς μηδ' B

7. ἀλλὰ deerat.

hostibus facimus, utinam istis, qui fructu nostrarum aerumnarum deliciantur, gaudere saltem dignantibus allato victoriarum nostrarum nuntio. invident enim contra nobis sterile illud ipsum decus, et irae praetextus quaerunt, ne gratiam debere videantur. itaque nostris successibus auditis aestuare ipsos dolorisque signa intimi cognovimus edere: quin et queri tamquam iniuriam passos. unde intelligitis quam mercedem heroicorum ab his expectare facinorum debeamus. verum hoc ipsum certius quotidiana experientia nos docet, nihil inde aliud accipere solitos nisi novorum iniunctiones laborum, imminutiones stipendiorum veterum, subtractiones alimentorum, denique minas sortis in posterum etiam peioris. fidis enim amicorum indiciis discimus aut deferri aut delata simulari gravia in nos illuc crimina, de quibus dum isti deliberant, nobis quid aliud fit reliquum quam in tristi expectatione poenarum saevissimarum trepidam anxiamque vitam ducere, utique mox pessima passuris, ea solum de causa quod fecerimus optima? neque hi magis in nos ingratissimi sensus ministrantium illic et rebus gubernandis praefectorum quam ipsius sunt principis. primus ille et maxime omnium invidet nobis, ille implacabiliter nos odit. ille avide omnes sinistros de rebus nostris undecumque rumores accipiens, ad quasvis defensiones innocentiae nostrae patrocinantium aures habet inexorabiliter occlusas. videte autem quam ab eo, qui felicium nostrorum contra hostes successuum nullam unquam acquiescentis animi laetitiam ac gratulationem ostenderit audiens, offensionis, si qua Marte, ut solet, vario in bellis inciderit, sperare veniam possimus." super haec plura congessit irae in imperantes concitandae militum et contemptui eorundem ingenerando accommodata, quo sic exploraret certius quid illi animi haberent, quantumque in studiis illorum ac fide erga se constanti collocare fiduciae non imprudenter posset. eo enim, ut diximus, consilio hanc erat ingressus orationem, ut intimam adstantium eliceret sententiam arcanasque nudaret voluntates; id quod haud dubie consecutus est. illo enim ultra iam indicta pergente memorare de contemptissima inertia duorum Augusto-

οἴων τ' ἐσομένων ἑαυτοῖς ἀμύνειν μηδὲ βραχὺ ἐκείνων ἀποκλινάντων, ὑπερηφανῶν ὅλως καὶ μεγαλιζόμενος ἐν τοῖς πράγμασιν, ἐκείνους εὗρισκε παραυτὰ πειθηνίους ἐς τόσον ὥστε καὶ βοᾶν ἀπεντεῦθεν καὶ πόλλ' ἄττα λέγειν ἀπόφημα κατὰ βασιλέως, ἀποπροσποιουμένους τὴν ὑπ' ἐκείνῳ δουλείαν καὶ ὑπ' αὐτῷ τάττεσθαι θέλοντας. ὅθεν καὶ ἀλλήλους παρακροτήσαντες ὡς οὐδὲν ὧν ἔγνωσαν μεταβληθησόμενοι, αὐτὸν καὶ τὴν ἡγεμονίαν δέχεσθαι κατηνάγκαζον ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ γε καὶ τεθνηξομένων ἁπάντων, εἰ εἰς ἀνάγκην τινὰ κατασταῖεν. καὶ τοῦτο συμβαίη· μηδὲ γὰρ ἔχειν ἐντεῦθεν ὅλως ἀφηνιάσαντας ἀμφιγνωμονεῖν ἐπ' ἐκείνῳ, ἀλλ' ἀξιοῦν ἐρρωμένως καὶ τοῦτον στῆναι τοὺς λογισμοὺς καὶ μηδὲν τῶν ὅσα φέρει τοῖς καθ' αὐτὸν ἀρωγὴν ταῖς ἀμφινοίαις καταπροΐζεσθαι. μηδὲ γὰρ δίκαιον αὐτοὺς μὲν ἐκ τοῦ παραχρῆμα ὅλαις ἡνίαις αὐτῷ προσρυῆναι καὶ αὐτοῦ μόνου ἔχεσθαι, καὶ ἢ θωπείαις ἢ φόβοις ἕτοιμον εἶναι ἐνδιδόναι τε καὶ ὑποχαλᾶν. τοῦτο γὰρ ἰδεῖν τινὰς καὶ ἐπὶ τῶν ἐνοχλούντων, βάρος τὸ προστυχὸν εἴπερ οὐχ ἅμα πάντες ἐρρωμένως οὐδ' ἀπὸ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἀνωθοῖεν ἐνστάσεως, κινδυνεύειν, εἴ τινες καθυφεῖντο, ἐντεῦθεν πάσχειν τὰ ἔσχατα ξύμπαντας. μέγαν δ' εἶναι καὶ τοῦ-

11. στῆσαι? 12. φέρειν P. 18. κινδ.] ὡς κινδ. P.

rum, de administrantium res sub istis inconsulta socordia, de inopia et imbecillitate illius sola iam specie vanaque maiestate antiqui nominis perstantis principatus, qui ne minimo quidem contra insurgentis cuiusvis incursui sustinendo, ne dum repellendo ulciscendove par omnino sit futurus; cumque his ex adverso magnifica de se praedicans adiungeret, suam artem bellicam, suam felicitatem, suo ductu toties victricium robur numerumque gloriose iactaret copiarum, adeo multitudinem commovit ut e concione voces erumperent consonae universorum partim imperatori mala multa dicentium et imprecantium, partim illi de solio detruso Philanthropenum subrogari iubentium. hunc enim se deinceps unum agnoscere, uni velle servire, pro uno promptos esse periclitari; unius, quovis duceret, quidquid praeciperet, imperia exequi, nutum sequi; eius denique unius auspiciis usque ad mortem, si fors ita tulerit, fortiter oppetendam pugnaturos. unum a suo duce vicissim petere, ne dimidiate rem tantam agat, ne nomen Augusti recusando aut insignia imperii palam assumere cunctando, respicere imperantium gratiam et receptum apud eos veniae sibi retro providere videatur. metum ac suspicionem suis se pro eo in extremum dantibus discrimen militibus demeret; ne aulae in posterum aut delusus fallacibus promissis aut minis inanibus deterritus se subtrahat, suosque deserens sibi consulat, destitutosque, qui tantam semel aleam eius causa iecerint, iis prodat ipsis quorum, ut ei gratificarentur, odia in se provocaverint. communi ducis ac militum conspiratione, insolubili nexu, individua, quidquid blandum aut saevum undevis occurrerit, utrorumque societate rem egere quam susciperent, facilem concorditer incumbentibus, dubitante aut respectante quidquam ullo corrumpendam. magna praemia

τον οὐχ ἧττον τὸν ἄθλον, καὶ κοινῆς τῆς ἀπὸ πάντων δεόμενον κατὰ τὸ προσῆκον ἐνστάσεως. ταῦτα λεγόντων τε καὶ τῷ πιστῷ κατὰ σφᾶς θάρρει διδόντων, εἶκει μόλις ἐκεῖνος καὶ τὸ τῆς ἡγεμονίας ἀναδέχεται ὄνομα. καὶ δῆλος ἦν ἐντεῦθεν ἐκ πολλῶν ὢν E
ἔπραττε στρατηγίαν φέρων καὶ ἀρχὴν ἀνυπεύθυνον, οὔπω δὲ ἡ παρασήμοις ἢ μὴν ὀνόματι ἀπεθάρρει κλεΐζεσθαι, καί τοι τὰ πολλὰ παρὰ τῶν προυχόντων ἐν τῷ στρατῷ βιαζόμενος. ἐξουσιαστικώτερον δὲ τῶν πραγμάτων ἐπείληπτο, καὶ οὐδὲν ἐδόκει οἱ ἐξ οὗπερ ἂν καὶ ὠρρώδει, οὐδ' ἄλλοις ὑπακούειν ὅλως τὸ ἀπὸ
τοῦδε ὑφίστατο, ἀλλ' αὐτὸς ἡγεμὼν ἐν πᾶσι καὶ παρὰ σφίσι καὶ P 148
ὅπῃ παρῄει. ἔφριξαν γὰρ τότε καὶ οἱ περίοικοι τὴν ἐπισύστασιν, καὶ μᾶλλον ὅτι τὸ Περσικὸν πολὺ ἦν, οἷς δὴ καὶ πιστοῖς ἐχρῆτο καὶ παρασπίζουσιν ἀπεθάρρει, καὶ μόνον κελεύειν ἦν ὡς συνδραμουμένοις αὐτίκα καὶ κατὰ τὸ ἐκείνου δρασείουσι θέλημα. ἀπέ-
βιστο τοιγαροῦν ἐκεῖσε τὸ βασιλέων ὄνομα, παρὰ μόνον τὸ εἰς περισυρμὸν μεμνῆσθαι καὶ λοιδορίαν. αὐτὸς δ' ἦν ἐκείνοις καὶ ἄρχων καὶ ἡγεμὼν καὶ βασιλέως φέρων, εἰ καὶ μὴ ὄνομα, ἀλλ' ἄξίωμα. καὶ ὅσων τῶν ἐκεῖ φρουρίων ὡς ὕπαρχος βασιλέως B
ἐπείληπτο πρότερον, ταῦτ' ἀποστείλας τοὺς καθέξοντας ὑφ'

proponi, sed quae magno et perfecte unanimi nisi conatu petantur, haud proventura sint. talia vociferantibus et instantissime urgentibus cedens Philanthropenus, tandem nomen imperii assumit. itaque coepit ex hoc agere, ut proprio nec ex ullo iam alterius nutu suspenso regimen administrare arbitrio prae se ferret. nondum tamen titulum Augusti vel insignia imperii admisit, quantumvis hoc eum ut faceret praecipui ductores ordinum omni ope cogere tentarint. tamen, ut dixi, auspiciis cuncta suis unius gerere deinceps institit, eaque libere ac palam sese auctorare potestate, quam, ut nulli hominum acceptam ferret, ita eius usus reddendae cuiquam rationi minime obnoxius videri vellet. haec per illos limitaneos tractus tum novitas vulgata magnam passim consternationem attulit. cohorrescebant haud dubie periti rerum omnes, et minis malorum quae ex tam potenti coniuratione in Romanum imperium eruptura iure timerentur, usque ad desperationem salutis publicae conturbabantur, maxime cum reputaret praeter exercitum tam numerosum ac fortem praesto esse Philanthropeno paratas ad nutum, et signum modo veniendi expectantes, validissimas e Perside copias; quibus ad rebellium factionem aggregatis, ubi reperturus, unde petiturus speraretur imperator quantum erat necesse virium idonearum, ut posset in tempore obsisti? extincta in iis locis erat auctoritas omnis imperii, nomenque Augustorum nonnisi ad ludibrium et contumeliam memorabatur. unus dux, unus princeps Philanthropenus celebrabatur, penes quem summa imperii usu ipso residebat, utcumque ille nondum titulum aut insignia imperatoris assumpsisset. arces limitis illius, quas fiduciario hactenus iure uti ab Augusto commissas tenuerat, quo iam sibi proprie assereret, deductis inde veteribus praesidiis novos

ἑαυτὸν ἄλλως καθίστη ὡς δεσποτικῶς τοὐντεῦθεν ἄρχοντα. ἦν δέ που καὶ μοναῖς παραβάλλῃ (πολλαὶ δ' αὗται καὶ μέγισται), οὐ βασιλέως ἦν ὄνομα τὸ μνημονευόμενον, ἀλλ' αὐτοῦ γε καὶ μόνου κατά τι κράτος ἀρχοντικὸν καὶ αὐτοδέσποτον ὄνομα. ἀφ' ὧν καὶ πολλὰ δεσποτικῶς ἀφαιρούμενος τοῖς στρατιώταις παρεῖχεν, ἀσμένως τῶν ἐχόντων κατατιθεμένων παρ' αἰτίαν ταύτην
C ὅτι τοιούτοις καιροῖς ἐμπεσόντες οὐ τὰ προσήκοντα τοῖς καιροῖς ἔπασχον, ἀλλ' ἄσκυλτοι διέμενον καὶ ἀτάραχοι. πρῶτον δ' ἦν ἐκείνου στρατήγημα τὸ ἐκεῖ που τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως Θεόδωρον διατρίβοντα ἀποστεῖλαι τοὺς κατασχόντας· ὃν δὴ καὶ κατασχόντες τῷ κατ' Ἔφεσον φρουρίῳ φέροντες ἐγκατέκλεισαν. ἔπειτα τὴν στρατείαν ἀναλαβών, συνειωσμένων σφίσι παρ' ἐλπίδα καὶ τῶν πραγμάτων, ἐν τοῖς κατὰ Νύμφαιον τόποις ἅμ' ἠυλί-
D ζοντο. καὶ δὴ συνεκρότει μὲν τοὺς ἱππεῖς καὶ φιλοτιμίαις ἤγαλλε πάσαις, τοὺς δέ γε πεζοὺς ἐπιβήσας ἵππων ἱκανοὺς ὁπλίτας ἐξητοιμάζετο. ἀφεώρα δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀλλαχόθι ἡγεμονεύοντας, καὶ ἐσκόπει πῶς ἂν αὐτῶν περιγένοιτο. καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀμελῶς εἶχεν, ὡς αὐτίκα ἢ χειρὶ ἢ λόγοις προσαξόμενος· περὶ δέ γε τοῦ πρωτοβεστιαρίτου Λιβαδαρίου, ὅσον συνέγγυς εἶχε τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἡγεμονίαν ἐν τοῖς περὶ τὰ Νεόκαστρα καὶ Λυδίαν πᾶ-

20. παρὰ P.

imposuit e sibi fida militia custodes. in monasteriis, quae obiter occurrerent (sunt autem in illis tractibus multa et maxima) omitti iubebat inter sacra solitam mentionem Augustorum, suumque ut nemini subiecti principis memorari nomen mandabat nullo audente detrectare. quid enim contra hiscerent inermes ascetae adversus edictum tanto circumfusi exercitu ducis, qui se dominum omnium, ne sacris quidem exceptis, re ipsa probabat, multa passim e coenobiis auferens quae militibus largiretur, monachis quaecumque poscebantur libenter tradentibus, dum reputabant pro conditione temporum parvas istas et tolerabiles haberi debere iacturas, iis utique qui ut ipsi locis perinfestis, adeo turbulenta tempestate, inspoliati hactenus in statu satis tranquillo perseverarent. primum porro, postquam rebellaverat, Philanthropeni bellicum facinus fuit mittere qui comprehenderent Theodorum imperatoris fratrem, in vicinia tum forte commorantem, quem in arcem deportatum ad Ephesum sitam ibi custodiri clausum iussit. hinc protrusis iam ultra quam primo destinaverat rebus, haud amplius dissimulandum cunctandumve ratus, assumptum exercitum in loca Nymphaeo circumsita duxit, ibique in stativis habuit. ipse interim augendo praesertim equitatui intentus, quam amplissimis conditionibus equites undecumque invitabat, equo etiam attributo non paucis eorum quorum virtutem pedestri militia probarat, e quibus cataphractorum validos ordines confecit. circumspicere tum coepit praefectos finitimarum regionum, et secum modos exquirere cuiuscumque ipsorum subigendi. in his primus occurrebat protovestiarita Libadarius, quem praeoccupare eo solicitius studebat, quo viciniora Ille obtinebat loca, terris circa Neocastra sitis

σαν καὶ Σάρδεις αὐτάς, τοσοῦτον καὶ διὰ φροντίδος πλείονος εἶχεν ἑλεῖν, εἰ καὶ ἄλλως ὑπερηφάνει, οὐδὲν τἀκείνου οἰόμενος, E δίκην δὲ πτωκὸς ἐλπίζων ἐκεῖνον χειρώσασθαι. ἀλλ' ἔδειξε ταῦτα διὰ βουλῆς ἔχων, ὡς ὅπου θεὸς ἀντιπράττει, καὶ ὁ δοκῶν βραδὺς φθάνει καὶ τὸν ὠκύτατον, πᾶσα δ' ἰσχὺς μάταιον συνέσεως ἀμοιροῦσα. ἐκεῖνον γὰρ καὶ βλέπειν ἤθελον ἐν βασιλικαῖς ἀξίαις οἱ συλλαμβάνοντες, ὡς ἐντεῦθεν ἀναρρίψαντας κίνδυνον ὅλως ἐμπεδωθέντας ὅλαις ἐνεργεῖν προθυμίαις καὶ ἐπαποθνήσκειν τῇ P 149 ἐγχειρήσει βούλεσθαι. τὸ δ' ἦν ἐν ἀναβολαῖς τὸ τόλμημα, ὡς δοκεῖν διευλαβεῖσθαι καὶ ἀμφιγνωμονεῖν. καὶ τὸ μὲν παρὸν στέργων, πρὸς δὲ τὸ μέλλον ἀποσκοπῶν, ἐκείνους μὲν ἐθεράπευε παντοίως καὶ χάριν ἐδόκει εἰδέναι μὲν τῆς εἰς αὐτὸν σπουδῆς, ἑαυτὸν δὲ παρεξῆγε τῶν μεγίστων ὀνομάτων, οὐκ εὐέλπις ἀραρότως ὢν ἐπὶ τῷ τέλει, ἀλλὰ καὶ λίαν δυσελπιστῶν. καὶ αὐτὸς μὲν οὕτω διττὰ στρέφων τὸν καιρὸν ἐζυγοστάτει, καὶ τὸν B μὲν παρόντα ὡς εἶχεν ἐξεθεράπευε, τὸν δὲ μέλλοντα ὑφωρᾶτο, καί γε ἀπολογίαν ὑπολελεῖφθαι, ἄν τι προσκρούσοι, προυνόει. τοῖς δέ γε Κρητικοῖς, καὶ μᾶλλον τῷ σφῶν ἐξηγουμένῳ Χορτάτζῃ,

9. τῷ? 11. δὲ om. P. 12. post σπουδῆς P iterum χάριν.

Lydiaeque universae ac ipsis Sardibus praepositus. quamquam hunc quidem sui opinione praetumidus contemnere solebat ac nihili ducere, non dubitans sperare sese illum instar lepusculi capturum. sed tam audacis consilii diversissimus eventus demonstravit quamlibet strenuos, cum horum deus coeptis adversatur, a tardis ac lentis etiam, qualis Libadarius Philanthropeno videbatur, facile capi praevertique, quod vis consilii expers mole ruat sua. atque istum quidem primum videre in acie cupiebant qui Philanthropeno auctores fuerant supremae potestatis arripiendae. periclitandum statim, et nulla mora interposita cum hoc imperatorio duce, qui prope staret oppositus, aleam praelii iaciendam contendebant. hinc omnino iaitium ducendum; promptosque se in id ad fortissime pugnandum ponendasque, si res posceret, in certamine animas ardentibus studiis ferebant. at tam alacres et impatientes otii militum impetus mira ducis cunctatio, variis praetextibus, frustrabatur; quae res acrem plerisque suspicionem movit, dubitare adhuc Philanthropenum, nec certum consilii opperiri si quid aurae afflaret ab aula prosperae, quae suae illic restituendae fortunae ansam commodam offerret. in eam partem interpretabantur in homine ambitionis notae tam pertinacem recusationem Augusti nominis, cuius vim ipsam ac potestatem invasisset. inde profecto apparere non plane depositam illi spem reconciliandae cum imperantibus gratiae, cuius intuitu pertimuisset nimis invidiosos titulos, et rem integram imminens tempori servare studuisset, suis rationibus, quantolibet sibi subiectorum detrimento, consulere certus, ubi occasio daretur. tali eum animo praesentia tenere, futuris inhiare; nec velle, si quid offenderit, plane sibi occlusum ad principis gratiam regressum. penitissime omnium in eam cum suis ingressus suspicionem est unus e praecipuis defectionis suasoribus, ductor Creten-

τοῦτ' ἀσφαλὲς οὐκ ἐδόκει τέως· αὐτῷ γὰρ εἶναι καὶ ἐσαῦθις μεταγνόντι παραιτεῖσθαι πρὸς βασιλέα, καὶ ὑπ' ἀσφαλείᾳ τῇ ἰοι-
C κυίᾳ, ἔστι δ' οὗ καὶ ὑπὸ μεγίσταις χάρισιν, εἰς χεῖρας ἑαυτὸν ἐγχειρίζειν τοῖς πρὸς τὸν βασιλέα ἀξιοῦσι, σφίσι δ' εἶναι τὸν κίνδυνον ἄφυκτον πάντως, οὐκ ἔχουσιν ὅπῃ ἂν τῶν τῆς ἀποφυγῆς τόπων ἐκσταῖεν καὶ ἀπερείσαιντο.

Καὶ ταῦτα μὲν ὁρῶντων τὰς τοῦ ἡγεμόνος ἀναβολὰς ὁ νοῦς οὐκ ἔξω τῶν εἰκότων ἀπεσχεδίαζε, καὶ ἐν ὑπονοίαις μεγίσταις
P 151 ἐποίει εἶναι· (10) ἑτέρωθεν καὶ ὁ πρωτοβεστιαρίτης τὸ ξυμπεσὸν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα μαθών, τῷ βασιλεῖ καθοσιούμενος ὡς παρ' αὐτοῦ τιμηθείς, ἐν φροντίσιν ἦν καὶ περὶ τοῖς ὅλοις ἐδεδίει. ποῦ γὰρ εἶχεν ἐκεῖνος ἀναρριφθέντος τοσούτου κινδύνου πρὸς τόσον στρατιᾶς ἀντιστῆναι πλῆθος; εἰ δ' οὖν ἀλλ' εἰ καὶ συμπλοκὰς ἐνενόει μύλις, ὁ γοῦν ἐντεῦθεν κίνδυνος οὔπω συστᾶ-
B σαν τὴν περὶ τούτων ἔννοιαν ἔλυε. χωρὶς γὰρ τῶν ἐκ τῆς Ῥωμαΐδος δυνάμεων, τὸ περὶ ἐκεῖνον Περσικὸν μόνον καὶ ξενικὸν ἀποχρῶν εἶναι πρὸς τοὺς περὶ αὐτὸν εἰς ἀνταγώνισιν ᾤετο, ὥστε μηδ' ὑποστῆναι τούτους φανέντων ἐκείνων. ἄλλως τε δὲ καὶ φοβερῶν τοιούτων ἀψαμένους ἐκείνους εἰκὸς εἶναι καὶ ὑπὲρ τὸ

sium Chortatzes. huic patria extorri, peregre precario, unde nullum pateret effugium, degenti, acrem admovebat curam nimis verisimile periculum extremi nec evitabilis exitii, si, quod pronum factu erat et clam parari res ipsae monstrabant, Philanthropenus opera cognatorum multum in aula potentium crimen rebellionis excusatione necessitatis, quasi vim eo propellentium ducum ac militum exercitus nequivisset eluctari, apud principes purgaret, veniamque ea scilicet conditione impetraret, si perfidiae suasores dederet. tum illum in maiori etiam quam antea gratia et potentia futurum, sibi miserrimis luendum omne scelus capite ac sanguine ultimaque pernicie relinqui.

His ille cogitationibus aestuans, quo mentem appelleret, anxie in omnem partem explorabundus inquirebat. (10) aliunde Libadarius casu inopinatissimo perculsus, et vehementer imperatori, a quo se honoratum gratus meminerat, saluti praeterea publicae ac summae rerum a tam potenti factione metuens, in magna tum solicitudine tum incertitudine consilii iactabatur, secum anxie disquirens ubi reperiret, unde aut quando colligeret, armaret, quantas praesens usus poscebat satis firmas et exercitatas copias, quae tanto exercitui coniuratorum iam procincto ad praelium cum spe victoriae opponerentur. videns porro quam esset necesse perniciosis principiis sine mora obstare, aegre licet, tamen efferebatur in propositum occurrendi contra strenue acieque cum rebellibus decernendi. sed istam, antequam plene sideret, sententiam gravissimae undique in considerationem incurrentes rationes diluebant. reputabat enim apud se Philanthropenum, sepositis etiam, quas sub signis numeraret, plurimis et praevalidis Romanis copiis, cum solis quos secum duceret auxiliaribus Persis caeteraque peregrina militia, facile posse repellere quosvis suorum ac suos impetus, quin et debellare, delereque quantum ipse in expedito militum haberet, ita ut sui ne primum quidem conspectum comparatorum ex ad-

δέον ἀνδρίζεσθαι, ὡς τῆς ἥττης ἐχούσης καὶ κίνδυνον. δεῖν δ' εἶναι καὶ τοὺς ἀντιπάλους τοιούτους, ὡς ἴσας ὑσμίνῃ τὰς κεφαλὰς γίνεσθαι· ἀλλὰ ξυμβαίνειν μὴ εἶναι τοιούτους ἐξ ἀναγ- C καίων, καὶ μάλισθ' ὅτι πολέμοις ἐμφυλίοις ὁμόσε χωρεῖν οὐδ' οἴδασι τὸ παράπαν. ἔγνω γοῦν ἄλλως τὰ πράγματα μετελθεῖν, καὶ θράσει καὶ πλήθει καὶ παραλόγῳ φρονήματι ἓν ἀντιστῆσαι τὸ μέγιστον σύνεσιν, ὡς ἴσως οὕτω καὶ ἐξανύσων κἂν οὐ τὸ σύμπαν ἀλλά τι καὶ μερικόν. καὶ αὐτίκα στέλλει μὲν τοὺς ἀγγελοῦντας τὸ συμβὰν πρὸς τὸν βασιλέα, στέλλει δ' ἐν ἀπορρήτοις καὶ πρός D τινας τῶν Κρητικῶν, οὓς ᾔδει δοκοῦντας, ὧν ὁ Χορτάτζης προὔφερεν, ἀμνηστίαν τε κακῶν παρὰ τοῦ κρατοῦντος σφίσι γε-

2. ἴσως P. 6. ἀντιστῆναι P.

verso Philanthropenianorum, nedum vim atque incursum laturi viderentur. atque id, etiamsi numeri solius haberetur ratio, nec quidquam extraordinariae fortitudinis in iis cogitaretur, quos ultro aggredientes rem maxime formidolosam et arduam, hoc ipso supra modum audaces et in primo certamine totam exprompturos ferocitatem temerarii quo ruerent furoris, certo deberet expectari, utique cum esset ipsis perspectissimum quanto suo periculo primis congressibus vincerentur. itaque cum universim iuxta leges disciplinae militaris officium providi ducis sit nunquam obiicere in discrimen aleamque praelii exercitum numero et genere capitum non talem qui hostibus contra obiectis par futurus sustinendis verisimiliter speretur, manifestum esse quanta sua imprudentia ordinare in campo certaminique offerre quas ductaret copias auderet, quae nec multitudine pares nec animis ac pugnacitate comparabiles hosticis forent, et numero superioribus et rabie quadam ac desperationis instinctu extremam vincendi contentionem prima quavis occasione adhibituris. accedebat quod sui nunquam nisi in barbaros educti, usu nullo valerent civilis belli. esse autem in Philanthropeni castris praecipuum robur legionum Romanarum. quarum una cum Persis et aliis auxiliaribus caeteris ruentium in nostros, praeterquam pauciores, etiam inexercitatos ferendis incursibus pari secum armorum genere utentium, quis non videat ineluctabilem impetum fore, clademque ac internecionem ultimam inde certo secuturam exercitus, quo uno niteretur spes tunc universa salutis imperii ac reipublicae? igitur aliam omnino a commissione armorum audaciaque confligendi ineundam sibi esse belli huius administrandi rationem. arte nempe ac prudentia grassandum: nam haec machina ferociae multitudini et temerario furori una utiliter opponitur. et quis scit an non stratagemate debellem quem Marte aperto frustra tentarem? atqui si minus debellavero, totamque istam formidandae coitionis molem uno velut ictu sic deiecero, sperare certe licet partem eius me carpturum, et deruendo aliquid de cumulo, quod supererit. debilius faciliusque superatu redditurum. ita subductis rationibus consilii duos expedit uno tempore fidos homines, alterum qui rebellionem Philanthropeni et irruptionem in Nymphaeum, res nondum in aula cognitas, Augustis nuntiet, alterum qui primores Cretensium Philanthropeno militantium et in his praecipuum ipsorum clam a se conveniat Chortatzen. illis indicet polliceri Libadarium et polliciti fidem sanctissimo iureiurando adstruere paratum, sese ipsis ab Augusto impetraturum

νέσθαι διομνύμενος καὶ γε προσφιλοτιμηθῆναι τὰ μέγιστα, ἤν
που καὶ στραφέντες μεταβουλεύσαιντο καὶ εἰς συμπλοκὴν δῆθεν
παραστάσει πολέμου παραδοῖεν τὸν ἀποστατήσαντα· δόξειν γὰρ
ἐντεῦθεν καὶ ἀγαθοὺς καὶ πρὸς βασιλέα πιστούς, καὶ ἐς ὅ τι μὲν
E καὶ πέπρακτο ἀκουσίως ἀναγκασθέντας καθυπαχθῆναι τῇ τοῦ 5
καιροῦ ῥύμῃ, μὴ ἔχοντας ἀντιτείνειν καὶ τοσοῦτον πλῆθος εἰς
μεταβολὰς παρακεκινημένον ἐπισχεῖν, τὸ δὲ παρὸν τέως ἑνστάν-
τος καιροῦ, καὶ ἀνδρῶν φανέντων ἀντιστησομένων τοῖς γεγονόσι,
καὶ αὐτοὺς ἑτοίμους μετακληθέντας τὴν ἀρχῆθεν πίστιν ἐμφαί-
P 152 νειν τῷ συνεργεῖν τοῖς ἀνθισταμένοις εἰς ἅπαν. αὐτὸν δ' ἐκεί- 10
νους ἀναδέχεσθαι μὴ ὅπως παθεῖν τι πρὸς βασιλέως τῶν ἀνηκέ-
στων, ἀλλὰ καὶ εὐεργεσίας εὑρεῖν. ταῦτα τοὺς ἀμφὶ τὸν Χορ-
τάτζην ἀκούσαντας ἐπὶ πλεῖστόν τε γνωσμαχῆσαι, καὶ ἐς βου-
λὴν θέσθαι ἐς ὃ τὸ ἀκίνδυνον ἑαυτοῖς σφίσι περιποιεῖν. τὸ
δ' ἦν ὡς εἰ μὲν βιασαμένων ἐκείνων τὸν στρατηγὸν αὐτὸς χωροίη 15
καὶ ἐς τὰ μείζω, ὥστε καὶ ὀνόματι εἶξαι καὶ παρασήμοις συνή-
B θεσι, τότε καὶ αὐτοὺς τὰ πιστὰ λαβόντας ὡς εἰς τέλος ἀνθεξο-

11. τῶν deerat.

non solum oblivionem et veniam delicti, sed praemia insuper ingentia, modo inducerent in animum, quod facile mox stantes in acie possent, comprehendere rebellionis auctorem sibique dedere. sic appariturum pertractos eos in defectionem aliena vi, quod soli tam multis in scelus incumbentibus obsistere nequivissent, etsi maxime cuperent. frigere quidem istam vulgo excusationem et pro tralatitia contemni, ubi ex reis auditur deprehensis in facinore, nisi eam irrefragabile testimonium fulciat facti opportuni. huius se ipsis facultatem occupandi praesidii offerre. movere se in Philanthropenum, et copiam ei quamprimum velle praelii facere. ordinatis in campo copiis, ante commissionem, circumsisterent ducem sibique prehensum traderent. documento id certissimo futurum minime assensos vera voluntate consiliis rebellionis Cretenses, utique qui cum primum potuerint, fidem in Augustum tam luculenter constantissimam perduelli prodendo monstraverint. istiusmodi perefficacis evincendae causae ipsorum argumenti si materiam sibi, quod in promptu haberent, subministrare non omitterent, sancte spondere sese, ac quovis pignore firmare religionem pacti ultro velle, victricem defensionem innocentiae ipsorum se peroraturum apud Augustos, et praeter purgationem suspicionis in eos omnis largissimas cunctis ipsis ac singulis a liberalissima principum gratia remunerationes procuraturum. his Chortatzes et primi Cretensium in arcano auditis seriam statim de re tota secum ipsis deliberationem sant ingressi. multo illic pugnatum conflictu sententiarum, ut cunctis in fine appetendo salutis securitatisque communis egregie conspirantibus, ita quibus illas viis et utra in partium invicem infensarum certius constituerent, varia coniectura certantibus plerisque. tandem consensu omnium sedit, profunde dissimulato a Libadario indicio, adire de novo Philanthropenum, magnopereque instare ut nomen et insignia sumat imperii. si persuaderi se sineret, tum fortunam eius ad extremum sequerentur: sin obstinaret in

μὴν παραχινδυνεύειν· εἰ δὲ μὴ βούλοιτο ταῦτα πράττειν, αὐτοὺς τὴν παραχινδύνευσιν παντὶ τρόπῳ διεκφυγεῖν πειρᾶσθαι, ἐπ' αὐτῷ καὶ μόνῳ τὰ τοῦ κινδύνου τρέψαντας. ὡς λέγοντες τοίνυν οὐκ ἔπειθον, ἀλλ' ἑώρων τοῦτον καταλαζονευόμενον τῶν φανησομένων καὶ ὕβρεσι πλύνοντα τὸν πρὸς αὐτὸν ἀντιπαρατάττεσθαι ἀκουόμενον ὡς αὐτίκα κατ' ἐκείνου λαφύξοντα (τούτοις καὶ γὰρ παραθαρρύνειν ἐδόκει τὰς ἐκείνων ὁρμάς, οὐδὲν πλέον C ἤθελεν ἀναδέχεσθαι), ὑπολαβόντες ἐκεῖνοι ἐν σκέψει γίνεσθαι ταῦτα καὶ εἰς καιρὸν μετωγνώσεως ἀποκεῖσθαί οἱ βούλεσθαι, ὅ γε καὶ αὐτῷ μὲν ἴσως ξυνοίσει, σφίσι δὲ περιστήσεται μόνοις εἰς κίνδυνον, πρύμναν τε κρούονται, τὸ τοῦ λόγου, καὶ πρὸς τὸν πρωτοβεστιαρίτην τὰς γνώμας ἀνταποκλίνουσι, καὶ πίστεις λαβόντες ἅμα καὶ δόντες ἐξ ὅρκων φρίκης μεστῶν καί γε καὶ ἀντι- D δόσεσιν ἱερῶν ἐγκολπίων, ἢ μὴν παραδοῦναι τοῦτον ἐς χεῖρας

7. οὐδὲν δὲ κτλ.?

remendo constantiam, hoc ipso intellecturos machinari eum suam cum sua reconciliationem, quam pernicie sibi adhaerentium sanciturus sit, paciscenda pro spe illinc veniae opimarumque mercedum facili conditione deserendi condonandique ac pro se supponendorum irae ultionique principum illos ipsos miseros quos in culpae societatem ipse auctor sceleris traxerit; quare tunc minime debere dubitare, aut ulla religione cunctari, quo minus quam possint efficacissime praevertant exitiosissimum sibi facinus, suis illum artibus petendo, vertendaque strenue in caput ingratissimi deceptoris pernicie, quam in sibi stulte credulos surdis molitionibus cudebat. hanc summam consiliorum digressi a secreto colloquio proceres Cretensium statim in rem contulere. adorti primum Philanthropenum, allegarunt instante praelio videri opportunum firmandis animis suorum semel exuere ducem exercitus talis, quae adhuc ipsi residua haerere videretur, speciem nondum satis eiurati servitii. incitamento id cunctis qui eius auspiciis rem gererent efficacissimo ad quidvis perrumpendum futurum, quod se pro vero iam Augusto pugnare meminissent, segnius, si hoc forte absit, circumspectiusque dimicaturis. ad ea ille praecise negavit se quod peterent acturum. vetuit deinde, quod prae se tulerant, de praelii eventu esse solicitos. primo enim ipso conspectu sese diffiaturum paucas illas et imbelles inertis imperitique adversarii copias, ipsum vero mordicus discerptum voraturum; quem proinde id ipsum metuere debentem nihil minus quam insanire appareret, dum sibi non dubitaret occurrere, ultro in perniciem incurrens. talia isti de se thrasonice iactanti indulgentique arrogantissimis minis, et aemulum probris conviciisque laceranti, vale dicto Chortatzes cum suis, prora, quod dici solet, inhibita, cursum in contrarium torserunt. protovestiariten clam adeunt. promptos se ostendunt paciscendi quod petebat. in id fides utrimque iuramentis et imprecationibus, utri fallerent, horrificis firmatur. sacra quin etiam amuleta de collo cuique, ut mos est, in sinum pendula invicem permutant, ea pro certissimo habituri pignore irrevocabiliter fixae in promissorum exhibitione voluntatis. eiusmodi religione sese Cretenses obstrinxerunt ad comprehendendum in ipso primo procinctu praelii, ordinata iam utrimque acie, Philanthrope-

ἐκείνῳ ἀκοντὶ φανέντι καὶ μόνον μετὰ τῶν συντάξεων (δέος γὰρ ἦ τι καὶ παρακινδυνευθείη τοῦ Περσικοῦ, οἷς καὶ μᾶλλον ἐθάρρει, ἐπεισπεσόντος), ταῦτ' ἐν ἀπορρήτοις πράξαντες ἐκαρτέρουν, τὴν ὑποψίαν ἐξ ἅπαντος ὡς εἶχον ἐκκλίνοντες.

P 153 11. Ἀλλ' ἐπέστη καὶ ἡ κυρία· ἡ δ' ἦν ὑστεραία. καὶ ὁ μὲν συνηθροικὼς τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις ἐκ Λυδίας ἐφίσταται τῷ Νυμφαίῳ, ὅπου καὶ οἱ ἀποστατοῦντες διῆγον· ὁ δὲ τὸν αὐτόθι πύργον, ὃν ὁ πορφυρογέννητος τῇδε διάγων ᾠκοδομήσατο, τοῦτον τοίνυν κατέχων καὶ γυναῖκα καὶ παῖδα καὶ πράγματα ἐκεῖ

B συγκλείσας τε καὶ ἀσφαλισάμενος, πρῶτον μὲν τὴν ἐκείνου ἀκούων ἄφιξιν καὶ λίαν ἐν θαύματι τῷ μεγίστῳ ἐτίθει, πῶς ἂν καὶ τολμήσῃ χωρεῖν ὁμόσε τοσούτοις τε καὶ τοιούτοις. ὅμως θαρρῶν ἐπὶ τοῖς ὅλοις, ὡς αὐτίκα φανεὶς τὸ πᾶν ἐργάσαιτο, παρῳγείλας καὶ τοὺς ἄλλους ὁπλίζεσθαι, αὐτὸς τὴν ταχίστην ἐξοπλι-

P 154 σθεὶς καὶ κατὰ τοῦ φανέντος τὰ πλεῖστα νεανιευσάμενος ἔξεισι. καὶ δὴ ἀφ' ἑκατέρου μέρους σταθεισῶν τῶν δυνάμεων, καὶ ὅσον οὔπω μελλουσῶν συμπλέκεσθαι, ὥστε καὶ ἀκροβολισμοὺς ἀμφοτέρωθεν γίνεσθαι, οἱ Κρητικοὶ τοῦ συνθήματος οὐκ ἠμέλουν,

num ducem suum, eumque Libadario tradendum. ea res condicebatur in id potissimum temporis momentum, nondum commissi sed solum parati certaminis, quod si ulterius expectaretur, periculum erat ne Persae, qui plurimi et manu strenui Philanthropeno militabant, destinata eventu frustrarentur, iis se verisimiliter aggregaturo, quibus maxime fideret, duce, simul initium pugnandi factum esset. id quo praeverteretur, oportebat volitantem eum adhuc ante aciem, et singulos ordines ad rem bene gerendam adhortantem, ubi ad Cretenses quoque id acturus venisset, ab iis circumsisti abducique quam minimo tumultu, haud dum plane intelligente quid gereretur exercitu reliquo, ac propterea quieturo. horum sic stipulatorum in summa dissimulatione Cretenses occasionem exequendorum expectabant, solicite declinantes quidquid suspicionem rei quae parabatur movere vel minimam cuivis posset.

11. Condicta mox dies adfuit, postera eius ipsius qua fuerat in ea quae diximus conventum. Libadarius collectas in unum e Lydia universa secum copias ducens, recta Nymphaeum versus, ubi rebelles castra munierant, movit. erat Nymphaei turris a Porphyrogenito, dum ibi degeret, exstructa. in eam Philanthropenus a se occupatam uxorem cum filio et pecunia inclusit, praesidio ad horum custodiam idoneo imposito. Libadarium porro audiens contra se tendere, primum aegre credebat, mox ingeminatis ad fidem iam non dubiam indiciis vehementer admirari se monstrabat temeritatem hominis, qui adversus tot ac tales apparere in armis ac cum minis vincendi ferre se obvium auderet. iussas tamen ad occursum expediri copias ipse armis strenue sumptis cataphractus et iuveniliter se ostentans prorsum agebat, ingenti fiducia successum iam nunc quasi certum animo praecipiens, et visu se primo debellaturum sperans. ecce autem directa hinc et inde acie, praelibari iam incipiente primoribus utrimque velitariunculis pugna, non obliti promissorum Cretenses, simul

ἀλλὰ φανέντος τοῦ πρωτοβεστιαρίτου, δεδιότος καὶ ἔτι περὶ τοῖς ἴλοις, μή πως ἀπάτῃ καὶ δόλῳ χρήσαιντο οἱ τέως καθυπισχνούμενοι προδιδόναι, οἱ ἀμφὶ τὸν Χορτάτζην αὐτίκα, οὕτως ὡς εἶχον ἔφιπποί τε καὶ ὡπλισμένοι, ἀθρόως ἄλλοθεν ἄλλος περιστάντες τὸν ἡγεμόνα, οἱ μὲν ῥυτῆρας οἱ δὲ καὶ σπάθην ἐπέχουσιν, οἱ δ' ἐμβριθέστερον ἀποβαίνειν τοῦ ἵππου ἐκέλευον. ὁ δὲ γνοὺς τὴν ἐπιβουλὴν αὐτίκα, θαρρῶν τοῖς Ἱέροαις ἐπεχείρει μὲν ἀμύνεσθαι, καταταχυνόμενος δὲ τὸ παράπαν ἀπηύδα, καὶ συσχεθέντα τοῖς ἀμφὶ τὸν πρωτοβεστιαρίτην ἕτοιμον θήραμα, ταπεινὸν τὸν σοβοῦντα πρὸ τοῦ καὶ ἄφωνον τὸν πολλὰ λέγοντα, παρεδίδουν. οἱ δ' ἐκθρασυνόμενοι ἐκ τοῦ ἐξαίφνης, ἐπεὶ τὸν ἀποστατοῦντα ἐν ἀφύκτοις εἶχον, τοὺς περὶ ἐκεῖνον διασκεδαννυμένους ἤδη καὶ μόνον ὅπῃ σωθήσεται ἕκαστος ἀφορῶντας ἀμεταστρεπτὶ κατεδίωκον. τὸ δὲ Περσικὸν ἄρτι πρώτως μεταβολὴν πραγμάτων ἰδόν, καὶ τὸν ἕως τότε μέγαν δοκοῦντα καὶ φοβερὸν ἐν ἀφύκτοις ἑλκεινὸν δέσμιον, οὐκ εἶχον πῇ τράπωνται. ὅθεν μήτ' ἀνθίστασθαι μήτε φεύγειν οἷοί τ' ὄντες, μένοντες κατεκτείνοντο. ἄλλος δὲ τοῦτον ἄλλος ἐκεῖνον καὶ ἕτερος ἄλλον καταλαμβάνων, καθότι καὶ δόξειεν ἑκάστῳ ἕκαστον, ἔπραττον, κτείνοντες διεμέροντες αἰκιζόμενοι ἐκτυφλοῦντες, τὰς οὐσίας δημεύοντες.

protovestiarites apparuit e medio suorum eminens agmine, anxie ille quidem circumspectans, et dum instabilitate reputanda militiae venalis fraudem operta subveretur, haud sine cor vellicante acri metu fidem promissorum operiens, confestim Chortatzes cum suis, armati et erant in equis suis aliunde concurrentes, Philanthropenum circum undique fundantur, et ei extortis hi frenis habenis, quidam ense detracto, imperiosius iam alii equo desilire iubent. sero tam sensit miser quid pararetur, et irritum expediit inspectum suorum se Persarum auxilio tuendi. nam oppressus in comatu proturbatusque summa vi despondit animum, et vinctum se raptari ad protovestiariten ingratiis est passus; cui humilis e prius tamido, mutus e modo iactabunde loquaci, velut fera in paratos compulsa casses inhianter expectanti venatori deditur. sic Philanthropeno in tutissimam dato custodiam, Cretenses iidem iuncti copiis Libadarii in eius exercitum casu percalsum inopinato incerteque primo titubantem, mox dispergi coeptum, vi tota irruunt, et irrevocabiliter incumbunt in persequendos passim consternatos, cursu vario intento, prout spes flexerat, latebras et casus extremi effugium anxie captantes. infelicissima conditio Persarum fuit. hi procul a patria, intercluso ad propria regressu, insperate destituti praesidio ducis, cuius fiducia potentiae, ut crediderant, fundatissimae, in hosticum secure penetrarant, ubi eum cuius unice opibus nitebantur, repente miserabilem, irreparabili oppressum clade, insolubilibus innodatum vinculis clarissime viderunt, diu inopes consilii quo se verterent non habebant. unde nec consistere nec fugere valentes, in vestigio trucidabantur. alius hoc, alius illo, alter alio prehenso, prout libuerat abstebatur, mactantes, captivos abducentes, vulnerantes, mutilantes, excaecantes, spoliantes, expilantes; quibus vario casibus magna parte absumpta, expedito tandem

ἐδόκει ἀσφαλὲς τοῖς Πέρσαις αὐτόθεν χωρεῖν πρὸς τὰ οἴκοι, καὶ ἀπεδίδρασκόν τινες ὡς ἠδύναντο, τῶν λοιπῶν κτεινομένων. οἱ δ' ἀμφὶ τὸν πρωτοβεστιαρίτην καὶ μᾶλλον ἔρμαιον τὴν ἀποχώρησιν λογιζόμενοι ἑκόντες ἠφίεσαν· οὐδὲ γὰρ εἶχον ἐλπίζειν ἐπὶ τῷ προτερήματι, καὶ οὕτω προχωρησάντων σφίσι τῶν πραγμάτων κατ' εὐτυχίαν μεγίστην, ἀλλὰ τὰ ἐν χερσὶν ἀπολλύειν, εἴ
E τινες παρακινηθεῖεν καὶ ἐξ ἀντιστροφῆς ἐπιπέσοιεν, ᾤοντο. ταραχὰς ἦν βλέπειν ἐκεῖ φοβερὰς καὶ Πανικὰ δείματα, συσχεθέντων τῶν ὅλων. ταῦτά τοι καὶ περὶ τοῖς ὅλοις δεδιὼς ὁ πρωτοβεστιαρίτης μή πως καὶ ἐκ χειρῶν αὐτῶν διαρπασθείη τὸ θήραμα (δεινὴ γὰρ τοὺς πολλοὺς ὤπλιζεν εὔνοια, καὶ τὰ καθ' αὑτοὺς ἀφέντες ἐκεῖνον ἀπωλοφύροντο· τὸ Περσικὸν δὲ μάλιστα καὶ παρακεκινῆσθαι ἐδόκει, ὥς τι πραξεῖεν γενναῖον) ἔγνω τὸν θέμεθλον
P 155 ὑποσπᾶν καὶ τὸ συνέχον ἐκποδὼν ποιεῖσθαι καὶ οὕτω τοὺς φόβους λύειν οὓς ὕπαρ ὠνειροπόλει. τὸν γοῦν μυρίον πλοῦτον συλλέξας,

6. ἀπολύειν P.

fugae consilio Persae reliqui cursum domum versus, quibus viis potuere, tenuerunt. paucis sic contigit vitam tueri, reliquis occisis, quoniam protovestiaritae milites caedendo iam fessi in lucro ponendum censuere, hostes per sese ipsos, quas direpturi venerant terras, reditu ad sua liberas linquere. nam et victores metus subibat, in tam inopinati gaudio successus, subitae conversionis in peius rerum; et fortunae in vix sperabili felicitate vim celerrimam experti, lubricam eiusdem et in utrumvis ancipitem mobilitatem, ne quid repentinae catastrophes, qua erecti deprimerentur, facili et sibi solito rotae gyro convolveret, sapienter veriti, spatium et libertatem fugae miseris illis militiae Persicae reliquiis concedi debere putaverunt. talis quaedam reputatio periculorum a suspecta sortis instabilitate velocium, protovestiariten quoque ipsum ad cautius quam humanius de captivo protinus suo statuendum perpulit. cum enim in illa tumultuosa trepidatione confusarum rerum panicis unoquoque terriculis turbato ipse dux facti protovestiarites, quem et pro magistratus officio et pro suae ipsius studio salutis acrior incitabat solicitudo praecavendi ne qua vice alterna fluctuationis reciprocantis hinc quidem reponeretur in sicco naufragus, inde ipse qui demerserat, e portu in gurgitem deiceretur, semel defungendum ratus difficili custodia nobilissimi rei, subnixi clientelis et necessitudinibus multis validisque plurimorum, et horum quaestuosas spes ambitiosaque studia trahentis ad suam calamitatem miserandam, ut certa desperatione conatus averteret quiddam pro eius liberatione audere paratorum, cum plurium e Romanis suis alienisque nondum plane dissipatis, tum Persarum prorsus omnium, quorum adhuc integra stabat acies (nam eorum, quam occupavi memorare, concisio paulo post contigit), decrevit semel eruere fundamentum ipsum Philanthropenianae factionis, amolirique omne obstaculum publicae tranquillitatis, et quae se vigilantem inquietabant somniabilia quaedam spectra inanium terriculorum uno ictu disicere. igitur occupato illo ingenti acervo pecuniarum ac ganae omnigenae, quem Philanthropenus ex longo congestum in turri de qua dixi condiderat, ipsum qua virtutis merito qua sortis dono varie partis opibus

καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ὧδε τύχης παίγνιον εὑρηκώς, τέλος Ἰουδαίοις
ἐκτυφλοῦν παραδίδωσι. καὶ ὁ μὲν τετύφλωτο, πλὴν ἄττα δυ-
σωπήσας καὶ περὶ θατέρου τῶν ὀφθαλμῶν, ἀλλ' οὐ πείσας τὸ
παράπαν. οἱ δὲ τῶν ἐκεῖθεν φόβων ἀπολυθέντες τοῖς λοιποῖς B
ἐπεχείρουν, καὶ ἔδρων μὲν σὺν τοῖς μοναχοῖς καὶ ἄλλους τὰ ὅμοια,
ἀπηνῶς φλοιδοῦντες τοὺς ὀφθαλμούς, τοὺς δὲ καὶ βίους ὅλους
ἀφηροῦντο, καὶ σχήματι ἐκδικήσεως τῆς πρὸς τοὺς κρατοῦντας
ἑαυτοῖς ἐξεδίδουν τὰ χρήματα.

12. Ἐπράττετο μὲν οὖν ταῦτα μηνὸς Σκιρροφοριῶνος C
περί που τὰς χριστουγεννίους ἡμέρας, Ἑκατομβαιῶνος δὲ πρώτῃ
ἔφθασαν οἱ πρὸς τὸ ἀγγέλλειν πεμφθέντες, οἳ καὶ ὡς οὐδὲν πλέον
εἰδότες οὐ κατάλυσιν ἀποστασίας ἀλλ' ἀρχὴν μᾶλλον καὶ σύστα-
σιν ἤγγελλον. καὶ θόρυβος ἦν αὐτίκα, καὶ θυμὸς καὶ ἀθυμία
τὴν ἀγγελίαν ἐμεριζέτην. ἐθυμοῦντο μὲν γὰρ ὅτι νέος ὢν ἔτι
καὶ παρ' αὐτῶν ἀναχθεὶς τοιούτοις ἐπιτολμῆσαι ἠνέσχετο, τὰς D
πρὸς τοὺς βασιλέας πίστεις παρ' οὐδὲν τιθέμενος· ἠθύμουν
δ' αὖθις τὸ θερμουργὸν ἐκείνου καὶ νέον ὑποτοπάζοντες, καὶ
ὡς ἔργον ἔσται τὸ μέγιστον, μὴ ὅτι γε καταλύειν εἰς τέλος μαχο-
μένους, ἀλλὰ καὶ ἐξημεροῦν τέως μετιόντας ὑποποιήσειν. ὅθεν
καὶ δοκούσης ἔτι τῆς ἀποστασίας συνίστασθαι δεινὰ ἐπολουν, καὶ P 156

eruitum et ad meram redactum nuditatem, fortunae ludibrium, Iudaeis excaecandum tradidit. sic ille orbatus luminibus, postquam infelicissimus se demisisset ad infimas sed ad extremum irritas preces, alterius sibi saltem oculi donandi. tunc securi victores in rebellium caeteros liberius saevire. atque aliis quidem, etiam monachis quos memoravimus, suasoribus defectionis, pari feritate oculos eruerunt. aliis facultates et vitae subsidia ademerunt universa, sibique adiudicarunt, praeda per hunc modum opima petiti, et plausibili obtentu vindicandae iniuriae principum suae ipsorum avaritiae large gratificati.

12. Haec gesta sunt mense Decembris, circiter natalitias Christi feriias. kalendis vero insecuti Ianuarii missus, ut dictum est, a Libadario nuntius Constantinopolim pervenit. indicavit is non excisam iam, quod post eius discessum contigit, sed quod solum sciebat, modo conflatam et se incipientem exerere Philanthropeni rebellionem. ad eum nuntium primo statim tumultuatum auditu est, et principum animos ira et metus divisit. indignabantur hominem adhuc adolescentem, ab ipsis educatum, ipsorum beneficiis evectum, tam mature, tam ingrate, tantum audere sustinuisse, fidei quam deberet imperantibus nulla ratione habita: aliunde metuebant a fervida indole manu prompti iuvenis; et suis rem totam momentis aestimantes, facile providebant ardui fore negotii, praeferocem et bello hactenus felicem ducem, tanto succinctum exercitu, non dicam pugna frangere, tot ipsius internecione copiis delendis, sed vel mitigare conditionibus amplis offerendis et blanditiis ad gratiam revocare. quare valere tum adhuc et cum maxime flagrare seditionem illam opinantes, non solum quorsum erumperet verebantur, verum et factum imaginantes quod ne fie-

τὸ πᾶν ἐν ἐκείνοις πράτος καταλύεσθαι ᾤοντο, καὶ ὡς ἀφαιρεθέντες τὸ τῆς ἀρχῆς πλέον καὶ περὶ τοῦ λειπομένου ἐφρόντιζον, καὶ δεινή τις κατειλήφει κατήφεια τὰ ἀνάκτορα. καὶ δὴ φανέντος καὶ τοῦ ἀδελφοῦ πρωτοσεβαστοῦ, τὸ πᾶν τοῦ θυμοῦ ἐπ' ἐκείνῳ δαψιλέστερον ἐξεκένουν, καὶ ἀπειλαῖς καὶ ὕβρεσιν ἐβαλλον, 5
B ὥστε καὶ καθ' ὑποκειμένου τὰ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς γίνεσθαι καὶ μὴ κενὰ τῷ ἀέρι δίδοσθαι. τέλος τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀπογνόντες μάχην, χρησταῖς ὁμολογίαις καὶ δεξιώσεσιν ὑποκαταπλίνειν ἑαυτοῖς τὸν ἀποστατήσαντα ἐβουλεύοντο, καὶ σφίσιν ἐδόκει διαπρεσβεύεσθαι πρὸς ἐκεῖνον τὸ τάχος. καὶ πρὸς τὴν πρεσβείαν 10
ἐξελέγοντο ὁ τυφλὸς Ῥαοὺλ Ἰσαάκιος καὶ ἡ πρωτοβαστιάρισσα
C Θεοδώρα. ἦν δὲ σφίσι τὸ ἀνακείμενον, πλῷ χρησαμένους καὶ ἐπιστάντας συγγνώμην τὴν παρὰ βασιλέως ὑπισχνεῖσθαι καὶ τὸ τοῦ Καίσαρος ἀξίωμα ἐπαγγέλλεσθαι καὶ πρεπούσας οἰκονομίας τῷ ἀξιώματι, εἰ μόνον μεταπεισθείη πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως εὐ- 15
νοιαν καὶ τῇ ἐξ ἀρχῆς καθυπαχθείῃ δουλείᾳ.

D 13. Ἀλλ' ἐξ ἐκείνου οὔπω παρῆλθεν ἡ ἕκτη, καὶ ἀγαθαὶ ἀγγελίαι καταλαμβάνουσιν, ὡς τὰ τῶν ἀποσταταύντων καὶ πρὸ ἡμερῶν διαπέπρακται. καὶ κατὰ λεπτὸν ἐρωτῶντες ἐμάνθανον τότε τὰ δεινὰ σφίσιν ἀγγέλλεσθαι ὅτε παῦλαν εἶχον τὰ 20

19. παρ' P.

ret horrebant, specie tristissima turbabantur erepti iam ipsis imperii, suique nunc Augustorum, mox etiam de vitae ac salutis, si quae deiectis solio forte superforent, miserrimis reliquiis ab extrema pernicie periclitantium. talium indiciis terrorum pictas per palatium facies videres, pallidas et moesto tetricas silentio, nisi quando novi perduellis tot malorum auctoris frater protosebastus appareret. in hunc enim, quasi nacti scopum dignum in quem arcanae rabiei non iam frustra in aërem perdenda tela coniicerent, stomachosissime invehebantur, minis conviciisque debacchantes. tandem tamen experiri mitiora timore ignavo subigente, desperato Martis apesti praesidio, conditionum oblationibus amplarum et tractatibus blandis pellicere ad sese ac reconciliare conari rebellem opportunius duxere. consilium ergo inierunt destinandi quamprimum ad eum legatos. electi ad id caecus Raül Isaacius et protovestiarissa Theodora. his, correpto navigatione quam celerrima itinere, conferre se citissime ad Philanthropenum iussis datum in mandatis est offerre ipsi ab imperatore primum oblivionem ac veniam defectionis, tum etiam Caesaris dignitatem, et tanto sustinendo titulo congruas e fisco pensiones polliceri, modo ille vicissim ostenderet bona fide se resumpturum benevolum in Augustum animum, et ad id quod initio professus fuerat obsequium rediturum.

13. Verum a primo defectionis indicio nondum sexta dies tota effluxerat, cum ecce adveniunt felices nuntii, debellatum ab aliquot iam diebus totamque rebellium factionem funditus disiectam deletamque memorantes. ex his dum tempus percontabantur gestae quam narrabant rei, compesciebant ipso momento quo minax ipsos et tristis perculisset fama,

ἀκηρά, καὶ ὅτ' αὐτοὶ περὶ ἐκείνων ἐφρόντιζον τότ' ἐκείνους ἐκτετελεσμένη τῇ καταμύσει τῶν χαλεπῶν ἐνηδύνεσθαι. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς τὸ πᾶν προσνέμειν δεῖν κρίνων τῇ θεομήτορι, καὶ E ὡς αὐτῆς βοηθοῦ πιστεύων φανείσης τὸ τῶν ἀποστατῶν οὕτως ἐν ἀκαρεῖ κατελύθη φρύαγμα, δεῖν ἔγνω καὶ μάνῃ ταύτῃ ἀπονέμειν τὰ χαριστήρια, καὶ ἅμα τῷ τὰς ἀγγελίας δέξασθαι καὶ πιστεῦσαι, αὐτόθεν ἐξ ἀνακτόρων πεζῇ τὴν ὁδὸν διεξεληλυθὼς ἅμα τῇ περὶ αὐτὸν τάξει τὴν τῶν Ὁδηγῶν καταλαμβάνει μονήν, καὶ P 157 κατέναντι τῆς σεβασμίας εἰκόνος σταθεὶς ἀπονέμει μὲν κατὰ τὸ εἰωθὸς τὴν προσκύνησιν, λιπαρὰν τὴν ἱκεσίαν ποιούμενος, ἀποτίθησι δέ γε καὶ τὴν εὐχαριστίαν μετὰ θερμῆς ὑποπτώσεως, αὐτῇ γε μετὰ θεὸν λέγων καὶ βασιλείαν καὶ ἐκκλησίαν εἰς χεῖρας τιθέναι, καὶ παρ' αὐτῆς καὶ μόνης ἐλπίζειν ἀξίαν γε τὴν διοίκησιν καὶ ἐπ' ἀμφοτέροις. ταῦτα ποτνιασάμενος καὶ τὰ εἰκότα εὐχαριστήσας, ἐπιβὰς ἵππου ἐπανιζεύγνυ πρὸς τὰ ἀνάκτορα. τῷ δέ γε B πρωτοβεστιαρίτῃ πρόσταγμα χαριστήριον σχεδιάζεται, καὶ τιμῆς ὑπερτάτης ἐπὶ πολλοῖς ἄλλοις φέρον ὑπόσχεσιν. ὃ δὴ καὶ μετ' οὐ πολὺ ἀπεπλήρου τῇ Κωνσταντίνου ἐπιδημήσαντι, μέγαν στρατοπεδάρχην ἐτίμα, καὶ τιμαῖς τῆς ὑπὲρ ἑαυτοῦ σπουδῆς χάριν ἤγαλλεν.

15. ὑπανεζεύγνυ P. 18. μέγαν] οἷς ὅτι μέγαν?

iam tum quietem turbis et terrori securitatem successisse, eosque qui illic res principum curabant, tunc plenae victoriae gratulatione ac gaudio fruitos, cum hic ipsi acri tam formidolosi motus solicitudine angerentur. at imperator totam successus tam laeti felicitatem acceptam dei matri referendam indicans, grateque praedicans, se, prout speraverat, praesens potentissimae patronae auxilium experto, sic uno nictu oculi tam arrogantem illum perduellium fastum depressum, debere se putavit ei soli gratias reddere. simul igitur faustum nuntium accepit et credidit, indidem, ubi erat, e palatio pedibus totam emensus viam, cum procerum ac praetorianorum, quos circa se habebat, ordine gradiente multitudine, ad Hodegorum monasterium pervenit; et coram sacra imagine stans solita eam primum est adoratione veneratus, mox supplice ac teneri affectus indiciis plena oratione promutiata gratias ad extremum pro recenti beneficio munificentissimae largitrici quam potuit amplissimas retulit, demississima prostratione corporis grati significationem exprimens animi; et subiungens ipsiu se potissimum, post deum, unius imperium et ecclesiam in manus deponere, ab ipsa sola sperantem dignam utriusque gubernationem proventuram. ea verbis conceptis religiosissima demissione profatus, iteratoque ad extremum devinctissimae in aevum omne tam insignis huius datrici muneris professione voluntatis, conscenso equo in palatium redlit. protovestiaritae vero diploma gratulatorium expedit, cui praecellentis cuiuspiam quo esset eam supra plerosque alios evecturus promissionem inseruit muneris, in rem haud multo post deductam: nam advenienti ei Constantinopolim magni strutopedarchae dignitatem contulit, honorariis adiectis in remunerationem praestantis exhibiti erga se studii.

C 14. Ἐντεῦθεν καὶ πόνος ἦν Πέρσαις ἢ τῶν ἰδίων παντελὴς ἐξαπώλεια· οὓς δὴ ἐκεῖνος μὲν ἐπ' ἀνατολῆς ἦγεν αὐτομολήσαντας, οἱ δ' ὕστερον ἐλθόντες συνάμ' ἐκείνοις κακῶς διετίθουν τὴν χώραν. σκοπῶ δὲ εἰ καὶ μὴ παρὰ τὴν τοιαύτην παντελῶς ἐρημωθῆναι τὰ κατ' ἀνατολὴν ξυμβέβηκεν ὕστερον, ἐκείνων τοῦτο μὲν πονούντων ἐφ' οἷς ἔπαθον, τοῦτο δὲ καὶ ἀκριβῶς τοὺς τόπους μαθόντων, προσέτι δ' ἐκλελοιπότος καὶ ὃν εἶχον D διὰ φόβου τὸ πάλαι καὶ θαύματος, ὡς καὶ ἄλλους καταφρονοῦντας ἀνέθην ἔχειν ἐκθέειν καὶ τὰ μέγιστα ζημιοῦν, καὶ σὺν αὐτοῖς ἄλλους ὥσπερ κύνας ὠστοτραγηκότας λιχνεύσασθαι, καὶ οὕτω κατ' ὀλίγον τῇ Ῥωμαίων ἐπέχοντας ἄλλην ἐρήμην δεῖξαι τὴν ἀπ' Εὐξείνου Πόντου μέχρι καὶ τῆς κατὰ Ῥόδον θαλάσσης κατά τε μῆκος καὶ πλάτος διέχουσαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

P 158 15. Τότε δὲ διαφορᾶς ἐνστάσης μεγίστης μεταξὺ Γενουϊτῶν καὶ Βενετικῶν, ὡς πᾶσι πάντας δι' ἔχθρας εἶναι καὶ κακὸν ἀλλήλοις ἀπάντημα γίνεσθαι καὶ ναυσὶ πλέοντας καὶ ὁδοιποροῦντας πεζῇ, οὐκ ἦν ὅλως καιρὸς καθ' ὃν οὐκ ἠκούοντο ἢ Γενουῖται τὰ χείριστα διατιθεικότες Βενετικοὺς ἢ Γενουΐτας Βενε-

16. ἀπάτημα P.

14. Deinceps Persae suorum irritati casu civium, qui Philanthropeni accitu intra Orientalem eo ducente deprehensi limitem internecione, ut diximus, deleti a Romanis fuerant, cum hoc ipsum e paucis eorum fuga in patriam reversis cognovissent, his sese magno reliqui numero iungentes, ira et cupiditate incensi cladis istius ulciscendae, fines Romanos infestis irruptionibus vastabant. hinc magna ex parte consecutam puto, quae paulo post miserrima contigit Orientalium desolatio tractuum, barbaris praedonibus primum stimulante memoria eorum quae passi erant dirius immaniusque saevientibus; deinde parta, dum Philanthropeno militarent, locorum notitia ad nocendum exitiosius utentibus; ad haec nullo iam metu retardatis, quod idem ille dux quem unum timuerant, cuius vim experti et mirati felicitatem prius a nostro limite tentando repressi aliquatenus fuerant, longe illinc, nec reditarus umquam, aberat; postremo plurimis, ut fit, aliis ad hos sese canibus aggregantibus spe participandae semesorum rosionis ossium, maxima, inquam, manu famelicorum omnis generis latronum unguem infigente ulceri, ac certa iam impunitate securam, genti omni praesidio nudatae avarissime crudelissimeque insultandi passim exercente licentiam. sic cunctas singillatim eius tractus regiones ista pervagata pestis denique in vastum desertum vertit, quantum terrarum a Ponto Euxino ad mare Rhodium in latum ac longum patet. verum haec postea.

15. Tunc porro flagrabat cum maxime discidium gravissimum quo erant inter se Genuenses et Veneti commissi. nullus horum non quemlibet illorum, et vicissim, acerrime oderat: saevas quoque istas et internecinas inimicitias in omni occursu mutuis quam immanissime invicem nocendi conatibus exercebant. omni paene momento audiebatur aut mari navigantes aut terra iter agentes vel Genuenses a Venetis vel a Genuensi-

ποι, ὅλας ναῦς αὐτάνδρους καταποντίζοντες, καὶ χρήματα τὰ μὲν ἁρπάζοντες τὰ δ' ἀφανίζοντες, ὡς καὶ πᾶσαν μεσι- B τείαν καὶ αὐτῆς τῆς κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίας εἰς εἰρήνην ἀγούσης ἀπράκτειν τὸ παράπαν, καὶ λόγους κενοὺς εἶναι τοὺς σφίσι τὰ τῆς εἰρήνης εἰσηγουμένους. πρώτην μὲν οὖν ἦγε Μαιμακτηριών, καὶ βασιλεὺς τρισὶν ἡμέραις πρότερον τῆς Κωνσταντίνου ἐξελήλακὼς πρὸς τὴν Χηλὴν τὸ ἀμφιθαλασσίδιον φρούριον ἤλαυνεν, ἔτι δὲ πρὸς τῷ Δαματρύϊ ἐσκήνου τὸ ὑπηρετικὸν προσμένων, καὶ ὅσοις ἦν αὐτῷ ἕπεσθαι. καὶ τῆς πρώτης τοῦ μηνὸς C ἐπείρας περί που τὸ μεσονύκτιον σεισμὸς ἐμπίπτει μέγας, κατὰ τοὺς τῶν ζώντων σωμάτων σφυγμούς· οὓς μᾶλλον καὶ δεινοὺς οἱ περὶ τούτων γράψαντες λέγουσιν ὡς κάτωθεν διέντας καὶ ὑποσπῶντας θεμέλια. τόσος γοῦν ὁ τότε ὥστε καὶ μηδένα ἔχειν μὴ παλαιὸν μὴ νέον εἰδέναι, μὴ ὅτι γε μεῖζω, ἀλλ' οὐδ' ἴσον πώ- ποτε. τινὲς δὲ τῶν ἤδη γεγηρακότων τῷ κατ' ἐξοχὴν λεγομένῳ D μεγάλῳ ἐκεῖνον παρείκαζον· οὕτω γὰρ καὶ τοῦτον ἐφ' ἡμέραις πλείσταις ἐπισυμβαίνειν, καὶ πλειστάκις τῆς ἡμέρας ἢ καὶ νυκτὸς προφαίνειν κατὰ μικρὸν τὰ τοῦ πνεύματος ἐγκαταλείμματα, ὥστε καὶ Ἀνθεστηριῶνος ἑπταικαιδεκάτῃ ἐνταῦθα μὲν πλείω τὸ τοῦ χρόνου μῆκος γενέσθαι, μαλακώτερον δὲ τῇ δυνάμει, ἐν δὲ τῇ

bus Venetos pessime multatos. naves totae incursu infesto mergebantur. res et pecuniae partim raptae auferebantur, partim corruptae peribant. multi frustra, etiam e praesulibus ac sacerdotibus ecclesiae ipsorum, reconciliare inter sic infensos gratiam tentaverant. omnis semper tractatio conventionis in irritum cesserat; ac ne mentionem quidem pacis ullam a concordiae suasoribus iam audire sustinebant. caeterum kalendis Iunii, cum triduo ante imperator Constantinopoli egressus Chelen versus iter iniisset (erat haec arx mari circumflua) et adhuc ad Damatryn tabernaculis fixis expectaret partem illam palatinae familiae quam illuc sequi sese praecedens iusserat, vespera primae diei mensis, circa noctem mediam, terrae motus coortus est ingens, quassa tellure ad formam pulsuum arteriorum in vivis corporibus, alterna contractione ac dilatatione micantium. quod genus terrae motuum, qui de illis scripserunt, maxime noxium ac formidabile esse tradiderunt, utpote quo ipsa quasi fundamenta orbis penitus evoluta convellantur. tantus autem is qui tunc extitit fuit, ut nemo invenis aut senex quamlibet vage peregrinatus, quantaevis vetustatis per aetatem multum provectam memor, parem illi se umquam aut uspiam sensisse, nedum maiorem, posset affirmare. quidam tamen qui ultra vulgarem modum senuerant, prisco illi terrae motui, qui per excellentiam magnus appellatur, hunc quadam ex parte comparabilem putabant: nam et in hoc, similiter ut in illo contingebat, plerumque per diem et noctem proferri debiliori succussu quasi sensim elanguescentis reliquias spiritus. adeo ut septima decima mensis Iulii concussiones hic quidem essent productiores tempore, remissiores vero impetu, in Oriente vero maiores et

E ἀνατολῆ καὶ μεῖζω τοῦ φθάσαντος καὶ δεινότερον. ἐνέσκηψε δὲ τὸ δεινὸν τότε ἀπὸ τῶν περὶ Πέργαμον διὰ Χλιαρῶν μέσων καὶ ἐς αὐτῆς Περσίδος μέρη, ὡς διαστῆναι μὲν πολλαχοῦ τὴν γῆν, ἐκβλύσαι δ' ἐνιαχοῦ καὶ ὕδατα, ἀνατραπῆναι δὲ καὶ τοῦ κατὰ τὰ Χλιαρὰ φρουρίου θεμέλια, καὶ ναοὺς καὶ οἴκους τῶν περικύστων καταπεσεῖν. τοῦ γοῦν πρώτου σεισμοῦ καὶ καθ' ἡμᾶς μεγάλου ἐνσκήψαντος πολλὰ μὲν ἀναστήματα τῶν κατὰ τὴν πόλιν κατέ-

P 159 πιπτον, ἐκ παλαιοῦ τὸν ἑδρασμὸν ἔχοντα πολλαὶ δὲ καὶ τῶν νέων οἰκιῶν καχηρείποντο. τοὺς δέ γε τῶν αὐλαιῶν θριγκούς, οὓς καὶ ἐκ ξηρῶν συνίσταντο λίθων, κατὰ σωρείαν ἕκαστον εἶδέ τις πεί-

μενον, ὅμοιον ὡς ἂν ἐπισωρευθέντων ἄλλοθεν ὁ τεχνίτης τοὺς τοίχους ἔμελλε συνιστᾶν. δύο δ' ἔργα τῶν μεγάλων πεσόντα τὴν βίαν ἐσήμηνε τοῦ κινήματος. ὁ γὰρ τῶν ἁγίων ἁπάντων ναὸς ἐς τότε συνεστηκώς, καὶ μηδενὸς τῶν ἀναγκαίων λειπόμενος,

B ἐλεεινὴν θραῦσιν πάσχει καὶ πτῶσιν τῆς ὀροφῆς, ὅση τε περὶ τὸ βῆμα καὶ ὅση περὶ μέσον ἀνῳκοδόμητο. καὶ ὃ ἐκεῖσε χαλκοῦς ἀνδριὰς τοῦ ἀρχιστρατήγου, ὁ ἐπὶ κιονώδους μὲν ἐρηρεισμένος τοῦ ἀναστήματος, ἐς πόδας δ' ἔχων τὸν ἄνακτα Μιχαὴλ τὴν πόλιν φέροντα κἀκείνῳ προσανατιθέντα καὶ τὴν ταύτης φυλακὴν ἐπιτρέποντα, ὁ τοιοῦτος οὖν ἀνδριὰς καὶ ἡ ἀνὰ χεῖρας τῷ βασι-

C λεῖ πόλις, ὁ μὲν τὴν κεφαλὴν ἀφαιρεῖται, ἡ δὲ τῶν χειρῶν τοῦ κρατοῦντος ἐξολισθαίνει, καὶ πρὸς γῆν ἄμφω πίπτουσι. τούτων

20. ἡ deest.

vehementiores praecedentibus. grassari autem id malum coepit a Pergamo per media Chliara procedens usque ad ipsius Persidis partes, hiante multis locis sole, alicubi etiam aquas ex intimo foras propellente, arcis ad Chliara sitae fundamentis ipsis eversis, templis quoque ac aliis aedificiis specie ac soliditate celebribus prostratis. primo porro huius terrae motus in haec loca impulsu multae moles excelsae, quae suam firmitatem longo statu probaverant, concidérunt, multae novae structurae deiectae sunt. septa vero late patentium arearum et siccorum sine caemento dispositu saxorum sublatae circum maceriae cumulatim unaquaeque in latus procumbebant, ut eas qui strues cernerent, de industria comportatos aptequé digestos lapides in usum artificis muros illic moliturí opinari iure possent. duo tamen aedificia ingentia suis ruinis vehementiam motus ostenderunt. sanctorum etenim omnium templum, quod eatenus inconcussum steterat, licet in eo nihil omissum ad tuenda sartatecta necessarium diceretur, miserabilem passum labem est, eminentibus fastigiis duobus, quorum unum aras maximas superstructum fuerat, alterum umbilico incumbebat, tristi casu deturbatis. quae autem illic visebatur aenea statua sancti militiae coelestis imperatoris, insistens basi rotundae, ad pedes habens Michaëlem Augustum urbis simulacrum sustinentem manibus, habita offerentis sancto sibi cognomini archangelo eiusque custodiae commendantis civitatem, talis, inquam, statua capite deiecto minuta est, et in ipsi subiecta species civitatis e manibus Augusti concidit, utroque in terram

οὖν συμβάντων ἡ μὲν πόλις πᾶσα ὑπ' αὐγὰς ἡμέρας, τῷ μεγάλῳ νεῷ προσδραμόντες, ἱκεσίαις ἐσχόλαζον καὶ λιταῖς· ὁ δέ γε βασιλεὺς εὑρεθεὶς ἔξω τῆς πόλεως, ὡς εἰρήκαμεν, καὶ τὸ δεινὸν ἐννοήσας ὁποῖον, ἐδεδίει μὲν καὶ περὶ τῇ πόλει πάσῃ μή πως κατεπόθη, ἐδεδίει δὲ μᾶλλον καὶ περὶ τῷ μεγάλῳ ναῷ, ὥστε καὶ συχνοὺς τῆς αὐτῆς ὥρας πέμπειν ὡς γνῶσιν μακρόθεν ἰδόν- D τες εἰ ἵσταται. τέως δὲ καὶ τὴν ἔξοδον οὐκ ἀγαθὴν ἐντεῦθεν οἰωνισάμενος ὑποστρέφειν ἔγνω, καὶ ἀντιπεραιοῦται πρωΐας ἐκθαμβούμενος οἷον, καὶ μήνιμα θεῖον, ὅπερ καὶ ἦν, τὸ δεινὸν ἐκεῖνο ποιούμενος.

16. Ταῦτ' ἄρα καὶ ἔσπευδε θεραπεύειν ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ E θεῖον, ἐφ' οἷς καὶ δίκαιον ἔχειν ἥγητο. δίκαιον δὲ βασιλείας τὸ περὶ ταῖς κρίσεσι δίκαιον καὶ ἀδέκαστον, μηδὲν παρατεθραυσμένον ἢ δώροις ἢ χάρισιν, εἴπερ καὶ τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ. ἐδόκει δὲ τοῦτο καὶ παρορᾶσθαι τῷ τέως ἔκ τινος ἀμελείας ἢ καὶ δωροδοκίας τῶν κρινόντων, ὡς αὐτὸς ᾤετο. καὶ δὴ P 160 λιτανείαν παραγγείλας παντὶ τῷ λαῷ, συνέρχεται καὶ αὐτὸς ἅμ' ἄρχουσι πολλοῖς ἄλλοις, ὡς πολλάκις εἴθιστο, καὶ πατριάρχῃ μὲν καὶ ἀρχιερεῦσι τὰ ἑαυτῶν ἐφῆκε ποιεῖν, εὐχὰς ἐκτενεῖς δηλονότι καὶ ψαλμῳδίας καὶ ἄλλ' ἄττα, οἷς τὸ θεῖον ἐξευμενίζε-

11. τὸ deerat.

devoluto. consternata sensu primo tam dirae calamitatis universa urbs diluculo concurrit ad templum maximum, ubi vacabat propitiando precibus deo. at imperator extra urbem tunc repertus, ut diximus, et quantum id mali esset intelligens, timuit ille quidem civitati universae ne absorberetur, plus tamen de templo maxime solicitudinis ostendit submittens pluries hora qualibet alios super alios in loca unde longe conspicua magni templi moles esset, qui subinde referrent ecquid adhuc staret. tandem egressum ex urbe suum infaustum e tam funesto augurio reputans reverti eo decrevit, et postridie mane freto traiecto regressus est, perculsus vehementer ac quasi attonitus, ultionemque, ut erat, divinam agnoscere se id flagellum profitens.

16. Haec illi cura studium iniecit acre numinis, quantum ex se posset, propitiandi, iis nimirum emendandis quae ad suum ipsius proprie officium spectarent. officium autem imperantis vel primarium ducebat providere ut ius diceretur sine iniquitate, citra personarum acceptionem, nusquam infractum donis aut gratia, siquidem honor regis iudicium diligit. verebatur porro ne paulum dormitasset in hoc hactenus, et quadam indulgenti conniventia corruptelas iudicantium, haud puras a muneribus manus ad tribunal afferentium, transmisisset. supplicatione igitur cuncto populo indicta convenit et ipse cum principibus et multis aliis, ut erat plerumque consuetum. ac patriarchae quidem et praesulibus quae ipsorum erant muneris reliquit, preces videlicet continuas, psalmodias et id genus caetera, quibus placari deus solet. ipse autem post ceremoniam praesto sibi

σθαι πέφυκεν· αὐτὸς δὲ σχεδιάσας δημηγορίαν πρέπουσαν τῷ
B καιρῷ, παρακατέχειν βουλόμενος ἐκ τοῦ σύνεγγυς τοὺς συνει-
λεγμένους, μέχρι καὶ τοῦ Ἱπποδρομίου τὴν λιτανείαν περιορίσας
ὡς χωρήσοντος ἅπαντας, κατεναντίον ἱσταμένης τῆς εἰκόνος τῆς
θεομήτορος, μακρὰν καὶ διωλύγιον τῷ λαῷ κατετείνετο τὴν δη-
μηγορίαν, ὑποθηλῶν μὲν καὶ μήνιμα θεῖον τὸ γεγονός, παραπτό-
μενος δὲ καὶ αὐτῶν ὡς ἀμελῶς διαγόντων καὶ ἀνεπιστρόφως ἐχόν-
των πρὸς νόμους θείους καὶ δικαιώματα, τὸ πᾶν μέντοι γε εἰς
C ἀδικίαν συγκλείων ὡς μὴ οὔσης κατὰ τὸ προσῆκον τῆς ἐφ' ἑκά-
στῳ κρίσεως, ἧς δὴ καὶ αὐτῷ μέλειν βασιλεῖ γε ὄντι ὡς εἰκὸς
ἔκρινεν. ἔνθεν τοι καὶ τοὐντεῦθεν καθυπισχνεῖτο συντάττειν
λόγον χρυσοβούλλειον περὶ κρίσεως, καὶ δικαστὰς ἐκλέξασθαι ἔκ
τ' ἀρχιερέων ἔκ τ' ἄλλως ἱερωμένων καὶ ἐκ τῶν συγκλητικῶν, ὡς
συμποσοῦσθαι τοὺς πάντας εἰς δώδεκα, οἷς δὴ καὶ ὁρκωμοτήσα-
D σιν ἢ μὴν ἀδωροδοκήτως καὶ ἀπροσωπολήπτως τὰς κρίσεις ἐκφέ-
ρειν ἀπ' αὐτῆς τῆς αὐτοῦ μητρὸς καὶ δεσποίνης ἄχρι καὶ εἰς αὐ-
τὸν τὸν τυχόντα, πιστοῖς χρήσαιτ' ἂν κριταῖς κατὰ τὰ ἀνάκτορα.
E καὶ πλεῖστ' ἄλλα παραινέσας ἀπέλυε τὸν λαόν. (17) ὀλίγαις
δ' ὕστερον ἡμέραις καὶ ὁ χρυσοβούλλειος μὲν συντάττεται λόγος,
οἱ δ' ἐκλέγονται πρόσφοροι, καὶ σύναξις πάλιν αὖθις κατὰ τὰ

adesse peroraturo concionem volens, de industria praescripsit processuro supplicandi causa clero et populo terminum Hippodromium, locum et satis patentem capiendae multitudini, et quod esset ex adverso alte conspicuae imaginis deiparae, ad periculum temporis et pompae talis religionem accommodatum. ibi longam et verbosam ad populum explicuit orationem, demonstrans iram dei sese minis plagisque declarantem, reprehendens autem ipsos ut negligenter viventes et nullo respectu legum sanctionumque divinarum administrare pro libitu quidlibet solitos. ultimam concionis partem ad conquestionem de non exacta usquequaque ad normam legum iuris dicundi ratione contulit, causans haud constare iudiciis, quo passim modo exercerentur, omnes numeros convenientis unicuique rectitudinis ac severae gravitatis, quae nihil desiderandum nihil notandum animadversionibus aequae censurae relinqueret. istiusmodi abusuum aut reprehensibilium omissionum emendationem ad suam proprie, quippe imperatoris, curam pertinere merito iudicabat. quare iam inde se sancte polliceri dixit formaturum riteque promulgaturum constitutionem imperialem aurea Bulla munitam, qua formam iudiciorum ordinaret. electurum se iudices ex episcopis et aliis sacerdotibus, praetereaque ex senatoribus, quorum numerus omnium ad duodecim redigeretur. his iureiurando interposito pollicitis se sine munerum admissione, sine personarum acceptione, aeque de summis et infimis iudicia laturos, a domina sua matre usque ad quemlibet de vulgo vilissimum, fidis integrisque in palatio iudicibus usurum. haec cum disseruisset, admonuissetque insuper de aliis plurimis, populum dimisit. (17) paucis post diebus promissa superius constitutio conscripta et aurea bulla munita est. idonei quoque delecti sunt iudices. tum novus rursus

τῆς δεσποίνης ἀνάκτορα γίνεται, τῆδε τότε τοῦ κρατοῦντος σκη-
νοῦντος. καὶ δημηγορεῖ βασιλεὺς τὰ εἰκότα, καὶ ὁ χρυσοβούλ- P 161
λειος λόγος ἀναγινώσκεται. προέβη δὲ καί τισιν ὅρκος τῶν δικα-
στῶν, ὅσοι δὲ καὶ ἐκ τῆς συγκλήτου πείρᾳ νομικῇ καὶ συνέσει
προφέροντες ἐκλελέχατο. καὶ φοβερὸν καθίστατο δικαστήριον
μεγάλῳ τε καὶ μικρῷ ἐπ' ἴσης τὰς κρίσεις ἐκφέρον, εἰ καὶ μὴ ἐς
μακρὰν διετέλεσεν, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον, κατὰ τὰς τῶν μουσικῶν
χορδῶν κρούσεις, ἐξησθενηκὸς διαπεφωνήκει.

18. Τότε δὲ μετ' ὀλίγον, εἰκοστῇ δευτέρᾳ τοῦ Ἀνθεστη- B
ριῶνος μηνός, Βενετικοὶ μακραῖς ναυσὶ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα
τὸν Ἑλλήσποντον διελθόντες ἐξαπιναίως τῇ Κωνσταντίνου προσ-
βάλλουσι. καὶ ἡμέρα κυριώνυμος ἦν, ὅτ' ἐκεῖνοι μὲν προσελῶν-
τις ἐν χρῷ τῶν τῆς πόλεως τειχῶν, μεθ' ὅτι πλείστης κορύζης
Ἰταλικῆς καὶ φρυάγματος, πρὸς τὸ τοπικὸν ῥεῦμα ἀντωθοῦντες C
ταῖς κώπαις ἀνήγοντο, βασιλεὺς δὲ πρωϊαίτερον ἐπιβὰς ἵππου
σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν, ἐν τῇ τοῦ Ἱπποδρόμου σφενδόνῃ ἱστάμε-
νος, τὴν τῶν νεῶν ἀναγωγὴν κατεπώπτευε. κάτωθεν δὲ οἱ περὶ
τὸν μέγαν δομέστικον Ἰωάννην τὸν Σεναχηρεὶμ καὶ Ἄγγελον τῆς
στρατιώτιδος τάξεως ὡπλισμένοι διέθεον ἔνδον καὶ αὐτοὶ τοῦ
τείχους, ὅπου ἂν αἱ νῆες προσβάλλοιεν, ἐννοίας οὔσης (οὐ γὰρ D
εἶχον ἀκριβῶς εἰδέναι τὴν ἄφιξιν), μή τί που καὶ τῶν δεινῶν ἐπὶ

indicitur conventus ad dominae regiam. nam forte tunc ibi degebat imperator; qui orationem ad congregatos rei quae agebatur accommodatam habuit. post eam legitur constitutio auro bullata. datum etiam a quibusdam iudicum verbis conceptis iusiurandum est. in id sane collegium quicunque e senatu peritia usuque legum ac prudentia eminebant, sunt electi. constitit inde inclytum et peccantibus terribile tribunal, sine ullo respectu pro solo rerum merito de cunctis statuens et iudicia ferens aequissima. sed non diu duravit: nam velut chordis evenit citharae, plectri aut digitorum attritu sensim extenuatis aut relaxatis, tandem exurdescentibus, ita istius novi Areopagi quasi chori musici suavissimus concentus remisso sensim tenore primum elanguescens, haud longo inde processu plane dissolutus obmutuit.

18. Exiguo post ista tempore, die vicesima secunda mensis Iulii, Veneti longis navibus quinque ac septuaginta Hellesponto traiecto improviso Constantinopolim appulerunt. dies erat dominica, cum illi summa confidentia et quam minacissimo tumore fastus Italici ad oram ipsam murorum urbis invecti, adversum eo loci maris fluxum remis eluctantes, promovebant. imperator primo mane cum suis equo conscenso exstans in funda Hippodromi navium appulsum speculabatur. inferius ductores militarium ordinum, magnus domesticus Ioannes, Sennacherimus et Angelus, armati cum suis quisque manipulis et cohortibus ultro citroque intra muros et ipsi discurrebant, intenti ad occurrendum quacumque naves molirentur excensum: nam quo consilio illae ingruerent, haud dum perspe-

τῇ πόλει καταπανουργεύσαιντὸ, ὥστε καὶ τὰς πύλας ἐγκαλεισμένας πολλοῖς ἔνδοθεν τοῖς ὁπλίταις διατηρεῖσθαι, μιᾶς δὲ κατὰ τὴν μονὴν τοῦ ἁγίου Λαζάρου πυλίδος ἀνοιχθείσης κατ' αὐτὴν ἐξελθεῖν τὸν ἀπὸ βασιλέως πρὸς ἐκείνους σταλέντα περιφανῆ τινὰ
E ἄνδρα Βενετικὸν κατὰ χρείαν πρεσβείας ἐνταῦθ' εὑρισκόμενος, 5 ὥστ' ἐρωτῆσαι καὶ μαθεῖν ἐφ' ᾧ παραγένοιντο ἐκείνους, καὶ τὸν ἀπόστολον παρακατασχεῖν, καὶ μηδὲν ἀξιῶσαι τῶν εἰς ἀπόκρισιν. παρ' ἣν αἰτίαν καὶ μᾶλλον τοὺς κατὰ τὴν πόλιν Βενετικοὺς ἐν δειναῖς ὑποψίαις ἄγοντες φυλακαῖς διετήρουν. ἐκεῖνοι δὲ τότε,
P 162 ὡς προσελῶντες ἀνήγοντο, νῆας μακρὰς φανείσας Γεννουϊτῶν 10 ἐγγύθεν πλεούσας ἐπέσπευδον τὴν πρὸς ἐκείνας. ἀλλ' αἱ μὲν ἔλαφραὶ οὖσαι, θαρροῦσαι τῇ ταχύτητι, ἐπ' ὀλίγον προσέμενον, καὶ πλησιαζόντων ἐκείνων αὐτοὶ ταχυναυτοῦντες πολλῷ πλέον ἢ πρότερον ἀπεῖχον διάστημα. τοῦτο δὴ καὶ τρὶς γεγονός, ἐπεὶ ἑώρων πονοῦντες ἀνήνυτα, ἀφέντες ἐκείνους πληροῦσι 15 νεῶν τὸν λιμένα τὸ Κέρας. καὶ Γεννουῖται μὲν οὐ κατὰ τὴν περαίαν καταλαμβάνουσι. τὴν γὰρ τῶν νηῶν ἐκεῖσε προεγνω-
B κότες ἔφοδον, προσλιπαροῦσι βασιλέα αὐτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ πράγματα ἐντὸς πόλεως δέξασθαι· φανερὰν γὰρ ἐπὶ σφᾶς εἶναι τὴν ἔφοδον. οἷς δι' ἀνάγκην βασιλεὺς γίνεται κά- 20

ctum erat satis; et periculum erat ne infestae venirent, calamitatem urbi aliquam dolo malo machinantes. itaque portae clausae civitatis validis ante quamque dispositis praesidiis armatorum custodiebantur, uno iuxta monasterium Sancti Lazari ostiolo patente. per id posticum emissus ab imperatore quidam est ex illustribus Venetis, qui tunc forte legationis causa in comitatu reperiebatur, iussus occurrere suis illis classis advenantis ducibus et ex ipsis resciscere quorsum venirent. sed ii nihil responsi dignati sunt reddere; quin ille ipse missus apud eos mansit, detentusne vi an ultro sic volens, incertum. caeterum in hanc partem prenior suspicio suspectos vehementer reddebat alios quoque, qui tunc per urbem varie sparsi degebant, Venetos, ne pariter cuncti conspirassent et ex compacto rem gererent; quos ideo comprehendi custodiisque teneri necessarium est visum. classis porro Veneta dum remigio provehebatur, conspicata in tantum non contigua vicinia naves quasdam longas Genuensium, in eas infesta se convertit, assequi affectans. at illae habiliores motu onereque leviores, velocitatis fiducia maioris remis aliquantum inhibitis, velut expectantes constitere: tum, ut Venetae iam prope accesserant, incitantes cursum, latiori se quam quo prius abstiterant intervallo disiungebant; ibique rursus consistentes iterum ad sequendum invitabant similiter eludendas, ubi accedere tentassent, Venetas triremes. quod cum iterum ac tertio esset factum, Veneti se frustra in eo contendere cernentes iis emissis portum Ceras dictum navibus complerunt. ac non repertis apud Peraeam Genuensibus (hi enim praeviso Veneterum in se incursu, enixe imperatorem oraverant ut se cum mulieribus ac liberis rebusque caeteris ipsorum intra urbem admitteret; idque imperator, quod iam esset

τανος, καὶ τὸ κατὰ Βλαχέρνας μέρος σφίσι δίδωσιν, ὅπου νῆας ἰδίας βυθίζουσιν ὡς φυλάξοντες, αὐτοὶ δὲ τὴν ἐκ τῆς ἰδίας χειρὸς ἕκαστος πρὸς τὸ συμβὰν παραμυθίαν ζητῶν τῆς εἰς τὸ δυνατὸν οὐκ ἠμέλουν σωτηρίας. διὰ ταῦτα κἀκείνους κακοῦν οἱ ἐπιόντες οὐκ ἔχοντες, σκευαγωγησάντων καὶ τῶν Ῥωμαίων ἐκ τῆς πειρατικῆς, πῦρ ταῖς τῶν Ἰταλῶν οἰκίαις ἐνίεσαν καὶ κατεπίμπρων C τέλεον. κἀκεῖνοι μὲν τῷ κατεπαίρεσθαι τῶν ἐντὸς ἀπειροκαλίας αἰτίαν εἶχον, ἐπιμαινόμενοι τοῖς ἀψύχοις, οἱ δ' ἐντὸς τέως ἀνάνδρων ἔφερον σχῆμα κατεπτηχότες ὑπὸ τοῖς τείχεσιν. οἱ δ' ἐς τοσοῦτον αὐθαδείας ἐξώκειλαν, ὥστε καὶ συγκείμενον παρὰ βασιλέως ἀρχῆθεν τοῦ δεξαμένου τὰ γένη ὥστε διαφορᾶς ξυμβάσης αὐτοῖς ἐκτός, ἔνθοθεν μὲν τῶν τῆς Ἀβύδου στενῶν ἔνδοθεν δὲ τοῦ Φάρου, οὕτω κατὰ θάλατταν μάχεσθαι, τὸ μέσον δὲ τούD των πᾶσιν ἄβατον μάχαις ὡς τι τῶν ἀφωσιωμένων καὶ ἱερῶν καὶ ἀμφοτέρους διατηρεῖν, αὐτοὶ ἐκ φρονήματος κατεπαρθέντες μείζονος, παριδόντες καὶ τὰ συγκείμενα, ἐντὸς αὐτῆς τῆς βασιλέως οἰκίας κατὰ τῶν ἱκετῶν τῇ βασιλείᾳ πολέμους ἐξέφερον. καὶ διὰ ταῦτα βασιλεὺς μισήσας τὴν σφῶν ἔπαρσιν, ἐφίησι καὶ Ῥωμαίοις

9. οἱ] οὐ P.

manifestum eos a Venetis infestis peti, coactus fuerat permittere, regionemque circa Blachernas illis ad effugium concesserat; ibique iam Genuenses iidem, munito, ut potuerant, littore navibus quibusdam suis demergendis, quarum obiectu prohiberent hostium exscensum, se suaque pro viribus parati stabant propugnare) non repertis, inquam, domi, quos quaerebant, inimicis Veneti, ac ne aliis quidem apud Peraeam ullis (nam et Romani qui domos Galatae habebant, convasata ipsi quoque supellectili se intra urbem receperant) igne iniecto in aedes Italorum eas flamma consumpserunt. in quo stultae impotentiae vituperationem in se traxerunt, frustra intumescentes quod locum cepissent a nemine defensum, et ignavo furore saevientes in res inanimas. uti et vicissim Genuenses inertis indignique viris fortibus timoris dedecus tulerunt, non ausi stare in vestigio tuerique focos ac lares, sed relictis inglorie familiaribus tectis sub umbram tutelamque murorum, ut metu attoniti, convolantes. maius porro crimen erat Venetorum attentata contra fidem dudum imperatori datam intra fines vetitos incursio, siquidem ab initio convenerat, quando est utrique isti Italorum generi permissum libera in urbe ac per hos tractus exercere commercia, ut si quid inter eos contraheretur rixae, committere pugnam invicem non possent toto maris spatio quod patet inter Abydi fauces et Pharum, sed extra hunc locum utram vellent in partem navalibus aut praeliis aequor quererent, medium illud intervallum immune belli certisque quietum indutiis haberent. cuius religionem conventionis cum hodie palam insolenti elati confidentia violare Veneti non verebantur, intra ipsam paene imperialem domum Augusti supplices quaerere ad potiam ac caedem ausi, merito ils propterea iratus imperator Roma-

Γεννουΐτας προσαμύνειν καταστᾶσιν εἰς πόλεμον. ὅθεν κἀκεῖνοι μὲν ἐξερχόμενοι καὶ ἴλαδὸν συνταττόμενοι διεμάχοντο γαληθεν
E τοῖς ἐκ τῶν νηῶν. τὸ δὲ τοῦ βασιλέως στρατιωτικόν, ὅσον ἦν ἐν πεζοῖς τε καὶ ἐλαφρόν, ἐκ τειχῶν προκύπτον, τόξοις βάλλοντες καὶ σφενδόναις τοὺς ἐν ταῖς ναυσὶν ἐκάκουν καὶ τὰς ἐμβολὰς σφῶν ἐποίουν ἀσθενεστέρας. ἤδη δὲ καὶ πετροβόλον μηχάνημα διεκίνουν, ἐκεῖσε τοῦ βασιλέως ἔξω βελῶν ἱσταμένου καὶ βλέπον-
P 163 τος, καὶ μεγίστοις τοῖς ἀπ' ἐκείνου λίθοις τὰ τῆς ἡμετέρας νεὼς κόρυμβα, ἣν ἐκεῖνοι κατεῖχον πολεμοῦντες ἐκεῖθεν κατὰ τοῦ τείχους, κατέφλων πέμποντες, καὶ τῆς ὁρμῆς τοὺς ἄνδρας ἀνέστελλον. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐσοψὲ ὁ πόλεμος διετείνετο καὶ ἅπαν τὸ παρ' ἐκείνων μηχάνημα ἔργων ὑστέρει καὶ οὐδὲν ἠνύοντο, ἐκ μανίας ἀπαλλάξαντες πλείστης ὅτι καὶ αὐτοὶ Ῥωμαῖοι τούτοις ἐπήε-
B σαν, στραφέντες αὐθημερὸν πῦρ ἐμβάλλουσι καὶ ταῖς τῶν Ῥωμαίων οἰκίαις, καὶ καταφθείρουσι τέλεον. δι' ὅλης μὲν οὖν νυκτὸς τὸ πῦρ ἐνέμετο τὰς οἰκίας, φλεγομέναις δ' ἐπανέτειλεν ἡ ἡμέρα. αὐτοὶ δὲ τάς τε ναῦς προσελάσαντες καὶ τοῖς θυρεοῖς φραξάμενοι μάχην στερρὰν ἐγείρουσι Γεννουΐτας. οἱ δὲ τὰς
C ἐμβολὰς καὶ πάλιν δεχόμενοι ἀπημύνοντο, ἕως καί τινα τῶν ἐν μεγιστᾶσιν ἐκείνων βαλόντες φονεύουσιν. καὶ διὰ ταῦτα ψυ-

16. φλεγομένοις P.

nis permisit ut Genuenses defenderent, cumque iis contra foedifragos assultores in armis starent. itaque uti Genuenses armati ac longa serie ordinati per littora in naves Venetas iaculabantur, ita quantum in urbe tum fuit imperialium copiarum, peditatus praesertim ac levis armaturae, prominentes e moenibus arcubus ac fundis Venetos per foros suarum navium extantes eminus petebant, non levi eorum damno, debilitabantque haud dubie impetus accedere ac terra potiri conantium. iamque et machinam movebant iaculatricem petrarum, et despectante imperatore, qui alte quodam in fastigio extra iactum tuto stabat, aplustria navis nostrae, qua Veneti occupata contra nos pugnando utebantur, vastis ictibus saxorum per ballistam e muro emissorum contundebant; sicque vim reprimebant irruentium. quoniam vero producto inde ad vesperam certamine omnis eorum machinatio irrita cedebat, nec proficiebant quidquam necessario recedentes fera in Romanos instincti rabie, quod ab iis se repulsos videbant, eadem die repetentes, qua vacua potitos diximus, Galatam, ut illic prius domos Genuensium incenderant, ita nunc pariter et Romanorum aedes inflammarunt, durante per noctem totam, et necdum extincto quando sequens dies illuxit, incendio. ipsi vero remigio promotis ad partes Blachernarum, ubi stare Genuenses norant, navibus, protecti corpora scutis oblongis, vi summa nituntur irrumpere. sed Genuensibus strenue resistentibus, et e munitionibus quas ad aditus paraverant fortissime prohibentibus exscensum, acre praelium exarsit in longum durans, donec unus quispiam e primoribus Venetorum, telo ictus a Genuensibus misso, moriens concidit. eo casu ablata successus spe et refrigerato pugnandi ar-

χρότεροι τῆς ἐλπίδος ἀποχωρήσαντες ἀναχωχήν τε τῷ πολέμῳ ἐδίδουν καὶ κατ' αὐτοὺς ἦσαν.

19. Τότε καὶ βασιλεὺς πέμψας τὸν εἰς κεφαλὴν τεταγμέ- D
νον ἐκείνων μεταπαλεῖται μεθ' ὅτι πλείστης τῆς ἱλαρότητος, καὶ
ὑπὸ τῇ προσηκούσῃ ἀσφαλείᾳ σὺν ἑτέροις καταλαβόντι ὠνείδιζέ τε
τὰς παραλόγους ὁρμάς, καὶ τὴν τῶν συγκειμένων τῇ βασιλείᾳ
μετὰ τούτων παραβασίαν εἰς φανερὰν ἐτίθει αἰτίαν, τὸ δὲ καὶ
νῦν ἐνιέναι Ῥωμαίων οἰκίαις ταττομένοις ἐν φίλοις ὑπερβολὴν E
μανίας ἔκρινεν. ὁ δὲ πόλλ' ἄττα πρὸς βασιλέα λέγων τε καὶ
ἀπολογούμενος οὐδὲν πλέον τοῦ κακῶς δόξαι πράττειν καὶ παρὰ
τὸ εἰκὸς ἀπηνέγκατο. ὅμως δ' ἐξ αὐτῆς πρεσβείαν μὲν στέλλει
πρὸς τὴν ἐκείνων συναγωγήν, αὐτῶν γε λαβόντων ἐπὶ τῶν ἰδίων P 164
νεῶν τὸν εἰς πρεσβευτὴν ταχθέντα. ὃ δ' ἦν ὁ Κρήτης Νικηφό-
ρος, ἀνὴρ γεραρὸς καὶ τίμιος καὶ διὰ πολλὰ μὲν προκριθεὶς εἰς
τοῦτο, πλέον δὲ καὶ ὅτι ὡς οἰκεῖον δῆθεν ἀρχιερέα ἔμελλον βλέ-
πειν Βενετικοί· Κρήτη γὰρ ὑπὸ τούτους ἦν, ἧς ἐκεῖνος ἀρχιερεὺς
ἐπεκήρυκτο, εἰ καὶ πόρρω διῆγε ταύτης διὰ τὴν τῶν Ἰταλῶν
ἐπικράτειαν. αὐτὸς δὲ βασιλεὺς εἰς ἀγανάκτησιν τὴν πρέπουσαν B

10. δόξας P.

dore, cedentes retro Veneti belli quasdam indutias fecerunt, subductis extra iactum quiescentes navibus.

19. Tunc imperator invitatum ad colloquium, fide securitatis abunde facta, ducem supremum classis Venetae vultu maxime hilari ac summam praeferente fiduciam excepit cum magno aliorum comitatu venientem. his Augustus haud parce exprobravit inconsultos ausus; et cuius manifesti tenerentur foedifragae in suam maiestatem temeritatis, contra dudum stabilita invicem pacta perfidiose grassatae, increpavit crimen, huius etiam distinguens gradus. nam et nefarium fuisse incurrere infestos ipsos in loca imperatoriae ditionis, adeoque in partes urbis regiae ubi suo permissu ac sub protectione imperii Genuenses habitarent. caeterum super illud per se immane facinus, non dubitasse ipsos Romanorum quoque ipsarum, cum quibus pacem haberent, sitas apud Galatam domos incendere, furoris profecto cumulum et omnem iam excedens modum protervae perfidiae piaculum fuisse. ad ea praefectus classis Venetae cum multa excusare dicendo conatus esset, nihil memorare valuit quo satis purgaret insolens factum, efficeretque ut aliud audientes iudicarent quam se ac suos egisse in eo perperam et contra omne fas grassatos. tamen imperator ex tunc putavit legationem ad eorum senatum destinandam, ipsis libenter admittentibus et delectum ad id legatum in suas eo deferendum accipientibus naves. fuit ille antistes Cretensium Nicephorus, quem fore Venetis gratum eo nomine putavit imperator, quod cum iam ipsis subesset Creta insula, episcopum loci suae ditioni subditi libenter illi apud se visuri merito sperarentur. hic porro Nicephorus electus quidem et rite ordinatus episcopus Cretae fuerat, sed a sua ecclesia procul degebat propter dominantes in ea Italos. his profectis imperator, prout par erat, indignatus ob ho-

προηγμένος, καὶ μάλιστα διὰ τὴν τοῦ καταφρονηθῆναι δόξαν, ἐπισχὼν τοὺς ἐν τῇ πόλει Βενετικοὺς ἱκανοῖς χρήμασι μέχρι δὴ καὶ εἰς χιλιάδας ὀγδοήκοντα ἐνεχύραζε τῶν πυρποληθεισῶν οἰκιῶν χάριν, ὅσαι τε Ἰταλῶν κατὰ τὴν περαίαν ἦσαν καὶ ὅσαι
C Ῥωμαίων· καὶ γὰρ καὶ τὰς τῶν Ἰταλῶν χρεὼν ἦν δεφενδεύειν διὰ τὰ συγκείμενα βασιλεῖ τε καὶ σφίσι. δοκοῦσι δέ μοι καὶ Γενουῖται τῆς αὐτῆς χάριν αἰτίας ἐς ὕστερον τῶν ἐν τῇ πόλει κατε-
D παρθῆναι Βενετικῶν. (20) τοῦ γὰρ αὐτοῦ ἔτους, μηνὸς Σκιροφοριῶνος λήγοντος, ἔκ τινος εἰκαίας αἰτίας παραχροτήσαντες ἑαυτούς, καὶ αὐτοῦ τοῦ ῥηγὸς Ἀρμενίας τυχόντος ἐν πόλει, ὃς δὴ καὶ κατὰ φρερίους Ἰταλοὺς διῆγε, τὰ πλεῖστα γοῦν καὶ αὐτοῦ δυσωποῦντος καὶ μεσιτεύοντος, πλεῖστοι ὀλίγοις καὶ ἥμεροις ἄγριοι ἐπιθέμενοι, δυναστεύσαντες καὶ αὐτὴν τὴν βασιλικὴν
E ἐξουσίαν, τολμῶσι τὰ ἀνοσιώτατα πράττειν, θυμῷ τε συστρατιώτῃ χρησάμενοι καὶ ὀργῇ ἐκ μνήμης τῶν χθὲς συμπεσόντων σπάθας τε γυμνοῦσι, καὶ συῶν τρόπῳ ὀδόντας θήξαντες ἄνδρας ὑποκλινομένους σφίσι καὶ λιπαρῶς ἐξ ἀνάγκης δεομένους μεγίστης ἀνηλεῶς αὐθημερὸν κτείνουσιν, ἐντὸς οἰκιῶν κατασφάττοντες
P 165 ἱερείων νόμῳ. ἀπὸ γὰρ τοῦ σφῶν μπαϊούλου ἀρξάμενοι, ὃν ἐγκεκλεισμένον ἀπὸ τέγους χαλασθέντες κρεανομοῦσι, τοῖς λοιποῖς

stiliter invasam tanto sui contemptu et deletam incendio Galatam, Venetis inquilinis urbis, quos, ut est ante dictum, comprehendi iam iusserat, multam indixit pecuniariam summae octoginta millium nummorum conficiendam ex oppignerari statim iussis omnium ipsorum bonis, qua resarciretur damnum combustarum illic domuum, vel ad Italos vel ad Romanos pertinentium: nam et Italorum domos iuxta pacta cum iis a se inita defendere se debere iudicavit. videtur quoque mihi causa eadem, dolor, inquam, et indignatio animos pungens recordatione inflammatarum a Venetis aedium, concitasse postmodum Genuenses ad insurgendum in eos ipsorum qui tunc erant in urbe, et eosdem saeva incursione opprimendos. (20) eodem quippe anno, mense Decembri desinente, rixa ex vulgari et nihili offensiuncula exardescente, concitati adeo mutuoque hortatu ad arma consternati Genuenses sunt, ut quantumvis intercederet pacemque conciliare pro virili curaret tunc forte in urbe praesens rex Armeniae, apud utrosque sacrorum communione gratiosus, quippe cum Freriis Italis vivens, — isto, inquam, ad hos a vi diasuadendos nequidquam omnia tentante, in paucos plurimi, in mites et obnoxios feri saevique impetum facientes, ipsis etiam obstare nascenti tumultui conatis imperatoris ministris et magistratibus, cedere compulsis, in ausa nefaria proruperunt, auxiliaribus usi zelo ac furore, quos recurrens memoria nuper actorum inflammaret. strictis ergo ruentes ensibus, et aprorum instar dentes ad caedem acuentium frendentes, miseros ipsis se inclinantes et in extrema necessitate humillime supplices crudeliter ipsa die plurimos obtruncant, intra domos ipsorum ritu victimarum iugulantes. initio enim facto a bailo eorum, quem e tecto sub quo clausus tenebatur praecipitantes membratim conci-

ὅπου τύχοιεν ἐπιτίθενται, ὡς καὶ συχνοὺς ἅμα τεθάφθαι καὶ γενέσθαι τὰ μνήματα πολυάνδρια. τῶν γοῦν ἐπιφανῶν οὕτως ὀλωλότων ἀνδρῶν οἱ ἐλλελειμμένοι, βάναυσοί τινες ὄντες καὶ σκυτοτόμοι καὶ κιβωτῶν τέκτονες καὶ πάσης ἄλλης ἐπήβολοι τέχνης, B τότε μὲν ὑπὸ σκότον δύντες τὸ ξίφος ἐκφεύγουσιν, ὕστερον δὲ διὰ δέους ὄντες μετοικεῖν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν καὶ τὴν τοῦ γένους συναγωγὴν ἔγνωσαν. (21) ὁ γὰρ βασιλεὺς ἅμα μὲν τῷ ταῦτα C γενέσθαι δι' ἐννοίας γενόμενος μὴ αἰτίαν σχοίη ὡς συμπράξειε δῆθεν, πρέσβεις ἐκλεξάμενος τόν τε μοναχὸν Μάξιμον τὸν Πλανούδην καὶ τὸν ὀρφανοτρόφον Λέοντα, ἄνδρας ἐλλογίμους καὶ συνετούς, ἐπ' Ἀκουϊλίας ἀπέστειλεν, ἀπολογούμενος τῷ κοινῷ συνεδρίῳ τούτων καὶ παριστῶν τό οἱ ἐπὶ τοῖς τετελεσμένοις ἀναίτιον. οἳ καὶ παραγεγονότες ἐν χρῷ κινδύνου κατέστησαν, τῶν D προσγενῶν τῶν φονευθέντων σφίσιν ἐπαναστάντων. μόλις δὲ τοὺς περιόντας οἰκείους ζητήσαντες καὶ λαβόντες, περὶ τῆς μετὰ τῶν Ῥωμαίων εἰρήνης τῆς νῦν ὡς πάλαι καιρὸν ἐτίθουν βουλεύεσθαι. οὐ μὴν δὲ καὶ πρέσβεις ἀντεπέστελλον τότε, ἀλλὰ δι' αὐτῶν περιαλγῶς ἐξωνειδίζοντο βασιλεῖ τε καὶ Ῥωμαίοις, ὅπως ἐντὸς χειρῶν ἐκείνων τοιαύταις συμφοραῖς μὴ χωρουμέναις τῷ

derunt, in alios inde ubicumque inventos pari sunt immanitate invecti, tanta sic edita et temere sparsa strage, ut singularibus cadaver quodque mandare sepulcris per nimiam copiam non liceret. multa necessario coacervata in unam foveam communi tumulo cumulabantur. sic igitur illustrioribus quibusque Venetorum in urbe degentium absumptis, reliqui opifices ferme viles, sutores, coriarii, fabri arcarum illiberaliumque istiusmodi professores artium, tunc quidem abditi tenebris gladium fugerunt, postea urgente metu repetere patriam seque ad suae gentis recipere convictum facto necessarium putarunt. (21) at imperator simul haec in hunc modum acta cognovit, solicitus ne culparetur quasi cooperatus ad istam caedem Genuensibus, monachum Maximum Planudem et praefectum orphanotrophii Leonem, viros insignes ac prudentes propterea que iudicatos idoneos huic recte fungendae legationi, Aquileiam iussit se conferre, purgareque illic apud senatum Venetorum imperatorem suum ab omni suspicione approbationis aut conscientiae rerum a Genuensibus violenter actarum. eo illi cum pervenissent, in maximo periculo fuerunt, cognatis et consanguineis eorum qui occisi fuerant ulcisci suorum caedem ipsorum nece contendentibus. aegre tandem praevaluit vitae horum parcendi consilium, cura maxime recipiendi permutatione cum hisce quos sui generis adhuc reliquos teneri Constantinopoli sciebant. quibus repetitis receptisque, legatos dimiserunt nullo responso dignatos circa propositionem pacis inter imperium et Venetos veteris nova invicem conventione firmandae. ista enim de re se postea deliberaturos dixerunt, ubi esset ipsis ab imperatore satisfactum circa quaedam quae ab ipso poscerent. quibus tamen ipsi exponendis legatos vicissim Constantinopolim mittere non curarunt. sed per duos missos illinc eodem revertentes primum dolenter exprobrarunt imperatori et Romanis quod crudelitatis immanioris quam mores ipso-

E ἐκείνων ἔθει τοὺς οἰκείους οἱ ἐχθραίνοντες περιέβαλον. τὰ μέν-
τοι γε πράγματα τῶν Βενετικῶν καὶ σφοδρότερον ἀνταπήτουν (τὰ
δ' ἦσαν ἃ φθάσας ὁ βασιλεὺς ἀντὶ τῶν πυρποληθεισῶν οἰκιῶν
ἐνεχύραζεν) ὡς οὐχ οἷόν τε τῶν σπονδῶν γενήσεσθαι, εἰς ἀνα-
νέωσιν ἤδη κειμένων, ἐξηνυσμένων τῶν τῆς προτέρας εἰρήνης 5
καιρῶν, εἰ μὴ ταῦτα γένοιτο. βασιλεὺς δὲ καὶ ἔτι ἀπριξ εἶχετο
τούτων, οὐ κατὰ χρείαν μᾶλλον ἢ τὴν τοῦ δικαίου δόξαν, ὑπερ-
P 166 ηφανῶν ὅλως ὡς ἐκείνων καὶ μᾶλλον αὖθις τῆς πρὸς Ῥωμαίους
δεηθησομένων εἰρήνης.

B 22. Τῆς μὲν τοῦ βασιλέως περὶ τὴν ἐκκλησίαν κηδεμο- 10
νίας πολλὰ καὶ ἄλλα τὰ δείγματα, εἰ καὶ τὰ κατ' αὐτὴν πρά-
γματα ὕδρα τις ἦν ἡ μυθευομένη καὶ πολλὰς σκανδάλων ἀνέφυε
κεφαλάς. ἔδει δὲ πάντως τῷ Ἡρακλεῖ τέμνοντι καὶ ἐπικάοντος
Ἰολάου. ἀλλ' ὁ μὲν Ἡρακλῆς ἦν οὗτος, Ἰόλαος δὲ ὁ καὶ ἄξιος
συνεργὸς ἐζητεῖτο μέν, οὐχ εὑρίσκετο δέ. διὰ τοῦτο καὶ οὐκ ἦν 15
C ὅλως μόνον τὰς τομὰς εὐοδεῖν, εἰ καὶ μὴ τὸ ξίφος τῆς φροντίδος
ἠμβλύνετο. καὶ ἀφίημι τὰς παρὰ τῶν σχιζομένων ἀφανεῖς τε
καὶ φανερὰς ἐπιτεχνιτεύσεις, ψυχρῶν χαρίτων παρὰ πολλῶν κα-

rum et civilis institutio capere ac ferre posse viderentur, exercitae ipsis sinentibus in supplices ipsorum, quos protegere iure hospitii et promissi patrocinii fide debuerant, manifestos et facto gloriantes auctores in suis manibus ac potestate impune vivere permitterent. deinde bona suorum pro multa indicta in compensationem damni combustarum aedium sequestrata magnopere, ut relaxarentur, institerunt, negantes, nisi haec fierent, se posse consentire in renovationem olim ictl cum imperio, in certum tempus iam prorsus elapsum, foederis. quibus auditis imperator obfirmavit se in consilio negandi quod petebatur, non magis praesentem utilitatem quam ius ipsum, quo niti se in his certo existimabat, sequens, contemnens autem omnino Venetorum minas; quos priores opus habituros rursus stabilita cum Romanis pace, et ad id ipsum orandum, rationibus ipsorum adigentibus, ultro descensuros confidebat.

22. Quam cordi essent imperatori res ecclesiae, ac quam solicite ille studio pacem eius tranquillitatemque procuraret, multis varie per hanc historiam sparsis intelligi potuit exemplis. caeterum quae tunc ecclesiam turbabant scandala, hydrae instar illius memoratae in fabulis, fecundo subinde nascentium capitum pullulabant fetu, quibus utique vincendis opus omnino erat Hercule secante et urente Iolao. Herculem in imperatore Andronico repereramus: qui ei opportune cooperaretur, quaesitus diu est, nondum autem inventus, Iolaus. quid ergo mirum si solus ipse, licet operae non parcens, negotium non absolveret secando, ad quod nunquam hebes deprehensus est eius gladius; gladius isquam, spiritus, hoc est, aeris cura in omnem intenta occasionem ecclesiae quovis modo consulendi laboranti. at quid querer adiutorem hoc agenti defuisse Augusto, cum, quod est indignius, multos in eo passus adversantes sit? mitto discissorum ab ecclesia partim machinationes in eum subdolas, partim eruptiones palam vehementes: dissimulo frigidas gratias ipsorum eius

τατιθεμένων αὐτῇ, ὡς εἰρηνεύειν μέν, οὐ μὴν δὲ καὶ παγίως ἔχειν πρὸς τὴν εἰρήνην, ἀλλ' ἀμφικλινῶς καὶ ὡς ἔτυχεν. ἀλλ' οἷον τὸ τότε. φάκελος γὰρ γραμμάτων καὶ τόμος, ὃ δὴ λέγεται φάμουσος, εἰς χεῖρας τῷ βασιλεῖ γίνεται, τὸ μὲν ὅθεν καὶ παρὰ τίνων οὐκ οἶδα, τέως δὲ πόλλ' ἄττα φέρων αἰτιάματα. τοῦτον D βουληθεὶς ἀνατρέπειν ὁ βασιλεὺς καὶ λόγους φέρειν παλαίοντας (ἥπτοντο γὰρ ἐπιεικῶς κἀκείνου τὰ αἰτιάματα) τὸ μὲν γραφαῖς τὴν ἀντιλογίαν ἐπιτρέπειν γίνεσθαι, ὡς ἄν γε κατὰ ῥῆμα τὰ τῆς ἀνασκευῆς γίγνοιτο, οὐκ ἐδοκίμαζε τέως πολλῶν αἰτιῶν ἕνεκα· αὐτὸς δ' ἔγνω προκαθίσας, συναγωγῆς κοινῆς γεγονυίας, καθ' ἓν ἀναγινωσκόμενον ἀνατρέπειν. καὶ γέγονεν οὕτω. καὶ δὴ συνά- E γονται μὲν ἀρχιερεῖς συνάγονται δ' οἱ τοῦ κλήρου καὶ μοναχοὶ καὶ λαός, καὶ βασιλεὺς ἅμα τοῖς ἐν τέλει συνεδριάσας ἕκαστον πφάλαιον τῶν τοῦ τόμου οὐκ ἀγενῶς διέλυεν, ἔργῳ δεικνὺς ὡς πειθὼ κρείττων βίας, καὶ μᾶλλον ὅπου καὶ τὸ τῆς ἐξουσίας ὑφο- ρᾶσθαι πέφυκε πρὸς τὴν τοῦ κρατεῖν ἰσχὺν συμβαλλόμενον. καὶ P 167 ὁ γράψας ἀφανὴς ἦν, τὴν οὐδενίαν τάχα καὶ τὸ μὴ ἐπί τισιν

3. σφάκελος P.

ope reconciliatorum ecclesiae, quorum haud pauci vel non bona fide usi beneficio, vel non satis grato animo studium aequa proportione merito rependentes, ita pacati erant ut in pace titubarent, ambigui inter utrumque, et ad omnem aurae flatum inquietudine obnoxia mobiles. huius generis cuipiam imputaverim quod tunc contigit modo a me narrandum. fasciculus chartarum sive tomus, aut potius, ut vocari solet, famosus libellus, in manus imperatoris venit, unde aut per quos allatus, nescio, caeterum multa criminationum amplectens capita. ea refellere volens imperator, et oppositis defensionibus idoneis ineluctabiliter evincere nihil in iis nisi vanum et calumniosum esse (erant autem illic quaedam satis aculeata in ipsum Augustum, quaeque illum haud leviter pungerent), scripto committere confutationem ordine singulis obiectis occursuram non iudicavit opportunum, pluribus de causis: voce viva satius habuit rem exequi, et habiti prae oculis libelli partes, post quamque recitatam, dicendo evertere singulas. id adeo in hunc modum gestum est. convenerant in coetum perampium episcopi, clerus, monachi, populus. imperator procerum medius considens libelli famosi capita omnia retexuit, et unumquodque illorum diluit victrici defensione, re ipsa ostendens efficaciorem esse in tempore ac non raro felicius adhiberi suavem persuasionem fretae rationibus eloquentiae quam imperiosam vim armatae maiestatis, maxime quando (ut nunc videri auctor scripti clancularii volebat ipso illo malitioso sui celandi artificio) metuunt, qui queruntur aut accusant, ne ius et aequum suarum scilicet allegationum tyrannica vi quadam opprimatur subnixae fastu potestatis audire tranquille dedignantis, et superbe obterere paratae quidquid quantumvis probabile praeiudicatis eius erroribus quivis unus fuerit opponere. scriptor libelli quis fuisset, in obscuro mansit, seu suae illi vilitatis conscientia lucem fugere, qua traducendus ad ludibrium fuerat, suasit, sive, quod indicavi, artificis scelus fuit affectare cura ista intendi speciem timoris, quae suspicionem impingeret do-

ἰσχυρίζεσθαι τῇ ἐκ τῆς ἐξουσίας ὑπωπτευμένῃ βίᾳ καλύπτειν οἰόμενος· βασιλεὺς δ' ἐμφανῶς ἀντέλεγε προτιθεὶς τοῖς πᾶσιν εἰς κοινὸν τοὺς λόγους, τὴν μὲν ἀνάγκην τῆς ἐξουσίας ἐν μέρει τιθείς, τῇ δὲ πειθοῖ προσάγεσθαι θέλων ἐκ περιουσίας πολλῆς τὸν ἀκούοντα.

B 23. Τοῦτο καὶ πρότερον ἐπὶ Ἀθανασίου πατριαρχοῦντος ἐποίει, καὶ κεφαλὴν ἄλλην σκανδάλου σοφῶς ἀπέκοπτε, καὶ λόγοις ἐπὶ κοινοῦ λεχθεῖσιν ὡς τισιν ἐπῳδαῖς τὸ ἀνοιδοῦν κατεμάλαττε· σοφοῦ γὰρ ἰατροῦ πρὸς τομῶντι πήματι τομὰς ἐπάγειν,
C πρὸς δ' αὖ ὑφιέντι τῆς ἀνοιδήσεως προσηνέσι φαρμάκοις ἐκ τῶν λόγων καταστέλλειν πειρᾶσθαι, καὶ μηδὲν διδόναι τῇ ἐκτήξει πάροδον. καιρὸς δὲ συνάπτειν τοῖς παροῦσι καὶ τὸ ἧττον ἐγγίζον διὰ τὴν τῆς ὑποθέσεως γειτνιότητα. κεκίνητο λόγος τῷ βασιλεῖ περὶ τοῦ κατὰ τὴν Βαβυλῶνα σουλτάν, διευλαβουμένῳ τέως ὅπως εἰς ἀδελφότητα γράφοι τὸν ἐχθρὸν τοῦ σταυροῦ. καὶ τὸ
D πρᾶγμα ἐπιεικῶς τῶν ἀτόπων ἐδόκει, εἰ καὶ σύνηθες ἦν ἐξ ἀρχαίου τοῖς εὐσεβῶς βασιλεύουσιν. οἷος οὖν ἦν ἐκεῖνος, πρὸς

17. ἦν] ὧν P.

minantibus arrogantiae iniustae, minis ac supercilio deterrentis subditos a libera prolatione veritatis. adversus quod sapienter utique Augustus, seposito tantisper terrore maiestatis et velut solio descendens, aequo in campo, merae rationis armis calumniam astu grassantem debellavit, privatae defensionis eloquentia omnem opinionem sui sinistram audientium eximens animis, et damnum plene resarciens qualecumque maledica illa scriptio famae suae intulisse potuisset.

23. Tali consilio non nunc primum imperator usus est. prius enim, patriarchatum gerente Athanasio, aliud similiter exoriens caput scandali pari sapientia districtae in tempore dictionis amputavit, oratione ad conventum prudenter habita, qua velut maligne tumescens aegri corporis tuber blanda excantatione praemollivit, ne mora et neglectu inflammatum in ulcus perniciosum erumperet. periti quippe medici est, uti a saevius aestuante rigidiusque distenta ferrum ac sectionem non abstinere vomica, ita, ubi dolor remissus duritiesque tumore laxato remollescens spem fecerint non inutiliter tentandae curationis blandioris, indulgere medicamentis lenioribus unguentorum ac cataplasmatum, quorum ope benigna praevertatur dira necessitas rumpendi exitum ustione ac cruenta chirurgia intus bullienti, et nisi foras extrahatur, membrum corrupturae saniei. placet istud quoque a nostro tunc editum principe providae moderationis exemplum e praetermissa memoria decursi narrando retro temporis retractum hic ponere, si minus ordine gestarum rerum ad hunc historiae locum pertinens, genere tamen et similitudine argumenti non prorsus ab eo alienum. cum incidisset imperatori ex usu praesenti necessitas dandi literas ad Sultanem Babylonis, etsi exigebat antiquo more, Augustorum praecedentium, etiam religiosissimorum, exemplis probato, vulgaris epistolarum istiusmodi formula ut fratris titulus in inscriptione poneretur, tamen eum sua peculiaris quaedam delicatiorque religio cunctabundum in

τοιαῦτα διενλαβούμενος (τὸ γὰρ πατέρα γράφειν οὐκ ἀξιοῦντα τὸν πάπαν διὰ τὸ δῆθεν ἐσφάλθαι, εἰς ἀδελφοὺς τάττειν μὴ ὅτι γε ἄθεον ἀλλὰ καὶ ἐχθρὸν τοῦ Χριστοῦ, πόνος ἦν οὐ μικρὸς P 168
ἐκείνῳ) κοινοῦνταί τισι τῶν ἀρχιερέων παροῦσι τὸ σκέμμα, καὶ
5 τὴν θεραπείαν τοῦ συνειδότος ζητεῖ. καὶ ὁ μὲν ἔλεγεν, ὁ δὲ ἄλλος ἄλλο τι τὰ εἰς θεραπείαν τοῦ συνειδότος ἀπεσχεδίαζεν. ὅ μέντοι γε Φιλαδελφείας Θεόληπτος θέλων θεραπεύειν βασιλεῖ τὴν συνείδησιν, ἀνεκτὸν ἀπὸ γραφῶν ἐπειρᾶτο τὸ πρᾶγμα δεικνύειν. καὶ τί γε, φησί, τοῦτο δεινόν, εἰ καὶ τοῖς δαίμοσιν, οὐχ ὅπως
10 ἄνθρωποι πάντες, ἀλλὰ καὶ Χριστιανοὶ ἀδελφίζουσιν; τὴν γοῦν ἀνάγκην γίνεσθαι χάριν νίκα τῇ συνέσει. ὅπου δὲ τοῦτο καὶ γέ- B
γραπται; υἱοὶ μητρός μου ἐμαχέσαντό μοι, λέγει ἡ ᾄσματίζουσα. υἱοὺς δὲ μητρὸς τῆς ἐκκλησίας Χριστοῦ ὁ Νύσσης ἐξηγεῖται τοὺς

eo tenebat, scilicet verentem ne indignum nefastumque iure videretur hostem crucis ab imperatore Christiano fratrem salutari. urebat acriori sui sensu hic animum scrupulus, quod quasi penitius adigeretur adprimente conscia memoria nuper a se omissae, in occasione non minus urgente, scriptionis literarum ad papam, ea solum de causa, ne patris ex consuetudine titulum epistolae praefigere cogeretur; quod inducere in animum nequiret, eum patris appellatione dignari, quem erroris autumaret cuiuspiam affinem. ex cuius facti praeiudicio prona erat in praesentis solutionem dubii consecutio, utique cum multo appareret inconvenientius hominem non solum atheum sed et hostem Christi manifestum ab imperatore Christiano fratrem, quam ab eodem patrem Romanum pontificem vocari. ergo haud valens sic imperare stomacho cuidam suo proprio fastidiosiusculae religionis, ut tantum absurdae indecentiae vel exorbere sustineret vel speraret posse concoquere, aestum hunc ipsum animi forte praesentibus aperuit episcopis, si quid huic morsui conscientiae sedando accommodatum haberent, proferre ne gravarentur, exorans. ad eam provocationem cum alii alia dicerent, et variis ex tempore pro se quisque allegandis quasi hebetare satagerent aculeum quo alte infixo pungebatur animum tenera paene superstitiosi conscientia principis, Philadelphiensis Theoleptus palmarium se putavit e sacris oraculis argumentum reperisse, quo evinceret licitam istam nec ulli obnoxiam censurae haberi debere loquendi ac scribendi formulam. eius hoc e canonicis scripturis adstruere conantis haec ferme fuit oratio. "quid enimvero tantum piaculi sit Babyloniae Sultanem fratrem nominasse, si sancto Spiritu, qui sacros libros dictavit, auctore discimus malis ipsis daemonibus non tantum homines omnes, sed etiam Christianos fraterna quadam necessitudine coniungi? vincat ergo ratio inanem metum; et cum res exigat conveniri Sultanem literis, et harum inscriptionem oporteat talem esse qualis iam olim exemplis principum piorum et usu hactenus continuo informata est, detur opera ut quod necessario faciendum est, fieri libenter appareat: alioqui enim non haberet gratiam meriti, quod vi expressum quadam et extortum ab invitis videretur. locus scripturae quo fretus haec loquor, hic est. sponsa in Cantico sic ait: filii matris meae pugnaverunt contra me. ibi Nyssenus sponsam quae sic loquitur esse docet ecclesiam Christi. haec a matris suae filiis oppugnari se queritur, hoc est eodem

δαίμονας, ὡς ἂν ἐκ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς αἰτίας (ἡ δ' ἔστιν, οἶμαι, ἡ τοῦ θεοῦ ἀγαθότης, ἀρχή τις γενομένη τοῖς μὴ οὖσιν εἰς ὄντωσιν) τούτους τε κἀκείνους ὡς ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς προῆχθαι καὶ ποιητοῦ. τοῦτο ἴσως καὶ κατὰ τὸ τυχὸν τῷ εἰ-
C πόντι παρέρριπται, ἐξ εἰκότων δὲ γέγονε μέγα καὶ εἰς σκανδάλου πρόφασιν ἱκανόν. ὁ γὰρ Δυρραχίου Νικήτας τὸν λόγον ἀκούσας οὐκ ἀνεκτὸν ἀκοαῖς εὐσεβέσιν ἡγήσατο πάμπαν, εἰ δαιμόνων ἀντικειμένων θεῷ ἄνθρωποι ὑπήκοοι τῷ Χριστῷ καὶ υἱοθετηθέντες θεῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀδελφοὶ λέγοιντο. γνησίοις γοῦν διὰ ταῦτα τὸν εἰπόντα βλέπειν ὄμμασιν οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλὰ πολλοῖς
D διελάλει τὸν λόγον καὶ βλασφημίαν τοῦτον οὐ μετρίαν ἔκρινε. ταῦτα πολλοῖς μὲν ἐπῄει χλευάζειν καὶ τὸν λόγον ἐπιεικῶς ὡς ἰὸν πικρίας καὶ ὄφεων ἀποστρέφεσθαι· ἐπέπυστο δὲ καὶ βασιλεὺς πλατυνομένου τοῦ λόγου, καὶ ὡς εἰκὸς περιαλγήσας καὶ τῶν πραγμάτων καταστενάξας, εἰ μὴ μόνον τοῖς σχιζομένοις ἀλλὰ καὶ
E αὐτοῖς δὴ τοῖς ἡνωμένοις τὰ τῶν ἰδίων χλευάζονται, σύνοδον συγκροτεῖ, καὶ διαλαλεῖ πᾶσι τὰ τέως λεχθέντα, καὶ ὡς ἦν κατὰ τὸ εἰκὸς τοὺς λόγους διευθετεῖ, ἐκβάλλων ὑποψίαν ματαίαν ἐκ καρδιῶν ἀκουόντων ἐνσκιρρουμένην ἤδη τῷ Θεολήπτῳ. αὐτὸς

5. παρέρριπτε P.

interprete, a malis daemonibus, qui matris ipsius filii dicantur, quoniam tam ecclesia quam daemones ex eadem causa et principio sint orti, divina nimirum bonitate creatrice universorum, per cuius fecundam beneficentiam cuncta ex nihilo in extantiam protracta sunt. haec omnes bones iuxta malosque angelos aut homines uno pariter cunctorum patre ac conditore genuit." talia minus forte praemeditatus quasi Philadelphiensis proiecit in medium; quae gravis statim scandali et invidiae in eum occasionem sunt visa praebuisse plausibilem. hoc enim audito Dyrrachiensis Nicetas haud tolerabilem piis auribus orationem censuit, qua rebellium deo daemonum Christo subiecti homines, a deo per baptismum in filios adoptati, fratres dicerentur. aequis igitur oculis spectare sic locutum non sustinuit: sed et verbis continuo plurimis impiam, ut putabat, mentionem aversatus, ei suo iudicio blasphemiae non mediocris notam inussit. ducti non pauci auctoritate Nicetae amaris irrisionibus Theoleptum traducebant, eiusque sententiam nihilo moderatius quam pestem et venenum viperinum aversabantur. caeterum Augustus, qui orationes utriusque contrarias praesens plene auribus hauserat, ubi quod inde per populum in Philadelphiensem murmur glisceret postea cognovit, aegre, ut par erat, novae super tot alias offensionis exortum tulit; et miseratus sortem publicam, quod iam non solum schismate abrupti cum perstantibus in ecclesiae unitate contenderent, sed hi quoque iurgiis mutuisque ludibriis committerentur, convocata synodo disseruit de suborto Dyrrachiensem inter Philadelphiensemque certamine, huiusque verba in sententiam exposuit commodam, omnem ab eo minus sanae doctrinae aut reprehensibilis novitatis suspicionem inanem amoliens, immo animis iam multorum inolitam stirpitus avellens. atque ille, quo ferebatur ruens studio ad extinctionem in-

δὲ πειράσας κακοῦν τὸν τὴν τοῦ σκανδάλου πυρκαϊὰν ὑπανάψαντα αἰδοῖ τοῦ ἀνδρὸς εἴργεται, τὸ μὲν διὰ τὴν ἐκείνου κατάστασιν (ἦν γὰρ ταῖς ἀληθείαις εὐλαβὴς ὁ ἀνήρ, καὶ οὐ κακουργίᾳ ἀλλ' εὐλαβείᾳ παρακεκίνητο), τὸ δὲ καὶ διὰ τὸ ἀρθῆναι θέλειν μέγα τὸ σκάνδαλον ἐκ τοῦ τὸν ὑπομνήσαντα κινδυνεῦσαι.

24. Δεινὸν δὲ πάθος ἐντεῦθεν εἰσῆλθε τὸν πατριάρχην P 169
Ἰωάννην, καὶ ἦλθε δεινῶς δι' εὐλάβειαν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. τινὲς γὰρ τῶν ἐκείνου, οἷς νέοις οὖσι ζωγρεῖν ἐπῆλθε περιστερῶν νοσσοὺς νεοκομουμένους ἐν τοῖς κατηχουμενείοις, ἐφίστανται καὶ τῷ κίονι ἔνθα τὰ δηλωθέντα τῶν γραμμάτων ἐκπώματα ἐν κρυφῇ κείμενα ἦσαν (Γαμηλιὼν δ' ἐνειστήκει μὴν καθ' ὃν ταῦτ' B ἐπράττετο) ἐν ἀριστεροῖς τοῖς εἰσιοῦσι κατηχουμενείοις τοῦ περιωνύμου ναοῦ. καὶ ἐπεὶ περιστερεὼν ἦν τῇδε, καὶ ἔδει οὐκ ἰξοῖς καὶ λίνοις ἀλλὰ χερσὶ καὶ μόναις νοσσοὺς ἁπτῆνας αἱρεῖν, ἡλίκα τε ἐπιτιθεῖσι, καὶ εἰς ἀναβὰς ἐκείνων νοσσοὺς μὲν ἐκείνους ὑπὸ χεῖρας εἶχεν, ὑπεφαίνετο δ' εὐθέως καὶ τὸ ἐν μυχῷ τῆς ὀπῆς κείμενον. τὸ δ' ἦν τὸ συνεπτυγμένον τῶν ἀρῶν ὄστρακον. C ὡς δ' ἀναπτύσσοντες κατεμάνθανον ὅ τι ποτ' ἦν ἐκεῖνο, ἐν θαύματι ὡς εἰκὸς ἦσαν καὶ διηπόρουν ὅ τι καὶ δράσουσι. τέως δ'

vidiae temere in Theoleptum accensae, facile obiter incitaretur in impetum aegre vicissim faciendi eius reprehensori Nicetae, qui face rogo subiecta causa incendii fuisset, nisi ab isto eum conatu cohiberet primum pudor viri multa gravitate ac religione venerabilis, nec tam in hoc ipso malignitate ulla quam zeli quadam imprudentia prolapsi, deinde metus ne qualem ex traductione Philadelphiensis offensionem formidarat publicam, talis tantaque, ac nec minus vel periculosa vel noxia, e Dyrrachiensis impugnatione sequeretur.

24. Sub haec gravis quidam anxiae religionis aestus vehementer agitavit animum Ioannis patriarchae occasione quam hic referam. quidam e familia illius adolescentes, Septembri mense, pullorum columbinorum in nidis capiendorum cupiditate, prout illa fert aetas, instincti catechumenea scrutabantur, locum in templi magni parte superiore ad laevam ingredientibus, cavis per muros passim hiantibus pertusum, eoque cum istarum nidificio volucrum tum ludicro aucupio vacantium opere urgentiori puerorum opportunum, quippe ubi, sine lacinioso apparatu venatoriae supellectilis, retium aut calamorum visco perlitorum, manu comminus nuda columbulos adhuc implumes in nativis cubilibus prehenderent. dum huic iahianter studio intenti cuncta illic foramina rimantur, unus ex ipsis observato supra columnam altiorem cavo, scalis illuc admotis evectus pullos quidem, ut volebat, reperit et cepit: sed idem ulterius quoque conspicatus nescio quid ibidem profundius repostum, manu attraxit vasa duo testea commissa invicem. tum curiositate puerili quid illic lateret scrutans, chartas repertas et ipse legit et sociis ostendit. erant eae quas diximus tali loco ab Athanasio abdicationem patriarchatus meditante abstrusae; quibus simul quae inarata fuerant diraram anathematumque terricula non sine horrore quodam pueri viderunt, dubitantes quid ils facerent,

P 170 ἀπαγγέλλειν μὲν πατριάρχῃ, ἐγχειρίζειν δὲ καὶ χάρτας καὶ ὄστρακα ἔγνωσαν. ὡς γοῦν εἰς χεῖρας ὁ πατριάρχης εἶχε καὶ κατενόει τὸ δρᾶμα, προσαναφέρειν ἔγνω τὰ περὶ τούτου καὶ βασιλεῖ, ὅτι καὶ οὐδένα ἄλλον ἢ αὐτὸν ὑπενόει τὸν παρασυρέντα καθ' οὗπερ ἦσαν καὶ αἱ ἀραί. καὶ δὴ τὸν ἀδελφὸν πέμψας Μεθόδιον, ἠξίου βασιλέα παραγενέσθαι οἱ· μηδὲ γὰρ ἔχειν ἁπαντᾶν παρ' ἐκεῖνον. ἀπήγγελε δὲ καὶ τὴν αἰτίαν, ὡς ἔλαθον ἐπὶ τοσοῦτον φρατῶν
B ἀρῶν εὐθύναις ὡς οὐκ οἴδασιν ἐνεχόμενοι, καὶ ὡς ἀπεναντίας τῆς πάλαι περιστερᾶς, λύσιν εὐαγγελιζομένης κατακλυσμοῦ, ἡ ἐπὶ τοῦ κίονος ἐκείνη φαίνεται, παρ' ὅσον οὐκ εὐλογίας ἀλλὰ κατάρας καὶ ἀφορισμῶν μητρία γέγονε. καὶ τὸ χειριστον, ὡς τότε μὲν ὁ δέων πατριάρχης ἦν καὶ τὴν τοῦ δεῖν ἐξουσίαν τοῦ πνεύματος ἔφερε, νῦν δ' ὁ καὶ ἴσως λύειν μέλλων, εἰ τέως καὶ λύοι, ἐστερημένος τῆς τοῦ λύειν ἐξουσίας εὑρίσκεται. καὶ διὰ
C ταῦτα ὡς πολλῆς τῆς ὑσκολίας οὔσης χρὴ κοπιᾶν, ἔλεγε, καὶ συμβουλεύειν τὸ ποιητέον, ὡς ἐμβραδύνουσιν ἴσως μὴ σφίσιν ἀκίνδυνον ὄν. ταῦτα βασιλεὺς ἀκούσας διευλαβήθη τέως τὴν πρᾶξιν καὶ πρὸς τὸν λόγον ἐθορυβήθη, καὶ ὡς εἶχεν εὐθέως παρὰ τὸν πατριάρχην γίνεται. ὡς δὲ τὰ γράμματα εἶδε, καὶ ὅπου κεί-

post aliquam deliberationem consenserunt deferenda ut erant ad patriarcham cuncta. moxque re illi, prout contigerat, narrata, fictilia cum inclusis chartis obtulerunt. his patriarcha in manus sumptis attenteque perlectis, plane intellectam rem totam referre ad imperatorem statuit, in quem potissimum intenta intortaque illa imprecationum horribilium fulmina existimabat. misso igitur ad eum suo fratre Methodio, rogavit ne gravaretur venire ad se, quoniam ipse ad palatium tendere tunc quidem insuperabili obstaculo prohiberetur, haberet autem quae cum eius maiestate coram et statim tractari oporteret, nempe ut quamprimum communiter viderent quo se possent pacto expedire diris vinculis horrendorum anathematum, quibus hactenus ignorassent se teneri constrictos. declaratum autem hoc nunc ipsis indicio columbae, quae longe diverso a sacris celebrata literis nuntia diluvii cessantis augurio, non pacem ac benedictionem ut illa, sed piaculares nodos terribilium excommunicationum e columnae fastigio eminens denuntiaret, atque ita quidem (quod erat pessimum) ut simul doceret eum qui laqueos istos atroces nexuerat et intenderat, tunc cum id egit fuisse patriarcham, hoc est minime dubium ligandi habuisse potestatem: nunc autem privatum degere, nec clavem amplius tenere qua possit carcerem pandere in quem ipsos antea coniectos incluserit. quae cum ita sint, acri opus esse deliberatione quae vias mature investiget extricandae perplexitati letalium et fauces stringentium nodorum, quorum cassibus haerere implicitus ne ad momentum quidem sustineat qui gravitatem periculi urgentis aut potius praesentis exitii perniciem ea expendat Christianae prudentiae trutina, qua quisque praehabere quibuslibet rebus debeat statum animae ac salutis aeternae rationes. his imperator auditis haud parum conturbatus ad patriarcham accurrit,

μενα καὶ ὅπως εὑρέθησαν πέπυστο, ἐν ἀπόρῳ ἦν καὶ τὸ ποιητέον ἐσκόπει· τὸ γὰρ πατριάρχην Ἀθανάσιον δέοντα ἀξιοῦν ἰδιωτεύσαντα λύειν, οὐχ εὕρισκον αὔταρκες. ὅθεν καὶ συνέρχεται μὲν σφίσιν ἐκ προσταγῆς ὁ Ἀλεξανδρείας, συνέρχεται δὲ ὁ τῆς Ἐφέ- D
σου Ἰωάννης, οὕτως ἀργῶς τῆς τιμῆς ἔχων, συνῆσαν δὲ καὶ τῶν ἀρχιερέων οἱ παρευρεθέντες, καὶ κοινῇ σκέψει τὸ πρᾶγμα ἐδίδοσαν. κοινῶς οὖν κατεστύγουν ἅπαντες, καὶ τῆς πράξεως τὸν πράξαντα ἐν οὐ καλαῖς ὑπονοίαις ἦγον· οὐ γὰρ ἄλλο τι ἀλλ' ἑαυτῷ καὶ πάλιν περιποιεῖν τὴν τιμήν, ἀφύκτως οὕτω καὶ ταῦτα ὂν οὐκ ἐχρῆν δεσμοῦντα. τέως γε μέντοι τοῖς μὲν ἐδόκει αὐτὸν ἀξιοῦν λύειν, τοῖς δὲ ἀλλ' ἀδύνατα ἀξιοῦν καὶ ἄλλως ἀπάδοντα κατεφαίνετο, εἴπερ ἰδιώτης ὢν καὶ τῆς ἱερατείας γεγυμνωμένος E
ἄλυτα λύοι· τοῦ γὰρ εἶναι καὶ τὸ σκέμμα τῷ πεπραγότι. διὰ ταῦτα ἑτέροις ἐδόκει, καὶ μᾶλλον τοῖς ἀκριβέσι, μηδ' ἀξιοῦν ὅλως κατὰ λύσιν, ἀλλὰ κρίνειν ὅπως ἐν ἀδήλῳ τὰ φρικτὰ πράξει, καὶ εἰς ἀπολογίαν καθιστᾶν ὑπὸ Ῥωμαίοις πᾶσιν ὅπως καὶ

lectisque libellis, et ubi quove casu reperti fuissent cognito, disquirebat anxio incertoque consilii animo quem iniret modum his sese angustiis explicandi. nam recurrere ad expatriarcham et merum nunc monachum Athanasium, ut solveret quod ipse dum esset in dignitate nodaverat, praeter caeteram intempestivitatem, etiam inutile vanumque videbatur, deficiente iam in ipso ad istud potestate. accersitus ergo iussu Augusti raptim est Alexandrinus patriarcha; vocatus pariter Ephesinus Ioannes, licet citra usum pontificalis in eam ecclesiam auctoritatis, titulo dumtaxat tenus esset episcopus. caeteri quoque, quotquot forte tunc in urbe reperiebantur antistites, rogati similiter concurrerunt. hi deliberatione communiter inita super negotio proposito primum magno consensu detestabantur factum, et facti auctorem graviter incusabant, malae mentis extantia iis scribendis et abscondendis chartis indicia trahentes ad laevas de ipso suspiciones, quasi artificio isto ligandi quae nemo praeter ipsum posset solvere, ambitioni velificatus propriae, necessitatem imponere studuisset sui restituendi in eum unde invitus descendisset thronum. circa definitionem eius quod facto esset optimum illo articulo rerum, quidam defungebantur consulendo ut Athanasius libellorum scriptor adiretur, ab eoque peteretur absolutio censurarum in iis inflictarum. his alii repugnabant contendentes, praeterquam absonum, etiam irritum id fore: nam et esse inconveniens insidiatori astuto, postquam eius dolos deprehenderis, fraude quaesitum ultro tribuere successum; quod fieret nunc conveniendo Athanasio, quem ideo clam scripsisse hos libellos intelligimus, ut redire nos ad sese cogeret, et vel si annueret is quod rogaretur, frustra ille tentaret, nos vane speraremus, utique cum sit indubitatum homini pontificali nudato potestate, iamque supra privatum quemlibet nihil habenti, facultatem non inesse solvendorum anathematis nexuum. propter haec aliorum, et quidem eorum fere qui iuris canonici consultiores putabantur, haec erat sententia, nihil in praesens de solutione anathematis curandum, sed citandum ad tribunal ecclesiae Athanasium, ibique ab illo exquiren-

ποίοις κανόσιν ἐπόμενος ἀνθρώπους Χριστιανοὺς ἀφορίσειε μηδὲν γινώσκοντας, καὶ οὕτω συνελᾶν αὐτὸν ἐκεῖνον καταγινώσκειν τῆς
P 171 *πράξεως. ἧς δὴ καταγνωσθείσης καὶ παρ' ἐκείνου, προκατεγνωσμένον πάντως καὶ τοῖς τῆς ἐκκλησίας κανόσι, μὴ λύσιν ἄλλην ζητεῖν· τὰ γὰρ δικαίως καὶ ὑπὸ κανόσι δεδεμένα, ἐκεῖνα καὶ λύεσθαι εἶναι ἀνάγκην, τὰ δ' ἐξ ἀρχῆς ἀνυπόστατα μόχθον περιττὸν ἄλλως εἶναι καὶ ζητεῖν λύεσθαι. εἰ δ' οὖν, ἀλλ' αὐτίκα καὶ πατριάρχην εἶναι καὶ σύνοδον εἰς λύσιν τὴν ἀπὸ τῶν κανόνων δικαίαν ἀξιοπίστους. αὐτὸν δὲ καὶ μᾶλλον ὑπ' αἰτίας δικαίας ἀχθέντα κανονικῶς εὐθύνεσθαι. τὸ γὰρ ἑαυτὸν συνιστᾶν ὑπο-*
B *νοηθέντα τὰ χείριστα ἐν ὅρκοις τε καὶ ἀραῖς ταῖς καθ' αὑτοῦ, τίνα λόγον ἔχειν, εἴπερ καὶ τοῦθ' ἱκανὸν εἰς τελείαν τῶν ἐγκλημάτων ἀποφυγήν; οὐκ ὀμνύειν γάρ, ἀλλ' ἀποτρίβεσθαι τὴν κατηγορίαν διὰ πιστῶν παραστάσεων εὔλογον. τὸ δὲ τοὺς κατειπόντας ἢ τοὺς συναρπασθέντας ἀραῖς ὑποβάλλειν, ποῦ δίκαιον καὶ ὅλως κανονικὸν καὶ τῶν νόμων τῆς ἐκκλησίας; βασιλεὺς δὲ*

3. προκατεγνωσμένος P.

dum quas ob causas, et iuxta quos canones, Christianos homines nullis minis praeviis admonitos et funditus ignaros illigare horribiliter excommunicationum diris, clancularío scripto tentaverit? auditis deinde quae ille respondebit, et quod allegare nihil nisi frivolum poterit, facile mox redargutis ac convictis, rite ipsum condemnandum ad fatendum in publico conventu Romanorum se perperam et ultra quam debuerat aut potuerat, dum illa scriberet, egisse. hinc omnes pro plane frustaneo et nullius roboris habebunt id quod ipse qui fecit, se contra fas, sine legitima potestate attentasse confessus palam fuerit. unde cunctis apparebit non esse opus absolutione ulla, siquidem ea tantum canonica solutione indigent, quae rite ac canonica auctoritate sunt ligata. si qua praedamnata canonibus et ab initio cassa irritaque fuisse constet, ea quaerere quemadmodum solvantur, supervacaneus sit labor. quin vel si fingatur periculum subesse quodpiam ne valida sit et vere liget excommunicatio sic lata, nec sic tamen opus fuerit ad eum recurrere qui tulerit, quoniam quando patriarcha contra canones peccat, patriarchalem adversus eum potestatem synodus obtinet, cui propterea ius plenum competit tum absolvendi a censuris temere ab eo latis, tum etiam illum ob id ipsum canonice iudicandi et poenis subiiciendi meritis. neque in subiecto casu quidquam suffragari Athanasio posse ad amoliendas a se, quarum causam praebet iustam, suspiciones pessimas, quod sibi horrenda, si fallat, imprecans alienum se ab omni crimine deierat: non enim iuramentis et execrationibus istiusmodi, sed idoneis argumentis ac testimoniis criminationes impactae sunt purgandae iuxta receptum et rationi consonum morem. multo autem esse peioris exempli, quippe a sacris regulis et legibus ecclesiae intolerabiliter exorbitans, quod hic fecit Athanasius, diris anathematum in solos rite torquendis scienter peccantes et protervo contumaces, subiicere se aliena etiam eos qui abrepti aliena seductione prolapsique per imprudentiam impegerint. haec utcumque verisimiliter ac sapienter ita isti disse-

ωφώτερόν τι ποιῶν, ὡς ἐδόκει, καὶ ἀεὶ τὰς ἐς εἰρήνην αἱρού- C
μενος, συνεβούλευε πέμπειν καὶ ἐρωτᾶν Ἀθανάσιον, καὶ τοὺς
χάρτας δεικνύντας πυνθάνεσθαι εἰ αὐτὸς πράξειε καὶ ὅπως πρά-
ξειε καὶ εἰ τούτοις αὖθις ἐμμένοι. ἐκλέγονται τοίνυν πρὸς τὴν
5 ἀποστολὴν δοξάσης τῆς βουλῆς ὅ ἐπὶ τοῦ κανικλείου τε Χοῦμνος
καὶ ὁ Κυπριανὸς χαρτοφύλαξ, οἳ καὶ συγγεγονότες ἐκείνῳ τὴν
ἀπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῆς συνόδου, ὡς ἐχρῆν, διαμήνυσιν ἐποιή-
σαντο. ὁ δ' αὐτίκα καὶ ὡς αὐτὸς γράψειεν ὡμολόγει καὶ ὡς ἐκ
μικροψυχίας τότε ποιήσειε, μὴ μὴν δὲ καὶ ἄλυτα ἔχειν, ἀλλὰ D
10 καὶ αὖθις αὐτίκα λύειν, εἰ καὶ οὐκ ἐξεγένετο, φησί, καὶ τοὺς
χάρτας ἐκεῖθεν ἐπανελέσθαι ἐπεισπεσούσης τῆς ταραχῆς. ταῦτ'
ἔλεγε μὲν ἐκεῖνος, ὑπενοεῖτο δὲ τὰ μὴ ὄντα λέγων. ἔδει γὰρ ἐμ-
φανίζειν, οἱ δοκιμάζοντες ἔλεγον, καὶ ζητεῖν συγγνώμην, εἴπερ
εὐθύτης ἠκολούθει τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ μὴ ἐμπερισκεψία καὶ
15 βαθύτης ὕπουλος, ὡς ἂν εἰς καιρὸν τὰ φοβερὰ καὶ φρικώδη
προανατετακὼς ἀξιοῖτο λύειν, ἀναλαβὼν τὴν τιμὴν ἣν παρῆτεῖτο,
σκοπῷ δὲ εἰ μὴ διὰ ταῦτα τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ αὖθις παρεισήχθη διὰ E

rebant, tamen imperator in securiorem semper partem incumbere, dum quomodocumque dubitatur, solitus, circumspectius et ad pacem ecclesiae accommodatius consulturum se putavit, si decerneret, ut fecit, mittendos ad Athanasium certos homines, qui ab eo quaererent, ostensis illi quos ipse scripsisse diceretur libellis, an re vera eos et cur quove consilio scripsisset, et num in eadem nunc, qua olim fuisset ad scribendum impulsus, sententia et voluntate perstaret. ad hoc electi sunt praefectus caniclei Chumnus et Cyprianus chartophylax. qui postquam Athanasio convento imperatoris et synodi mandata rite exposuerunt, ille confestim est fassus et se illa scripsisse, et pusillanimitate ac moerore fracti animi, quibus tunc agitaretur, male perturbatum id egisse: sese ideo illa et fuisse a principio irrita putare, et nunc, quantum posset aut opus esset, cassa velle. "et utinam" addidit "chartae istae, quae hunc tumultum concitarunt, nunquam in eo ubi delitescebant loco repertae, numquam extractae illinc essent." ita tunc ille, ne sic quidem perspicacioribus fidem faciens sincerae ac veracis professionis. "oportuerat enim," aiebant rigidioris supercilii censores, "agnovisse simul et declarasse submissius propriam in eo facto culpam veniamque poposcisse, si rectus et simplex sic loquenti suberat animus Athanasio, et re vera, ut videri volebat, per moram aegri animi deliberationem ad ea scribenda fuerat impulsus." ex hac enim prefecto facti sui tam atrocis sera ista nunc demum eaque tam frigida improbatione satis intelligi, spectasse illum in eo longe plus quam modo prae se ferat atque adeo astu profundo mentis improbae re ipsa machinam in illis latebris struxisse, quae in tempore prolata terrore diro anathematismorum horribilium concuteret, quem his obnoxium formidinibus norat, animum imperatoris, eumque metu isto inducoret ad se in thronum reponendum, unde ingratis ac vi coactus descendisset, facile autumans nihil pacisci recusaturum Augustum pro ape infirmae ac supra modum delicatae conscientiae pacandae. quem ideo terrere nominatim et

τὴν πλείστην περὶ τὰ θεῖα τοῦ βασιλέως εὐλάβειαν, ὃν καὶ ἄφυκτον εἶχε δεσμεῖν ὡς δῆθεν παρασυρέντα. τότε δὲ ἐπεὶ καὶ ἕτοιμος ἦν γράμμασι πιστοῖς ἐγχαράξαι τὰ τῆς ἀπολογίας, ὡς καὶ ἀπῄτητο, λαβὼν χάρτην οἰκειοχείρως τὰ πλεῖστα τάδ' ἔγραψεν. "ἐμοὶ συνέβη πατριαρχεύοντι πολλοῖς καὶ πειρασμοῖς ἐμπεσεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ἐξ αὐτῆς τῆς κατασχούσης με ὀδύνης καὶ πικρίας
P 172 παρακινηθεὶς γράμματα ἐξήνεγκα βάρος ἀφορισμοῦ καὶ λοιπῶν ἐπιτιμίων κατ' αὐτῶν ἔχοντα τῶν θλιψάντων με καὶ λελυπηκότων. ἐγνώρισε δ' ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπιτιμηθέντων οὐδεὶς οὔτε περὶ τῶν εἰρημένων γραμμάτων οὔτε περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἐπιτιμίων. εἶτα αὐτὰ μὲν τὰ γράμματα ἐν ἀποκρύφῳ τινὶ καὶ παντελῶς ἀδήλῳ τόπῳ τοῦ μεγάλου ναοῦ τῆς τοῦ θεοῦ ἁγίας σοφίας ἀποτεθέντα ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ καὶ διέμεινε φυλαττόμενα. ἐγὼ δὲ ἐπεὶ
B τοῦ θρόνου ἀναχωρῆσαι καὶ τῆς πατριαρχικῆς πάσης προστασίας παραίτησιν ἠβουλήθην ποιήσασθαι καὶ ἡσυχάζειν πάλιν κατ' ἐμαυτὸν ὡς καὶ πρότερον, εὐθὺς καὶ τὸ σύμπαν τῶν γεγραμμένων ἐκεῖνο βάρος ἐξ αὐτῆς ψυχῆς διαλύσας ἠθέτησα, συγχωρήσεως πάσης τῇ τοῦ θεοῦ πάσῃ μεταδοὺς ἐκκλησίᾳ, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀνωτέρω, ὡς εἴρηται, θλῖψαι ἡμᾶς καὶ παραλυπῆσαι σπουδάσασιν. οὐ γὰρ ἦν οὔτε τῆς τοῦ θεοῦ ἐντολῆς οὔτε τῶν ἐκεί-

damnationi a se in omnes intentatae diserte involvere studuisse videretur, dum inter alia clare professus est se non solos eos excommunicare qui scientes peccassent, verum illos etiam qui aliena seducti fraude imprudenter pertracti fuissent in qualemcumque participationem initorum contra se consiliorum. hoc fuit multorum de isto Athanasii responso iudicium: nunc caetera reddamus. ab eo sic locuto perrexerunt exquirere legati, num hanc ipsam, quam verbo ipsis expressisset, excusationem istius sui facti, paratus esset, si rogaretur, ad eorum cuia intererat notitiam et satisfactionem scripto complecti. ad ea ille chartae confestim arreptae haec, quae licet pluscula hic referam, illevit. "mihi contigit patriarchatu fungenti in multas tribulationes, multas tentationes incidere. harum subito et vehementi pertractus sensu in amaram habitudinem exacerbatae mentis, scripsi literas anathemata gravia censurasque id genus atroces in eos qui me vexaverant et laeserant habentes; quarum notitia censurarum nemini eorum in quos illae intorquebantur oblata ulla est; ac ne indicium quidem cuivis factum vel istarum ipsarum literarum vel piacularium noxarum quas continebant. hae deinde literae in quodam abstruso et prorsus ignoto loco magni templi sanctae dei sapientiae depositae, ibidem custoditae permanserunt. ego vero postquam throno cedere et omnis patriarchalis praefecturae abdicationem volui facere, quiescereque rursus apud me sicut prius, statim totum illud scriptorum onus ex ipsa anima diluens abregavi, veniam omnem universae dei impertiens ecclesiae et ipsis qui superius, ut dictum est, vexare nos et laedere studuerant. non enim fuit memoris mandatorum legum ac commendationum divinarum animi, ac omnino metum habentis ipsius dei, et fatarum indi-

ων νόμων καὶ παραγγελμάτων, οὔτε ψυχῆς φόβον ὅλως ἐχού- C
σης αὐτοῦ τοῦ θεοῦ καὶ ἔννοιαν τῆς μελλούσης κρίσεως ὁμοῦ καὶ
ἀνταποδόσεως, ἀκατάλλακτον τὴν ἔχθραν τηρεῖν καὶ ἀντὶ κακῶν
ἀντιδιδόναι κακά, οὔτε μὴν ἐπαρᾶσθαι κατὰ τῶν ἐπηρεαζόντων,
εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν θεοῦ σαφῶς καὶ λέγοντος καὶ προστάσσοντος. διὰ ταῦτα καὶ γράμματα μὲν ἐκεῖνα πάντα τὰ τῆς μικροψυχίας, μᾶλλον δὲ πᾶσαν τὴν αὐτοῖς ἐγκατατεθεῖσαν βαρύτητα τοῦ ἀφορισμοῦ τε καὶ τῶν ἐπιτιμίων, ἐκ ψυχῆς πάσης ἀπεβαλ- D
λόμην, πᾶσι τοῖς ἐπιτιμηθεῖσι καθαρὰν διδοὺς τὴν συγχώρησιν· ὥστε δὲ καὶ ἀναλαβέσθαι τὰ τοιαῦτα γράμματα καὶ ἀφανίσαι ἠμελήθη παρ' ἡμῶν, καὶ οὔτε ἐλάβομεν οὔτε ἠφανίσαμεν. εὑρίσκονται οὖν ἀρτίως, καὶ δίδονται εἰς χεῖρας τῷ κρατίστῳ καὶ βασιλεῖ μου καὶ αὐτοκράτορι. παρ' οὗ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐρωτήσεως γενομένης αὐτῶν δὴ τούτων τῶν γραμμάτων ἕνεκεν, οὐδὲν ἕτερος ἢ αὐτὸ τὸ ἀληθὲς εἰπόντες ἐπληροφορήσαμεν οἷον ὅτι οὐ νῦν E
πρότερον τὴν γνώμην μεταβαλόντες καὶ τὴν ἐπιτίμησιν λύοντες πᾶσα καθαρῶς συγχωροῦμεν καθ' ὧν αὖτη γέγονεν, ἀλλά τοι καὶ πρότερον, ἐξ ὅτου δηλονότι τῶν πατριαρχικῶν θρόνων ἀναχωρῆσαι ἠβουλήθημεν, εὐθὺς καὶ τῆς πρὸς πάντας ἔχθρας ἀπέστημεν, μηδεμίαν πρὸς οὐδένα φανερὰν ἢ κεκρυμμένην ἔχοντες ἄμυναν, καὶ τοὺς εἰρημένους ἀφορισμοὺς καὶ λοιπὰς ἐπιτιμήσεις ἀπὸ τότε εὐθὺς καταλύσαντες ἠθετήσαμεν. καὶ εἶχε ταῦτα ἐπ' ἀληθείας οὕτως. ἵνα δὲ μή τινι τῶν κατὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἁγίας ἐκ-

ciam simul ac retributionem certa persuasione reputantis, implacabile odium servare et pro malis mala rependere, neque diras imprecari iis qui mihi nocuerant, cum pro talibus orandum deus clare dicat et iubeat. propter haec literas illas ex pusillanimitate et aegritudine turbati animi profectas, praesertim vero cunctam ipsis inditam acerbitatem anathematis et piacularium noxarum ex toto penitus animo reieci, cunctis quos subiicere poenis istiusmodi volueram, plenam sinceramque indulgens veniam ac pacem. itaque merus fuit casus oblivionis, quod nobis in mentem non venerit resumere inde literas illas et abolere, prout constitueramus. sed quia negligentia quaedam nostra ne resumeremus et aboleremus obstitit, secutum inde est ut modo illae reperirentur darenturque potentissimo domino meo imperatori, qui cum circa istas a nobis scriptas literas interrogari nos curasset, nihil aliud nisi quod re vera erat respondentes affirmavimus, nimirum non nos nunc primum mente mutata solvere quamcunque memoratam illic censuram, ac plane sincereque condonare universis in quos intendebatur poenam noxamque omnem eiusmodi, sed multo antea, iam tum scilicet quando decrevimus patriarchali throno cedere, confestim omnem in omnes offensionem deposuimus, nullam adversus ullum manifestam aut occultam habentes malevolentiam aut cupiditatem ultionis, memoratasque excommunicationes et caeteras irrogationes poenarum ex tunc statim abolentes abrogavimus. sic illa ex vero se habuerunt. ne autem

P 173 κλησίας ἐπιχειρούντων καὶ ταύτην βουλομένων διαταράττειν πρόφασίς ποτε γένοιτο, κακῶς μὲν παντάπασι καὶ ἀδίκως, γένοιτο γοῦν μετὰ τοῦ πονηροῦ ζητοῦντι τὰ σκάνδαλα, τούτου δὴ χάριν καὶ τὰ παρόντα γράμματα, θεοῦ αὐτοῦ κατενώπιον κατὰ τῶν πρώην ἐκείνων, ὡς ἔφημεν, γεγραμμένων ἐξεθέμεθα. δι' ὧν καὶ πάλιν οὐ συγχώρησιν μόνον πᾶσαν πᾶσιν ἀπονέμομεν τοῖς, B ὡς εἴρηται, ἡμῶν ἔτι πατριαρχευόντων ἐπιτιμηθεῖσι λόγοις ἢ γράμμασιν ἡμετέροις τισὶ φανεροῖς ἐν τῷ παρόντι γεγενημένοις ἢ ἐν τοῖς ὕστερον τῶν χρόνων δήλοις ἐσομένοις, ἀλλὰ καὶ εἰρήνην καὶ τὴν κατὰ θεὸν ἀγάπην μετὰ πάντων τούτων κυροῦμεν, οὐδενί τι τῶν ἁπάντων ὡς ὑπ' αὐτοῦ δῆθεν ἠδικημένοι ἔχθραν ἢ ὀργὴν ἢ βάρος τὸ τυχὸν ἀποταμιεύοντες. καὶ εἴ τις δή ποτε τὰ λεχθέντα γράμματα καὶ οὐ βάρους μετέχοντα, ἢ ἕτερα κακίνα C ἡμέτερα, εἰς ταραχῆς πρόφασιν κατά τινων τῶν κοινωνούντων τῇ ἐκκλησίᾳ προβαλέσθαι θελήσει καὶ ταράσσων προβάλλοιτο, τοῦτον ἐπάρατον καὶ μὴ ἀνεύθυνον εἶναι βουλόμεθα, ὡς ἰδίαν μὲν πληροῦντα κακίαν, ἀφορμὴν δ' ἡμᾶς οὐκ ἀληθῆ ψευδῆ δὲ παντελῶς προβαλλόμενον. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, ἰνδ. ια'." ἦν δὲ καὶ τοῖς γράμμασιν ὑποσήμανσις αὕτη "Ἀθανάσιος ἁμαρτω- D λὸς ὁ χρηματίσας πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης." Ἀθανασίῳ μὲν οὖν οὐδὲν ἐλάττων τῶν ἄλλων αἰτία καὶ αὕτη

ulla inde male affectis erga sanctam dei ecclesiam et turbare illam studentibus occasio aut praetextus umquam existat id conandi (quod quidem perperam et iniuste facerent, cooperantes maligno quaesitori scandalorum), huius rei gratia praesentes literas, intuitu dei praesentis, adversus illas, ut diximus, a nobis prius scriptas, edidimus, per quas etiam rursus non veniam solum et absolutionem omnem impertimus iis qui, ut dictum est, a nobis patriarchatum gerentibus subiecti censuris quibuslibet fuerant, verbis aut literis nostris quibusdam nunc publicatis, ac quibuscumque aliis secuturo, si forte, tempore quomodolibet publicandis. contra quas pacem hic et in deo caritatem aeque omnibus firmamus et sancimus nostram, nemini omnium, tamquam ab eo videlicet iniuria affecti, odium iram aut rancorem ullum, acerbitatem qualemcumque gravem aut levem designantis aut infligentis vindictae, reposita velut in laesae mentis sinu servantes. quodsi quis, quicumque tandem fuerit, vel praedictas nostras literas, omni, ut declaratum est, auctoritatis pondere carentes, vel alias quaslibet pariter nostras in praetextum turbarum contra quoslibet e communicantibus ecclesiae proferre voluerit et re ipsa turbans protulerit, hunc maledictum et obnoxium reddendae facti huius rationi esse volumus, tamquam qui propriae obsequens malignitati non veram nobis sed omnino falsam intentionem impingat. mense Septembri, indictione XI." subérat autem hisce literis haec subscriptio "Athanasius peccator, qui fuit patriarcha Constantinopolis novae Romae." ex hoc ergo Athanasii, qui res eius censoris oculis observabant, nihilo minus validum

προσπεσοῦσα, τοῦ δόξαι οὐχ ἧττον βαθέως ἢ ῥᾳδίως ἐργάζεσθαι, μείζων παρὰ τοῖς κατ' ἐκείνου ἐπιτηροῦσιν ἔδοξεν ἑαυτῆς ἔκ τε τοῦ καὶ αὐτὸν ὁμολογεῖν τὸ προσῆκον Χριστιανοῖς, ὡς οὔτε τῆς τοῦ θεοῦ ἐντολῆς οὔτε τῶν ἐκείνου νόμων καὶ παραγγελμάτων, οὔτε μὴν ψυχῆς φόβον ὅλως ἐχούσης αὐτοῦ τοῦ θεοῦ καὶ ἔννοιαν τῆς ἀνταποδόσεως, κακὰ ἀντὶ κακῶν ἀποδοῦναι. εἰ δέ τι ἄλλο E ἀπὸ Χριστοῦ ἀφορισμῶν μεῖζον κακὸν ταῦτα ἐπ' αἰτίαις τισίν, ὃ θέλων κρινέτω. τέως γε μὴν κἂν τῷ ὁμολογεῖν, ὅσον τὸ δοκεῖν, ὡς οὐκ ἐν χρόνῳ τινὶ ἀλλὰ καὶ αὐτίκα ἐπ' αὐτοῖς μεταγνοίη γράμμασι καὶ λύειν ἐθέλοι καὶ ἀφανίζειν αἱροῖτο ἃ τέως ἔδεέ τε καὶ ἠσφαλίζετο.

25. Βασιλεῖ δὲ καὶ αὖθις φροντὶς ἦν οὐ μικρὰ παρακεκι- P 174 νημένων ἔνθεν μὲν τῶν Τοχάρων, ὅσοι δὴ καὶ ἐπὶ βορείοις τοῖς μέρεσιν ἵκεντο, ἐκεῖθεν δέ γε τῶν Τριβαλλῶν χρωμένων τῷ Κοτανίτζῃ, ὃς δὴ καὶ ἀποδρὰς ἐντεῦθεν, προσρυεὶς τῷ κράλῃ Σερβίας λῃστορος τρόπον καταθέων τὰ πρόσχωρα ἐληΐζετο, οὗ μὴν P 175 δὲ ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς οὐ καλῶς ἐχόντων ἐκ τῆς προτέρας

quam ex ullo superius animadversorum pravitatis ipsius indiciorum, argumentum duxerunt ad iudicandum vafrum esse illum ac subdolum, minimeque bonae fidei ac sincerae in agendo simplicitatis hominem. nam ne acta eius ista, quae nunc purgatum ibat, ignorantiae aut caecitatis ex perturbatione praesenti, cadentium in viros etiam bonos errorum, excusationibus a malignitatis nota vindicarentur, obstabat, quod ipse nunc ultro fatebatur scire sese ac prae oculis mentis habuisse, quid Christiani officium posceret, quid dei mandatum, quid eius leges et denuntiationes praescriberent; praesto etiam sibi adfuisse dei timorem ac cogitationem expectatae retributionis, quibus omnibus rebus prohiberetur mala pro malis reddere. his plenus sensibus qui tamen quoscumque sibi quibuslibet de causis adversatos exitio longe omnium maximo, separationi scilicet a Christo, quantum fuit in ipso, subiecerit, iudicet qui volet num ex mera imprudentia subreptioneque turbatae tumultu mentis prolapsus in prima illa scriptione fuerit, an non potius atroci vindictae cupidine furoreque impotenti chartis expressas istis execrationum horrendarum conceperit furias. utut de his fuerit, nunc quidem ille utcumque satisfecit. etenim confitendo, quantum in speciem satis foret, sese non postea demum quam renuntiaverat patriarchatui, sed iam tum antequam throno cederet, damnasse ac matura poenitentia revocasse quidquid perperam egisset clanculario scriptione et arcana depositione chartarum modo inventarum, omni plane metu solvit quamlibet timidos, nec suspicionem ulli quantumvis superstitioso reliquit ullam contractae a se aut sibi adhuc haerentis ex ista horribili scriptura piaculi cuiuscumque. unde in praesens securitate cunctis reddita omnis, quae ex hoc casu extiterat, est commotio sedata.

25. Caeterum imperatori acrem admovebant solicitudinem commoventes sese hinc quidem Tochari, quotquot boreales tractus insederant, inde autem Triballi, ad id utentes Cotanitza, qui postquam a nobis transfugisset, adiungens se crali Serbiae, latronis ritu incursans confinia depraedabatur. accedebat ad haec Orientalium quoque regionum miser sta-

ἐκείνης συγχύσεως. ταῦτά τοι καὶ βασιλεὺς ἀνδρὸς σπουδαίου ὁρῶν δεόμενον τὸν καιρὸν καὶ στρατηγοῦ, ἅμα μὲν ξυνετοῦ τῶν τοιούτων ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐγγιζόντων αὐτῷ πρὸς αἵματι, παριδὼν τὴν ἐπὶ τῷ σχίσματι μικρολογίαν τοῦ Ἰωάννου, καὶ ὡς αὐτὸς μὲν ἥκιστ' ἂν διὰ τὸ σχίζεσθαι βλάψειεν, ὀνήσειε δὲ τὸ κοινὸν διὰ τὴν εὐβουλίαν καὶ τὸ ἐπ' ἔργοις σπουδαῖον, εἰ προσληφθείη, B διανοούμενος, αὐτίκα ἀφεὶς ἐγκαλεῖν ἐκείνῳ τὴν πρὸς ἐκκλησίαν διαφοράν, ὡς εἶχε δὲ τῆς γνώμης καὶ πάλιν ἐάσας ἔχειν, προσλαβών, ὀλίγοις τισὶν ἐφοδιάσας καὶ χρήμασι καὶ στρατεύμασιν ἐπ' ἀνατολῆς ἐκπέμπει. ὁ δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἀναδεξάμενος πᾶσαν σπουδὴν ἐνδείκνυται καθιστᾶν μὲν τὰ τῇδε μέρη, θεραπεύειν δὲ καὶ βασιλέα ταῖς καθ' αὑτὸν ἐπὶ τοῖς πράγμασιν οἰκονομίαις καὶ διοικήσεσιν. ἐπειδὴ γὰρ οἱ μὲν πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν καιρῶν πολλάκις λαβόμενοι καὶ προσηῦξον τὰς οἰκείας προνοίας καὶ ἀρ- C γῶς εἶχον ἐκ τοῦ δώροις καὶ δεξιώσεσιν ὑπέρχεσθαι τοὺς ἡγεμονεύοντας, ἄλλοι δὲ πολλάκις καὶ σφῶν ἀξιώτεροι ἐκλελοιπυῖαν τῶν κατὰ σφᾶς οἰκονομιῶν τὴν ἀπορίαν εἶχον καὶ προαιρούμενοι τοῦ στρατεύεσθαι κώλυμα, καὶ ἦν ἀμφοτέρωθεν τῷ κοινῷ ζημία,

tus, e nuperis illis turbis adhuc graviter laborantium. his, prout res poscebant, procarandis cum videret imperator opus esse duce strenuo et prudenti, quem et ad auctoritatem expediret ex sibi consanguinitate intimis legere, non putavit habendam rationem contumaciae qua Ioannes Tarchaniota, superstitione hactenus inflexibili, haerebat affixus schismati, ad eum caeteris dotibus tali praefecturae aptum inde propterea excludendum, maxime cum reputaret per istam hunc occasionem ab urbe aegrotum minus quam dum ibi foret schismaticis profuturum, interim autem, qua valebat consiliorum sapientia dexteritateque ac fide in agendo, si ei ministerio adhiberetur, utiliter serviturum reipublicae. igitur omissis in praesens quibus eum solebat incessere criminationibus, quasi non cessaret ecclesiam turbare suo in segregum factionem pertinaci studio, quin et liberam ei facultatem tribuens in sua de religione qualicumque sententia pro libito deinceps persistendi, assumptum eum et paucis qua pecuniis qua copiis instructum in Orientales tractus misit. at ille accepta praefectura omne studium ostendit tum in restituendis illis misere afflictis partibus, tum in demerendo imperatore, suique apud eum antiquis suspicionibus purgandis solida exhibitione gratorum ipsi obsequiorum, fida prudentique administratione commissi sibi muneris, qua se dignum probaret honore ac beneficiis collatis. hinc quoniam militum plurimos videbat corrasis, per opportunitates in quas avide immineabant, divitiis maximis inde segniores ad laborem fieri, propterea quod, quamlibet cessarent et officio deessent, impune se laturos confiderent ob sibi paratam crebris muneribus, prout illis erat in tam pingui fortuna facile, ducum suorum gratiam, aliunde autem fortes bellatores, quod minus attenti ad lucrum forent, non superfluis modo, quae impenderent in dona, sed etiam necessariis, unde sibi consulerent, carentes eo ipso tardiores ad militandum reddebantur, inopia insuperabile strenuitati quamlibet bene animatae obstaculum obiectante, incommodo utrimque in damnum publicae rei redun-

καὶ ἡ ἀνισότης αὕτη ἐδέετο ἐξισώσεως, αὐτὸς τὰ μεγάλα θαρρῶν, ὡς πιστῇ γνώμῃ καὶ καθαρᾷ πρὸς βασιλέα πράττοντι οὐδὲν ἂν προσταλῇ τῶν ὅσα καὶ εἰς ἐμπόδιον εἴη, μεταγγίζειν ἔγνω πρὸς τὰ κοινὰ τὰ πληρέστατα καὶ οὕτως ἐξισοῦν τοῖς ἀνδράσι καὶ τὰς ὁρμάς, ἐξισῶν τοῖς πράγμασιν. ἐντεῦθεν καὶ στρατὸν μὲν συνέ- D στα πλέον, νῆας δ' ἐξητοιμάζετο, καὶ διττὰ στρέφων ἔνθεν μὲν κατὰ γῆν ἐκεῖθεν δὲ κατὰ θάλατταν διηυμάριζε, καὶ καλῶς ἠκούετο πράττων, καὶ βασιλεῖ ἀπόδεκτος ἦν, εἰ καὶ τῷ πατριαρχοῦντι Ἰωάννῃ ἡ ἐκείνου στρατηγία διὰ μεγίστης ἀγανακτήσεως ἦν, καὶ πολλάκις προσαναφέρων βασιλεῖ προσωνειδίζετο, εἴ γε ἀνὴρ στρατηγὸν οὐχ ὅπως μηδὲν εἰδὼς τιμᾶν ἐκκλησίαν, ἀλλὰ καὶ πολλαῖς E τοὺς αὐτῆς πλύνων ὕβρεσι. βασιλεὺς δὲ τῇ παρ' ἐκείνου θεραπείᾳ ἐνειλημμένος, ὡς αἱ συχναὶ πίστεις εἶχον, λογισμῷ δοδοὺς πλέον ἢ ὀργῇ διὰ τὴν ἐκ τοῦ πατριάρχου ἀναφοράν, οὐδὲν περαίνειν κατ' ἐκείνου παρεῖχε τοὺς κατ' ἐκείνου λέγοντας, ἀλλὰ καὶ προσάντως μᾶλλον ἐδέχετο τὰς ὑπομνήσεις, τὴν ἐπὶ τοῖς πραττομένοις σταθηρότητα βασιλικωτέραν κρίνων παλιμβολίας P 176

dante maximo, inaequalitates justas sibi, prout erat ante omnia necesse, mutua compensatione decrevit exaequandas, ita ut ex abundantia superfine opulentorum transferendo, quod satis esset, in egestates inopum, nec illi redundanti copia torperent nec hi necessariis destituti languere ac militiam refugere cogerentur. tantae huic ac tam cunctis praevertendae rei tum suscipiendae fiduciam tum exequendae facultatem praebuit conscientia praecipue fidelis erga imperatorem studii et huius certae sibi benevolentiae fiducia secura. inde porro, quod palmarium fuit ad praesentem usum, id est brevi consecutus, ut exercitum conflaret satis numerosum ad classem simul maritima militia complendam castraque terrestribus abunde instruenda copiis; qua utraque fretus potentia, navibus uno tempore multis egregie armatis, terra uno consilio marique, rem non impigre solum ac prudenter sed feliciter etiam gerere cito auditus est, successibus, quemadmodum fere fit, fortunae sapientiae consiliorum respondentibus. hinc faustis de illo increbescentibus nuntiis magis magisque confirmabatur in suo de eo iudicio imperator, impensiusque favere ministro tam utili pergebat; eoque obfirmatius reiiciebat continuas adversus Tarchaniotam expostulationes patriarchae Ioannis, qui concoquere haud umquam valens honorari praefectura tali hominem adeo non bene affectum erga ecclesiam, ut plerosque ecclesiasticorum probris conscindere non desisteret, querelis ea de re assiduis nec sine stomacho Augustum inquietabat; qui tamen nihil his motus, quod praesentibus iisque certis experimentis fidelis utilisque sibi Tarchaniotae obsequii plus quotidie plusque obligari se sentiret ad benevolam in eum gratamque voluntatem, sic aures nequidquam accusanti patriarchae dabat, ut animum reo servaret, rationique amplius quam irae tribuens irritos reddebat omnes ipsi nocere satagentium conatus, libenter contra benigneque excipiens quidquid ab ei faventibus suggereretur, denique iudicans id eiusmodi esse negotium, in quo magis imperatorem regia insistere constantia semel coeptis quam instabili desultoriisque modo aientium mox negantium consiliorum levitate

καὶ ἀστασίας ἐπὶ τοῖς δόξασι. πλὴν μετὰ καιρόν, ὡς ἁρμόζειν αὐτίκα λέγειν, ἐπιτίθενται οἱ τινὲς τῶν ὅσοι καὶ τῶν οἰκονομιῶν τὸ πλεῖστον προσαφῃρέθησαν, προφάσει μὲν τῇ εἰς βασιλέα πίστει χρησάμενοι· οὐδὲν δὲ ἧττον ἑαυτοῖς ἀμύνειν ἤθελον, παραλελυπημένοι οἷς προσαφῄρηντο. καὶ τῷ Θεολήπτῳ Φιλαδελφείας προσελθόντες τὰς πρὸς βασιλέα πίστεις ἠθετηκέναι τὸν Ἰωάννην
B ἔλεγον, καὶ δῆλον εἶναι, ἐξ ὧν γε καὶ πράττοι, τὸν τῆς ἀποστατήσεως κύβον ἀναρρίπτειν ἀρξάμενον. ταῦτα λέγοντες ἔπειθον, καὶ μᾶλλον εἰς τὴν κατ' ἐκείνου ἀπέχθειαν ὡρμημένον πάλαι ἄτε καὶ αὐτὸν κατ' ἐκείνου τὰ πολλὰ μωμούμενον. καὶ σὺν σφίσι τὴν πρὸς ἐκεῖνον (ἦν δ' ἐπὶ τοῦ πυργίου τότε) ἠπείγοντο. ὁ δὲ προγνοὺς τὴν τῶν ἐπιόντων ἔφοδον, καὶ ὡς ἐπὶ κακῇ προϋπηργμένῃ φήμῃ, εἰ καὶ ψευδὴς ἦν, ἀπαντῶσιν ἤδη, θραύεται τὴν ὁρμήν, καὶ εἰσελθὼν τὴν ἐκεῖσε μονὴν τοῦ ἐν μάρτυσι μεγίστου
C Γεωργίου, τὴν τοῦ Διὸς ἱεροῦ πάλαι, τοῦ ἀσφαλοῦς ἑαυτῷ προυνόει. καὶ οἱ μὲν ἐπιστάντες ἔξωθεν ἐπιζυγωθεισῶν τῶν πυλῶν τῆς μονῆς ἐσπουδασμένως τὰ τῆς κωφῆς ἐκείνης κατηγορίας συνέπλεκον, καὶ οὐκ ἂν ἔλεγον Ἰωάννην περαιτέρω τῶν ἐντολῶν

fluctuare par foret. caeterum periclitatus hic aliquando a suis oppugnatoribus fuit; quod etsi evenit aliquantum post hoc tempus in quo narrando versamur, tamen hic propter materiae connexionem referre occupabo. conflata in eum est factio militum eorum quos, ut dictum est, superflue divites parte opum redundante multaverat, qua indigentes caeteros iuvaret. hi studio sincerae in imperatorem fidei moveri se simulantes, cum re vera concitarentur dolore imminutae ipsis pecuniae, ad impotentem cupiditatem ulciscendi molestae ipsis, quantumvis aequae ac publice salutaris, distributionis auctorem, Theoleptum Philadelphiensem conveniunt episcopum, eique deferunt manifestum videri ex iis quae Tarchaniota ageret, meditari eum defectionem ab imperatore, omniaque sedulo comparare ut mox contra illum palam insurgeret. facile id illi persuaserunt antistiti, male iam antea in Tarchaniotam affecto, quippe a quo contumeliose se quoque traductum et irrisum reprehensumque meminisset. ergo et hic ducibus seditionis immixtus ipfesto cum illis impetu ad Tarchaniotam, uti haud dubie rebellionem machinantem, coërcendum aut comprehendendum vadit. erat tunc is in turri quadam, ubi de coitione praemonitus et imparem se, loco tali, tantae sustinendae impressioni ratus, illinc se proripiens in vicinum maximi martyris Georgii monasterium fugit, eiusque foribus occlusis vim eorum fama praenuntiatam opperitur. fuerat illic olim Iovis templum, Christiano deinde ritu expiatum et in honorem sancti martyris Georgii dedicatum. eo ingressum ibique obductis secure foribus tutum seditiosi Tarchaniotam audientes nihilo secius facta manu monasterio se admovent, et extra, ut erant, magnis vocibus fictam illam cogitatae perduellionis calumniam oggerunt, falso illum iactasse vociferantes se, dum ipsos spoliaret, Augusti mandatis obsequi. longe quippe ultra voluntatem ac destinationem omnem clementissimi principis istam eius perfidiosi ac rapacissimi ministri violentam in

τῶν παρὰ βασιλέως προειληλυθέναι (τὸ δ' ἦν τὸ τὴν αὐτῶν ὑπαλλάττειν στρατείαν), εἰ μή γε καὶ τῆς εἰς βασιλέα καταφρονήσεως ἄρχειν ἐγνώκει. τὸ δ' ἦν ἄντικρυς καταδημαγωγία, ὡς ἐντεῦθεν τὴν κατ' αὐτοῦ σφῶν ἰσχύειν ἐπίθεσιν, καὶ πρόβλημα ἦν αὐτοῖς ἰσχυρὸν τῶν κατ' ἐκείνου λοιδοριῶν ὡς δικαίως ἐπεξιοῦσιν. ὃ δ' ἔνθοθεν ἀφ' ὕψους τοῦ τείχους ἑωραμένος πρὸς τὴν κατηγορίαν ἀσφαλῶς ἵστατο, καὶ τῷ ἀρχιερεῖ προσωνείδιζεν, ἀνοίας κρίνων, εἰ συμπεπεισμένος τοιούτοις ἀνδράσι ποιεῖν τὰ ὅμοια ἔγνω παραγεγονὼς τὸν μηδὲ σκιὰν ἀπιστίας εἰδότα. βασιλεῖ γὰρ καὶ μᾶλλον φυλάττειν πίστιν καὶ βεβαίαν φέρειν τὴν εὔνοιαν, αὐτῷ δὲ τοὐντεῦθεν καὶ μᾶλλον μηδ' ὡς ἀρχιερεῖ προσέχειν, εἰ τὴν πρὸς αὐτὸν διὰ τὴν τοῦ σχίσματος αἰτίαν ἀπέχθειαν, ὃ δὴ καὶ βασιλεὺς οἶδε καὶ συγχωρεῖ αὐτός, τοῖς οὐκέτ' οὖσι κατὰ βασιλέως αἰτιάμασι συμπλέκειν ἐθέλοι καὶ τοῖς ἐπιοῦσι συμπράττειν

se grassationem processisse. nec dubium videri quin hoc ipsa id agendo spectasset, ut se a militia per istam intolerabilem spoliationis iniuriam depulsis, praeda ipsis extorta seditiosos auctoraret, quorum sibi sic obnoxiorum fida opera uteretur ad rebellionem, quam moliretur, in imperatorem exequendam. ad hoc plane pertinuisse illam affectatae popularitatis speciem, illas ex alieno largitiones, illas effusiones in vilissimum quemque pecuniae iniuriis conflatae, rapinis extortae, ut melioribus debilitatis, pessimis armatis, haberet perduellis ad manum quorum lacertis ac mucronibus Augustum oppugnaret, Augusto, qui ipsum defenderent, deessent. inde adeo suam hanc, quam intentarent rebelli, haud esse iniustam vim. pia sanctaque in hostem patriae sese arma induisse; nec iam privatas ultum ire contumelias, quas sint ab ipso perpessi, sed tyrannum execrabilem iusto bello persequi. talia seditiosos vociferantes despectans e summis muri pinnis Tarchaniota, suae defensionem innocentiae cum ipsorum accusatione insolentiae coniunctam ex tuto disertus perorabat, etiam ultro Philadelphiensem increpans, quod eum non puderet sacrosancta insignem dignitate sanguinariis se latronibus ducem ad scelus ferre. "omittite, heus vos," inquiebat, "si quis pudor est, mendacem iactationem vestrae in Augustum fidei, qui non studio erga principem sincero, sed odio adversus fidissimum ipsi ministrum, ducem vestrum, saeve nefarioque concitamini. rebellionis quam fingitis ne umbra quidem aut prima cogitatio conscientiam maculavit meam. fidem imperatori servo integram nunc maxime; in cuius obsequium affectu devotissimo nemini concedo. te vero," Theoleptum intuens, "nunquam episcopi, quod falso geris, compellabo nomine, aut debita isti gradui veneratione prosequar. ista dudum commercia inter nos abrupit vetus de religione discidium. dudum est cum tu me schismaticum, ego te profanum censeo. haec tuae a me, quam nihil moror, aversionis vera causa est, nec ipsa ignota principi, cuius te zelo dignitatis et formidine periculi moveri mentiris. tolle fraudes, amove confictionem vanissimi criminis: fatere te contra officium ecclesiasticae lenitatis, sitientem mei sanguinis, ab iniquissima minimeque verisimili suspicione tuae immani crudelitati obtentum quaerere, interim dum, quod monstrum in sacerdote sit, cruentis te sicariis immiscens, quantum potes, cooperaris ad caedem hominis, purae omni

φόνον μηδὲν προσῆκον διὰ τὴν τῆς συνειδήσεως καθαρότητα. ταῦτα λέγων ἀντετεχνᾶτο κἀκεῖνος, καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ μάρτυρος φέρων ἐπευφήμει τοὺς βασιλεῖς. καὶ λοιπὸν ἄπρακτον μὲν ἦν
P. 177 αὐτοῖς τὸ ἐγχείρημα, συνεῖναι δ' ἐκείνοις ἥκιστα ἀσφαλὲς ἐδόκει. ὅθεν καὶ πᾶσαν ἀφεὶς ἐνοχὴν προστρέχει τῷ βασιλεῖ τῇ πολυανδρούσῃ πόλει Θεσσαλονίκῃ ἐνδιατρίβοντι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον, καθ' ὃν καιρὸν τά οἱ στρατηγοῦντι πεπονημένα ἐσπουδασμένως τῆς τῶν ἐκεῖ πραγμάτων κατορθώσεως χάριν ἀθετηθέντα καὶ εἰς οὐδὲν λογισθέντα παρὰ τῶν ἐσαῦθις πεμπομένων πολλὴν τὴν λύμην ἐνέδοσαν γίνεσθαι, ὑπερημέρων μὲν καὶ τῶν μισθο-
B φοριῶν γινομένων στρατιώταις παρὰ τῶν κατ' ἀνατολὴν συλλεγόντων χρήματα, ἐλλελειμμένων δὲ καὶ τῶν πλείστων ἐκ τῆς τῶν προυχόντων περὶ αὐτὰ σφετερίσεως, καὶ τῶν πολεμικῶν ἐντεῦθεν ἀμελουμένων κατὰ τὸ εἰκὸς πράξεων.

P. 178 26. Περὶ δέ γε τῶν βορείων Τοχάρων (οἱ γὰρ κατ' ἀνατολὴν τὸν Καζάνην εἶχον, ὡς αὐτοὶ φαῖεν ἄν, Κάνιν, ὃς δὴ καὶ ἐκ Χαλαοῦ τε καὶ Ἀπαγᾶ τὸ γένος κατῆγε) περὶ γοῦν ἐκείνων ἄξιον ἄνωθεν διελθεῖν. ὁ τοίνυν Νογᾶς, περὶ οὗ καὶ πρότερον

labe conscientiae veraci testimonio innocentissimi." talia locutus, ut infestis machinationibus invidiae suas contra ipse quoque artes opponeret, sublata in manus alteque ostensa imagine martyria, acclamare salutem imperatoribus patri et filio faustaque ambobus precari omnia clara voce saepius ingeminans instituit. sic illo seditionis impetu repulso, facile intelligens haud tuto diu se posse consistere in tam infensorum sibi hominum contubernio, ad Augustum in frequentissima Thessalonicensium urbe tunc degentem (nam haec, ut admonui, posterius sunt gesta) Thessalonicam, inquam, ad Andronicum se inde proripuit. quo quidem tempore, intento unice imperatore praesentibus curandis, et imperii vires fere universas impendente constituendis illis in quibus tunc versabatur Occiduis tractibus, contigit brevi perire fructum omnem operae a Tarchaniota prudenti suae praefecturae functione reipublicae navatae. nam qui huic successerunt ab Augusto submissi ad regendas Orientales provincias, quae ille malis publicis emendandis opportuna sapienter excogitaverat, funditus neglexerunt; quorum salubritas institutorum ex gravi pernicie, quam sensim in desuetudinem abeuntia moxque nihili habita sui abolitione contemptuque in rempublicam attraxerunt, sero potuit perspici. nam cum stipendia non amplius ad diem militibus solverentur ab iis qui vectigalibus per illos tractus exigendis erant praepositi, quod pecunia publica rapinis ipsorum et ipsis consciorum imminuta nequaquam ad id sufficeret, dilapsis propter inopiam praesidiariis functiones illic omnes militares cessaverunt, totusque sine ulla custodia Orientalis limes hostium barbarorum liberis incursionibus condonatus in praedam est.

26. De borealibus porro Tocharis (nam orientales principem sive, ut ipsi loquuntur, Kanin, agnoscebant Cazanem, qui ex Chalaü et Apaga deducebat genus) de illis, inquam, qui septentrionales obtinebant tractus, est quod modo repetito paulo altius principio narremus. Nogas igitur, de

ἐρρέθη, πεμφθεὶς ἀρχῆθεν παρὰ τῶν ἐκ γένους ἀρχόντων, οὐκ ἄρχων ὢν ἀλλ' ὑποστράτηγος σφῶν, πεμφθεὶς οὖν μεθ' ὅτι B πλείστης δυνάμεως ἐπὶ τῆς κατὰ βορρᾶν περαίας, ἵνα καὶ διάφορα ἔθνη πάλαι μὲν Ῥωμαίοις ὑπήκοα, ὕστερον δ' ἁλούσης τῆς Κωνσταντίνου καθ' αὑτὰ ὄντα καὶ τοπαρχίαις τισὶ μεριζόμενα, ὡς ἐρήμων καταδραμούμενος, ἐπιστὰς τῷ κατὰ σφᾶς δέει μόνῳ χειροῦται καὶ ὑποκλίνει Τοχάροις αὐτονομούμενα πρότερον. ἅμα γοῦν τοσούτων ἐθνῶν ἦρξαν, καὶ ἅμα πολυανδροῦντα τόπον C ἰδόντες καὶ ἀρετῶσαν γῆν πρὸς πάντα τὰ ἀναγκαῖα, ἑαυτοῖς ὑποποιοῦνται τὰς χώρας καὶ καθ' αὑτοὺς ἦσαν. ὡς δὲ καὶ τῶν ἄνω Τοχάρων, οἷς καὶ ἦν ἄρχειν, ἐπιόντων καὶ τὸ κράτος ζητούντων ἐκεῖνος συνέσει τε καὶ τῷ καθ' αὑτὸν πλήθει περιεγένετο, τοῦ λοιποῦ ἀνέδην ηὐτονομοῦντο καὶ τὸν ἄνω Εὐξείνου τόπον ἀρχοντικῶς ἐκαρπίζοντο. ἦν γοῦν ταῦτα ἐπὶ καιροῖς, καὶ τῷ τοῦ βασι- D λέως κήδει ὁ Νογᾶς ἠγλαΐζετο. ἐπεὶ δὲ πολλῶν ἐκποδὼν γεγονότων οἷς δὴ καὶ τὸ ἄρχειν ἐκ γένους προσῆν, ὁ Τουκτάϊς ἐγκαταλίλειπτο καὶ ἤδη γεγηρακότι τῷ Νογᾷ ἐφειστήκει καὶ εἰσβολῆς

10. δὲ deerat.

quo est superius a nobis dictum, missus olim a principibus gentis non dux ipse supremus, sed praefectus copiis auctoritate vicaria, cum exercitu numerosissimo in obversae Asiae continentis boreales partes irruptionem fecit. sedes illic habebant gentes variae olim Romanis subiectae, sed post raptam a Latinis Constantinopolim sui iuris factae, divisaeque in plures toparchias singillatim debiles, nec uno in commune consilio utentes, nullam idoneam irruentibus barbaris opponere defensionem potuerunt; quare ad primum statim incursum metu ipso debellati, facilis citra certamen vincentibus praeda cessere. in illa felicitate insperati successus animadvertens Nogas cum suis habere se sub manum frequentissimas et confertas populo regiones, easdemque soli uberis et omnium vitae tuendae utilium feracis, non amplius precaria potestate iis praeesse sunt dignati, aut decum veterum, a quibus erant ad istam expeditionem destinati, nutum respicere curarunt. proprio illas nullique obnoxio subiectas imperio Nogas habuit; ac repetentium ius suum antiquorum principum gentis Tocharicae querelas conatusque partim elusit ambiguitate responsorum et fictarum ad tempus promissionum industria solerti, partim ubi aperta vis intentata est, oppositu numerosissimarum copiarum repulit. nec ita multo post, quasi firmato iure possessionis longi praescriptione temporis, sine controversia regnavit, pleno iam nec revocato a quoquam in dubium dominio superiores Euxino Ponto regiones obtinens. is status illic diuturno spatio rerum fuit, quando ad caeteram Nogae claritatem accessit haud parum eum illustrans affinitas cum Michaële Augusto contracta, cui gener factus est nuptiis filiae Euphrosynes. interim multis mortuis eorum quibus sorte natalium successio ex genere competebat imperii a quo Nogas defecerat, reliquus ex ea stirpe Tuctais ius avitum recuperare tentavit suscepta in eum expeditione eo successu, ut iam senex Nogas praelio vi-

στερρᾶς γεγονυίας περιῆν κατὰ κράτος καὶ ὁ Νογᾶς ἔπιπτε, τὰ μὲν κατὰ τὸν τόπον γεγονότα ἐκ τῶν ἐνεστώτων πολέμων καὶ τῆς
E συγχύσεως, καὶ ὡς ἠρήμωτο μὲν χώρα πᾶσα καὶ ἄνθρωποι διεφθείροντο, ἐκεῖθεν δ' οἱ λελειμμένοι πρὸς τὰ ὧδε μετῳκίζοντο, καὶ ὅλα νηῶν πληρώματα καὶ φορτία ἄνθρωποι ἐγεγόνεισαν, ἰδίας ἱστορίας χρῄζει καὶ οὐ τῆς τυχούσης πρὸς ἀγγελίαν γλώττης. τέως δὲ περιγεγονὼς ὁ Τουκτάϊς κύριος τῶν τόπων κατέστη, καὶ
P 179 τὸ Τοχαρικὸν ὑπ' ἐκείνῳ γίνεται, ὀλίγων τινῶν προσμεινάντων τῷ ἐκ τῆς Ἀλάκκης τοῦ Νογᾶ υἱεῖ Τζακᾷ τοὔνομα, οἷς δὴ καὶ ἐθάρρει ἐκεῖνος ἐπιὼν τὴν Βουλγάρων. ὁ γὰρ Τερτερῆς καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς ἀπειλῆς τοῦ Νογᾶ φυγὼν προσεχώρει τῷ βασιλεῖ, καὶ περί που τὴν Ἀνδριανοῦ διῆγε, τοῦ βασιλέως ἀποπροσποιουμένου τὴν ἱκετείαν, ὡς ἂν μὴ πέμψαντος τοῦ Νογᾶ αὐτὸς ἐκεῖνον κατὰ τὸ εἰκὸς ὡς προσφυγόντα περιποιούμενος τὰς τοῦ Νογᾶ ὀρ-
B γὰς ἐρεθίσειεν. ὁ γοῦν ἐκείνου υἱὸς Τζακᾶς, τοῦ Νογᾶ ἐκποδὼν γεγονότος, θαρρῶν τοῖς περὶ αὐτὸν Βουλγάροις ἐπέχρα, πλὴν οὐ δίχα προφάσεως, ἀλλ' ἔχων τὴν τοῦ Τερτερῆ θυγατέρα εἰς σύζυγον ἑαυτῷ. προσλαμβάνει τε καὶ τὸν ταύτης ἀδελφὸν Ὀσφεντίσθλαβον, καὶ σὺν αὐτῷ Βουλγάρους δουλαγωγεῖν ἤθε-

ctus ingenti inter cruentissimam suorum stragem ipse in acie confossus occubuerit. quo bello quae magna multaque ac memoria in primis digna contigere, desolatis terris illis universis, mortalibusque omnis aetatis innumerabilibus varie ferro fame fuga consumptis, ita ut eorum exiguae reliquiae paucis huc navibus deportarentur, haec, inquam argumentum esse possent iustae historiae, nec indisertum ad idoneam sui expressionem requirentis scriptorem. perstitit Tuctais in terris quas victoria suas fecerat, cum iis quos eo duxerat, quosque illic repererat Tocharis Nogam alias secutis: nam et hi maxima ex parte victori se subiecerunt, paucis dumtaxat fidem olim Nogae promissam servantibus huius filio, quem ex muliere Alacca vocata susceperat, Tzacae nominato. his Tzaca fretus viribus in Bulgariam irrupit, a rege tunc destitutam suo: nam qui regnarat illic Terteres, iam antea minis adhuc viventis Nogae territus confugerat ad imperatorem; quo non auso eum admittere, ne repetituro mox Nogae supplicem prodere cogeretur metu iram eius et arma in sese concitandi, miser interim Terteres alicubi circa Adrianopolim latitans degebat. at Tzacas cum his quas dixi copiis in Bulgaros irruens subiicere hos sibi tentabat, ius quoddam ad regni eius successionem ab uxore trahens: habebat enim in matrimonio Terteris filiam. quare ut eam spem magis firmaret, tantoque ad se alliceret efficacius gentem Bulgaricam, Osphentisthlabum sibi adiunxit, uxoris suae fratrem, eius apud populares ob stirpem regiam grati profecturo sibi favore confidens assecuturum esse ut regnum sponte istud universum suae ipsius ditioni cederet, erat hic Osphentisthlabus egens quidem per sese pecuniae, caeterum abundantia nobilitatis inopiae subsidium invenit. cum enim forte incidisset in Pantoleontem quendam de plebe hominem, sed felici negotiatione longi temporis

λεν. ἀλλ' ἐκεῖνος πένης ὢν ἀφνειῷ τινὶ ἀπὸ πραγματειῶν ἀνδρὶ Παντολέοντι προστυχών, εὐγενὴς ὢν καὶ ἐκ βασιλέως τυχόντι καὶ ἰδιώτῃ ἐπ' Ἐγκόνῃ Μαγκούσου τινὸς θυγατρί, τεκνοποιη- C θείσῃ πάλαι τῇ τοῦ Νογᾶ Εὐφροσύνῃ ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος, διὰ τὸν πλοῦτον ἐπιγαμβρεύεται. καὶ τοῖς μὲν Βουλγάροις δόμασι τὰς γνώμας καταδουλώσας, τῷ Τζακᾶ δὲ ὡς κυρίῳ χρώμενος, τῆς Τερνόβου σὺν ἐκείνῳ ἐπιλαμβάνεται. ὀλίγον τὸ μεταξύ, καὶ ἐνευκαιρήσας Ὀσφεντισθλαβος, Βούλγαρος ὢν ἐκ μητρὸς (ὃ γὰρ πατὴρ Τερτερῆς ἐκ Κομάνων ἦν), τέως δέ γε τὰ πλεῖστα οἰκείως πρὸς Βουλγάρους ὑπὲρ τὸν Τζακᾶν δοκῶν ἔχειν, D ἐπῃθεται τῷ γαμβρῷ ἐπισχὼν δόλῳ, καὶ φυλακαῖς ἀσφαλέσι δούς, ὕστερον Ἰουδαίοις ὑπηρέταις καὶ οἷς εἰς τὰ τοιαῦτα ἐθάρρει χρησάμενος, ἀποπνίγει κεκλεισμένον, καὶ τὸν τῇδε πατριάρχοῦντα Ἰωακεὶμ κατακρήμνησιν ὡς σφᾶς προδοῦναι Τοχάροις τὸ πάλαι ὑποπτευθέντα, καὶ οὕτως ἐξ ἀλαστορίας τόσης τῶν ὅλων κύριος γίνεται. καὶ κατ' ὀλίγον προβαίνων κραταιοῦται, εἰ καὶ φθάσας ὁ βασιλεὺς πρὸ τοῦ κεῖνον ὅλως κραταιωθῆναι, τῶν Βουλγάρων πεμψάντων καὶ τὸν ἐκ τοῦ Κωνσταντίνου υἱὸν τῆς E Μαρίας ζητούντων εἰς βασιλέα διὰ τὸ ἐξάντεις ἤδη φανείσης To-

19. ἐξάντης P.

opes nactum ingentes, facile persuasit obscuro et privato regiis natalibus praefulgens iuvenis ut oblatam secum affinitatem longe omnibus praehabendam conditionibus duceret. carens liberis Pantoleon puellam sibi consanguineam, Enconen nomine, e Mancuso quodam natam et olim e sacro baptismi fonte susceptam ab Euphrosyne Nogae coniuge, ac inde ab illa more maiorum filiae loco habitam; destinaverat heredem. hanc sibi adoptatam, toto in dotem imputato patrimonio, libentissime coniugem dedit petenti Osphentisthlabo; qui repente dives dotali pecunia, muneratus haud parce plerosque Bulgaros, studia sibi eorum ad suffragationem principatus eo propensiora concliavit, quod ipse materno genere Bulgarus (nam pater eius Terteres e Comanis erat) naturae ac sanguinis communione, quae ad caritatem valet plurimum, gentis illius affectibus commendaretur. sequebatur ille interim Tzacae fortunam, eum ut dominum venerans, ac videlicet pro intima cum eo ut suae sororis viro necessitudine praecipuum apud illum gratiae locum obtinens. unde intra Ternobum, urbem regiam Bulgariae, illum secutus, et eius regimen primum quasi alienis exercens auspiciis, sensim ad se vim imperii attraxit, donec factione iam satis firmata, Tzacam cognationis fiducia securum improviso adortus comprehendit, tutaque tenuit aliquandiu custodia, tandem Iudaeis ad caedem ministris usus, clauso in carcere fauces elisit; Ioachimum quoque illic patriarcham, suspectum quasi prodere Bulgariam Tocharis tentaret, praecipitio necavit; atque horum scelerum tantorum praemium repente opimum Bulgariae totius dominatum tulit. cuius paulatim se corroborantibus progressibus obsistere mature, id e re sua ratus, imperator studens, arrepta libenter occasione legationis ad se missae quorumdam Bulgarorum, Constantini quondam ipsorum regis ex Maria filium in regem poscentium, et

χαρικῆς ἐξουσίας γίνεσθαι βούλεσθαι, ἀποστέλλει τὸν Μιχαήλ, ὃς καὶ οὐδὲν πλέον ἔσχε Βουλγάροις ἐπιστὰς ἢ τὸ ἔξω Τερνόβου περιπλανᾶσθαι καὶ βίον τρίβειν ἰδιωτικοῦ μὲν οὐ πόρρω, τέως δὲ βασιλείᾳ ἥκιστα πρέποντα. ἀλλ' οὕτω μὲν Ὀσφεντίσθλαβος, ὃς καὶ μετὰ χρόνους τοῦ ἰδίου πατρὸς Τερτερῆ πολλοὺς τῶν τοῦ
P 180 παλατίου ἀντήλλαξεν. ὁ γὰρ τῶν Βουλγάρων σεβαστοκράτωρ Ῥαδοσθλάβος βασιλεῖ προσχωρήσας, καὶ παρ' αὐτοῦ δὴ εἰς τὸ τῆς σεβαστοκρατορείας βεβαιωθεὶς ἀξίωμα, γένους ὢν τοῦ πρωτίστου παρὰ Βουλγάροις (τῷ γὰρ Σμίλτζῳ καὶ ὠμαιμόνει), συνάμα πλείστοις Ἐλτιμηρῇ κατὰ τὸν Κρουνὸν δεσποτείᾳ τετιμημένῳ, ἀδελφῷ γε ὄντι τοῦ Τερτερῆ, καὶ αὐτῇ δὴ τῇ τοῦ Σμίλτζου
B συζύγῳ προσβάλλει, Σμίλτζου τοῦ πρὸ ὀλίγου καὶ αὐτοῦ Βουλγάρων ἄρξαντος βουλήσει Νογᾶ ἀποδράντος τοῦ Τερτερῆ, εἰ καὶ μετὰ μικρὸν διὰ τὸ κῆδος καὶ τὸν Τζακᾶν προτιμηθέντος τοῦ Ὀσφεντισθλάβου μετὰ τὸν Τζακᾶν φροῦδος ὁ Σμίλτζος γίνεται. τότε τοίνυν ἐκ Θεσσαλονίκης παρὰ βασιλέως ἀποσταλέντες οἱ περὶ τὸν Ῥαδοσθλάβον, σὺν τοῖς μεγιστᾶσι τοῦ βασιλέως,

tempus aptum existimantium restituendo huic in paternum regnum, quando res Tocharorum infensorum ipsi confirmatae nondum erant in plenum robur ex concussu belli atrocissimi civilis, cuius utcumque victor Tuctais et multos amiserat suorum, et regio quam vincendo acquisierat vastata desolataque in longum adhuc tempus erat, — huius, inquam, invitatione legationis Michaëlem ad Bulgaros, prout poscebant, misit. et pervenit ille quidem in Bulgariam: caeterum haud paratas illic pro voto res reperit, factione quae illum accersierat non valente in urbem eum regiam introducere. quare Michaël tantummodo vagans extra Ternobum vitam agebat non multum privata clariorem, certe a principalis fastigii splendore plurimum deficientem ac maiestati regiae minime decoram, rerum illic nihilo secius potiente Osphentisthlabo; cui et post tempus inde aliquod contigit redimere Terterem patrem captivum ab imperatore detentum, permutatione multorum e palatinis Augusti, qui in eius potestatem venerant casu quodam hic breviter referendo. Radosthlabus erat quidam perillustris inter Bulgaros tum dignitate sebastocratoris qua in Bulgaria honorabatur, tum nobilitate familiae facile illic primae omnium. nam Smiltzo, numerosissima in illo regno cognatione inclyto, intima cum plerisque procerum gentis cognatione admovebatur; et Eltimerae Cruni despotae sororem in matrimonio habebat, cuius Eltimerae germanam alteram ipse rex Terteres uxorem duxerat. porro Smiltzus iste regnum Bulgarorum paulo ante obtinuerat, in eo principatu substitutus a Noga transfugae ad imperatorem Terteri: sed solio cesserat Tzaca primum praevalente; mox a subinsinuante sese Osphentisthlabo initio quidem Tzacae, cui parebat, gratia, deinde opibus dotalibus conflata factione Tzacam quoque ipsum deiiciente, funditus eversus amotusque e medio fuerat. hunc ergo Radosthlabum imperator postquam ad sese confugientem excepisset honorifice, ac ei sebastocratoricam confirmasset potestatem, idoneum ratus promovendis Michaëlis spebus, remisit Thessalonica, ubi tunc erat, in patriam

Βουλγάροις τοῖς περὶ τὸν Ἐλτιμηρῆ προσβάλλουσι κατὰ τὸν C
Κρουνὸν ἰδίως ἄρχοντα· καθ' ὧν αὐτὸς ἀριστεύσας, τὸν μὲν
σιβαστοκράτορα ἐκτυφλώσας στέλλει παρὰ βασιλέα πρὸς τὴν οἰ-
κείαν αὐτοῦ σύζυγον, τοὺς δέ γε μεγιστᾶνας Ῥωμαίων Ὀσφεν-
τισθλάβῳ πέμπει, οὓς δὴ καὶ κατέχων ἐκεῖνος οὐ πρότερον δια-
φῆκε πρὶν ἂν τοῦ πατρὸς Τερτερῆ παρὰ βασιλέως ἠμείψατο.
καὶ οὕτως ἅμα μὲν ἐντεῦθεν ὁ Τερτερῆς ἅμα δ' ἐκεῖθεν οἱ μεγι- D
στᾶνες Ῥωμαίων εἰς δέκα καὶ τρεῖς ποσούμενοι ἀπελύοντο. οὐ
μὴν δὲ καὶ ἀπολαβὼν τὸν πατέρα ὁ ἐξ αὐτοῦ βασιλικῆς ἀξίας
ἐπέβησεν, ἀλλὰ μιᾷ τῶν καθ' αὐτὸν πόλεων περικλείσας, ὡς
ἦκεν ἡμῖν ἡ πίστις, ἀπραγμόνως ζῆν ἐν τρυφαῖς δὴ καὶ μόναις
παρεσκεύακει. καὶ ὁ μὲν Ὀσφεντίσθλαβος ταῦτα, ἐπὶ νηπίᾳ
τῇ ἡλικίᾳ καὶ συνειρχθεὶς τῇ μητρὶ κατὰ Νίκαιαν, καὶ αὖθις E
ἀπολυθείσης ἐκείνης κατὰ σπονδὰς αὐτὸς ὁμηρεύσας παρὰ Ῥω-
μαίοις, ὕστερον δὲ τοῦ πατριάρχου Βουλγαρίας Ἰωακεὶμ πρὸς
βασιλέα πρεσβεύσαντος κατά τι προσδοκώμενον κῆδος, τὸ ἐπὶ
τῇ θυγατρὶ τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου Συναδηνοῦ, πρὸς τὸν
πατέρα ἀπολυθείς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον.

14. ἀπολυθείσης P.

cum exercitu, cui duces praefecerat aliquot e suo comitatu clarissimos viros. his Bulgariam petentibus primus in armis occurrit Eltimeres ad Crunum, peculiari eius ditioni subiectum, ut dixi, locum; ubi praelio commisso fusae Romanae copiae et capti duces sunt. at Radosthlabum quidem victor Eltimeres excaecatum ad ipsius uxorem Thessalonicae in digressu ab imperatore relictam remisit: proceres vero Romanos tuto curavit perducendos ad Osphentisthlabum, qui hos non prius dimisit quam pro iis liberatum ab imperatore patrem suum recepisset Terterem. in hunc modum hinc Terteres, inde Romani principes numero tredecim, mutua commutatione liberati patriae invicem restituti sunt. at non Terteres quidem regno: nam Osphentisthlabus, quasi plene defunctus omni erga patrem pietatis officio ipsius vinculis rumpendis, necesse nihil putavit rursus eum sibi dempto redimire diademate, sed, quantum ad nos certa illinc fama perlatum est, unam ei civitatem assignavit, ubi quantis vellet circumfluam deliciis, modo privatam et ab omni rerum administratione feriatam, vitam duceret. sic regnare perrexit Osphentisthlabus, cuius quomodocumque illatae mentioni non incommode, quantum arbitror, adiungam prioris eius fortunae ac variorum casuum compendio collectam inde usque ab ultima pueritia memoriam. infans adhuc relegatus cum matre Nicaeam, ibi cum ea fuit in carcere, donec illa, una ex conditionibus supra memoratae conventionis, libera remissa ipse obses apud Romanos mansit. postea vero mutuagente Ioachimo patriarcha Bulgariae, qui occasione cuiuspiam expectatae affinitatis contrahendae per matrimonium filiae magni stratopedarchi Synadeni legatus ad imperatorem missus fuerat, restitutus patri est.

P 181 27. Ὁ μέντοι γε βασιλεὺς τὸν Τουκτάϊν ἐπὶ νόθῳ θυγατρὶ τῇ Μαρίᾳ ἐπιγαμβρεύεται. ἦ δὴ καὶ ἁρμοσάμενος ὁ Τουκτάϊς, ἐπεὶ καὶ ἔτι τὰ τοῦ Τοχαρικοῦ πολέμου συνεκεκρότητο καὶ τὰ κατὰ τὸν Νογᾶν ὡς οὐραῖον παρέσπαιρεν ὄφεως, ἀσχολίαις πολεμικαῖς ἐκεῖνος θέλων ἑαυτὸν διδόναι καὶ μὴ γάμοις τὸ σῶμα ἐκθηλύνουσιν, ἀνταποστέλλει καὶ πάλιν τὴν Μαρίαν πρὸς βασιλέα. κἀνταῦθα ἐπὶ χρόνοις ἦν, ἕως οὗ κατὰ κράτος ἐκεῖ-
B νος τὸ Τοχαρικὸν ἐχειρώσατο, ὡς μηδὲν τὸ ἀντιξοοῦν εἶναι ἁπάντων ὑποκλιθέντων. καὶ τότε πέμψας πρὸς βασιλέα ἀπῄτει τὴν σύζυγον, ἣν δὴ καὶ ἐσαῦθις ὁ βασιλεὺς ὑπὸ προσηκούσῃ τῇ τιμῇ καὶ δορυφορίαις ἁπάσαις ἐκπέμπει. καὶ ὁ μὲν Νογᾶς ἠφάνιστο, ὁ δὲ Τουκτάϊς τὰ τῆς ἐπικρατείας ἐκείνου ὑφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος ἔσχε, τὰς σπονδὰς διὰ τὸ κῆδος βεβαιοτέρας ἀποταμόμενος.

P 182 28. Τότε καὶ Ποσειδεῶνος ἐνάτῃ καὶ εἰκοστῇ, καθ' ἣν ἀπὸ θερινῆς τροπῆς πρὸς τὴν ἰσημερινὴν ἀποκλίνει ὁ ἥλιος, ῥαγδαῖος ὑετὸς κάτεισι ἐφ' ἡμέρας ὅλης γε καὶ νυκτός, τῶν ἄκρων

27. Caeterum imperator generum suum facere et tam arta necessitudine devincire sibi Tuctain studuit notha ei filia Maria despondenda. accepit oblatum honorem Tuctais, riteque profectam ad se regiam virginem in uxorem admisit, nuptias tamen distulit, ea remissa unde venerat, quoad debellatum cum Noga foret. adhuc enim ille, cladibus licet attritus magnis, velut serpens longo corpore crebris afflictus plagis, motu adhuc extremae caudae vitam indicans, etiam ad ultimum exurgendi conatum sese arrigere videbatur. usum coniugii effeminare viros aptum et enervare vires corporum, minus arbitrabatur opportunum. quare segregandam a se sponsam tantisper existimavit, reddiditque patri filiam apud eum servandam, donec plena victoria otium et securitatem attulisset nuptiali celebritati consentaneam. longius id spatium quam utrique voluerant fuit: alternis enim reciprocationibus aestuum belli diu anceps utrimque fortuna variavit. tandem tamen nomen omne rebellium cum Noga Tocharorum ultima huius clade succubuit Tuctai; qui simul in hostili prius solo cuncta iam sub se prostrata, nihil adversam contra frontem erigere audens vidit, missis ad socerum Augustum laureatis victoriae nuntiis, admonuit tempus nunc esse, si ei videretur, commodum suae sibi remittendae coniugis; quam nihil cunctatus imperator, specioso cultu ac pompa, frequenti etiam comitatu ac satellitio, perhonorifice deduci ad virum curavit. hunc in modum Nogas destructus non modo ultorem passus ac successorem nactus Tuctain est; sed eundem habuit imitatorem in genere coniugii fideque foederis Romani nuptiali pignore firmanda. itaque hic quoque in parti deinceps administratione regni, pacis initae nobiscum ferme, quantam oportebat, rationem habuit.

28. Circa tempus quo haec gerebantur, contigit, die nona et vicesima mensis Augusti, qua fere incipit ab aestivo cardine ad aequinoctialem declinare sol, vehementem ac inusitate copiosum per totam lucem illam noctemque insecutam devolvi continenter imbrem e nubibus, quae

τοῦ καθ' ἡμᾶς ὁρίζοντος ὑπὸ νεφῶν πιεσθέντων, ὥστε καὶ χαραδρωθῆναι μὲν τὸν κατὰ τὴν περαίαν ἅπαντα τόπον ἄνωθέν ποθεν τῶν ὑδάτων ἀθρόων κατερχομένων, δένδρα δὲ καταφέρεσθαι χερσόθεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ἐφ' ὧν καὶ ὄφεις τὰς κατακλύσεις φεύγοντες καὶ δένδρεσι συνειλούμενοι ἐκσπασθεῖσιν ἐκ ῥιζῶν συνεφέροντο, οἱ μὲν καὶ ζῶντες, οἱ δὲ καὶ ἔτι συνεσπειραμένοι τοῖς B τῶν δένδρων κλωσὶν ἐναποψύξαντες, οἰκίας δ' ἀγρώτιδας καὶ αἰζηῶν ἀνδρῶν ἔργα, τὰς μὲν ἐξ αὐτῶν ἀνεσπάσθαι τῶν θεμελίων καὶ φορητὰς μακρόθεν εἶναι τοῖς ὕδασι, μὴ τῆς φορᾶς ληγούσης πρὶν ἂν ἀπεσκῆφθαι τῷ τείχει τῆς πόλεως, τὰ δ' ἀφανίζεσθαι ταῖς προσχώσεσιν· ἀμπέλους δὲ ἐπὶ γυμνοῖς τοῖς πυθμέσιν C ὑποσυρείσης τῆς γῆς ἀμενηνὰς ἵστασθαι, παρὰ τοσοῦτον οὐ καθυπεικούσας τοῖς ῥύαξι παρ' ὅσον ταπεινούμενα τῇ φορᾷ τὰ φυτὰ καὶ ἀντίστασιν ἧκιστ' ἔχοντα τριβὴν οὐκ ἐδίδουν τῷ ῥεύματι, ὥστε χρονίζειν καὶ ἀνασπᾶν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπιρρέειν ἐπὶ τὸ κάταντες σφίσιν ὑποκλινομένοις· γῆν δὲ πᾶσαν τῆς Κωνσταντίνου, τὴν μὲν ἐξ ὧν οὐρανόθεν τὴν δ' ἐξ ὧν καὶ ἀλλοτρίων ὑδάτων D ἐπιφορὰς ἐδέχετο, ἐπικλύσιμον γίνεσθαι. τὸ δ' ἐπὶ τοσοῦτον ῥαγδαῖον καὶ συνεχὲς κατεφέρετο, ὡς μηδὲ καὶ αὐτὴν τὴν θάλασ-

universum, quam latissime patet, horizontem minacissima undique caligine obduxerant. videbamus totam adversam Byzantinae civitati continentem aquis ex alto deciduis omni ex parte confluentibus inundatam vasti ritu fluminis in mare ruere, radicitus evulsas raptantis arbores una cum implicitis circa ramos earum anguibus, qui operientium iam terras aquarum incursum fugientes eo conscenderant nequidquam, in isto quoque asylo deprehensi, partimque suffocati sensim diluvio crescente. horum circumvoluta truncis ac ramalibus longa corpora mortua efferri cernebantur; quorumdam tamen extantia undis inter frondes capita spirabant. casae iam rusticae messorumque labores in areis ut pro anni tempore tunc erant struibus manipulorum nondum grano excusso cumulatim extantibus, dorso vasti aequoris procul innatantes apparebant; illae fundamentis avulsae, compactu tabularum nondum dissoluto, integrae ferebantur, haud cessante impetu, quoad urbis moenibus unda impactae dissilirent: hi vero, statim soluta passimque disiecta congerie spicarum, varie digestis per areas acervis triturae opportunitatem expectantium, iam nunc corrupti et irreparabiliter disperditi temere fluitabant. spectasses alibi nudas relictas in prona declivitate nativorum collium vites, quarum altricem terram aquae sublabentes corraserant, truncis informibus et squallidis radicibus e sterili iam glarea reptatim pendulis; quae ne ut arbores maiores agmine profluentis pessum truderentur, tenuitas contortae ac flexilis materiae fecerat, eludens aquae inter effluentis rapacem vim, capitibus radicum ad artas cotium fissuras haerentibus mordicus fruticemque retentantibus. Constantinopolitanae porro territorium urbis, partim e caelo recta illuc lapsis aquis, partim aliis ex confluxu incitatorum undecumque vorticosorum amnium indesinenter inundantibus, stagnabat late universum, nihil aut parum a vicini ponti specie differens. nam et ipsum altum mare continuo

σαν κυανίζειν τῷ φυσικῷ χρώματι, ἀλλὰ ποικίλον τι τὴν χροιαν χρῆμα φαίνεσθαι, ὡς πῇ μὲν κοκκίνην δρᾶσθαι, ὅσον οἱ ἐκ μιλτοπαρείων ὀρέων ῥύακες ἐκβάλλοντες ἔρρευθον, πῇ δὲ λευκὴν
E τῆς κιμωλίας πλεονασάσης, ἀλλαχοῦ μέλαιναν καὶ τεφρώδη καὶ ὑπόκιρρον, πανταχοῦ δὲ θολερὰν εἶναι διὰ τὴν ἀπὸ γῆς ἐπιμιξίαν καὶ τὴν τῆς εἰσβολῆς κίνησιν, μηδ' εἴς τινα κατάστασιν τὸ κε-
P 183 χρωσμένον ἄγουσαν, ἀλλὰ τὰ πάντα εἰς ἓν ἐκεῖνο τὸ θολερὸν ἐπικρατῶς συναγούσης.

B 29. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ἰωάννης μὲν ὁ τῶν Λαζῶν ἀρχηγός, ὃν καὶ γαμβρὸν βασιλέως ἐν τοῖς ἄνωθι ὁ λόγος ἐδείκνυ, ἐπὶ παισὶ δυσὶ τὸ βιοῦν τελευτᾷ, ὧν τοῦ μὲν ἐν τῇ πατρικῇ καταστάντος ἐξουσίᾳ τοῦ Ἀλεξίου, θάτερον τὸν νεώτερον ἡ μήτηρ Εὐδοκία λαβοῦσα παρὰ τὸν ἀδελφὸν καὶ βασιλέα κατὰ τὴν πόλιν γίνεται. Θνήσκει δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ εἰς πατριάρχην χρηματίσας
C ὁ Βέκκος, ἐν τῇ κατὰ τὸ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου φρούριον εἱρκτῇ, μηνὸς Κρονίου λήγοντος, αὐτοῦ που ἐν τῇ κέλλῃ εἰκαίως ταφείς. ἀλλὰ τοῦτον μὲν καὶ διὰ πόνου ὁ βασιλεὺς ἐποιήσατο, ἐπεὶ καὶ ὃ συγκείμενον ἦν τοῖς περὶ ἐκεῖνον καὶ βασιλεῖ, κινηθῆναι λόγους ἐφ' ὧν συνθέσθαι καὶ εἰρηνεύειν, σοφῶν γε καὶ πνευματικῶν

2. ὅσοι P. 4. κιμωνίας P.

turbidorum fluminum admixtu naturalem ipsi colorem caeruleum si non prorsus amiserat, valde fuscaverat, varia deformatione diverso infectarum caeno eluvionum hic rubro coloratum, qua e ruffa suggestis argilla montibus abrasa secum terra misti torrentes incubuerant, illic subalbescens, quo se fluenta exonerabant per cretosas soli candentis tracta regiones, alibi denique nigrum, ubi liquor restagnabat per adustos atri et excocti sabuli provolutus campos; quarum omnium aquarum agitatione rapidissima commistarum, trudentibus se altero in alterum penitusque insinuantibus intimo illisu cumulis undarum, et suas ut conferentibus in alios qualitates, sic vicissim alienas in se trahentibus, exaestuabat spumosa colluvies, omnigenarum sordium confluges versicolore faece lutulentas, bulliente mixtim vertigine, confundendo deformans in spectaculum ingratissimae visu foeditatis.

29. Hoc interim tempore Ioannes Lazorum princeps, quem generum imperatoris Michaëlis ducta in uxorem eius filia factum superius ostendimus, diem suum obiit, filiis duobus superstitibus relictis. horum altero Alexio in paterni principatus successione constituto, mater eius Eudocia secum alterum ducens filium ad fratrem Augustum in urbem se contulit. mortuus quoque tunc est functus olim patriarchatu Veccus, sub finem mensis Martii in carcere apud arcem sancti Gregorii; humatusque illic in cella modico sepulcro. displicuit imperatori non potuisse prius fieri, de quo iam convenerant, ut novum colloquium cum Vecco iniretur, quo eius rationibus auditis iudicio sapientum et spiritualium virorum, non autem vulgarium ac parum eruditorum, omnes eius cum ecclesia controver-

κρινάντων καὶ μὴ τῶν τυχόντων καὶ ἀλογιστοτέρων, οὐκ ἔφθασε D
τιλεσθῆναι· τὸν Μελιτηνιώτην δὲ ἐξαγαγόντες ἐκεῖθεν καὶ τῷ
κατὰ τὴν πόλιν Μετοχίτῃ συνδυάσαντες, ἐπεὶ οὐκ ἦν σφίσιν εἰ-
ρηνεύειν, καθὼς ἀπῄτουν οἵ τε περὶ τὸν βασιλέα καὶ οἱ τῆς ἐκ-
κλησίας, κατὰ τὸ μέγα παλάτιον κατακλείουσιν, ὅπου καὶ ὁ
Ταρχανειώτης Ἰωάννης ἐς ὕστερον κατακλείεται. τὴν δέ γε
ἀδελφὴν Εὐδοκίαν ὁ κρατῶν ὑποδεξάμενος, καὶ τὰ εἰκότα συνά-
μα μητρὶ τῇ ταύτης περιαλγήσαντες συμφορᾷ, παρ' ἑαυτοῖς E
εἶχον ὡς καὶ αὖθις ἀνταποστελοῦντες πρὸς τὸν υἱόν, καὶ
αὐτῷ δὴ τὰ τῆς ἀρχῆς ὡς οἷόν τε κατασφαλισάμενοι, ἐπεὶ καὶ
τῷ βασιλεῖ ὁ παῖς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐπετέτραπτο.

30. Ἐν τούτῳ τοιγαροῦν ὄντων δεινῶν μὲν ἔνθεν ὁ κρά- P 184
λης Σερβίας ἔνθεν δὲ ὁ ἐκείνου ὑποστράτηγος Κοτανίτζης καὶ ὁ
Τορνίκιος ἠγγέλλοντο τὰ πρόσχωρα δρᾶν. διὰ ταῦτα καὶ ὁ βα-
σιλεὺς πολὺς ἦν καὶ ἅπας ἐγίγνετο τὸν βάρβαρον ὑπερχόμενος
νῦν μὲν πρεσβείαις νῦν δὲ καὶ πολεμικαῖς ἐπεξελεύσεσιν, ἐπεί τοι
καὶ τότε τὸν τηνικάδε μέγαν κονοσταῦλον Γλαβᾶν, τὸν τοῦ θεοῦ
ἄνθρωπον ἐκεῖνον, συνάμα στιβαρῷ στρατεύματι ἐπ' ἐκεῖνον B
ἐξέπεμπεν, ὃς δὴ πολλάκις προσβάλλων οὐχ ὅπως ἤνυεν, ἀλλὰ
καὶ προσηττᾶτο, ὅτι μηδ' ἐκ τοῦ προφανοῦς εἰσβάλλοντες ἦσαν
ἐκεῖνοι, ἀλλὰ λῃστείας τρόπον ὡς τὰ πολλὰ μετεχείριζον, καὶ

12. δεινῶς ἔνθεν μὲν ὁ?

sine componerentur, ita ut is huic reconciliatus pacifice viveret. caeterum Meliteniotem ex eodem eductum carcere Metochitae in urbe diversanti copularunt. verum postquam est deprehensum frustra sperari ut in ea illi consentirent quae imperatoris ministri et ecclesiastici poscebant, custodiae traditi sunt prope magnum palatium, ubi et postea Ioannes Tarchaniota conclusus est. suam porro sororem Eudociam, viduam principis Lazorum, honorifice benevoleque exceptam imperator, postquam eius luctui cum ipse tum mater communis amborum debito miserationis officio compassi sunt, apud sese detinuit, remissurum se illam ad filium in tempore pollicens, cui filio in Laxia, ut dictum est, dominanti omni iam nunc ratione principatum firmare sategit imperator: nam huius tutelae puer ille a patre commendatus fuerat.

30. Hac vice rerum increbescebant graves ad imperatorem nuntii de incursionibus hinc quidem cralis Serbiae, inde autem huius praefecti Cotanitzae ac Tornicii, quibus finitimae illis partibus Romanae regiones vastabantur. hinc multus erat imperator, atque adeo totus, in cura et cogitatione idoneae inveniendae rationis coërcendorum latrociniorum barbari nunc legationibus nunc militaribus expeditionibus, siquidem magnum ea tempestate conostaulum, Glabam, illum dei hominem, cum validis copiis contra Serbum misit, qui saepe confligens adeo parum profecit ut victo similior abscederet, quoniam illi decretorii praelii copiam non facientes, vitabundi ac mox coorientes ex insidiis, more latronum pleraque

οὐκ ἦν ὅλως ταῖς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεσιν εὐοδεῖν. διά τοι ταῦτα καὶ ἐν Θεσσαλονίκῃ ὁ στρατηγὸς καθήμενος εἰργάζετο μὲν
C καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ δοκοῦντα πρὸς ἀνταγώνισιν, ὅμως δ' ἐκ πολλῶν ἀπογινώσκων ἀνδρῶν οἴκοθεν ὡρμημένων περιέσεσθαι, ἅμα τε προβαινόντων καὶ ἅμα θηρεύειν ἐχόντων τὰ κατὰ θύρας προ- 5
κείμενα, διὰ ταῦτα καὶ τῶν τοιούτων ἀπογινώσκων, σπονδαῖς τισὶ χρῆσθαι πέμπων συνεβούλευε τῷ κρατοῦντι, καὶ μᾶλλον καὶ τῶν ἀνατολικῶν κακουμένων ὑπὸ τῆς τῶν Περσῶν ἐπιδρομῆς καὶ χρῃζόντων τῆς ἱκανῆς ἀντιλήψεως. τό τε σπονδὰς ἀποτεμνομέ-
D νους εἰρηνεύειν καὶ βασιλεῖ καὶ τῇ περὶ αὐτὸν βουλῇ καλὸν ἐδό- 10
κει καὶ τῶν καλλίστων. τὸ δὲ τοῦ βαρβάρου ἦθος εὔκολον ὂν πρὸς σπονδῶν συγχύσεις διαλύων αὐτίκα ἐκ τυχούσης αἰτίας τὴν ὁμόνοιαν ὑπώπτευον. ὁ γοῦν βασιλεὺς κἀνταῦθα ποιεῖν προαιρούμενος ἐξ ὧν ἀρέσειεν ἂν καὶ τῷ γε ὁμορεῖν ἔχοντι, ἠβούλετο καὶ μετ' ἐκείνου ὡς οἷόν τε εὐορκεῖν. μὴ μέντοι γε ἀρκέσειν πρὸς 15
E πίστιν τὴν τοῦ Σέρβου παλιμβουλίαν ἐκ τῶν δυνατῶν ἔκρινεν ἄλλως, εἰ μὴ κήδει τῷ κατὰ γάμον συνδέοιτο. ἐκεῖνος δ' εἶχε τὴν τοῦ Τερτερῆ ἐκ τῆς τοῦ Ἀσὰν ἀδελφῆς θυγατέρα, λαβὼν ὑπ'

9. σπονδαῖς P. 12. διαλύσειν? 15. γε] γὰρ P.

peragebant; quibus ideo Romanus exercitus unis collectus castris et quadrata semper procedens acie haud valebat occurrere, grassantibus manipulatim aut turmatim per loca inde longinqua et fere avia. quapropter Thessalonicae Glabas residens nihil ille quidem omittebat quod posset utiliter consuli ad tuitionem Romanorum finium, sed abire omnia in irritum videns desperabat posse reprimi impetus latronum, qui ex tuto irruentes in contiguam praedam in suas se latebras onusti recipiebant, priusquam indicium irruptionis ipsorum aut facultas ulla praevertendi eorum impetus satis mature haberetur. scripsit ergo ad imperatorem non aliud sibi videri huic adhiberi posse malo remedium quam conventionis ac foederis cum crale. idem praeterea poscere statum praesentem Orientalis limitis, Persarum incursionibus vastati ac magnis auxiliis egentis, quae absque sancita cum Serbis pace omnino colligi expedirique eo nequeant. consilium facile probarunt imperator et ii quos in deliberationibus adhibebat; omnesque consenserunt non bonum solum sed et optimum factu fore, si certis conditionibus stabiliri concordia inter Augustum et cralem redimique securitas ac quies populorum posset. at quam paratus imperator erat ad statim tractandam bona fide tam necessariam tranquillitati publicae cum hoste vicino et potenti pacem, tam cogebat eum metuere ne id frustra tentaret nota instabilitas Serbi, proni ad mutationes hominis et desultoriae in contraria levitatis. artioribus igitur eum sibi adstringendum ad fidem amicitiae constantis quam vulgarium conventionum vinculis ratus, tunc tantum sibi certum fore socium cralem existimavit, si data ei e consanguinitate sua coniuge civilem pactorum obligationem nodo velut quodam fortiori religiosae necessitudinis per nuptialem affinitatem adstrinxisset. crales autem etsi coniugem iam tertiam in contubernio habebat, expeditus tamen ad novas nuptias videri poterat, quoniam hoc eius con-

ἀσφαλέσι πίστεσι σύζυγον. εἶχε δ' ἑτέραν πρώην, τὴν τοῦ δυσκοῦ σεβαστοκράτορος Ἰωάννου θυγατέρα, καὶ πρὸ ταύτης ἄλλην ἣν ἀποστέρξας παρ' οὐδεμίαν αἰτίαν εὔλογον, ἀφεὶς ἐκείνην τὴν νόμιμον πάντως, τῇ τοῦ Ἰωάννου συμπλέκεται θυγατρί. P 185
ἀλλὰ καὶ ἐσέτι τῆς νομίμου ζώσης ἀπολύσας ταύτην πρὸς τὸν πατέρα, οὐδὲν συμπεσὸν ὑπὲρ τοῦ ταύτης διαζυγῆναι δίκαιον, τὴν τοῦ Τερτερῆ ἐπηγάγετο, καὶ εἶχε ταύτην τρίτην ἀπὸ τῆς νομίμου λαβών· ζῶσα γὰρ ἡ προτέρα τὰς ἐπιγενομένας παρανόμους ἀπήλεγχεν. ἐπείρα τοίνυν καὶ μόνον βασιλεὺς τοῦ βαρβάρου πρὸς σπονδὰς ἤδη κλιθέντος, ἐπεὶ καὶ ἡ προτέρα τεθνηκυῖα ἠκούετο καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε τῇ συνοικησούσῃ νομίμῳ εἶναι μετὰ τὴν πρώ- B
την ἐδίδοτο, τῶν ἐν τῷ μεταξὺ ὡς νόθων ἀπηλλοτριωμένων, εἴπερ ἀπολύων τὴν τοῦ Τερτερῆ ἐπιγαμβρεύεσθαι οἱ βούλοιτο καὶ τέως ἐπ' αὐταδέλφῃ τῇ Εὐδοκίᾳ ἤδη κατὰ τὴν πόλιν οὔσῃ κεχηρωμένῃ τοῦ Ἰωάννου. ὁ δὲ μηδὲν μελλήσας, ἀλλ' ὡς τὰ μέγιστα καὶ ληψόμενος, ἕτοιμος ἦν ἐφ' ὁμολογίαις τε καὶ συνθήκαις τὴν τοῦ Τερτερῆ ἀποπροσποιεῖσθαι καὶ τὴν τοῦ βασιλέως δέχεσθαι ἀδελφήν· ἔσπευδε γὰρ τὰς παρὰ τοῦ βασιλέως ἐλπίδας, καὶ ὡς μεγάλων ἐπιτευξόμενος ἤθελε τὸ συνάλλαγμα, ἐπεὶ καὶ C
πρὸς τὴν ἀρχὴν ἐκραδαίνετο τοῦ ἀδελφοῦ Στεφάνου προήκοντός τε τῷ χρόνῳ καί γε τῷ δικαίῳ προτιμωμένου, εἰ κἀκεῖνος ἐπίχωλος ὢν καὶ μῶμον φέρων ἐν σώματι, ἔτι δὲ καὶ ἀπραγμοσύνῃ συζῆν ἐθέλων, χώραν τὴν ἱκανὴν ἀποτεμόμενος ἑαυτῷ τὴν τῆς

nubium per dei et ecclesiae leges cassum irritumque iudicabatur. duxerat is primum ritu legitimo uxorem, cuius postea pertaesus sine ulla causa idonea illam abiecerat, intrusa in viventis adhuc locum Ioannis in Occiduo tractu sebastocratoris filia. sed et huic deinde pari levitate repudiatae remissaeque ad patrem tertiam, de qua dixi, superinduxerat, Terteris filiam, ex sorore genitam Asanis, superstite nihilominus prima illa sola legitima coniuge; unde palam erat ambas has posterius attentatas nuptias nihil a foedo pellicatu destitisse. tunc autem cum haec imperator agitaret, acciderat commodum, nuntiari mortem illius mulieris quae prima crali nupsisset; qua vera comperta, manifestum erat solutum esse illum ac liberum ad novum rite connubium ineundum. ergo cum hoc ipsum ei significari curasset imperator, adiunxissetque se illi sororem propriam Eudociam Ioannis Lazorum principis viduam, si filiam Terteris, cui nullo esset legitimo devinctus nexu, dimitteret, sociaturum, facilem illum invenit ad splendidae ipsi atque utilis propositionem admittendam affinitatis. nam hunc ad istam conditionem cupide arripiendam praeter caetera hortabatur metus a fratre maiori Stephano, cui cum principatus Serbiae ut primogenito defuncti cralis deberetur, exclusus inde is haud iusta de causa fuerat, quod nimirum naturali pedum vitio claudicaret. ac patienter ille quidem, homo natura inera, iniuriam ferre videbatur, assignatae sibi portioni

ἀρχῆς ἀσχολίαν πρὸς ἐκεῖνον ἠφίει, τοῖς παισὶν ἑαυτοῦ τὴν ἀρχὴν φυλάξοντα μετὰ θάνατον. ὥστε καὶ διὰ ταῦτα παντοίως
D ὑπῆκτο τῷ τοῦ βασιλέως θελήματι, καὶ προσελιπάρει φίλος γενέσθαι καὶ συγγενής. τὸν δέ γε Κοτανίτζην καὶ λίαν καθυπισχνεῖτο παραδιδόναι· τὸν γὰρ γαμετῆς προϊέμενον οὐκ εἰκὸς εἶναι ἀλλοτρίου φείδεσθαι. τούτοις κατανεύει καὶ βασιλεύς, καὶ ἤδη τὴν ἀδελφὴν παντοίως ὑπέρχεται, νόμιμόν τε τὸ συνάλλαγμα βεβαιούμενος· ἡ γὰρ νόμιμος ἐτεθνήκει, ἡ δὲ ταῖς μὲν ἐπιούσας περιοῦσα ἔτι τὸ νόθον εἰργάζετο καὶ παράνομον, τῇ δὲ ἐφεξῆς ἔκτοτε τελευτήσαντα νόμιμον δίδωσι καὶ ἄξιον προσέτι ἀξίᾳ.
E ἀλλὰ καὶ πόλλ' ἄττα λέγων οὐκ ἔπειθεν· ἠβούλετο γάρ, ὡς ἐῴκει, ἐκείνη τῷ ἀνδρὶ φυλάττειν τὰς πίστεις καὶ τελευτήσαντι, καὶ μὴ ὅτι γε κράλῃ Σερβίας, ἀλλ' οὐδὲ καὶ τούτου πολλῷ μείζονι εἰς λέχος δεύτερον συνιέναι. τὰς δὲ τοῦ βασιλέως θεραπεύσεις ἱκανὰς μὲν ἔκρινεν ἄλλως καὶ πιθανάς, ἄλλῃ δέ γ' ἴσως,

10. τελευτήσασα?

cuidam paternae ditionis pacate imperitans: caeterum legitimos educans liberos, quibus totam olim cessuram Serbiam confidebat, filiis, si quos frater eius e non iustis, quibus erat implicitus, nuptiis gigneret, haud iure valituris ob natalium defectum paternae succedere potestati. hoc crales reputans pretiosam offerri sibi putabat occasionem iusti cum imperatoris germana coniugii, ex quo speraret prolem tum nihil exceptionis habituram, quominus patriam hereditatem iure cerneret, tum ad hoc ipsum opibus avunculi Augusti contra quorumvis adversantium obstacula iuvandam. quia vero ea solum imperator conditione matrimonium sororis crali obtulerat, si dedere sibi Cotanitzam vellet, statim is prolixe annuit: cur enim in extero prodendo cunctaretur, qui tam facile uxoris loco habitam mulierem abiiceret? cum sic igitur inter cralem Augustumque convenisset, communicavit hic negotium Eudociae sorori, magnopereque illam oravit ne gravaretur ratam habere tantae in commune utilitatis affinitatem. ac primum impense studuit scrupulum ei omnem eximere, quod enim crales uxorem habere videretur, certo constare meram eam esse pellicem, quam a se procul ablegare paratissimum se ferret. unam fuisse vero ipsi matrimonio devinctam primam coniugem, cuius nunc recenti obitu plane solutus omni vinculo coniugii et iuri ad novas nuptias naturali plenissime restitutus, sine ulla cuiusquam dubitatione, censeretur. haec et in hanc sententiam multa cum audisset Eudocia, respondit se fidem uni viro semel datam servandam etiam cineri putare, et non modo crali Serbiae, sed et cuicumque quamlibet maiori ac potentiori principi semper praehabituram umbram ac memoriam mariti mortui, quam usque ad mortem venerari decrevisset. quae imperator allegaret de honestate istarum nuptiarum et libero iure cralis ad eas, probro procul omni ac suspicione, celebrandas, haud gravate accipere pro veris: sed nihil talia pertinere ad se, plane certam aspernari conditionem aeque omnem qualiscumque post unum coniugis funus hymenaei. de hoc aliae viderint, si quae sibi cor sentient alterius, post unam extinctam taedam, amoris capax. nec dissimulare ta-

οὐ μὴν ἑαυτῇ, εἰ καὶ πρέπειν ἔλεγε τοῖς μεγέθεσι στοργὴν πρὸς
τὰς συνοικούσας ἀμεταχίνητον μᾶλλον ἢ εὐκολίαν πρὸς ἀλλοτρίω- P 186
σιν. ὅμως δ' ἐπεὶ οὐ μέλον ἦν ταύτῃ τοῦ συναλλάγματος, τὸ
πρὸς τὰς ἐπ' ἀδόξοις ἀναμνήσεις ἀταμίευτον ἔχειν τὴν παρρησίαν
περισσὸν ἔκρινε, καὶ ἰσίγα. (31) ἀπογνοὺς δ' ἐκεῖθεν ὁ βασι- B
λεὺς τῆς μετὰ τῇ ἀδελφῇ πείρας, τὸν κράλην Σερβίας ἀδοξότε-
ρον ἢ πρὸς οἰκειότητα τὴν ἐξ ἰδίας θυγατρὸς ἔκρινε, μείζονα
δ' αὖθις ἢ καταφρονεῖσθαι. διὰ τοῦτο καὶ τὸν καιρὸν τῷ ἐλ-
λείποντι προστιθεὶς ἀξιώτερον ἐποίει πρὸς τὴν ἐπὶ θυγατρὶ συ-
ζυγίαν. ἦν οὖν πάνυ ἀστεῖον τοῦτο τὸ θυγάτριον, οὔπω τὸν C
ἕκτον παραλλάττον ἐνιαυτόν, ἀγαπητὸν μὲν ἑαυτῷ, ἀγαπητὸν
δ' ἐκτόπως καὶ τῇ μητρί. ἐπὶ τούτῳ τὸ κῆδος ἠβούλετο συνι-
στᾶν, οὐ κατὰ χρείαν μᾶλλον ἢ κατ' ἀνάγκην. ἤδη μὲν οὖν
τὰ πρὸς τὴν συνοικοῦσαν τῷ κράλῃ παρακεκίνητο φίλτρα, καὶ
ὅλως ἦν ἐκεῖνος τῆς ἐπὶ βασιλεῖ πίστεως· τὸ δ' ἐπὶ ταύτην εἰλ- D

mea eandem se, vel si posset inducere in animum cogitationem genialis thalami secundi, ad hoc fuisse optaturam constantioris in sponsas affectus principem, quam is ferretur, de quo secum agerent, crales, tertio iam videlicet, prout ipsi ultro faterentur, compertus reus violatae coniugalis fidei: cum tamen magis etiam magnas personas quam capita vulgaria decere videretur immutabilis in uxorum amore constantia. quamquam exceptione peculiari submovere quem offerrent sponsum, supervacaneum esse sibi quidem, quae semel sponsos, cuiusquemodi forent, omnes irrevocabili proposito colendae usque ad ultimum spiritum viduitatis abdicasset. (31) ea sororis audita oratione imperator plane iam desperans, quam non utilem solum sed et necessariam rebus suis ducebat, cum Serbo affinitatem per Eudociam posse succedere, cogitavit de illa conficienda per filiolam, quam habebat oppido festivam, nondum sexenni maiorem, sibi pariter et matri longe carissimam. ac videbat ille quidem haud esse hunc dynastam, gentis non maxime conspicuae, dignitatis omnino adaequatae ad honorem suptiarum cum filia legitima imperatoris Romani, praesertim unica: tamen quod ei deerat ad hoc meriti e proprio splendore, supplendum ac compensandum existimans spe inde secuturi commodi publici ac metu secuturorum in magnum detrimentum rei Romanae, ni sic averterentur, gravium malorum, denique in eam partem inflexit aliquandiu libratam deliberationis lancem, praesertim cum reputaret defectum istum in crale claritatis ex pari respondentis nobilitati Augustae virginis, necessaria ob huius immaturam nuptiis aetatem matrimonii dilatione velut expiatum ac quadantenus purgatum iri, dum sperari posset ista mora illum annisurum commendare sese, ac maioribus meritis, dignum reddere tam sublimis excellentia connubii. ista sibi proposita secunda cogitatione imperatoris mirabiliter exarsit crales in desiderium tam illustris et spes votaque sua priora excedentis sponsae, proque illa nihil continuo pacisci constantissimi iam in designatum socerum Augustum obsequii dubitans totum se addebat in constas persuadendae suae addictissimae imperatori voluntatis, inviolabilis in fide perseverantiae quantis opus videretur pignoribus firmandae.

κυσμένον παλινδρομεῖν ἐξ ἀσυνθεσίας δεινὸν ἦν καὶ μόνον κατανοούμενον· ἐκλύεσθαι γὰρ ἀνάγκη τὸ πρόθυμον ἀποτυχόντι τῶν ἐλπισμῶν καὶ τοὐντεῦθεν ἐχθραίνειν μᾶλλον ὑποκνισθέντι, καὶ πρὸς τὰ μεῖζω μὴ εὐοδούμενον. ταῦτα τὴν βασιλέως ἔπειθον
P 187 γνώμην καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς πραγματεύεσθαι. καὶ δὴ ὅλον οἰκειοῦ- 5
ται διὰ πρεσβείας τὸν κράλην, μαθόντα τὴν ἐπὶ θυγατρὶ ἀντὶ τῆς ἀδελφῆς τοῦ βασιλέως συγγένειαν· καὶ ὅρκοι τὸ λοιπὸν προύβαινον ἐπὶ τούτοις καὶ συνθεσίαι, καὶ ἡ δεσπόσυνος κράλαινα ἐπικέκλητο. μόνον δ' ἦν ἁπάντων λοιπὸν κατὰ τὴν Θεσσαλῶν μητρόπολιν βασιλέα, ὡς διαπρεσβευομένοις συνέκειτο, καὶ οὕ- 10
τως ἐλθεῖν κράλην, καὶ τὴν τοῦ Τερτερῆ μὲν ἀποστέλλειν τῷ
B βασιλεῖ, προδιδόναι δὲ καὶ τὸν Κοτανίτζην, λαμβάνειν δὲ τὴν τοῦ βασιλέως γνησίαν, ἣν δὴ καὶ Σιμωνίδα ἐκυριωνύμουν Ῥωμαῖοι, καὶ οὕτως αὐτῇ συνοικοῦντα, πλὴν τὸν συναφείας καιρὸν ἀναμένοντα, ἐν παισὶ τετάχθαι καὶ φίλοις γνησίοις τῷ βα- 15
σιλεῖ.

C 32. Οὐ χεῖρον δ' ἴσως καὶ τὴν τῆς ὀνομασίας αἰτίαν εἰπεῖν ἱστοροῦσιν. ἔλυπει τῷ βασιλεῖ παίδων θηλειῶν ἀποβολὴ

18. τὸν βασιλία?

tales a principe suspectae hactenus levitatis ingeminari sibi contestationes sincerissimae et ab omni periculo instabilitatis remotissimae fidelitatis libenter audiebat imperator; iisque ut crederet, eo efficacius adducebatur, quod satis intelligebat nullam undelibet offerri Serbo posse conditionem tantam, quae praeponderans commodis ex imperatorio matrimonio speratis illum eliceret in ullam cogitationem novitatis, qua irreparabiliter se corrupturum tam amplas et certas spes haberet evidentissime perspectum. quare hoc propensius incubuit in istud, utcumque suis non carens incommodis, consilium talis negotii urgendi, quod et fecit honorificentissima statim destinanda legatione ad cralem, qua filiam offerebat in locum sororis, commendando etiam per se incomparabili muneris pretio, tam blandis exquisitae caritatis indiciis, ut incredibiliter delinitus iis barbarus statim ultro iuraverit aeternam cum imperatore concordiam; ex eoque iam tempore sponsalibus rite utrimque stipulatis, quae regia virguncula fuerat eatenus desposyna, hoc est dominantium filia, vocata, cralaena inde a sponsi vocabulo nominari coepta est. restabant solum executioni mandandae concepti iuratique utrimque a legatis imperatoris et cralis conditiones foederis. per has erat promissum iturum in Thessalorum metropolim imperatorem, eoque mox ad illum venturum cralem, praemissa ipsi, quam nunc vice coniugis haberet, filia Terteris; dediturum etiam eidem Cotanitzam, proque illis vicissim accepturum Augusti filiam, quam Simonidem proprio Romani nomine vocabant; eam in domo cralis educandam usque ad nubilem aetatem; atque ipsum interim et ex tunc filii necessitudini et individuae intimi amici societati consentaneum gratiae locum apud imperatorem habiturum.

32. Non abs re opinor fuerit docere hic obiter lectorem quaenam satis inusitatae in hac regia virguncula nomenclationis inciderit occasio

πρὶν καλῶς καὶ φανῆναι, καὶ τοῦτο ἐπὶ δυσὶ καὶ τρισὶ παισὶ γέγονεν. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ νεᾶνις αὕτη ἀπεγεννᾶτο καὶ φόβος δεινὸς ἦν καὶ περὶ αὐτῇ, τῶν τις γυναικῶν ἐμπείρων, ἅμα δὲ καὶ σεμνῶν, βουλὴν εἰσάγει, πλὴν τὴν συνήθη πολλοῖς, καθ' ἣν δὴ καὶ σώζοιντο τὰ γεννήματα. καὶ ἡ βουλή, εἰκόνας τῶν D προυχόντων ἐν ἀποστόλοις δώδεκα στήσαντας κηροὺς ἰσομήκεις τε καὶ ἰσοστάθμους καὶ ἅμ' ἡμμένους ἀν' ἑκάστην πήξασθαι, καὶ ὑπὲρ τοῦ νεωστὶ γεννηθέντος ἱκετεύειν ψάλλοντας, ἐπέχοντας P 188 τὴν εὐχὴν μέχρι καὶ αὐτῆς δὴ τῆς ἐκ τοῦ πυρὸς τῶν κηρῶν δαπάνης, καὶ ἐφ' οἷ δὴ ὁ περιγενόμενος τῶν ἄλλων τέως ἀφανισθέντων ἔστη, τούτου καὶ τοὔνομα τῇ ἀρτιγενεῖ τίθεσθαι τοῦ περιεῖναι κἀκεῖνο φυλαττόμενον ἕνεκα. ὃ δὴ καὶ γέγονε τότε βασιλέως προστάξαντος, καὶ τῷ Σίμωνι ὁ κηρὸς ἐνελέλειπτο, καὶ B Σιμωνὶς ἡ ἀρτιγενὴς παρωνύμως ἐκλήθη, τὴν ὀνομασίαν τοῦ ἀποστόλου εἰς φυλακὴν φέρουσα.

33. Τότε τοίνυν καὶ χειμὼν ἐφειστήκει καὶ χειμώνων ὁ C μέγιστος, καὶ τῶν ἐξαισίων, καὶ ὃν ἰδεῖν πω καὶ γηράσκουσιν οὐδαμῶς ἐξεγένετο. τόση γὰρ χιὼν ἐπεστοίβαστο, ὡς κλεισθῆ-

aegre imperatori fuerat subtrahi praecoci ei fato femineos fetus, in ipso statim extinctos ortu. postquam ergo id iterum et tertio, totidem elatione praematura natarum ipsi e coniuge puellarum, passum se Andronicus haud modico dolore meminerat, metuens in hac quoque quarto edita uxoris partu similem acerbitatem casus infesti, libenter accepit consilium a quadam venerabili et talium experienti matrona suggestum. haec suasit Augusto rem usu compertae a multis in pari calamitate utilitatis, successu secuto vitalium sic reddendorum, qui prius praemori solebant, partuum, simirum ut circum ordine disponi curaret imagines primorum Christi apostolorum duodecim; singulos harum cuique cereos adderet, paris inter se omnes ponderis et longitudinis exacte invicem dimensae; has sacras icones et his appositas candelas imperaret ei loco circum accensas statui, in quo certi homines orantes pro recens nata puellula psalmos et supplicationum id genus formulas continenti eatenus devotione pronuntiare perseverarent, quoad depasta igne cunctorum cera funalium haec pariter universa lucere desiissent. observandum autem cereum quem postremum contingeret absumi, et eius sancti apostoli cuius fuisset imagini adiunctus iste prae caeteris vivax cereus, nomen puppulae indendum: tali enim omine, uti pignore inde adfuturi patrocinii, sperari prolem hanc superiorum tristi conditioni eximendam provehendamque innoxie in aetatis adultae salubritatem. ea cum essent tunc acta iubente imperatore, et cunctis superstes ardere ultimus cessasset admotus sancti apostoli Simonis imagini cereus, nomen inde puellae Simonidi factum est; evenitque litatis votis, ut patrono indigete praestante infantiles eluctata debilitates puberi se feliciter regia haec proles admoverit adolescentiae.

33. Hic porro annus quo inita est cum crale Serbiae conventio, insignis fuit rigore hiemis non solum maximo, sed et, ut sic loquar, prodigiosissimo facile omnium, quotquot annis retro lapsis possent vidisse recordari qui longaevissime senuissent. tanti nivium aggeres supra omne

ναὶ μὲν οἰκιῶν τῶν χθαμαλῶν διεξόδους, σημείοις δέ τισι καὶ κοντοῖς τοῖς μὲν στοχαζομένους τοῖς δ' ὀργάνοις χρωμένους τινὰς
D ὑπανοίγειν τοῖς ἐγκλεισθεῖσι τὰ δώματα, καὶ ἐπὶ πλείστας ἡμέραις μηδένα γῆν ἢ ἰδεῖν ἢ πατεῖν, ἀλλ' ἐπὶ πεπελησμένης χιόνος ὡς στερρᾶς γεγονυίας γῆς μέχρι καὶ ἐγγὺς ἔαρος τοὺς ὁδίτας διέρχεσθαι, καὶ μάταιον εἶναι τὸ ἐφ' ὅπου ὀχεῖσθαι, πλὴν τοῦ καὶ μᾶλλον ἐξολισθεῖν κινδυνεύειν. ταῦτα δὴ καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ἐπὶ Θεσσαλονίκης ἐκστρατείαν ἐκώλυεν.

4. πεπιλημένης?

late solum increverant, ut aditus obstruerent domuum humiliorum et ipsa ostiorum superliminaria excedentes incertum oculis relinquerent qua parte ingredi egrediique inde habitatores consuessent. ergo signis quibusdam aut longorum per nivem immissionibus contorum investigato sita ianuae, quibus erat cura suppetias eundi vivis sepultis, palis deinde similibusque instrumentis purgabant iter ad fores, ut sic portas patefacerent infelicibus obsessis. alia ratione quam ita detracta manu nive nemo sub dio multis diebus terram vidit aut vestigio pressit, gradientibus cunctis supra gelu concretum et ad stabilitatem soli calcabilis duratam superficiem nivosi campi, telluri ubique superinducti. usque ad viciniam proximam vernae tempestatis ista super nives incedendi necessitas duravit; quo toto tempore dura conditio viatorum fuit, pedibus uti propriis via quamlibet longa coactorum. quippe insanum fuisset equi dorso velle invehi, cum pedites ipsi quantavis solicitudine ac lapsus praecavendi conatu, locum vestigiis legentes, nunquam sine praesentissimo cadendi periculo pedem in lubrico possent figere. hoc aliquandiu incommodum decretae imperatori Thessalonicam versus expeditionis diem diffudit.

Δ.

P 192 Μηνὸς δὲ Ληναιῶνος ἐνεστηκότος ὑπὸ χιόνι ἐκσκιρρωθείσῃ τῇ γῇ καὶ πάγοις στερροῖς τοῖς ἐκ ταύτης, ὡς καὶ αὐτῶν ἔτι τῶν ἀεννάων ποταμῶν ἐπεχομένων τὸ ῥεῦμα διὰ τὴν ἐν τῷ βάθει τοῦ ὕδατος πῆξιν, παρ' ἣν αἰτίαν καὶ γῆ συστελλομένη τῷ κρύει ἐζήμει τὰ φυέντα καὶ τὰ ἐσπαρμένα παντάπασιν ἠχρειοῦντο, ὀψὲ

13. ἐζημίου?

IV.

Tandem tamen mense Februario ineunte proficisci constituit, licet adhuc late horrerent campi una incrustati superficie congelatarum nivium, et perennes ipsi fluvii solidum dorso gressum iter agentibus praeberent propter altitudinem penetrantis in profundum glaciei. quae vis rigoris arva constringens gravem omni plantarum generi perniciem intulit, sata vero pleraque funditus corrupit. tunc igitur vespere parascenes, quando iam

παρασκευῆς ὑπὸ λύχνων ἁφάς, τῶν κεκοιμημένων κατ' ἔθος μνημονευομένων ἀρχαῖον, ἔξεισιν ὁ βασιλεὺς καὶ τῇ Δριπείᾳ ἐφ' ἡμέραις αὐλίζεται. καὶ ὁ μὲν τέως ἐπεῖχε τὸν ἐς τὸ πρόσω δρό- B
μον, διδοὺς μὲν δεσποίνῃ ἐνευκαιρῆσαι τὰ εἰς τὴν ἔξοδον, δι-
δοὺς δὲ βασιλεῖ Μιχαὴλ συνάμα συζύγῳ κατὰ σχολὴν τὰ τῆς ἀπάρσεως ἑτοιμάζεσθαι, καιρὸν δὲ καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν δέσμιον ἀδελφὸν ὑφιείς, ἐπεὶ κἀκεῖνον ἀπάγεσθαι ἔγνω, κατὰ τρόπον ὑπεξιέναι. καὶ ὁ μὲν ταῦτα· Ἰωάννης δὲ ὁ τηνικάδε πατριάρ- C
χης, ἐπεὶ οὐδ' ἀφανῆ ἦσαν τὰ τῷ βασιλεῖ πραττόμενα ἀλλ' ἀνά-
πυστα γεγονότα καὶ τῷ τυχόντι εἰκὸς ἦν κἀκεῖνον μὴ ἀγνοεῖν, εἰ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν δευτέρῳ εἶχε τὸ δῆλα γίνεσθαι ταῦτα τῷ πατριάρχῃ οὐχ ἧττον ἢ καὶ τοὺς τῆς θαλάσσης χόας, ὡς λέγεται, ἐξιὼν ὧς δῆθεν συντακτηρίους ἀποδώσων τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ περὶ τούτου κινεῖν ἐν πρώτοις ἐβούλετο. βασιλεὺς μὲν γάρ, ἐπεὶ
πόλλ' ἄττα τὰ προσιστάμενα τῷ συναλλάγματι κατεφαίνετο, τό D
τ' ἐφ' ὁρκωμοσίαις τὸν κράλην φρικταῖς τὴν τοῦ Τερτερῆ προσλαβέσθαι, τό τε νομίμως δοκεῖν συνεζεῦχθαι, ἥ τ' ἀφηλικίωσις τῆς νεάνιδος, καὶ τὸ φθάσαι τὸν Σέρβον τὴν τἀδελφοῦ Στεφάνου γυναικαδέλφην, εἴτ' οὖν καὶ αὐτοῦ βασιλέως, τὴν τοῦ ῥη-

18. τὸν deerat.

ex more antiquo ad commemorationem mortuorum faces accendebantur, exiit urbe imperator, Dripeamque se contulit, ubi ad dies aliquot est commoratus, operiens dum se Augusta expediret ad iter, itemque Augustus iunior cum coniuge; tum ut iis quibus curam imposuerat deducendi Constantinum despotam fratrem suum in fida obiter custodia (nam hunc in urbe relinquere tutum non ducebat), quae erant ad id convenienter administrandum consentanea, idoneum providendi spatium daret. at imperator quidem in his erat. Ioannes autem tunc patriarcha mirabatur celari se ab Augusto de his quae mente versabat, et quorum executioni se accingebat, consiliis, adeo iam non obscuris, ut ad homines etiam e vulgo eorum essent famae celebritate indicia periata. atqui existimabat eiusmodi ea esse quae ad se deferri conveniret, imperatore contra non magis inclinato ad haec ipsi communicanda, quam deum aiunt prodere hominibus curare quot metretis expleatur maris alveus. in ea solicitudine patriarcha urbe prodiit, specie quidem officiose vale dicendi atque in digressu bene precandi procincto ad iter Augusto, re vera certus ei dissuadere quantum posset filiae Simonidis cum Serbiae principe matrimonium multis de causis inconveniens. primum enim, quod exigebatur a crale ut proderet imperatori sororem Terteris, id non videri fieri ab eo posse sine atroci scelere periurii, quod satis constaret illum fidem isti mulieri suam horrendis adstrictam adiurationibus dedisse. nec vero satis exploratum haberi, essetne irritum cralis cum ea femina coniugium, quod scire se fuisse legitime contractum mater cralis affirmaret. ad haec virgunculam quae huic mulieri substitueretur, plane videri sexenni aetate connubio intempestivam. postremo ea ferri sermonibus hominum de portentosis Serbi flagitiis, quae deterrere imperatorem deberent a filia ei

Ε γὸς Οὐγγρίας κόρην, κατὰ χρείαν τοῖς τῆς Σερβίας τόποις ἐπι-
στᾶσαν καὶ τὰ μοναχικὰ ἠμφιεσμένην πορνικῶς γνῶναι. ταῦτ'
εἰς ἓν συναγόμενα αὐτάρκη τῇ πράξει προσίστασθαι κατεφαίνετο.
ὁ γοῦν βασιλεὺς διὰ ταῦτα, ἅμα μὲν τὰ πολλὰ θεραπεύων, ἅμα
δέ γε καὶ λογιζόμενος ὡς εἴ τι καὶ παρασπονδοίη ὁ κράλης ἐπὶ
τοῖς συγκειμένοις αὐτῷ τε καὶ Τερτερῇ, οὐδὲν ἐσεῖται μῖσος τῇ
P 193 ἐκκλησίᾳ μὴ ἀνάγκην ἐχούσῃ καθ' ἱερὰς τελετὰς διὰ τὴν ἀμιξίαν
ἐκείνου μιμνήσκεσθαι, διὰ ταῦτα θαρρῶν οἷς ἐλογίζετο, οὔτ'
ἐκοινοῦτο τῷ πατριάρχῃ τὴν πρᾶξιν καὶ ὅλαις ὁρμαῖς ἐχώρει
διαπραξόμενος τὸ συνάλλαγμα. πατριάρχης δ' αὖθις ὑβριοπα-
θῶν ἴσως ὑπερφρονούμενος ἐν τοιούτοις οἷς καὶ μᾶλλον ἔδει τῆς
Β αὐτοῦ γνώμης, δοκῶν δὲ καί τι λέγειν ἄξιον εἰς τὸ καὶ ἑαυτὸν
δεικνύναι μετεῖναι τῶν τοιούτων οὐχ ἧττον, καίτοι γε καὶ τῶν
ἐνοχῶν ἀνεὶς τὴν τοῦ κράλη μητέρα ἀξιώσασαν πρότερον ἐφ' οἷς
ἐπὶ τῇ τοῦ Τερτερῆ ἐνείχετο, εὔλογα λέγειν ἐδόκει. ὡς τοίνυν
βασιλεὺς ᾔδει εἰς τοῦτ' ὄντα τὸν πατριάρχην, προῆγε τοῦτον εἰς
C Σηλυβρίαν, αὐτὸς ἐν Δριπείᾳ καὶ ἔτι παρακαθήμενος. ὡς δὲ

propria tradenda, utique tam profligati pudoris homini, ut fratriam suam, germani sui maioris Stephani uxorem eandemque sororem defunctae Augustae matris Augusti iunioris (erat enim utraque filia regis Ungariae), nefarie adulterasse diceretur, ac praeterea germanam harum tertiam visendae causa sororis in Serbiam profectam, licet haec monachae vestita religionem profiteretur, minime dubitasse, humanis simul divinisque proculcatis iuribus, propinquam, hospitam, rege prognatam, deo sacram virginem, stupro tot nominibus execrabili polluere. haec cum ex aliis cognorat patriarcha, tum ex ipsa cralis matre, quae conscia, ut aiebat, impedimentorum insuperabiliter obstantium novo nati coniugio ultro ad eum venerat, oratum ut quae in hoc genere pararentur, conaretur vi summa disiicere. nihil horum latebat imperatorem: tamen idem politicis, quas indicavi, rationibus obsequens perstandum in consilio putabat; et quia non ignorabat tentaturum patriarcham revocare se a coepto, et rem antea ei communicare omiserat, et tunc ne de his sermonem prior inferret, vitare occasionem otiosi cum eo colloquii volebat. ac erat causa cur minus necessarium existimaret convenire cum praesidibus ecclesiae de rebus huius cralis, dynastae videlicet ritus a Graeco peregrini; quem ideo licet contingeret fieri generum imperatoris, in sacris officiis memoraturi nominatim ecclesiastici non forent, ex quo erat consequens, si forte vel ea ille commisisset vel in posterum consciscret ob quae mereretur anathemati subiici, nullam inde sibi fore occasionem erubescendi e coniuncti hominis ignominia ob praetereundam tum ipsius in sacris mentionem. alioqui porro utilitates quas e foedere cum Serbo proventuras confideret, mala quae ex perseverante dissidio metueret, tanti esse ducebat ut momentis tam iustae hinc formidinis, tam amplae illinc spei, nulla cuiusquemodi viderentur in contrarium obiecta praeponderare incommoda deberent. totus ergo fixus Andronicus in proposito affinitatis quomodocumque cum Serbo contrahendae, satisque aliunde gnarus paratum ad iurgandum ea de re secum Dripeam adventare patriarcham, per certos ei missos obviam significavit

τῆς πρώτης ἑβδομάδος ἐνστάσης τῶν νηστειῶν ὁ μὲν πατριάρχης καταλαβὼν τὴν Σηλυβρίαν καὶ βασιλέα προσαπεκδεχόμενος τῷ τίως ἡσύχαζε, (2) βασιλεὺς δὲ σχολαίως κατὰ μικρὸν προσήει, D Σηλυβρίας ὀψὲ σαββάτου ἐπέβαινεν. ἡ μετ' αὐτὴν μὲν καὶ ὑστεραία (ἡ δ' ἦν ἡ τῆς ὀρθοδοξίας ἡμέρα) ἐφίσταται, καὶ τότε μετὰ μεσημβρίαν κατ' ἔθος τῆς ἱερᾶς τελουμένης λειτουργίας ἐπιμιγνύει τῷ πατριάρχῃ κατὰ τὸν ἐκεῖσε νεὼν τῆς μονῆς τοῦ σωτῆρος, καὶ ὅσον ἦν ὁμιλεῖ. οὐκ ἦν δὲ πάντως τότε προσαναφέρειν πα- P 194 τριάρχην ἃ δὴ κατὰ σχολὴν τὴν πρέπουσαν κινεῖν ἠβούλετο, ὧν ἦσαν δύο τὰ μέγιστα, περὶ ὧν ἐσπουδάκει πλέον προσαναφέρειν, ἓν μὲν περὶ τοῦ Ταρχανειώτου Ἰωάννου (ἔτι γάρ, ὡς ἐπέμφθη, τῶν τῆς ἀνατολῆς μερῶν ἡγεμόνευεν) ὡς οὐ δίκαιον ὂν ἄλλως οὐδ' εὔλογον ἄνδρα τῆς ἐκκλησίας ἀποσχιζόμενον, καὶ πολλὰ σὺν ἄλλοις καὶ αὐτοῦ πατριάρχου λιπαρῶς ἐφ' ὕβρεσι καθαπτόμενον, ἐν ἀξίαις εἶναι μεγίσταις ἡγεμονίας καὶ ἀνέδην κατεπαίρεσθαι τῶν πολλῶν, καὶ μᾶλλον τῶν ἐκεῖσε ἀρχιερέων, ὡς ἔλεγε, δεύ- B τερον δὲ τὸ περὶ τοῦ συναλλάγματος· εἶναι γὰρ αὐτῷ πόλλ' ἄττα τὰ προσιστάμενα, ἃ δὴ καὶ χρῆναι σκέψει διδόναι καὶ οὕτω τὸ φανὲν ἀσφαλὲς ὑπ' αἰδοῖ τῶν νόμων καὶ διαπράττεσθαι. τούτων ὄντων τῷ πατριάρχῃ διὰ σκοποῦ, ἐπεὶ τὰ τῆς ἱερᾶς τελετῆς τέλος

orare se ne gravaretur praecedere Selybriam, quo mox secuturus ipse foret: locum enim in quo nunc diversaretur parum ei excipiendo esse opportunum. fecit patriarcha quod rogabatur, ac tanto iam amplius cogitandi nactus otium argumenta mente versans digerebat, quibus nihil habiturum quod plausibiliter opponeret Augustum arbitratus cessurum omnino abstiturumque coeptis non dubitabat sibi blandiens confidere. interim Augustus licet instante prima verni leiunii hebdomade se impatienter expectari Selybriae a patriarcha non ignoraret, nihilo tamen solicitius festinans in summa quiete perseverabat Dripeae morari. (2) at ubi aliquando inde coepit Selybriam versus iter intendere, perlento incedens passu vix denique vespera sabbati eo pervenit. postera huius die, in quam incidit dominica orthodoxiae, per causam sacrae liturgiae, ut talis diei ritus poscebat, post meridiem celebrandae, conveniente in templum illic situm ad monasterium salvatoris Augusto, patriarcha eius alloquendi copiam nactus est aliquam, sed talem quae non fere aliam quam eius obiter salutandi praeberet facultatem. habebat autem duo patriarcha prolixi cum imperatore sermonis argumenta, ut putabat, necessaria, quibus explicandis maiorem in modum cupiebat otium sibi commodum concedi. primum enim conqueri volebat de praefectura orientis Ioanni Tarchaniotae attributa, homini palam ab ecclesia discisso, quique nullum finem aut modum faceret probris lacerandorum cum aliorum per eos praesertim tractus antistitum, tum ipsius, ut aiebat, patriarchae. deinde circa designatas Simonidis cum crale nuptias, ut eae rite ac cum debita reverentia legum fierent, multa etiam atque etiam consideratu digna, quae suggereret, sibi habere videbatur. quae omnia perfecto iam sacro propositurus impe-

εἶχε καὶ ἤδη ἀπαίρειν ἐκεῖθεν ὁ βασιλεὺς ἡτοιμάζετο, ἅμα τε ὀλίγ'
C ἄττα τῷ πατριάρχῃ περὶ των ὡμίλησε, καὶ ἅμα ὥσπερ ὑποτεμνόμενος τοὺς λόγους ἐκείνῳ εὐλογίαν ἐζήτει καὶ συνετάττετο. ὁ δὲ τῷ καιρῷ συγκλασθεὶς τὸ νυμφίον ἐζήτει βλέπειν καὶ εὐλογεῖν· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς εἶναι ἄρτι πρώτως μετὰ τὴν ἡλικιῶτιν σχεδὸν μετάβασιν, καὶ οὐ πολλῷ τινὶ χρόνῳ μετὰ τὰ ἀμφιδρόμια, μὴ τὸν πατριάρχην βλέπειν καὶ εὐλογεῖν. ἠβούλετο δέ οἱ τὸ δρᾶμα λόγους ἐντεῦθεν ἀνακινηθῆναι τῶν τελουμένων, ἐφ' ᾧ καὶ λαλῆσαι βασιλέως ἐπισχόντος. ὡς γοῦν φανεῖσαν ηὐλόγει καὶ ἀμηχέπη
D τῶν λόγων ἥπτετο, δόξαν ἀναχωρεῖν βασιλεῖ διὰ τὸν καιρόν, θεραπείας ἧς ἤπειγεν ὁ καιρὸς ἀξιῶν ἐπὶ τοῖς λεγομένοις τὸν πατριάρχην, τὴν προκειμένην βαδίζειν ἠπείγετο. ἐκεῖνος δὲ παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τῶν προσδοκωμένων ἀποκρουσθεὶς ἀλύειν ἤρξατο, καὶ μὴ ὑποστρέφειν ἠπείλει καὶ δι' Ἰωάννην οὕτως ἡγεμονεύοντα καὶ διὰ τὰ παρόντα. ὡς γὰρ καὶ περὶ τούτων κινῶν τὰς θερα-
E πείας ἤκουεν ἀπαντώσας, οὐδὲν πλέον ἢ προσαλγήσας ὅτι συντέμνοντος τοῦ καιροῦ τῶν καθηκουσῶν ὁμιλιῶν οὐκ εἶχε τυγχάνειν (οὐκ οἶδ' εἰ καὶ βασιλεὺς οὕτως ἐξεπίτηδες ἔπραττε, μὴ θύ-

ratori cum accessisset patriarcha, ille ut movere iam se ad abitum coeperat, perpaucis ei et perfunctorie locutus, vale mox dicto ac tot illis eruppturientibus ex ore patriarchae sermonibus quasi valvas obducens, solemne digredientium protulit carmen, benedictionem postulans, sicque illum dimisit. patriarcha exclusus tempore, ut nullum non intenderet conatum prensandae dum liceret occasionis, stitit aliquantulum Augustum abeuntem petenda facultate visendae Simonidis eique bene precandi, antequam peregre ad sponsum abduceretur. quomodo enim non conveniret sisti sibi iam adultam atque adeo fere admotam transitui ad nubilem aetatem a puerili regiam virginem, quae vel si aliquanto post quintum a primo natali diem pontifici offerretur, serum foret. haec oblique iacta eo pertinebant, ut ab imperatore mutuam quandam elicerent matrimonii destinati mentionem, ex qua posset ansa velut quadam in disputationem trahi non probatum istud patriarchae negotium. sed elusit huius artes Augustus: nam puella, quod negari non potuit, ei exhibita, et ipso ei solita formula bene precato, praevertens omnem ulteriorem sermonem imperator in puncto signum eundi suis dedit, causatus urgeri se ut officiis alibi necessariis occurreret. ac sic verba in ore fari iam incipientis truncavit praesulis, casu et inopinatissimo huic et molestissimo. nam elabi sibi de manibus tamdiu captatam occasionem, quae sentiret de Ioannis praefectura deque quod nunc pararetur cum crale foedere, imperatori dicendi, haud tolerandum ratus, tacitis secum ac turbidis aestuans cogitationibus minabatur haud cessurum sese, nec. sic infecto ouius gratia exisset negotio reversurum. ac licet ex parte videbat esse verisimilem excusationem allegatam ab Augusto, quod satis appareret tali eum articulo temporis alio trahi vix evitabilibus causis, non desinebat tamen suspicari nonnihil ab ipso adhibitum studii ad excludendum se commoditate audientiae cupitae et occludendas tali praetextu aures libero quem paratum intelligeret, sermoni,

ραν παρρησίας ὑπανοιγνὺς τῷ θέλοντι ἐντυγχάνειν, ἐπεὶ καὶ οὐκ ἦν μεταγινώσκειν αὐτόν), ἀψάμενοι τῆς ὁδοῦ, βασιλέα μὲν καὶ οὕτως ἐξαποστέλλει μετ' εὐλογίας, αὐτὸς δ' ἐκεῖ καταμένειν ἕως οὗ βασιλεὺς ὑποστρέψειεν ἐκεκρίκει, ἀλγεινῶς μὲν ἀναύδως δ' ὅ-
5 μως διαφέρων τὸ ἄλγος, εἰ καὶ αὖθις ὁ βασιλεὺς ἅμα Θεσσαλονίκης ἐπέβη, τῶν ἁγίων ἐγγιζουσῶν ἡμερῶν τοῦ Πάσχα, προ- P 195
φάσει τοῦ τῶν ἁγίων ἐκεῖνον μεταλήψεσθαι δώρων, εἰ πατριάρχης ἐφίει, πέμπων εἰς Σηλυβρίαν καὶ τὰ τοῦ ξενῶνος συνήθη νομίσματα προσφιλοτιμούμενος, ἃ δὴ καὶ αὐτὸς μὲν κρυφηδὸν
10 ἀεί ποτ' ἐδίδου, τῷ πατριάρχῃ δὲ τὸ τέλος εἰς χιλιοστὺν κατ' ἔτος ποσούμενον ἀπεγράφετο. τότε τοίνυν καὶ ταῦτ' ἀποστέλλων λόγοις ὡμάλιζε καὶ τοῖς καθήκουσιν ἤγαλλεν. ἐκεῖνος δὲ καὶ B
αὖθις ἐν Σηλυβρίᾳ προσμένων οὐ πρότερον ἐκεῖθεν μετέβαινεν, ἢ δεινῶς ὀφθαλμιῶν, κατὰ χρείαν τῶν ἰατρευσόντων ἐκεῖθεν
15 ἀπάρας, πρὸς τὴν μονὴν τοῦ Κοσμιδίου μηνὸς Μαιμακτηριῶνος μετῳκίζετο. πλὴν Ἀνθεστηριῶνος εἰσπλευσάντων ἐπτὰ μακρῶν νεῶν κατὰ πραγματείαν, καὶ λόγου διαδοθέντος ὡς καὶ στόλος νηῶν κατὰ μάχην προσαναβαίνει, δείσας ἐντεῦθεν τὴν Κωνσταν- C

7. ἐκεῖ?

dissuadere conaturo foedus Serbicum, quasi re amplius non integra, ex quo iter istud eo unice pertinens capessivisset. ergo sic vale sibi dicentem imperatorem multum licet moerens, et in magno, licet muto ac summa vi dissimulato, mentis aestu relinquens patriarcha statuit se inde non recessurum quoad is rediret. faustis tamen eum de more ominibus Thessalonicam proficiscentem est prosecutus, certus interim ipse ibi manere quoad imperator reverteretur. haesit igitur Selybriae moesto silentio rodens arcanum dolorem, utcumque illum, non penitus ignarus occultae illius curae, consolari tentavit imperator. simul enim pervenit Thessalonicam, misso ad patriarcham quodam e suis praetextu veniae poscendae percipiendorum ab alio per eius absentiam, instantibus tum festis Paschalibus, sacrorum eucharistiae donorum, consuetum xenium pecuniae in hospitalitatem expendendae obtulit perliberaliter. eam eleemosynam solitus semper antea fuerat Augustus patriarchae manu propria sine arbitris tradere, ad summam annuam mille admodum nummorum ascendentem. sed tunc quo praesens fungi officio non posset, non modo per certum vice substitutum sua hominem explevit, verum et munus commendare curavit multa humanitate verborum, quibus ut quam blandissime delinire a se conaretur aegrum praesulis animum, ei quem destinabat imperavit. hoc tamen non est assecutus ut in urbem remigrandi consilium patriarcha susciperet: perstitit enim etiam post hoc Selybriae, donec gravi coactus superveniente ipsi oculorum morbo ad commoditatem curationis admovere se urbi, in monasterium suburbanum Cosmidii se transtulit mense Iunio, copiam illic faciliorem habiturus urbanorum medicorum. caeterum Iulio insequenti adventantibus in eam oram septem longis navibus, licet hae mercaturae causa veniebant, quia tamen rumor fuit bellum portari classe ista, metu extraneus loco eo parum tuto ingressus urbem est, nec tamen patriarchali-

τίνου εἰσέρχεται, καὶ τὴν τῆς Παμμακαρίστου μονὴν κατοικεῖ, ὅπου καὶ ἐπὶ καιρῷ μὲν μετρίῳ ἠπράκτει, εἶτα δ' ἀξιωθεὶς παρά τε τοῦ κλήρου καὶ τῶν ἀρχιερέων τὰς θύρας ἀνοίγνυσι τοῖς προσόδους παρ' ἐκεῖνον ποιεῖν βουλομένοις κατά τε κρίσιν καὶ οἱανοῦν ἑτέραν ἀναδοχὴν πατριάρχῃ πρέπουσαν.

D 3. Ὁ βασιλεὺς δ' ἐν Θεσσαλονίκῃ καθήμενος, τότε πρώτως ἰδὼν ἐκείνην, ἔπεμπε μὲν πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτανεψίαν τὴν Ἄνναν, αὐτῆς γε προσλιπαρούσης καὶ κινούσης τὴν ἀπὸ τοῦ βασιλέως εὐμένειαν, ἔπεμπε δὲ καὶ πρὸς τοὺς σεβαστοκράτορας (ἔτι γὰρ ἐν τοῖς ζῶσιν ἦσαν) προσαπαιτῶν Δημητριάδα, ἣν φθάσας ὁ πρωτοβεστιάριος καὶ κατέχων ἀνῳκοδόμει καὶ βασιλεῖ
P 196 καθίστα ὑπήκοον. ἧς καὶ πρότερον βασιλεὺς καθυφίει διὰ τὸ τῆς Θεοφανοῦς πρὸς θάτερον τῶν ἀδελφῶν κῆδος. ἐκείνου δὲ κωλυθέντος θανάτῳ τῆς νύμφης κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην, ἀπῄτει τότε πέμπων τὸ ἑαυτοῦ δίκαιον· Δημητριάδα γὰρ καὶ πρὸ τοῦ ἑαυτοῦ εἶναι, καὶ τότε δικαίως προσαπαιτεῖν. ταῦτα τοῦ βασιλέως διαπρεσβευομένου ἐκεῖνοι πρὸς τριβὰς ἐχώρουν τὰ συν-
B ήθη ποιοῦντες, ὑπὸ δέος μὲν ὄντες, ὅτι βασιλεὺς ἐγγὺς ἐφεστήκει, ὅμως δὲ τοῦ συνήθους ἀλωπεκισμοῦ οὐδὲ τότε πάμπαν ἐπελάθοντο. ταῦτα δ' ἄρα ἐξαγώνια ἦσαν τῷ βασιλεῖ, ὅτι μηδ' αὐτῶν ἐξελήλακει χάριν πρὸς δύσιν. προύργου δ' ἦν τὸ

bus se reddidit aedibus, sed in monasterio Pammacaristi sumpsit hospitium; ubi sat longo tempore clausus cessavit ab omni patriarchali functione, quoad tandem rogatus a clero et antistitibus fores aperuit, admittens eos qui convenire se vellent seu iudicii causa sive cuiusvis alterius patriarcham decentis administrationis.

3. Imperator Thessalonicae commorans, quam tum primum urbem viderat, misit qui a se consobrinam Annam salutarent, id ipsum illa precata, et quibus potuit officiis promereri satagente Augusti benevolentiam. misit etiam ad sebastocratoras (hi enim adhuc in vivis erant) repetens Demetriadem; quam civitatem antea protovestiarius occupatam reaedificaverat et ditioni imperatoris asseruerat; sed hac paulo ante imperator cesserat in gratiam Theophanus nurus suae sororis, dum huius matrimonium cum altero sebastocratorum tractaretur. verum isto coniugio morte praematura sponsae, quae Thessalonicae ante nuptias diem obiit, intercepto, redditam tali casu iuri suo priori urbem istam imperator reposcebat, missis qui id urgerent legatis. sed eam sebastocratores sibi solitis artibus petitionem eludebant, non praecise negantes (metuebant quippe vim a vicina imperatoris potentia), sed tergiversationibus innectentes moras, haud omnino ignorante Augusto fucum sibi fieri et consueta familiae isti vulpinatione verba dari, patientius tamen dissimulante, quod sibi conscius alia praecipue de causa expeditionem in Occiduos tractus a se hanc susceptam, minus laborandum de his accessoriis putabat, dum principale negotium,

τοῦ Σέρβου, καὶ πέμπων ἀνελάμβανέ τε τὰς κοινὰς συνθεσίας, καὶ κατηνάγκαζεν ἐγχειρίζειν μὲν Ῥωμαίοις καὶ Κοτανίτζην καὶ C τὴν τέως εἰς γαμετὴν οὖσαν, ἀντιλαμβάνειν δ' εἰς γυναῖκα νόμιμον τὸν τοῦ βασιλέως θυγάτριον. (4) ἀλλ' ἐκεῖνος δεδιὼς ἴσως D μή πως παραλογισθείη τὰς ὁμολογίας, καὶ δῶ μὲν οὐκ ἀντιλάβῃ δέ, ἢ καὶ αὐτὸς ἐμπέσοι γε εἰς ἀρχύστατα, ὑπὸ πιστοῖς ὁμήροις ἐζήτει τὰς πράξεις γίνεσθαι· οὕτω γὰρ καὶ ῥᾳδίως ποιεῖν τὰ συγκείμενα, εἰ αὐτὸς ἀξίως προσλήψαιτο τοὺς ὁμήρους, ὑφ' οἷς συνισχημένοις ἑτοίμως καὶ αὐτὸς ἁπαντᾶν. ἑνὸς γὰρ τοῦ τὴν παῖδα τοῦ βασιλέως γυναῖκα σχεῖν τὰ πάντα προΐετο· εἰ δ' ἀστοχοίη τούτου ἔκ τινος ἀπάτης, ὡς ὑφωρᾶτο, ἐπὶ κεφαλαίῳ ζημιοῦσθαι δικαίως ᾤετο. ὅθεν καὶ ὡς εἶχε κατησφαλίζετο, καὶ λαμβάνειν ὁμήρους διὰ τοὺς αὐτοῦ, ἀντιδιδόναι δ' ὁμήρους διὰ τὴν E τοῦ βασιλέως παῖδα ἠξίου τε καὶ ἀντηξιοῦτο, βασιλέως ἐπὶ τούτοις νεύσαντος. πέμπονται τοίνυν ἑκατέρωθεν ὅμηροι, καὶ κατὰ μέσον τὸν ποταμὸν Βαρδάριον ἀνταλλάττονται, τοῦ Σέρβου δόντος μὲν καὶ Κοτανίτζην καὶ τὴν τοῦ Τερτερῆ, ἀντιλαβόντος δὲ τὴν τοῦ βασιλέως παῖδα, μεθ' ὅτι πλείστης τῆς σπατάλης τε καὶ δορυφορίας πεμφθεῖσαν. καὶ δὴ καὶ παρὰ τοῦ Ἀχριδῶν Μακαρίου τελεσθεισῶν τῶν συνήθων ἱερολογιῶν τὰς τιμὰς προσηκούσας ἐδέχετο, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ κράλης μεῖζον ἢ κατὰ

quod erat foedus et affinitas cum Serbo, recte succederet. in hoc igitur potissimum incubuit; missisque qui cralem urgerent, ab eo expressit, iuxta conventa, ut et Cotanitzam et quam eatenus uxoris loco mulierem habuerat traderet, atque huius in locum legitimam uxorem Augusti filiolam acciperet. (4) Non tamen haec crales sine pignore relaxavit. metuens enim ne, si festinaret dare quae poscebatur, circumveniretur credulitate inconsulta, negatis postea quae se vicissim accepturum esset pactus, aut etiam in casses se indueret quibus aegre postea extricaretur, respondit mutua traditione obsidum firmari promissorum invicem fidem oportere: sic enim securius negotium utrimque processurum. ac tenebat hominem cupido magna filiae imperatoris certo sibi connubio iungendae, ex quo quantum et honoris et commodi esset in se redundaturum intelligebat; indeque, ut magnopere desideratis anxie timetur, inquieta solicitudine pungebatur, reputans ne forte vana ea spes ostenderetur a Romanis, resilire ac frustrari se paratis, simul quae ex ipso concupierant, tenerent. ea porro de causa petenti crali, et vicissim offerenti, quibus fidei conventorum caveretur, mutuos obsides, annuit Augustus; moxque in medio Bardario amne rite prius celebrata permutatione obsidum utrimque missorum, etiam sine mora processum ad effecta est, Serbo quidem Cotanitzam et filiam Terteris dedente, vicissimque accipiente ab imperatore ipsius filiam luxu ornatuque regiis, satellitio splendido deductam, statimque post, simul ab Achridensi Macario ecclesiastica sponsis fuisset rite impertita benedictio, summis honoribus affectam. non enim illam crales ut propriam coniugem, sed ut imperatoris filiam excepit, quippe haud sustinens in equo, ut tum erat,

P 197 σύζυγον τὴν τοῦ βασιλέως καθυπεδέχετο. οὐ γὰρ ὡς εἶχεν ἔφιπ-
πος ἠνείχετο ὑποδέχεσθαι, ἀλλ' ὑποπτώσεως σχήματι, αἰδοῖ
τῷ πρὸς βασιλέα, ἀποβὰς τοῦ ἵππου προσερχομένην, ὡς δεσπό-
συνον δῆθεν καὶ οὐχ ὡς σύζυγον, φιλοφρονούμενος ὑπεδέχετο.
B (5) τότε καὶ βασιλεὺς κατὰ τὴν πόλιν Θεσσαλονίκην, ἐκεῖνον
μεγαλοπρεπῶς ἐθεράπευεν καὶ δώροις καὶ τιμαῖς ἐφ' ἡμέραις
ἤγαλλε, καὶ τοὺς αὐτοῦ μεγιστᾶνας βασιλικῶς ἐδωρεῖτο τοῖς μεί-
ζοσιν. εἶτ' αὖθις καὶ ἀποπέμπει πολυταλάντους ἐκχέας τὰς
δόσεις, παρακεκινημένον τὰδελφοῦ Στεφάνου (ὑπενόει γὰρ κἀ-
κεῖνος ἤδη τὴν ἰδίαν παρακινδύνευσιν ὡς αὐτίκα τἀδελφοῦ μείζον
C ἢ πρότερον κατὰ τὸ εἰκὸς φρονήσαντος, καὶ διὰ τοῦτο ἔσπευδε
προκαθιστᾶν ὡς εἶχε τὰ καθ' ἑαυτὸν) πέμπων συμμαχικὸν βα-
σιλεύς, ὡς οἷόν τ' ἦν, ὑπέθρανε τὰς ὁρμὰς τῷ Στεφάνῳ.
D 6. Τότε καὶ Βενετικοὶ ἐκ τοῦ παρασχεδὸν πρὸς βασιλέα
διεπρεσβεύοντο, καὶ τὴν μετὰ Ῥωμαίων εἰρήνην ἐζήτουν ἀνα-
νεοῦν. ἤθελε μέντοι καὶ βασιλεὺς αὐτοὺς δέχεσθαι, ἀλλ' ὅμως
μεταξὺ ἀμφοῖν βουλομένοιν προσίσταντο τὰ ἐνέχυρα ἅπερ φθά-
σας βασιλεὺς ἐκ Βενετικῶν τῆς πυρπολήσεως ἕνεκα προσαφῄρει,
E ἃ ἐκεῖνοι μὲν ἀπῄτουν καὶ οὕτως ἤθελον δέχεσθαι, βασιλεὺς δὲ
περιεώρα καὶ ὡς δικαίων τῶν ἀφαιρεθέντων ἀντείχετο. Βενετι-

9. post δόσεις adde καὶ vel καί γε.

occurrentem salutare, sed ad primum eius conspectum desiliens et in speciem venerationis infimae submissus, imperatori debitum honorem eius proli, quantumvis suae sponsae, deferendum ratus, potiusque considerandum augustorum natalium splendorem quam conditionem uxoris, ratione cuius sibi esset, ut viro, iure subiecta. (5) tunc etiam imperator cralem in civitatem Thessalonicam splendide invectum exquisitis affecit honoribus, donis et omni significatione benevolentiae per dies aliquot dignatus, proceres quoque comitatus illius muneratus plane regie. dimisit eundem postea multa pecunia donatum. quin et auxiliis ipsum prosecutus militaribus est, quibus tueri se a vi et insidiis fratris Stephani posset. nam Stephanus germanum audiens firmare res suas affinitate imperatoris, suspicatus id quod erat, ea praesidia contra se parari, et reputans multo deinde infirmiorem statum suum et spes filiorum fore, ubi foedere isto ac nuptiis frater eius imperatorias sibi opes adiunxisset, delectus habere ac manum cogere coeperat, haud dubie irruptionem minans, nisi metu suppetias accurrentium imperii copiarum coërceretur.

6. Ea vice rerum, occasione commorantis in vicinia imperatoris usi Veneti legatione ad eum destinata renovari pacem cum Romanis petiere. nec abhorrebat a conventione Augustus, nisi conditionibus utrimque propositis moram negotio iniiceret oppigneratio, de qua diximus, bonorum ad Venetos urbis Constantinopolis inquilinos pertinentium, donec multa solveretur Venetis incendii Galatae auctoribus indicta. ista pignora suis reddi multamque remitti Veneti poscebant, nec aliter in foedus conventuros se

τοῖς δ' ἦν ὀρεγομένοις τῆς μετὰ βασιλέως εἰρήνης καὶ πλεῖστον P 198
ἀφεῖναι τῶν ἐνεχύρων, εἰ βασιλεὺς καὶ οὕτως σπένδεσθαι κατανεύοι. ἤδη δὲ καὶ βασιλεὺς ἀγαθοθελῶς ὑπεκλίνετο κἂν ἐκεῖσε, καὶ τὴν εἰρήνην οὕτω καθίστων, εἰ μήγε βουλή τινων τῶν ἀμφ'
5 *αὐτὸν μεσολαβήσασα (καὶ γὰρ τὸ κακῶς ἔχειν ξυμπεσεῖν τῶν πραγμάτων ἐκείνοις ὑπέτεινε τούτοις ἐλπίδα μείζω τοῦ καὶ οὕτω μηδὲν λαβόντας τῶν ἐνεχύρων τὰς σπονδὰς ἀγαπᾶν) τὴν τῆς εἰ-* B
ρήνης πρόβασιν διεκώλυε. καὶ οἱ μὲν ἐντεῦθεν μὴ οὕτω καταδεξάμενοι ποιεῖν τὰς σπονδὰς ἄπρακτοι καθυπέστρεφον.

10 *7. Βασιλεὺς δὲ τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου Χοῦμνον θέλων* C
ἀγάλλειν ὡς πιστὸν ὑπηρέτην καὶ ἐφ' οἷς ὑπούργει τὸν δοκιμώτατον, ἄλλως τε καὶ πολυταλάντους τὰς προῖκας τῇ θυγατρὶ ἑτοιμάσαντα, τῷ κατὰ Λαζοὺς παιδὶ Ἀλεξίῳ, οὗ δὴ καὶ ἀδελφιδοῦ γε ὄντος ἀπὸ πατρῴων διαθηκῶν ἐπετρόπευεν, ἔτ' οὔσης
15 *ἐν Κωνσταντίνου καὶ τῆς μητρός, ξυναρμόζειν ἤθελε τὴν τοῦ Χούμνου· συμφέρειν γὰρ ᾤετο οὐχ ἧττον ἐκείνῳ ἢ τοῖς Ῥωμαίων πράγμασιν, ἐθεράπευε δὲ καὶ τὸν οἰκεῖον τῷ ἀπὸ τοῦ γένους κή-* D
δει τιμῶν ὡς καὶ αὐτὸν τοῖς εὐνουστάτοις ἐξεταζόμενον. ἐς τόσον δ' ἐφήρμοττε τὴν βουλὴν τῇ πράξει, ὥστε καὶ αὐτόθεν δε-

17 τὸν] τὸ P.

siebant. contra imperator multam iuste inflictam, oppignerationem recte factam tuebatur. procedente tractatu, apparebat Venetos pacis cupidos magnam partem oppigneratorum bonorum imperatori cessuros, modo is vel modica remissione admovere se postulatis eorum et consensum in foedus dare vellet. propendebat in hanc partem benigne inclinatus Andronicus, pacem istam suis quoque rationibus accommodatam ratus, nisi consiliis quorundam e suis alio averteretur. hi causabantur gravi suo tempore ac deplorato rerum propriarum statu adactos Venetos mera necessitate trahi ad cogitationem pacis. quare haud convenire indulgere ipsis quidquam, utique, pro inexplebilitate cupiditatis successu alitae, paratis remissione qualicumque iustae oppignerationis quomodocumque impetrata pro gradu ad spem audaciamque ulteriorem uti. unam igitur iis et irrevocabilem conditionem ferendam, ut mera pace contenti nihil super oppignerationc cavillentur aut moveri quidquam in re iustissime decreta velint. id consilium tractationem foederis diremit, Venetis duritie offensis, re infecta revertentibus ad suos.

7. Caeterum imperator gratificari studens Chumno praefecto caniclei, quo fidissimo ad omnia probatissimoque dudum ministro utebatur, filiam huius, cui pater copiosam plurimorum talentorum congesserat dotem, Alexio Lazorum principi sororis suae filio et patris testamento suae tutelae commendato, cuius mater adhuc erat Constantinopoli, collocare in matrimonio decrevit. conducibile quippe id putabat cum ipsi Lazo tum rebus etiam Romanis; et quo in primis movebatur, sic se optime consulere percare sibi homini videbat, admovens eum affinitate ista generi regio ac tanto ipsum certiori firmans pignore in fide benevolentiaque erga sese. itaque incumbens toto nisu in negotium optatissimum, eo brevi rem per-

σποτικοῖς παρασήμοις τὴν κόρην ἐκόσμει καὶ νύμφην ὠνόμαζε. προσαπεδέχετο δὲ καὶ ἡ μήτηρ ἀκούσασα τὸ συνάλλαγμα, καὶ τῇ βασιλικῇ ψήφῳ συγκάταινος ἦν, καὶ τοὺς γάμους ἐλθοῦσα ἑτοιμάζειν ἤθελε τῷ παιδί. ἀλλ' ἐκεῖνος ἢ πειθόμενος καὶ τοὺς γάμους ἀπαξιῶν, ἢ μὴν καὶ ἄλλως ἐπελθὸν αὐτῷ, φθάσας ἔκ τινος τῶν ἐπ' ἐξουσίας Ἰβήρων τὴν συνοικήσουσαν ἄγεται. ὃ δὴ καὶ μαθὼν βασιλεὺς πολὺς ἦν τοὺς νόμους προτείνων καὶ τὸ τῆς ἐπιτροπείας δίκαιον προβαλλόμενος· ὡς γὰρ πατρὸς ἐπ' ἐκείνῳ τάξιν ἐπέχων, ἅμα μὲν καὶ τῶν διαθηκῶν ἅμα δὲ καὶ τοῦ σὺν τῇ βασιλείᾳ ἀπὸ τοῦ γένους δικαίου χάριν, ἠβούλετο διστάναι τὴν συζυγίαν. οὐ μὴν δὲ καὶ δεσποτικῶς ἐξ ἐπιτάγματος ἄλλως ἤθελε πράττειν, ἀλλ' οὐχ ἧττον καὶ γνώμῃ καὶ ψήφῳ τῆς ἐκκλησίας. ὅθεν καὶ πέμπων πρός τε πατριάρχην καὶ τὴν περὶ αὐτὸν σύνοδον, τὸ ἅμα μὲν βασιλέως καὶ πατρὸς ἅμα δὲ καὶ ἐπιτρόπου ἐπὶ τῷ νέῳ προτείνων δίκαιον, ἄκυρον ἀπὸ νόμων ἐπείρα δεικνύειν τὸ συνοικέσιον, καὶ διαλύειν ἠξίου ὡς παρὰ βουλὴν τὴν αὐτοῦ συνεστώς. τῶν γοῦν λόγων συνοδικῶς κινουμένων, τισὶς μὲν τῶν ἀρχιερέων νόμων ἀκριβείας ἡμμένοι δῆθεν τῇ τοῦ βασιλέως θελήσει ἔγνωσαν ἐνδιδόναι, ὃ δέ γε πατριάρχης καὶ μετ'

E P 199 B

4. πνθόμενος?

duxit ut puellam dominae insignibus ornatam Alexii Laxorum domini sponsam appellaret. haud aegre assensa, postquam audiit, imperatori talia paranti mater Alexii adeo eius probare designationem connubii visa est, ut ultro ad filium parandarum causa nuptiarum ituram prae se ferret. verum illé haud in hoc morigerum avunculo se ac matri praebuit: sive enim dissuasus a quopiam, seu praeoccupatus amore cuiusdam e primoribus Iberorum filiae, cum hac ad se deducta rite coniugium celebravit. quo comperto imperator multus erat in allegandis contra legibus et iure tutorio iactando, quod ei consanguinitas intima et patris, germanae suae viri, ultima voluntas legitime signatis testamenti tabulis dedisset. quare aiebat irritas istas videri debere nuptias, et ut falsi coniuges ab invicem dirimerentur contendebat. nec tamen in hoc iure imperii aut vi secularis potestatis uti, quod fas non esset, inducebat in animum, sed studebat hoc sententia et calculo ecclesiae decerni. quare missis ad patriarcham et, quae circum ipsum erat, synodum certis hominibus qui exponerent quantum sibi iuris daret in eum iuvenem primum imperatoria dignitas, deinde consanguinitas intima et quaedam auctoritas paterna, qualem tutori leges in pupillum tribuunt, ut iis, prout par erat, consideratis statueret cassum et invalidum id matrimonium esse, quippe temere attentatum ab homine non suae ad hoc potestatis, citra suum assensum, a quo penderet. hisce ultro citroque ventilatis, et negotio synodice tractato, quidam episcoporum haerentes, ut putabant, verae legum sententiae, postulatis imperatoris uti aequis annuendum censebant, at patriarcha et plures cum

αὐτοῦ οἱ πλείους ἀπῃξ ἀντέτεινον· καὶ γὰρ καὶ κατὰ γαστρὸς ἔχειν τὴν ἐξ Ἰβήρων ἐξ Ἀλεξίου, ὡς ἤκουον, κατηγγέλλετο. ἡ μέντοι γε μήτηρ ἐκείνου ἐπανακάμπτειν ὀρεγομένη ἐλπίδας τοῖς τοῦ κανικλείου ὑπέτεινεν, ὡς ἤκουσα καταπράξεται μᾶλλον τὴν λύσιν τοῦ συναλλάγματος ἢ μηνύουσα· αὐτῷ γὰρ προσώπῳ καὶ C μὴ γραφαῖς ἔχειν ἀναπείθειν τὸν παῖδα, καὶ οὕτω ποιεῖν τῷ βασιλεῖ πειθήνιον ὡς οὐκ ἄλλως ἐνὸν ἀπειθεῖν. τῷ τοι καὶ βασιλέως ἀφέντος πλῷ χρησαμένη πρὸς τάχει γίνεται. ὅπως οὖν ἐπανήκουσα πρὸς τὰ ὑπεσχημένα διετέθη, εἰδεῖεν ἂν οἱ ἐκεῖσε· τὸ δὲ πρᾶγμα ἔδειξε τὴν ἐπὶ τῷ λύειν ἰοῦσαν τἀναντία προαιρουμένην, εἰ καὶ τὸ πᾶν τῆς ἀπειθείας ἐπὶ τῷ παιδὶ τέθειτο. ἀπεγνωκὼς οὖν ἐκεῖθεν ὁ βασιλεύς, ἐπεὶ οὐδ' ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀναμφίβολος ἡ τοῦ γάμου λύσις τὸ σύνολον ἐλογίζετο, τὴν μὲν D κόρην καθάπαξ εἰς δεσποτείαν τιμήσας εἰς τοῦτ' ἐτήρει καὶ αὖθις, ἐλπίδας δ' ἐδίδου συζευγνύειν ταύτην δεσπότῃ γε ὄντι τῷ υἱῷ Ἰωάννῃ· πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ εἰς προῖκα πολὺ ἦν καὶ οὐ πόρρω πάνυ τοῦ πρέπειν καὶ βασιλέων υἱοὺς ἐπάγεσθαι. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ἐν πολλοῖς ἐδήλου τὴν τοῦ κανικλείου προσησόμενος ἐφ' υἱεῖ νύμφην, ἡ δέ γε μήτηρ καὶ δέσποινα ἐκ μεγάλου

ipso in contrarium obfirmati stabant, eo maxime moti, quod iam ista ex Iberis puella uterum ex Alexio ferre dicebatur. caeterum mater principis Lazorum redire domum cupiens, spem praefecto caniclei subostendebat quandam quasi eo profecta procuratura praesens esset separationem coniugum solutionemque connubii, quod minus per literas posset consequi, viva scilicet coram voce et vultus verecundia materni persuasura filio ut se morigerum Augusto avunculo praeberet, quo perduci iuvenem posse ullis eminus scriptis missisque mandatis haud satis confideret. hoc obtentu eblandita imperatoris assensum in reversionem ad Lazos suam eo navigavit. qua fide autem post reditum promissis steterit, sciverint qui quae illic egit oculis praesentes usurparunt. eventa quidem demonstrarunt visam eo proficisci ad dissolvendum matrimonium, postquam ibi fuit, contraria potius secutam, quanquam invidia tota facti in contumacis filii duritiem conferebatur. spe igitur inde omni deiectus imperator, cum nec ecclesia consilium expediret declarandi matrimonium hoc irritum, certantibus de validitate eius sententiis patrum et rem in ambiguo relinquentibus, qui iam Chumni filiam in honorem privata sorte altiorem evexisset, illiberale putavit redigere immeritam in ordinem et despoticis semel ornatam speliare insignibus. ut igitur ei gradum tueretur collatae dignitatis, spem dedit se illam connubio iuncturum filio proprio Ioanni iam despotae, ad quod ei consilium praeter caetera ipsius virginis et huius genitoris merita haud leve momentum addebat dotis magnitudo multum excedens civilem modum, facileque apud aequos excusatura enuptionem qua imperatoris etiam filius ad coniugium puellae regia opulentia privatorum natalium fortunam emendantis inclinari se sivisset. verum istam cogitationem Augusti multis ab eo significationibus indicatam haudquaquam Augusta probabat, spiritum ingentium mulier, deiici e principali fastigio suum filium ad hu-

E τοῦ φρονήματος ἀπεπροσποιεῖτο καὶ ἀνεβάλλετο, οὐδ' ἴκταρ ἄξιον κρίνουσα τὸ συνάλλαγμα. καὶ διὰ τοῦτο καὶ βασιλεῖ πολλή τις ἦν ἡ ἐχεμυθία περὶ τῶν τοιούτων, καί που καὶ εὐμεθόδως πολλάκις παρεγύμνου τὸ βούλημα, τὸ μέντοι γε πρὸς τὴν πριγκίπισσαν Ἀχαΐας ἤδη κεχηρωμένην ἀνδρὸς κῆδος ἀξιώτερον ἔκρινε, καὶ παρὰ μόνον τὸ τῆς γυναικὸς ἔξωρον, αὐτοῦ γε νεανίσκου ὄντος καὶ τὸν ἔφηβον παραλλάττοντος, ἤδη ἤθελε συναλλάττειν.

P 200 8. Τέως δ' ἐπεὶ καὶ ὑποστροφῆς ἔδει τούτοις τὰ περὶ τὸν κράλην διευθετήσασι καὶ τὰ δυτικὰ ὡς οἷόν τε καταστήσασιν, ἐπαγόμενοι μὲν καὶ τὴν τοῦ Τερτερῆ, ἐπαγόμενοι δὲ καὶ τὸν Κοτανίτζην ἐν τηρήσεσι προσηκούσαις, ἔξω που τῆς πόλεως κατεσκήνουν. καὶ ἡ κυρία τῆς ὑπαντῆς ἐνειστήκει· ἦ δ' ἦν ἡ μηνὸς Μουνυχιῶνος εἰκοστὴ δευτέρα. ἡ μὲν πόλις πᾶσα καθάπερ

B τι ῥεῦμα ποτάμιον ἀπὸ διαφόρων πηγῶν τῶν ἰδίων οἰκιῶν εἰς ἓν συνελθοῦσα ἔξω πυλῶν τῶν τοῦ Χαρσίου ἐχέετο, καὶ φιλοτιμότερον πρὸς τὴν τῶν βασιλέων ὑποδοχὴν ἠὐτρεπίζετο, ἐν ὀνοὶ χρόνοις ἐγγὺς ἐκδημούντων ἤδη. καὶ ὁ δῆμος ἅπας διημερεύσας ἐπὶ πολύ, ὅσος τε Ῥωμαϊκὸς καὶ ὅσος ἄλλος ἐξ ἄλλων γενῶν τε

militatem, quantacumque divitiarum mole compensatam, civilis affinitatis libere atque irrevocabiliter respuens. ad hoc inexpectatum obstaculum haerebat Augusto aqua, domesticum iurgium verenti, prudentique interim ac patienti de re ista silentio rixam conviciumque declinanti. caeterum ut arte ac tempore meliorisque desperatione conditionis uxorem ad id ultro volendum quod ipse cupiebat induceret, proposuit Ioannis matrimonium cum principissa Achaiae iam vidua, non ignorans splendore personae coniugis ambitioni satisfacturum, et sperans tamen, ubi ad stringendum veniretur, rem ipsa facile passura omittendam ob grave incommodum longe imparis designatorum coniugum aetatis, Achaiae utique principissa iam effeta, cum Ioannes despota vixdum primulum pubertatem inivisset.

8. Sed iam cum aulae causa non esset Thessalonicae morandi perfectis quae illuc eam attraxerant, foedere cum orale et restitutione Occiduorum imperii tractuum in quam optimum pro praesenti fortuna statum, tempestivum fuit de reditu in urbem cogitare. ducentes igitur secum Augustus uterque filiam Terteris praetereaque Cotanitzam, ut locum officiis maiestatem ex longo reducem decentibus darent, extra urbem diversorio apto consederunt. dicta hinc dies solemni occursui aderat: ea fuit mensis Novembris vicesima secunda. universa civitas e singulis domibus, velut e diversis fontibus derivatorum in commune confluvium amnium, exundans, in unum effusa locum extra portam Charsii, ambitioso aestuabat apparatu celebrandae imperantium exceptionis eo decore ac magnificentia, quae principum e bienni absentia primum apparentium tamdiu expectatae praesentiae consentaneam caritatis fidelium civium, desiderii praeteriti gaudiique ac gratulationis praesentis declarationem exhiberent. magnam illic diei partem populus universus, confuse conflata quaedam concio e Romanis et exteris generum linguarumque variarum, gentis praesertim

καὶ γλωσσῶν, καὶ μᾶλλον Ἰταλικός, σὺν τῷ περιφανεῖ μέρει τῆς πόλεως καὶ κλήρῳ παντὶ καὶ ἀρχιερεῦσι, μετέωρος ἵστατο ὅσον οὔπω τοὺς βασιλεῖς φιλοτίμως ὑποδεξόμενος. συμβὰν δέ C τι τότε, οὐκ οἶδ' εἰ καὶ ἄλλο πρὸς τούτῳ (τὸ δ' ἦν ὅτι πλήθους ὄντος ἀπείρου συμποδισθείς τις ἐμπίπτει τῇ τάφρῳ καὶ ἐν χρῷ τοῦ κινδύνου γίνεται), ἀκουσθὲν τοιγαροῦν τοῦτο, οἶμαι, ἢ καὶ ἄλλως συμβὰν βασιλέα πείθει ἐξαπιναίως ἀποπέμψαι ἐκ μηνυμάτων τὸν λαὸν ἅπαντα, δεξάμενον μὲν τὴν αὐτῶν φιλοφροσύνην ἤδη καὶ εὔνοιαν, πλὴν διασκεδασθέντων τῶν ὅλων ἤθελεν D εἰσιλαύνειν. οὗ δὴ καὶ γεγονότος, ὡς καὶ ἐπὶ ταῖς πύλαις δυσχερῶς διεκπαλεῖν τὸ ἄπειρον πλῆθος ἐκεῖνο, ὀψὲ τῆς ἡμέρας οἱ βασιλεῖς σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτοὺς τὴν πόλιν εἰσίασιν.

Ἐπεὶ δὲ πάντα τάχει τῷ βασιλεῖ κατὰ νοῦν προκεχωρήκει, P 201 καὶ μόνον τὸ τοῦ πατριάρχου διὰ φροντίδος ἦν, ὑπὸ γωνίᾳ κα-θημένου τῇ τῆς Παμμακαρίστου μονῇ, διὰ ταῦτα πέμπων πολλάκις ἠξίου μικροψυχίας πάσης ἀφέμενον ἀπαίρειν ἐκεῖθεν καὶ πρὸς τὸ πατριαρχεῖον μετασκηνοῦν. ἀλλ' οὐκ ἔπειθεν ἀξιῶν πολλάκις. ἐδίδοτο δέ τις καὶ ἔννοια τοῦ ἀλύειν χάριν τῶν γεγο-

Italicae, cum illustrissima civitatis parte cleroque universo et episcopis stabat inhianter intenta in expectatione impatienti exoptatissimi aspectus adventantium Augustorum. inter has moras frementibus studiis inquietae multitudinis, quiddam haud scio an non tali occasione plane singulare contigit: nimirum mutua trusione, inevitabili in conferta turba, quidam in forte subiectam incidens foveam graviter periclitatus de vita est. crediderim id auditum ab Augusto seniore (nisi quae alia incomperta mihi causa eum movit) consilium ei suggessisse quod extemplo est secutus, dimittendae multitudinis, ne qua pronae in talibus cuiuspiam laesionis noxa clementia principum offendi turbarique laetitia fausti reditus posset. missis ergo praeconibus denuntiavit populo agnoscere se benevolentiam, et tam prolixas significationes devoti affectus gratissimo, ut deberet, accipere animo; caetera se remittere causa ipsorum, et ire domum quemque nunc iubere: non enim se in urbem invehi velle nisi post dilapsos ad sua singulos et familiaribus redditos sedibus. id cum esset statim fieri coeptum et sat diu durasset, angustiis ostii tantam multitudinem nisi longa successione densis undis irrumpentium exhaurire transmittendo non valentibus, purgato denique prorsus suburbano campo ac cunctis iam dispersis, vix sero diei Augusti cum palatina familia urbem subiere.

Palatio sic redditum Andronicum, ne in sinu pure gauderet fere confectis e sententia per nuperam expeditionem rebus, interpellabat solicitudo de patriarcha, quem perseverare mussantem in angulo apud Pammacaristi monasterium sciebat. allegatis ergo saepius ad eum idoneis hominibus rogavit, aegritudine deposita laxatisque aliquando superstitiosae mentis miseris angustiis patriarchali se domicilio ministeriisque se dignis et sacrae potestatis exercitio redderet, illo semper abnuente acquiescere, et nescio quid perplexum respondente, quo videretur indicare offendi se nu-

B νότων, πλὴν οὐ γυμνῶν καὶ μόνων ἐκείνων, ἀλλὰ καί τιν' ἄλλα συμπλέκοντος, ἐφ' οἷς προσιλθεῖν μὲν βασιλέα ἠξίου, προσελθεῖν δὲ καί τινας τῶν τοῦ κλήρου, καὶ ἀρχιερέων ὁπόσοι καὶ δόξειαν ἀποχρώντως ἔχειν, καὶ λόγους κινηθῆναι, καὶ οὕτω πως θεραπευθέντα τὸν πατριάρχην, εἰ ἐγχωροίη, τὴν οἰκείαν διαC κονίαν ἀναλαμβάνειν, ὡς ἔλεγεν, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ παραιτεῖσθαι D καὶ καθ' ἡσυχίαν τὸ λοιπὸν διαφέρειν τοῦ βίου. (9) πρώτῃ γοῦν Ληναιῶνος ὀψὲ τῆς νυκτὸς γίνεται τοῦτο· διὰ σπουδῆς γὰρ ἦν βασιλεῖ τῆς μεγίστης ἐπὶ τῷ μὴ τηνικάδε παραιτεῖσθαι τὸν πατριάρχην, καὶ πολλοῖς δόξαι ὡς οὐδενὸς χάριν ἄλλου ἢ τοῦ κατὰ τὸν κράλην συναλλάγματος παρῃτήσατο, κἀντεῦθεν σκύE δαλον συμβῆναι γενέσθαι τοῖς τῆς ἐκκλησίας πράγμασι. διὰ τοῦτο καὶ δυοῖν μεταξύ, τῆς τε πρὸς τοῦτον θωπείας καὶ τῆς δοκούσης αὐτῷ δικαιολογίας, ἐναποληφθεὶς συνετῶς ὑπήγετο πρὸς ὅ τι καὶ δόξοι πατριάρχῃ. παραγίνεται τοιγαροῦν βασιλεύς, καὶ τοῖς περὶ τὸν πατριάρχην συγγίνεται· ἦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς σὺν ἄλλοις ἐκεῖ. τότε καθίσαντος μὲν βασιλέως, συνεP 202 δριασάντων δὲ καὶ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν, ἐκίνει πατριάρχης πρὸς

10. ὡς deerat.

per actis, sed nec meris ac solis, verum et aliis, quae magis innueret quam clare designaret. ob quae addebat orare se Augustum ne ad se venire gravaretur, convocatis eodem quibusdam e clero ac episcopis, eo numero qui sufficere ad iustum de rebus gravibus congressum videretur. in eo coetu se propositurum quid animum ureret prohiberetque a functionibus suae dignitatis; quibus expositis si patres censerent ministerium se proprium resumere debere, consiliis ipsorum obtemperaturum: ni id fieret, iam nunc abdicare thronum et in quiete vitae reliquum velle transigere. (9) ne istuc quidem descendere in spem placandi patriarchae imperator recusavit; atque adeo Februarii kalendis multa nocte cum eo quem popoposcerat comitatu praesto adfuit ubi is diversabatur. causa tam solicite obsecundandi desideriis eius Andronico fuit, quod minime omnium volebat abdicationem quam patriarcha minabatur, imputari odio foederis a se initi cum crale. credituros id enim facile plurimos; et statim in famam abiturum tantam fuisse indignitatem affinitatis ab imperatore cum Serbiae principe contractae, ut non aliam Ioannes patriarcha dignitatis abdicandae causam habuerit quam metum ne in ea perseverando videri posset id matrimonium probasse aut tolerabile censere; ex qua opinione ingentem orituram rerum ecclesiae perturbationem providebat. eius incommodi praevertendi studio adire patriarcham Augustus statuit, coramque ex eo cognoscere quid in se culparet; idque fecit moderatione quadam media inter humilem demissionem adulationis erga eum obnoxiae et iustae suae defensionis fiduciam securam. coram patriarcha igitur coetu suorum circumdato adfuit imperator: adfuimus et nos ibidem cum aliis. moxque ubi consedisset Augustus, circumsedentibus sacri ordinis viris, exposuit impe-

βασιλέα τὰ δοκοῦντά οἱ πρὸς παραλύπησιν, δι' ἃ καὶ ἐγγωνιάζειν ἐθέλει καὶ παραιτεῖσθαι καὶ ἐκκλησίας προεδρίαν καὶ ἱερωσύνην αὐτήν, εἰ πλέον συναναγκάζοιτο. καὶ πρὸ τῶν ἄλλων τὸ τοῦ κράλη προετίθει, καὶ τὰ δοκοῦντά οἱ προσίστασθαι ἀνετύττετο, ὅτι δηλαδὴ συνεστὼς κατὰ νόμους γάμος διαλυθείη καὶ τὴν τοῦ βασιλέως ἐκεῖνος, ἠθετηκὼς τὴν ἰδίαν, νηπίαν οὖσαν ἀγάγοιτο· καὶ ὅτι χρυσολογεῖταί τε καὶ ἀργυρολογεῖται τὸ πᾶν, τετιμιουλκημένου μὲν τοῦ χρειώδους ὕλατος τετιμιουλκημένου δὲ καὶ σιδήρου, συχνῶν δὲ καὶ συνδοσιῶν γινομένων, καὶ τρίτον ὡς καταφρονεῖται αὐτὸς ἀναφορὰς πολλάκις ὑπὲρ τοῦ δοκοῦντος δικαίου ποιούμενος. ἐντεῦθεν δὲ βασιλεὺς εἰς τὴν ὑπὲρ τούτων ἀπολογίαν καταστὰς ἐπὶ μὲν τῷ τοῦ κράλη συναλλάγματι οὐκ ὄρεξιν ἴδίαν καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἑαυτῷ ὄνησιν ἠτιᾶτο· πολλῷ γὰρ ἥκιστα τοῦτο, ὅσῳ καὶ προσζημιωθείη αὐτὸς τὰ μεγάλα, κόριον ὃ ἐκ ψυχῆς ἔστεργε καὶ ᾧ προσετετήκει καὶ αὐτὸς καὶ μήτηρ καὶ γάμους ἑτοιμάζειν ἐγκαίρους τοὺς ἐκ ῥηγῶν ᾤετο, ἐξ ἐγκαλῶν οἰκείων ἀναρπασθὲν βαρβάρῳ τε καὶ τὰ πάντα ἀστόργῳ καὶ μηδὲν σεμνὸν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς ἔχοντι καταπροϊέμενος. ἀλλ' ἀνδρῶν καὶ χωρῶν καὶ πραγμάτων προσηκόντων τῇ βασιλείᾳ, τῶν μὲν ἀπαγομένων ἀθλίως, τῶν δ' ἐρημουμένων ἰσχάτως,

B

C

ratori patriarcha quae sibi displicerent, ob quae hactenus volens in angulo mussaret, porroque paratus esset praefecturae ipsique, si desperatio remedii sic cogeret, renuntiare sacerdotio. ante omnia memoravit foedus cum crale, in quo quid ipsum offenderet protulit, criminans legitime contractum prius cralis coniugium fuisse nefarie diremptum, et iniuste ab eo repudiata regis Bulgariae filia in eius locum substitutam infantulam ex imperatore natam. addidit ferre se haud posse aggravari populum tributis sine modo. nullum finem fieri auri argenti undique nullo non e rerum genere corradendi. subiici novis vectigalibus salem communis usus, subiici etiam ferrum; et immaniter istis exactionibus rerum vitae necessariarum pretium accendi. effundi mox prodige in largitiones crebras quae avare sint extorta. tertium his attexuit querelarum caput, contemni se nec haberi rationem supplicationum pro clientibus suarum, ubi ex officio interveniens periclitantium causis patrocinaretur oppressis, et iura destitutorum verisimilia licet nequidquam allegaret, nullo suae neglectae auctoritatis fructu. adversus haec imperator sui defensionem a capite orsus, de cralis primum foedere disseruit, nec propria se in id cupiditate tractum, nec utilitates in se suosque privatim redundaturas inde captasse: quia potius sacrificasse se in hoc publicis commodis privatos, eosque teneerrimos, affectus. filiolam, caput omnium dulcissimum, suas matrisque delicias, quam in spem splendidissimarum cum regum maximis nuptiarum educarent, avelli sibi passos e gremio, proiicique in manus insociabilis barbari, nihil in cultu ac moribus humanum, nihil in ipso principatu magnopere splendidum habentis. verum eo a se pretio redemptam captivitatem subditorum imperii, qui misere servitum abducebantur, provincia-

τῶν δὲ σκυλευομένων ἀναποδότως, καὶ αἰχμαλωσίας τοσαύτης τε καὶ τοιαύτης χάριν ταῦτα πράττοι καὶ παρὰ γνώμην καὶ παρὰ
D θέλησιν· πολλὰ γὰρ καὶ εἰρήνην ἀνύτειν ὅσα σίδηρος οὐκ ἰσχύει, καὶ σπονδὰς καταπράττειν, καὶ μόλις τὰς ἐκ τῶν γάμων συνταξ-
κτικωτάτας οὔσας καὶ ἀσφαλεῖς, ὅσα μὴ μάχαι καὶ πόλεμος οὐ- 5
μενουν κατεπράξαντο. οὐ μὴν δ' αὖθις καὶ νόμων ἐς ἅπαν ἐκ-
τός, ὡς αὐτὸν οἴεσθαι, πράττειν. δῆλον γὰρ εἶναι καὶ κανόσι
καὶ νόμοις προστεταγμένον, μὴ ἂν ἐκχωρεῖσθαι τὸν νόμιμον ἀγα-
γόμενον ταύτην μὲν ἀφεῖναι παρὰ μηδεμίαν αἰτίαν εὔλογον, συμ-
πλέκεσθαι δ' ἄλλῃ· εἰ δέ τις τολμώῃ, αἰτίαν μὲν μοιχείας ἀπο- 10
E σεσθαι τὸν τολμῶντα, τὴν δὲ συνοίκησιν εἶναι παράνομον, ὥστε
τῆς πρώτης ἠθετημένης καὶ ζώσης, ὁπόσας τοὐντεῦθεν ἠγάγετο,
μὴ ἐγκεκριμένας τοῖς νόμοις μηδ' ἐν γυναιξὶ νομίμοις τάττεσθαι.
"ἦ οὐ ταῦθ' οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν ἔχει;" φησὶν ὁ κρατῶν. "πυν-
θάνου τοιγαροῦν τῶν εἰδότων, καὶ πιστῶς μάνθανε ὡς οὐκ ἄλ- 15
λως ἡμῖν ἐγένετο καταδέξασθαι τὰ συνάλλαγμα, εἰ μὴ καὶ ὅρ-
P 203 κους τοὺς πρέσβεις προσαπῃτήσαμεν βεβαιοῦν, ἦ μὴν καὶ ἔτι
περιεῖναι τὴν νόμιμον ὅτε τῇ τοῦ Τερτερῆ συνεπλέκετο, καὶ ἄρτι

4. μᾶλλον?

rum Romanae ditionis statum, quae incursionibus desolabantur, annonam denique ac victum subiectae sibi plebis, irreparabilibus latronum rapacissimorum depraedationibus spoliari antea solitae. tam acerbae oppressionis miseratione motum sese, invitissimum quidem et inclinationi propriae summa vi obluctantem, quod habuisset carissimum impendisse in levamentum alia nulla ratione avertendae calamitatis, quarum multa conventionibus effici, quae bello ac ferro frustra tententur, foederumque beneficio, praesertim ad stabilitatem roboratorum necessitudine nuptiali (nam isto demum glutine firmissime hominum voluntates coëunt), in commune plurima et maxima, idque tranquille ac secure, provenire commodum, quae nec sudoribus ac periculis gravissimis laboriosissimarum expeditionum nec cruore immenso praeliorum parari unquam valuissent. nec tamen, quod falso argueretur, tantae ac tam evidentis utilitatis gratia quidquam contra leges attentasse. esse namque manifestum iuxta scita canonum et civilium etiam sanctionum, nec licitum nec integrum viro esse, qui ritu legitimo uxorem duxerit, ea sine ulla causa idonea reiecta copulari alteri, ac si quis id attentaverit, adulterii teneri, coniugiumque hoc secundum pro illegitimo habendum, ita ut quamdiu prima sola vera coniux superstes fuerit, quotquot inde duxerit, illegitimas et pellices potius quam iustas uxores fore. "an vero non ita haec in nostro casu se habuere?" subiecit imperator. "interroga igitur eos qui norunt, et ex vero rem cognosce. discres haud prius nos assensos in matrimonium filiae cum crale, quam legatorum, prout exegeramus, inde ad nos missorum iuratis testimoniis comperimus et fuisse adhuc in vivis legitimam cralis uxorem quando is filiam Terteris in contubernium adscivit, et eandem iam vivere desiisse, quando

μὴ ζῆν ὅθ' ἡμεῖς εἰς γαμβρὸν ἐτάττομεν, ὡς ἐντεῦθεν τὴν μὲν συμβαίνειν εἶναι παράνομον, τὴν δ' ἡμετέραν, εἰ καὶ νηπίαν, ἀλλ' οὖν ἔννομον. καινοτομεῖσθαι δὲ καὶ χρόνον, ὡς οἶδατε, ἐπὶ τοῖς βασιλικοῖς κήδεσι, φέρουσι καί τι συνοῖσον πάντως διὰ τὴν ἐκ τῆς εἰρήνης κατάστασιν. τέως δὲ καὶ οὕτως ἐχόντων ἡμῶν τῆς ἀπολογίας ἡμῖν μὲν καὶ ταῦτα καὶ πλείω πράττειν ἀνάγκη πρὸς τὸ συμφέρον κοινόν, εἰ καὶ λυπήῳ· ἄττα ξυμ- B πίπτοιεν, ὡς ἀλγεινὸν καὶ τόδε διαφερόντως· ὑμῖν δὲ προκείσθω καὶ αὖθις εἰς σκέψιν, καὶ ᾧ δόξειεν ἂν μόνον μετ' εὐλόγου τοῦ αἰτιάματος, συγχωρῶ γίνεσθαι. βασιλεῖ γὰρ εἶναι ἢ πατέρας ἑτέρους τῶν νόμων ἢ παῖδας ἄλλους Ῥωμαίων ἁπάντων οὐκ οἶμαι." ταῦτ' ἔλεγε βασιλεύς, καὶ ἐδόκει πιθανά τε λέγων, καὶ τὰς γνώμας τῶν πολλῶν ἔπειθε. δεύτερον τὰ περί τε τοῦ ἅλατος καὶ σιδήρου καὶ χρυσολογιῶν ἑτέρων ἀπελογεῖτο, τὴν χρείαν C προβαλλόμενος καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς κοινοῖς ἀνάγκην, ὡς οὐδὲν τῶν δεόντων ἄνευ χρημάτων πεφυκὸς ὂν γίνεσθαι. μηδὲ γὰρ αὐτὸς

8. προσκείσθω P.

nos eam generum fecimus. ex quibus est manifeste consequens et filiam Terteris nihil nisi pellicem, et nostram, utcumque infantulam, iustam legitimamque Serbiae principis sponsam extitisse. porro quidquid inest novitatis praefestinato matrimonio puellulae impubis, par est condonari principibus, qualium connubia in hoc privatam excedunt sortem, quod intervallis observationibusque temporum minus addicte, ut scitis, obsequantur. quo in genere si liberis eorum inclinationibus defertur, et solum quia ipsis libet, certorum interdum rituum rigide a cunctis alioqui caeteris exigi solitorum gratia illis egregiae privilegio diguitatis nullo non ferente fit, quanto iis tunc aequius ignoscatur, quando inaestimabile commodum securae pacis in longi constantiam temporis fixae quadam minus forte usitata praecocitate nuptiarum reipublicae, ni sic facerent, periclitaturae, immo gravissime laboraturae redemerint? redemerint autem, ut nos nunc, acerbo pretio gravis domesticae iacturae et carissimi capitis deplorabili longum impendio. sed haec nostra reguantium sors est, quibus conditio principatus officium ac necessitudinem iniungit haec et plura quantumvis aerumnosa molestaque pro communi utilitate subeundi. peroravi hactenus Serbici foederis causam, et quid in eo curque fecerim exposui, vestris de integro sententiis permittens quid nunc circa hoc a me fieri velitis, paratus ad nutum vestrum emendare ac quoad potero refringere, si quid ibi reprehensibile rationibus idoneis monstraveritis. nihil excipimus, prompti ad omnia sine ullo privatarum necessitudinum aut affectuum respectu: imperanti enim alios parentes esse quam leges, filios alios quam Romanos universos, equidem non puto." haec locutus imperator probabilia dixisse visus est, et multorum in suam sententiam assensum traxit. aliud accusationis sui caput de sale ac ferro aliisque auri exactionibus deinde purgavit, aerarii egestatem obtendens et ineluctabilem necessitatem grandis pecuniae in res communis utilitatis expendendae. eiusmodi quippe negotiorum eam esse naturam ut sine nummorum impendio confici nequeant:

χρυσὸν ἀγαπᾶν μηδ' ἄργυρον τὸ παράπαν, εἰ μὴ βοηθοῖεν χρείαις ταῖς ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων. παρ' ἣν αἰτίαν ἐκλελοιπότων χρημάτων καὶ ῥόγας συνήθως διδομένας παρακατέχεσθαι, καὶ προσεξευρίσκειν ἀνάγκη πόρους εἰς συλλογήν, ἵνα γοῦν καὶ κινούμεθα
D ἔλεγεν. ἐπῆγε δὲ καὶ βασιλεῖς ἀρχαίους, καὶ μᾶλλον τὸν Ἰωάννην, ὁπόσην τὴν ὑπὲρ τῶν χρημάτων εἶχε σπουδήν, ὡς ἐγκληθὲν παρά των ὅτι χρήματα εἰσκομίσαντες οὐκ ἐξαπιναίως παρὰ τῶν ἐν τῷ κοινῷ ταμιείῳ ἐχόντων τὴν ἐνοχὴν προσδεχθεῖεν, ὀργὴν προστριβῆναι τοῖς μὴ παρευθὺς δεξαμένοις τόσην, ὥστε καὶ ἑνὸς εἰς Λαζοὺς φυγόντος θατέρῳ πληγὰς ἐκ προστάξεως ἐντεινάντων συμβῆναι τῷ τότε ἡμερῶν ὀλίγων τεθνάναι. παρῆγε δὲ
E καὶ μάρτυρα τῶν λεγομένων τὸν τότε λογαριαστὴν τῆς αὐλῆς Ἄγγελον. οὗ καὶ παρευθὺς ἐπὶ τούτῳ οἴκοθεν εἰσκληθέντος, τὸ μὲν εἰσελθεῖν καὶ αὐτὸν εἰπεῖν οὐκ ἐνεχώρει γίνεσθαι· ὀφφικίῳ γὰρ τετιμημένον τῶν ἄλλων καθημένων ἐκεῖνον ἵστασθαι οὐκ ἐδικαίου ὁ βασιλεύς, καθέζεσθαι δὲ πάλιν εἰσιόντα παρακαίριον ἔδοξε. διὸ δὴ καί γε τῷ συγγραφεῖ τῶν τοιούτων, καὶ δευτέρῳ

8. ἐν τῷ] αὐτῷ P.

se nec aurum plane amare nec argentum, nisi quatenus iuvandae reipublicae vim habeant expedienda facultate salutarium publice consiliorum. iustum auri usum se carendo tristi diu experientia probasse, iampridem coactum pensiones ministris reipublicae olim decretas et ex longo solvi summa fide solitas detinere; quae ipsa odiosissima parsimonia cum non sufficiat expediendis quibus status et salus imperii ematur sumptibus, aliquam utique inveniendam extundendae undecumque pecuniae rationem. quam autem hanc aliam a collatione subditorum comminisci quis valeat? "sed commoveamus age sane" subiecit "disputationem, retorto ad memoriam principatuum retro lapsorum a nostri hodierni experientia mentis intuitu." induxit hic imperatores antiquos, et maxime Ioannem, demonstrans quantum huic studium fuerit pecuniae congregandae, eo quidem usque ut delata ei aliquando querela per quosdam convehentium pecuniam publicam de negligentia custodum aerarii, accipere statim eam et intro recondere differentium, tanta ira exarserit in ministros duos talis indiligentiae compertos, ut eorum altero metu supplicii, ad Lazos fuga delato, comprehensus alter tot tamque gravibus iussu Augusti concisus plagis fuerit, quae verisimilem opinionem multorum fecerint eius obitum paucis diebus post secutum isti flagellationi tribuentium. rei sic gestae testem protulit tunc logariastem aulae Angelum, quo ad hoc ipsum profitendum statim domo accito, cum quaedam obstaret inconvenientia ne is intro admissus coram coetu appareret (quoniam hinc quidem virum officii honore decoratum stare aliis considentibus haud aequum censebat imperator, rursus autem sedere ibi eum qui non ad censendum de negotiis propositis sed ad brevis responsi statim expediendam redditionem vocaretur, intempestivum videbatur) scriptor huius historiae et alius e clero, et ipse

ὧν ἐκ τοῦ κλήρου καὶ αὐτῷ τιμίων, παρὰ βασιλέως ὥριστο
ἐξελθόντας ἐρωτᾶν καὶ πυνθάνεσθαι τούτου περὶ ὧν ὁ βασιλεὺς
εἶλεγε. καὶ γέγονε ταῦτα, καὶ ἐμαρτυρεῖτο τὸ λεγόμενον ἀλη- P 204
θές, πλέον εἰπόντος ἐκείνου καὶ τὸν τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸν καί γε
τὴν τοῦ θανάτου νόσον τῷ τελευτήσαντι· τέσσαρας γὰρ ἡμέρας
καὶ αἱμόρροιαν ἐπισυμβᾶσαν τῷ αἰκισμῷ τὴν τοῦ θανάτου αἰτίαν
προσεμαρτύρει. ἦκε δ' ὁ λόγος καὶ τῶν περὶ τῶν ἀναφορῶν,
καὶ μεθ' ὅτι πλεῖστα δὴ τὰ λεχθέντα, ἐφ' οἷς ὁ βασιλεύων ἐδεί-
κνυ τὸ πρὸς τὸν πατριάρχην συγκεχωρηκὸς ἐφ' ἅπασι σχεδὸν ἢ
τοῖς πλείστοις, διῄρει τὰ προσαναφερόμενα, καὶ ἄλλα μὲν ἐτί- B
θει τὰ κατ' ἀνάγκην προκείμενα, ἃ μηδ' εἶναι δίκαιον παρορᾶ-
σθαι διὰ τὴν κατὰ τὸ δίκαιον δυσωπίαν, ἄλλα δέ γε τὰ κατὰ χά-
ριν προτεινόμενα εἴς γε λύσιν, ἐφ' οἷς καὶ ὑπακούοντος μὲν χάριν
εἶναι οἷ, μὴ κατανεύοντος δὲ μὴ δοκεῖν δικαίως λυπεῖν τὸν ἀπο-
τυγχάνοντα. συνάπτειν δὲ ταῦτα πατριάρχην, καὶ ἓν ἡγεῖσθαι
τὰ τρόπον ὁρισμάτων Μυσῶν καὶ Λυδῶν διιστάμενα, καὶ διὰ C
τοῦτο λυπεῖσθαι εἰ ἔν τισιν ἀσυγκάταινος εἴη ὁ βασιλεύς, οὐκ
ἔχειν τὸ εὔλογον ἰσχυρίζετο. τέως δὲ καὶ καθυπόσχεσιν ἐπενέγ-
κας ὡς εὐμενῶς ἐντεῦθεν καὶ ἀκούοιτο καὶ συμπράξειε, διαλύειν τε

10. προπροσαναφερόμενα P.

ab Augusto magni habitus, iussi ab eo sunt egredi et foris interrogare logariasten de iis quae dixerat imperator. factum id est; et logariastes suo testimonio prolixe fidem adstruxit sinceraе veritatis allegatis ab Augusto; exequens etiam circumstantias numeri dierum et morbi ac modi mortis eius qui sic obiisse dictus esset, aiens videlicet quarto die postquam vapulaverat hunc efflasse animam, nec aliam ei fuisse mortis causam quam fluxum sanguinis e plagarum inflictione secutum. hinc iam ad tertiam patriarchae de imperatore querelam neglectarum suarum pro clientibus precum processit oratio. ibi postquam imperator verbis plurimis ostendit propensissimam suam non in plerisque solum sed plane in omnibus erga patriarcham indulgentiam, distinxit genera supplicationum quae sibi offerri contingeret. alias enim necessitatem habere iuris stricti, et ea poscere quae sine iniustitia negari haud possent. has a se negligi nefas esse ultro confiteri propter debitam aequitati a principe reverentiam. verum alterius quoque generis preces esse minime debita beneficii nomine rogantes. in his, ut benigne annuentis liberalitatem principis eius imputari gratiae par est, ita recusatio libertate utentis in renuendo sua nullam videtur offerre iustam dolendi aut conquerendi causam non assecuto quod optarat. confundere porro patriarcham et in unum haec miscare, non minori alioquin ab invicem intervallo dissita quam quo Mysorum, ut dici solet, Lydorumque fines distant. ac propterea aegre ferre si quando minus morigerum ad omnia quae postulat experiatur imperatorem; in quo plus aequo sibi arrogare ipsum, ac ultra quam recta ratio sineret appetendo provehi, affirmavit Andronicus et multis evincere contendit. subiunxit nihilominus promissionem facilioris in posterum exorabilitatis, ostendens plane sibi esse decretum et benigne audire patriarcham quoties dein-

τὴν λύπην ἠξίου καὶ μικροψυχίας πάσης ἀπαλλαγέντα τῆς τιμῆς ἔχεσθαι. ταῦτ' οὖν ἐκεῖνος λιπαρῶς ἠξίου, καὶ τοὺς ἄλ-
D λους εἶχε ξυναξιοῦντάς τε καὶ συμπείθοντας. κἀντεῦθεν ὁ γηραιὸς ἐκεῖνος μαλακισθεὶς (ἦν γὰρ ταῖς ἀληθείαις καὶ τὴν γνώμην εὐένδοτος), παροτρυνθεὶς εἰς τοῦτο καὶ παρὰ τῶν ἰδίων κατανεύει, καὶ βασιλεῖ ἀξιοῦντι πείθεται, καὶ καθυπισχνεῖται αὐτίκα ἐκεῖ μόνον μείναντα ὑπ' αὐγὰς τὰς πρώτας τὸ πατριαρχεῖον καταλαβεῖν. γέγονε τοῦτο, καὶ ἡ τῆς ὑπαπαντῆς ἑορτὴ τὸν πατριάρχην ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ὁρᾷ.

Ἀλλ' οὐκ ἦν καὶ ἐσαῦθις τὸν τοῦ Τελχῖνος ἠρεμεῖν φθόνον,
P 205 (10) ἀλλ' ἔαρος ἐνστάντος ἐντεῦθεν καὶ τῶν πασχαλίων διελθουσῶν ὁ περὶ τοῦ Ἐφέσου Ἰωάννου λόγος κινεῖται. καὶ βασιλεὺς μὲν αὐτὸς ὁμολογῶν εἰς αὐτὸν ἁμαρτεῖν, — μηδὲ γὰρ εἶναι ἄλλον τὸν καθαιρήσοντα, ἀλλὰ μόνον τὸ σφέτερον θέλημα διὰ τὸ ἐπὶ τοῦ Γρηγορίου σκάνδαλον, μὴ τοῖς ἄλλοις κἀκείνου συμ-
B βαίνοντος ἐφ' ᾧπερ ὁμολογεῖν εἶναι ἐκεῖνον παῤῥησίᾳ μηδὲν σφαλέντα ἐπὶ τοῖς δόγμασιν, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκείνου παραίτησιν δέχεσθαι. καὶ διὰ τοῦτο ὑψιθρονον ὄντα βασιλεὺς ἐπίτηδες ὑπεχάλα καὶ τῇ κέλλῃ παρέβυεν. αὐτὸς γοῦν ἀναλαμβάνων τὴν τι-

ceps se adiret, et ei gratificari efficiendo quae vellet. tantum oravit, ut laxata contractione animi, et omni aegrimonia suspiciosaque tristitia deposita, resumeret exercitium suae potestatis, et honoribus tali sacerdotio debitis coli se sineret. haec laetus renidensque imperator cum diceret, adiuvantibus pro se quoque cunctis qui aderant, et communi assensu eadem rogantibus, emollitus denique senex est: erat enim re vera flexibilis ad suasiones amicorum, vir haud praefractae mentis, nec praeiudicatorum pertinax sensuum. sed et hanc hominis ad aequis acquiescendum pronitatem familiares tunc eius promoverunt, ipsum, ut persuaderi sibi pateretur quod omnes optabant, adhortantes. annuit ergo postulatis imperatoris, et ei promisit se non plus in quo erat haesurum loco, quam quantum nox tum intempesta cogeret; primo diluculo in aedes patriarchales remigraturum. nec pollicitis fides abfuit: nam postridianum Hypapantes festum patriarcham ministeriis sacris redditum rursus vidit in ecclesia.

Quamquam ne perpetuum sic restituti officio praesulis gaudium foret, haud abstitit invidi daemonis malignitas denuo conari. (10) caeterum vere inde consecuto et Paschalibus feriis elapsis, causa Ioannis Ephesii retractari coepta est. ac imperator quidem ultro poenitens fatebatur iniique ab se cum illo actum, quippe qui eius falso insimulati participationis scandali Gregoriani, eoque adacti ad renuntiandam dignitatem, volens abdicationem recepisset, thronoque sic deiectum cella inclusisset. quam suam iniustitiam ut quamprimum agnoscebat emendaret, profiteri se nunc palam Ioannem Ephesinum minime assensisse caeteris in pace inita cum Gregorio, neque quidquam erroris contra dogma conscivisse. tum quod erat tali declarationi consequens, idem Augustus retexere male ora et restituere in integrum dignitatique reddere quem perperam evertisset vo-

μὴν ἐκείνῳ ἤθελεν ἀνορθοῦν, ἐκεῖνο διδοὺς ὃ καὶ ὠργισμένος προσαφῃρεῖτο, τὴν εὐμένειαν. ἀρχιερεῖς δέ, πλὴν τοῦ Φιλα- C
δελφείας καὶ τοῦ Σμύρνης, οὐκ οἶδα εἰ καὶ τρίτου ἑτέρου, βα-
σιλέως λύοντος τὴν ὀργὴν ἐπὶ τῆς οἰκείας ἔκρινον ἔχειν ἐκεῖνον τι- P 206
μῆς, τό τε δίκαιον δυσωπούμενοι, καὶ ἀνδρὸς ὄντος ἐκείνου τὴν
ἀρετὴν καὶ τὸν λόγον οὐχ ἥκιστα ἱκανοῦ καὶ χρειώδους ἐπὶ τῆς
ἐκκλησίας τὰ μέγιστα· μηδὲ γὰρ ὅλως ἰσχῦσαι τὰ κατ' ἐκείνου
ἐπ' Ἀθανασίου πατριαρχοῦντος κεκινημένα, ἀλλ' ἡμιτέλεστον
μεῖναι τὴν κρίσιν διὰ τὴν τῶν ἀρχιερέων ἐπὶ τοῖς ἀνισχύρως κι-
νουμένοις ἀμφιγνωμόνησιν. καὶ οἱ μὲν οὕτως ἐδικαίουν τὸν B
ἄνδρα, πατριάρχης δὲ καὶ ὁ Φιλαδελφείας (ὁ γὰρ τρίτος ὁ Σμύρ-
νης ἐγκλήματι καθοσιώσεως ὑπαχθεὶς ὡς εὐλογήσας τὸν Μαλά-
κην — Μαλάκης δ' ἦν ὁ ἐπὶ τοῦ Φιλανθρωπηνοῦ τὴν Σμύρνην
ἐκείνῳ κατέχων, ὃς δὴ καὶ πεφόνευτο ὕστερον — ἐκινδύνευε καὶ
ἀργὸς ἦν) τέως ἄμφω πατριάρχης τε καὶ ὁ Φιλαδελφείας ἀντέτει-
νον, καὶ ἕν τι τῶν ἀδυνάτων εἶχον τὸν Ἰωάννην ἀποκαθιστᾶν. C
ὅθεν καὶ μεταξὺ τούτων μεγίστη φιλονεικία ἤρξατο ἀναφύεσθαι,
ὥστε καὶ ἀπειρηκότα τὸν πατριάρχην ἀποχωρῆσαι καὶ πάλιν εἰς
τὴν τῆς Παμμακαρίστου μονὴν τὸν τῆς συνόδου ὄχλον εἰς τοῦτο.

luit, ultro ei concedens quod iratus abstulerat, suam videlicet benevolam gratiam. porro antistites (exceptis Philadelphiensi, Smyrnensi et tertio forte quodam alio) nihil causae putabant superesse quominus Ephesinus, reconciliato iam ipsi Augusto, protinus honorem amissum rite ac iure suo resumeret. ad quod cum aequitate ipsa rei movebantur, tum viri reverentia, virtute ac doctrina insignis, maximeque utilis iis dotibus ad res, ut tum erant, ecclesiae componendas vel stabiliendas. neque enim rata esse aut omnino valere, quae Athanasio patriarchatum gerente adversus eum fuissent mota, sed imperfectum et dilata sententia pendens adhuc manere iudicium, idcirco quod antistitum suffragia, ob invalidas obiectorum ipsi criminum probationes in incerto haerentium, haud umquam legitimo numero ad eius damnationem concurrissent. atque hi quidem sic Ephesinum omni crimine liberum, et hoc ipso restituendum sedi suae videri debere contendebant. at patriarcha et Philadelphiensis vehementer obsistebant. erat et tertius Ioanni contrarius Smyrnensis: sed parum poterat, ipse sacerdotio suspensus et laesae maiestatis citatus reus, ac nondum purgato crimine periclitans. accersitus autem fuerat perduellionis ob impertitum ecclesiastica benedictione Malacam quendam participem et ministrum rebellionis Philanthropeni, cuius nomine Smyrnam occupatam tenuerat, postea interfectus. praecipui ergo et efficaciores oppugnatores Ephesini erant patriarcha et Philadelphiensis. hi omnino negabant fieri posse ut is reponeretur in thronum. ardescebatque maiorem in modum inter hos aliosque ea de re contentio, adeo quidem ut offensus iurgio et pertaesus synodalium rixarum iterum patriarcha secederet in Pammacaristi monasterium, imperatore mollius agente pro Ioanne, metu offendendi

ὁ γὰρ βασιλεὺς μαλακῶς ἀντείχετο καὶ πατριάρχην κατὰ τὸ εἰκὸς ἐφυλάττετο, ὡς εἶχεν ἀποκρουόμενος.

D 11. Ἐκείνου γοῦν ἰδιάσαντος καί γε τὴν θύραν ἀποκεκλεικότος τοῦ μή τινα εἰσιέναι τῶν ἔξωθεν κατὰ χρείαν δῆθεν ἀναφορᾶς ἢ καὶ κρίσεως, οἱ ἀμφιγνωμονοῦντες ἐκείνῳ ἀρχιερεῖς δόξαντές τι ποιεῖν ἱκανὸν ἐπ' ἐκεῖνον, καὶ τοῦ Ἐφέσου συνεργοῦντος σφίσι πλαγίως, τόμον συντάττουσι μέμψεως καὶ βασιλεῖ

E ἐγχειρίζουσι, τὴν βασιλέως ἐντεῦθεν ὑποχαλᾶν καὶ ἐκλύειν πρὸς ἐκεῖνον πειρῶντες διάθεσιν. αἱ δὲ μέμψεις, ὅτι εὐταξίας ἀπαιτουμένης, εἴπερ ἐν ἄλλοις, κἀν τοῖς τῆς ἐκκλησίας πράγμασι (ταύτην γὰρ καὶ τοὺς πατέρας διὰ τῶν οἰκείων συνιστᾶν κανό-

P 207 νων), κατ' οὐδὲν ὅλως τῷ πατριαρχεύοντι μεμέληκε ταύτης. κρίσεις μὲν γὰρ ἃς αὐτοὶ συνοδικῶς ἀποκαθιστῶσιν, ἐκεῖνος μόνος ἐξαλλάττει, καὶ δι' οἰκείας γραφῆς τὰ τοῖς δόξασιν ἐναντία διακελεύεται, καὶ ἐκκλησίας κεχηρωμένας τῶν προεστώτων, αὐτὸς ἐξεπίτηδες τὰς ἐπ' ἐκείνας ψήφους ὑπερτιθέμενος, πέμπων σφετερίζεται τἀκείνων, καὶ τὰ μὲν ὡς βούλεται διατίθεται, τὰ δὲ καὶ δίδωσι τοῖς ἐπ' ἐκείνοις καταστᾶσι. τὰ δέ γε τῆς οἰκείας

B ἐκκλησίας τῷ σφετέρῳ υἱεῖ ἐγχειρίσας Ἐφραὶμ ὕλην δίδωσι τούτῳ κακίας τοῖς ἐκεῖθεν λήμμασι, μὴ οἰκονόμον κατὰ τὸ σύνηθες κα-

10. κἀν τοῖς] καὶτοῖς P.

patriarchae, quem observare perseverabat, cavens irritare hominem, sed eius tamen impetus in Ephesinum quam poterat moderatissime retundens.

11. Patriarcha igitur privatim agente, ac obseratis pertinaciter valvis neminem eorum admittente qui aut petendae interventionis aut iudicii causa aditum ad eum poscerent, antistites contrariae ipsi factionis aliquid ad rem quam promovebant utile se acturos rati, cooperante oblique Ephesino, libellum conscribunt querelarum in patriarcham, eumque Augustis porrigunt, ita se quod conabantur, non sine spe successus tentaturos arbitrati, aut extinguere penitus aut aliquantum debilitare patriarchae apud Augustum seniorem gratiam. "capita haec erant querelarum, quod cum bene ordinata dispositio ministeriorum ac functionum unice requireretur non minus in aliis quam in ecclesiasticis negotiis, unde hanc patres propriis canonibus commendassent, eam tamen patriarcha funditus negligat. quae enim ipsi synodice legitimo suffragiorum concursu decreverint, ipse solus immutat, et proprio rescripto communiter statutis contraria imperat. praeterea ecclesias pastoribus viduatas, dilatis de industria canonicis per suffragia electionibus praesulum substituendorum defunctis, ipse sibi usurpat, missis qui nomine suo proventus earum tollant; et partem horum pro libitu absumit, partim iis condonat quos istis administrationibus praefecit. quin et res ecclesiae propriae dispensandas pro arbitrio permittens filio suo Ephraimo, ansam ei et materiam ad male agendum praebet, occasione lucrorum quae inde sibi congerit, cum pro more debuisset eiusmodi procurationem oeconomo ad id lecto commendasse, viro idoneo, cuius fideli

ϑιστῶν, παρ' οὗ δὴ καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας διεξάγοιτ' ἂν πράγματα. καὶ πόλλ' ἄττα τοιαῦτα γράφοντες ὑπαίτιον δεικνύειν ἤθελον τὸν τέως σφᾶς ἀποπροσποιούμενον. ταῦτα βασιλεῖ δεξαμένῳ τὸ πολὺ ἐπῆει καθυφιέναι τῆς διαθέσεως, οὐ μὴν δὲ ὥστε καὶ ἀπολύειν παντάπασιν ἔγνω, ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν ὑφιέναι καὶ ἐνδιδόναι, ἤν πως ἀνακάμπτειν βούλοιτο, μὴ μέντοι γε ὡς τὰ πρῶτα λιπαρῶς ἀξιοῦν καὶ καταναγκάζειν· ἤν δ' ἐπανήκοι, δέχεσθαί τε καὶ οἱ τοὺς ἀρχιερεῖς ὁμονοεῖν πείθειν ἅμα καὶ τῷ τὰ αἰτιάματα ϑεραπεύειν κελεύειν. τὰ γὰρ τοῦ Ἀθανασίου κέντρα τὴν οὐλὴν ὑπέκνιζε· μηδὲ γὰρ ἔχειν ὅλως αὐτὸν εἰρηνεύειν καὶ τὰς ἀρὰς λύειν, ἃς οὕτως ἐμπερισκέπτως καθίστη καὶ φρικτῶς ἀφώριζε, μὴ τὸν ϑρόνον καὶ αὖϑις ἀπολαβόντα, καὶ ταῦτα μηδὲ τῷ παρ' αὐτοῦ τῆς λύσεως γράμματι τὸ ἅγιος προστιϑέντα κατὰ τὸ σύνηϑες τῷ τοῦ βασιλέως ὀνόματι, ὅτι οὐδ' ἐκεῖνος ἠρέμει ἐν τοιούτοις καιροῖς τοῦ σκανδάλου, ἀλλὰ τὰς ϑύρας

et prudenti iudicio administratio bonorum ecclesiae recte ac prout decet gereretur." haec et multa eiusmodi libellus episcoporum continebat, quibus stadebant reum aut saltem suspectum apud imperatorem reddere patriarcham, a quo se participatione consiliorum exclusos et quasi abdicatos dolebant. ea cum accepisset imperator, remisit ille quidem multum de illo vehementi affectu quo prius patriarcham amplectebatur, non tamen ut deiicere illum throno plane decerneret: quin potius statuit benigna tractatione ipsum et indulgentia pellicere, si posset, ad resumendum exercitium patriarchalis potestatis, certus tamen non descendere amplius, uti antea fecerat, usque ad preces humiles et declarationes quae possent reluctantem cogere, obfirmatae ad impetrandum voluntatis; satis existimans nunc fore, si post benignam invitationem reverti quo vocabatur ultro annuentem benevole susciperet, eique conciliare adversos antistites studeret suadenda iis cum illo concordia, dandaque opera ut obiecta ei crimina iustis purgationibus diluerentur. ne ultra haec conari nunc quidem curaret, neve abhorreret nimium a mutatione praesulis, faciebant infixi dudum eius animo et necdum evulsi penitus scrupuli ex illa fulminatione dirarum atque anathematum quam Athanasius chartis abstrusis indiderat. coaluerant quidem utcumque vulnera formidinum illarum, non tamen ita ut non interdum cura inde superstitioso principi supervacanea renascens obductas quasi refricaret cicatrices, solicitaretque reputantem haud videri vere umquam expatriarcham illum soluturum quod ligaverat, et horribiles illas execrationes rite legitimeque remissurum, nisi reponeretur in sede potestatemque reciperet eandem qua tunc erat praeditus cum illa scriberet. nam declarationem istam, qua sedatae tunc conscientiae multorum essent, apparere convicio expressam ab invito, nec periculum abesse quin uti vi extorta, cassa effectu et nullius esset roboris. pellucere quin etiam, si quis introspiciat attentius, signa male dissimulatae talis in ipso Athanasio sententiae arcanae. cur enim ille literis de hoc editis omisisset imperatoris nomini consuetum sancti adiunctum apponere, nisi vellet subindicare haud opinari se illum rite per has ac vere intortorum in ipsum per priores anathematum feralibus vinculis solutum. quid quae nunc agere diceretur, an non idem ipsum innuebant? audiebatur enim, ex quo erant istae

ὑπανοιγνὺς τῆς μονῆς πολλοῖς ἐπήρκει πενομένοις ἐκ τῶν τυχόντων. ἦν δὲ ἄρα ταῦτα τοῦ μέλλοντος προκεντήματα, καὶ ἡ
E παλίμπους ἐφήδρευε δίκη μηδὲν ἐπαΐουσι. τότε δ' ἦν ταῦτα, οὐ μὴν δὲ καὶ ἐς ἅπαν τῷ πατριάρχῃ ἠγνόητο τὰ τοῖς ἀρχιερεῦσι πραττόμενα. διὰ ταῦτα καὶ τὰ τῆς τιμῆς περιποιούμενος ἑαυτῷ αὐθορμήτως ἔγνω πρὸς βασιλέα παραγίνεσθαι, καὶ προσώπῳ
P 208 γνησίῳ ἐντυγχάνοντα εὐμενίζειν τῷ αἰδῶ προσβαλεῖν. (12) ταῦτα διανοηθεὶς ἐπιβὰς ἵππου πρὸς ἑσπέραν εἰκοστῆς πέμπτης μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος βασιλεῖ πρόσεισιν. ὁ δὲ καὶ δέχεται τοῦτον ἀσμένως, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑποκλίνει πρὸς εὐλογίαν, καὶ καιρὸν
οἰηθεὶς ἐκεῖνον εἶναι τῆς σφῶν καὶ ἀμφοτέρων πρὸς τὴν τῶν Παλαιολόγων μονὴν ἀφίξεως τῆς ἑορτῆς ἕνεκα, συμπαραλαβών,
B συνέρχονται καὶ ἀμφότεροι. εἶτ' ἐκεῖθεν, ἐπεὶ τρίτη τῆς ἑβδομάδος ἦν καὶ γ' ἐξ ἀνάγκης ἐκ πολλοῦ τῷ βασιλεῖ ἦν τῇ τῶν Ὁδηγῶν μονῇ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν παραβάλλειν προσκυνήσεως ἕνεκα, συνιόντες ἅμα, αὐτὸς μὲν τὴν ἀναγκαίαν ὁδὸν ἐξήνυεν, πατριάρχης δὲ τὸ πατριαρχεῖον καταλαμβάνει, διαδοθέντος λόγου, ὡς καὶ αὐτὸς ὕστερον ἐν οἷς πρὸς βασιλέα ἔγραφε καὶ τοῦτ'

de patriarcha qui nunc rerum potiretur controversiae motae, suas prius clausae cellulae fores hiare passum esse; admisisse quinetiam clanculum et subsidiis opportunis populariter demeruisse inopes e plebe quospiam: quae indicia essent minime acquiescentis fortunae praesenti, et thronum unde excidisset respectantis. tales curae intime versantes mentem nimium facilis ad sensum religionis omnem Andronici Augusti senioris quasi praeludia erant certaminis instantis et primae commotiones in proximo insidiantis sine ullo sui sensu vindictae, at mox erupturae in nihil minus opinantes, ad restituendum qui ceciderat. haec tunc erant: quid secutum sit, dicetur. quod nunc instat, haud prorsus latuere patriarcham quae ab episcopis in ipsum cudebantur. quare curam ingressus retinendi asserendique sibi patriarchatus, praevertere decrevit adireque protinus Augustum, ultroque offerendo sui conspectu, citra suspiciosa internuntiorum tentamenta, propria coram facie verecundoque diluere congressu quidquid malevolae delationes animo principis in se forte offensionis allevissent. (12) ab his sic apud se decretis, equo conscenso, sub vesperam diei vicesimae quintae mensis Octobris ad imperatorem se confert, qui et eum benevole excepit, et caput ipsi ad benedictionem inclinavit; ratusque tempus illud esse quo conveniret ambos ipsos ad Palaeologorum monasterium simul proficisci celebrandi illic festi gratia, eo re ipsa sociati invicem iverunt. ac quoniam feria numerabatur tertia, quali die ex longo usu necesse erat imperatorem proficisci ad Hodegorum monasterium venerationis causa, quadam inde viae parte communiter confecta digredientes, imperator quidem necessarium, uti consueverat, iter peregit, patriarcha vero patriarchali domicilio se reddidit, dicta iam tum fama visi cuiusdam divinitus oblati patriarchae, quo is motus fuisset ad resumendam, contra quam prius decrevisset, cum habitationem tum administrationem eius dignitatis propriam. iactatum quippe vulgo est (et id postea ipse Ioannes

ἰδήλου, ὅτι καθήμενος μόνος ἰδίᾳ ὕπαρ σχεδόν, οὐκ ὄναρ, φω- C
νῆς ἀκούοι παιδὸς ἐπιστάντος, ὡς ἔδοξεν, "εἰ φιλεῖς με, Πέτρε,
ποίμαινε τὰ ἀρνία μου." παρ' ἣν αἰτίαν καὶ ἐλθεῖν αὐθωρὶ καὶ
βεβαιοῦν ἔτι μὴ ἂν ἐξελθεῖν ἐντεῦθεν, εἴ τι καὶ γένοιτο. τότε
δὴ καὶ τῶν ἀρχιερέων οἱ μὲν ἐδέχοντο τοῦτον, οἱ δ' ἀφηνίαζον
ἐπ' αἰτίαις ταῖς οὐ τυχούσαις τιθέντες τὸ μὴ συμφωνεῖν ἐπὶ
πολλοῖς σφίσιν ἐθέλειν τοῦτον, ἀλλ' οἷον μένειν αὐτόνομον. D
ὑπεκρούοντο δὲ ταῦτα λέγοντες τὸ κατὰ τὸν Ἐφέσου Ἰωάννην
τοῦ παντός γε μᾶλλον· μηδὲ γὰρ συμφωνεῖν ἐθέλειν, ὅ τι καὶ
πράττοιεν, ὑπὲρ τούτου. βασιλεὺς τοίνυν τὸ πρὸς τὸν πατριάρ-
χην τιμητικὸν συντηρεῖν καὶ αὖθις ἐθέλων συχνάς τε προσόδους P 209
πρὸς αὐτὸν ἐποιεῖτο, καὶ τοὺς ἀρχιερέας μεταπεμπόμενος τὴν τῆς
γνώμης σφῶν ἀνοίδησιν ἐξωμάλιζε πολυτρόπως, οἷς δὴ πολυω-
ρεῖν εἶχε τὴν τοῦ πατριάρχου σύστασιν· προσυπέσχετο δὲ καὶ
ταῦτα γίνεσθαι μετ' εἰρήνης καὶ διορθοῦσθαι τὸ πλημμελούμε-
νον. καὶ οἱ μὲν ἑκόντες ἄκοντες, τοῦτο μὲν τῇ παρὰ βασιλέως
βίᾳ τοῦτο δὲ καὶ τῷ ἀπαραιτήτῳ τοῦ πράγματος, ὑπεκλίνοντο,

Cosmas scriptis ad imperatorem literis affirmavit) ipsi suo in secessu considenti, palam per vigiliam, non autem in somnio, auditam clare vocem pueri superne adstantis, ut videbatur, verba ista proferentem "si amas me, Petre, pasce agnos meos," qua ille manifesto auditu percepta, intellectoque quid iuberet, eadem hora omisso secessu prodiisse petiisseque patriarchales aedes, ac plane statuisse numquam inde amplius, quidquid demum accideret, recedere. tunc porro episcoporum alii quidem patriarcham ad exercitium potestatis redeuntem consueta submissione exceperunt, aliis subiicere se illi ac communicare praefracte recusantibus; cuius suae rebellionis causas, ut ipsis videbatur, non aspernandas allegabant, quod nempe in multis convenire cum ipsis Ioannes nollet, sed velut sui iuris, pro arbitrio cuncta gerendi sibi et arrogaret et assereret libertatem. innuebant haec dicentes negotium Ioannis Ephesini, in quo videlicet potissimum ista independentis usurpatio auctoritatis ab eo affectata emineret: recusare quippe illum irrevocabili obfirmatione animi assentiri episcopis in eo quod de isto antistite agendum statuendumve censerent. at imperator reconciliatae cum patriarcha gratiae fidem exhibere significatione constantis in eum reverentiae cum maxime nunc studens, frequens ad illum itabat, et crebro episcopos accersens lenire tumentes ipsorum iras et reducere ad benevolentiam infensos ab eo abhorrentium affectus omni cura satagebat, pollicens, quae ipsi vellent, efficacius placidis officiis quam turbulento peragenda impetu. crederent sibi solum, et subiici patriarchae sustinerent: restitutum iri cuncta in integrum; et si quid peccatum esset, ex voto eorum emendandum. per haec illi partim volentes, partim vi quadam imperialis verecundiae obnixas in contrarium eluctante voluntates inflexi, vel re vera inclinabantur ad obsequium, vel quem recusare summae rogantis auctoritati nequirent assensum simulabant, tacitis tamen destinationibus tempus aliud designantes, quo inchoata resumerent,

καιρὸν δ' ἐτίθουν καὶ αὖθις ἀνακινεῖν τὰ μεταξὺ κείμενα καὶ ζητεῖν διόρθωσιν.

B 13. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Μιχαὴλ ὁ δεσπότης τὴν συνοικοῦσαν πρὸ χρόνων ἀποβαλὼν (ἦ δ' ἦν ἡ τοῦ βασιλέως αὐταδέλφη) τῇ τοῦ Τερτερῆ κεχηρωμένῃ ἤδη τοῦ κράλη Σερβίας ἐποφθαλμίζει, καὶ θέλων θέλουσαν ἄγεται, ἐφιέντος μὲν βασιλέως, ἐφιεί-
C σης δὲ καὶ ἐκκλησίας ἐν ὑστέρῳ τῶν γενομένων. ἦν δὴ καὶ ἁρμοσάμενος ἑαυτῷ, τὸ τῆς δεσποτείας ἀξίωμα ἔχων καὶ ἔτι, συμμετεδίδου τῆς ἀξίας καὶ τῇ συνῳκημένῃ ἐκ κραλαίνης, ἐξ ἧς καὶ παῖδας ἀποτετόκει. καί γε δῆλος ἦν τῇ τοῦ Τερτερῆ συνοικῶν ὡς γνησίᾳ.

D 14. Καὶ τότε ἀστὴρ κομήτης ἀφ' ἑσπέρας ἐξέλαμπεν, περὶ οὗ καὶ ἐν τοῖς κατ' ἐμαυτὸν δι' ἐπῶν ὑπέμνησα, οὕτω γράφων.

ἤδη μὲν φθινοπωρὶς ἰσημερινὴ ἐπέλαυνεν,
P 210 ἠέλιος δ' ἔχε παρθενικῆς ἐρατεινὰ πρόσωπα.
καὶ τότε δὴ φαιδρὸς λάμπε Θρῄκηθε κομήτης,
ἐκταδίην τε κόμην ἔχεν ἀντολίηνδε ῥέπουσαν,
ἑσπέριος δ' ἠὔγαζ' ἐπὶ τόσσον νυκτὸς ἰούσης,
B αἰὲν ἀπαινύμενος τὸ πλέον νῦν ἢ τὸ πάροιθεν,
ὅσσον ἀνωτερίεσσι διαλλάξεσσιν ἔφωσκεν.

5. ἀποφθαλμίζει P. 6. ὑφιέντος P. 17. δὴ deerat 21. ἀνωτερίῃσι?

et quae perperam acta prius causati nunc principis gratia tolerare prae se ferrent, utique refingi ac corrigi quaererent.

13. Inter haec Michael, amissa dudum coniuge priore, quae imperatoris soror fuerat, ad filiam Terteris, separatam, ut diximus, a crale Serbiae, adiecit oculos, et volens volentem duxit, nihil obstante imperatore, ecclesia vero postmodum factum comprobante. quin et aliquanto posterius quam hanc connubio sibi iunxerat, cum iam liberos ex ea suscepisset, despotica illam, qua erat ipse iampridem insignitus, potestate impertiit; habuitque ex cralaena despotam Terteris filiam uxorem, nullis prorsus honorum, qui legitimae necessitudini verae coniugis deberentur, significationibus exclusam.

14. Tunc stella crinita ab occasu resplenduit; circa quam versibus alias a me scriptis, opere adhuc apud me condito *), sic ludere memini.

Autumnus luci ac tenebris aequaverat horas,
osque sacrum Erigones Sol annuus hospes habebat,
cum laetum rutilans e Thracum parte cometes
caesariem in tractus extendere coepit Eoos,
limite ab Occiduo procedens ipse, sed usque
imparibus gyris, dum noctis semper omittit.
amplius hesterno spatium, quo surgit in alta

*) immo *in vita mea versibus conscripta.*

οὐ γὰρ ἓν᾽ ἀπλανέων κατὰ μοῖραν χῶρον ἔτετμεν.
ἀλλά γ᾽ ἑκάστης νυκτὸς ἀνώτερα εἶχε κέλευθα,
μέσφα ὑπερπόδισ᾽ αἰὲν ἀνώτερος ἀμφαναβαίνων,
ἔνθα οἱ ἄκραι τὰ πρῶτα τρίχες ἐμπεφύασιν, C
ἦκα μαραινόμενος μείουρος, καὶ τότε λῆξε.

περὶ τούτου ἄλλοι μὲν ἄλλως ἀπεφαίνοντο καὶ ὡς εἶχον γνώσεως ἔλεγον, οἱ πλείους δ᾽ εἰς κακὸν κοινὸν τὴν ἐπιτολὴν ἐκείνου ἐφοίβαζον· οὐδεὶς γὰρ κομήτης ὅστις οὐ φύσει κακός, φασίν. ἐμοὶ δὲ τῇ τῶν ὅλων προσανέχοντι φύσει, καὶ μᾶλλον οἷς ὁ Σταγειρίτης φιλοσοφεῖ, ἐκεῖνα ἐπῄει λέγειν περί τε τῆς κινούσης αἰτίας D καὶ αὖθις τῆς τελικῆς καὶ ὧν προεφωσφόρει ἀποβησομένων, ὅσα δὴ καὶ τὰ μὲν προυγεγόνεισαν τὰ δ᾽ ἔμελλον ἐπεγεγονέναι. ἐξ ἔαρος γὰρ καὶ ἐς τότε αὐχμὸς παιπαλόεν τὸ πέδον δεικνὺς ἀμφεῖχε τὴν περὶ ἡμᾶς οἰκουμένην, ὡς μηδὲν μὲν ἐκβλαστάνειν ἰσχύειν ὅσα καὶ θέρους εἰώθει βλαστάνειν, πάντα δὲ φρέατα καὶ πᾶσας πηγὰς ἀποσβῆναι. εἶτα δὲ καὶ ἐκνεφίαι ξηροί τε καὶ ἀπηνεῖς· λειμῶνες ἐπὶ ὅλῳ μηνὶ καὶ πρόωροι ξυμβεβήκασι. καὶ ταῦτα μὲν ὁ συγγράφων, τὸν νοῦν ἐπειρίδων τοῖς φυσικοῖς· ἠγνόει δὲ ἄρα καὶ ὡς μεγάλων ἐκεῖνος κατάρχει κακῶν, οὐ τῷδε ἢ τῷδε μέρει τῶν κατ᾽ ἀνατολὴν ἐπεισφρησάντων τόπων, ἀλλὰ E

ocyus, et propior summo sese admovet axi.
nam nullius iter fixi comes institit astri,
nocte sed unaquaque viam in sublime supinat.
illo iterum, primaevo ubi fulsit crine, reversus,
marcuit hic cauda mutilus, deslitque videri.

de hoc non me fugit alios aliter prodidisse: ego prout cognovi, hactenus expressi. caeterum plerique, vulgare secuti praeiudicium trito illo versiculo celebratum, nullus cometa non sua indole est malus, huius exortum stellas ad significationem infaustorum in commune eventuum male ominando detorserunt. mihi vero attendenti ad naturam universi, sequentique praesertim disserendi methodum a Stagirita philosopho traditam, ea solum de isto phaenomeno consignanda literis visa sunt, quae ad principium unde est ortum, ad locum modumque ac tempus quo desiit pertinent, non omissis iis quae vel praecessere vel secuta sunt eius apparitionem. a verna igitur proxime exacta tempestate usque ad aequinoctium autumnale, quo coepit videri, siccitas coelum nostrum insolita torruit, squallentes late ac pulverulentos amplectens campos. unde factum est ut nihil eorum quae germinare per aestatem terra solet, producere illo anno potuerit, perennes vero putei et vivae scaturigines fontium omnes defecerint. venti deinde crebri, aridi, procellosi, auram afflantes aegre spirabilem, sunt orti. prata tote mense citius floruerunt, ac maturuerunt foena. talia historicus ex praesenti naturalium eventuum inspectione tradere memoriae potuit. ignorabat autem tunc, quod rerum eum deinde secutarum tristis experientia docuit, fuisse istud initium ingentium malorum, quae non hanc aut illam proprie partem Orientalium regionum, sed aeque

πᾶσαν ἐπιληψόντων τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην ἐκ τῆς τῶν Περσῶν ἐπιθέσεως.

P 211 15. Τοῦ δ' αὐτοῦ ἔτους, μηνὸς ἐνεστῶτος Ἰαννουαρίου, ὃν οἱ τὸν Ἄσκρηθεν ποιητὴν ἐξηγούμενοι Ληναιῶνα κατ' Ἀθηναίους ἔλεγον, οὐκ ὀρθῶς, οἶμαι, εἰ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς καθ' αὑτοὺς ἐποποιοῦντες τῇ ἐκείνων ἠκολουθήκειμεν ἐξηγήσει (ἀκριβῶς γὰρ Ἀθηναῖοι τὸν κατὰ Ῥωμαίους Ἰαννουάριον Ἑκατομβαιῶνα
B λέγουσι), κατὰ τοῦτον οὖν θεμέλιον πρῶτον τῆς σελήνης ἐχούσης ἔκλειψις ταύτης ξυμπίπτει, τῶν τῆς ἐπιστήμης ξυνετῶν τῷ βασιλεῖ προειπόντων. καὶ ἡμεῖς οὕτω πως ἐν τοῖς ἡμετέροις γεγράφαμεν.

μηνὶ δὲ Ληναιῷ πρώτη βάσις ἵστατο μήνης,
ἦ διχόμηνος ἔην, καὶ δὴ φθίνε καλὰ πρόσωπα,
C καὶ τότε νυκτὸς ἐνὶ τριτάτῃ σχεδὸν ἑσπερίηθεν
λάμπ' ἐπιδίφριος, αἴφνης δὲ σκοτόεσσα τέτυκτο,
ἀρξαμένη τὰ πρῶτ' ἐκλείπειν ἀντολίηθεν,
μέσφ' ὅλη ἐξαπόλωλεν, ἐφ' ὥρῃ μηδὲν ἐοῦσα.
ὥρης δὲ τρίτον ἔσβη. ἀτὰρ ἀπήρχετο φώσκειν,
D καὶ πάλιν ἀντολίηθεν ἐς ὥρην ἔμπλεος ὤπτο.
τόρρα καὶ ἐς μετέωρα ἐειδώς τις ἔειπε,
καί γε ἰδὼν θηήσατο, ὅς γε προμάνθαν' ἀκούσας.

4. τὸν deerat. 12. μῆνα P. 18. ἀτὰρ τότ'?

universam, quam late extenditur, continentem hanc nostram oppresserunt, undique ingruentia, ex Persarum in hoc imperium irruptione.

15. Eodem anno, mense currente Ianuario, quem enarratores Ascraei poetae Lenaeona dictum Athenienſibus tradunt, non recte, ut opinor, etsi nos, cum apud ipsos carmen pangeremus *), eorum expositioni adhaeserimus (re vera enim, quem Romani Ianuarium vocant, Athenienses Hecatombaeonem appellant), cum igitur primus lunae a novilunio progressus cum hoc mense incepisset, ea plenilunio in deliquium incidit, prout imperatori praedixerant astronomicarum periti rationum. id nos deliquium nostris hisce versiculis descripsimus.

prima viam signant primo vestigia mense
lunae orientis adhuc facieque bicornis hiulca.
crevit ubi, et noctis fere tertia volvitur hora,
splendente invectam curru caligo repente
inficit, ortiva paulatim a parte subintrans,
continuam, quoad interiit, sensim hausta, per horam.
atque triente horae nigra perstitit. inde resumens
Eoo a limbo lucem, tota eluit hora
noctem de vultu, et pleno rursum emicat ore,
astra prout speculans praedixerat ante magister.
spectavitque oculus quod ab illo audiverat auris.

*) immo: nos in vita nostra.

16. Ταῦτα μὲν τοῦ ἔτους ἐκείνου γεγόνει· Ἀλανῶν δὲ E
μεγάθυμον ἔθνος ὡσεὶ δέκα καὶ ἓξ χιλιάδας ποσούμενον, ὧν τὸ
ὑπὲρ ἥμισυ μάχιμον ἦν, ἀπολυθὲν Νογᾶ καὶ τῆς ὑπ' ἐκείνῳ δου-
λείας ἐν πολέμῳ ἀπολωλότος, ἐζήτουν προσχωρεῖν βασιλεῖ, καὶ
τῷ ἀρχιερεῖ προσελθόντες Βιτζίνης ἱκέτευον δι' αὐτοῦ βασιλέα P 212
σφᾶς δέχεσθαι. ἐνόσουν γοῦν καὶ δεινῶς εἶχον τότε τὰ κατὰ
ἀνατολήν, καὶ τοῦ Βιτζίνης τὴν σφῶν ἀγγέλλοντος ἱκετείαν ἕρ-
μαιον ἐλογίζοντο ὡς καιρόνδ' ἐπιστάντων· αὐτοὺς γὰρ εἶναι καὶ
τοὺς τῷ Νογᾷ παρασπίζοντας, καὶ δι' ὧν ἐκεῖνος τὰ μεγάλα κα-
τώρθου. καὶ διὰ τοῦτο τὴν σφῶν ἄφιξιν θεόθεν τινὰ μηχανὴν
ἡγοῦντο εὐκαίρως σχεδιασθεῖσαν εἰς ἀρωγήν. γράμματά τε παρ'
αὐτοὺς βασιλικὰ κατεπέμποντο, καὶ παμπληθεὶ ἐφ' ἅμαξῶν καὶ B
λαμπήναις προσηυτομόλουν. καὶ βασιλεὺς ὅτι πλείστην ἐκ χω-
ρῶν Θρᾳκικῶν τε καὶ Μακεδονικῶν τὴν ἐκείνων παρεσκευάκει σί-
τησιν. τοὺς δέ γε μεγιστᾶνας ἐκείνων εἰσαγαγὼν καὶ φιλοφρόνως
δεξιωσάμενος, ἐκ συνδοσιῶν κοινῶν τὰ ἐκείνων ἑτοιμάσας ὀψώ-
νια, ἔτι δὲ καὶ ἵπποις ἱκανώσας ἐκ τῶν ἰδίων στρατιωτῶν μάλι-
στα, τοῖς ἱκανῶς ἔχειν σφίσι δοκοῦσι παραδοὺς διασωσταῖς Ῥω- C

2. ὡς εἰς?

16. Ea quidem anno illo contigerunt. Alanorum vero magnanima gens, capitum numero fere sedecim millium, quorum plus dimidio bellis apti et exercitati erant, destituti a Noga et ab huius iam servitio liberi, postquam is in praelio ceciderat, quaerebant in imperatoris militiam transire; et adito episcopo Bitzines, supplicabant eius opera persuaderi Andronico ut ipsos admitteret. favebat istiusmodi petitioni praesens status rerum imperii: nam graviter tunc laborabant Orientales tractus. quare Bitzinensi quid Alani peterent referenti cupide Augusti et qui eis erant a consilio annuerunt, tanquam occursu rei faustissimae gaudentes, offerri ultro tam opportune nullo satis studio quaeri et pretio emi dignum malorum argentium remedium. reputabant fuisse hos quasi triarios aut etiam praetorianos, Nogae, praecipuum robur exercitus ipsius, quorum vi ac forti fidelique opera tot illa tantaque perfecisset, quibus esset eius nomen inclytum redditum. tales ergo tali tempore sponte in Romanae rei labantis occurrentes auxilium cum gratulatione accipiendos, sic tamquam (quod dici solet) deum e machina, censebant: dei enim profecto benefica providentia tam opportune adveniens expediri subsidium qui non intelligeret, hebetem utique ingratumque videri debere. statim igitur prolixe ac perhonorifice imperialibus invitati literis, et ipsi sine mora cum familiis ac sarcinis, curruum plaustrorumque numero ingenti huc transmigrant. nec omisit imperator abunde providere novorum hospitum victui: corrogata enim e Thraciae ac Macedoniae regionibus magna frumenti vi, copiosam populo universo ac plebi etiam Alanorum infimae annonam praebuit. proceres vero ac summates gentis ad se humanissime admissos omni benevolentiae significatione delinivit, auctoramenta insuper eis decernens annuarum pensionum ex collatitia pecunia. sed et qui eorum apti equestri militiae apparerent, ils equos attribuit propriis militibus ademptos; iisdem-

μαίοις, ἐπ' ἀνατολῆς ὥρμα. ἦν δὲ καὶ προστεταγμένον πρὸς βασιλέως αὐτοὺς κατοικίζειν τῇδε. καὶ ἦν ὁ σκοπὸς τῷ κρατοῦντι καὶ λίαν εὔελπις· εὐάγωγον γὰρ ἐμάνθανεν εἶναι τὸ ἔθνος καὶ εὐπειθές, πρὸς δὲ πολέμους καὶ λίαν ἀρεϊκόν τε καὶ μάχιμον. καὶ διὰ ταῦτα κατωλιγώρει σχεδὸν τῶν Ῥωμαίων ὡς γυναικισθέντων ἄντικρυς καὶ ἐξ ἀνάγκης μὲν τὰ πολλὰ καταμαλακισθέντων, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἀπὸ κακοθελοῦς γνώμης καὶ προαιρέσεως. τοῖς δὲ καὶ μᾶλλον ἐθάρρει ἄρτι πρώτως φανεῖσι καὶ ἀποδυομένοις εἰς Περσικοὺς πολέμους, τὸ ἱκανὸν παρὰ βασιλέως ἔχουσιν. ἐκεῖνοι μέν, ὡς εἴθιστο πάλαι σφίσι σὺν Νογᾷ πολεμοῦσιν, οὕτως κἀνταῦθα στρατεύειν ἐζήτουν, πανσυδίην δηλαδή, ὡς ἀλλήλοις ἀρήγοιεν κατὰ πόλεμον. τὰ δέ γε κατὰ τὴν Ῥωμαΐδα πανταχόθεν πράγματα μερίζεσθαι τούτους ἐποίει, ὡς μήτ' αἰδῶ παρ' ἀλλήλων εἶναι σφίσι μήτε συνασπισμὸν ὑπὲρ ἀλλήλων τὸν πρέποντα. τῷ τοι καὶ τοὺς μὲν πλείστους κατ' ἀνατολὴν ἔπεμπεν, ἄλλους δέ γε τῷ Μουζάλωνι Ἁλιζώνων ἡγεμονεύοντι παρε-

que inservire nihilominus iussit pedites inermes Romani generis, qui recepto pridem castrorum usu praesto adesse praeliantibus equitibus debebant, illorumque vulneribus curandis ac caeteris periculis propulsandis curam operamque impendere strenuam. atque hos sic auctoratos in Orientales tractus misit, dato ministris ad id idoneis mandato ut ipsis illic domos agrosque assignarent. destinabat enim talis generis coloniis istum tueri ac firmare limitem, indulgens spei prolixa fiducia prosperrimi successus. duabus enim quibusdam fando celebratis et facile creditis gentis istius dotibus magnopere ad optime sperandum nitebatur, docilitate obtemperandi et pugnandi fortitudine. indeque iam Romani generis fere militiam spernebat, effeminatam illam et cum otii ac luxus assuetudine corruptam, tum malevolo in principes affectu infidisque depravatam sensibus criminans; praecipuum vero, quin et totum fundamentum securitatis salutisque publicae in tunc primum visis necdum usu probatis barbari populi copiis praefestinata credulitate constituens. hos unos intueri, unis niti; in horum, modo sufficienter alerentur, unice idoneorum debellandae potentiae Persicae, stipendia congrua rectissime impendendas imperii opes ducere. ad haec illi vicissim operam spondentes, unum exceperunt circa belli rationem, velle se, uti sub Noga consueverant, in campo et iusta acie rem gerere, quo sibi opitulari invicem possent, non aut classes arcibus aut sparsim discerptos per manus medicas pugnare. qua conditione imperator pro caetero favore facile accepta, partiri eos sibi provincias imperii laborantes iussit, ita ut idoneo ubique numero militarent, ne aut stimulo carerent mutuae aemulationis in oculis commilitonum quisque praeliantes, aut in certaminum casibus destituerentur subsidio suorum, in eadem scilicet acie stantium et facto cuneo ad propugnationem occurrere paratorum, quam in partem discrimen ex aestu forte reciprocante Martis varii aut belli quaedam offensio vocaret. cum ista cautione trifariam Alanos divisit imperator. plerosque videlicet eorum protinus in Orientem misit; alios minori numero Muzaloni Halizonum praefecto tradidit. mul-

δίδου. πολλοὺς δὲ καὶ τοὺς κρείττους προσετοιμάσας τῷ υἱεῖ συνεξώρμα καὶ βασιλεῖ· ἐδέησε γὰρ καὶ βασιλέως ἐπιστασίας τοῖς κατ' ἀνατολὴν πράγμασιν. ἀλλ' οἱ μὲν προεξεληλακότες ἐπ' ἀνατολῆς ὡς ἤδη καὶ μόνον τὸν κατὰ τὴν Καλλίου πόρον ἐπεραιοῦντο, εὐθὺς ἐχρῶντο τοῖς αὐτῶν ἤθεσι, καὶ τῶν ἀγόντων κατολιγωροῦντες μεγάλα διετίθουν κακὰ Ῥωμαίους, λῃστῶν ἐπιόντες τρόπον, τοῖς μὲν παροικοῦσι τὰς χώρας κακὸν ἀπρόοπτον ἐφιστάμενοι, τοῖς δὲ συναντῶσι δεινὸν ἀπάντημα γνωριζόμενοι, οἷς δὲ καὶ συνεσκήνουν, χαλεπὸν γειτόνημα ὄντες, οἷς βοηθεῖν ἀπιστίλλοντο. εὑρόντες δὲ χώρας παντοίων πληθούσας καλῶν, ἐνεπάθυνον ἐκείνοις ἁρπάζοντες. μόλις δ' ἀποσωθέντες, πολλῶν ἀποναμένων τῶν δυσχερῶν οἷς τ' ἐπεστάτησαν οἷς τε συνήντησαν, ἐμέμνητο καὶ τῶν συγκειμένων, πλὴν οὐχ ὡς ἔδοξαν ἀπεφάνησαν, ἀλλ' ὑπερηφάνουν μὲν ἡγεμόνων, καθ' αὐτοὺς δὲ ὅσα καὶ βάρβαροι συνιστάμενοι Ῥωμαίοις πλέον ἢ πολεμίοις ἐπῆεσαν. ἐνίοτε δὲ καὶ δουλαγωγηθέντες ἐκ μεγάλης καὶ προμηθοῦς P 213 B

tos autem eosque lectissimos et praestare cunctis visos apud se retinuit, reservans in expeditionem quam parabat in eas partes Michaëlis iunioris Augusti: nam praesentiam imperatoris exercitum per se ductantis status praesens Orientalium rerum flagitare videbatur. caeterum ii quos praemissos in Orientem diximus, cito mores barbaros nudarunt, statim fere a freti ad Callipolim traiectu spretis ducum mandatis, mala Romaniae populis magna inferentes. ritu quippe latronum licentissime incursabant cuncta, miseris colonis, per quas transibant, regionum improvisum apportantes infortunium, obviis tristem occursum, in propinquo vero degentibus gravem undequaque infestamque viciniam. adeo nullo respectu socialium foederum palam omni hostilis grassationis immanitate agebant ferebant, quibus opitulaturos se venire simularant. irritabat scilicet praesens copia rapacitatem avidorum, transitu per opimas terras, villas passim domosque vario spoliorum et praedae genere refertas cernentium, in quae laxatis cupiditati habenis nulla iuris aequique verecundia irruebant, extorquentes quae placerent, et raptorum intemperantissimo abusu gulae ac libidini litantes. non negarim tamen eos novo primulum in Romaniam appulsu, recenti memoria miseriarum quibus essent modo plurimis et gravissimis defuncti, partim ingruentium in familiares prius eorum sedes domicilisque a Noga data, partim in fuga, qua inde extrusi per infesta aegre salvi loca transierant, donec tutum in imperatoris protectione receptum reperirent, quadam brevi constrictos verecundia hospitalis fidei visos esse pactorum meminisse. sed cito ad feritatem redeuntes, opinionem modestiae ipsorum et fiduciam auxilii ex ipsis, dira iniuriarum experientia, populis se deceptos sentientibus excusserunt. statim enim contumaciter in ductores insurrexerunt; et magis memores communis olim secum barbariei cum Persis quam contractae nuper societatis cum Romanis, saepius saeviusque in nostros quam in hostes vi et armis usi sunt. fuit tamen cum magnis perque blandis inducti delinimentis ad conspirandum cum Romanis, coniuncta nostris opera, communem de hoste victo-

δεξιώσεως συνελθόντες κατὰ τόπον τὴν Χήναν σὺν Ῥωμαίοις προσβάλλουσι, καὶ ἀνδραγαθοῦσι τὰ μάλιστα, ἀπαγωγὴν ἱκανὴν καὶ λείαν περιβαλλόμενοι. ἐδόκουν δὲ λῆμα μὲν πολεμικὸν ἔχοντες, ἤθεσι δ' ἀνυποτάκτοις ὡς βάρβαροι χρώμενοι, ἔξοντες δὲ κατὰ τρόπον, ἐπεὶ τῶν ἄλλων κατωλιγώρουν, ἦν ὑπὸ βασιλεῖ στρατηγοῦντι γένοιντο.

P 214 17. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς Μιχαὴλ ταῖς ἀληθείαις μὲν πολέμοις οὐκ ἐσχολάκει καὶ μάχαις ἐς τότε, ὅμως δ' εἶχε καὶ φρόνημα ἐμβριθὲς καὶ λῆμα γενναῖον καὶ ζῆλον ὑπὲρ τῶν κακουμένων Ῥωμαίων οὐχ ἥκιστα, καὶ ταῖς προθυμίαις, ὡς τοὺς εἰδότας λέγειν, ἐσφάδαζεν. ἐπεὶ δὲ καὶ καιρὸς ἐφειστήκει ὃ τότε καλῶν αὐτὸν στρατεύειν ἐπὶ τῆς ἀνατολῆς, ἕτοιμος ἦν αὐτίκα. καὶ ἅμ' ὁ πατὴρ καὶ βασιλεὺς προσέταττε, καὶ αὐτὸς ἐδίδου τὰς προθυμίας οὐκ ἀγεντεῖς. ἅμα γοῦν ἦρι περί που τὰς Πασχα-
B λίους ἡμέρας ἐξώρμα, πολὺ μὲν βαρβαρικὸν ἐκ τῶν Ἀλανῶν ἐπαγόμενος, οὐκ ὀλίγῳ δὲ καὶ Ῥωμαϊκῷ ἐντυχεῖν ἐλπίζων, τῷ μὲν καὶ συνειλεγμένῳ ἐντεῦθεν ἤδη, τῷ δὲ καὶ ἐπὶ τὴν ἐκεῖ στρα-

8. προβαλλόμενοι P.

riam ad locum Chenam dictum reportarent, in qua sane non vulgaris enituit ipsorum virtus fortibus factis probata, non sine praemio: nam et non paucos ea occasione abduxere captivos, et praedae haud parum congessere. cuius fama eventus ad aulam perlata valuit ad minuendam infamiam ingratae gentis patientiamque infidae societatis quodam nonnullius utilitatis illicio firmandam, eam inde opinionem Augustis ingressis, infraenes quidem ferisque moribus Alanos esse vitio barbarae qua originis qua educationis, at negari non posse quin iidem magnis praediti animis et bello fortes sint. caeterum spem ostendi mitigandae contumaciae ipsorum, si pro minoribus quos contemnunt ducibus, alter ipsis Augustorum exercitum per se ductans imponatur, cuius veriti praesentem maiestatem iussa obituri sine recusatione videantur, obedientia quae nostris satisfaciat, fortitudine quae hostibus noceat.

17. Erat imperator Michaël non ille quidem hactenus, ut verum fatear, exercitatus bellis aut tritus usu praeliorum: habuit tamen acrem animum generosamque audaciam, nec his minorem zelum misericordiâ succensum patientium tunc extrema Romanorum; quo in genere praeclara hodieque conscii memorant de impetu, quo alacer et ardens in rei gerendae occasionibus erumpere soleret, adversus quantumvis formidolosa intrepidissime prosiliens. tunc ergo condicta instante ad prodeundum die, tempestateque invitante idonea ad rem illis regionibus gerendam, expedivit se mature, promptumque ad iter Orientem versus se obtulit, ac simul pater eius Augustus senior proficiscendi signum dedit, alacritate minime degeneri ad id bellum se accinxit. cum primo igitur vere circa Paschales ferias egressus urbe est, exercitum ductans maxima ex parte barbaricae Alanorum militiae constantem, sed et non paucis simul Romanis copiis, sperans autem sibi obiter occursuras unaque iungendas conflatas nuper cohortes aliquot delectibus hic paulo ante habitis, veteres praeterea le-

τιλαν διάγοντι. ἐξῄει μὲν οὖν ἐν ἐλπίσι μείζοσιν, ὡς ἐννοεῖν πολλοὺς ἦν, καὶ διὰ ταχέων τοῖς τῆς ἀνατολῆς ἐφίστατο μέρεσι, Μαγνησίᾳ δὲ τῇ κατὰ τὸν Ἕρμον προσοικήσας ἐκεῖθεν κατὰ τῶν ἐχθρῶν συνέταττε τὰς δυνάμεις ὡς πολεμησειούσας αὐτίκα ἦν που φανεῖεν. τέως δέ γε καὶ ἀποστολὰς ἐποιεῖτο, καὶ προσβάλλοντες κατὰ λόχους ἠχμαλώτιζον, καὶ σκύλοις τῶν πολεμίων οἱ ἡμέτεροι ἐνετρύφων. τὸ δὲ προφανῶς εἰσβαλεῖν οὔτ' αὐτοῖς ἦν ἀσφαλές, χρωμένων τοῖς ὀχυρώμασι τῶν ἐχθρῶν, οὔτ' ἐκεῖνοι παρεῖχον, ἅπαξ κατὰ φήμην τὴν βασιλέως ἀνασταλέντες καὶ γε τοῖς ἐρυμνοτάτοις τῶν ὀρέων ἐνδύντες. βασιλεὺς δὲ καιρὸν ἐζήτει τὸν εἰς τόλμην σφᾶς ἐπάξοντα, ὥστε καὶ τῶν μυχῶν ἀνακύψαι καὶ προσβαλεῖν ἐθέλειν. καὶ μόλις ἐφειστήκει, (18) ὅτε P 215
δὴ καὶ ἅμα κατ' αὐτὸν οἱ πολέμιοι γεγονότες, καὶ συνταχθέντες εἰς πλῆθος ἄπειρον, ἐθάρρουν καὶ αὐτοῖς τοῖς περὶ τὸν βασιλέα σὺν μεγάλῳ καὶ ἐμβριθεῖ ἐπιέναι φρονήματι. ἀγγελθὲν δὲ βασιλεῖ ὅτι τε κατὰ πλῆθος συνέστησαν οἱ πολέμιοι καὶ ὅτι μήπω θαρροῦντες προσβάλλειν γνωσιμαχοῦντες μένουσι, βουλὴν βουλεύεται ἐφ' ᾧ μὴ ἀναμένειν τοὺς ἐπιόντας, ἀλλ' αὐτοὺς ἐπιέναι B
σφίσι καὶ ἐμπεσεῖν μή πω θαρροῦσι τὴν συμπλοκήν, ὡς ἂν ἅμα μὲν καταπλήξαντες ἅμα δὲ καὶ τὴν τῶν θαρρούντων ἑαυτοῖς

giones in illis ad quas tendebat provinciis militantes. unde confidens numeroso coactis omnibus et praevalido se praefuturum exercitui, spe plenus optima pergebat, ac sic celeritate magna Orientales tractus attigit. stativis autem delectis apud Magnesiam ad Hermum sitam, inde instruxit in hostem copias, cupidas quidem, ut apparebat, manus conserendae, sicubi Persae apparerent. at illi fama perculsi novi magnique exercitus, quem imperator praesens ductaret, continebant se intra munitiones nec pugnae faciebant copiam. Michaël ut eos eliceret, validas huc illucque misitabat manus; quae et interceptos ex insidiis subinde quosdam hostium captivos abducebant. alebaturque modicis hisce successibus et gustu spoliorum ac praedae sic partae alacritas nostrorum, augescente pariter terrore hostium, adeo ut non parum remissa, metu imperatoris, fiducia priore, intimis se latebris abruptissimorum conderent montium, inhiante frustra interim Michaële occasioni praelii, voventeque ut aliquando prodire latibulis auderent et campo ad aequum certamen se credere; id quod illi vix tandem contigit, (18) quando scilicet ultro ad ipsum hostes accedentes, digestoque in aciem innumerabili exercitu, magnis animis et minaci confidentia prae se iam ferebant haud dubitaturos in ipsum quantisvis succinctum copiis imperatorem irruere. audito per exploratores Michaël convenisse quidem hostes numero ingenti, nondum expedire tamen impetum; quin apparere cunctari rursum illos et sibi diffidere inceptique horrore titubare, consilium momento expedit sane generosum, non expectandi dum priores ad sese venirent Persae, sed praeoccupandi strenue deliberabundos adhuc dubiosque sententiae; quo statu tanto magis citiusque percellendi viderentur improvisa audacia exercitus in ipsos undique vi summa incurrentis, cui pares sustinendo non futuros verisimillima spes

ὑπόνοιαν θέμενοι πράξωσί τι γενναῖον. ταῦτ' ἔλεγε, καὶ μόλις τοὺς ὑφ' ἑαυτῷ ἡγεμόνας ἔπειθε. καὶ γὰρ ἔτι ἦν καὶ τὸ Ἀλανικὸν ἀκμάζον, καὶ ἐν ἐλπίσι τοῦ εὖ σχήσειν ἦσαν, καὶ προεθυ-
C μοῦντο μεῖζον ἢ ὥστε δύνασθαι. ἐτέρωθεν δὲ καὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν πολὺ ἦν, καὶ οὐχ ἧττον καὶ τοῦτο τὰς ὁρμὰς παρεθήγετο ὑπὸ νέῳ βασιλεῖ στρατηγούμενον. καὶ ἦν ἐλπὶς τοῖς ὁρῶσι μεγάλων κατορθωμάτων καὶ παντὸς ἐπέκεινα σφάλματος. ἐπεὶ τοίνυν οὕτω βασιλεὺς μὲν ὥρμα στρατὸς δὲ ξυνώρμα, καὶ ἤδη ἐξιόντες προσέβαλλον μείζονι καὶ αἰεὶ νέῳ καθάπαξ τῷ λήματι χρώμενοι, καὶ ἤδη οὐ παρ' αὐτοῖς ἀλλ' ἐν αὐτοῖς ἦσαν τοῖς πολεμίοις καὶ
D προσβαλεῖν ἔμελλον, αὐτίκα, ὀστράκου φασὶ μεταπεσόντος, γνωσιμαχοῦσιν ἐκ δέους οἱ ἡγεμόνες καὶ ἐν ὑπονοίαις ἐγένοντο, οὐ δεδιότες ἐχθρούς, ὡς ἔφασκον, ἀλλ' ὑπὲρ βασιλέως φροντίζοντες δῆθεν. αὐτοὺς μὲν γὰρ καὶ μόνους λειφθῆναι μάχης οὐ τόσον δεινόν, βασιλεῖ δὲ συγκινδυνεύειν τὰ πράγματα καὶ λίαν παγχάλεπον εἶναι. μηδὲ γὰρ ἀραρότως καὶ ἀσφαλῶς τῶν ἐλπίδων πε-
E ριγενέσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ ἡττηθῆναι. πλῆθος γὰρ κἂν τοῖς

2. ἐφ' P.

affulgeret; adeoque magnae rei fortiter ac feliciter gerendae pretiosam in primis offerri occasionem. haec loquens aegre probavit ducibus Romanis quos secum habebat. cesserunt illi tamen veriti exercitus consensum cum imperatoris voluntate conspirantem. nam Alani magna spe successus sibi prosperrimi vigebant, ausurique ac conaturi etiam supra vires videbantur. aliunde Romanae copiae et conscientia multitudinis et praesentia imperatoris, eiusque florentis aevo iuvenilique robore, incredibiliter animabantur ad fortissime pugnandum ejus ductu. nec spectantes dubitabant quin praeclarae victoriae opportunitas, citra quodvis periculum offensionis belli, se offerret. cum eo sic imperator, sic ei consentiens exercitus, generoso impetu ferrentur, iamque omnes e vallo egressi procederent, crescenteque, ut fit, obiter audacia quo propius admovebantur discrimini, animis et alacritate ferociori minarentur, emensi quin etiam velociter intervallum medium non propinqui sed iuncti ac tantum non mixti hostibus forent, in proximo ipso denique procinctu ac quasi prima libatione praelii, ecce velut (quod aiunt) tegulae interlapsu inopinatissima conversio. metu correpti duces exercitus deliberare denuo et certare sententiis coeperunt. vereri eventum se aiebant nimis ancipitis negotii, nec sua scilicet causa formidare, sed consternari horrore discriminis, quo vitam ac caput imperatoris periclitari exitialiter cernerent. sui quidem ipsorum, utcumque in certam perniciem ruerent, tolerabilem putare iacturam; se solis praelio peremptis stare nihilominus posse rempublicam: imperatore simul absumpto summam rei statumque imperii pari casu videri prolapsura. insanum ergo esse tantam aleam temere iacere, uno illicio perincertae spei, cui contrarius fundatissimus metus non relinquat locum. "quid enim victoriam somniemus, tantum non iam victi? non videmus infinitam multitudinem aciei hostilis? num ignoramus et fortissimos et exercitatissimos bellis illic stare milites? quin et exploratam ipsis no-

ἐναντίοις εἶναι καὶ μάχης ἔμπειρον, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως θαρρῆσαν φανεροὺς ἐπιέναι, εἴπερ οὐκ ἤλπιζον τὰ μεγάλα. ἀνάπυστον δὲ καὶ τὴν βασιλέως φήμην σφίσι γεγενῆσθαι, δι' ἣν καὶ μᾶλλον ἓν δυοῖν εἰκὸς εἶναι ξυμβῆναι, ἢ φοβηθέντας ἐξ ἀσθενείας ἀναχωρεῖν ἢ θαρροῦντας ἐξ ἐλπίδος μεγίστης φαίνεσθαι. ὃ καὶ φοβητέον ἂν μᾶλλον εἶναι σὺν βασιλεῖ καὶ μὴ μόνοις καθ' αὑτοὺς P 216
ἰκνοῦσι. ταῦτα λέγοντες αὐτοὶ μὲν τῆς ὁρμῆς καθυφίεσαν πάντῃ, ὑπέκλων δὲ καὶ τὰς τοῦ βασιλέως ὁρμάς, καὶ ὕμα δεύτερος ἐπὶ πρώτῳ καὶ τρίτος ἐπὶ τούτῳ καὶ ἑφεξῆς, φόβους λέγοντες καὶ ὑπονοίας εἰδωλοποιούμενοι φοβερὰς, ὑποστρέφειν ἔπειθον, ὡς μήτε σὺν βασιλεῖ προσβάλλειν φαινόμενον ἀσφαλές, μήτ' αὐτούς γε μόνους καταθαρρεῖν τὸν πόλεμον· πάντα γὰρ δεύτερα ἐλογίζοντο τοῦ βασιλέα τε καὶ στρατὸν τόσον ἐν ἀσφαλεῖ γε περι- B
ποιήσασθαι. γίνεται τοιγαροῦν καὶ μὴ θέλων ὁ βασιλεὺς τῆς ἐκείνων βουλῆς, καὶ στρατὸς οὕτως ἔχων πλήθους τε καὶ παρασκευῆς μηδέν τι πράξας ὑπέστρεφεν. οὐ μὴν δὲ καὶ ἀκίνδυνα ἦσαν ἐντεῦθεν τοῖς τοῦ βασιλέως λαοῖς. ἅμα γὰρ ἀγγελθὲν τοῖς

stram perspicuamque cladem, si nos illis commiserimus, ista eorum ipsa quam videmus audacia loquitur. nunquam qui prius latuerant tam fidenter prodirent, nisi certa spe magni successus incitarentur. nihil ipsos latet rerum nostrarum. de imperatore qui contra ipsos veniat, eiusque copiis ac potentia cuncta distinctissime novere. talis indicio famae plenissime edoctos et suarum vicissim conscios virium alterum duorum oportait facere, aut intellecta ex comparatione infirmitate propria conflictum declinare, aut indidem concepta minime dubia fiducia magnae cladis nostrae ingentisque victoriae ipsorum alacres ad certum praemium, prout faciunt, accurrere, eventu eo iustius nobis formidando, quo, ut dictum est, caput ipsum et Augustam personam imperatoris, eidem nobiscum periculo captivitatis aut necis implicitam cernimus." talia memorantes cum suum ipsi cursum in hostem inhibuere, tum incitatam Augusti Michaëlis generose in praelium ruentis alacritatem sufflaminarunt. ubi enim secundus super primum, et duobus tertius, hisque invicem supervenientes plures eadem illa tristia terrorum spectra monentes et revocantes obiectarent, concusso proposito princeps iunior recedendi secumque retro exercitum trahendi obtrudi sibi consilium passus est; ignavis praesertim, minus iam dissimulata turpi formidine, palam profitentibus nec se una cum imperatore pugnare velle propter eius periculum, nec solos illo subducto, quoniam se impares potentiae hostium nossent, et reipublicae interesse scirent non modo Augustum ipsum sed Romanum etiam exercitum supremo exitio subtrahere; quae utraque res, pro sui gravissimo momento cunctis praevertenda, confici aliter nequiret quam imperatore se ac universas pariter Romanas copias in tutum recipiente. his importunissima inculcatis instantia suasionibus, iuvenis imperator, utcumque invitus, cessit; et exercitus numero et apparatu nulli non quantumvis arduae aggressioni par inglorius omni re infecta castris est redditus. luerunt statim atrocibus suis damnis eius militaris flagitii perniciem omnes imperio subiecti populi, sublata inde securitate omni diris cladibus expositi. simul enim nuntia-

Πέρσαις ὡς ὑποστρέψαι ὁ βασιλεύς, καὶ θάρρος λαβόντες μεῖζον πᾶσαν ἐκείνην τὴν γῆν κατατρέχουσι, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν τοῦ Μαι-
C νομένου κάμπον ἐκθέουσι. καὶ πολλὰ μὲν τοὺς ἐκεῖ θράσαντες χαλεπά, πολλὴν δὲ λείαν περιβαλόμενοι, ἐν τροπαίοις Ῥωμαίοις ὑπέστρεφον. οὐ μὴν δὲ ὥστε καὶ καθυφεικέναι τοῦ θράσους ἐν- 5
τεῦθεν, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον κατολιγωρήσαντες τῶν περὶ τὸν βασιλέα πραγμάτων φανερῶς ἐπὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐστρατοπεδεύοντο.
D καὶ βασιλεὺς μὲν ἐπὶ Μαγνησίας ἐγκέκλειστο, οἱ δὲ πολέμιοι ὅσημέραι περιερχόμενοι τὰ μέγιστα ἔπραττον. καὶ ὁ λαὸς ὁ μὲν κατεσφάττετο ὁ δ' ἀπανίστατο φθάνων, καὶ οἱ μὲν πρὸς νήσους 10
τὰς ἐγγιζούσας οἱ δὲ πρὸς τὴν δύσιν διαπεραιούμενοι διεσώζοντο. ἦν δ' ἐντεῦθεν Πέρσαις καὶ ἡ ἐπὶ τὰ ἐντὸς προσχώρησις εὐμαρής, προοδοποιουμένοις οἷον ταῖς τῶν προσχώρων ἀναχωρήσεσιν, ἔχουσι δὲ καὶ τῶν ἐπιτηδείων αὐτάρκως ἐκ τῆς τῶν ἀναχωρούντων περιουσίας. 15

P 217 19. Τότε καὶ οἱ περὶ τὸν βασιλέα Ἀλανοὶ νόστου ἐμέμνηντο, καὶ ἀπολύειν σφᾶς βασιλέα πρῶτον μὲν ἱκέτευον, ἔπειτα δὲ καὶ κατήπειγον. ἐπὶ χρόνον γὰρ καὶ προσταλαιπωρεῖσθαι, ὥστε δεῖν αὐτοῖς καὶ ἀνέσεως ἀήθεσιν οὖσι πολέμων ἐπὶ τοσοῦτον πολυημέρων· αὐτοὺς γὰρ Νογᾷ συστρατεύοντας, κατὰ πόδας 20
B τοῖς ἀντιπάλοις συμπλεκομένους, ἐπ' ὀλίγον μάχεσθαι, καὶ τὰ

tum est Persis ita ignave ac turpiter imperatorem recessisse, sumpta longe supra priorem licentiam quidlibet iam audendi confidentia, regiones limiti propinquas illas universas incursarunt, usque ad ipsum quem vocant Maenomeni campum populando vastandoque obvia cuncta progressi; ac eius incolis loci multis illatis malis, multa onusti praeda, positis de Romanis tropaeis, reversi domum sunt. nec vero de concepto ex tali successu fastu quidquam deinde remiserunt: quin potius magis deinceps magisque spreto imperatore castrisque Romanis, et unice cuiusvis inde impendentis ipsis securi metus, palam iam et confidentissime castra metabantur in terris Romanorum. et imperator quidem conclusus intra Magnesiam stabat, hostes autem quotidie circum vagantes res maximas agebant. infelix autem populus partim trucidabatur, partim diram necem fuga miserabili praevertebat. et hi quidem in vicinas insulas, alii usque in tractus Occiduos, mari traiecto, saluti consultum ibant. ex quo Persis progressus in mediterranea Romanarum regionum facilior contigit, ipsis qui domo relicta fugiebant viam insequenti hosti monstrantibus, habebant autem affatim annonae ac commeatuum, potiti cellis horreisque plenis colonorum sedes copiasque familiares metu mortis deserentium.

19. Tunc et Alani, quos imperator habebat secum, desiderare reditum eo unde venerant coeperunt. missionemque ab Augusto primum orando impetrare, mox flagitando minandoque extorquere tentarunt. allegabant diu se tolerasse militiae labores; quare indigere remissione, quod assueti non essent longo tempore continuatis castrorum aerumnis, soliti antea sub Noga cito acie decernere et post brevem praelii aleam quiescere, com-

πράγματα καθιστάντας τὸ λοιπὸν ἐν ἀνέσει τε καὶ τρυφῇ διαζῆν, ἐπὶ τοσοῦτον δὲ κατατρύχεσθαι μάχαις καὶ ἐκστρατείαις μήτ' εἰδέναι μήτε μὴν δύνασθαι. ταῦτα λέγοντες δῆλοί τε ἦσαν ἕτοιμοι ὄντες ἀναχωρεῖν καὶ βασιλέως μὴ ἀφιέντος, καὶ τοῖς ἐπισχεῖν ὡρμημένοις ἀντιστῆναι. ταῦτα μὲν μαθὼν βασιλεύς, καὶ πολλῶν ἀβουλήτων ἑτέρων αὐτὸν περιστάντων — καὶ γὰρ ἔνθεν μὲν ὅσον ἦν περὶ αὐτὸν Ῥωμαϊκὸν μάχιμον, πεπυσμένοι περὶ τῶν σφῶν οἰκιῶν κειμένων ἤδη εἰς ὄλεθρον, ἀφέντες τὴν περὶ τὸν βασιλέα στρατείαν ἀνεχώρουν, τὰ ἑαυτῶν ἕκαστος περιποιησόμενος· ὁ τούτου τε θεῖος ὁ Ἀσὰν ἐτεθνήκει, ὁ δ' ἕτερος θεῖος αὐτοῦ Μιχαὴλ ὁ δεσπότης νόσῳ περιπεσὼν ἀνεχώρει καὶ αὐτὸς πρὸς τὰ οἴκοι, καὶ τὸ πᾶν ἦν ἐν τοῖς Ἀλανοῖς. τὸ μὲν βιάζεσθαι σφᾶς καιρὸν οὐκ εἶχεν, ὅμως δὲ κατεῖχεν ἐκείνους ἐπὶ ῥητῷ τριμηνιαίῳ καιρῷ ἐφ' ὁμολογίαις ἐν ὅρκοις, ἢ μὴν ἢ ἱκανοῦν ῥόγαις ἢ ἀπολύειν ἐντεῦθεν, ἐλπίζων διὰ τῶν πρὸς τὸν πατέρα καὶ βασιλέα γραφῶν τε καὶ μηνυμάτων πόρον ἐπὶ τούτοις σχεῖν ἢ μὴν χρημάτων ἢ καὶ βουλῆς. βασιλεὺς δὲ μαθὼν ἐν φροντίδι ἦν τοῦ καὶ τῷ υἱῷ περιποιεῖν τὰ προσήκοντα καὶ τῷ ἔθνει τὰ ἀναγκαῖα ἐξι-

4. ὑφιέντος P.

positis e sententia rebus, fructumque victoriae quiete secura ac deliciis gustare. tanto vero spatio atteri pugnis et fatigari militaribus excursionibus nec scire nec valere. haec ita loquebantur, ut satis appareret paratos eos ad recedendum etiam non permittente imperatore, et si qui obstare conarentur, vi et armis ulciscendum. id Michaël Augustus intelligens, multis simul aliis contra quam vellet undecumque accidentibus commovebatur. nam hinc, quantum habebat fortium militum Romani generis, dilabi quotidie videbat; nec teneri poterant quin auditis tristibus undique affluentibus nuntiis, qui suas cuique domos aut iam ab hoste direptas aut a vi et incendio proxime periclitantes indicabant, consternati suppetias accurrerent, insalutato imperatore deserentes castra, caritate familiarium verecundiam disciplinae ac religionem sacramenti militaris eluctante. praeterea imperatoris avunculus Asan in illa militia diem obierat. alter etiam avunculus, Michaël despota, morbo correptus curationis causa secesserat domum. hinc totum castrorum robur situm in Alanis erat; quos omnino abire volentes vi coërcere haud valebat. arte tamen et blanditiis verborum trimestre cum ils morae spatium aegre pactus est, iureiurando confirmans se aut ipsis curaturum isto intervallo pensiones perpetuas, quibus in omnem deinde vitam commode agerent, aut, si minus id posset, rite dimissurum. per has velut indutias sperabat impetraturum a patre, ad quem plurimas eius sententiae literas crebrosque alium super alium nuntios missitabat, facultatem ut sibi aliquam Alanorum retinendorum provideret vel pecunia submissa vel consilio aliquo ad id utili suggesto. et ingressus senior Augustus in eam serio curam est, subministrandi filio ea quibus egeret, in primisque conferendi nummorum caeterorumque praemiorum quantum erat necessarium ad gentem avaram

κανοῦν· οὐδὲ γὰρ ὅλως ἀσφαλὲς ἔκρινεν ἀναχωρεῖν ἐκείνους ἐκεῖ-
P 218 θεν. ἀλλ' ἐν τούτοις ὄντος, ἔνθεν μὲν τὰ τῆς ἐκκλησίας ἄρ-
χονται καὶ αὖθις ταράσσεσθαι, ἔνθεν δὲ τὰ περὶ τὰ τῇδε μέρη
ξυμπίπτειν δεινά, περὶ ὧν ἐσαῦθις ῥηθήσεται. καλὸν δὲ συνει-
ρειν ἐς τέλος τὰ τῶν Ἀλανῶν, εἰ κἀκεῖνα ἐν τῷ μεταξὺ ξυμβεβή-
κει, ὡς ἂν ἡ περὶ τούτων ξύμφρασις συνεχὴς ᾖ.

B 20. Ἐνεσχολακότος τοιγαροῦν τούτοις ὡς ἀναγκαίοις τοῦ
βασιλέως κύκλῳ τὰ δεινὰ περιέστησαν, ὡς ἐκεῖ μὲν ἄλλους εἶναι
τοὺς τὴν Ῥωμαίων κακοῦντας, ἐνταῦθα δ' Ἀμούριον καὶ Λα-
μίνσην καὶ Ἀτμᾶνα καὶ μυρίους ἄλλους τοὺς ἐπιόντας. οὕτω τοῦ
τριμηνιαίου κατατριφθέντος καιροῦ Ἀλανοὶ καὶ ἄκοντος βασιλέως
ἀναχωρεῖν ὥρμων. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς διὰ ταῦτα, ἐπεὶ οὐκ εἶχεν
ἐν Μαγνησίᾳ καὶ ἔτι καθῆσθαι (οὔτε γὰρ προσβοηθεῖν εἶχε τοῖς
C κακουμένοις, καὶ ἀνία ἦν μὴ ἰσχύοντι, μυρία δὲ καὶ ἀπὸ τῶν
ἐχθρῶν προσεδοκᾶτο ἢ ἐπιμώκησις, ἄλλως τε δὲ καὶ περὶ ἑαυτῷ
ἐδεδοίκει τῶν ὅλων ἀνεστατωμένων), ἔγνω καὶ αὐτός, πλὴν ἀφα-
νῶς, ἀναχωρεῖν, ἔνθεν μὲν τοὺς τῶν ἰδίων ὀφθαλμοὺς ὑποκλέ-

deliniendam tenendamque: nec enim sine magno et filii et reipublicae periculo putabat recessum inde Alanorum posse contingere. sed his illum intentum incommodissime interpellarunt novae acresque solicitudines, primum a rebus ecclesiae, quae turbari denuo coeperunt, deinde ex increbescentibus nuntiis cladium calamitatumque atrocium, quibus opprimi nunc hanc nunc illam Romanae ditionis, etiam urbi et sedi imperii paene contiguae, partem subinde ferebatur; de quibus cladibus agemus postea distinctius. nunc enim uno loco absolvere quidquid Alanos spectat, sepositis tantisper, quae incurrerunt dum id negotium traheretur, eventis, videtur ad perspicuitatem narrationis aliquanto commodius.

20. Aversa igitur, ut dictum est, senioris Augusti attentione a periculo Michaëlis filii ad curas dilationem haud ferentes indicatarum in horas singulas trepidis undique nuntiis necessitatum gravissimarum, quae regiones urbi circumsitas urgerent, hinc Amurio, illinc Laminse, inde Atmane, denique innumeris aliunde aliis irrumpentibus, contigit exire diem trimestrium indutiarum cum Alanis a Michaële pactarum, antequam pater eius, iis quae dixi occupatus, expedire quidquam idonei subsidii consiliive potuisset. tunc enimvero nihil sibi expectandum ulterius Alani rati proficiscendi, quantumvis invito imperatore, irrevocabiliter impetum cepere. tali deprehensus rerum articulo Michaël, ereptam sibi omnem et causam et commoditatem videns Magnesiae amplius haerendi, nec se parem sentiens aut invidiae ferendae querentium se destitutos, opem ab eo e vicinia poscentium miserrime oppressorum a Persis impune volitantibus Romanorum, aut proprio dolori, quo illum intime urebat conscientia impotentiae obsistendi hostibus suosque extremo laborantes protegendi, ad haec providens sibi mox Alanorum praesidiis nudato intolerabilia imminere circum insultantium ludibria hostium, non sine periculo propriae quinetiam libertatis ac vitae in tam desperata confusione rerum illic omnium, decrevit et ipse inde recedere, caeterum tam occulte, ut et suorum in-

ψας, ἐκεῖθεν δὲ τὰς τῶν ἐχθρῶν ὑπονοίας παραλογισάμενος. ὅθεν καὶ ὑπὸ νυκτὶ καὶ χειμῶνι ἐκεῖθεν ἀναχωρεῖ. ἀλλ' οὔτε τοὺς ἰδίους ἔμελλε λήσειν εἰς τέλος, οὔτε μὴν τοὺς ἐχθροὺς ἐν παντελεῖ καταστῆσαι ἀγνοίᾳ τοιαῦτα ποιεῖν βουλόμενος. χρᾶται γοῦν διὰ μὲν τοὺς ἰδίους νυκτί, διὰ δὲ τοὺς ἐχθροὺς χειμῶνι, D οὕτω ξυμπεσόν. ὅσοι τοιγαροῦν εὔζωνοί τε καὶ πρὸς τὸ φεύγειν προητοιμάσθησαν, τότε συνειλούμενοι τῷ στρατῷ πεζῇ καὶ βάδην, ἄνδρες συνάμα γυναιξὶ καὶ νηπίοις, παρ' ἱππεῖς ἐσπουδασμένως φεύγοντας ἔτρεχον, καὶ ὅσον μὲν τὸ εὐτονοῦν ἦν, ὡς εἶχον, δρόμῳ καὶ πόνῳ τὴν σφετέραν ὠνοῦντο ζωήν, οἱ δὲ λοιποὶ οἱ μὲν ἐξαπορούμενοι καθυφίεσαν καὶ πόνου καὶ δρόμου, οἱ δὲ P 219 παρὰ δύναμιν συνωθούμενοι ἔπιπτον ἐν τῷ μεταξύ, καὶ οἱ μὲν τῷ χειμῶνι ἐναπέψυχον, οἱ δὲ καὶ συνεπατοῦντο. καὶ ἦν τότε πόνος ἀλεγεινός, τῶν μὲν ἐχθρῶν ἐγγύθεν προσκαθημένων καὶ ἡμιέναις ταῖς παρ' αὐτοῖς πυραῖς δήλων ὄντων καὶ ἐπιδραμουμένων, εἰ θέλοιεν, ἄλλων δὲ τῶν μὲν ἀπορίᾳ καὶ ἰσχύος ἐνδείᾳ, τῶν δὲ χειμῶνι, τῶν δὲ καὶ φόβῳ, ἔστι δ' οὗ καὶ ταῖς παρ' ἀλ- B λήλων συμπατήσεσι κινδυνευόντων, πολλῶν δὲ καὶ ἐξ ἐφόδου με-

5. *νυκτί* deerat.

time observantium oculos, suspiciones etiam hostium falleret. nocte igitur, et quidem imbribus foeda, itineri fugiens se dedit, sperans beneficio tenebrarum suis, inclementia tempestatis hostibus omnem sui discessus cogitationem adempturum; quae tamen spes illum fefellit. nec enim Romanos ad extremum, ac ne hostes quidem, tam intempesta licet hora ac tam insuspicabili tempore, sese proripere parans latuit. igitur ex his qui erant Magnesiae Romanis, cognita imperatoris fuga, quotquot expediti et ad fugiendum parati reperti sunt, immiscentes se quantum poterant agmini militum, viri pariter et mulieres cum parvulis, pedites omnes, quam incitatissimo poterant gressu, praecurrentes equites assectabantur. ac quibus vigor et anhelitus ad cursum peragendum abundavit, ii sane omnes contentione ac sudore vitam emerunt. reliquorum pars defecti animis et viribus remiserunt cursum, pars conantes supra quam possent medio nisu conciderunt. nonnullos vis tempestatis et frigus extinxit. quosdam subsequentes conculcarunt. et erat aerumnose anxius in illo discrimine satagentium labor, in urgentium undique vicinia malorum vitabunde ac formidolose se circumagentium. quos miseros simul cavere oportebat ne nocturna trepidatione fugae confusissimae turba suorum effuse ruentium deilcerentur, mox equorum ungulis conterendi, simul providere ne in manus inciderent hostium, quorum viciniam ignes crebri ex utroque viae latere monstrabant, signa non dubia barbarorum non castra solum illic aut stationes habentium, sed etiam attentorum ad id quod agebatur, et in fugaces impetum facere, si vellent, valentium. centum fere animas illo discrimine nocturni cursus perlisse creditum est, quas aut destitutio virium aut vis saeva tempestatis aut terroris quo consternabantur vehementia aut

τόπισθεν κατασχεθέντων. γέγονε ταῦτα, καὶ περί που ψυχὰς ἑκατόν, ὡς ἡ πίστις εἶχε, συνέβη κινδυνεῦσαι. αὐτοὶ δὲ μόλις καὶ ἀσυντάκτως σπεύδοντες τὴν Πέργαμον αὐτονυχεὶ ἐν πλείστῳ πόνῳ καταλαμβάνουσιν.

C 21. Ὑπὸ μέντοι χρείας καὶ κακῶν ὅσα τοῖς ἀνωτέρω Περ- 5
γάμου ἐφίστατο ἀνέδην ἐπιόντων σφίσι Περσῶν, οὐδεὶς ἦν ἐκείνων ὅστις εὔελπις ἐπὶ τοῖς ἰδίοις καθῆστο, ἀλλ' εὐθὺς ἀνάγκης ἐπιπεσούσης ἀπάρσεως ἐμέμνητο πάντες, οἱ μὲν μέχρι καὶ αὐτῆς Περγάμου καὶ ἐνδοτέρω περί που τὴν τοῦ Ἀτραμυτίου περίχωρον, οἱ δὲ καὶ ἐγγὺς θαλάσσης περὶ τὴν Λάμψακον· οἱ δὲ 10
D πλείους τὴν ἀντιπεραίαν κατελάμβανον, διαπεραιούμενοι τὸν Ἑλλήσποντον. ἄλλοι δὲ καὶ περαιτέρω προεληλύθεισαν διὰ τὸ φόβοις κατασεισθῆναι μεγίστοις καὶ τὴν ὑποστροφὴν ἀπεγνωκέναι τέλεον. καὶ προαπανίσταντο παντὸς βράδους εἰς κίνδυνον ὑπονοουμένου μείζω πάσης ἀσφαλείας. καὶ τὸ χείριστον, ὅτι τοὺς 15
τῶν προαπαιρόντων βίους οἱ ἐκ παρόδου καταλαμβάνοντες, δεύτεροι τούτων εἰς φυγὴν τρεπόμενοι, οὐδὲν ἧττον καὶ ἀπόρως εἶ-
P 220 χον τῶν ἰδίων στερούμενοι. καὶ τὸ πρᾶγμα ποταμῶν ἔδοξεν

mutua detrusio ac conculcatio neci dederit, aut retro relictas, quod aequare festinantium impetum nequirent, incurrentes barbari servituti subiecerint. Augustus cum suis reliquis concitatissimo et confusissimo cursu, labore plurimo, vix tandem ipsa nocte Pergamum tenuit.

21. Assidue igitur ingruentibus malis per nullo iam metu cohibitas incursiones Persarum in omnes Pergamo superiores Orientalis limitis tractus, nemo illic fuit qui confideret se tutum domi suae posse consistere, sed omnes procincti ad fugam stabant, et ut prima quaeque aura increpuerat adventantis manus hostilis, statim relictis laribus abibant, recedentes alii Pergamum aut interiores eo terras usque ad viciniam Atrammytii, quidam et usque ad mare circa Lampsacum. at plerique omnino diffisi continenti in adversam Europae oram, traiecto Hellesponto, ex Asia transibant. quin nec ibi alii se securos rati ulterius quoque processerunt, maximo quo agitabantur metu suspectum illis reddente quodcumque tenuerant perfugium. nec retardabat respectus patriae, in quam reditum plane desperaverant. fiebat autem ista fuga concitatissima festinatione cursus, ad quem calcar addebat imago insidens periculi et vicinioris et maioris quam ut ullam relinqueret territis securitatis partem. erat autem miserrimum spectaculum, videre, cum alii post alios fugerent, incurrere obiter, qui posterius transibant, in desertas a primis domos cunctis refertas bonis; quibus tamen frui nequibant, extrusi necessitate fugiendi et appulsu continuo aliorum diversoriis iisdem utentium ad brevem dumtaxat requiem, qua vires reficerent ad fugam ulteriorem. qua enim necessitate suas prius domos congesta redundantes copia reliquerant, etiam istas obiter repertas et pariter instructas relinquere cogebantur, inter divitias inopes et saepius miseri, quoties videlicet praesentibus avellebantur bonis et ultro dimittebant paratas opes, metu saevo perniciei atrocis frui prohibente. eratque res non absimilis in pronum

ῥεῦμα, ὃ οὔτε τὸν ἴδιον ἔχειν τόπον παρὰ τῶν ἐπιόντων συγχωρεῖται, καὶ ὃ τέως κατειληφε, ταχέως ἀφίησιν ἐξωθούμενον, καὶ τέλος ἀστατοῦν καὶ πανταχοῦ φέρεται καὶ οὐδαμοῦ μεμένηκε, πᾶσιν ἐπιβάλλον καὶ οὐδέ τισι περικλειόμενον. κτήσεις δ' ἐκεῖναι καὶ οἰκίαι, ἔργα σπουδαίων ἀνδρῶν, εἰς οὐδὲν ἐλογίζοντο, ὅπου γε καὶ αὐτῶν τῶν ἐπιτηδείων καὶ κατὰ χρείαν ζωῆς ἀναγκαίας καὶ τούτων κατολιγωροῦντες, ἄποροι καὶ γυμνοὶ καὶ ἀνέστιοι, ὅπῃ ἑκάστῳ εἰς σωτηρίαν ἔδοξεν ἀσφαλές, ὅλῳ ποδὶ ἀνεχώρουν, μόνοις ἄστρασι τὰ ἑαυτῶν ἐκμετρούμενοι.

22. Τότε καὶ Ἀλανοῖς ἀφεμένοις τῆς περὶ τὴν στρατείαν ὑπηρεσίας, τοῦ συγκειμένου διανυσθέντος καιροῦ, διαπεραιοῦσθαι τὸν κατὰ τὴν Καλλίου πορθμὸν ἔδοξε, καίτοι βασιλέως ἐντεῦθεν κατὰ πολλὴν σπουδὴν καὶ πέμποντος τὰ φιλοτιμήματα καὶ πειρωμένου ἐμποδὼν ταῖς διαπεραιώσεσιν ἵστασθαι, ὥστε καὶ ἱκανὸν λαὸν προσαποστείλας ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ Ῥαοὺλ Ἀλεξίῳ, ὃν ἐν ἀκμῇ ἡλικίας ὄντα ὁ δεσπότης Μιχαὴλ γαμβρὸν ἠγάγετο, τῆς δεσποίνης Θεοδώρας ζηλωτὸν ἐκτόπως ποιούσης τὸ κῆδος, τοῦτον ἐξαποστείλας ὁ βασιλεὺς σὺν δυνάμει πλείστῃ πρῶτον μὲν κωλύειν προσέταττε τὴν διαπεραίωσιν, εἰ

labentium fluxui amnium; quorum undae priores, quem attigerunt locum, tenere proprium nequeunt, propulsae inde superventu aliarum pone ruentium. sicque omnes irrequiete iactantur, semper inde repulsae quo appulerint, eo impulsae unde mox reflecti sit necesse; omnia tangentes, nihil tenentes, nullo clausae limite, nullo in litore vagae instabilitatis finem reperientes. possessiones vero illae ac domus claraque opera praestantium artificum nihili reputabantur. quod minus erat mirum, cum ipsa victui necessaria copia frugum et rerum apparatus usui corporis opportunus, utcumque se oggerens, respueretur a consternatis terrore necis aut barbarici servitii; quos inopes, nudos, sine lare ac tecto errantes, passim videres concitatissimo passu currere quo salutis in tuto collocandae spes quemque invitaret, caetera coelesti permittentes providentiae.

22. Tunc Alani soluti officio militiae, quod spatio pactae in trimestre morae sine promissorum exhibitione praeterito liberatam fidem suam arbitrabantur, fretum ad Callipolim traiicere decreverunt. contra imperator retinere illos conabatur, missis Constantinopoli sedulitate magna ministris idoneis, qui et blanditiis verborum et delinimentis munerum barbaros, quantum possent, a transfretandi consilio revocarent. ac metu ne non id satis efficax obstaculum invisae ac formidatae sibi abire cupientium traiectioni foret, destinavit eodem, quo vim suasionibus misceret, sat magno copias numero, imposito ipsis duce magno domestico Alexio Raüle, quem constitutum in aetatis flore Michaël despota generum adsciverat, ardentibus ad id impulsus studiis officiisque Augustae Theodorae, quae nihil artis industriaeque omiserat in ea sibi vehementissime desiderata affinitate peragenda. huic misso imperator cum plerisque imperii copiis dedit in mandatis, primum quidem ut allegatis ad Alanos hominibus tractandi peritis, argumentis precibusque conaretur eorum transitum

δ' οὐ πείθοι λέγων καὶ τοὺς ἀπεροῦντας προσαποστέλλων, ἀλλ' οὖν διαπεραιουμένους καὶ ἵππους ἀφαιρεῖσθαι καὶ ὅπλα· μηδὲ γὰρ δίκαιον εἶναι συνόλως πρὸς τὰς τῶν βασιλέων διαπειθοῦντας προστάξεις, καὶ μὴ θέλοντας συμπαρεῖναι βασιλεῖ, οὓς ἐπ' αὐτὸ
P 221 τοῦτο καὶ προσηγάγετο, ἵππων ἐπιβαίνειν καὶ ὅπλοις χρῆσθαι οὕς τε τοὺς οἰκείους ἀφελόμενος σφίσιν ἐδίδου, καὶ ἃ παρέχων αὐτὸς γυμνοὺς καὶ ἀνόπλους ὄντας ἱκανῶς ὥπλιζεν. ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς οὕτως ἐκέλευε, καὶ ὁ ἐπὶ τούτῳ σταλεὶς οὕτω τοὺς τοῦτ' ἐροῦντας ἀπέστελλεν· οἱ δὲ ἅπαξ ἀφηνιάσαντες, συμπλέκοντες καὶ προφάσεις ὡς ἐπὶ χρόνον ταλαιπωρήσαντες οὐχ οἷοί τ' εἰσὶ παραμένειν καὶ ἔτι, ἀλλ' ἀνέσει δόντες μετρίᾳ πάλιν ἀπο-
B στραφήσονται, ταῦτ' ἀπολογούμενοι πρὸς ἐκείνους τὸν πορθμὸν διεπεραιοῦντο. πλὴν κἀκεῖνοι τὴν ἐφ' ἑαυτοὺς ἐγχείρησιν ὑποτοπάσαντες οὔτ' ἀνὰ μέρος ἐπέρων, οὔτ' ἐπὶ τὸν συνήθη τῆς ἀποβάσεως τόπον, ὅπου καὶ κατὰ προσδοκὰς ἵσταντο διεφέξοντες τῷ τέως, ἀπέβαινον, ἀλλ' ἅμα πολλὰς φορτηγοὺς κατασχόντες καὶ ἐμπλησάμενοι ἐδοχμίαζον τὴν ἀπόβασιν, καὶ ἅμ' ἀπέβαινον
C καὶ ἅμ' οἱ πλείους ὡπλίζοντο, πλὴν οὐκ εἰς φανερὰν μάχην ἀλλ' ἐφ' ᾧ μόνον ἑαυτοῖς περιποιῆσαι τὴν τῆς δοκούσης ἀτιμίας ἀπό-

impedire: sin frustra in hoc essent officia omnia verborum, et missi dissuasores nihil proficerent, saltem illis, antequam traiicerent, equos eriperet et arma. per enim iniquum esse, nec ulla ratione tolerandum, barbaros post nomen datum militiae Romanae obtemperare imperatoribus praefracte renuentes, nec sibi adesse dubio suo tempore volentes, quos magnis ad hoc ipsum in illorum misera fortuna beneficiis auctorasset, abire etiam onustos opima praeda, equis invectos instructosque armis quae ipsis imperator, quem desererent, inermibus et inopibus, propriis detracta militibus attribuisset. haec erant ad Raülem Andronici mandata. quibus ille obsequens, qui talia ediceret Alanis misit. at hi mordicus haerentes dudum capto consilio, certique, quod semel excussissent fraenum, numquam amplius recipere, praetextus nectebant, excusantes haud se plene ab imperatoris militia recedere, sed sibi necessariam post nimis diu continuatos expeditionis labores brevem requiem captatum seorsum ire, mox refectis per eam viribus ad Augusti signa redituros, tunc arma et equos quae accepissent cum propriis corporibus iterum in obsequia Romanorum impensuros, quae ideo sibi relinqui aequum esset. haec simul allegabant, simul parabant usurpabantque transmissionem freti, non illi quidem una omnes palam aut eodem universi loco (verebantur enim, si hoc agerent, ne impetum in eos Romanus exercitus faceret) sed per manus dispersi et clam, ex quibus trafici non erat solitum, aversis a conspectu litoribus solventes; per quae dispositis agminibus, occasiones transfretandi expectabant, arripiebantque simul se obtulerant. quam ad rem onerariis multis occupatis, occulte illas complebant, variisque praetextibus dimittebant, obliquis simulationibus re ipsa occupantes facere id ipsum in quod eblandiri Romanorum obstantium assensum obnoxie conari videbantur. idque dum maxime sic clanculum administraretur, magna ipsorum

ὁρασιν. ἀλλ' ἑκατέρωθεν καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν μέγαν δομέστικον, θέλοντές τι πρᾶξαι καὶ γ' ἀτιμίαν καὶ αὐτοὶ ἐκφυγεῖν τὴν δόξῃ διιλίας ἐπιτρίβεσθαι σφίσι μέλλουσαν, ὡπλίζοντό τε καὶ τῶν ἵππων ἐπέβαινον. φιλονεικία καὶ μάχη τις φυλετικὴ συνερρήγνυτο· εἰ γὰρ καὶ γένει διέφερον τὰ στρατεύματα, ἀλλ' οὖν ὑπὸ μίαν ἀρχὴν τὴν βασιλικὴν ἤγοντο, καὶ ἦν ἐμφύλιος ὁ πόλεμος ὅσον εἰκάζειν. ὅθεν καὶ ἀκροβολισμοῖς ἀλλήλων ἐπειρῶντο, καὶ σα- D ρίτταις ἔβαλλον ὀϊστεύοντες. ὁ τοίνυν μέγας δομέστικος ἴσας ὑσμίνῃ καθισταμένας τὰς πράξεις κατανοῶν, ὑβριοπαθῶν οἷον εἰ αὐτοῦ παρόντος ἐκ βασιλέως, ὄντος τοιούτου, αὐτὸν πολεμεῖν πειρῶνται καὶ ἀντιτείνειν τολμῶσι πρὸς βασιλικὴν κέλευσιν, τὸν κοντὸν ἀνὰ χεῖρας ἔχων θυρεόν τε φέρων φορῶν τε θώρακα ἐμπίπτει τοῖς Ἀλανοῖς ὡς ἐφέξων μόνον φανείς. κἀκεῖνος μὲν οὕτω τὴν τῆς μάχης διωκονόμει καταστολήν, εἷς δ' ἐκείνων ἐν ἀφανεῖ R μιμεῖται Πάνδαρον καὶ ὀϊστῷ βάλλει, καὶ καιρίαν οὐ κατ' ἐκεῖνον τὴν πληγὴν δίδωσι. τούτου δὲ γεγονότος τό τε πλῆθος ἀνεσάλη καὶ ἀμφοτέρωθεν τοῖς μὲν ὀδύνη τοῖς δὲ δέος περιίστατο· καὶ τοῖς μὲν μετέμελε τῆς ἐπὶ θατέρους ὁρμῆς, οἱ δὲ ξυνιέντες

pars in armis se ostentabat, non animo (quod quidem prae se ferrent) in apertum certamen veniendi, sed ut obtentu illo ac specie in ordine stantium tegerent ignominiam arcano praesumptae furtivae discessionis. verum aliunde indignantibus iis qui cum magno domestico erant, et ignaviae turpissimae ipsorum imputatum iri reputantibus, si otiosi testes perfidiae barbarorum assiderent et illudi sibi coram tantus exercitus a manu fugitivorum pateretur, infamiam inertiae, agendo strenue quod res poscere, praevertere statuerunt. armis igitur assumptis equisque conscensis committere civile praelium coepere (civile id bellum dixerim, quod etsi Romanos inter et barbaros, tamen inter eos qui utrimque Romano imperatori sacramento dixissent gerebatur) sed quocumque dicendum sit nomine, certamen tunc certe contractum est, velitationibus primo libatum, et sarissarum eminus contrario hinc inde iactu. haec videns magnus domesticus, et tractationem cum hactenus subditis tranquillam processisse intelligens usque in contentionem invicem infestam, nihil iam minus a vero hostili discidio habentem, contumeliam interpretatus propriam quod se coram, vices illic imperatoris gerente, tanta etiam aliunde dignitate conspicuo, ausi Alani essent non modo detrectare imperium Augusti, sed et repugnandi conatum expedivissent telis palam intorquendis, galeatus, ut erat, loricatusque ac contum manu tenens obiecit se Alanis, quasi conspectu eos ac nutu solo cohibiturus. et ille quidem sic se pugnam direpturum animo ac spe praesumens autumabat, unus autem Alanorum in occulto imitatur Pandarum, sagittamque in eum iacit, sed alio quam ille successu: non enim summam dumtaxat, ut Pandarus Menelai, perstrinxit telo cutem, sed altam et letalem penitus in Raûlis vitalia plagam pertulit. quo facto perculsa utrimque repressaque multitudo est, hinc quidem Romanis dolore, inde autem Alanis metu consternatis. atque illos quidem poenituit lacessivisse barbaros: illi autem reputantes quantam in

ὁποῖος ἀνέρριπται σφίσι κύβος, τοὺς τὰ πράγματα παρασχόντας μεθ' ὅτι πλείστης τῆς πρὸς τοὺς Ῥωμαίους παραιτήσεως ἠτιῶντο, καὶ βασιλεῖ ἐζήτουν ἀπολογεῖσθαι. ἐδεδίεσαν γάρ, ὡς εἰκός, μὴ σφίσι κατάρξοι τοῦτο μεγάλων κακῶν ἐπὶ μέσης τῆς P 222 Ῥωμαίων διάγουσι, καὶ ἅμα δυσωπούμενοι, εἰ βασιλεὺς μὲν ξενοτροφεῖν ὅσον ἐφ' αὑτοῖς αἱρούμενος ἐλπίδος ἀγαθῆς εἶχετο, αὐτοὶ δὲ τοιαύτας ξενίας ἀνταπεδίδουν, κακοῖς τὸ ἀγαθὸν ἀμειβόμενοι. διὰ ταῦτα καὶ βασιλέα μὲν πέμποντες καθικέτευον, B ἐκείνοις δὲ παρεδίδουν καὶ ἵππους καὶ ὅπλα, καὶ ἀνθ' ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων πεζοὶ καὶ ἄνοπλοι ἦσαν, ἕως πάλιν βασιλεὺς αὐτοὺς ἱκετεύοντας δέχεται, συγγινώσκων σφίσιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον.

C 23. Συνέβη δὲ πρὸ τούτων, τοῦ αὐτοῦ μηνὸς τῷ πέρυσι καὶ ἡμέρας ταύτης, προσβαλεῖν τῇ πόλει ἐξ Ἀκουϊλίας τριήρεις Βενετικάς, πλὴν οὐ κατὰ τοιαύτην χρείαν καὶ πάλιν, ἀλλὰ τῶν ἐνεχυρασθέντων πραγμάτων διὰ τὴν τότε πυρπόλησιν ἕνεκα. οἳ D δὴ ἐπεὶ κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην πέμποντες, ἐκεῖ βασιλέως διάγοντος, οὐδὲν ἤνυτον, ἄλλως ἔγνωσαν τὰ περὶ τούτων ἐνεργέστερον μετελθεῖν. καὶ δὴ τριήρεις μιᾷ πλείους τῶν δώδεκα ἡτοι-

aleam res vitasque suas praecipiti eo facto coniecissent, eos qui occasionem, irritando suos, inviso execratoque ipsis faciuori praebuissent, cum solicita sui excusatione, apud Romanos accusabant, deducique ad imperatorem, audirique ab eo dum illata purgarent crimina, quaerebant. haec ut sic anxie agerent causa ipsis erat gravissima formido, ne hoc illis initium exitialium malorum foret, utique in media Romanorum, quos tam atrociter laesissent, ditione deprehensis. subibat etiam verecundia ex memoria insignium in ipsos beneficiorum Augusti; qui cum eos gratuita benevolentia liberalissime excepisset ac tractasset hospites, sperans mutuam ab iis gratiam, ipsi tam inhospitale inhumanumque scelus illi reposuissent, malis bona compensantes. itaque missis ad imperatorem supplicibus legatis veniam deprecabantur, Romanis interim praesentibus arma quae repetierant equosque reddentes, exhibentesque sese miserabili specie ex cataphractis inermes, ex equitibus pedites, quoad iterum imperator ipsos supplices excepit, iis ignoscens. sed de his hactenus.

23. Contigit autem ante haec anno huic superiori, sed eodem mense ac die quibus modo narrata gesta sunt, appellere ad urbem ex Aquileia triremes Venetas, verum non ob eandem quam prius causam oppugnandorum Genuensium, sed animo extorquendae liberationis pignorum, quae dudum imperator de Venetis urbis inquilinis ceperat, quoad multam persolverent indictam ad compensationem damni per incendium a classe tunc Veneta Galatae immissum Constantinopolitanis et Genuensibus illati. etenim Veneti postquam legatione Thessalonicam missa, cum imperator ibi degeret, nihil profecerant, aliam putarunt ineundam sibi rationem ei malo efficaciter medendi. triremibus igitur tredecim paratis, hisque adiunctis

μασμένοι, προσθεμένων καὶ πειρατικῶν ἑτέρων ἑπτά, τῇ Βυ-
ζαντίδι προσβάλλουσι, καὶ μεσημβρίας σαββάτου φανέντες μεθ'
ὅτι πλείστης κορύζης, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν πειρατῶν ἀπήνειαν ἐπα-
γόμενοι, τὸν λιμένα τὸ Κέρας εἰσπλεύσαντες καὶ παταντικρὺ τῶν P 223
ἀνακτόρων ναυλοχησάμενοι δεινὰ τοὺς προσχώρους ἐποίουν, καί
τινι θημωνίᾳ ἐκεῖ που ἱσταμένῃ πῦρ ἐνιᾶσιν, οὐ τόσον εἰς ζημίαν
τῶν κεκτημένων ὅσον εἰς χλεύην. βασιλεὺς δὲ τὴν μὲν ἐξ ἰδίων
τριήρεων ἀντιπαλάμησιν μὴ ἔχων ἀντικαθιστᾶν (τὸ ναυτικὸν
γὰρ πρὸ χρόνων ἀπέσβεστο· κἂν πού τινες περιῆσαν ἔτι ὡς μὴ
τοῦ παντὸς καθάπαξ ἐκλείψαντος, κατὰ χρείας ἄλλας ἔτυχον
ἐσταλμέναι) ἐν ἀμφιβόλῳ ἦν τοῦ τί δεῖ ποιεῖν. ὅτε μὲν οὖν εἰς B
τὴν ἐκείνων ἀποβλέψειε τόλμαν καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ὀλιγωρίαν, οὐ
σύνηθες σφίσι τὸ τόλμημα ὄν, τηνίκα καὶ ἀνθίστασθαι ἐδικαίου
καὶ κακῶς πράττειν πειρᾶσθαι τοὺς ἐπιόντας, ἐς ὃ καὶ μαθεῖν
σφᾶς ὡς ὑπὲρ τὸ δέον ἐγχειροῦσιν· ὅτε δ' αὖθις εἰς τοὺς ἀποβη-
σομένους φόνους ἐντεῦθεν καὶ τὴν ἐν κενοῖς ἀντικατάστασιν καὶ
τὸν ἀναγκαῖον κίνδυνον ἀφορῴη, παντὶ δικαίῳ μᾶλλον ἢ ἐκείνῳ C
συνωμολόγει. μηδὲ γὰρ εἰς μακρὰν καὶ τούτους γνωσιμαχήσαν-
τας ἐπεστράφθαι καὶ ξυγγινώσκειν δέεσθαι. εἶναί τε καὶ ὀλίγου
πόνου τε καὶ δαπάνης ναυπηγεῖσθαι Ῥωμαίους, εἰ μόνον αὐτὸς

aliis septem piraticis navibus, Constantinopolim invehuntur, et meridie diei sabbati apparentes audacissimo fastu, mistaque arrogantiae feritate piratica, portum Ceras dictum ineunt, et e regione imperialis palatii statione fixa grassantur hostiliter in circumquaque vicinos ei loco telisque contiguos; ac illic forte posito manipulorum tritici acervo ignem iniiciunt, iniuria non tam ob damnum quam ob ludibrium et contumeliam acerba. imperator quas tunc Venetis opponeret triremes proprias non habens (navalis enim imperii apparatus dudum neglectus evanuerat; et si quae naves adhuc utiles ex eo superfuerant, aliis de causis alio missae longe aberant) anceps animi erat quid tali tempore consilii caperet. atque hinc quidem dum Venetorum audaciam et sui contemptum, ultra quam hactenus consuessent, modo primum progressa reputabat, sane stimulabatur ad vindictam, et aequum censebat mala malis reponere conari, ut icti discerent ultra fas omne sese temere provectos. rursus autem dum caedes ex conatu resistendi extituras cogitabat, dum infirmitatis eum suae conscientia monebat quam vanas et impares rei tantae ad manum copias haberet, denique dum ex apparatibus successus augurans horreret ad imaginem periculi, in quod rempublicam necessario coniiceret certamine tali tempore cum paratioribus temere tentando, aliam potius quamlibet quam per vim et arma eius propulsandae iniuriae sibi viam ineundam statuebat. et succurrebant interim ei commodum faventes isti moderationi cogitationes, secum utique blandiente sibi animo versanti, brevi extitura inter navarchas Venetos ex sententiarum contrarietate discordia, sponte omnes recessuros ultroque veniam perperam actorum rogaturos. nec vero magni fore aut laboris aut sumptus reficere Romanam classem. iuberet solum-

κελεύοι· κἂν ᾖρται δὲ σφίσι τὸ φρόνημα ἐκλειπουσῶν τῶν τριήρεων, αὐτὸν κελεύειν, καὶ συνεστηκυιῶν ἐν ὀλίγῳ καταπίπτειν αὖθις καὶ ταπεινοὺς γίνεσθαι. ταῦτ' ἐννοούμενος ἀνέστελλε τὰς
D ὁρμὰς τῶν πολλῶν, οἳ δὴ καὶ ζηλοτυποῦντες οἷον εἰ οὗτοι κατὰ Ῥωμαίων οὕτως ἐπάρθησαν, καλὸν ἔλεγον γεφυροῦν ἁλιάσι καὶ φορτηγοῖς, ὡς τινας συνδέσμους ἐχούσαις καὶ τὰς καθευρεθείσας ἐνταῦθα μεγάλας ναῦς, τὸν τοῦ Γαλατᾶ πορθμόν, καὶ παρ' ἑκάτερα τοξότας τε καὶ σφενδονήτας στήσαντας οὕτως ἐπιχειρεῖν τοῖς ἐντὸς συνεβούλευον. καὶ τὸ βούλευμα ἄριστον κατεφαίνετο·
E χωρὶς γὰρ τῶν παρ' ἑκάτερα τεταγμένων καὶ ὅσους αἱ νῆες ἐχώρουν, οἱ ἀπὸ τῶν τειχέων ἱστάμενοι μόνοι αὐτάρκεις ἐδόκουν ἰοῖς πεμπομένοις καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν τειχῶν πέτραις καταβάλλειν εἰς τέλος καὶ ἀφανίζειν τοὺς ἐπιόντας. ὁ δὲ βασιλεὺς τὴν εἰσβολὴν κινδυνώδη κρίνων Χριστιανικοῖς ἔθνεσιν οὐδ' ὅλως ἠφίει, ἐνε-
P 224 δίδου δὲ μᾶλλον ἀναβάλλων τὰς ὁρμὰς ἐμπιπλᾶν. (24) ἀλλ' ἐκεῖνοι μὴ ἔχοντες πλέον ποιεῖν ὧν ἔπραξαν, ὡς ὀργάνοις τῆς σφῶν μανίας ἐχρῶντο τοῖς πειραταῖς, οἳ καὶ αὐτονυχεὶ τῇ Πριγκίπων νήσῳ προσίσχουσι, καὶ οὐχ ὅπως τοὺς ἐν αὐτῇ πάλαι κα-

modo ipse: brevi tempore structis instructisque navibus navalem, qualis prius fuerat, imperii potentiam metu iusto perculsuram audaces exteros; qui uti sic insaniendi confidentiam ex observata rei maritimae Romanae debilitate sumpsissent, sic eosdem visis Augusti iussu reparatis armatisque momento triremibus tumorem insolentem compressuros, humilesque ac supplices pacem oraturos iterum, his occupatus mentis in spes blandas pronae bene ominatis sensibus, repressit imperator impetus multorum, qui generosae cuiusdam aemulationis instinctu, rati rem indignam nec tolerabilem contumeliam, tantum hos advenas adversus Romanos efferre sese ausos, ne impune temerariam insolentiam ferrent, optimum factu aiebant congregare naves omnes piscatorias onerarias et maiores alias, quascumque tunc circa nostra littora reperirentur, iisque continua serie invicem ligatis velut ponte quodam consternere medium inter Galatam et urbem fretum, tum dispositis super hinc inde sagittariis et fundibulariis, telis petere intra iactum inde positas Venetas naves. hoc illi suadebant; consiliumque apparebat optimum. nam praeter eos qui iam ex utroque littore Venetis eo progressis imminebant, praeterque quos modo memorabam iaculatores e navibus, vel qui pinnas moenium superne obtinebant, si tela et petras muralibus ballistis in subiectam Venetam classem demitterent, vel soli suffecturi videbantur perdendis funditus planeque ad nihilum redigendis temerariis aggressoribus. verum imperator pugnam illam Christianis gentibus periculosam iudicans nequaquam acquievit, sed remisit potius omnem repugnandi impetum, incertis et sine fine pendentibus deliberationibus indulgens, spatiumque sic Venetis liberum concedens impune peragendi quod coeperant, urbi atque imperio procaciter insultando. (24) quod ultra cum illi viderent se haud iam quidquam amplius posse facere, ut instrumentis furoris ipsorum usi piratis sunt. hi nocte insecuta ad insulam Principum appellunt; ibique non solum veteres loci inco-

τωκηκότας, ἀλλὰ καὶ λαὸν ἱκανὸν ἐκ Πηλοπυθίων, ἄρτι τὰς τῶν Περσῶν ἐκφυγόντα χεῖρας καὶ τῇδε καταφυγόντα, ἐξανδραποδίσαντες πράγματα μὲν σκυλεύουσιν, ἀνθρώπους δὲ κατα- B σχόντες ἐν ναυσὶν εἶχον, καὶ ἅμ' ἕῳ δεινὰ ἐκείνους ἠπείλουν ποιεῖν, εἰ μὴ τὰ τιμήματα ἄξια καταθεῖντο, κρεμαννύντες καὶ αἰκιζόμενοι καὶ σφάττειν ἕτοιμοι ὄντες, ἐλεεινὴν θέαν μέσον θαλάσσης ἱστῶντες, καὶ τὰς τιμὰς παρὰ βασιλέως κατ' ἔλεον ἀναγκαῖον λαβεῖν ἐλπίζοντες. διὰ τοῦτο καὶ πόνος οὐχ ὁ τυχὼν κρατοῦντι, εἰ φεύγοντες Πέρσας οἱ δείλαιοι χερσὶ πειρατῶν ἐμπεπτώ- C κεισαν, οὐκ ἄλλως καιρὸν τοῦ θαρρεῖν ἐχόντων εἰ μὴ ἐξ ὧν ὁμαιχμοῖεν σφίσιν ἑαυτοῖς, οἷς δὴ πολλάκις καὶ βασιλικαὶ συμβεβήκασι χάριτες. Ῥωμαῖοι δὲ παρ' αἰγιαλοὺς ἱστάμενοι τὴν δεινὴν κατεστύγουν θέαν καὶ τὸ πάθος ἀπωλοφύροντο. οἱ δέ γε καὶ ἀκμῆτες εἰς ὅπλα ἦεσαν, καὶ Ὀδυσσεῖους, ὥς ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν D Σκύλλαν, οὕτως οὗτοι τὰς ὁρμὰς ἐπ' ἐκείνους προΐσχοντο· πλὴν κατ' ὄψιν καὶ μόνην τὸ ἀμυντικὸν περιίστατο. τοὺς μὲν γὰρ ὁ αἰγιαλὸς εἶχε σφαδάζοντας τὰς ὁρμὰς ἐφ' ᾧπερ ἀμύνοιντο, οἱ δὲ παρὰ μόνην τὴν θάλασσαν ἀλώσιμοι ὄντες, καὶ τίνων οὐκ ἀσθενέστεροι; ὅμως ὡς ὀχυρώματι τῇ θαλάσσῃ χρώμενοι, ἐς ὅ τι

las, sed et recens eo advectum sat numerosum e Pelopithiis populum, qui modo manus Persarum effugerat et illic asylum reperisse se putabat, servituti subiiciunt, rebus eorum omnium direptis. nec eo contenti misgros in naves tractos a diluculo coeperunt diris minis et cruciatibus urgere, ut pretia redemptionis quanta ipsi praefinissent solverent, suspendentes, varie torquentes et trucidare se paratos exhibentes. haec fiebant in oculis Romanorum e littore adverso spectantium. extabatque e mari medio miserabile spectaculum eo artificio a latronibus constitutum, ut a misericordia imperatoris pecuniam extorquerent, qua infelices illos poenis ac neci eximeret. fuit revera admonito de his Augusto peracerbus nuntius, dolorque non vulgaris reputanti deploratissimam horum sortem, qui Persas fugientes in manus piratarum incidissent, ea sola fiducia tantum audentium quod a Venetis classem in propinquo habentibus protegi se scirent, quippe quibuscum latrocinii societatem inivissent, hominibus tamen, a quibus nihil minus expectari debuisset, si sensum ullum grati animi haberent, utpote qui ab imperatoribus crebris fuissent beneficiis affecti. at Romani sparsi per littora dum haec intuentur, horribile spectaculum execrantes, infandam calamitatem incredibili moerore deplorabant. quidam etiam eorum in aevi flore manu prompti ruebant ad arma; et Ulysseos, ut ille olim adversus Scyllam, sic illi contra piratas impetus ostentabant. caeterum specie tenus sola totus ille auxiliandi ardor eminebat. nam nostros frustra minantes et conatu vano consumentes iras detinebat littus: piratae vero in mari solo, ubi erant, capi poterant, per se illi quidem debilissimi omnium, nisi pontus ipsis vice munimenti circumdatus facultatem fiduciamque daret avarae crudelitatis in miseros quos tenerent, prout

Β καὶ ἐδόκει σφίσι τοὺς ἐν χερσὶ διετίθουν, οἳ δὴ καὶ τὰ περὶ τῆς Σκύλλης εἰκόνιζον, χεῖρας ὀρεγνύντες τοῖς ἔξωθεν καὶ θρήνους ἐλεεινοὺς κλάζοντες. οὔπω πᾶν ἦμαρ τετέλεστο, καὶ βασιλεῖ ἀγγελλόμενα τὰ δεινὰ ἐνεπίπλουν οἶκτον· καὶ δὴ στήσας τιμὴν τοῖς οἰκτροῖς τεσσάρων χιλιάδων χρυσῶν νομισμάτων τοὺς πάν-
P 225 τας εἰλήφει. καὶ τότ' ἀποστείλας πρὸς τὸν τῶν νηῶν ἡγεμονεύοντα τὴν ἀπόνοιαν κατωνείδιζεν καὶ τὴν τόλμαν, οἷς ὅτι παρὸν πρεσβείαν πέμπειν καὶ πρὸς αὐτὸν εἰς λόγους καθίστασθαι, περὶ τῶν κατὰ σφᾶς δικαίων λέγοντας, οἱ δὲ πειραταῖς μιχθέντες τὰ ληστῶν σὺν ἐκείνοις πράττοιεν. ταῦτα λέγων τοῖς μηδὲν ἄλλο προτείνουσιν ἢ τὴν τοῦ κοινοῦ σφῶν συνεδρίου πρόσταξιν, ἐπεὶ
Β τοὐντεῦθεν καὶ τούτοις τῶν αἰσχίστων ἔργων μετέμελεν, ἱκέτας τοῦ λοιποῦ ἀντ' ἀντιστατῶν εἶχε καὶ εὐπειθεῖς πρὸς εἰρήνην τοὺς πρὶν ἐχθίστους, εἰ λύοιντο τὰ ἐνέχυρα· τὰς γὰρ σπονδὰς καὶ αὐτοὺς θέλειν, καὶ ἀξιοῦν ἐπὶ ταύταις ἐπιταχθῆναι, λυομένων μόνον τῶν κατὰ τὰ ἐνέχυρα διαμφισβητήσεων. ταῦτ' ἐκεῖνοι μεταβαλλόμενοι καθικέτευον, καὶ βασιλεὺς κατένευε τὰς ἐπὶ χρόνοις σπονδὰς προσιέμενος, καὶ οὕτω πρεσβείαν στειλάμενος τὰς
C εἰρηνικὰς ἐτάμετο. πόνος γὰρ ὁ τῶν Περσῶν ἤπειγεν ἄλλος, κω-

liberet, exercendae. atque hi quidem sub immani scelestissimorum saevitia gementes, quae de Scylla feruntur, repraesentabant, manus protendentes ex adversa ripa spectantibus, et luctuosis eiulatibus misericordiam implorantes. nondum dies totus effluxerat, cum haec Augusto nuntiata expugnarunt misericordem eius animum, ut conveniret cum illis carnificibus de lytro miserorum quos vexabant, ac statim missis ad piratas quatuor millibus nummorum captivos ab iis cunctos reciperet. quo facto misit ad praefectum classi Venetae, qui a se illi insolentem amentiam impudentemque audaciam exprobraret, quod cum eum ad vicinam urbis appulsum oportuisset legatos ad se mittere, ac quae haberet de communibus negotiis et propriis rationibus tractanda exponere, ipse contra ducem se ac stipatorem latronibus dedisset, iis se admiscens, et saevis ipsorum grassationibus cooperans. haec Veneti audientes nihil aliud quod obtenderent habuerunt quam mandatum senatus ipsorum: mox tamen nonnulli, ut apparebat, pudore confusi, ac poenitentia correpti turpissimorum actorum, supplices se deinceps Augusto subiecerunt, qui hactenus adversarii obstiterant. significarunt se ex modo infensissimis pronos nunc fore ad bona fide ineundum pacis foedus, dummodo pignera liberarentur. concordiam enim cum imperio eorum reipublicae probari et placere; ac velle se renovare illam iisdem quibus olim coaluisset conditionibus ultro subeundis. unam obstare controversiam de pignoribus, qua sublata nihil iam impedimenti futurum sit. addebant preces ut consentire in remissionem pignorum imperator vellet; quod et ab illo impetrarunt, admittente libenter ac suis rebus expetibile ducente foedus quod illi offerebant in annos plurimos. misit ergo legationem ad Venetos, quae de pacis cum iis legibus conveniret, ita tunc cogente calamitate urgentissima tumultum Persici,

πλούτων ὥσπερ ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν τὴν ἀνατολὴν ἅπασαν. καὶ ἀλλαχοῦ μὲν ἄλλοι κίνδυνοι τοῖς ταλαιπώροις Ῥωμαίοις περιειστήκεισαν, τὰ δὲ κατὰ Μεσοθυνίαν πᾶσαν καὶ ἀπανίστησαν σφαλέντος τὰ μεγάλα τοῦ εἰς ἡγεμόνα τούτων ταχθέντος Μουζάλωνος.

25. Μηνὸς γὰρ Ἀνθεστηριῶνος εἰκοστῇ καὶ ἑβδόμῃ περὶ D
που τὸν Βαφέα (χῶρος δ' οὗτος περὶ τὴν θαυμαστὴν Νικομήδειαν) Ἄτμὰν συνάμα τοῖς ἀμφ' αὐτὸν εἰς χιλιάδας πλείστας πεσουμένοις ἐπιστὰς αἴφνης, μᾶλλον μὲν οὖν — ἀλλ' ἀναλη-
πτέον τὸν λόγον ἀρχῆθεν. Ἄλης γὰρ Ἀμούριος σὺν ἀδελφῷ Νασρατίῳ τῷ παρὰ Ῥωμαίοις ἐπὶ χρόνοις ὁμηρεύσαντι, τοὺς περὶ P 226
τὴν Κασταμόνα Πέρσας προσεταιρισάμενος, Ῥωμαίους κακῶς ἐποίει. καὶ τέως περί που τὸν Πόντον καὶ ἐνδοτέρω, πέραν Σαγγάρεως, τὰ τῆς ἀλαστορίας ἐπιδεικνύμενος τῇ καθ' αὑτὸν
ἀσφαλείᾳ ἀπείχετο τῶν ἐπιτάδε, ὠγκώθη δὲ τὰ πλεῖστα ἐκ πλείονος καὶ τῶν ἡμετέρων καθυπερηφανεύετο ἐξ ὅτου τὸν τοῦ Ἀζατίνη σουλτὰν υἱὸν τὸν Μελὴκ Μασοὺρ ἀπεκτόνει προπολεμῶν,
ὃς δὴ τῷ πατρὶ συμπροφέρων ἐφ' ἱκανὸν τὴν πλάνην κατὰ τὰ B
βόρεια, ἔξ ὅτουπερ ἐκεῖνος Λίνοθεν ἀπελύετο, καθὼς καὶ φθάσαντες εἴπομεν, ἐξ ἀνθρώπων ἐκείνου τῇδε γεγονότος περαιοῦται τὸν Εὔξεινον, καὶ θυμαίνῃ προσσχών, μακρόθεν τὸν Τοχάρων Κάνιν, ὡς αὐτοὶ φαῖεν, Ἀργάνην δώροις ὑποποιούμενος, ἐν-

barbaris istis cuncta late inundantibus, et Orientem iam totum a mari ad mare una circum indagine comprehensum tenentibus. sed et alia aliunde pericula miseris Romanis imminebant. et Mesothinia quidem universa periisse funditus nuntiabatur, Muzalone qui ei praefectus fuerat, gravissima offensione belli prostrato.

25. Mensis siquidem Iulii die vicesima septima circa Bapheum (locus hic prope inclytam Nicomediam) Atman cum suis multorum millium numerum explentibus improviso apparens et subito irruens —. sed melius fuerit rem aliquanto repetitam altius a suis retro ducere principiis. Hales Amurius cum fratre Nastratio, qui diu apud Romanos obses fuerat, Persis qui Castamoni parebant in suam societatem tractis Romanos infestabat. sed quodam tempore moderatius quam postea: satis enim habens initio regionibus circa Pontum et interioribus ultra Sangarim licentissime insultare, ferociam illic securissime ostentans suam, abstinebat omni citeriore versus urbem tractu. inflatus tamen deinde est insolentiore confidentia, resque nostras arrogantissime despexit, ex quo Melec Masur Asatiai Sultanis filium bello victum interfecit. is Melec patri diu socius longi per boreales tractus erroris, postquam ille ex Aeno arce liber emissus est, prout superius narravimus, eo denique mortuo traiicit Euxinum, et Thymaenam appulsus, inde procul Tocharorum principe, quem ipsi Kanin vocant (huic tunc proprium fuit Arganes nomen), donis. delinito ac in

τεῦθεν δεσπόζει τῶν τόπων ὡς πατρικῶν κλήρων, καὶ καθυποκλίνει τοὺς προύχοντας τῶν τῇδε Περσῶν, οὓς δὴ σατράπας ἐκεῖνοι καλοῦσι. καὶ οἱ μὲν ἑκόντες ἄκοντες ἐδουλοῦντο, Ἀμούριος
C δὲ ὁ τοῦ Ἁλῆ πατὴρ ὑπελθὼν Τοχάρους καὶ οὐλαμὸν ἐξ αὐτῶν προσλαβόμενος ὅλαις ὁρμαῖς ἀντέπραττε τῷ Μελήκ. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ πολέμους πρὸς αὐτὸν ἐκφέρων κατετροποῦτο, ὥστε καὶ ἀπηυδηκότα τοῖς ὅλοις συνάμα γυναικὶ καὶ ἰδίοις γνῶναι βασιλεῖ προσχωρεῖν. ὅθεν καὶ τὴν τοῦ Πόντου καταλαβεῖν Ἡράκλειαν. κἀκεῖθεν τῇ Κωνσταντίνου ἐπιδημήσας, ἐπεὶ βασιλεὺς ἐς Νύμφαιον ἀπεδήμει, τὴν μὲν σύζυγον τῇδε καταλιμπάνει, αὐτὸς δὲ
D σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐφ' ἡμέραις ἀνεθεὶς τῶν ἐκ τῆς ὁδοῦ κόπων, ὑπὸ βασιλικῷ ποδηγέτῃ, βασιλέως προστάξαντος ἀκουσθέν, τῆς ἐπὶ τὸ Νύμφαιον ἴετο. ἀλλά που περὶ τὸ Ἀτραμύτιον γεγονώς, εἴτε παρ' ἄλλου μαθὼν εἴτε μὴν καὶ αὐτὸς ὑποτοπήσας ὡς οὐκ εἰς καλὸν ἐσεῖται οἱ ἡ πρὸς τὸν ἄνακτα ἄφιξις, γνωσιμαχεῖ
E τε αὐτίκα, καὶ καιροῦ λαβόμενος, τοῦ ποδηγέτου (ὃ δ' ἦν ὁ Ἀβράμπαξ πρωθιερακάριος) τὰς πολυωρίας παρενεγκών, αὐτόθεν ἐκφεύγει νυκτός, πλὴν οὐ νυκτιλόχου τρόπον, παρὰ γνῶσιν τῶν ἐντυγχανόντων δῆθεν, ἀλλ' ἐμφανῶς καὶ θαρρούντως, ὡς ἤν τις ἐπ' αὐτὸν ἴοι, αὐτόθεν ἐπεξελευσόμενος. Πέρσαις τε αὖθις παραγίνεται, καὶ λαὸν συναγηοχὼς τῷ περιόντι τῆς φήμης

sui favorem tracto, ex eo tempore locis illis ut paternae hereditati dominatus est, subiecitque sibi qui eminebant illic inter Persas, quos illi satrapas appellant. ac illi quidem volentes nolentes mancipabantur. Amurius autem Halis pater cum prece ac promissis ambiisset Tocharos et validum ex iis armatorum agmen assumpsisset, toto impetu ad obsistendum Meleco incubuit; adeoque praeliis cum eo congressus non semel illum fudit fugavitque, eoque redegit desperationis rerum suarum ut decerneret una cum uxore ac liberis supplex ad imperatorem confugere. eo consilio profectus Heracleam Ponti, et inde Constantinopolim progressus, quoniam iam ante imperator se Nymphaeum transtulerat, ubi se diebus aliquot e viae fatigatione refecisset, uxore in urbe relicta, ipse ducem itineris ab imperatore missum sequens (nam audito Augustus eius adventu eum ad se invitaverat) Nymphaeum versus iter intendit. sed cum prope Atrammytium eundo pervenisset, sive alterius admonitu sive suspicione propria, concepta desperatione prosperi successus istius suae profectionis ad Augustum, aliquandiu deliberando luctatus damnavit denique consilium et coepto absistere constituit. captatoque mox tempore, palam questus observari sese curiosius suspiciosiusque a deductore ad se misso (erat is Abrampax prothieracarius) quam benevoli comitis officium posceret, inde noctu aufugit, non tamen nocturni insidiatoris ritu, vitata comitum conscientia scilicet, verum palam et fidenter; prae se ferens, si quis per vim prohibere conaretur, in eum se statim impetum facturum. ita rursus ad Persas se recipit, collectaque manu melioribus quam prius rem

τοῦ προτέρου κράτους καὶ μείζονος ἔχεται. καὶ τοσοῦτον κρα-
ταιούμενος ἐνισχύετο ὥστε καὶ αὐτὸν Ἀμούριον μὴ συνοίσουσαν
ἔτι τοῖς καθ' αὑτὸν πράγμασι τὴν ἀπ' ἐκείνου ἀφηνίασιν δοκι-
μάσαντα γνῶναί οἱ ἑπτὰ συνάμα παισὶ καθ' ἱκετείαν παραγε- P 227
νέσθαι, καὶ δώροις ἐκμειλιξάμενον, εἶτα δουλεύοντα ἀγαπᾶν.
ταῦτα γνοὺς καὶ δοκιμάσας ξυμφέροντά οἱ, λαβὼν τοὺς παῖδας
συνάμα πλείστοις, ἱκέτου αὐτομολεῖ σχήματι. ὁ δὲ τοῖς προ-
τέροις ἀπομηνίων καὶ μηδὲν καθυφεὶς τοῦ κότου δέκτο μὲν δῶρα,
πόνον δ' ἀμέγαρτον ὄφελλεν. ὡς γὰρ μόλις εἰσαχθεὶς μετὰ τῶν
δώρων πρὸ ποδῶν ἐκαλινδεῖτο καὶ καθικέτευεν, ἐκεῖνος τὰ πάλαι
πρόφερε καὶ πικρῶς ὠνείδιζε καὶ ἀπήλεγχε, καὶ τέλος σκύφον B
οἴνου λαβὼν ὡς πιόμενος, τοῖς περὶ αὐτὸν συγκείμενον ὃν αὐτοῦ
τὸ ξύμβολον δείξαντος (τὸ δ' ἦν ὡς δῆθεν σκορδινιῶντος καὶ τὰς
χεῖρας ἐκτείναντος) αὐτοὺς τὰς σπάθας γυμνώσαντας κατακό-
πτειν τοὺς ἱκέτας, ἐκείνου τὸ σύμβολον δόντος εἰσπηδῶσιν αὐτίκα
καὶ ἀθλίαν θοίνην ἐκεῖνόν τε καὶ παῖδας δεικνῦσι. τοῦτο τῷ Ἀλῇ
πόνος ἦν καὶ τῶν συμφορῶν ἡ ἐσχάτη, παιδί γε ὄντι τοῦ κρεουρ-
γηθέντος καὶ ἔκ τινος προνοίας περισωθέντι, καὶ τὸ τοῖς ὁμοίοις
ἀμύνεσθαι πάσης ἀσχολίας ὑπέρτερον ἐλογίζετο. ἱκανοὺς δὲ διὰ C

gerere coepit auspiciis. unde et famae celebritatem et maiorem priori brevi potentiam adeptus, tantum invaluit ut et ipsum Amurium, plane persuasum haud suis de caetero rebus fore conducibilem a Meleco rebellionem, perpulerit ad consilium ambiendae suppliciter eius gratiae, ac praemissis delinitum muneribus ultro adeundi cum septem filiis, et ipsi se libenter deinceps serviturum profitendi. his secum Amurius constitutis, quod nihil tali articulo rerum posse utilius sibi consulere putaret, ductis una filiis amploque asseclarum comitatu, supplicis ad Melecum transfugit habitu. Melec rancorem veterem animo penitus conditum servans, plusque ad iram veteri memoria iniuriarum quam novis officiis ad benevolentiam motus,

dona quidem accepit, mala sed cumulavit acerba.

ut enim aegre introductus post praemissa munera, abiectus ad eius pedes supplex Amurius volvebatur, ille vetera eius malefacta protulit, amareque exprobrans omni eum malo dignum nec ulla satis excusatione purgabilem declaravit. tandem extensa utraque manu, scyphum altera vino plenum quasi bibiturus sumens, signum edidit de quo ante cum suis convenerat, at simul nimirum ipsum cernerent manus diverse iactantem, sicuti e somno expergiscentes solent, ensibus repente strictis conciderent supplices; quod impigre illi a viso statim signo facientes funestam Amurio et filiis coenam praebeere. ex ista tragoedia divina quadam providentia servatus Hales, unus Amurii filiorum, dolore iraque ardebat, excarnificati dire patris cruentam imaginem animo infixam circumferens, ac dies noctesque in cogitatione ulciscendi tam infandi sceleris perstans, nec umquam ab eo conatu sibi partem quietis ullam capiendam censens. ad hunc finem conci-

ταῦτα προσεταιρίζεται τῶν Περσῶν, καὶ τρόπον λῃστορος περιθέει, ἐμφανὴς ὢν ἢ ἀμυνούμενος ἢ πεσούμενος. ὡς δὲ κατατρέχων ἠρήμου τὰς χώρας καὶ τὴν ἀνταγώνισιν ἔσπευδε, τὸ τοῦ Μελὴκ λῆμα τὸ μόρσιμον ἐρεθίζει, καὶ τοῦτον ἐκείνῳ συνίστησι κατὰ πόλεμον. οὗ δὴ συρραγέντος σφάλλει τὸν Μελὴκ ἡ τύχη, καὶ ὁ ἵππος ὅλῳ ῥυτῆρι φερόμενος συγκάμπτει τὼ πόδε, καὶ τὸν
D ἐπιβάτην μεθ' ὅτι πλείστης τῆς ῥύμης ἐπὶ γόνυ συγκατασκᾷ, καὶ ἔργον αὐτίκα σπάθης ὁ πεσὼν γίνεται. ταῦτα τὸν Ἁλῆν ἐπῆρεν εἰς ὄγκον Ἀμούριον, κἀντεῦθεν συνάγων πλείστους κακῶς ἔδρα τὰ Ῥωμαίων. οὔπω δὲ μάλα δὴ καὶ ἐς τέλος, ἕως οὗ δαιμόνιόν τι μήνιμα (τί γὰρ ἂν ἄλλο καὶ εἴποι τις;) κατὰ Ῥωμαίων ἐφύσησεν, ὃ δὴ καὶ λέξεται. ὡς γὰρ πέραν Σαγγάρεως διατρίβων τοῖς ἀνὰ τοῦτον φρουρίοις ἰσχυρῶς ἀντεκρούετο, ἃ φθάσας ὁ βασιλεὺς συνῴκισε Μιχαὴλ καὶ σταυροῖς μηκίστοις ἐκ δένδρων
E ἀξινοκοπηθέντων μεταξὺ κατωχύρωσε, μέχρι καὶ ἐς ἑκατὸν πόδας τὸ ἐντὸς πλάτος ἄβατον καταστήσας, ὡς ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις ἐλέγομεν, καὶ ἦν τῷ Πέρσῃ στερρὸν ἐντεῦθεν τὸ τῆς καταδρομῆς κώλυμα, Κρονίου μηνὸς ἐκ τοῦ παραχρῆμα ὁ ποταμὸς μετοχετεύεται καὶ ζητεῖ τὴν παλαιὰν κοίτην, καθ' ἣν καὶ ἡ Ἰουστινιάνειος ποντογέφυρα. ὕστερον δὲ μετοχετευθέντος τοῦ ποταμοῦ,

fiata sibi manu non modica Persarum latrocinabatur circumcursans, ac plane prae se ferens aut ultionem se capturum de Meleco aut in eius rei conatu occubiturum. cum ergo incursationibus vastat regiones et omni ratione conserendi cum hoste certaminis occasiones captat, haud imper Meleci ad pugnam audacia, suo hunc fato perurgente, Hali obiecit. committuntur ergo inter sese Hales et Melec, ferocissimeque invicem petunt. sed Melecum fortuna deseruit: nam eius equus totis habenis effusus in cursum pedes anteriores inflexit, sessoremque maximo impetu in genua pronum abiecit; quo statim is a casu ense confossus interiit. hic successus Halem, nomine iam patris ad suum addito Amurium quoque vocatum, in magnam confidentiam inflavit. subitoque inde congregatis magnis copiis Romanas regiones incursionibus infestabat, nondum tamen aut multum fidenter aut valde perniciose, sed dissimulanter et leviter, donec eum divina quaedam ultio (quo enim alio quis nomine casum tunc maxime noxium inopinato incurrentem vocaverit?) tumefecit adversus Romanos; quem casum hic referam. cum enim Hales antehac ultra Sangarim commorans positis illic arcibus valide repelleretur, quas arces imperator cosdiderat Michaël, et septo exterius praetento decussatim obiectorum ingentium stipitum, ex arboribus securi dedolatis, perite muniverat, spatium ultra munitiones pedum centum illo antemurali plane invium et inaccessum hostibus faciens, quemadmodum in prioribus libris diximus, et erat hoc Persae ex ea parte insuperabile incursionum obstaculum, Martio ecce mense repente fluvius alveum mutavit repetiitque cubile antiquum, ad quod olim fuerat Iustinianeus pons constructus. postea traducto inde

τὸν ἐξ ἐκείνου Μέλανα ὑπεδέχετο, οὐ τόσον ὄντα, ἀλλ' ἱκανὸν P 228
τέως καὶ τοῦτον ἐκ βάθους αὐτάρκους τὴν τῶν ἐχθρῶν ἀποκω-
λύειν ἔφοδον. τότε τοίνυν ἐξ ὄμβρων ὁ Σαγγάριος πλημμυρήσας
τῆς ἰδίας μεταίρει καὶ αὖθις κοίτης, ἧς ἐκ παλαιοῦ ποτ' ἐκκοιτι-
σθεὶς ἐπελάβετο, καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἀνέτρεχε, καὶ οὗ μὲν
ἀπέστη, περαιοῦσθαι καὶ τῷ τυχόντι παρεῖχεν, οὗ δ' ἐπελάβετο
πλημμυρῶν, μὴ ὅ γ' ἐκ τῆς πλημμύρας βάθος ἐδίδου τῷ ῥεύ-
ματι, ἀλλὰ καὶ χοῦν ἐκ μιλτοπαρῄων ὀρέων κατάγων καὶ χέρα- B
δος ἱκανὸν προσέχων καὶ πόρον ἐτίθει τῷ περᾶν θέλοντι. τῷ τοι
καὶ οἱ ἐν τοῖς πέραν φρουρίοις συνῳκηκότες, τὴν ξένην ἰδόντες
μετάστασιν καὶ γνόντες ἐν χρῷ κινδύνου γενόμενοι, ἀπανίσταντο.
οὐ μὴν δ' αὖθις ἐπὶ πολὺ τὸ σχῆμα τοῦτο τῷ ποταμῷ ἦν, ἀλλ'
ἐς μῆνα προσχώσας μόνον ὑπέστρεφε. καὶ ἦν ἡ ἐκ τοῦ παλαιοῦ
ἀποχώρησις καὶ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις φυγῆς καὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν
διαπεραιώσεως προφανὴς αἰτία, τῷ περᾶν ἀνέδην τοὺς βουλο-
μένους· ἡ δ' ἐξ ὑπογύου ἐσαῦθις ἀνυποστροφὴ τοῖς κἂν τούτῳ C
περᾶσιν εὐθέτησε, τῷ περᾶν διὰ τῆς προσχώσεως. ταῦτα γε-
γόνει ἐκ παραδόξου, καὶ βασιλεῖ ἠγγέλλετο ὅτι πλῆρες ἐχθρῶν

9. προσεχώννυε?

Sangari Melas alter fluvius successerat, non ille quidem mole aquarum par priori, caeterum satis habens altitudinis ad impediendos incursus hostium. tunc igitur ex multo imbre redundans Sangaris cubile iterum mutavit, ex eo quod diu manu deductus occupaverat, in prius recurrens; et eum quidem unde migravit alveum, aquae pauperem et vado cuivis meabilem reliquit, eum quem inundans repetiit haudquaquam adeo complevit, ut ea transitum excluderet. etsi enim illuc traxit agmen ingens aquarum, non iis tamen dedit sufficientem profunditatem traiectui peditum et equitum arcendo. causa eius rei fuit, quod simul limi plurimum et terrae rubrae ex argillosis derasae montibus invexit. quae materia subsidens aquis late superstagnantibus non alte depressum substravit fundum, qua volenti cuilibet transire pedibus licebat. hac animadversa mira mutatione qui ulteriores arces praesidio tenebant, territi, quod se fossa destitutos invadabilis amnis, obiectos deinceps incursionibus hostium haud pari ad resistendum numero, certissimo capitis periculo, viderent, stationibus relictis abierunt. non tamen diu in eo statu Sangaris mansit, sed cum per mensem inundasset magna terrae ac luti vi alveos oblimans, recepit se in eum unde nuper migrarat alveum, quasi ad hoc tantum se movisset, ut praesidiariis terrorem, quo ad fugam raperentur, incuteret, hostibus contra et fiduciam et facultatem intra nostrum irrumpendi limitem daret. nam harum duarum rerum una illa causa fuit fluminis motio, commoditatem cuivis obviam praebens vado transeundi. sed nec eius in priorem alveum regressus malo medicinam fecit. oblimatum enim utrumque ac pedibus meabilem reliquit fluvium magnitudine aggeris ac materiae per obviam invectae. his inopinatissime sic gestis, repente imperatori

τὸ μεσόγαιον, εἰ καὶ Ἁλῆς Ἀμούριος εἰρήνην καὶ ἐς τόδε σχηματιζόμενος ἐφησύχαζε τέως. ἀλλὰ τὰ τῷ Ἀτμὰν τὰ περὶ τὴν Νίκαιαν κατατρέχοντι ἐσύστερον ἀριστουργηθέντα καὶ τοῦτον ἐπῆρεν, ἱκανὴν φιλοφροσύνην δόξαντα καταπράττειν τῷ βασιλεῖ, εἴπερ εἰρηνεύοι μὴ εἰσβαλλόντων ἄλλων· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ καὶ
D αὐτὸς ἁρπάζοι τὰ τοῖς πολλοῖς ἀπαγόμενα. Ἀτμὰν τοίνυν τῶν ἀμφὶ τὴν Νίκαιαν τόπων ἀπάρας (τὸ γὰρ συμβὰν πρότερον τῷ Μουζάλωνι σφάλμα καὶ πλέον ὤγκωσε τοῦτον), τοὺς ὀρεινοὺς διελθὼν σίφωνας ἕτοιμος ἦν καταθέειν Ἁλιζώνων. ἀλλὰ πρὶν αὐτὸν εἰσβαλεῖν, πλῆθος ἐχθρῶν συναχθέν, εἰς ἑκατὸν ποσωθὲν καὶ μόνους, περί που τὴν Τελεμαίαν καταδαρθεῖσι τοῖς περὶ τὸν
E Μουζάλωνα ἐπιστὰν ἐξ ἀπροόπτου, ἐκείνοις μὲν ὡς εἰκὸς ταραχὴν ἐμβάλλουσι τὴν μεγίστην, πολλὰ δὲ λαβόντες, καὶ αὐτοὺς ἐν σαυρωτῆρσιν ὑσσούς, ὑποστρέφουσιν. ὡς δὲ συστάντες Ῥωμαῖοι τοὺς ἐπιόντας ἐδίωκον, ἐκεῖνοι τὰ ὀρεινὰ προκαταλαβόντες καὶ τὸ ἀσφαλὲς ἐντεῦθεν ἔχοντες, στάντες ἔβαλλον ὀϊστοῖς καὶ κυκλώσαντες ἐτοξάζοντο, καὶ τῶν διωκόντων τοσοῦτον περιγεγόνεισαν ὥστε καὶ αὐτὸν κατασχεῖν τὸν σφῶν ἐξηγούμενον· κἂν
P 229 ἀπήγαγον, ἢν μή τις τῶν τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος λῆμα γενναῖον φέρων, στερρῶς ἐμπεσὼν καὶ περιγεγονὼς τῶν ἀγόντων, τοῦ ἵππου μόνου τρωθέντος ἐκεῖνον ἐξείλετο. τοῦτο γεγονός τε καὶ

nuntiatur plena esse mediterranea hostium. nam utcumque Hales Amurius in simulatione quadam pacis se hactenus continens quiescebat, tamen efferri brevi coepit aemulatione paulo post secutorum successuum Atmanis, viciniam Nicaeae prospere incursantis, non parvum se imperatori beneficium contulisse reputans, si se in pacis observantia teneret quandiu alii in terras imperii non irrumperent. illud vero exigi a se haud aequum esse, ut praedae multorum impune aliorum rapinis abactae partem ipse sibi non arriperet aliquam. Atman igitur e locis circa Nicaeam movens (nam quae prius Muzaloni contigerat offensio animos illi augebat), transgressus montanos Siphones, paratus erat ad incursandos Halizones. sed priusquam in illos irrueret, collecta manus hostium, centum solorum capitum non excedens numerum, circa Telemaeam sopitis ex improviso superveniens Muzaloni cum suis, his quidem, ut par fuit tali statu deprehensis, perturbationem iniecit maximam, qua barbari adiuti cum alia multa tum hastas ipsas decussatis impositas in valli cratem stipitibus auferunt. ut autem receptis e subita consternatione animis Romani manu facta insecuti fugientes sunt, illi nota ipsis montium iuga tenuerunt, indeque securo iam in loco stabiliti sagittis nostros impetebant, undique per circuitum superne iaculantes; tantumque circumventis iis qui se insequebantur praevaluerunt, ut et ipsum horum ducem comprehenderent abegissentque, nisi quispiam e Romana phalange generoso evectus impetu vehementem fecisset impressionem in barbaros, tam fortiter rem gerens ut disiectis iis, suo tantum equo sauciato, ipse incolumis liberum captivum re-

ἀκουσθὲν ἐπὶ πλέον παρώτρυνε τὸν Ἀτμάν, καὶ ὑπερηφάνει ὁ βάρβαρος· ἐς τόσον γὰρ τὸ περὶ αὐτὸν στράτευμα ἐπληθύνετο, ὥστε καὶ Πέρσας ἄλλους ἐκ τῶν περὶ Μαιανδρον παραγεγονότας συμμάχους ἔχειν καὶ πρὸς τὴν καταδρομὴν συλλήπτορας ἱκανούς. τοῦτο δ' ἦν καὶ τὸ τὸν Ἀμούριον ἐπῃρκὸς καὶ πεῖσαν παρασπονδεῖν, ζητολυποῦντα τέως εἰ ὧν αὐτὸς κατὰ τὴν πρὸς βασιλέα χάριν ἀπέσχετο, ταῦτα μακρόθεν ἐσβάλλοντες ἄλλοι παρακερδαίνοιεν. ἀλλὰ τὰ μὲν τούτῳ πεπραγμένα μικρὸν ἦσαν, κἂν αὐτὸς οὐκ ἀφίστατο πράττων· τότε δ' Ἀτμὰν ἐπιστάς, καὶ ἄγων μὲν τοὺς ἰδίους, ἄγων δὲ καὶ πολλοὺς κατὰ συμμαχίαν ἑτέρους ἐξωρμημένους κατὲ λύσσαν πάλαι τῶν κατὰ Παφλαγονίαν μερῶν, ἑτοίμους ἐξαλείφειν τε καὶ ἀπάγειν τὰ πρὸς ποσὶν ἐκ πολλῆς ἰταμότητος, ἐκεῖ που πάντας συνῆγεν. οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Μουζάλωνα, ὅσον Ῥωμαϊκὸν καὶ ὅσον Ἀλανικόν, ὅσον ἰθαγενὲς καὶ ὅσον ἐξωθεν, μόλις που περὶ δύο χιλιάδας συνίστατο. ὅμως γε μέντοι τὸ ἐπὶ τῆς οἰκείας μάχεσθαι πολλὴν σφίσι ῥοπὴν ἐπὶ τῷ τολμᾶν πρὸς πλείστους ὀλίγοις ἐδίδου. κἂν καὶ περιγενέσθαι σφᾶς ξυμβεβήκοι, εἴπερ γνησίαις καρδίαις, ὡς πολλοῖς ἐλέγετο, ὥρμων

B

C

duxerit. hoc ita gestum et late celebratum magis magisque incitavit Atmanem, barbarumque in fastum extulit: adeo enim iam eius copiae auctae numero erant, ut et Persas alios e regionibus vicinis ad se ultro coëuntes socios haberet et ad incursionem quolibet promovendam adiutores idoneos. hoc et Amurio superbiam adiecit. hoc illi persuasit foedus frangere, aemulatione instincto avara, qua ei videbatur intolerabile se quidem promissae imperatori fidei religione vinctum abstinere manus a praeda Romana, interim dum illam alii longius profecti totam in sua lucra verterent. sed quamvis haud sane sibi Amurius parcebat quin quam maxima posset rapacitate grassaretur, tamen exigua videri poterant damna quae rei Romanae inferebat, si compararentur cum longe gravioribus a potentiori Atmane illatis. hic enim inceptum urgens et accinctus praesens operi, succinctus etiam novis auxiliis ferocissimorum latronum, qui saeva dudum in nos instincti rabie e partibus Paphlagoniae recens ad ipsum convenerant, parati animis delere desolareque obvia cuncta, nihilque facere reliqui extremae crudelitati diripiendis abducendisque in servitutem plane universis incolis illorum tractuum. hos ille cum suis veteribus aggregasset copiis, universum illic exercitum una secum habebat. oppositus illi stabat unica tutela Romani limitis Muzalo; qui recensitis suis, collatoque in unum quantum supererat Romanarum copiarum quantum Alanicarum, vix numeratis simul indigenis simul exteris duo millia militum explebat. extremum tamen Muzalonis oculis et animo obversans periculum Romanae rei audaciam ei atque impetum pro aris focisque decertandi contra plures dabat, haud abhorrentibus a ducis sententia plerisque militum, licet suae conscius paucitatis. et habuisset ista fiducia successum, vicissentque, ut plurimi affirmant, si aut plane omnes conspirassent in generosum hoc propositum, aut in eo concordes perseverassent animique fortitudine totis viribus et animis in istud praelium ruis-

καὶ τῆς μάχης ἀντελαμβάνοντο. νῦν δ' ἀλλ' ἐρραθυμηκότες οἷον καὶ νάρκην παθόντες, οὐχ ἧττον ἐκ δυσνοίας ἢ ἀβουλίας,
D ἀφῃρημένοι ἐξ ὑπογύου καὶ ἵππους καὶ χρήματα διὰ τὴν ἐπισυμβᾶσαν τῶν Ἀλανῶν ἕνεκα ἐξ ἁπάντων συντέλειαν, τὰς ὁρμάς τ' ἐπεκλῶντο καὶ ἀτολμότερον συνερρήγνυντο. ὃ καὶ τοῖς Πέρ- 5
σαις μεγάλην ῥοπὴν ἐνεποίει, καὶ μᾶλλον ἐτόλμων κατ' ὀλίγων πλεῖστοι. οὕτω δὲ τῆς μάχης ἀνισουμένης καὶ πλήθει καὶ γνώμῃ, πίπτουσι μὲν οὐκ ὀλίγοι, φεύγουσι δ' οἱ πλείους, καὶ τῇ Νικομηδείᾳ ἐγγύθεν οὔσῃ μετὰ περιφανοῦς τῆς τροπῆς διεκπαίον- 10
τες συνεισβάλλουσιν ἀκλεῶς. ἔδοξαν δὲ τότε καὶ ἐς πολὺ χρήσι-
E μοι Ἀλανοὶ πεσόντες πλείους ὑπὲρ Ῥωμαίων· τῷ γὰρ πεζῷ πολλῷ γε ὄντι διδύντες ἄνεσιν εἰς τὸ φεύγειν κλινάσης ἤδη τῆς μάχης, αὐτοὶ μὲν περικυκλοῦντες τοὺς πολεμίους καὶ ὑπὸ πόδα χωροῦντες καὶ λέχριοί πως ἐπιτιθέμενοι, περιαργοῦντες ἐπίτηδες, οἷστοῖς ἔβαλλον καὶ πεζοὺς τοὺς τέως ἱππότας ἐδείκνυον. πεζῶν δὲ νέφος 15
ἐκείνων συνειλούμενον σφίσι καὶ διεκπαΐον τὰ πρόσω ἀπεσώζετο.
P 230 ἐκεῖνοι δὲ τῆς αὐτῶν σωτηρίας τοὺς καθ' αὑτοὺς προβαλλόμενοι κινδύνους συνεχεῖς ἔπιπτον. καὶ οὐδὲν ἦν τὸ λοιπὸν καὶ τὸ νικᾶν

18. καὶ τὸ] ἢ τὸ?

sent. nunc multi ex ipsis, vel innatae indulgentes ignaviae, vel refrigerato, si quem concepisse visi fuerant, ardore strenue dimicandi, segnes ancipitesque torpebant. in his erant quos adhuc urebat dolor contameliae, ut putabant, iniuriaeque acceptae, cum equi nummique ipsis erepti Alanis attributi fuerant, quo Romanam militiam periisse funditus querebantur, taediique inde ac fivoris pleni nec consentiebant caeteris, nec impetum expediebant quidquam aggrediendi viris dignum; parque frigus in pugnam protrusi in ipsa acie monstrarunt. id quod Persis animadversum addebat videlicet illis animos, magnamque facultatem pauciores, eosque timidos, obterendi tribuebat. ita male comparato inter hinc paucos sibi diffidentes et debiles, illinc plurimos optime animatos fortesque certamine, praelium commissum est, eo qui expectari debuit eventu, ut nostrorum nimirum non pauci caderent, plurimi fugerent, et in urbem vicinam Nicomediam plane fusi nec dissimulanter victi, cladis pleni dedecorisque confugerent. demonstrarunt se occasione ista valde utiles Romanis Alani; quorum utique multi pro salute nostrorum occubuerint. videntes quippe inclinatam irrevocabiliter ad fugam aciem pedestrem, quae maxime numerosa erat, spatium ipsi ad vitam in tuto locandam suo magno periculo ultro adeundo praebuere, siquidem desilientes ex equis, et magno animo ad persequendum consternatos erumpentibus circumfusi hostibus, eosdemque oblique a lateribus procella telorum impetentes, stare quamlibet invitos coëgerunt, plerisque ipsorum equorum caede ex equitibus in peditum ordinem redactis. unde contigit agmen illud peditum nostrorum loco motum, et si equitatus incurrisset, plane periturum, otium suae saluti prospiciendi nancisci, empta ipsi commoditate ista pretio sanguinis et vitae Alanorum; quorum permulti corpora tegendae nostrorum fugae obtendentes transfossi ceciderunt. caeterum Persae adeo strenue

Πέρσας καὶ διασπαρέντας ἄλλον ἀλλαχοῦ κατατρέχειν τὰ πρόσχωρα, τῶν πολλῶν ἐντεῦθεν εἰς ῥᾳδίαν προνομὴν κειμένων κατὰ πολλὴν ἐρημίαν τῶν κωλυόντων. ἦρξε τοίνυν ταῦτα μεγάλων κακῶν ἁπάσῃ τῇ χώρᾳ, ἐπὶ καιροῖς ἀναγκαίοις, τοῖς τῶν καρ- B
5πῶν συλλογῆς, τῶν μὲν ἀπαγομένων τῶν δὲ σφαττομένων, ἔστι δ' ὧν καὶ φευγόντων, εἴ τις καὶ προαπανίστατο τῶν δεινῶν καὶ φρουρίῳ τινὶ τὰ καθ' αὑτὸν ἐπίστευεν.

26. Εἶδες δὲ τότε καὶ τοὺς ἐνδοτέρω σκευαγωγοῦντας, P 231
καὶ οἰκτρὰν θέαν περαιουμένους εἰς πόλιν, ἀπογνόντας ἤδη τὴν
10τῶν ἰδίων σωτηρίαν. καὶ ὁ πορθμὸς οὗτος ἑκάστης μυρμηκιὰν ἀνθρώπων καὶ ζώων ἐδέχετο, οὐκ ἄνευ συμφορῶν τῶν μεγίστων ἀπαλλαγέντων· οὐδὲ γὰρ ἦν ὅστις οὐ τῶν ἰδίων ἀπεθρήνει τὴν στέρησιν, τῆς μὲν ἀνακαλουμένης τὸν ἄνδρα, τῆς δὲ τὸν υἱὸν ἢ μὴν τὴν θυγατέρα, ἄλλης ἀδελφόν τε καὶ ἀδελφήν, καὶ ἄλλης B
15ἄλλο τι συγγενείας ὄνομα, πάντων δὲ ἐλεεινῶς προκειμένων, τῶν μὲν ἐντὸς πόλεως, τῶν δὲ καὶ ἐκτὸς παρ' αἰγιαλὸν εἰκαίως κατασποδουμένων, λείψανα φερόντων καὶ ζωῆς καὶ βίου. νήπια δὲ καὶ γυναῖκες καὶ οἰκτροὶ πρεσβῦται προκείμενοι ταῖς ὁδοῖς ἀλγεῖν ἐποίει καὶ τὸν μόνον ἀκούοντα. πλὴν ἐντεῦθεν στρατὸς μὲν τὸ

usi victoria sunt, ut medium nullum intercederet spatium inter cladem nostri exercitus et distributionem illorum in manus varias, quae diverse in multas simul partes Romanae ditionis irrumperent. et sufficiebat vel exiguus numerus rei ubique ex ipsorum sententia gerendae, propter debilitatem et destitutionem in illo limite interiusque extremam omnium, nemine iam prorsus uspiam comparente qui subditos imperio Romano tueretur. quare omnes et omnia parata illic praeda quibusvis tollere curantibus iacebant. ingentium haec igitur fuerunt initia malorum, geminante etiam incommodum importunitate temporis, quod haec Muzalonis clades incidit in aestivam messem, qua tempestate cuncti erant intenti collectioni et importationi frugum in horrea, vice cuius hi quidem abducebantur, illi trucidabantur, nisi si qui mala ista fuga matura praevertissent arcique alicui obviae se ac sua credidissent.

26. Vidisses tunc citeriores Nicomedia ruris incolas convasata supellectile trepide in urbem accurrentes, et miserabile spectaculum obviis offerentes luctu et planctibus, quibus uti desperata salute se miseri cruciabant; cernebaturque quotidie in traiectu illo, velut densum formicarum agmen sese trudens terrore, multitudo mixtim hominum et bestiarum. nec quisquam ea ibat non eiulans ac plorans, quod maximis iacturis aegre vitam redemisset, nemine fere non cuiuspiam ex intimis amissionem lamentante. haec quidem virum abactum aut occisum flens inclamabat, illa filium aut filiam, alia nomen aliud affectus et cognationis proximae. cuncti autem miserabiliter in publico iacentes procumbebant, quidam intra urbem, alii extra per maris littus, in pulvere versantes miseras reliquias vitae ac spei. parvuli autem et mulieres senesque miserandi strati temere per vias non solum videntes horrendo spectaculo, sed et audientes immedicabili cordolio vulnerabant. caeterum indidem, hoc est Nicomedia,

C μὲν ξενικὸν περαιούμενον ἀκλεῶς ὑπέστρεφε, τὸ δ' ἰθαγενὲς καὶ αὐτόχθον, καὶ αὐτῶν οἰκιῶν ἐκκεχωρηκὸς τοῖς ἐχθροῖς, ἐξ ἀναγκαίου ἐζήτει ὅπῃ γε καὶ ἀποφυγὸν σωθήσεται. ἐχθροὶ δὲ τίως πολλῶν ἐμπλησθέντες τῶν ἀνωτέρω ἀνέδην ἐκείνοις ἐνεσπατάλων, ἀπάγοντες μὲν αἰχμαλώτους, ἀπάγοντες δὲ καὶ ζῶα καὶ λείαν πᾶσαν καὶ αὐτὸν δὴ τὸν καρπὸν τῆς γῆς τὸν ἐπέτειον, ζώοις τοῖς ἐκ τῆς λείας διευθετούμενοι, καὶ ὅ τι καὶ ἔδοξεν ἀσφαλὲς μετα-
D φέροντες. οὐ μὴν δὲ καὶ τῶν κατωτέρων Νικομηδείας ἥπτοντο, οὔπω θαρροῦντες ἴσως τὴν εἰσβολήν· ἐπῄει γὰρ ἐκείνοις φοβεῖσθαι τὴν ἐξ ἐγγίονος ἔφοδον, καὶ ὡς ἱερῶν ἀθίκτων ἔτι τῶν τῆς πόλεως πρασταίων ἀπείχοντο, εἰ καὶ τοῖς τῇδε τῶν δεινῶν προσδοκωμένων ἀναστολῆς ἔδει, καὶ ὡς ἦν ἀνεστέλλοντο. οὐ γὰρ ἐνταῦθα μόνον ἦν τὸ δεινόν, ἀλλὰ τὰ μὲν κατ' ἀνατολὴν μέχρι καὶ Ἀτραμυτίου, ὅπου καὶ βασιλεὺς ἐπεχωρίαζε, τὰ ἀνωτέρω
E πάντα δίχα τῶν ὀχυρωτάτων φρουρίων τοῖς ἐχθροῖς εἰς προνο-
μὴν ἔκειντο, τὰ δὲ προσωτέρω περί που τὴν Ἀχυράους καὶ Κύζικον καὶ Πηγὰς καὶ Λοφάδιον ὀλίγῳ τινὶ διαστήματι τῷ ἀπὸ θαλάσσης ἐλεύθερον περιῆν. Προύσῃ δὲ καὶ Νικαίᾳ ταῖς πύλαις
P 232 ἐπέχραε τὰ δεινά, ἅπάντων τῶν ἔξω προνομευθέντων, καὶ δευ-

9. ἐποίει P.

post cladem memoratam militia quidem extera inglorie revertebatur: indigenae vero milites, qui domos suas occupatas iam ab hoste scirent, ubi deinceps perfugium ad salutem captarent, varie quisque aestuans necessario quaerebat. at hostes corrasis hactenus omnium ulteriorum regionum praedis, iis se incubantes ingurgitabant, raptis intemperanter abutentes, trahentes captivorum hominum catervas, captivi pecoris greges armenta mandras, una cum omnis generis praeda, praesertim autem fructu segetum, quas anni tempestate maturas collegerant, ex iisque larga manu, quae multa undique praedando congesserant, iumenta pascebant; denique summa securitate, quidquid ipsis placuerat, quo vellent cumque transferentes. non tamen adhuc citeriores Nicomedia tractus attingebant, nondum, ut est verisimile, tuto se illuc irrupturos opinantes. metuebant videlicet ne, si proveherentur, ex urbe retro relicta eruptio in ipsos fieret. eademque formidine continebantur, ne suburbia civitatis tamquam sacra contingere auderent. etsi parum ea res illic degentibus remissionis afferret, continuo utique terrore solicitis, et quae nondum patiebantur, sibi tamquam praesentia fingentibus, fruebantur tamen miseri, ut poterant, quiete qualicumque per istam ita suspensae incursionis hostilis moram, ac comparatione pariter infelicium multorum sese consolabantur. neque enim erat melior conditio securiorve status reliquorum per totum Orientem Atramytium usque, ubi diversabatur imperator: ulteriora quippe universa, praeter arces munitissimas, hostibus in praedam exposita iacebant. longinquiora modo quaedam circum Achyraos et Cyzicum ac Pegas Lophadiumque, exiguo a mari intervallo, libera superarant. Prusae quidem ac Nicaeae bellum et clades sub ipsas admotae portas erant, omnibus

τὸν τὸ πάθος καὶ ἀπαραμύθητον τὸ συμβάν, ἁπάντων ὀλίγων ἐξαπολωλότων μηνῶν. καὶ ὥσπερ θείας ὀργῆς καὶ μηνίματος δαιμονίου τὸ πάσχειν, οὕτω καὶ θείας ἀντιλήψεως μόνης καὶ συμπαθείας τοῦ κρείττονος τὸ τὰ δεινὰ στῆναι εἰκὸς ἦν ἐννοεῖν.

27. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον. οὐκ ἦν δὲ ἄρα καὶ B ἀρχιερεῖς ἡσυχάζειν καὶ μὴ δι' ὄχλου μεγίστου τῷ πατριάρχῃ γίνεσθαι τοῦ τῆς Ἐφέσου καὶ πάλιν Ἰωάννου καὶ τῆς ἐκείνου ἀνορθώσεως ἕνεκα. εἷς δέ τις αὐτῶν (ὁ Σηλυβρίας οὗτος ἦν Ἱλαρίων) καὶ μέγα τι κατὰ τοῦ πατριαρχοῦντος ἐφθέγξατο, οὐ τότε πρώτως, ἀλλ' ὅτε δὴ πατριάρχης ἐπὶ τῇ τῆς Παμμακαρίστου μονῇ ἀναχωρῶν τῶν φροντίδων καθῆστο, οὐκ αὐτὸς ἰδὼν ἀλλὰ παρ' ἰδόντος ἀκούσας, ὡς ἔλεγεν. ἀπῆν δὲ τῶν ζώντων ὁ φήC σας, ἀνάγωγος καὶ ἄλλως ὢν ἐκεῖνος καὶ ἐπὶ διαβολαῖς γνώριμος. ἀλλὰ καὶ τὸ ἔγκλημα ἀπᾷδον ὅλως καὶ ψευδολόγημα ἄντικρυς. ὅμως ὁ Σηλυβρίας οὐ πάνυ τι καὶ αὐτὸς πιστεύων, ὡς ἐῴκει λέγων, τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον ἐν ἀπορρήτοις παραλαβών, βασιλεῖ πιστεύει τὸν λόγον. τῷ δὲ μέγα μὲν ἀκούσαντι ἔδοξε, καὶ βαρέως ἤνεγκε τὸ λεχθέν· ὅμως δὲ μέντοι καὶ μὴ πιστεύσαντι D ἐπῄει φροντίζειν τοῦ ἐν ἀπορρήτοις διακεῖσθαι τὸν λόγον, ὡς

3. οὕτω bis ponit P.

quae circum urbes illas fuerant undique direptis ac vastatis. dira calamitas nec consolatione levabilis ulla cuncta late occupaverat, universis illis populis paucorum spatio mensium funditus perditis. ac sicut divinae fuit irae instaeque superum in scelera nostra animadversionis, nos pati talia, sic uni coelesti clementiae ac misericordiae numinis imputari par fuit indutias illas malorum qualescumque, quae barbaris progredi ulterius verentibus Romanae plebi, licet nullo protectae praesidio adversus eos, si venirent, contingebant, aliquod in extrema clade solatium.

27. Et haec quidem in hunc modum se habebant, ut hactenus diximus: episcopi autem perstare quieti non poterant, nec absistere a facessendo gravem patriarchae molestiam, Ioannis rursus Ephesii et eius restitutionis causa. unus autem ipsorum Selybriensis, cui nomen erat Hilarion, grave quodpiam a patriarcha peccatum retulit, non recens illud quidem, sed tunc patratum quando patriarcha idem in Pammacaristi monasterio sepositis curis considebat; idque aiebat haud visum a se, sed ab alio qui vidisset auditum. verum qui memorabatur auctor, iam erat mortuus; fueratque, dum viveret, homo contumeliosus et calumniator notus. crimen porro erat prorsus abhorrens a verisimilitudine omni merumque mendacium. prae se ferebat quinetiam Selybriensis ipse, cum id alterius testimonio referret, sese haud credere: putasse tamen rem qualicumque fide arcano ad se delatam imperatori, prout fecit, indicare se debere. imperator hoc audito momenti permagni temere moveri negotium iudicavit, graviterque tulit id ad se delatum. ac nullam licet fidem delationi adhibens, sibi enixe curandum existimavit ne ad plures dicti notitia manaret,

ἄλλως καὶ ἀπρεπῆ ὄντα οὐ μᾶλλον ἢ ψευδῆ. διαφυλάττεσθαι γὰρ καὶ τὰς τῶν πολλῶν ὑπονοίας ἄξιον ἐκεκρίκει. πλὴν καὶ τοῦ προσανενέγκαντος κατεγνώκει, ὡς τὸ τέλος ἔθειξεν, ὅτι καὶ ὅλως ἐπὶ τοιούτῳ καὶ παρὰ τοιούτου πιστεύσειε λέγοντος. ἦν ταῦτα, καὶ οἱ μὲν ἀρχιερεῖς καὶ αὖθις διὰ τὸ τοῦ πατριάρχου πρὸς αὐ-
P 233 τοὺς ἀμφίγνωμον περὶ τῶν κατὰ τὸν Ἔφεσου πραγμάτων πατριάρχῃ ἐπεῖχον καὶ οὐ καθαρῶς εἰρήνευον. ἦσαν δ' οἵτινες τούτων καὶ ὠμογνωμόνουν τῷ πατριάρχῃ καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς διεφέροντο. βασιλεῖ δὲ πάντα τρόπον τὰ τῆς εἰρήνης στέργοντι οὐκ ἦν ἠρεμεῖν, ἀλλὰ τὸ μὲν τὸν Ἔφέσου ἀποκαταστῆναι καὶ προσαπεδέχετο καὶ συνήργει τοῖς βουλομένοις, τὸ δ' αὖθις ἐκείνου χάριν πατριάρχην προσαναγκάζειν οὗ οἱ τῶν δεόντων ἐδόκει.
B ὅθεν κἂν καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ Ἐφέσου λέγοντας ἀπεδέχετο, ἀλλὰ τό γε σχίζεσθαι διὰ ταῦτα ὁρᾶς πατριάρχου καὶ λίαν διὰ βάρους ἦγε καὶ προσωνείδιζε, καί τισιν ἐμβριθέστερον προσεφέρετο. σκοπῶ δὲ μὴ Πάτροκλος ἦν ὁ Ἐφέσου καὶ τὸ τοῦ Αἰνείου ἐσχεδιάζετο εἴδωλον, τῆς βασιλικῆς γνώμης ἤδη κλινούσης πρὸς Ἀθανάσιον τῷ τὸν Ἰωάννην ἀποπροσποιεῖσθαι, εἰ καὶ ἐν ἐφανῇ

praeterquam indecentis et mentione ipsa infandi, etiam, ut se dabant indicia, mendacis. praeverti enim oportere suspiciones multorum aequum censuit. sed et, prout ex consecutis ad extremum apparuit, saccensuit delatori, quod e tam levi tamque sublestae fidei auctore cognitam rem tantam non modo non contempsisset, ut debuerat, verum etiam, ut deferendo monstraverat, credidisset. dum haec ita se haberent, interim episcopi, quod sibi adversari patriarcham scirent in negotio Ioannis Ephesii, haud cessabant instare circa hoc illi, nec corde sincero cum eo communicabant. non tamen ex eorum numero deerant qui partes patriarchae sequerentur et ab aliis ea causa dissentirent. quae cernens imperator, pro suo antiquo proposito pacis ecclesiasticorum omni ratione procurandae, haud sibi cessandum in hac pacanda discordia putavit; in quo restitutioni quidem Ephesii, quam multi urgebant, non modo assentiri se monstrabat, sed ei ultro promovendae paratam exhibebat operam. tamen idem eius rei gratia vim inferri patriarchae haud decere indicabat. unde, quamquam libenter audiret quaecumque pro Ephesio allegabantur, molestissime ferebat omnem mentionem discessionis a sacrorum principe; et quos audiret eam minari episcopos, graviter increpebat, etiam exprobratione non abstinens. non dissimulabo hic tamen speculationem quandam meam. quis scit an capessenti sic imperatori causam Ephesii, cui sciret adversari patriarcham, non aliud occultius in mente fuerit? quis, inquam, praestet non hoc illi praetextum fuisse morum, et velut illud e fabulis ad vanam speciem obiectum inane Aeneae simulacrum, ad usum indulgendi conceptae iam tum arcanae voluntati reponendi Athanasium in thronum, quam ad rem sibi videbat fore utilem factionem multorum antistitum a Ioanne nunc pontifice aversorum ob Ephesii negatam ab eo restitutionem. sed haec emittamus, quae si iam

ταῦτ' ἦσαν ἔτι. ὡς δέ που καὶ τὸ ὑπ' ὀδόντα κεῖσθαι δοκοῦν
ἀνάπυστον ἤδη ἤρξατο γίνεσθαι, καί τινες ἀφωσιωμένως πως
καὶ ἐπιπολαίως τὰ περὶ ἐκείνου ᾐνίσσοντο, τὸ ἐκείνου αχίζεσθαι C
ἑαυτοῖς εὐπροσωπότερον καθιστάντες, τότε βασιλεὺς τὸν πρώ-
τως ὑπομνήσαντα περὶ τούτου ὑπώπτευεν, ὡς καὶ ἄλλοις εἶπεν
τὸν λόγον, κἂν αὐτὸν μὴ σκανδαλίσειεν ὑπειπών, ἄλλοις ἴσως
εἰπὼν μῶμον προστρίψειε. διὰ τοῦτο, καὶ τῇ τοῦ πατριάρχου
θαρρῶν σεμνότητι, ἐκφαυλίζει τὸν λόγον, καὶ τὸν πρώτως εἰ-
πόντα δῆλον καθίστησιν. ἄρρητον μὲν γὰρ εἶναι καὶ ἄπιστον,
καὶ λίαν ὠρέγετο, ὡς ἐῴκει· ὑπολαλουμένου δὲ καὶ παρ' ἄλλων, D
αὐτὸς ἀναγκασθεὶς φανερὰν καθίστησι τὴν κατηγορίαν, καὶ ὡς
ὕβριστὴν οὐκ αἰτίας ἀνίει τὸν φάμενον. ἀκούει ταῦτα καὶ πα-
τριάρχης, καὶ ὡς εἰκὸς φεινοπαθήσας, ἐπεὶ οὐ περιῆν ὁ πρώτως
ἐπιπών, ὡς ἐλέγετο, αὐτῷ δὴ Σηλυβρίας τὴν συκοφαντίαν ἐπέ-
τριβε, καὶ συνόδῳ ἐπεγκαλεῖ ζητῶν τὴν ἐκδίκησιν ἑαυτῷ, κἂν
ἐκεῖνος ὡς εἶχεν ἐπειλύων τὸν λόγον ἄλλως ἔλεγεν ἐξεπεῖν.
(28) παρ' ἣν αἰτίαν καὶ βασιλεὺς (οὐδὲ γὰρ ἦν ψεύδους γρά- P 234
φεσθαι βασιλέα γε ὄντα) ἐπὶ τοῖς τοιούτοις συκοφαντοῦντα δια-
λέγχειν ἀναγκαζόμενος, ἃ τέως ἀνέκφορον ἠβούλετο μένειν, ἐπὶ

tum erant, in occulto certe tenebantur. tunc autem evenit ut, cuius meminimus, Ioannis patriarchae crimen clam olim immurmuratum enotescere inciperet, et a quibusdam verecunde quidem ac quasi aliud agendo, tamen sic oblique innueretur ut qui rem compererant agnoscerent; quod infensi Ioanni episcopi magna arte faciebant, sic sibi plausibiliorem praeparantes obtentum ab eo sese discindendi. istam propalationem rei a se tanto studio celatae imperator sentiens, eum qui sibi primus illam indicasset, Selybriensem violati arcani suspectum habuit; et in eam incubuit partem ut crederet illum indulgentem prurigini malignae aliis quoque manifestasse, quod frustra ei fuisset a se impense commendatum ne omnino mortalium cuiquam aperiret. et hunc quidem ipsum coram redarguere levitatis illius haud voluit, ne sine operae pretio eum irritaret: illum tamen eo nomine apud alios vituperavit, ac fretus gravitate notaque patriarchae innocentia non dubitavit crimen id totum falsae calumniae adscribere, conquerendo de eo qui primus vulgaverat, quod luce indignissimum proni tenebris semper oportuisset. sic imperator id ipsum quod summe, ut videri voluit, cupiverat indictum immemoratumque perpetuo sileri, cum susurrari ab aliis intellexisset, publicare ipse coactus est, palam incusans Selybriensem, qui prodiderat primus, ut contumeliosum et sycophantam. audiit haec patriarcha, et prout par fuit, indignatus, postquam in viris non supererat qui falsi criminis auctor allegabatur, ipsi Selybriensi calumniae dicam impegit, questusque de illo apud synodum petiit cunctos rem cognosci vindicarique tantum scelus, excusante illo quantum poterat, haud se malo animo enuntiasse sub arcano quod ex alio rescisset. (28) haec ipsa expostulatio patriarchae querelaque apud synodum cum curam imperatori adiecisset, ne cuipiam minus plene de re tota edocto suspicio forte in ipsum oboriretur, tamquam quod audivisse ex alio sie-

πολλῶν ἐξέφερεν, ὅπως καὶ ὅτε καὶ τί προσελθὼν εἴπειεν ὁ εἰπών. τέως δὲ πολὺς προσετρίβετο ἐντεῦθεν μῶμος, ἀμφοτέρωθεν ἀντιδιατεινομένων. καὶ διὰ ταῦτα πατριάρχης δεινῶς ὑβριοπαθῶν ἦν, καὶ οὔτε βασιλέα προσαπεδέχετο κινοῦντα τὸν λόγον,
B ἀλλὰ καὶ τῷ πρώτως εἰπόντι κακῶς εἶχε, καὶ συνόδου ἐζήτει ἐκδίκησιν, εἰ πιστεύειν θέλοιεν ὡς καὶ αὐτοὶ συκοφαντίαν τὸν λόγον, ὡς λέγουσι, κρίνουσι. τῷ τοι καὶ τῷ μὲν ζητεῖν πατριάρχην δίκαια ξύμπαντες ὡμολόγουν, πρὸς δὲ τὸ καταδικάζειν τὸν λέξαντα διαμφιγνωμονοῦντες ἦσαν· μηδὲ γὰρ κἀκεῖνον αὐτόθεν ἐκφῆναι τὸν λόγον, μηδ' ὡς κατηγορίαν συνθεῖναι, ἀλλὰ βασι-
λεῖ πιστεῦσαι, ὥστε μεῖναι καὶ ἐν ἀπορρήτοις οἴεσθαι. ὡς δὲ πολλάκις ὁ μὲν πατριάρχης συνιστᾶν βουλόμενος σύνοδον ἐπὶ τού-
C τοις τοὺς ἀρχιερεῖς μετεπέμπετο, ἐκεῖνοι δὲ οἱ μὲν συνήγοντο καὶ ἕτοιμοι ἦσαν κρῖναι καὶ καταδικάζειν τὸν φάμενον ὡς οὐκ εὔσχημον ὂν οὐδ' ἄλλως εὐπρεπὲς πρὸς βασιλέα λέγειν τοιαῦτα, οἱ

bat per se ipse confinxisset, causa fuit diligentius asseverandi delationem ad se factam, eoque magis ac magis divulgandi quod enixe in arcano manere studuerat, dum scilicet multis solicite inculcat, quis, quando, qua ratione ad se accedens illud patriarchae crimen detulerit; ac scilicet Selybriensem delatorem graviter incusans, qui vicissim dum se apud plerosque purgare satagit, postquam erat contestatus bono se animo et sine ulla calumniandi voluntate Augusto sub fide arcani declarasse quod ipsum non latere publice interesse putaverat, erumpebat in mutuam vituperationem ipsius, qui videlicet secreti religione violata rem clam auditam palam enuntiasset. per has contentiones latius sparsum sermone celebrabatur patriarchae crimen, non sine gravi eius infamia; qua ille acriter commotus nec imperatoris excusationem admittebat, coactum se aientis ad proferendum quod tenere occultum debuisset, et in eum maxime qui falsam ei calumniam primus indicasset infenso erat animo, vindicarique scelus huius severo synodi iudicio poscebat; utebaturque ad tanto efficacius id iudicium urgendum professione sibi facta multorum e patribus, singillatim affirmantium non dubitare se quin falsum et calumniose affictum totam id crimen esset; quod qui dicerent, eos patriarcha contendebat sensus istius sui veritatem debere sancire puniendo, ut merebatur, illo qui temere primus effutiisset id quod ipsi nihil aliud quam atrox falsissimumque maledictum esse iudicarent. ac iuste quidem commoveri patriarcham et suae famam innocentiae suffragiis synodi stabiliri velle non immerito fatebantur passim omnes: damnari, prout petebat, poenisque subiici primum denuntiatorem falsi licet eius criminis, haudquaquam omnes pari consensu censebant aequum. erant enim qui rem venia prosequendum contenderent, quoniam non ipse a se tamquam sibi compertum patriarchae delictum primus auctor detulisset, neque eius accusationem instituisset, sed rem arcano sibi cognitam imperatori credidisset, sub fidi silentii custodia tenendam, ut quidem existimabat. cum autem nihilo secius patriarcha incumberet in propositum synodalis iudicii adversus Selybriensem urgendi, convocaretque saepius ea de causa synodum et nominatim episcopos accerseret, horum aliqui conveniebant, promptosque se praebebant ad iudicandum condemnandumque Hilarionem, quod contra quam conveniens ac decens fue-

δὲ αἰτίας τῆς ἀποφυγῆς πλαττόμενοι τὴν ἄφιξιν ὑπερετίθεντο καὶ τῷ Σηλυβρίας ἀγαθὰς ὑπερέτεινον τὰς ἐλπίδας, ταῦτα δ' ἐποίουν πολλάκις ἔννοιαν διδόντες ὡς ἐπαλγοῖεν καὶ οὗτοι μὴ καὶ πατριάρχου σφίσιν ὁμογνωμονοῦντος ἐπὶ τοῖς τοῦ Ἐφέσου πράγμασιν, ὥστε καὶ κινδυνεύειν σχίζεσθαι, τότε πατριάρχης ἀπαλγῶν τοῖς D τελουμένοις, ἐπεί γε συνοδικῶς προκαθήμενος μέχρις ὀψὲ τῆς ἡμέρας τὴν ἐκείνων περιέμενεν ἄφιξιν, αὐτίκα συντόνῳ ψυχῆς καταστήματι καὶ ἱκανῶς ἐνθέρμῳ ἐκ λύπης ἀποχωρεῖ, τελευταῖον εἰπὼν εἰς τοὺς τότ' ἀρχιερεῖς ἢ μὴν τοῦ λοιποῦ μὴ εἶναι μέσον αὐτῶν, κἂν ὅ τι ποιοῖεν, καὶ ὅρκον ἐπιπροσθεὶς, ὥς τινες ἤκουσαν. ὁ δ' ὅρκος ἰδιωτικῶς πως οὕτως ἐξενεχθεὶς "νὴ P 235 ἡμαι δοῦλος τοῦ Χριστοῦ, οὐ μὴν εἰμὶ μεθ' ὑμῶν, εἰ μὴ τὰ γένοιτο." τὸ δ' ἦν, εἰ μὴ ὁ Σηλυβρίας κολάζοιτο. πέμπτην μὲν οὖν ἦγε τότε μὴν Ἀνθεστηριών, ἡμέρα δ' ἦν ἡ πρὸ τοῦ σαββάτου παρασκευή, καὶ μικρὸν ἐφησυχάσας τῇ κέλλῃ πρὸς ἑσπέραν σὺν τοῖς ἰδίοις μεταχωρεῖ, καὶ πρὸς τὴν τῆς Παμμακαρίστου μονήν, ὅπου καὶ εἴθιστο καταμένειν, γίνεται, ἀφεὶς ἕνα τῶν αὐτοῦ ἢ καὶ δεύτερον τὰ τοῦ πατριαρχείου κατέχειν καὶ διοικεῖν. καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος ἔπραττεν, οὐ μὴν δ' ὥστε οἱ καὶ B καθάπαξ ἀπαλλάττειν ἔγνωστο, ἀλλ' ὡς πολλάκις εἴθιστο πράτ-

rat, talia imperatori dixisset: alii fictis praetextibus accessum ad synodum excusabant, eo ipso Selybriensi addentes animum spemque iudicii declinandi facientes. quod isti cum saepius agerent, facile intelligendum non imperitis rerum dabant ulcisci eos in hoc proprium dolorem, et occasionem arripere vicissim aegre faciendi patriarchae, in odium eius duritici qua ipsis assentiri recusaret in restitutione Ioannis Ephesini; qua re tantum offendebantur, ut facile appareret non procul abesse illos a consilio abscindendi se ab eo. istas horum tergiversationes ferebat patriarcha molestissime, adeoque die quadam, cum collectae sibi morigerorum antistitum synodo praesidens aliorum adventum usque ad vesperam frustra expectasset, repente concitato impetu aegri animi, magna irae dolorisque significatione exurgens abiit, extremum ad praesentes episcopos prolocutus de caetero se numquam amplius medium inter ipsos consessurum, quidquid ad se revocandum molirentur; adiecitque, ut quidam audivere, iuramentum vulgaribus hisce conceptum verbis "per quantum servus Christi sum, non ero deinceps vobiscum, ni haec fiant," hoc est nisi Selybriensis puniatur. dies erat quinta Iulii mensis, eademque feria sexta hebdomadis sive parasceue sabbati, quando sic se proripiens e synodo Ioannes patriarcha, inde paululum in cella commoratus, sub noctem cum familiaribus domo excessit et in Pammacaristi monasterium, ubi solitus erat diversari patriarchio digrediens, migravit, uno dumtaxat alterove suorum in patriarchalibus relicto aedibus, qui eas servarent et res patriarchatus procurarent. atque haec quidem ille fecit, haud eo animo ut penitus et irrevocabiliter patriarchatu cederet: sed, prout iam saepius ium venerat, sperans rogatum se iri, et a solicite urgentibus ut redire vel-

τειν, οὕτω καὶ πάλιν ὑπελαμβάνετο. αὐτὸς δὲ μεθ' ἡμέρας καὶ παραίτησιν σχεδιάσας πέμπει πρὸς βασιλέα οὕτως ἔχουσαν ἐπὶ λέξεων.

C 29. "Δέσποτά μου ἅγιε βασιλεῦ, καὶ ὑμεῖς δεσπόται μου ἅγιοι ἀρχιερεῖς, ἐγὼ τὸ πρῶτον ἁμαρτωλὸν εἰδὼς ἐμαυτὸν πάντα ἔπραττον ὑπὲρ τοῦ τῆς ἁμαρτίας ῥυσθῆναί με. μᾶλλον δὲ ἔπραττον μὲν ὀλίγα, τὸ πλέον δ' ἐθάρρουν εἰς τὸ ἀνεξάντλητον πέλαγος τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, ὅπερ πλουσίως ἐξέχεέ τε καὶ διηνεκῶς ἐκχέει πρός τε δικαίους καὶ ἁμαρτωλοὺς καὶ πρὸς πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτὸν κτίσιν. καὶ τούτῳ μόνῳ θαρρῶν διήνυον
P 236 ἡδέως τὸν ἐμὸν βίον. εἶτα ἀναγκασθεὶς ὅσα οἶδε θεός, κρίμασιν οἷς οἶδεν αὐτός, ἀνήχθην εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον. ὑβρίσθην μετὰ ταῦτα ὅσα οἶδε πᾶς ὁ ἐνταῦθα καὶ ἐκτὸς λαός. ἐλυπήθην διὰ ταῦτα πολλά, οὐχὶ διὰ τὴν ἐμὴν ὑπόστασιν, οἶδε θεός, ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς ἐκκλησίας ἅπαν πλήρωμα, ἧς Χριστὸς καὶ διὰ τῆς χάριτος ἐκείνου ἐγὼ κεφαλή. εἰδὼς τοίνυν ὡς οὐ τῶν πρεπόντων, οὐ τῶν δικαίων ὤν, οὕτως ὑβρισμένον ἀποφέ-
B ρεσθαι πατριάρχου ἀξίωμα, ἀναγκασθεὶς ὤμοσα τὴν αὐτοῦ ἀποβολήν. καὶ ἵστημι τοῦ φυλάξαι τοὺς λόγους μου, καὶ ἀποδίδωμι ἰδοὺ τὰς εὐχάς μου, ἃς διέστειλαν τὰ χείλη μου ἐν τῇ θλίψει μου. παραιτοῦμαι γὰρ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον· ὡς ἂν δὲ

let, ubi non alia conditione assensurum se monstraret quam si quae optabat fierent, fore ut voti compos resumeret usum potestatis. in hac tamen simulatione recusandae sedis uno gradu nunc longius quam antea progressus, post dies aliquot abdicationis formulam conscriptam ad imperatorem misit, his plane conceptam verbis.

29. "Domine mi sancte imperator, vosque domini mei ac sancti antistites, ego primum peccatorem me sciens nihil non egi quo liberarem me peccato, aut potius, cum ad hoc multa pro mea imbecillitate egerim, pro rei merito ac difficultate pauca egi. praecipuam vero fiduciam constituens in pelago inexhausto divinae benignitatis, quod liberaliter et effudit hactenus et effundit indesinenter deus in peccatores pariter ac iustos, adeoque in universas indiscriminatim creaturas suas, hac fretus sola vitam suaviter meam exegi. deinde coactus, prout deus novit, iudiciis quae ipse scit, evectus sum in patriarchalem thronum. iniuriis posthaec ac contumeliis sum affectus notis universo, qui intra quique extra urbem est, populo. ex quibus magno dolore sum afflictus, non privatae meae incuriae aut ignominiae causa (deus novit), sed propter damna inde redundantia in universum ecclesiae corpus, cuius primum Christus, deinde per eius gratiam ego caput sum. sciens igitur nec decens nec iustum esse sic deformatam contumeliis circumferre patriarchae dignitatem, coactus iuravi me illam abdicaturum. et praesto sum paratus exequi quod dixi; reddoque en vota mea, quae distinxerunt labia mea in tribulatione mea. abdico enim patriarchalem thronum; et ne praetextum in posterum ullum

καὶ μὴ πρόφασις εἰς τὸ ἐξῆς ὀδάξω σκανδάλου; σὺν αὐτῷ καὶ τὴν ἐμὴν παραιτοῦμαι ἱερωσύνην, τὸ μέγα ὄντως ἐμοὶ χρῆμα καὶ τοῦ παντὸς ἀντάξιον. ταῦτα τίθημι γνώριμα τῇ ἐκ θεοῦ βασιλείᾳ σου καὶ τοῖς δεσπόταις μου τοῖς ἀρχιερεῦσι Χριστοῦ διὰ τῆς C παραιτήσεως ταύτης, δι' ἧς καὶ τελείαν νέμω συγχώρησιν τοῖς τε ὑβρίσασι τοῖς τε εἰς τοῦτο συνεργήσασι καὶ τοῖς προαχθεῖσι τούτοις πιστεῦσαι, καὶ ἕλεως αὐτοῖς εἴη διὰ τοῦτο θεός. ἂν δέ τι συμβῇ εἰς τὰ ψυχικὰ καὶ εἰς τὰ σωματικὰ εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ἢ εἰς τὸν λαὸν τοῦ θεοῦ, ἀθῷός εἰμι τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ μου." εἶχε καὶ ὑπογραφὴν τήνδε "Ἰωάννης μοναχὸς ὁ χρηματίσας πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως."

Ταῦτα γράψας τε καὶ ὑπογράψας καὶ τῷ βασιλεῖ ἀποστελ- D λας, καὶ αὐτὰ τὰ τῆς ἀρχιεφωσύνης ἀπαμφιασάμενος, ἀφησύχαζε ταῖς ἐγνωσμέναις ἐμμένων. βασιλεὺς δὲ δεξάμενος τὴν παραίτησιν οὐδ' ἤθελεν ἀναπτύσσειν ἐξ εὐλαβείας ἀλλὰ πυρὶ διδόναι, ἐπεὶ καὶ ἄλλοτε ταῦτ' ἔκρατεν. ἐπεὶ δ' ἀναγνωσθέντος τὸν πατριάρχην ἤκουε λέγοντα ὡς ἀμόσοι, ἐν φροντίδι μεγίστῃ ἦν, καὶ ὅ τι περὶ τούτων ἀρχιερεῖς ἀποφήναιντο διεσκόπει. τὸ μὲν οὖν ἅμα δεικνύναι καὶ ἐξετάζειν ἐφιέναι τὰ ἐφεστῶτα τῇ Ῥω- E μαΐδι κακὰ οὐ παρεῖχεν. ἡμέρας γὰρ ἑκάστης ἠγγέλλοντο τὰ

19. τὰ deerat.

praebere videar scandali, meum quoque abdico sacerdotium, magnum mihi re vera et quantivis decus pretii. haec nota facio divinitus electae maiestati tuae et dominis meis episcopis Christi per hanc rite consignatam abdicationis formulam; per quam et plenam impertior veniam tam iis qui me laeserunt, quam qui cooperati eis in me laedendo sunt quique abduci se passi sunt ad his fidem adhibendam. quibus cunctis, opto, propitius condonet hanc culpam deus. unde si quid ex ea perniciem inferens animabus aut corporibus in ecclesiam dei sanctam aut in dei populum evenire contingat, innocens huius ego per Christi mei gratiam sum." hactenus abdicatio; quae et habuit subscriptionem talem "Ioannes monachus, qui eram patriarcha Constantinopolis."

His scriptis et subscriptis atque ad imperatorem missis, ipsis praeterea sponte exutus patriarchatus insignibus, quiescebat in semel decretis perstans. hoc scriptum accipienti imperatori impetum iniecit religio quaedam animi non admittendi nec legendi, sed prout alias in re simili fecerat, inexplicatum igni tradendi. tandem tamen ad id audiendum dum legeretur inductus, ubi audivit dicentem patriarcham se iurasse, in solicitudine fuit maxima, et rei iudicium permittere sententiis episcoporum cogitabat. sed simul etiam recurrebat animo haud esse nunc tempus opportunum inchoandae rei tantae, malis undique ingentibus in rem Romanam ingruentibus. quorsum enim communicanda episcopis et eorum deliberationibus committenda abdicatione ista novo se ac permoleste intricaret negotio, cum undecumque obrueretur trepidis quotidie nuntiis indicantibus

δεινά, καὶ οὐ καθ' ἕν τι μέρος ἀλλὰ πανταχόθεν καὶ πανταχῇ συρρέοντα, οὐ κατὰ γῆν μόνον ἀλλ' ἤδη καὶ κατὰ θάλασσαν. πρότερον μὲν γὰρ πειραταὶ καταλαβόντες Τένεδον νῆσον ὡς ἰδίαν εἶχον, καὶ ὁρμητηρίῳ ἐχρῶντο, κἀκεῖθεν ἀναπλέοντες καὶ πόλλ' ἄττα τῶν δεινῶν πράττοντες ἐν ταύτῃ καὶ αὖθις προσώκελλον ὑποστρέφοντες. τότε δ' ἀλλ' ἐκείνων καὶ ἑκόντων κατὰ φόβον
P 237 ἀπαλλαξάντων, τὸ Περσικὸν ὅσον ἦν ἐνδοτέρω ναυπηγησάμενον ταῖς Κυκλάσιν ἐπέχραον καὶ κακῶς ἐποίουν, καὶ τοῦτο μὲν Χίῳ τοῦτο δὲ Σάμῳ καὶ Καρπάθῳ καὶ αὐτῇ Ῥόδῳ καὶ πολλαῖς σὺν αὐταῖς ἑτέραις οὐκ ὀλίγαις προσβάλλοντες ταῖς ναυσὶ τὰς τέως ἐνῳκισμένας σχεδὸν ἀοικήτους εἰργάζοντο. οὐκ ἦν δ' ὅλως οὐδὲ τοῖς ἐν τῇ γῇ τε καὶ ἠπειρώταις ἀναπνέειν τῶν μόχθων οὐδ' ἐς βραχύ· ὅσον γὰρ ὅσον καὶ δίκην ἀγρίου πυρός, τὰ ἐντὸς κα-
B τεβόσκοντο, καὶ καθ' ἡμέραν νέαι δύαι ἠγγέλλοντο καὶ βασιλέα πρὸς ἑαυτὰς ἀντέσπων, καὶ ἀτελεῖς μετήλλαττον τὰς φροντίδας φροντίδες ἕτεραι. τὸ μὲν οὖν τὰ τοῦ πατριάρχου ζητεῖν αὐτόθεν δυσχερὲς ἦν, καὶ ὁ καιρὸς οὐκ ἐνεδίδου· τέως δὲ καιρὸν ἐζήτει τὸν εὔθετον καὶ ἁρμόδιον.

non unam aliquam imperii partem gravissime laborare, sed quantum terrae ac maris ditione amplectebatur, totum uno tempore perire. iam enim continente universa in praedam data, mare ipsum infestari latrociniis coeperat, Tenedo paulo ante a piratis occupata, qui inde erumpentes, et eo tutum receptum habentes, per continuas grassationes nihil securum illo pelago navigantibus et orae undequaque maritimae accolis sinebant. ac quamquam hi latrones deinde veriti ne non satis ad extremum tuta ipsis ea statio foret, inde sponte recesserant, tamen his modo successerat malum in eodem genere gravius. etenim quantum Persicarum copiarum in interiora terrarum imperii penetraverat, aedificatis armatisque navibus Cyclades insulas incursabant maleque vexabant; et modo Chio, mox Samo et Carpatho, ipsi quinetiam Rhodo, multisque praeter has aliis, cum navibus non paucis infesti appellentes, dudum frequentes incolis insulas iam prope desolarant et inhabitabiles fecerant. nec vero interim a terrestribus latrociniis cessabatur, aut omnino miserrimis continentis incolis quidquam vel brevis interspiramenti laborum et terrorum atrocium concedebatur. sed plane intimum Romaniae, velut sylva concepto penitus incendio, vi flammae indomita continue grassantis absumebatur; novaeque quot diebus calamitates nuntiabantur, curas imperatoris ad se ab omni alio negotio trahentes. unde is cogebatur inchoatas deliberationes de modo avertendi mala gravissima, recentibus urgentiorum cladium atque discriminum consternatus nuntiis, imperfectas omittere, has mox ipsas infectas pari tristiorum solicitudinum avocatione relicturus. hic illi deploratissimus reipublicae status difficilem nunc reddebat inquisitionem de rebus patriarchae; quare tempus ei aptum accommodatumque negotio quaerendum expectandumque iudicabat.

30. Ἐντεῦθεν καὶ τῶν κατὰ θύρας καὶ ἐγγυτέρω ἐπὶ C
πλέον κακουμένων (τὰ δ' ἦσαν τὰ ἐκ Νικομηδείας καὶ μέχρι πορθμοῦ Θρᾳκικοῦ) ἐπεὶ οὐκ ἦν μετελθεῖν πολέμῳ τὰς μάχας καὶ τῷ φανερῷ προσβάλλοντας, ἄλλως ἔγνω μεταχειριεῖσθαι τὰ κατὰ τοὺς ἐχθρούς. καὶ τὸν Κουξίμπαξιν Τόχαρον, ὃς Νογᾷ μὲν ᾠκείωτο πάλαι, τὰ Περσῶν δ' ἔσεβε καὶ τῶν περὶ ἐκεῖνον Μάγων τὰ κράτιστα ἦν, ὕστερον δ' ἐκείνου ἀπολωλότος τῷ ἐκεῖθεν πλῷ πρὸς τοὺς κατ' ἀνατολὴν Πέρσας χρώμενος ὅσα γυναικὶ καὶ παισὶν ἐξ ἀντιπνοίας περιπίπτει τοῖς κατὰ τὴν Ποντικὴν Ἡρά- D
κλειαν Ῥωμαίοις, καὶ βασιλέα ἐπικαλεσάμενος σώζεταί τε καὶ τὰ Χριστιανῶν αἱρεῖται καὶ πανοικὶ βαπτίζεται, κἀντεῦθεν ᾠκείωτο βασιλεῖ. τότε τοίνυν βασιλεὺς κρυπτόν τι καὶ συνετὸν πειρώμενος ἐννοεῖν, κηδεύειν τοῦτον ἐπὶ θυγατρὶ τὸν Σολυμάμπαξιν ἐγχωρεῖ, ὃς δὴ καὶ τῶν πλησίον ἐχθρῶν ἡγεμόνευε, καὶ μετὰ τοῦ
τὸ κῆδος προβῆναι καὶ αὐτὸν ἡγεμόνα τῶν κατὰ τὴν Νικομήδειαν καθιστᾷ, ἐφ' ᾧπερ ἐξ ἀγάπης καὶ συγγενείας ὄνησίς τις τοῖς P 238
Ῥωμαίων πράγμασι γένοιτο, κἂν οὐδὲν ἐς τόσον ἡ ἐπίνοια ὤνησεν. ὁ μὲν γὰρ τὰς ἐπιγαμίας πρὸς τὸ συμφέρον ἐποιεῖ, καὶ ἐπὶ

8. ὅσα] συνάμα?

30. Quale minime tunc aderat, quando utique cum maxime sitae ad portas et his viciniores urbes ac terrae a Nicomedia usque ad fretum Thraciam dirimens barbaricarum incursionum malis intolerabilibus urerentur. his quoniam mederi bello aperto et commissis aequo campo praeliis male paratus a re militari nequiret imperator, aliam inire viam statuit hostes coërcendi, utendo videlicet ad id opera Cuximpaxis Tochari. fuerat hic olim Nogae familiaris, superstitioni tunc Persarum addictus, adeo ut inter principes illic sacrorum magos vel in primis ipse numeraretur. postea Noga extincto, uxore ac filiis in navem impositis, vela inde fecit versus Orientales Persas, sed vento repulsus incidit in manus Romanorum Heracleam. Ponticam obtinentium; ubi non frustra implorata imperatoris gratia incolumis liberque servatus sponte Christianam suscepit religionem et cum domo universa baptizatus est, ex quo carus intimusque Augusto coepit esse. cui tota sagacitate mentis intento disquirendis viis levandarum aut minuendarum quae cunctos fere sibi subditos opprimerent cladium, quiddam ad hoc percallidum ac solerter excogitatum fore visum est, uti hoc velut hamo ad unum ex infestatoribus Romaniae barbaris aut in partes attrahendum aut certe mitigandum, ut moderatius saeviret. palam igitur permisit, cuius scilicet illi rei clam auctor fuerat, ut filiam Solymampaxi collocaret, duci exercitus barbarorum viciniae insidentis, ut sic cum necessitudine generi obnoxium Cuximpaxis habens deliniret conciliaretque imperio, cuius ipse partes sequeretur; quod ut constaret manifestius, eundem affinitate ista iam contracta socerum Solymampaxis regionibus Nicomediae circumsitis vice sua praefecit imperator, sperans Solymampaxim caritate uxoris ac soceri verecundia temperaturum a nocendo, saltem tam inclementer, commendatis tam coniuncti sibi ducis custodiae Romanis. haec Augustus quidem prudenter ita consuluit: caeterum istius

βεβαίως ταῖς ἐλπίσιν ὥρμει, εἴγε κατὰ συγγένειαν συνειγλίζοντες, ταὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τοῖς τόποις, ὁ μὲν βασιλεῖ δουλεύων προνοοῖτο Ῥωμαίων, ὁ δὲ τὸ κῆδος καὶ τὰς συνθεσίας αἰδούμενος ἀνακόπτοιτο τὰς ὁρμάς. οἱ δέ, ὃ μὲν εἰς εἰρήνην ἐνάγων ὁ δὲ
B σπενδόμενος, ὅμως τὸ τῶν προσχώρων συμφέρον οὐκ ἤνυτον. μᾶλλον μὲν οὖν διὰ ταῦτα αἰτίαν καὶ ἀμφότεροι ἀπηνέγκαντο, ὁ μὲν παρασπονδήσεως τῆς πρὸς βασιλέα, ὁ δὲ δυσνοίας τῆς πρὸς Ῥωμαίους. περιέρχεται γὰρ ἄλλοθεν τὸ κακόν· τὸ δ' ἦν τὸ ἐκ τοῦ Ἀμούρη, ἄλλου Περσῶν στρατηγοῦ, ὃς καὶ κατωθέων Μεσοθυνίας συχνάκις τὴν Σολυμάμπαξι χάριν ὡς οὐδὲν ὀνοῦσαν
C ἀπήμβλυνε. τὸ γὰρ κατὰ συστάσεις καὶ ἰδίως καθ' ἕνα μάχεσθαι ἐκ τοῦ μὴ ἕνα εἶναι τὸν κυριεύοντα ἦν πάντως. παρ' ἣν αἰτίαν καὶ δυσχερὴς τῷ βασιλεῖ καὶ σχεδὸν ἀδύνατος ἡ τῶν δυσυμβαινόντων διόρθωσις ἐνομίζετο, τοῦ μὲν ἔνθεν τοῦ δ' ἐκεῖθεν ὁρμώντων, καὶ κατὰ γνώμας διαφερόντων, καὶ λαὸν ἀγόντων ἑκάστου ἐπὶ τοσοῦτον ἀγόμενον ἐφ' ὅσον καὶ τὸ κερδαίνειν σφίσιν ἐκ τοῦ πολεμεῖν ἔσοιτο, εἰ δὲ μὴ θέλοιεν πολεμεῖν οἱ προ-

providentiae perexiguus aut nullus in rempublicam extitit fructus. etsi enim Solymampaxis matrimonio sibi privatim utili libenter inito haud invidebat quin in Romanos quoque pars commoditatis aliqua ex eo redundaret, immo etiam inter iocunda pacta nuptialia non dubiam spem fecerat volendi, novae necessitudinis occasione, coniuncte deinceps non solum animo sed etiam loci propinquitate cum Cuximpaxi vivere, ac pariter cum eo pro se quoque consulere subditis imperatoris, ut quo tempore socer, ex officio subiectionis palam imperatori iuratae, commissis ab eo sibi Romanis provideret, eodem ipse, memor affinitatis et reveritus conventionem factam, reprimeret impetus barbarorum depraedandae desolandaeque Romaniae imminentium, — etsi haec, inquam, Solymampaxis et ex animo promisisse et bona fide praestare voluisse visus est, tamen is successus fuit, ut apud nihil inde levamenti sentientes Romanos infamia uterque laboraret, socer quidem foedifragae perfidiae erga imperatorem, gener autem mali atque infesti nihilo nunc minus quam antea in Romanos animi. aliunde porro malum oriebatur, ex altero videlicet duce Persarum Amura, qui crebris tunc incursionibus Mesothiniam vastans gratiam Solymampaxis ut ad nihil utilem in animis Romanorum hebetabat. ea quippe conditio tunc rerum erat, ut quisque ducum istorum barbarorum propriis instructi copiis, nec ulli communiter superiori parentes, sua sibi privatim consilia haberent, nec sociorum vel auctoritas vel exemplum quidquam apud quemlibet ipsorum obtineret ponderis. quam ob causam difficilis ac fere insperabilis imperatori censebatur malorum tunc imperium inundantium, per istam conventionis cum aliquo ex satrapis viam, curatio, utique cum nec comprehendi omnes una confoederatione possent, et uno eorum aut altero cessante alii vel etiam licentius uberiusque praedarentur, uno videlicet hinc, alio inde aemula incessanter rapacitate inhiantibus, consilio usque discordi et parata semper voluntate contraria iis quae duces alii decernerent sequendi. militum autem, qui sub istorum merebant signis, parta usu licentia castrorum mutandorum, cupidissima praedarum aviditas facie-

ἄγοντες, ἑτέρους ζητοῦντα τοὺς ἄξοντας, ὧν καὶ μαχομένων αὐτοὶ κερδαίνοιεν πολεμοῦντες. τοῦτο συμβεβηκὸς καὶ τῷ Σολυ- D
μάμπαξι ἀχρεῖαν ἐποίει Ῥωμαίοις τὴν τῆς ἀνακωχῆς χάριν, τῶν ὑπ' αὐτῷ στρατηγουμένων τέως ἑτέροις συνιόντων, καὶ τὰ αὐτὰ Ῥωμαίους δρώντων ὅσ' ἂν κἂν ὑπ' αὐτῷ τὸ πρὶν ἐστρατήγηντο ἔπραττον. ἀλλὰ τὰ ἐντεῦθεν ἐπισυμβάντα εἰρήσεται κατὰ τόπον ἐσαῦθις.

31. Τότε δὲ βασιλεὺς δεινὸν οἰηθεὶς εἰ καὶ πλέον ἀφέξοιτο P 239
τοῦ τὴν ἐκκλησίαν καθιστᾶν (μηδὲ γὰρ ἐπ' ἀγαθῷ εἶναι τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι τὸ μὴ ἐν καταστάσει τὴν ἐκκλησίαν εἶναι), μικρὸν ἀφέμενος τῶν ἔξω φροντίδων ἐδίδου καὶ ταῖς ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας μερίμναις, ἤδη καὶ πάλιν ἀρχομένης κραδαίνεσθαι. καὶ δὴ συνόδους συνῆγε, καὶ ἱερῶν ἀνδρῶν σύνταγμα, ὅσον ἦν ἐξ ἀρχιερέων καὶ ὅσον ἐκ πληρικῶν τε καὶ μοναχῶν, εἰς ταὐτὸν καθίστα, καὶ συνδιημέρευε τούτοις, τὰ περὶ τῆς παραιτήσεως κατὰ κανόνας διερευνώμενος. τότ' ἐφ' ἡμέραις συναγομένων σχίσμα B
γεγόνει. καὶ οἱ μὲν πατριάρχῃ προσκείμενοι τὰ τῆς παραιτήσεως οὐκ ἐδέχοντο· ὑβρίσθαι γὰρ ἔλεγον τοῦτον, καὶ ἀνάγκην εἶναι

15. καὶ deerat.

bat ut ab eo satraparum quem quiescere viderent, statim ad alium suos ad rapinas immittentem transirent, securi disciplinae militaris, et unam unice spectantes, quae sola illis erat belliandi ratio, lucri sibi ex rapto conficiendi commoditatem. id quod tunc Solymampaxi contingens, ut nimirum milites eum sui abstinentem iam a rapinis desererent transfugerentque ad Amuram in Romania latrocinantem, obstitit quominus sperato ex eius cum Cuximpaxi societate urgentium malorum laxamento quopiam Romani fruerentur, militibus eius per transitum ad alia infesta Romaniae castra malis iisdem imperii subditos nunc vexantibus, quibus antea eosdem afficerant, cum nondum conciliati Solymampaxis signa sequerentur. sed quae inidem alia oriri deinde mala contigit, suo iterum loco referentur.

31. Caeterum hac qualicumque rebus Romanis ex foedere duorum satraparum remissionis oblata spe, quae quam vana esset, usu posterius apparuit; indutias urgentium curarum nactus interim velut quasdam imperator, grave nec committendum sibi putavit supersedere amplius conatui restituendae tranquillitatis ecclesiae, cuius gliscentes turbationes in reipublicae ipsius ac status politici redundare periculum intelligebat. impendit igitur brevem illam a solicitudinibus imperii requiem in acres curas stabiliendae pacis ecclesiae, quae concuti rursus incipiebat; congregavit synodos, et sacrorum hominum conventum instituit, quantum ad manum fuit episcoporum, quantum clericorum, et monachorum, in unum cogens. cum his totos ipse durabat dies, patientissime disquirens quid iuxta canonas de patriarchae abdicatione statuendum videretur. celebratis per dies aliquot istiusmodi conventibus, scindi qui colverant coeperunt in duas potissimum sententias. nam qui favebant patriarchae, abdicationem eius haudquaquam admittendam opinabantur, quippe quam dicerent invito extortam, iusta impatientia gravissimae contumeliae; cuius cum reparatio-

μὴ ἐκδικούμενον, ὑβριοπαθήσαντα, ἐκχωρεῖν αἱρεῖσθαι, ὥστε καὶ τῆς ἐκδικίας κατὰ τρόπον προβάσης αὐτὸν καὶ αὖθις ἐπανήκειν καὶ τὴν τιμὴν λαμβάνειν ἕτοιμον γίνεσθαι. ὅρκον δὲ μηδ' εἶναι τὸ παράπαν, ὃ δὴ καὶ ἀπὸ θλίψεως διεφθέγξατο, ταραχὴν
C δὲ μᾶλλον λογισμῶν ἐκ ζήλου τινὸς ἀνοιδουμένην, ἐξ ὀλίσθου προαχθεῖσαν γνώμης καὶ οὐκ ἔκ τινος εὐσταθείας καὶ μεμερμημένου σκοποῦ τε καὶ καταστάσεως. οἱ δὲ ἀπεναντίας καὶ τὴν παραίτησιν ὡς λελογισμένην ἐδέχοντο καὶ τὸν λόγον ὡς ὅρκον ἄφυκτον ἔκρινον· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸν δὴ ἐπὶ τῇ τῆς παραιτήσεως ἐκθέσει ὁμολογεῖν, καὶ εὐχὴν πρὸς θεὸν ὀνομάζειν τὸ προαχθέν, διεσταλμένην τοῖς αὐτοῦ χείλεσι. καὶ διεφιλονείκουν ἐντεῦθεν,
D οἱ μὲν ἔνθεν οἱ δ' ἐκεῖθεν τὰ τῆς γνώμης ἔχοντες. καὶ οὐ τοσοῦτον περὶ τῆς παραιτήσεως σφίσιν ὁ λόγος ἦν ὅσον περὶ τοῦ ὅρκου, εἰ ἔξεστι τέως παριδόντας αὐτὸν ἀναγκάζειν καὶ αὖθις πατριάρχην τὴν ἀρχὴν δέχεσθαι. καὶ τοῖς μὲν ἀπώμοτον ὅλως ἐδόκει τὸν ψευδορκίας ἁλόντα πατριάρχην τοὐντεῦθεν καὶ εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι· οἱ δὲ βίβλους ἀνέπτυσσον καὶ ἱστορίας προέτει-
P 240 νον, καὶ ποῦ μὲν Φλαβιανὸν προσῆγον ὀμόσαντα τὴν χειροτονίαν μὴ δέχεσθαι καὶ δεξάμενον ὕστερον, ποῦ δὲ τὸν ἐπὶ τοῦ μεγάλου

nem impetrare diu flagitans nequivisset, necessitate adactus quadam ad illud extremum consilium non tam venerit quam vi trusus fuerit renuntiandae dignitatis. quare non videri dubium quin paratus is sit ad resumendam retinendamque patriarchalem potestatem, simul, quod iure postulat, iusta calumniatoris damnatione purgatus rite fuerit macula criminis falso impacti. nec vero quae verba perturbatio ipsi aegrae dolore gravi mentis expressit, pro vera iurisiurandi formula oportere accipi. prolapsum in haec eum acri animi aerumnae sensu gravissimae aestuantis angore: non autem, ut ad religionem iuramenti rite consciscendam opus fuerat, libero sibi constantis arbitrii iudicio, illa volentem scientemque protulisse. contraria his erat factio abdicationem ut ratam legitimamque acceptantium, verbaque in ea posita irrevocabilis iuramenti vim certam obtinere iudicantium. nam et ipsum id fateri qui suum optime sensum calluit, in ipsa scripto editae abdicationis formula Ioannem, nominando id votum a se deo factum quod sua labia distinxerint. atque in hoc isti obnixi stabant, contentione certa non cedere, aliis nihilo remissius repugnantibus. nec spes apparebat finiendae altercationis, quae minus circa abdicationem ipsam quam circa verba illa iuramenti speciem praeferentia exarserat. eoque res devenerat, ut quaereretur num etiamsi forte sese ille obstrinxisset qualicumque iuramento, solvi ea religione deberet adigique nihilo secius ad resumendam sedem. in quo vehementer adversabantur qui eum rite ac valide renuntiasse contendebant, nefarium et execrabile censentes, semel periurii compertum, patriarcham deinde et esse et nominari. contra alii libros replicabant veteres, historiasque allegabant. et nunc quidem Flavianum producebant, qui postquam iurasset se ordinationem non accepturum, eam deinde tamen acceperit: mox etiam tempore

Βασιλείου Βιάνορα, θεραπευσάντων τῶν ἁγίων τοὺς ἐκείνων ὅρκους τρόποις οἰκονομίας καὶ πνευματικῆς καταστάσεως. ταῦτ' ἔλεγον διαγνωμονοῦντες, καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ χρόνος ἐτρίβετο. μόλις μετὰ τὴν πολλὴν διαφιλονεικίαν καὶ τὴν ὑπὸ βασιλεῖ ἀκροατῆ
5 γε καὶ διαγνώμονι συνδιάσκεψιν, ἐπεὶ οὐκ ἦν συμβαίνειν τὰς B γνώμας αὐτῶν, εἰς πολὺ τοῦ καιροῦ κατατεινομένου, ἔγνωσαν ἅμα πέμπειν καὶ ἐρωτᾶν ἐκεῖνον αὐτὸν πατριάρχην, ὅπως ἔχοι γνώμης καὶ ὅ τι λέγει ἐπί τε τῇ παραιτήσει καὶ ἐπὶ τῷ φημιζομένῳ ὅρκῳ· τὸ γὰρ εὐλαβὲς καὶ ἁπλοῦν τοῦ ἀνδρὸς ἐχέγγυον εἶ-
10 χον λέγειν ἐκεῖνον τὰ πάσης ἀποδείξεως κρείττω, ἐφ' οἷς ἄρα διημφισβήτουν ἀλλήλοις. καὶ δὴ ἠξίουν μὲν πατριάρχην Ἀλεξαν- C δρείας, ἐκεῖ καὶ αὐτὸν προκαθεζόμενον, τῆς παρ' ἐκεῖνον ἀφίξιος ἕνεκα, συνέπεμπον δέ οἱ τοὺς συνεροῦντας καὶ δύο ἀρχιερεῖς, τόν τε Κρήτης Νικηφόρον καὶ τὸν Περγάμου Ἀρσένιον.
15 οἳ καὶ ἐπιστάντες περὶ τῆς παραιτήσεως καὶ τοῦ λόγου ὡς ἐκ συνόδου πάσης καὶ βασιλέως διεπυνθάνοντο. (32) ὁ δὲ τὸν ἀπό- D λογον ὅσον ἦν συντεμών, γραφῇ σημήνας ἀπέστειλεν. ἦν δ' ἐπ' αὐτῆς εἰπεῖν τῆς λέξεως ἔχουσα οὕτως. "δέσποτά μου ἅγιε βασιλεῦ, διεμηνύσατό μοι ἡ κραταιὰ καὶ ἁγία βασιλεία σου καὶ ἡ
20 θεία καὶ ἱερὰ σύνοδος, μετὰ τοῦ ἁγιωτάτου πάπα καὶ πατριάρ-

8. ἐπί τε τῇ] ἐπὶ τ' αὐτῇ P.

magni Basilii paria dictum egisse Bianorem, sanctis videlicet patribus ipsos religione iurisiurandi liberantibus accommodatione quieti tunc rerum opportuna et ipsis inspirata divinitus. talia utrimque irrevocabili pertinacia contendentes allegabant. atque huiusmodi iurgiis tempus absumebatur, quoad vix tandem post multam illam altercationem et indefesse cunctis praesentis cunctaque attente audientis cooperantem, prout poterat, ad aliquid denique decernendum deliberationem imperatoris, cum aliter infinite discordes in unum cogi sententiae nequirent, conventum assensu cunctorum est mitti oportere qui ipsum interrogarent patriarcham, quo animo abdicationem scripserit, quidque mente versaret cum illa iurisiurandi formam praeferentia proferret verba. eam enim constabat inter omnes esse sinceritatem et simplicitatem viri, quae pignoris loco esset idonei haud aliud ipsum de rebus illi uni ex intimae admonitu conscientiae perspectissimis, de quibus nunc disceptaretur, responsurum, quam quod re vera esset. itaque rogarunt patriarcham Alexandrinum, qui et ipse in primis eius consessus subselliis sedebat, adire ad Ioannem ea causa ne gravaretur. addiderunt ei legationis huius socios duos episcopos, Nicephorum Cretensem et Arsenium Pergamenum; qui et profecti ad Ioannem ab eo nomine universae synodi et imperatoris quaesierunt, quid de abdicatione sua deque verborum, quibus iurasse visus esset, vera notione ipse sentiret. (32) ille vero quidquid super his respondendum haberet paucis complexus, scripto consignatum misit hisce ad literam concepto verbis. "domine mi sancte imperator, denuntiavit mihi potens et sancta maiestas tua, nec non divina

χου Ἀλεξανδρείας καὶ μετὰ τῶν δύο ἀρχιερέων, ἵνα παραθηλώσω
P 241 τῇ κραταιᾷ καὶ ἁγίᾳ βασιλείᾳ σου ὅπως ἔχω γνώμης περὶ τοῦ
συμβάντος εἰς ἐμὲ λόγου, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς παραιτήσεώς μου.
καὶ ἔδει μὴ τὸ παράπαν ἀποκρίνασθαί με, τῆς ἐμῆς παραιτή-
σεως σαφῶς παριστώσης τὴν ἐμὴν βούλησιν· ἐπεὶ δὲ μόλις νῦν
ἐρωτῶμαι, ὡς ἐν βραχεῖ τοῦτο ἀποκρίνομαι πρὸς τὴν ἁγίαν καὶ
κραταιὰν βασιλείαν σου, ὅτι ἐγὼ ἐκ πολλῶν ἤδη τῶν χρόνων ἐθέ-
μην ἐν ἐμαυτῷ μήτε ὀμόσαι μήθ' ἕτερον ὅρκον ζητῆσαι, μηδὲ
ὕβριν μέμψεως ἀξίαν τοῦ στόματος προενεγκεῖν, ἀλλὰ μηδέ τινι
B καταράσασθαι. καὶ ἐφυλασσόμην μέχρι τῆς δεῦρο Χριστοῦ
μου χάριτι. πλὴν εἶχον εἰς πληροφορίαν τῶν λόγων μου καὶ
παράστασιν ἁπλῆ καὶ μὴ βλάπτοντα, μηδὲ εἰς ὅρκον λογιζόμενα
ταῦτα, νὰ ἔχω τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ, νὰ ἦμαι δοῦλος τοῦ θεοῦ,
καὶ νὰ ἀποθάνω ἐν μετανοίᾳ. ὥστε καὶ ἐκεῖνο, ὅπερ ἐφθεγξά-
μην ἀπὸ παραλυπήσεως τῶν ἀδελφῶν μου, οὐχ ὡς ὅρκον λογιζό-
μενος εἶπον, ἀλλ' ἁπλῶς ἔχων ἐκ συνηθείας τοῦτο λέγειν. τὸ
C δὲ ἦν· νὰ ἦμαι δοῦλος τοῦ θεοῦ, οὐ μὴ εἰ μὴ μεθ' ὑμῶν ὑπάγω δηλονότι τό γε νῦν ἔχον, ἀφίσταμαι ἐξ ὑμῶν. οὐχ ὅρκον δὲ
τοῦτο ἐλογιζόμην, μαθὼν καὶ ταῦτα παρὰ τοῦ μεγάλου πατρὸς
ἡμῶν Βασιλείου, λέγοντος ἐν τοῖς ἠθικοῖς αὐτοῦ λόγοις ὅτι ἔνθα
τὸ νά τίθεμεν, οὐχ ὅρκον παραδηλοῦμεν, ἀλλ' ἔνθα τὸ μά.

13. εἰμὴ P. 17. εἰ μὴ] ἦμαι?

et sacra synodus, per sanctissimum papam et patriarcham Alexandriae, et duos episcopos, ut declararem potenti ac sanctae maiestati tuae quid sentirem de verbis quibusdam, quae mihi proferre contigit, itemque de abdicatione mea. de his opus non erat quidquam omnino responderi a me, cum satis manifeste mentem ac voluntatem meam ipsa exprimat abdicatio. quoniam autem nunc aegre tandem incipio rogari, breviter sanctae ac potenti maiestati tuae hoc respondeo. ego ex multis iam annis constituveram apud me nec iurare ipse nec iusiurandum ab alio exigere, neque contumeliam reprehensione dignam ore proferre, sed et neque cuiquam male precari: et observavi usque in hunc diem Christi mei gratia. idem tamen ad asseverationem dictorum meorum usurpare sum solitus vulgaris consuetudine sermonis, ut simplicia nec cuiquam nexia aut iuramenti vim habentia, verba haec: *per quantum habeo misericordiam dei; per quantum sum servus dei; per quantum velim paenitens mori.* itaque et illud quod ex animi amaritudine ad fratres meos pronuntiavi eiusdem formae, non ut iuramenti vim obtinere reputans dixi, sed simpliciter, prout non longo loqui assueveram, protuli. id autem fuit: *per quantum servus dei sum, non sum vobiscum. vade videlicet iam nunc et abscedo a vobis.* quod equidem iuramentum esse minime putavi, persuasus in hoc auctoritate magni patris nostri Basilii, dicentis in suis Ethicis sermonibus: ubi *νά ponimus, non iuramentum significamus, sed tantum ubi μά.* quodsi

εἰ δέ τις ἐπιλαμβάνεταί μου τῆς παραιτήσεως ὡς κἀκεῖσε γράψαντος διὰ τὸν ὅρκον ἐξέρχεσθαι, πρῶτον μὲν λογιζέσθω ὅτι ἀπὸ ὥρας παραλυπήσεως γέγραπται, ὡς κἀκεῖ παρεδήλωσα. ἄλλως τε καὶ ἐδόκουν ἀπαλλαγῆναι τῆς ἐκκλησίας εἰρηνικῶς. ἐπεὶ δὲ D συμβαίνει σκανδαλίζεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς διὰ ταύτην ὡς μὴ κανονικῶς προβεβηκυῖαν, εἰ μὲν ὁμοῦ γένοιντο ἅπαντες τεσσαράκοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντες καὶ δέξαιντο τὴν παραίτησίν μου ὅλοι, εἴ ἂν ἔχοι, κἀγὼ τότε τὸ τυχὸν οὐκ ἐρῶ, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας ἐκστήσομαι, καὶ ὕψεται κύριος ἑαυτῷ ποιμένα, κἀμοῦ, εἴγε βούλοιντο, μετ' αὐτῶν συνδιασκεψαμένου περὶ τοῦ νεύσει θεοῦ τὴν αὐτοῦ κυβερνήσοντος ἐκκλησίαν. εἰ δ' ἀπολειφθεῖέν τινες E τῶν ἀρχιερέων, ἄχρι καὶ τριῶν λέγω, μὴ δεχόμενοι τὴν ἐμὴν παραίτησιν, μηδ' ὡς κανονικῶς προβάσης ἀποδεχόμενοι, κἀγὼ μετ' αὐτῶν δηλονότι ἔσομαι καὶ τῆς δεδομένης μοι παρὰ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐξουσίας οὐκ ἀποστήσομαι, ἅμα μὲν φειδόμενος τῶν ψυχῶν τῶν ἀδίκως καὶ παραλόγως κατειπόντων μου, ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐκκλησιῶν προμηθούμενος, ἵνα μὴ τέλεον ἀπό- P 242 λωνται τῇ τῶν ὑπερμαχούντων τῆς ἀληθείας ἀποχωρήσει. ὅτι δὲ καὶ ἠδικήθην παρά τε τῆς ἁγίας βασιλείας σου καὶ παρὰ τῶν ἀρχιερέων, εὔδηλον· ὀκτὼ γὰρ παραδραμόντων μηνῶν ἐν οἷς ὑβριζόμην, οὐδεμίαν ἐποίησεν ἐκδίκησιν ἡ ἁγία βασιλεία σου

6. μὲν] μὴ P.

quis haec quae nunc dico refellere conetur ex verbis abdicationis meae, in qua clare videor fassus me iurasse, primum quidem reputet in summa me illud ex acris sensu doloris animi perturbatione, prout ibidem indicavi, scripsisse, praetereaque id posuisse quatenus pacate assentientem nec repugnantem cessioni meae a me deseri putabam ecclesiam. quod quia secus se habere modo intelligo, cum contigerit scandalizari antistites ob meam istam cessionem, quam negant canonice factam, illud declaro. si omnes episcopi numero quadraginta in meae admissionem cessionis consenserint, sit sane illa rata: non repugnabo, nec verbum contra hiscam, sed a clavo ecclesiae absistam, providebitque sibi dominus pastorem; ac me quoque, si voluerint, ipsis cooperante consiliumque conferente, nutu dei deligetur qui eius ecclesiam gubernet. sin autem his repugnaverint aliqui antistitum (etiam, inquam, tres tantum), nec meam acceptare abdicationem volnerint aut ut canonice actam admittere, ego cum ipsis scilicet ero, et data mihi a Spiritu Sancto potestate non decedam, simul quidem parcens animabus eorum qui iniuste et irrationabiliter oblocuti mihi sunt, simul providens ecclesiis, ne funditus pereant pro veritate propugnantium abscessu. passum porro me iniuriam a tua sancta maiestate atque ab episcopis, manifestum est, octo enim iam elapsis mensibus ex quo sum affectus contumelia, nullam de ea vindictam, unde purgatus ego labe videri possem, exegit sancta maiestas tua neque synodus. quantum-

εἰς ἐμέ, οὔτε ἡ σύνοδος. ὅσον δ' ἐντεῦθεν ἐπισυμβῇ τῇ ἐκκλησίᾳ, πάντως οὐκ ἐγὼ τὸν ὑπὲρ τούτου ἀποδώσω λόγον. ταῦτα διὰ τὸ ἀσφαλὲς γεγραφὼς τῇ κραταιᾷ καὶ ἁγίᾳ βασιλείᾳ σου πέμ-
B πω. γένοιτο δὲ αὐτῇ θεοῦ κυβερνωμένῃ χειρί, ὅσον ἀσφαλὲς καὶ ἀτάραχον, τῇ αὐτοῦ πραγματεύσασθαι ἐκκλησίᾳ." 5

Ταῦτα δεξαμένῳ τὰ γράμματα βασιλεῖ ὑπονοεῖν ἐπῇει ὡς οὐ γνησίας φρενὸς καὶ γνώμης τοῦ πατριάρχου ταῦτα, ἀλλά τινων ἄλλων ὑποβαλλομένων, οἷς ἦν ἀμφισβητεῖν ἀρχιερεῦσιν οὖσιν πρὸς τοὺς κατ' ἐκείνου σπουδάζοντας· ὅμως δὲ καὶ αὖθις ξύναξιν καθιστὰς τῇ συνόδῳ τὰ τῆς ἀπολογίας κοινοῦται, καὶ 10
C ὅτι μεταμέλειν δοκεῖ τῷ παραιτουμένῳ τῆς παραιτήσεως, συνδιασκέπτεσθαι ἀξιοῖ. τότε τοίνυν στερρά τις φιλονεικία καὶ ἑκατέροις τοῖς μέρεσι γίνεται, τῶν μὲν ὑπὲρ ἐκείνου λεγόντων καὶ μᾶλλον ἰσχυριζομένων, ὡς παραλυπήσεως, οὐ προαιρέσεως ἡ παραίτησις, καὶ ὅτι εἰ καὶ ἐπὶ τρισὶν ἀρχιερεῦσι καὶ μόνοις ἵστα- 15
σθαι βούλεται, τόσων προσκειμένων ἐκείνῳ πολλῷ γε δικαιότερον ἵστασθαι, τῶν δὲ τούτοις ἀνθισταμένων ὅρκον εἶναι διατυνομένων τὸν λόγον, καὶ ὅρκον φρίκης μεστόν, καὶ ἱκανὸν κωλύειν
D ἱερωσύνης παραβαινόμενον. οἷς δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς ἐπιεικῶς ὁμογνωμονῶν ἦν, τῷ μὲν πλείονι, ὡς ἐῴκει, δι' ἄκραν εὐλά- 20

6. ἐκοίει P.

cumque autem inde in damnum ecclesiae redundaverit, mihi plane non imputabitur, nec a me huius repetetur ratio. haec ad securitatem a me scripta potenti et sanctae maiestati tuae mitto: contingat autem ipsi dei manu gubernatae, quanta opus est securitas et tranquillitas ad consulendum ipsius ecclesiae."

Has accipienti literas imperatori venit in mentem suspicari non haec ex vera sui animi sententia proferre patriarcham, sed deferentem suggestionibus quorumdam aliorum, quibus episcopali dignitate praeditis esset iam commissa contentio adversus eos qui contrariis in illum studiis ferrentur. tamen rursus conventu habito responsum Ioannis communicat synodo; et quoniam videatur qui abdicaverit poenitere abdicationis factae, quid tali casu sit agendum, ut communiter consulant orat. tunc vero exarsit acre, si umquam, certamen, ambabus pro se quaque factionibus obnixe utrimque instantibus, studiosis quidem Ioannis vehementer asseverantibus aegri dolore gravi ac perturbati eius animi, non liberi consilii verique partum arbitrii abdicationem esse. ac cum sit professus cum tribus solis episcopis eius cessionem non admittentibus stare se velle, cum tot eam reiiciant retinereque ipsum mordicus in patriarchatu velint, quanto est aequius credere cum his illum stare? contra obtendebant adversarii verba quae protulisse Ioannem constabat, nihil minus quam verissimum idque horroris plenum esse iuramentum, abunde idoneum, vel si aliud deesset, arcendo a sacerdotio qui transgressus id sit. in horum sententiam aliquantum propendere imperator videbatur; cuius rei causa quae maxime se ostentabat, erat quaedam exactior et tutioribus inhaerere semper solita

βιαν τὴν ἐπὶ τὸν ὅρκον, τῷ δ' ἀδήλῳ, οἶμαι, καὶ σκοπὸν ἔχων τοὺς Ἀρσενιάτας, εἰ εἰρηνεύειν δύναιτο, (οὐδὲ γὰρ μικρὸν ὠδύνα τὸν βασιλέα τὸ ἐκείνων σχίσμα, ὡς ἔδειξε) προσλαβέσθαι. ἢ μὴν ἄλλως καὶ δι' Ἀθανάσιον, ἄδηλον ὃν ἐς τότε. τούτων ἐπὶ πολὺ τριβομένων καὶ τῶν ἀρχιερέων μὴ συμβαινόντων ἀλλήλοις μετέωρα τὰ τῆς ἀποφάσεως ἦσαν, καὶ οὐδὲν ἧττον συνερ- E
χόμενοι. διὰ τοῦτο καὶ ἔτι ἐμνημονεύετο μὲν Ἰωάννης, οἱ αὐτοῦ δὲ τὸ πατριαρχεῖον διώκουν κατέχοντες, καίτοι γε καὶ πρὸ τοῦ ταῦτα κινεῖσθαι πέμποντος μὲν εἰς μονὰς τοῦ ἔτι πατριαρχοῦντος, πέμποντος δὲ καὶ εἰς τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν, καὶ παύειν τὸ ἑαυτοῦ μνημόσυνον ἐπιτρέποντος ὡς δῆθεν παραιτησαμένου καὶ ἀποβεβληκότος τὸν ἱερέα παντάπασιν. ἀλλ' ἐκεῖνοι τὴν ἀπό P 243
τε συνόδου καὶ βασιλέως ἀποκατάστασιν ἐκδεχόμενοι καταιγὰς οὐδ' ὅλως ἐπείθοντο τὸ Ἰωάννου ὄνομα.

33. Τῷ μέντοι γε βασιλεῖ ἔνθεν μὲν ὁρῶντι τὴν ἐπὶ τῷ B
παραιτεῖσθαι πολλάκις εὐκολίαν τοῦ Ἰωάννου, ἔνθεν δ' αὖθις ὑπονοουμένῳ τὴν τῶν Ἀρσενιατῶν ἐς ἔσχατον ἀντοχήν, ὡς οὐδ' ἂν εἰρηνευσόντων ἄλλως εἰ μή γε καθ' αὐτοὺς τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα γένοιντο (καὶ γὰρ καὶ τοῦ Ὑακίνθου ἐξ ἀνθρώπων γε-
γονότος ἐκεῖνοι τῇ τοῦ Μωσελὲ μονῇ προσκαθήμενοι πολλοὺς εἶ-

religio animi, iurisque iurandi reverentia. forte tamen suberat occultior ratio, spes quaedam ipsi subnata rei dudum exoptatae, revocandi Arseniatas ad pacem occasione mutationis patriarchae, cuius ansam offerri per hoc commodam nec sibi negligendam arbitrabatur. haud parum quippe iampridem cruciabat imperatorem illorum schisma. ostenditque adeo paulo post quam nihil recusare paratus esset, quo eos ad concordiam reduceret. nisi et aliud in id ipsum movens suspicari licet, item arcano menti Augusti obversatum, de Athanasio expatriarcha, cuius restitutionem in thronum an iam tum cogitaverit, in incerto quidem est, non tamen fortasse penitus a coniecturae verisimilitudine abhorret eo iam hinc eum dissimulanter collimasse. utut sit, altercationibus isto modo in longum tractis, et episcopis minime inter sese convenientibus, pendebat in ancipiti negotium abdicationis depositionisve Ioannis, nec multiplicatis quantumlibet coetibus quidquam umquam concludebatur. quare adhuc commemoratio Ioannis fiebat inter sacra. quin et eius familiares in patriarchalibus degentes aedibus res pro eo velut patriarcha administrabant, utcumque prius quam haec moverentur, missis ipse Ioannes per monasteria et in ipsam ecclesiam certis hominibus, permisisset a sui commemoratione cessari, velut qui iam rite abdicasset cessissetque omnino sacerdotio. verum illi, quid synodus et imperator circa hoc statuerent expectantes, haudquaquam sunt persuasi nomen Ioannis reticere.

33. Caeterum imperatori hinc quidem cernenti facilitatem Ioannis in crebras subinde abdicationes prorumpentem, inde autem habenti suspectam inflexibilem ad extremum Arseniatarum pertinaciam, quos appareret nunquam ad pacem adducendos aliter quam ecclesiae regimine penes ipsos posito, siquidem Hyacintho iam mortuo illi monasterium Mosele vocatum

C χον ἐξωτέρω τοὺς σπουδαστάς, καὶ τοὺς αὐτῶν νεκροὺς ἴσα καὶ ὁμολογητὰς ἐτίμων, καὶ πολλοὺς ἐντεῦθεν ἐπήγοντο), ἔννοιά τις ἐπῆει, ἤδη καὶ τοῖς λογισμοῖς αὐτοῦ προκαθίσασα, μήπως θεῷ δοκοῦν τὰ τούτων ὁ δὲ τὰ πόρρω διώκοι, καὶ ὧν ἴσως τελεσθέντων οὐδὲν ὀνήϊστον γένοιτο, καὶ διὰ ταῦθ' ὁδηγοῦν τὸ θεῖον τὴν τοῦ Ἰωάννου πρὸς τὸ πατριαρχεύειν ἐμποιεῖ νάρκην, εὐχε-
D ρῶς παραιτουμένου κἀκ τῆς τυχούσης προφάσεως. τῷ τοι καὶ γνωσιμαχῶν ὑπὲρ τούτων, καὶ ὅτι ἄλλως ἀνάγκη ἦν καὶ τρίτον ἐπὶ δυσὶ πατριάρχην ἐπικηρύττεσθαι αὐτοῦ γε παραιτουμένου ἤδη, καὶ τὸ ἀπρεπὲς δυσωπούμενος, ἔγνω προκαταλαμβάνειν ἐκείνους, καὶ πέμψας ἐν ἀπορρήτοις τὴν ἐκ Νοστόγγων Ταρχανειώτισσαν ὁμαιμονοῦσαν τῷ Κομνηνῷ Ἰωάννῃ καὶ τὰ ἐκείνων ἐξ
E ἀρχῆς φρονοῦσαν ἄγει παρ' ἑαυτῷ, καὶ κοινοῦται ταύτῃ τὸ σκέμμα, καὶ πρὸς ἐκείνους διὰ ταύτης πρεσβεύεται, καὶ ζητεῖ τοὺς ἐκείνων πρώτους, καὶ μάλιστα τοὺς τυφλούς, Λάζαρόν τε τὸν Γοριανίτην καὶ τὸν Περιστέρην Μακάριον, ἐφ' ᾧ καὶ περὶ τούτων σφίσι συνδιασκέψασθαι. καὶ δὴ ἐφίστανται μὲν ἡ μοναχὴ γραῦς ἀσμένοις τοῖς μοναχοῖς, ἐκλέγονται δὲ παρ' αὐτῶν τοῖς τυφλοῖς συνάμα οἱ τῶν ἄλλων προέχοντες, καὶ εἰς πέντε ποσω-
P 244 θέντες ἐξαποστέλλονται. ὧν δὴ καὶ τῶν νυκτῶν ἀωρὶ μηδενὸς ἄλλου συνειδότος προσόδου πρὸς βασιλέα τυγχανόντων, οἱ περὶ

4. δοκοῦντα?

insidentes multos habebant exterius fautores, adeo factionis ipsorum studiosos ut etiam mortuos eorum velut confessores venerarentur multosque ea religione ad istas partes implicarent, quaedam suborta cogitatio est, aut potius intimis eius sensibus tacite dudum insidens per hanc occasionem excitata, an non forte deo probarentur istorum res, et ipse longinqua persequeretur, quibus forsitan perfectis nihil ad summam utile contingeret. et quis sciret ecquid non fortasse divinitus illa satietas patriarchatus et quaedam summi honoris nausea saepe ipsum levi de causa ad tentandam cessionem concitans Ioanni iniiceretur? anceps igitur animi super his aestuansque alternantibus sententiis, cum necessarium esset tertium duobus adhuc viventibus, Athanasio et Ioanni, patriarcham superinducere, quoniam hic illi subrogatus iam rite renuntiasset, reique indecentiam veritus, praeoccupare provocareque ultro ad pacem Arseniatas statuit; arcanoque accita Tarchaniotissa, ex familia Nostongorum, consanguinea Ioannis Comneni, quam mulierem sciebat isti a principio sectae adhaesisse nosseque ipsius intima, ei colloquio secreto communicat quid cogitaret, eaque interprete cum primoribus Arseniatarum agit, caecis praecipue duobus, Lazaro Gorianite et Macario Peristera, ut congredi ac deliberare secum de tali negotio vellent. laetum hunc anus monacha gratulantibus monachis attulit nuntium. eliguntur ab his subito praeter ambos caecos alii e sectae principibus, omnesque quinque numero mittuntur; quibus intempesta nocte nemine conscio admissionem ad Augustum nactis,

τούτων κινοῦνται λόγοι· καὶ βασιλεὺς οὐδὲν ἄλλο προυργιαίτερον ἔχων ἢ ὅπως μὲν τὸ ἐπὶ ταῖς πράξεσιν ἀμώμητον σχοῖεν, ἐπί τε χειροτονίᾳ δηλαδὴ πατριάρχου καὶ τοῖς λοιποῖς, ὅπως δὲ καὶ ἀρχιερεῖς περιποιοῖντο ἐν ταῖς τιμαῖς (τὸ γὰρ τοῦ Ἰωσὴφ μνημόσυνον καὶ προπέποτο), πολὺς ἦν ἀξιῶν πρὸς ταῦτα, μή πως, φησί, καταστορεσθέντος μέρους μέρος αὖθις ἀνάσοβοῖτο καὶ πάλιν ἀναζῷεν τὰ σκάνδαλα, ἀλλ' ὅλη τις καὶ ἐφ' ὅλοις εἰρήνη ἐπισχεθείη τοῖς πράγμασι· τοῦτο γάρ, φησί, καὶ τὸ σπουδαζόμενον. οἱ μέντοι γε μοναχοὶ τὰ μὲν περὶ τοῦ γενησομένου πατριάρχου, ὅπως ἂν ψηφισθείη καὶ ὅπως χειροτονοῖτο καὶ τίς οὗτος δὴ καὶ ὁποῖος, τὸν μὲν ἔχειν ἔλεγον καὶ ἐπιεικῶς ἐπὶ τῷ πράγματι ἄξιον, τὴν ψῆφον δ' αὐτοῦ καὶ τὴν χειροτονίαν μὴ πράττειν ὅλως ἀπέλεγον τοὺς ἀρχιερεῖς· μηδὲ γὰρ ὅσιον εἶναι κατασεσεισμένον ἐξ ἀρχῆς ὑποτιθέναι τὸν θεμέθλον. ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἀπρακτεῖν τὸ πάμπαν καὶ ἡσυχάζειν, ἔστ' ἂν κατασταντος

agi de re communi mutuis utrimque sermonibus coeptum est. in hac tractatione antiquissimum illud et ante omnia commendatum imperator obtinens, ut sarta tectaque rerum publice in ecclesia constitutarum auctoritas maneret, ratis videlicet inculpatisque habendis ordinatione patriarchae actisque caeteris, tum nulla movenda episcopis iam electis sacratisque status ipsorum controversia, nec intercedendo quominus iure quam optimo in sua quisque dignitate persisteret (nam de commemoratione Iosephi quae dudum exarserat contentio, iam evanuerat, deglutitusque omnis de illa re scrupulus erat, in haec ut consentirent Arseniatae, multis verbis magnoque studio urgebat, ne si secus fiat, inquiens, pacanda parte una pars rursus altera perturbetur, iterumque repullulent scandala, cum nobis curandum sit ut universalis quaedam et universis aequabiliter superfusa pax cuncta complectatur: huc enim, aiebat, communia, opinor, nostrum omnium spectant studia. ad ea monachi dixerunt de tribus ante omnia in hoc negotio conveniri oportere, primum de persona promovendi patriarchae, tum de ipsius electoribus, postremo de illo a quo is esset ordinandus. ac virum quidem iis abunde ornatum dotibus et moribus qui requirerentur in patriarcha ad ecclesiam, prout praesens eius status posceret, optime regendam, habere se ad manum, plane honore illo dignissimum: caeterum neutiquam fas esse, neque id umquam se passuros, huius electionem permitti suffragiis episcoporum qui nunc essent, quippe ad unum omnium contaminatorum vel conscientia et participatione scandalorum his retro annis versatorum in ecclesia, vel contagione communionis cum auctoribus aut approbatoribus eorum; a qualibus etiam electi plerique ordinatique forent, ideo merito universi a iure suffragii in hac electione removendi. cum enim haec fundamentum negotii totius quod nunc ageretur haud dubie sit, manifeste apparere quam sit necesse dare omnem operam ut ea usquequaque sancta et irreprehensibilis sit, ne si exceptionibus reperiatur obnoxia, caduca et instabilis, utpote in solo mobili fundata, deprehendatur universa structura. quare omnino esse necessarium omnes qui nunc habeantur antistites vacare otiarique, nec eius ullas muneris

πατριάρχου νομίμου τὰ κατ' αὐτοὺς ἐξετάζοιντο, αὐτοὺς δὲ καὶ οὓς κοινωνοὺς εἶχον ἑτέρους ψηφίζεσθαι· χειροτονεῖν δὲ τὸν τῶν Μαρμαριτζίων ἐπίσκοπον προσκληθέντα ἐκ δύσεως, ἄνδρα γηραιὸν μὲν ἤδη καὶ τῆς παλαιᾶς ἐκείνης χειροτονίας, οὐδ' ὅλως δὲ τοῖς μεταξὺ πραχθεῖσι κεκοινωνηκέναι δόξαντα. ὑπέτεινον δὲ καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ἀρχιερεῦσι, λέγοντες μὴ τελέως αὐτῶν ἀφειδεῖν ἐς ὃ καὶ ἀργοῖεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ θείου Ταρασίου πρᾶ-
D ξιν περιποιεῖσθαι, πλὴν ἐκείνων ὅσον ἐκ τοῦ γενησομένου πατριάρχου κανονικῇ ἐξέτασις, ὡς εἰκός, ἀποδοκιμάσειεν. ὡς δὲ καὶ περὶ τοῦ Μαρμαριτζίων ἐζήτησεν ὁ κρατῶν, καὶ πολλὴν ἐν πολλοῖς ἀδιαφορίαν τοῦ ἀνδρὸς κατεμάνθανεν, ὅτι τε χρημάτων ἥνιον τὴν ἱερωσύνην ποιοῖτο, καὶ ὅτι συνάμα πολλοὺς χειροτονοίη ἐν μιᾷ ἱερᾷ τελετῇ τῆς αὐτῆς ἐπὶ τῇ ἱερωσύνῃ τάξεως, καὶ ἄλλ'
E ἄττα τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν ἀπᾴδοντα πράττοι, καὶ μᾶλλον ὅτι ἐκλελοιπότων κατὰ δύσιν καὶ τῶν ἀπὸ τῆς μεγάλης συνόδου ἀρχιερέων διὰ τὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν σκανδάλων ἐπάλληλα. ὡς γοῦν ταῦτ' ἀκούων τοῖς μοναχοῖς προέτεινεν ὁ κρατῶν, τὴν τοῦ καιροῦ ἐκεῖνοι προβαλλόμενοι δυσκολίαν καὶ τὸ τῶν φυλαχθέντων σπάνιον ἐπὶ τοιούτοις καιροῖς, παρέλκειν ἔλεγον ταῦτα

partes attingere, quoad constitutus in throno legitimus canonicusque patriarcha causas eorum cognoscere deque iis pro potestate queat decernere. calculos porro ad huius electionem sese ac consortes communionis secum ipsis, qui soli nunc ad id sint idonei, daturos. ordinatorem vero sic designati patriarchae putare se accersendum ex Occiduo tractu quendam episcopum Marmaritziorum, hominem valde senem, et ordinationis antiquioris quam ut infici potuerit labe ulla illaudabilium actorum posteros palam admisserum; a quorum et ipse hactenus participatione omni se parum custodisse videatur. adiungebant autem in delinimentum durae propositionis de suspensione ac redactione in ordinem praesentium episcoporum bonas de ipsis spes, indicantes haud ipsos plane ac in perpetuum exaucterandos, sed iudicio legitime mox creandi patriarchae, imitaturi scilicet quod olim fecerit divus Tarasius, restituendos in integrum, dummodo tantisper, dum is foret rite in sede constitutus ac canonicam de statu, et rebus ipsorum inquisitionem habuisset, usurpatione dubiae potestatis abstinerent. cum autem de isto Marmaritziensi quaeros interrogans imperator, valde inemendatam in multis vitam eius esse cognovisset, quippe quem satis constaret pecunia venale sacerdotium fecisse, praeterea una sacra functione multos simul ordinasse eiusdem in sacerdotio ordinis, et alia quaepiam ab ecclesiasticis statutis abhorrentia egisse, ac nec eius ordinatio tam certa quam diceretur videretur, cum in Occiduis, ubi degeret, tractibus a tempore magnae synodi continuam successionem legitimorum episcoporum per subinde illic invalescentia scandala fuisse interruptam recte quis possit opinari, haec, inquam, ex idoneis auditis testibus cum proposuisset monachis imperator, illi nihil horum infitiantes tantum obtendebant difficultatem inveniendi puros a labe, quae hoc tempore ecclesiam urgeret, propter quam aequum censerent conniveri ad ista, neque ut venia

ὡς ἄξια συγγινώσκεσθαι· ἐκεῖνον γάρ, κἂν πάντ' ἔχοι τὰ φημιζόμενα, ἀλλ' οὖν τὴν ἐκ παλαιοῦ χειροτονίαν καὶ τὸ μὴ συγκεκοινωνηκέναι δόξαι τοῖς χθὲς τελεσθεῖσι καὶ πρώην εἰς τὸ τῆς ἐκκλησίας σκάνδαλον ἐς τέλος περιποιεῖν δύνασθαι. ταῦτα λέγοντες ὄῆλοι ἦσαν ἀκριβείας καθυφεικότες, ἵνα ἄρα τὰ τῆς ἀκριβείας πράττειν ἐβούλοντο. βασιλεὺς δ' ὅμως ἅπαξ διὰ σκοποῦ θέμενος αὐτοὺς προσλαβέσθαι, οὐδὲν ἐφυλοκρίνει πρὸς ταῦτα, ἀπεθάρρει δὲ τὴν ἐγχείρησιν, ἀκριβῶς εἰδώς, ὅπερ καὶ φανερὸν ἦν, ὡς παρ' αὐτοῖς ἂν εἴη καὶ μόνοις καὶ τὸ ἐπίμωμον δοκοῦν ἐξᾶσθαι, ἀκριβείας δόξασιν ἐπειλῆφθαι ὡς καὶ διὰ ταύτην ἀρχῆθεν πιστευομένοις κακοπαθεῖν. τῷ ταὶ καὶ ὑπὸ πολλῇ πληροφορίᾳ ἐπ' αὐτοῖς τὸ πᾶν ἐτίθει, καὶ ὄῆλος ἦν ἐκείνοις προσέξων ὅ τι καὶ πράττοιεν. γράμμασί τε τὰ συντεθειμένα ἠσφαλίζοντο. καὶ μόνον ἦν τὰ ἀρχιερεῖς ὁμοφωνεῖν ἐπὶ τῇ τῆς παραιτήσεως τοῦ Ἰωάννου παραδοχῇ, εἰ δ' οὖν ἀλλ' ὅρκον τὸ λεχθὲν τιθεμένους ἀποπροσποιεῖσθαι τὴν ἐκείνου ποιμαντικήν, κἂν αὐτὸς ἀνακαλῆται ἱερωσύνην ἐκ μεταγνώσεως. οἱ μὲν οὖν συναγόμενοι ἐφ' ἡμέραις ἁπάσαις διημφιαβήτουν ἀλλήλοις καὶ ἀμφεγνωμόνουν περὶ P 245 B C

2. τῷ P.

dignis ignosci, quoniam hic vir, utcumque compertus istorum omnium illaudabiliter actorum, tamen unus ex antiqua illa et scandalis anteriori ordinatione superesset, idemque se immunem a communione recens ordinatorum maculaeque plerosque inficientis contagione, custodisse putaretur. haec illi dicentes manifeste deprehendebantur ultro deficere ab exactione, ut quam affectabant exactionem assequerentur. porro imperator, qui semel obfirmasset animum in proposito ipsos quomodocumque reducendi, nihil super his inquirere scrupulosius curavit, sed fidentem et securum examinis ulterioris animum ad rei protinus aggrediendae conatum expedivit, ratus, id quod palam erat, fore ut si quid in his reprehensibile videretur, eius tota cura et officium purgandi approbandique solis Arsenianis iudicaretur incumbere, quorum utique ex sententia cuncta haec fierent, hominum alioqui adeo tenacium exactionis severissimae, ut non alia de causa quam ne a summo disciplinae rigore se vel tantulum remitterent, multa gravia-que iam a sectae principio fuisse perpessi crederentur et credi vellent. quare multa fiducia totum negotium eorum arbitrio permisit, prae se plane ferens approbaturum adiuturumque quidquid agerent; in quae pacta fides utrimque firmata scriptis est. restabat solum ut locus novae promotioni patriarchae fieret legitima depositione eius qui nomen nunc illud ferret. ad quod opus erat convenire antistites in valida agnoscenda admittendaque locumis abdicatione, vel statuendo iurisiurandi revera vim habere quae ab eo prolata fuisse verba constaret, declarare illum hoc ipso vere riteque a se relegisse pastoralem auctoritatem, utcumque nunc ille sero poenitens revocare deposuisse sacerdotium resumereque frustra conaretur. circa haec congressi diebus singulis disceptabant antistites inter sese. plerique il-

τοῦ Ἰωάννου. οἱ πλείους δὲ καὶ περιφανέστεροι, ὅρκον τιθέμενοι τὸ λεχθέν, παραιτήσεως μὲν ἐκείνης ἠλόγουν πάμπαν, κἂν ἐμμένῃ ταύτῃ κἂν μὴ ἐκθέμενος, μὴ δυνατὸν δ' εἶναι αὐτὸν ἱεράσθαι τὸ ἀπὸ τοῦδε, μὴ δόντος δηλαδὴ τὰς δίκας τοῦ Σηλυβριάς τῆς εἰς αὐτὸν ὕβρεως· μηδὲ γὰρ δυνατὸν εἶναι δίκας ὑπέχειν τὸν μὴ τρόπον κατηγόρου σταθέντα μηδὲ προδήλως ὑβρίσαντα. ὅ μέντοι γε Φιλαδελφείας Θεόληπτος πρὸς τὴν τοῦ Ἐφέσου Ἰωάννου κατάστασιν συνόδῳ πάσῃ διαμφισβητῶν, τὸ ἐκποδὼν γενέσθαι τὸν πατριάρχην ὁμογνωμονοῦντά οἱ περὶ τούτου τῆς οἰκείας γνώμης κατάλυσιν τὸ σύμπαν οἰόμενος, ἀπρίξ τε εἴχετο τούτου, καὶ τῷ Σηλυβριάς ἐτίθει δικαίας τὰς δίκας τῆς καθαιρέσεως, δι' ἃς ἀπρακτεῖν καὶ τὸ δοκοῦν εἰς ὅρκον ἐξ ἀναγκαίων ᾤετο. ἀντέλεγον δὲ πλεῖστοι, καὶ μάλιστα ταύτης γε καὶ αὐτοὶ τῆς αἰτίας ἕνεκα, σὺν οἷς καὶ βασιλεὺς ὅρκον ἔκρινε μέγιστον τὸ λεχθέν. πλὴν δ' ἀλλ' εἰ βούλοιτο, φησί, πατριάρχης ἀναλαμβάνειν καὶ οὕτως τὸν θρόνον καὶ τὴν τιμήν, ἕτοιμος εἰ-

9. ἐμποδὼν P.

demque illustriores horum, persuasi verba quae Ioannes dixisset veram iuramenti obtinere vim, minime habendam ducebant rationem abdicationis, quae ab illo scripta monstraretur, sive in ea permaneret sive non, qui scripserat. fieri autem non posse contendebant ut is post hoc dictum rite fungeretur sacerdotio, nisi positione conditionis sub qua iurasset, religione iurisiurandi solveretur: non enim eierasse absolute sacerdotium, sed quoad poenas Selybriensis daret irrogatae ipsi contumeliae. itaque punito iuxta eius votum Selybriensi, nihil obstiturum quominus Ioannes legitime in throno persisteret. verum conditionem istam poni haudquaquam posse, adiiciebant iidem, quoniam iustum non esset Selybriensem, qui non palam se auctorem accusationis ostendisset, sed sub fide arcani rem ab alio auditam communicasset, poenis calumniatori debitis subiici. at Philadelphiensis Theoleptus, qui circa restitutionem Ioannis Ephesini synodo universae refragabatur, videns, si removeretur a regimine patriarcha in hoc sibi contra iudicium aliorum assentiens, unicum quo niteretur subtrahendum suae sententiae tibicinem, unde illam haud dubie contrariis tot aliorum auctoritatibus succubituram, fixus irrevocabiliter perstabat in non permittenda exauctoratione Ioannis, viam eandem a plerisque gravioribus initam tenens de iurisiurandi vinculo vere ipsi, sed sub conditione duntaxat innexo. caeterum aiebat positu facilem et salva iustitia executioni mandabilem istam conditionem esse. adeoque magnopere urgebat ut Selybriensis propter temere vulgatum de patriarcha falsum crimen episcopatu amoveretur, ac sic voti compos et nodo susceptae religionis liber Ioannes throno patriarchali redderetur. huic plerique repugnabant, maxime nitentes ea quam indicavi ducta ex iniustitia talis damnationis ratione. quibus se adiungebat imperator, veri iuramenti, et quidem maximi, in verbis Ioannis vim haud dubie agnoscendam censens, nec modum ea defungendi per iniquam Selybriensis oppressionem probans. addebat idem tamen, si vel sic patriarcha vellet thronum et honorem resumere, paratum se esse

ναι καὶ πάλιν ἐκεῖνον δέχεσθαι, πιστεύων, οἶμαι, τῷ τέλει, ὡς οὐδὲν ἂν καταδεξομένου τοῦ γέροντος ἀντέχεσθαι μωμητῶς οὕπερ προθύμως ἐξίστατο.

34. Ἀλλ' ἐν τούτοις τῶν πραγμάτων ὄντων (θεὸς δ' εἰ- P 246
δείη πῶς ταῦτα καὶ πέπρακτο) μοναχός τις τῶν εὐλαβῶν δοκούντων καὶ ἐλλογίμων, Μηνᾶς τοὔνομα, Σκωλήκης τοὐπίκλην, γνώριμος μὲν ἐκκλησίᾳ γνώριμος δέ γε καὶ βασιλεῖ, προσάδους εἰς Ἀθανάσιον τὸν πάλαι πατριαρχεύσαντα ἐκ συνηθείας ποιούμενος, οὗτος, ὡς βασιλεὺς ἔλεγε καὶ πάντες ὡς εἰκὸς ἐπίστευον, μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος πεντεκαιδεκάτῃ, ἡμέρας ληγούσης προσελ- B
θὼν βασιλεῖ τοὺς ἐπὶ τῶν ἀγγελιῶν ἠξίου ἀναφέρειν περὶ αὐτοῦ ὡς ἰρεῖν τι ἔχοντος ἀναγκαῖον. καὶ οἱ μὲν ἀνέφερον, βασιλεὺς δὲ σχολάζων ἐπ' ἀναγκαίοις τότε μὲν ὑπερετίθετο τὴν εἰσαγωγήν, πέμπων δὲ προσέταττε μένειν ἐφ' ᾧπερ κατὰ σχολὴν εἰσα- P 247
χθείη. καὶ ὃς ἔξω μένων, ὡς ἤδη νὺξ ἦν καὶ περιαργῶν καθῆστο, μηνύει καὶ πάλιν καὶ τὴν εἴσελευσιν ἐπισπεύδει. ὡς δὲ καὶ αὖθις ὑπερετίθετο βασιλεὺς καὶ μετὰ μικρὸν εἰσιέναι κελεύσαντος ὑπισχνεῖτο, ἐκεῖνος "καὶ τί γε" μηνίων φησὶν "ἀνύσομεν διερχομένης τῆς ὥρας, ἀναγκαῖον ὂν λέγειν περὶ ὧν ἀφίγμεθα, πρὶν καὶ ὀψὲ γενέσθαι νυκτός." ταῦτ' εἰπὼν ἔπειθεν ἐκ τοῦ παραχρῆμα, δόξαν τῷ βασιλεῖ αὐτόθεν καινόν τι ἀκούειν καὶ σπου-

rursus admittere, confidens, opinor, nihil ad extremum ex hac professione sua contra spem suam secuturum: neque enim adductum iri senem ad recipiendam probrose dignitatem, a qua tam prompte obfirmateque recessisset.

34. Sed cum hoc statu res essent, contigit (noverit autem deus casune an arte contigerit) ut monachus quidam ex celebribus fama religionis et dotium praestantium, nomine Menas, cognomento Scoleces, de quo et ecclesiae et imperatori notum erat solere illum ex longo subinde adire ac visere Athanasium expatriarcham, contigit, inquam, ut hic (prout quidem imperator referebat, cui omnes, ut par erat, talia narranti credidere) mensis Ianuarii die quinta decima sub solis occasum ad imperatorem accedens admissionales rogaret ut se ad principem introducerent, habentem aliquid scitu ipsi necessarium nuntiandum. id illi ad imperatorem detulerunt, qui tunc occupatus negotiis urgentibus admissionem monachi distulit, misso tamen ad eum qui iuberet expectare, quoad expeditis quae instarent, audiendo ei per otium vacaret. Menas postquam extra velum opperiens diu inde feriatus consederat, compellatis rursum ministris, ut quamprimum admitteretur, institit. verum Augusto de hoc iterum admonito, perstante nihilo minus in coeptis, et tantum pollicente brevi se illum vocaturum, ad ea impatiens morae monachus "at quid" inquit "proderit me paulo post vocari, quando scilicet nuntiandi utiliter quod novum et urgens affero, tempus effluxerit?" hoc eius dictum statim imperatori renuntiatum curam scilicet admovit acrem cognoscendi continuo quod inopinatum et momenti non vulgaris ad se deferri appareret. ergo is confe-

B δῆς ἄξιον. καὶ εἰσαχθεὶς μόνος μόνῳ τῷ βασιλεῖ "δέσποτά μου" ἔφη "καὶ βασιλεῦ, ἐμοὶ μὲν σύνηθες πρὸς τὸν κύριον Ἀθανάσιον ἐκ διαλειμμάτων τινῶν καιριακῶν παραγίνεσθαι. καὶ δὴ καὶ παραγεγονὼς τὴν σήμερον κατηφείας εὗρον τὸν ἄνδρα μεστὸν καὶ πλήρη συννοίας ὅσον εἰκάσαι. ὅθεν καὶ πρός με λέγων τὸ ποιοῦν τὴν κατήφειαν ἐκ θάρρους οὗ πρὸς ἐκεῖνον ἔχω, ὀργὴν φησι θείαν ἐφειμένην τοῖς ἐνθάδε κατανοῶ· καὶ αἴθ' εἴ τις ἴοι καὶ βασιλεῖ ἀγγείλειε τὴν ἐμὴν συμβουλήν, μοναῖς ἁπάσαις
C προστάξαι, πλὴν ἐκ τῆς σήμερον, παννύχους τοὺς ἐν αὐταῖς καὶ ἐκτενεῖς ἱκετείας ἐπιτελεῖν, λέγοντας καὶ αὐτὴν τὴν ἐκτενῆ δέησιν, ὑπὲρ τοῦ διαφυλαχθῆναι πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν ἀπὸ λιμοῦ λοιμοῦ σεισμοῦ καταποντισμοῦ, καὶ ταῦτα πράττειν καὶ τὴν σήμερον καὶ τὴν αὔριον καὶ τὴν μετ' ἐκείνην, καὶ ἐς ἀεὶ σχεδὸν ἐξιλεουμένους τὸ θεῖον διὰ τῆς συνεχοῦς παρακλήσεως. οὕτω γάρ, οἶμαι, καὶ θεὸς ἀνεὶς τὴν ὀργὴν εὐμενὴς ἡμῖν γένοιτο.
D ταῦτ' ἀκούσας ἐγὼ ἐλθὼν τῷ Ἡρακλείας μητροπολίτῃ τὸν λόγον ἐκοινωσάμην, καὶ ὃς παρευθὺς ἐπείγει μοι τὴν πρὸς τὴν βασιλείαν σου ἄφιξιν ἐφ' ᾧπερ ἀνενεγκεῖν ὅσον παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἤκουσα. πάρειμι τοίνυν καὶ λέγω, καὶ ὡς δόξει τῇ ἐκ θεοῦ βασιλείᾳ σου, κελευέτω τε καὶ πραττέτω. πλὴν εἰ ἐν φροντίδι ποιεῖς τὸν λόγον τῇ προσηκούσῃ, αὐτόθεν ἄρχεσθαι τὸ ἔργον κί-

stim introductus soli solus Augusto hanc orationem habuit. "domine mi imperator, mihi consuetum est ad dominum Athanasium certis temporum intervallis itare visendi causa. eo more ad hunc hodie profectus moestum et cogitabundum praeter solitum, ac quantum apparebat, gravi solicitudine anxium illum reperi. unde pro usu familiaritatis et fiducia quae mihi cum eo est, tristitiae causam percontatus, haec ab eo audivi: iram dei urbi huic ac populo imminere proximam video. atque utinam iret quispiam, nuntiaretque meum consilium Augusto, censere me scilicet necessarium facto mitti ab eo confestim, ex hac, inquam, ipsa die, per cuncta monasteria qui iubeant pervigilari totas in iis noctes a sodalibus illorum, supplicationesque continuas fieri, hac expresse de causa ut dignetur deus universam hanc urbem et regionem praeservare a fame, peste, terrae motu, submersione; idque sedulo agere hodie horas et perendie, continenter, quantum fieri poterit, toto illo spatio per nunquam intermissam divinae opis implorationem instando ad placandum dei numen. si hoc enim ageretur haud segniter, sperarem equidem fore ut deus, ira remissa, propitius nobis fieret. his ego auditis raptim accurrens ad Heracleensem metropolitam rem ei communicavi. qua ille cognita vehementer statim erat meum ad tuam maiestatem accessum, ut ad eam deferrem quantum a tali viro audivi. adsum igitur et defero. imperet de caetero ac faciat tua divinitus electa maiestas, prout ipsi videbitur. unum admoneo: si quantum huius indicii momentum est, tantum ei curae dignaris impendere, iube iam ex hac ipsa protinus nocte supplicationum initium duci, prout, qui

λενε γίνεσθαι κατὰ τὴν τοῦ εἰπόντος παραγγελίαν. κἀμοὶ γὰρ προσέταττε θεοῦ δέεσθαι, καὶ ἄλλους εἰς τοῦτο παρακαλεῖν εὐλα- E
βεῖς ἄνδρας, ὅσους ἂν καὶ συνήθεις εἰδείην." δέχεται τὸν λόγον ἀσμένως ὁ βασιλεύς. καὶ ὁ μὲν μοναχὸς εἰπὼν ἀπηλλάττετο, βασιλεὺς δ' εἰς νοῦν στρέφων τὸ ἀγγελθέν, καὶ περὶ τῶν φρικωδῶν ἀπειλῶν τοῦ θεοῦ ἐννοούμενος ὧν ῥυσθῆναι κατὰ τὸ σύνηθες λέγοντας προσέταττεν ὁ εἰπὼν θεοῦ δέεσθαι, λιμὸν μὲν καὶ λοιμὸν ὡς ἐν χρόνῳ καὶ διὰ μακροῦ ξυμβαίνοντας τῆς φροντίδος ἔξῃρε (μηδὲ γὰρ ἐν τρισὶν ἡμέραις ταῦτ' ἐνσκῆψαι οἷά τ' εἶναι), P 248
σεισμοῦ δὲ καὶ καταποντισμοῦ ἀναλαμβάνων ἔννοιαν δι' ἐννοίας εἶχε τὸν λόγον. ὑπώπτευε δὲ καὶ τὸ τοῦ μοναχοῦ μήνυμα, τὴν τοῦ καιροῦ αἰτιωμένου παραδρομήν, ὡς μηδὲ οἷόν τ' ἐσομένου, ὡς ἔλεγεν, ἐντεῦθεν ἀνύσαι, μή πως ἐκεῖνος εἰδώς τι τῶν ἤδη γενησομένων ἔλεγε. καὶ ταῦτα μὲν βασιλεύς· ἐβούλετο δ', οἶμαι, ὁ λόγος καὶ ἄλλο τι δηλοῦν, τὸ κατὰ καιρὸν δηλαδὴ τὰς ἀποστολὰς εἰς τὰς μονὰς γίνεσθαι, καὶ μὴ ἐξώρους ἐς ἅπαν ὀψὲ B
τῶν νυκτῶν τῶν ἀποστόλων ἐφισταμένων. τέως δ' ὅμως ὑπέκνιζε τὸν κρατοῦντα καὶ ἄλλο τι βαθύτερον ἐννοούμενον, ὡς αὐτὸς δημηγορῶν ὕστερον ἔλεγε. καὶ τῷ μὲν λογοθέτῃ προστάσσει τῶν γενικῶν πέμπειν ἐπὶ μονὰς τοὺς ἐροῦντας τὴν τοῦ βασι-

12. οἷον?

praenuntiavit malum ingruens, praescripsit. me quidem privatim sine statim quod is praecepit facere: imperavit enim mihi ut orarem iam hinc deum et alios, quotquot nossem id facere libenter, pios viros ad id ipsum invitarem." excepit hunc sermonem placide et vultu benigno imperator. ac monachus quidem eius auctor continuo abiit: imperator mente versans quod audierat, et singillatim reputans minas intentatas, circa pestem quidem se famem, quae, ut tunc res erant, nonnisi post spatium aliquod temporis, minime autem hoc triduo existere posse viderentur, solicitudinem remisit, terrae motus et submersio, quae possent confestim ingruere, curam illi acrem iniecere. angebat suspicacem metum denuntiatio monachi, dum tam instanter ingrepaverat moras praecautionis necessariae avertendo malo, tamquam imminenti proxime, ac timere prae se tulerat ne nimis iam sero supplicatio inchoaretur. ob quod solicitudo Augustum inquietabat, verentem ne forte sciret aliquid ille distinctius de instante momento mox saeviturae cladis; unde tam anxia festinatione cum ipse ad preces recurrere occupasset, tam idem ab aliis ut fieri iuberet Augusto suasisset. talia se agitasse animo referebat imperator, aliud, opinor, innuens quippiam, nempe primum propendisse se ad differendam in tempus opportunius quam quale tunc erat, noctis intempestae, missionem ministrorum circum monasteria ad preces indicendas, quod subabsurdum videretur tali hora suos aliosque inquietare. ad hunc tamen respectum vincendum illum denique perpulit cura intime vellicans acrior, prout ipse postea in concione dixit. quare logothetae genicorum confestim mandavit destinare sine mora certas ad quaeque urbis monasteria, qui vigilias ubique ac preces

λέως πρόσταξιν, ἐφ' ᾧπερ αὐτόθεν παννύχους ἱκεσίας ποιεῖν.
C τὸ μέντοι γε καὶ τὴν ἐκτενῆ ὅπως ποιοῖεν, καὶ τί λέγοιεν ἂν προδηλοῦν, πρῶτον μὲν περιττὸν οἷον κρίνων ἠφίει· εὐθὺς δ' ἐκ μεταμελείας τὸν λογοθέτην ἀνακαλούμενος, ὡς καὶ αὐτὸς δημηγορῶν ἔλεγε, παράγων κἀκεῖνον ἐπὶ τούτοις μάρτυρα, καὶ τοῦτο προσέτασσε παραγγέλλειν τοῖς πεμπομένοις παραδηλοῦν τοῖς μοναχοῖς. αὐτὸς δὲ διανυκτερεύων καὶ γρηγορῶν, εἰωθὸς ὂν ἐκείνῳ τὸ ταῦτα ποιεῖν, ὅμως καὶ ἐν ἐννοίᾳ σεισμοῦ ἦν, ὡς ἔλεγεν.
D ὡς δὲ χρόνος παρῆλθε καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν ἰδίαν μητέρα τὴν πρόσοδον ποιεῖν κατὰ τὸ σύνηθες ἔμελλεν, ἐπισημαίνει παράχρῆμα, ὡς ἐκεῖνον καὶ γνῶναι καὶ λέγειν, σεισμὸς μαλακός, ἐπὶ τοσοῦτον ὄῆλος ὥστε καὶ γνωσθῆναι μόλις τῷ γρηγοροῦντι. ἦν οὖν τοῦτο τῷ βασιλεῖ εἰς δόξαν ἀληθείας τῶν λεχθέντων προοίμιον· ὅμως ἐχεμυθῶν, ὡς ἔλεγε, καὶ πλέον τι τοῦ συμ-
E βάντος παρετήρει καὶ ὑπεσκέπτετο. νὺξ μὲν οὖν ἐκείνη παρῴχετο, καὶ ἡ μετ' αὐτὴν αὖθις, καὶ τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ πρωΐας σεισμὸς προσήραξε κραταιότερος, οὐ μὴν δὲ ὥστε καί τι τῶν εἰς κίνδυνον ἐκ τούτου γενέσθαι. καὶ εὐθὺς ὁ βασιλεὺς ἐν πληροφορίᾳ ὥρμα γενέσθαι τοῦ ἐκεῖνα λέγοντος, καὶ καθεκτὸς οὐκ ἦν θαύματος καὶ ἐπαίνου ἐκεῖνον τιθέμενος, κἂν τέως τοὔνομα ὑπεκρύπτετο.

noctibus aequandas auctoritate imperatoris indicerent. in quo ipso se aliud quoque dubitasse significavit, nimirum an prima illa supplicationum praescriptione causam nominatim exprimeret ob quam orari vellet. ac primo quidem istud iudicans superfluum omiserat: mox tamen poenitens, ut concionando est fassus, revocato logothetae (cuius rei testem ipsum citabat) imperavit ut et causam adiungeret, edicens singulorum coenobierum sodalibus, quorum malorum liberationem a deo exposci oporteret. hoc dimisso imperator ipse in vigilia pernoctans, quod erat et alias solitus facere, potissimum in imagine terrae motus intentati mentem habuit defixam, quemadmodum referebat postea; quoad nocte transacta cum hora illuxisset qua consueverat matrem adire salutationis matutinae gratia, dum ad id se accingit, terra motu concussa, ut dicebat, est, adeo leni ut vix sensibilis vigilanti esset; quod quasi pignus veritatis denuntiati mali atque adeo eius prooemium imperatori fuit. pressisse tamen se id silentio aiebat; et tacita suspensione solicitae mentis expectasse maius quidpiam ex isto initio. nox igitur illa sic abiit, et inde alia consequens. ac tandem die septima decima mane terrae motus erupit vehementior, non tamen ut usque in periculum ruinae ac noxae invalesceret. eo statim experimento convictum se aiebat imperator plane iam sine dubitatione incubuisse ad credendum divina utique praedoctum illustratione fuisse illum qui talia denuntiasset; quem propterea valde laudabat, sese prae admiratione non continens, quamquam eius hactenus ista narrando nomen reticeret.

35. Διαλαλεῖται τοίνυν πρωΐας πᾶς ἀνὴρ ἱερός, ἀρχιε- P 249
ρεὺς καὶ κλῆρος καὶ μοναχῶν οἱ κράτιστοι, καὶ εἰς κοινὴν ὁ κρα-
τῶν τὸν λόγον τιθεὶς μετ' ἐπιμελείας πάσης διεπυνθάνετο τί ἂν
καὶ δοκοίη τούτοις ὁ μοναχὸς (οὔπω γὰρ ἔλεγε τοὔνομα) ὃς περὶ
τοιούτων φθάσας ἐδήλωσεν, οὕτω πως διαμηνυσάμενος. καὶ
τοῖς μὲν οὕτως τοῖς δ' ἐκείνως, ἐπεὶ οὐκ ἦν εἰδέναι τὸ πρόσω-
πον, ἐδόκει τὰ περὶ τούτων ξυμβῆναι. πλὴν ὅ τι τις εἴποι, B
οὔπω γε ἔλεγε, καὶ διηπίστει ἑαυτῷ λέγοντι, μὴ ἔχων ὅπῃ στῇ
καὶ ἀπερείσεται πρὸς ἀλήθειαν. οἱ μὲν γὰρ μοναχὸν τῷ τέως
τὸν εἰπόντα μανθάνοντες θείαν τὸ πρᾶγμα πρόρρησιν ὡμολό-
γουν, εἰ τέως προδήλως καὶ ὡς ἠκούετο εἴπειεν· εἰ γάρ τινα τῶν
τῆς σαρκὸς δεσμίων τὸ θεῖον χαρισμάτων ἀξιοῦν βούλοιτο, μο-
ναχὸν ὑπὲρ ἄλλους ἂν ἀξιῶσαι. οἱ δὲ καὶ ἐναντίου πνεύματος C
ἀπεκάλουν ἐνέργημα, κλέπτοντος τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν ἐκ τοῦ τὰ
τῷ θεῷ πρέποντα προαρπάζειν, ὥς τὸν μέγαν λέγειν Ἀντώνιον.
τοῖς δὲ καὶ ἐγχωροῦν εἶναι ἔκ τινων μαθημάτων εἰδέναι τὰ τοιαῦ-
τα ὑπελαμβάνετο. πάντες δὲ ὡς τὰ ἀσφαλεῖ θεμελίῳ τῷ τοῦ
ἀνδρὸς προσώπῳ ἤθελον ἐποικοδομεῖν τὴν διάγνωσιν, ὡς αὐτοῦ
γε ἀδήλου ὄντος ἅπασας ὑποψίας ἁρμόζειν. πλὴν τὸ μὲν κήδε'

35. Postridie mane convocatis imperator sacris hominibus cunctis, episcopis, clero, monachorum praecipuis, in communem audientiam, ubi quae sibi contigerant narrasset, instanter exquirebat ab unoquoque qualis ipsi esse videretur ille monachus (nondum enim prodebat nomen) qui haec antequam fierent et praevidisset et sic denuntiasset? ad eam propositionem varius erat eorum qui consulebantur sensus, ita tamen ut nemo facile aut sententiam figeret aut responsum expediret, diffidentibus sibi singulis, nec ubi pedem certi iudicii solida in veritate ponerent reperientibus, quoad ignorarent vatis nomen, cuius personae ac morum praeviam notitiam ad prudenter statuendum de qualitate vaticinii necessariam putabant. tantum ex eo quod iste ignotus propheta esse diceretur monachus, quidam argumentum se aiebant capere divini spiritus in ista praesagitione versati, quod verisimile censerent, si quem ex mortali devinctis corpore suis deus afflatibus dignare vellet, segregatum a curis terrenis hominem professione vitae solitariae fuisse ad id prae caeteris electurum. atqui ne isti quidem secure nimis indormiendum praeiudicio admonebant alii, magnopereque secus suspicando incumbebant ad reprobandam totam rem; quam nec dubitabant appellare operationem adversarii spiritus, dei gloriam furantis, ea quae deo conveniunt praeripiendo, ut magnus loqui solebat Antonius. non deerant qui humanis disciplinis ex observatione naturalium signorum eiusmodi eventus praesciri ac praedici disputarent posse. omnes tamen requirebant, velut fundamentum certum stabiliendae de hoc negotio verae sententiae, cognitionem personae ac nominis eius quo de quaereretur, rati quamdiu is de facie foret ac vita ignotus, cunctas in eum quamlibet sinistras recte suspiciones cadere. caeterum, nonnulli aiebant, hac tempestate ad intelligendum dicendumque ingruere in

D ἐφῆφθαι Ῥωμαίοις, ἔλεγον, καὶ ταῦτα τὰ μέγιστα ὧν ἀκοῇ παρειλήφαμεν, οὔτε μάντεως οὔτε μὴν προφήτου εἰπεῖν χρῄζοιεν. τὸ δὲ καὶ θεόθεν ὀργιζομένου, καὶ ὡς εἴπῃ τις ἂν αἰτίας, πολλῶν γε οὐσῶν, ἐξαίρομεν μέντοι καὶ ἁμαρτίας τὰς τοῦ καθ' ἕκαστον, Χριστιανούς γε ὄντας καὶ πρεσβεύοντας πρόνοιαν εἰκὸς ἐννοεῖν, καὶ εἴ γ' ἐπὶ τούτοις ἢ ἐπὶ τοῦ λιπαρῶς θεοῦ δέεσθαι συμβουλὴ ὡς εὐμενίζοιτό τε καὶ ἐλεήμων ἵσταται, θαυμαστὸν οὐ-
E δέν. τοὐναντίον μὲν οὖν ἂν θαυμαστὸν εἰ εὐθηνοῦσιν ἐς ἅπαν καὶ οὐδὲν ἔχουσι λυπηρὸν προέλεγέ τις τὰ φοβερά, ἂν τίως ἀπέβαινον, ὅπου γε καὶ Ἰωνᾶς ὑπωπτεύετο Νινευίταις τρυφῶσι μέχρι καὶ ἀκοῆς, ἀλλ' οὐ πείρας, σταθέντων τῶν λυπηρῶν. εἰ δὲ καὶ προφητείας ἀξιῶτό τις ἐπὶ τῷ πλέονι τῶν κακῶν, θαυμαστὸς
P 250 μὲν ἐκεῖνος δόξειεν ἄν, μακαριστοὶ δὲ καὶ ἡμεῖς λογιζοίμεθα ὡς οὐκ ἐκείνου ἀλλ' ἡμῶν γε χάριν τῆς προρρήσεως γεγονυίας. κρύπτεσθαι μὲν οὖν ἐκεῖνον καὶ μὴ φανερούμενον ἐκφανεροῦν τὰ θεῖα μυστήρια, πρὸς τῷ μὴ ἔνδοξον εἶναι κατὰ τὴν γραφήν, καὶ

8. οὖν] ἦν ?

Romanos infortunia, et ea quidem omnium quae fando audivimus maxima, nec vate nec propheta opus habemus, experientia publica id cuique abunde monstrante. in eo solum usus esset et mirus et optabilis monitoris divinitus afflati, si quis indignationis dei manifestae iam in nos arcanas et nobis noxie ignoratas e coelo edoctus indicaret causas. nempe in genere quidem scimus, quotquot imbuti Christianis disciplinis administrari mundum aequa et sapienti providentia persuasissimum habemus, peccatis utique, qualia quotidie plurima patrantur, iram dei contra homines armari: quodnam tamen potissimum nostrum crimen haec sub quibus hodie gemimus flagella ulciscantur, ut incompertum nobis est, ita esset utilissimum doceri. sic enim, eo emendando, fons malorum posset obstrui. consilium sane deo supplicandi, ut propitiari se sinat et nostri misereatur, iis suggestum qui vindictae divinae plagis nunc maxime flagrantissimis uruntur, nihil habet mirabile ac prudentiae vulgaris modum excedens. agnosci quidem forte posset suspici dignum aliquid et captu superius humano in eo qui consilii talis inopinatus auctor exurgeret in medio populi felicis et cunctis naturae ac fortunae bonis, sine ulla sortis adversae formidine, florentissimi; qualem accepimus Ionam prophetam, e longinquo ad id profectum, nihil minus suspicantibus et beata copia rerum omnium summa in pace fruentibus denuntiatorem cladis extremae, quae aures solum sine ullo experientiae sensu perculerit, sese repente obiecisse Ninivitis. enimvero si quis nobis vero prophetiae spiritu se afflari evidenti experimento fidem faceret, rem utique manifestans humano ingenio inscrutabilem: causam videlicet divinae in nos irae, quae summum malorum nos urgentium re vera malum est, hunc iusta quidem admiratione prosequeremur: sed et simul nos beatos reputaremus, quorum scilicet in gratiam ac fructum peculiarem, non autem in propriam sui iactantiam, eiusmodi esset ex alto inspirata praedictione perfunctus. abscondi vero ipsum et ex occulto vocem mittere, praeterquam indecens, etiam iuxta testimonium scripturae

κινδυνῶδες καθίσταται. καὶ ὅσον ἡμᾶς δίκαι περιελεύσονται κατωλιγωρηκότας δίκαιαι, εἰ τὰς αἰτίας ἐκεῖνος λέγει τοῦ δαιμονίου μηνίματος, οὕτως ἐκείνῳ σεγήσαντι τὸ διὰ κηδεμονίαν προοραθὲν κίνδυνος περιστήσεται. τὸ δ' ἐπὶ τούτοις ἱστᾶν τὸ θαῦμα B
μὴ τὰς αἰτίας λέγοντα, καὶ ταύτας οὐ κοινὰς καὶ συνήθεις τῷ κόσμῳ ἀλλ' ἴσως ἰδίας καὶ καινοφανεῖς ἄντικρυς, μὴ καὶ ἑαυτῷ τις λέγων τοιαῦτα περιποιοίη τὸν θαυμασμὸν συναρπάζων μόνον καὶ δόξαν θηρώμενος. ταῦτα λέγοντες δῆλοι μὲν ἦσαν παρακινοῦντες καὶ βασιλέα τὸ πρόσωπον ἐμφανίζειν, ἐμφανεῖς δὲ καὶ
χαίροντες εἰ κριθείη τῶν τοιούτων ἐκεῖνος ἄξιος, θεοῦ φιλαν- C
θρωπίας ἐντεῦθεν δεχόμενοι σύμβολα. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς πολὺς ἐφαίνετο τὴν ἐχεμυθίαν, τὴν τῶν πολλῶν ὑπόνοιαν φυλαττόμενος. ἤθελε δ' ἐνεχυράζειν τὰς γνώμας τῶν ἀκουόντων καὶ ἔτι καθαρὰς γενομένας πάθους, ἵν' οὕτω τὸ πρᾶγμα θαυμάσαντες,

14. γενομένους P.

periculosum est. ac quanto nos plecti iustius immissis divinitus cladibus manifestum fieret, ubi declarata per eum nobis culpa nostra quapiam, quae divinam in nos indignationem concitaret, nos in ea corrigenda segnes essemus, tanto illi rem tantam et scitu maxime utilem celanti, siquidem scit (scire autem ipsum oportet, si propheta sit: nam hoc nomen mereri sola denuntiatione rerum quae a nemine ignorantur haudquaquam potest), tanto, inquam, isti reticenti quod potissimum publicasse debuerat, gravius imminet periculum rationis ex ipso a deo repetendae male gesti ministerii. tantum igitur absumus a iudicando, istum quicunque est, qui peti nos coelestibus flagellis, quod cuivis est notissimum, denuntiat, illud autem tacet, quodnam ob nostrum scelus vulgo incompertum nec non forsitan insuspicabile, ac ubi manifestatum fuerit, novum appariturum, illa desaeviant, admiratione dignum esse, ut contra potius existimemus illum affectata ista occultatione sui iustam nobis movere suspicionem callidae quaestuosaeque arrogantiae, examen quidem ac convictionem metuentis, si se iam nunc ostenderet, plausum vero admirationemque popularem suo, ubi maturum fuerit, in vulgus edendo nomini sub artificiosis istis interim latebris parantis. haec illi sic disserentes haud molles, ut palam erat, se putabant admovere imperatori stimulos ad proferendam nominatim hactenus dissimulatam personam novi vatis monachi, gavisuri, si postquam vultu et vita innotuisset, moribus ac sanctimonia dignus reperiretur quem haud esset incredibile afflatum fuisse divinitus; unde incipientis placari ac iam benigne faventis rebus nostris dei laeta possent auguria captare. verum Andronicus magis magisque obfirmabat animum in astuti perseverantia silentii, non ignorans quam invidiosum esset apud multos expatriarchae Athanasii nomen, et orituras inde, simul id foret declaratum, in hanc totam eius praedictionem suspiciones praeconvens. volverat autem isto colloquio tentare an posset elicere admirationem favoremque audientium quae narraret erga istud ipsum sic nude propositum vaticinium, sine auctoris expressione offensiones veteres refricaturo, ratus, si hoc consequeretur, habiturum se ista sic declarata in rem abstracte ipsam studia pro pignore vincendarum a tali sensu praeoccupatis privatarum ab Athanasio aversionum; quarum praeiudicatis affectibus incitandi videbantur ad reproban-

D ὡς εἰκός, παραλλάττειν μὴ ἔχοιεν τὰς ὁμολογίας αἰδούμενοι, ἤν τις ἐν ὑστέρῳ γνωσιμαχεῖν αἱροῖτο μαθὼν τὸ πρόσωπον. κἂν τούτοις μὲν ἡμέρα μὲν ἕως ὀψὲ διηνύετο, νὺξ δ' ἐπελθοῦσα καλὸν ἡγεῖσθαι καὶ τὸ νυκτὶ πείθεσθαι καὶ βασιλέα καὶ τοὺς ἀμφ' ἐκεῖνον ἔπειθε· λύσαν δ' αἰψηρὴν ἀγορὴν μηδὲν πλέον τῶν ἀκουσθέντων ἔχοντες.

P 251 36. Ἅμα δ' ἕῳ συγκαλέσας καὶ αὖθις ὁ βασιλεὺς οὐ τούτους μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὅσον ἦν τῆς πολιτείας καθαρόν τε καὶ ἔκκριτον, καὶ μοναχοὺς σχεδὸν πάντας, ἔγνω καὶ πάλιν ἐν κοινῷ τὰ περὶ τούτου δημηγορεῖν. ὡς τοίνυν τὸ πλῆθος ὁ χρυσοτρίκλινος οὐκ ἐχώρει πολύ γε ὄν, ἐξελθὼν ἀπὸ τοῦ περιπάτου σφίσι κάτωθεν ἱσταμένοις, περὶ ἐκεῖνον τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν ὄντων
B καὶ ὅσον βασίλειον, πόλλ' ἄττα διεξιών, καὶ ὅπως ἐλέχθη τε καὶ ἐπράχθη ἕκαστον πάντα κατὰ μέρος διειληφώς, τέλος ὑπερθαυμάσας μὲν τὸν ἄνδρα, κρύπτων ἔτι τοὔνομα, ὑπερθαυμάζειν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς ἐργασάμενος, ἐντεῦθεν ἐξ αὐτοῦ λόγου (καὶ γὰρ
C ἡτοίμαστο καὶ στολῇ καὶ ζώνῃ καὶ καλύπτρᾳ καὶ ὑποδήμασιν) ἐξορμᾷ μὲν ἐκεῖνος πεζῇ πρὸς τὸν τέως ἄγνωστον, ἐξορμᾶν δὲ

dam impediendamque quantum possent eius restitutionem in patriarchatum, nisi pudore quodam levitatis, ne resilire dicerentur a semel ostensa sententia, favere nominatim agnito pergerent eidem, quem citra nomenclationem indicatum admiratione se ultro dignatos applausuque meminissent. his ultro citroque sermonibus die in solidum expensa, nox superveniens nocti cedere imperatori et aliis suasit. solverunt igitur celerem, ut poëta loquitur, conventum, hoc est, qui licet tota die durasset, praefestinato dimissus videri poterat, quoniam dirimebatur infecto, cuius gratia, et voto convocantis Augusti, coïverant, negotio. nihil enim ultra sonum aure acceptum iactatorum hinc inde verborum domum plerique retulerunt.

36. Diluculo porro posterae diei, convocatis rursus imperator non iis solum quos pridie allocutus fuerat, sed et e corpore civium honestissimis ac lectissimis quibusque, monachis vero ferme universis, decrevit apud hos omnes de eodem iterum argumento agere, non ut heri familiaribus interrogationibus ac promiscuo colloquio, sed perpetua e loco superiori, tamquam ad concionem, habenda oratione. cum autem multitudinem sane ingentem aureum triclinium non caperet, ex ambulacro sese proferens, habensque circa se quantum erat sacrorum hominum et palatini comitatus, ad stantem inferius confertam turbam tum alia quaedam ad scopum accommodata disseruit, tum praedictionis totius ordinem particulatim exposuit, enarrans ut quidque exploratum atque actum, demonstrans quam non facili credulitate, sed post certum demum experimentum eventus manifesti, vaticinio sit fides adhibita. tandem in admirationem prorumpens summam, praeconiaque viri qui talia praevidere praemonereque potuisset (cuius tamen adhuc silebat nomen) in immensum exaggerans, motis iam auditoribus et in parem ignoti vatis admirationem tractis, ex ipso protinus sermone (nam ad hoc iam antea stola, zona, tegmen regium capitis, calceamenta praeparata fuerant) iter pedes ipse aggressus est ad innomi-

πείθει καὶ τοὺς ἐθέλοντας, οὐ προστάσσων βασιλικῶς ἀλλ' ἀφιεὶς ἑκάστῳ τὸ αὐτεξούσιον, πλὴν τῷ εἰς τέλος κεκοπιακότι μεγάλην καὶ ἀγαθὴν ἐγγυώμενος τὴν ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς εὐλογίαν. ὅσοις δὲ καὶ γέρουσιν οὖσι πεζοπορεῖν οὐκ ἦν, ἐπὶ πηλοῖς καὶ ταῦτα καὶ τέλμασι χειμῶνος ὄντος, τούτοις καὶ ἵππων ἐπιβαίνειν ἤφιει. καί γε προῆγε σημείοις τισὶ τεκμαιρομένους τὰ τῆς ὁδοῦ. D ταῦτα καί τινες μὲν τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν μοναχῶν ἔπραττον, ἄλλοι δὲ πεζοὶ πεζῷ συνωπήδουν τῷ βασιλεῖ. τῷ μέντοι γ' Ἀλεξανδρείας καὶ ἱππεύειν προστέτακτο καὶ τὸ πρόσωπον ἔγνωστο καὶ τὰ τῆς ἀξιώσεως λελιπάρητο. καὶ βασιλεὺς μὲν ἤλπιζεν ἐκεῖ τὸν ἄνδρα καταλαβεῖν, ἐκεῖνος δὲ τὴν τοῦ μεγάλου P 252 πατρὸς Ἀθανασίου λειτουργίαν σκιψάμενος ἐπορεύετο ἐπ' οἶκον. καὶ ἦν ἐντεῦθεν ὁρᾶν ἄπειρον πλῆθος περὶ τὸν ἄνακτα, ῥύακας μιμούμενον ποταμοῦ, εἰς ἓν συνιόντων καὶ προθυμίαις ἁπάσαις ἐπεισριόντων, ὅπου γε προστάξειε βασιλεύς, καρτερικῶς καὶ τοῦ βασιλέως τὴν ὁδὸν διανύοντος, ἕως οὗ τὴν τῆς ὁδοῦ μόλις διενεγκόντες δυσχέρειαν ταῖς πύλαις ἐπέστησαν τῆς μονῆς, καὶ ἀνεῳγμέναις κατὰ πρόνοιαν ταῖς ἐπὶ χρόνοις κεκλεισμέναις ἐντέτυχον.

natum illum, invitans ut se qui vellent sequerentur, praecepto non interposito, sed sua cuique libera relicta voluntate, caeterum cunctis quos laborem istius profectionis perferre ad extremum non piguisset, amplae mercedis loco despondens magnam et bonam viri eius admirandi benedictionem. si qui autem senio debiles sequi pedibus nequirent, maxime lutosis et ut in urbe tanta per hiemem coeno passim lubricis et deformibus plateis, his ut equos inscenderent permisit. Ita ipse praeiens ducebat signis iam e quibusdam coniectantes quo via dirigeretur. equis ergo usi sunt episcoporum et monachorum quidam: reliqui pedites peditem assectabantur Augustum. qui cum forte Alexandrinum patriarcham non observaret in turba sequentium, cuius tamen suffragio comprobari quae fierent magnopere optaret, misit ad eum qui et equo iuberent uti, et nomen occulti vatis indicarent, et a se diligenter orarent ne eius honori adversaretur. haec Andronicus sic mandabat deprehendendum adhuc in palatio, ubi concioni adstiterat, Alexandrinum autumans: verum ille, praetextu celebrandae liturgiae magni patris Athanasii, domum versus iter praeceperat. erat deinceps spectaculo constipata circa imperatorem infinita multitudo, momentis singulis increscens sese aggregantibus eodem plenis quasi torrentibus populi, effusis undique studiis in unum confluentis, pronique delabentis quo demum cunque praecepisset imperator, perseveranter interim et ipso Augusto gradiente, quoad vix tandem superatis viae hibernae difficultatibus ad portas monasterii pervenere, quas et multis retro annis clausas, quadam tunc providentia reseratas ac patentes offenderunt.

E.

P 256 Τῷ μὲν οὖν πατριαρχεύσαντι Ἀθανασίῳ ἡ πύλη τῆς καθ' αὐτὸν μονῆς ἐπ' ἔτη δέκα κεκλεισμένη, μηνῶν δεόντων ἐννέα, ἀπροΐτῳ καὶ αὐτῷ μένοντι ἐς τοσοῦτον, ἤνοικτο τότε, πλὴν οὐ πεφεισμένως καὶ ὡς τινας πλήθους ὄντος τὰ τῆς εἰσόδου παραβιάσασθαι, ἀλλὰ ποιητοῦ τινὸς ἦν εἰπεῖν, πᾶσαι δ' ἀνεῴγνυντο πύλαι. καὶ ἅμα μὲν βασιλεὺς ἐπέστη καὶ ἀρχιερεῖς καὶ τῶν μο-
B ναχῶν ὅσον ἔκκριτον, καὶ ἅμ' ἐκεῖνος τῆς κέλλης ὑπεξιὼν χλαῖνάν τ' ἐνειμένος καὶ καλύπτραν ἐκ καλάμης ἔχων καὶ ξύλῳ ἐπερειδόμενος νάρθηκι ὑπήντα ἐκείνοις κατὰ τὰ πρόθυρα, πολλῆς τινὸς μοίρας συνεκπαιούσης καὶ τοῦ λαοῦ. καὶ τότε πρώτως μαν- 10
Θάνουσιν ἅπαντες ὅστις ποτ' ἦν ἐκεῖνος ὁ ἐπὶ μυστηρίοις καὶ μυστηρίοις θεοῦ παρὰ τοῦ ἄνακτος φημιζόμενος. καὶ αὐτίκα πάν-
C τες ὑπέκυπτον καὶ ἀταμιεύτους τὰς ὁρμὰς εἶχον, καὶ μᾶλλον ἀρχιερεῖς, ἐπὶ τῷ καλεῖν πατριάρχην καὶ προσκαλεῖσθαι ἐπ' ἐκκλησίαν καὶ τὰς προτέρας τιμάς. καὶ γὰρ ἦν παρ' ἑκάστῳ μνήμη 15
τῶν πάλαι ξυμβεβηκότων, τοῦ χρόνου τὰ πολλὰ ἐκεῖνα τραχέων καλύψαντος, καὶ ὡς δῆθεν ἐν κενοῖς συμβᾶσιν ἐκείνοις ἐπήλγουν.

V.

Ianua igitur monasterii, ubi diversabatur Athanasius quondam patriarcha, decem iam annis, minus novem mensibus, clausa, quae inaccessum ipsum et plane solitarium tanto intus spatio permanentem servarat, aperta tunc est; neque id modice ac parce, ita ut trudere se necesse esset atque in angustiis conflictari subeuntem maximo numero populum, verum sic plane, ut poetae cuiusdam hemistichium apte huc caderet "patuerunt ostia tota." ac simul imperator cum episcopis praecipuisque monachorum limen instit, simul Athanasius cella progressus, indutus laena, galerum e stipula contextum gestans, bacillo ex ferula gressum fulciens, prodiit eis obviam ad vestibulum, magna iam simul istuc impetu delata populi parte. tunc vero primum omnes intellexerunt quis tandem esset ille tot tantisque ab imperatore praeconiis celebratus tanquam intime admissus in conscientiam altissimorum mysteriorum dei. itaque statim omnes ei sese venerabundi prostravere, sine ulla dissimulatione proferentes quae penitus in animis concepta fovebant in eum studia. praecipuus in eo extitit ardor episcoporum patriarcham eum certatim acclamantium, hortantiumque ut continuo regimen ecclesiae prioremque resumeret dignitatem. nec tamen ii non recordabantur olim actorum querelarumque illarum ex inclementi austeritate, sub qua tantum gemuissent: sed tristium istorum species hebetatae die longa, praesenti iam penitus gratulatione delebantur, qua faciles reddebantur eorum animi ad fayenter opinandum vana illa quondam fuisse su-

καὶ δὴ ταῖς καλύπτραις τὸ πλέον τῆς κεφαλῆς ἀποκαλυπτόμενοι μέρος τῆς παρ' ἐκείνου εὐλογίας ἀπολαύειν ἠξίουν. ἀλλ' οὐκ D ἔπειθον ταῦτα πράττοντες· ἐκεῖνος γὰρ καὶ γῆρας καὶ ταλαιπωρίαν καὶ τὸ μὴ ἐπὶ τοιούτοις δύνασθαι παραιτούμενος προεβάλλετο. ὅμως θεόν τε ἱκετεύειν καθ' αὑτούς τε ἰδίᾳ καὶ ἅμα παρήγγελλεν, ὡς τὸ δόξαν ἐκείνῳ τοῦτο γίνεσθαι πάντως ἀνάγκην εἶναι. οὔτε δ' ἐκείνους οὔτε τινὰς τοῦ λαοῦ προσιόντας εὐλόγει, μόνον δ' ἐδίδου τὴν χεῖρα, καὶ ἐν πληροφορίᾳ τῆς εὐλογίας ἠσπάζοντο. τότε τοιγαροῦν τὰ εἰκότα διαλαλήσας καὶ ἐπευ- E ξάμενος ἀπέλυε τὸν λαόν.

Πλὴν καὶ ἀπολυθέντων τὰ πολλὰ ἐῴκει φροντίζειν, προδοικῶν ἐντεῦθεν τὰ κατὰ θέλησιν βαθέως καὶ ὡς οὐκ ἂν τις ᾤετο τῶν ἄλλως ἐκείνῳ προσεχόντων. πρόφασις δὲ τῆς φροντίδος ἡ πρὸς ἀλλήλους δῆθεν ἀδικία καὶ τὸ τῶν μικροτέρων τοὺς μείζονς κατωφρωῶσθαι καὶ ἡ τῶν κρειττόνων πρὸς ἀδικίαν ῥοπή, P 257 μὴ ὄντος τοῦ τοῖς μικροῖς παρισταμένου καὶ πολυωροῦντος τοὺς καταπονουμένους δυνάμει κρείττονι. ἔνθεν τοι καὶ βασιλεὺς ἐνδοὺς τούτῳ ἀξιωτέρῳ τε φαινομένῳ τῶν ἄλλων τοῦ ἐπαρήγειν ἀδικουμένοις, ἀνοιγνύναι τοῦ λοιποῦ τὰς πύλας κελεύει καὶ

18. γε?

spicionum spectra, quibus ipsos in eum concitari contigerat. quare universi pro se quisque maiori capitis parte, reductis pileolis, nudata, benedictione impertiri ab eo supplices petebant. quod tamen non impetrarunt: etenim ille senectutem, infirmitatem valetudinis et deficientes ad talia vires excusans, modeste deprecabatur ministerium, simul tamen ultro recipiens oraturum se pro ipsis privatim deum. indeque illis nihilominus instantibus, ea vultus obfirmatione qua rem sibi plane decretam asseverare videretur, edixit haud aliter omnino se acturum. manum dumtaxat praebuit, quam omnes, quasi benedictionem eius contactu percepturi, reverenter osculabantur. paulo post quaedam ad tempus accommodata proloquutus, beneque cunctis precatus, dimisit populum, sed ita ut ansam sibi velut quasdam servaret ad eum attrahendum, iam nunc subostentans se res eius enixe in posterum curandas et desideria solatiaque procuranda suscipere.

In quo senis apparuit astutia maior quaedam ac profundior quam ut, qui de ipsius obiter agniti simplicitate minime callida persuasionem induerant, tantum in eo artis ac sagacis industriae residere potuisse unquam suspicarentur. praefatus videlicet palam tunc est scire sese magnam passim in oppressionem plebis miserae iniuriarum impune licentiam grassari, maioribus minores, fortioribus imbecilliores obterentibus, eo quod tutor inopum existat nullus. has se sibi partes ultro deposcere, circumventorum a potentioribus protegendorum. quae praesens imperator statim obnoxie comprobans, ageret sane se libente ac cupiente, reposuit: id se iam nunc illi, omnium viso ad hoc aptissimo, imponere officium, cognoscendi vexationes tenuiorum iisque opitulandi. quare fores de caetero pandere destitutis praesidio passisque calumniam admittendis audiendis-

προσιόντας δέχεσθαι, εἴτε κατά τινα κρίσιν προσίοι τις εἴτε καὶ κατὰ μεσιτείαν τὴν πρὸς αὐτόν· τὸν γὰρ ἐπαλγοῦντα γνησίως ταῖς συμφοραῖς, ἐκεῖνον καὶ γνησίως φροντίζειν εἰκὸς εἶναι καὶ
B κατὰ τὸ δυνατὸν συνασπίζειν τῷ πάσχοντι. ἦν δ' ἐντεῦθεν ἐξ ἀνάγκης καὶ προοδοποίησις σφίσι πρὸς ὅπερ ἄρα καὶ πράττειν ἠβούλοντο, ἃ τότε μὲν ἐπειλύοντο, ὕστερον δὲ καὶ διεφαίνοντο, ὅτε οὐκ ἦν ἀναλαμβάνειν τὰ δεδομένα τινάς. ὅθεν καὶ ἡμέρας ἑκάστης ἐξ ἑωθινοῦ καὶ ἐς νύκτα ἀνέδην τὰ πρὸς ἐκεῖνα ποιούμενοι ἄνθρωποι, οἱ μὲν κατὰ χρείαν ἐγκλητεύοντες κρίσεως, μεταλουμένου καὶ τοῦ ἀντιδικήσοντος ἐπ' αὐτοῦ, συνόντων καί τι-
C νων ἀρχιερέων ἐκρίνοντο, οἱ δὲ μεσιτείας τῆς πρὸς βασιλέα χάριν ποτνιώμενοι φακέλλους γραμμάτων ἐδίδουν, καὶ ἡ ἑκάστου ἀναφορὰ τῷ κρατοῦντι ἐνεχειρίζετο.

Ἦν δὲ καὶ φροντὶς βασιλεῖ τοὐντεῦθεν, ἐπεὶ τὰ τοῦ Ἰωάννου καθυφεῖντο τὸ ἀπὸ τοῦδε καὶ οἱ τέως δοκοῦντες παρίστασθαί οἱ ἔκλινον ἤδη πρὸς Ἀθανάσιον, συμπείθειν ἀρχιερεῖς καὶ ἀνάγειν πειρᾶσθαι ἤδη τῆς προστασίας ἐπειλημμένον ἀναδοχῆς χάριν

12. σφακέλλους P.

que, sive quis afflictus iniquo iudicio restitutionem in integrum postulet, seu imperatoria indigens gratia suarum ad se precum efficacem requirat interpretem. nam qui sic prae se ferat ex animo condolere se infelicium aerumnis, quis eo ad illas sublevandas inveniri queat aptior? haec locuto coram omnibus Athanasio, et ad ea tali Augusti responso a cunctis pariter audito, quis non intelligit quanta fuerit Athanasianis facultas addita res ipsorum pro libito promovendi? atque ista involuta tunc quidem et intorte perplexa subtexebantur: explicata postmodum eadem expanderunt sese, retibus velut quibusdam adeo iam late ac valide comprehendentibus cuncta, ut qui sero se captos advertentes retrahere tentarent temereque concessa resumere, frustra contenderent. ex hoc ergo diebus singulis a diluculo ad noctem densi palam concursus omnis generis hominum ad Athanasium celebrabantur, aliorum provocantium ab iniquis quibus se circumventos iudiciis aiebant (his subveniebatur statim, adversariis eorum iudicibusque citatis; et e sententia querundam adhibitorum ab Athanasio antistitum, novo iudicio, secundum vota conquerentium, vetera rescindebantur), plerorumque impetrare quidpiam ab Augusto intercessione tam gratiosi apud ipsum sequestri cupientium, libellosque ad id offerentium; qualium densi fasces subinde ad imperatorem deferebantur, ipso libenter sumente singulos in manum et prompte ac benigne expediente.

Cursu tam prospero eunte restitutionis Athanasii negotio, adiiciendi ei quamprimum, quod unum ad coronidem adhuc deerat, acris cura subiit imperatorem. videbat is refrixisse iam apud omnes plurimum gratiam Ioannis, nec multum eius modo neglectissimi respectum obstiturum, quominus ad Athanasium, quo inclinare fautorum Ioannis ipsi principes iam aperte coeperant, unanimi cuncti assensu incumberent. vocatos igitur episcopos studiose Augustus urgebat ad rem adeo hactenus provectam plene tandem absolvendam. inivisse iam Athanasium possessionem pacar-

τῆς ἐπ' ἀνθρώποις καὶ κρίσεως. μετελάμβανε γὰρ αὐτὸν καὶ ἡ τῶν λοιπῶν πραγμάτων ἐλπὶς ἀγαθή, ὡς αὐτίκα εὖ σχησόντων εἰ ἀποκαθιστῷτο τῷ θρόνῳ ὁ Ἀθανάσιος. καὶ ἀρχιερεῖς συνῆγε D καὶ κλῆρον καὶ μοναχούς, καὶ τὰς μὲν συσκέψεις, εἰ ἀνελθεῖν δέοι, παρὰ φαῦλον οἷον ἐτίθετο, πιστεύων τοῖς πρότριτα· οὐδεὶς γὰρ τῶν ἀρχιερέων ἦν ὅστις ἅμ' ἰδὼν καὶ μαθὼν τὴν πρώτην ἐκείνην ἡμέραν, οὐχ ὑποκλίνων τὴν κεφαλὴν ὡς πατριάρχην ἐδέχετο καὶ ἤπειγε τὴν ἀνάβασιν· περὶ δὲ τοῦ πῶς ἀνέλθοι καὶ πότε, εἰ τέως θελήσει, ὡς ἔλεγε (τὸν γὰρ Ἰωάννην ὑπεριώρων καὶ οἱ τέως προσκείμενοι), συνάγων ἠρώτα. (2) ἀρχιερεῖς δὲ P 258 μέχρι μὲν ἐκείνης τῆς πρώτης ἡμέρας θερμῶς εἶχον, καὶ μηδεμιᾶς προσπαιούσης ἐννοίας οἱ ἀπεναντίας τοῖς λογισμοῖς ἐκείνῳ καλῶς προσεφέροντο. εἶτα δὲ καὶ λογισμῶν βασάνῳ διδόντες τὸ πρᾶγμα, οἱ μὲν καὶ αὖθις ἐνέμενον τοῖς προτέροις καὶ τὰς ἐπ' ἐκείνῳ ῥοπὰς ἀνεπάλαιον, καὶ προῆγον μὲν παραιτήσεις ἐφ' οἷς ἐποίει τότε ἀπάδουσι, προέτεινον δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τοσούτοις χρύ-

chatus magna ea ex parte istius officii quae ad iudiciorum correctionem intercessionemque pro egentibus ope pertineret: ne cunctarentur nomen ei throumque patriarchae adiicere, cuius ministerium impleret laboriosiori iam ex parte. atque ut in eo magis magisque eniteretur, instigabat Andronicum spes quaedam curandorum pretinus (dei scilicet ope per ipsi carissimum Athanasium mox ut is sacris praecesset impetrandi) tam graviter hactenus laborantis rei publicae vulnerum. ergo haud cessabat convocare episcopos clerum et monachos. quibus in coetibus nec vel primo quidem tenus dubio illud in deliberationem vocandum putabat, possetne in throum Athanasius rite ac secundum canones sine alia promotione regredi, fretus nimirum super a se visis. observarat enim die illa, qua est agitus ut vaticinii auctor et aditus Athanasius, neminem episcoporum fuisse qui, simul illum vidit, non ut patriarcham demisso capite veneratus fuerit, non eiusdem restitutionem in throum urserit. illud solum consultabat cum patribus Andronicus, quo pacto et quando conveniret resumi patriarchalem dignitatem ab Athanasio, siquidem (hoc enim subdebat) adduci posset ut id vellet. de hoc uno sententias rogabat eorum ques congregabat, plane securus Ioannis, quem ab ils quoque qui hactenus perstudiosi eius apparuissent neglectum iam spretumque opinabatur. (2) porro episcopi teto illo primo die, flagrantibus cunctorum in Athanasium studiis, et ipsi favorem ostensum, animis nondum contrariarum recursu cogitationum tractis in diversum, tenuerunt. statim autem post, simul refrigerato novitatis ardore sedatius reflexere vacuas iam mentes ad serium examen modo actorum, prioribus quidam sese rursus applicuere consiliis, instaurarunt-que impetus certi propositi ad constantem prosecutionem ante decretorum. allegabant igitur contra tumultuose festinatam agitionem Athanasii uti adhuc patriarchae, primum quidem eius abdicationem tam iustis de causis absurdissimorum eius actorum et expressam et admissam uti sine dubio legitimam. allegabant et cessationem tam longam ipsius ab usu potesta-

νοις ἀργίαν, καθ' οὓς καὶ ἄλλος κανονικῶς καταστὰς ὡς αὐτοῦ
B γε παραιτησαμένου τὰ τῆς ἐκκλησίας διέθυνεν, ὃν οὐδὲ δίκαιον
εἶναι ἐν τοῖς μισθωτοῖς παρεγγράφεσθαι καὶ ὡς μὴ γνήσιον ὀβε-
λίζεσθαι, ἐπὶ τοσούτοις ἔτεσι τὴν ἐκκλησίαν κατέχοντα καί γε καὶ
πλείστας χειροτονίας τελέσαντα· δυοῖν γὰρ θάτερον ξυμβαίνειν,
ἢ αὐτὸν μὲν δικαιοῦσθαι κἀκεῖνον ἐν τοῖς νόθοις εἶναι, ἢ μὴν
κανονικῶς καταστάντος ἐκείνου καὶ κανονικῶς ἐνεργοῦντος αὐτὸν
ἐν ἱερεῦσι καὶ πατριάρχαις μηδὲ τὸ παράπαν λογίζεσθαι. ἐρρα-
διουργημένην δὲ καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων ἀξίωσιν ὑπετό-
C παιζον, ὡς αὐτίκ' ἂν καὶ τοὺς συντρέχοντας πολλοὺς εἶναι βοη-
θείας ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν κρατοῦντα, καὶ τὴν τῆς προστασίας τι-
μὴν ἐρριζῶσθαι ἐξ ἀναγκαίου συμβαίνειν, κἂν μὴ σφίσι δοκοίη.
διχῇ οὖν διαιρουμένων τῶν ἀρχιερέων, καὶ τῶν ἠδικῆσθαι καὶ
τότε τῶν ἱερέα κρινόντων καὶ αὖθις δικαιούντων ἀνάγεσθαι, ὧν
τινὲς εἰ καὶ τῆς ἐκείνου χειροτονίας ἦσαν, ἀλλ' οὖν ὑποσχεῖν εὐ-
P 259 θύνας, εἰ κἀκεῖνος θέλοι, ἑαυτοὺς ἐδικαίουν, τῶν δὲ μηδ' ὅλως
ἀνεχομένων δέχεσθαι ἅμα μὲν παραιτησάμενον, ἅμα δὲ καὶ

5. γὰρ deerat.

tis, qua se omnino carere sic professus esset, ultroque agnoscere alium sibi rite deposito canonice suffectum, qui tanto tempore sine ulla status controversia, aut cuiusquam dubio quin verus pastor esset, ecclesiam gubernasset; quem profecto tot iam annis veri pastoris existimatione praepositum ecclesiae, multisque interim ordinationibus perfunctum, repente nunc albo expunctum praesulum legitimorum mercenariis adscribere, ab aequitate rationeque videri plurimum abhorrens. duorum igitur alterum aiebant in confesso haberi esse necesse, aut ius verum patriarchalis honoris hoc decennio penes Athanasium resedisse, sicque Ioannem nihil fuisse nisi spurium intrusumque patriarcham, aut contra hunc canonice acceptam, canonice exercuisse patriarchalem potestatem; ex quo sit manifesto consequens priorem illum sacerdotii talis ac dignitatis fuisse tunc penitus expertem. ad haec subolere sibi fraudem et malam fidem aiebant in ista, quae iactaretur, affectata protectione iniuriam passorum: quaestuosa nempe popularitate artem sic inventam praeoccupandae beneficio multitudinis, et iniustae quae pararetur intrusionis factione obnoxiorum corroborandae. in hunc modum et sentientibus et disserentibus episcopis nonnullis, cum alii persistentes in heri ostensa sententia repugnarent, scindi antistites in factiones contigit, his ex adverso affirmantibus nequaquam rite fuisse depositum Athanasium, sed iniuste et invalide per vim deiectum, legitime semper retenta possessaque dignitate; quare illum recte atque ordine nunc vel sero agnosci pro eo qui vere sit, et in erepto inique reponi throno par esse. ita potissimum censebant qui se ordinationis honorem Athanasio meminerant debere; iidemque se promptos offerebant ad poenas subeundas quas ipsis cumque vellet imponere ob alium tamdiu perperam intrusum pro vero admissum sacrorum praesidem. haec isti allegabant, quae cum adversantes alii contentiosius refellerent magnopere iactandi validissimaque demonstranda abdicatione Athanasii; cuius etiam causae ex

ἐπ' αἰτίαις σκληρότητος καὶ τοῦ πολλοὺς αἰκίζεσθαί τε καὶ ἀποκλείειν αἰτίας ἀνακυπτούσης καὶ τῆς τυχούσης, ὧν ἕνεκα ἦν, εἰ μὴ μεταβάλλοιτο, καὶ κατὰ κανόνας εὐθύνεσθαι, συνίσταταί τις ἐν τούτοις καὶ τρίτη μοῖρα, οἳ δὴ τὴν μὲν τῆς γνώμης μετάθεσιν αἰσχυνόμενοι, εὐπρόσωπον δ' ἐπὶ ταύτῃ πρόφασιν προϊσχόμενοι ἐδέχοντο μέν, ὡς καὶ πρίν, τὸν ἄνδρα καὶ πατριάρχην, πλὴν ἐπ' ἀσφαλείᾳ μεγίστῃ τοῦ μή τι τοιοῦτον τὸ ἀπὸ τοῦδε παρ' αὐτοῦ γίνεσθαι, ὡς ἐκείνων ὀλεθρίων ὄντων καὶ δυναμένων ἀρχιερεῖς καθαιρεῖν, ἦν τις ἄρα καὶ τοῖς κανόσι πιστεύσειε. ταῦτα λέγοντες διεφιλονείκουν ἡμέρας ὅλας, καὶ τὰς γνώμας οὔμενουν οὐ ξυνέβαινον. βασιλεὺς δὲ γνοὺς ὡς τὸ ἀτηρὸν τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἀμάλακτον καὶ ἐπὶ τοῖς τυχοῦσιν ἀσυγκατάβατον, ὃ δὴ καὶ ἀπ' ἀρετῆς ἴσως, τὸ δὲ καὶ πλέον καὶ ἀπὸ γνώμης εἰκάζειν ἦν, τῆς μὲν τὸ ἀκριβὲς ζητούσης ἐφ' ἅπασι, τῆς δὲ φυσικῶς πειθούσης ἔχειν καὶ τὸ μὴ χρήσιμον χρήσιμον, ἀλλοῖον γενέσθαι τοῦτον, ὅσον εἰκάσαι καὶ ἐκ πολλῶν, διετείνετο. μηδὲ γὰρ αὐ-

7. ὑπ'? 15. ἀλλ' οἷον P.

intolerabili regiminis eius acerbitate ductas invidiose praedicabant, exaggeratas illa supplicia saeve ab eo sumpta de multis, illas exclusiones ab officiis et sacerdotiis, levissimis plerumque de causis in plurimos immanissime decretas, quas ob res ecclesiasticae lenitati contrarias maxime iustae illum animadversioni iuxta sacros canones subiici oportuisset, nisi paratum iudicium abdicando praevertens a patribus poenae loco qualemcumque throni privationem imputantibus poenas iuste debitas cessione voluntaria lucri fecisset. talia illi dum commemorant, refricabant scilicet multis adstantium tristem memoriam grassationis olim inhumanae monachorum Athanasii ministrorum in clericos et ecclesiasticos omnis generis, qua cum hinc quidem similium in posterum atrocitatum metu concuterentur, inde autem retinerentur pudore levitatis in tam manifeste declarata recipiendi Athanasii voluntate, quidam mediam ineuntes viam inter contrarias, quas modo retulimus, sententias, tertiam conflarunt sectam aientium admitti quidem debere Athanasium uti verum patriarcham, prout professi semel forent, et nunc utique censere: caeterum antequam is resumeret exercitium tamdiu intermissae potestatis, caveri ecclesiae dira olim passae ab eius ministris oportere promissione securitatis quam maximae ab eo exigenda, neutiquam patiendi vexari nomine ac auctoritate sua tam iniustis indignisque modis clericos, quoniam iniuriae istiusmodi graviter patrum sanctionibus adversarentur, et ab iis qui canonibus crederent, pro iustis, et legitimis causis depositionis antistitum qui in eo conniverent iudicarentur. his episcopi iam divisi trifariam, pro se quique disserendis inculcandisque totos absumebant altercatione infinita dies, quando animadverso imperator magnam inflictam negotio securim refricata memoria invidiosissimorum Athanasii, dum patriarchatum gereret, actorum, hanc potissimum aegram causae partem oratione sublevandam ratus, disseruit apud synodum, haud ire se infitias iure implacidum videri asperumque ac levibus etiam erratis inexorabiliter infestum Athanasii genium: sed morea, quod nemo posset diffiteri, probos esse, atque adeo, quantum aiti conie-

τὸν τόσον, ἀλλὰ τοὺς περὶ αὐτὸν ἀμαθίᾳ γνώμης τὸ μὴ δέον ἐργάζεσθαι καταναγκάζεσθαι. εἰ δέ γε καὶ αὐτὸς ἀκριβείας ἐπιλημμένος πολλοῖς γινομένης παρὰ τὸ δέον ἐμποδὼν ὑφορᾶτο στήσεσθαι, βασιλεῖ γε μᾶλλον ἀτηρὸν φανεῖσθαι, πολλὰ καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς ἐξ ἀνάγκης πράττειν παραγομένῳ. πλὴν καταδέ-
D χεσθαι μάλα πολλῷ ἀναξαίνοντος τούτου τὰ ἕλκη ἢ ἄλλως μαλάσσοντος. "ἐμοὶ μὲν οὖν" ἔλεγεν "ἓν ἀναγκαῖον καὶ αὐτῆς πνοῆς προτιμότερον, τὸ θεοῦ θέλημα γίνεσθαι, κἂν λυπῇ κἂν μή. πλὴν καὶ χαρᾶς ὑπέρτερον πάσης τὸ κατὰ λύπην ἐκεῖνο, εἰ θεὸς κελεύοι, γιγνόμενον. διὰ ταῦτα καὶ εἴ τι μὲν προύβη ἀκρι-
βείας τῆς κατὰ νόμους, ἄνετον δόξαν, ἄνετον μέν, προτενῶ τὰς αἰτίας ἀνάγκη, αὐτὸς δὲ δοκιμαζέτω, καὶ τὸ δόξαν δέξομαι.
E εἴ τι δ' ἐσαῦθις δοκοῦν συνοῖσον πράττειν ἀναγκαζοίμεθα, αὐτὸς καὶ τότε ἂν δοκιμάσειε, κἂν πολλοῖς οἶδα μὴ συγχωρούμενος

6. ἄλλον?

ctura indagando liceret, verisimiliter id imputandum virtuti rigidiori et fastidiosae innocentiae, vitia in aliis dissimulare non valentis quae arcet a sese longissime, ac summam aeque ab omnibus exactionem requirentis. accessisse ad naturam ita factam vitae usum a puero disciplinamque severiorem, tum inde inolitam inductionem animi ad austeritatem indurati, praeiudicata quadam assuetudine rigoris interdum persuaderi sibi simentis utile id esse quod tale re vera non sit. atque hic tamen multis argumentis adstruere solicite Augustus contendebat haudquaquam totam Athanasio vel praecipuam inclementer actorum, quae ferrentur, esse culpam adscribendam: magis enim eam verisimiliusque imputari ministrorum, quibus uteretur, imperitiae, hominum quos suus error angustiaeque mentis exorbitare interdum a recto, quodque minus conveniret, facere cogeret. quodsi quem tamen, addebat, sibi conscium fragilitatis in culpas quotidianas facile lapsurae, terreat qualiscumque ista deflecti ab exacto nescia rigiditas Athanasii, uni maxime omnium imperatori eam videri formidabilem debere, quippe cui saepe necesse sit ad negotiorum expeditionem urgentium multa tolerare ac facere obnoxia censurae, a quibus aeriter reprehendendis minime temperaturum illum appareat. caeterum sic animo comparatum esse se, ut premi ab illo aspereque tractari sua ulcera quam mulceri delinirique ab aliis libentius sit passurus. "mihi sane" inquiebat "unum necessarium spirituque ac vita carius est, fieri quod deus velit, sive id dolorem inferat sive non. quippe utcumque res cadat, toleratus tali causa cruciatus eo ipso voluptate iucundior omni est, quod deo iubente acciderit. quare sicut in tam spissa et multiplici gubernatione rei publicae, in his praesertim gravium temporum fluctibus, offensurum inevitabiliter me aliquid interdum non exaudiendo inter strepitum adversorum casuum interdicta reclamantium legum haud dubie provideo, ita me iam nunc profiteor obnoxie paratum ad aequo perferendam animo quantamcumque acerbitatem eius obiurgationum pro indole ac more prorupturi ad increpandum immisericorditer, si quid etiam potentior legibus deflectere paululum ab exactione summa necessitas coëgerit ineluctabilis. exquirat is exploretque per me licet: patiente me utetur exceptore sententiae con-

λυπηθήσομαι. οὕτω τὸ ἀτηρὸν παρὰ πάντας ἐμοί" φησί "περιστήσεται." ταῦτ' ἔλεγε βασιλεύς, ἐνάγων ὡς δῆθεν αὐτοὺς ἐς ὁμόνοιαν. ἀλλ' οὐκ ἔπειθε· πολλῷ γὰρ ἥκιστα τοῦτο, ὅσῳ καὶ δοκῶν δουλεύειν ἰδίῳ θελήματι ἀντέχειν παρεῖχε καὶ ἀντισπᾶν σφίσι πρὸς ὅ τι καὶ λέγοι.

Μακρότεροι μὲν οὖν διὰ ταῦτα λόγοι τῆς χρείας ἐγίνοντο, καὶ βασιλεὺς τὸ ποιητέον διενοεῖτο. ἦκουε γὰρ καὶ πολλοὺς καὶ P 260 τοὺς μεγίστους, τοῦτο μὲν τοὺς ἀμφὶ τὸν πατριαρχεύσαντα Ἰωάννην, τοῦτο δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν πατριάρχην Ἀλεξανδρείας, καὶ ὅσους εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ ὁ Ῥαοὺλ Ἰσαάκιος, ὃς δὴ καὶ τὰ ὄμματα πηρωθεὶς διὰ τὰ συμβάντα πρότερον καὶ μέχρι καὶ Ἰωάννου ἐν τῇ τῆς ἐκκλησίας σχίσματι διαμείνας, εἰρηνεύσας ἐν τούτῳ, ἤδη καὶ πάλιν διὰ τὰ προβαίνοντα διεφέρετο, — ἦκουε γοῦν τούτους καὶ ἄλλους πλείονας καὶ μεγίστους τῇ πράξει προσιστα- μένους καὶ ἀντιβαίνοντας. (3) καὶ διὰ ταῦτα δόξαν ἀπελθεῖν P 261 πρὸς τὸν Ἰωάννην, ὅπως ὑποποιήσαιτο, ἐπεὶ κἀκεῖνος βαθύ τι σκεπτόμενος, ὡς ἔδειξεν ὕστερον, βασιλέα ἤθελε βλέπειν καὶ

suraeque qualiscumque suae, etiam quando, quod saepe accidet, probare ipsi nequivero aliquid quod in posterum ratus utile minus potuero vitare quin agerem. tunc enim dolebo equidem, sed dolorem meum eiusque rigorem obnoxie tacitus perfegam. itaque" addebat concludens "terreri vos minime convenit austeritate Athanasii, cuius mihi potissimum minatur, in me maxime unum exerendus intentatur aculeus." his imperator allegandis conabatur videlicet episcopos in concordiam adducere. sed eo minus persuasit, quo magis apparebat servientem eum voluntati propriae trahere ad assentiendum sibi raptareque ipsos omnino decrevisse; ex que ipsis tanto vehementior resiliendi nascebatur impetus.

Hinc longiores quam esset opus de industria sermones a tempus eximere studentibus producebantur; inter quae imperator rem ex voto non procedere intelligens, quid facto esset opus, exquirebat apud se. audiebat enim praeter istos quos habebat congregatos secum, multos etiam alios eosque maximos restitutioni Athanasii palam obstare, nempe illos qui ex olim-patriarchae Ioannis Vecci communione ac secta supererant, Alexandrinum quoque patriarcham, et quotquot sibi adhaerentes habebat Raül Isaacius, qui dudum excaecatus, quod paci ecclesiarum Michaële imperante initae nollet assentiri, usque ad patriarchatum Ioannis in schismate perstiterat, sed cum ex eo tempore hactenus pacate acquievisset, nunc rursus quas audiebat attentari novitates improbans, in diversum ferebatur. horum aliorumque complurium reditui Athanasii ad thronum manifeste ac fortiter se opponentium numero et auctoritate, illum summo promovens studio, haud dissimulanter terrebatur imperator. (3) in hoc aestu Andronicus animi eo consilium appulit ut adeundum sibi Ioannem putaret, spe scilicet illius, ob viri facilitatem, quam esset alias expertus, in assensum ad id quod cuperet trahendi. et favebat huic fiduciae Augusti, quod recens Ioannes ipse, astutius quam capere simplicitas eius nota videretur, ut postea patuit, simulans aliquam poenitentiam nuper actorum,

πέμπων προσελθεῖν ἠξίου (ἅμα δέ γε καὶ ὁ καιρὸς ἐκάλει· τὰ γὰρ τῆς τεσσαρακοστῆς ἐφειστήκει εἰσόδια καὶ τυροφαγίας ἦσαν ἡμέραι), ὅλαις προθυμίαις παρ' Ἰωάννην γίνεται. καὶ δὴ ἐπιστάντα, παρευρεθέντων καὶ ἀρχιερέων ἐκεῖ, ἡ δυσωπία σφάλ-
B λει τὸν ἄνακτα. ἦ δ' ἦν, πρόσεισι μὲν Ἰωάννῃ, καὶ εὐλαβείας ἠττᾶται τῆς πρὸς αὐτόν, καὶ ἕτοιμον ἑαυτὸν παρέχει, εἰ ἐκεῖνος εὐλογεῖν βούλοιτο. ὁ δὲ "ἀλλὰ θεὸς εὐλογήσαι σε καὶ οὐκ ἐγώ" ἔφη. τέως δὲ καὶ εἰ πατριάρχην αὐτὸν λογίζοιτο ἐρωτᾷ. καὶ ὃς εἴτε τὴν εὐλογίαν λαμβάνειν θέλων, εἴτε μὴν καὶ διὰ τὸν καιρὸν δυσωπούμενος, ὡς μὴ λυπήσειεν ἀρνησάμενος, εἴτε καὶ
C τρίτον τὴν ἀπ' ἐκείνου πρὸς ὅ τι πράττοι ὑποποιούμενος εὔνοιαν, τὸ ἱλαρὸν καθιστὰς (ἀρχιερέων γάρ, οὐ βασιλέως εἶναι τὴν ἐπὶ τούτοις ἀπόφασιν) ὁμολογεῖ πατριάρχην ἡγεῖσθαι τὸν Ἰωάννην. καὶ ὡς ἐν δεσμοῖς εὐθὺς ἐπισχὼν τὸν λέοντα, "καὶ εἰ πατριάρχης ἐγώ" φησίν, "ὅτι καὶ οὔπω τελέως τὰ τῆς ἐμῆς παραιτήσεως οὐκ ἐδοκιμάσθησαν, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ καὶ ἐν πολ-
D λαῖς μοναῖς μνημονεύομαι, ὑπ' ἀφορισμὸν τὸν ἀπὸ τῆς ἁγίας

prae se tulerat desiderare se conspectum imperatoris, et missis ad eum suis ne ad se gravaretur venire rogaverat. praeterea tempus ipsum anni vocabat imperatorem ad ei se sistendum, qui adhuc qualemcumque patriarchae speciem teneret: imminebant quippe dies proxime praecedentes quadragesimam et ad eam mox inchoandam disponentes, quas vocamus tyrophagiae ab esu tunc adhuc permisso casei. his ergo concurrentibus ad idem suadendum, simul cunctis incitatus ad Ioannem summa voluntate sese imperator confert. hic Andronicum, ne sibi constaret post tam manifeste declaratam de vere depulso e patriarchatus possessione Ioanne, sententiam, nimia quaedam verecundia deiecit. reperiens enim apud Ioannem quosdam adhuc ipsi adhaerentes episcopos, eius et illorum urgente reverentia prolabens eo se habitu coram Ioanne abiecit, quo paratum se ostenderet ad accipiendam ab eo benedictionem, si dignaretur impertiri; qualem habere honorem alteri quam patriarchae certo mos non erat. id videns Ioannes "deus tibi benedicat, non ego" ait; ac nihilominus ecquid se verum patriarcham agnosceret quaesivit. deprehensus Augustus inopinata interrogatione, et sive re vera volens eius benedictionis particeps fieri, sive causae ac tempori serviens, offensionemque senis verisimiliter ex negatione secuturam uti scopo quo aspiraret adversariam vitans, sive denique bene impensam qualemcunque assentationem reputans, qua gratiam sibi eius benevolentiamque adiungeret, ut eo deinde hilari promptoque ad favendum uteretur, cum et alioqui de abdicationis qualitate, valida illa necne esset, non suum sed episcoporum esse iudicium cogitaret, respondens professus est se pro legitimo patriarcha Ioannem habere. quo Ioannes audito, vincula statim induens leoni capto, "atqui siquidem patriarcha ego vere sum, mea nondum abdicatione vel probata vel accepta, perseveranteque adhuc in magna ecclesia et monasteriis commemoratione mei nominis, auctoritate sanctae trinitatis excommunicationi maiori sub-

τριάδος ἄγω τὸν βουληθησόμενον πατριάρχην τὸν κύριν Ἀθανάσιον καθιστᾶν." ταῦτ' εἶπε, καὶ προφανῶς κατεγίνωσκεν, ὥσπερ ἐκείνου σκαιότητα, οὕτως ἀπάτην καὶ εὐκολίαν τοῦ ἄνακτος, οἷς ὅτι τῶν πρωτέρων ἀμνημονήσας καὶ τοῖς δευτέροις ἐσαῦθις ἐπιχειροίη. βασιλεὺς δὲ τοῦτο μὲν αἰδεσθεὶς τὴν φενάκην, καὶ ταῦτα τὴν ἐξ ἁπλότητος, τοῦτο δὲ καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ διαφεύξεσθαι τὴν χλεύην προνοίας οἰκονομῶν, ἐκεῖνον μὲν οὐδὲν εἰπὼν ἀποστρέφεται, τοῖς δ' ἀρχιερεῦσι τοῖς τῇδε ὡς συμπράττειν ὑποπτευθεῖσι καὶ λίαν ἐπεῖχε καὶ προσωργίζετο. ἦσαν δὲ ἐκ προκλήσεως τότε παρευρεθέντες τῷ πατριάρχῃ ὅ τε Ἀγκύρας Βαβύλας, ὁ Κρήτης Νικηφόρος καὶ ὁ Βιτζίνης Λουκᾶς. ὅμως δὲ τὴν φήμην θέλων ἐπανορθοῦν, μήπως δόξοι καὶ ἀθιαστάλτως ἀφορισθείς, συγκαλέσας καὶ αὖθις τῇ ὑστεραίᾳ οὓς συγκαλεῖν εἴθιστο, ἐπεγκαλεῖ μὲν τὴν ἀπάτην, ἀπογυμνοῖ δὲ τὸ δρᾶμα, ὑποχαλᾷ δὲ καὶ τῆς ἐπὶ τῷ Ἀθανασίῳ προθυμίας, εἰ κἀκεῖνος ἀκούσας Σαπφείρας καὶ Ἀνανίου τρόπον τῷ Ἰωάννῃ προσέτριβε, δόντι θεῷ τὴν ἱερωσύνην, ὡς αὐτὸς παραιτούμενος ἔγραφε, καὶ πάλιν ἀναλαμβάνοντι.

4. Τῷ μὲν οὖν βασιλεῖ ἡ μήτηρ ἐνόσει δεινῶς καὶ πρὸς ἀναπνοαῖς ἦν ταῖς ἐσχάταις· καὶ ἡ δευτέρα τῆς δευτέρας τῶν νη-

licio eum qui volet dominum Athanasium in patriarchali rursus sede constituere." ita ille, palam damnans cum Athanasii laevum animum, qui oblitus tumultuum quos eius patriarchatus excitasset, denuo ad thronum adspiraret, tum imperatoris fraudem et facilitatem, hanc qua tam leviter homini privato, dudum ad ecclesiae regimen inepto deprehenso, patriarchatum detulisset, illam qua post ista in luce meridiana gesta sibi obrepere astuta dissimulatione tentasset. ictus autem improviso imperator, verbo non addito, abscessit, seu pudore deceptionis obmutuerit, in quam praesertim sua se ipse ultro incauta simplicitate induisset, seu defixa mens eius in modis providendis vitandae, quae inde sequi posset, traductionis et irrisionis sui, expedire quod in loco diceret non potuit. et aversionem ille quidem in Ioannem concepit tacitam: iram autem, eamque vehementem, haud dissimulanter effudit in tunc illi adstantes episcopos, quos illusioni sui cooperatos suspectabat. fuerunt hi autem reperti tum apud patriarcham episcopi, quod eos ipse advocasset, Ancyranus Babylas, Cretensis Nicephorus et Bitzinensis Lucas. tamen idem Augustus famae studens suae consulere, ne plane ac citra exceptionem ullam excommunicatione perculsus ista videretur, convocatis rursus postridie quos adhibere consueverat, se deceptum est questus, rem uti gesta est aperuit, de studio autem deinceps illo ardenti declarato erga restitutionem Athanasii remisit, utcumque Athanasius ipse hoc facto audito, affirmasset paria cum Sapphira et Anania peccasse Ioannem, utpote qui datum semel deo sacerdotium, prout esset testatus abdicatione scripto edita, iterum resumpsisset.

4. Inter haec mater imperatoris aegrotabat graviter, atque adeo extremum iam spiritum trahebat. itaque feria secunda secundae ieiuniorum

στειῶν ἑβδομάδος νεκρὰν τὴν ἄνασσαν εἶδε, γυναῖκα πολλαῖς κατακώχιμον χάρισι. συντέθαπτο δέ οἱ καὶ ἐνδεῶν πλῆθος ἄπειρον, οἷς καθ' ἡμέραν ἐπήρκει. καὶ οἱ τὰ τῆς ὁσίας πρὸς τὸ μεγαλειότερον ἐξασκούμενα πρὸς ἑαυτὰ ἐφεῖλκε τὸν ἄνακτα. καὶ τὰ μὲν τῶν κινουμένων ἠπράκτει τέως· ὁ δὲ τὴν ἐκφορὰν μεγα-
C λοπρεπῶς ἐξαρτυόμενος τῇ δεσποίνῃ, αὐτός καὶ μεγιστᾶνες καὶ κλῆρος ἅπας καὶ μοναχοί, καὶ ὅσον ἦν τῷ τῆς πολιτείας, συνελθόντες ὑπὸ πολλῷ μὲν καὶ δαψιλεῖ τῷ φωτὶ καί γε ποικίλαις ταῖς μελῳδίαις, ἀντηχούντων τῶν γοερῶν θρηνητηρίων τοῖς ᾄσμασι, πολλῇ δὲ τῇ δορυφορίᾳ καὶ τῇ λαμπρότητι, ὡς τὴν πόλιν ἅπα-
σαν γέμειν ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων, ἐν καιρῷ νιφάδων τε καὶ βορβόρου ἐξέφερον τὸν
P 263 νεκρόν, οὐδ' αὐτοῦ βασιλέως τὰ ἐς τιμὴν ἐλλείποντος, ἀλλὰ σοροῦ μὲν ἐκείνης ἡμμένου, διὰ βορβόρου δὲ πλείστου καὶ ὀλισθηροῦ βαίνοντος, μέχρι καὶ τὴν Λείψη καταλαβόντες μονὴν ἐφ' ἡμέραις ὡς εἰκὸς ἐτέλουν τὰ τῆς ὁσίας, ἀναγκαίαν ἀσχολίαν ἐπὶ ταύτῃ καὶ βασιλέως ἔχοντος.

B 5. Ἀλλ' ἐπέστησαν αἱ πασχάλιοι, καὶ δόξαν δεσποίνῃ ἐπὶ Θεσσαλονίκης ἀποδημεῖν, ἐν φροντίσι καὶ διὰ ταῦτα ταῖς ἀναγκαίαις ὁ κρατῶν γίνεται. καὶ πρῶτα μὲν τῷ υἱῷ Ἰωάννῃ

hebdomadae mortuam Augustam vidit, mulierem utique multarum complexione gratiarum ornatam, cum qua simul sepeliri spes ac vitas proprias multitudo innumera egenorum, quos in dies alebat, gemens attestabatur. ad funus porro eius insigni apparatus magnificentia celebrandum totam Augustus animi attentionem vertit. unde distento eo piis curis parentalium matri Augustae quo par erat splendore adornandorum, res aeque motae quodam interim iustitio remissae quieverunt. elatum porro dominae cadaver est speciosissimis exequiis, ipso eius filio Augusto cum summatibus, clero universo, monachis ac toto civium corpore pompam ordine longo magnificam trahentibus, sub multo praelatarum passim facum ac lampadum lumine, personante late coelo varia melodia, et grato temperamento modulorum diversae qualitatis excitatioribus canticis lugubrium threnorum ac planctuum moestitia responsante. tenebat etiam oculos illustris species numerosi et ornati satellitii; urbsque adeo tota redundabat simul fumo et odore thymiamatum, simul sono confuso paeanum et suspiriorum, nivoso tempore ac viis late totis coeno sordentibus, Augusto sane nihil suarum partium ad omnem honorificentiam tam cari funeris desiderari patiente, sed haerente indivulse feretro parentis mortuae, ac ne usquam ab eo disiungeretur, per lutum plurimum et lubricum laboriose procedente, quoad in Lipsae monasterium perducta pompa per dies illic, pro more, aliquot iusta sunt funebria defunctae persoluta; quam in rem necessarium spatium, omni negotio posthabito, longanimi Augustus pietate perseveravit impendere.

5. Paschalibus inde festis supervenientibus, cum esset dominae decretum Thessalonicam proficisci, ad curanda quae ad id opus erant, vir eius Augustus animum applicuit. ante omnia visum est absolvere dedm

καὶ δεσπότῃ τελεῖ τοὺς γάμους, καὶ τῇ ἐπὶ τοῦ κανικλείου θυγατρὶ τοῦ Χούμνου, ἀνδρὸς σοφοῦ τε καὶ εὐνοϊκοῦ τῷ κρατοῦντι διαφερόντως δόξαντος, πρὸ καιροῦ μνηστῇ τῷ Ἰωάννῃ ἐξ ἱερολογίας οὔσῃ, βασίλισσα δεσπότην εἰς ταὐτὸν τὸν υἱὸν ἄγει καὶ διὰ γάμων· ἐδόκει γὰρ ξυνεκδημεῖν τῇ δεσποίνῃ κἀκεῖνον. καὶ C διὰ τοῦτο ἔνθεν μὲν τὸ ἐπὶ Αὐγούστῃ πένθος, ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὸν υἱὸν καὶ οἱ γάμοι ἐσχεδιάζοντο. ὡς δ' ἐπ' ἐξόδοις ἡ δέσποινα ἦν (ἤμειγε γὰρ αὐτὴν ἡ ἐπὶ θυγατρὶ στοργή, ὡς ἐλθοῦσαν ἴδοι καὶ περιπτύξαιτο), ἐφ' ἡμέραις καὶ ὁ κρατῶν συνεξέρχεται, καὶ κατὰ τρόπον ἐξετοιμασάμενος τὰ ἐξιτήρια ὑποστρέφει.

6. Καὶ τότε τῶν πολλῶν ἀνεθεὶς φροντίδων ὁμόσε χωρεῖ ταῖς τῆς ἐκκλησίας καὶ αὖθις μερίμναις. καὶ πάλιν συνάξεις, P 264 καὶ πάλιν σύνοδοι καὶ συνδιασκέψεις καὶ λόγοι καὶ συζητήσεις, προηγουμένως περὶ τοῦ ἐκφωνηθέντος παρ' Ἰωάννου ἀφορισμοῦ, εἰ δίκαιον εἶχεν ἀφορίζειν ἐκεῖνος. καὶ τοῖς μὲν ἐδόκει· μέχρι γὰρ καὶ τότε αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἐκκλησιῶν μνημονεύεσθαι, ἰσχυρὸν δ' εἶναι καὶ ἄλλως τὸ ἐπιτίμιον, πατριάρχην ἐκεῖνον βασιλέως

6. τὸ] διὰ τὸ P.

pactas, sed nondum perpetratas complexu coniugum Ioannis despotae cum filia Chumni praefecti canicleo nuptias erat Chumnus vir sapiens, et imperatori cum ex animo benevolus ac fidus tum eidem vicissim facile omnium carissimus; cuius filiae desponsae dudum Ioanni praesentis rite sacerdotis ministerio, nunc in thorum ipsa mater Augusta sponsum eundem despotam suum filium induxit. hoc properavit ex voto uxoris imperator in apparatum Thessalonicensis itineris, quod huius comitem secum ducere filium Ioannem despotam imperatrix cupiebat. quare in discrepantes functiones funeris et nuptiarum brevi continuatas discrimine temporis festinantis animi cura partita, utramque quam artissimo fas fuit compendio Andronicus expedivit, moras utique non ferente Augustae in viam procinctae impetu, quem adurgebat cari capitis impatientia visendi: filiam illa scilicet Thessalonicam tum recens advenisse cum audisset, ad eius illic amplexum materno affectu rapiebatur. paucis ergo post diebus abeuntem simul egressus aliquantum est comitatus imperator, provisisque prolixe cunctis quae ad caeteram eius deductionem pro dignitate administrandam pertinebant, ipse reversus in urbem est.

6. Ac tunc a multis illis relaxatus familiarium officiorum sollicitudinibus, rerum ecclesiae pressius urgentiusque tractandarum intermissae aliquandiu curae se reddidit. rursus igitur conventus, rursus synodi, rursus consultationes et sermones et disquisitiones super excommunicatione per Ioannem intorta; circa quam ante omnia primarium illud controversiae caput agitabatur, an ius ille ac potestatem excommunicandi habuerit. habuisse censebant aliqui, utique cum perstare ipsum in possessione patriarchatus ex commemoratione nominis eius, quae adhuc inter sacra per ecclesias fieret, appareret; ac respecta quidem imperatoris quin censura ista valeret illumque vere ligaret, videri dubium non esse, quoniam Augustus, antequam illa proferretur, Ioannem eius auctorem pro legitimo se

ὁμολογήσαντος. καὶ οἱ μὲν οὕτως, οἱ δέ, οὓς δὴ καὶ πρὶν ἐκείνῳ διὰ τὸν ὅρκον προσίσταντο, ὁμολόγα ἑαυτοῖς ὁρᾶν ἐθέλοντες
B μήτ' ἔχειν ἐκεῖνον πατριάρχην καὶ πρότερον ἢ ὅτ' ἀφαίριζε, μήτε τὸν ἀφορισμὸν ἰσχύειν διισχυρίζοντο, ὥστε καὶ ἐν μιᾷ τῶν συνάξεων βασιλέα μανθάνειν αἰρούμενον οἵ τινες τῆςδε τῆς γνώμης καὶ τίνες θατέρας καὶ πόσοι, ἐρωτᾶν ἕκαστον, καὶ τοὺς τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς γνώμης εἰς μέρος ἑκατέρους καθίζειν. ἐκείνοις μὲν οὖν μετὰ τὰς πολλὰς ἐκείνας συνάξεις, συναγομένοις καὶ καθ' αὑτοὺς ἐπὶ τῷ περιωνύμῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ναῷ,
C ἐκέλευε διασκέπτεσθαι ὡς ἂν γε καὶ συνελθόντες ἐπὶ τῷ Ἀθανασίῳ τὸ δοκοῦν πράξαιεν· δοκιμάζειν γὰρ καὶ μᾶλλον ἐκεῖνον, εἴτε καὶ βούλοιτο τέως. αὐτὸς δὲ συχνάκις ὑπήρχετο διὰ μηνυμάτων τὸν Ἰωάννην. ὁ μέντοι γε Ἰωάννης τοῦτο μὲν καὶ ταῖς τοῦ βασιλέως ἱκετείαις θηλυνθεὶς τέως, ὑβριοπαθῶν δὲ τὸ πλέον ἐπὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν, ὡς αὐτὸς μὲν συναίροιτο σφίσι τῆς γνώμης καὶ τὸν ἀφορισμὸν ἱσταίη ὡς ἔρυμα, ἐκείνοις δὲ ἐξ ἐθελοκάκου γνώμης προδιδοῦσι τὸ ἔρυμα ἀτιμοῦν καὶ αὐτὸν ἐπίοι, καταπροϊσα-

11. εἶγε?

habere patriarcha professus diserte fuerit. ita hi. at illi qui Ioannem vi iuramenti, quod vere concepisset, patriarchatu excidisse contenderant, ut sibi iam consentanea loquerentur et agerent, plane affirmabant eum neque priusquam excommunicationem pronuntiaret, neque in ipso pronuntiandi actu, patriarchali fuisse potestate praeditum. quare nullam atque irritam istam esse censuram asseverabant. ducebatur per haec sine fine contentionum funis, adeo ut pertaesus aeternarum dissensionum imperator, in quodam istiusmodi conventuum scire cupiens cuius esset quisque sententiae, postquam singulos interrogasset, qui perstare adhuc Ioannem in patriarchali dignitate censerent, sedere una seorsum, qui vero et illud et praeterea excommunicationem ab illo latam ullius esse roboris negarent, simul ex adverso iusserit considere. sic agnitos et loco discretos eos qui opinabantur carere Ioannem pontificali potestate, congregatos seorsum a caeteris in celebri templo SS. Apostolorum, deliberare de Athanasio iussit, sperans, post frustra tentatam tot illis superioribus conventibus viam omnem concordiae, saltem hos adduci posse ad favendum sibi hactenus optatae restitutioni Athanasii. ipse interim nihil relinquens intentatum quod proposito serviret, ut molestissimum obstaculum excommunicationis a Ioanne prolatae oppositum negotio amoliretur, tractare cum Ioanne ipso de illa revocanda crebra certorum hominum missitatione non desistebat. in quo operam non perdidit. emollitus enim Ioannes toties iteratis Augusti precibus, praetereaque offensus episcopis, quibus cum fere communiter sua ipsorum causa Athanasii restitutionem aversantibus. pro se ipse benevole assentiens et consulens, aggerem quo illum a throno arceret insuperabilem erexisset excommunicatione intorquenda in omnes qui eum promovere conarentur, inconsulte ipsi atque ingrate illo uti hactenus negligerent, sibique sic iustam praeberent timendi causam ne, quemadmodum

μένοις ἅμα μὲν τὴν αὐτοῦ τιμὴν ἅμα δὲ καὶ τὴν ἑαυτῶν ἀσφά- D
λειαν, βασιλεῖ διὰ ταῦτα κατανεύει καὶ τὸ αἴτημα ἐκπληροῖ, ἐγ-
γράφως ἐξαποστείλας τάδε.

"Δέσποτά μου ἅγιε βασιλεῦ, καὶ ὑμεῖς θεῖα καὶ ἱερὰ
σύνοδος, ἥ τε σύγκλητος, καὶ ὁ παρεστὼς καὶ ἀκούων τοῦ κυ-
ρίου λαός, ὅσοι τε ἐν κλήρῳ καταλέγεσθε, οἱ μοναχικῷ διαπρέ-
ποντες σχήματι, καὶ ὁ λοιπὸς ὄχλος. ἐγὼ παρ' ὀρθοδόξων γο-
νέων γεννηθεὶς καὶ εὐσεβείᾳ τραφεὶς πρῶτον μὲν τῆς ἱερατικῆς E
ἠξιώθην τιμῆς, εἶτα καὶ τὰ μοναχῶν τελεσθείς, κρίμασιν οἷς
οἶδε θεός, εἰς τὸν θρόνον ἀνήχθην τὸν πατριαρχικόν, εὐδοκίᾳ
μὲν θεοῦ πρῶτον, ἔπειτα δὲ βουλῇ καὶ θελήσει καὶ γνώμῃ ἐξε-
τασμοῦ πάντων ὑμῶν τῶν προεχόντων ἐν ἀξιώμασι. καὶ ὡς
διέπρεψα εὐσεβῶς καὶ ὀρθῶς, οἶδε μόνος θεός· καυχᾶσθαι γάρ
μοι οὐ συμφέρει κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. συνέβησαν οὖν ἐν
τῷ μεταξὺ σκάνδαλα, ὅσα καὶ ὑμεῖς οἴδατε, καὶ διὰ τὸ μὴ P 265
παραβλαβῆναι ψυχήν τινος Χριστιανοῦ καὶ διὰ τὸ ἐν εἰρήνῃ καὶ
καταστάσει εἶναι τὴν ἁγίαν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν ὑπεχώρησα καιρὸν
τοῦ θρόνου καὶ ἐν τῷ κελλίῳ μου περικλεισθεὶς ἐκαθήμην.
ἀμφιβάλλοντι δὲ καὶ δεομένῳ θεοῦ περὶ τούτων ἐμφάνειά τις θεία
ἐπίστη μοι λέγουσα 'εἰ φιλεῖς με, Πέτρε, ποίμαινε τὰ πρόβατά
μου.' πάλιν οὖν διὰ τοῦτο ἀνῆλθον εἰς τὸν θρόνον. ἐπεὶ δὲ
καὶ αὖθις ἐκινοῦντο μειζόνως τὰ σκάνδαλα καὶ ἡ ἐκκλησία διὰ

propriam ipsorum securitatem, sic, et multo scilicet facilius, suum ipsius honorem imprudenti, qua ruebant, levitate ad extremum proderent, imperatori annuit quod poscebat, hoc ad ipsum misso scripto.

"Domine mi, sancte imperator, et vos divina et sacra synodus, tuque senatus, et qui adstat atque audit domini populus, quotquot in clero censemini, quique habitu insignes monachico estis, et multitudo reliqua. ego ex orthodoxis genitoribus natus ac sancte educatus, prius quidem sacerdotali dignatus honore sum, postea monachus factus, iudiciis quae novit deus, in thronum evectus patriarchalem fui, gratia primum ac beneplacito dei, deinde consilio, voluntate, sententia praevio examine perlata vestrum omnium qui dignitate praeeminetis. in ea dignitate uti me gesserim pie ac recte, novit solus deus: gloriari enim mihi non expedit, iuxta divum Apostolum. contigerunt autem interim scandala (quot qualiaque, vos scitis), ob quae, ne quod inde nocumentum inferretur Christiani ullius animae, et quo in pace ac statu tranquillo sancta dei ecclesia stabiliretur, cessi ad tempus throno et cellula clausus mea quievi. oborta autem mihi in secessu illo dubitatione an bona ista esset ac deo probata quies mea, cum quid sibi super eo cordi esset, ut demonstrare dignaretur, deum orarem, species quaedam divina superadstitit mihi, dicens "si amas me, Petre, pasce oves meas." rursus igitur propter hoc redii ad thronum. quoniam vero iterum movebantur maiorem in modum scandala et

B τοῦτο ὑβρίζετο, πάλιν τῆς καθέδρας ἐξέστην τῆς πατριαρχικῆς διὰ τὴν εἰρήνην αὐτήν. ἐπεὶ δὲ καὶ αὖθις ἐγένετο ὅσον γινώσκετε, καὶ ἀφορισμὸς ἐξεφωνήθη μοι κατὰ τοῦ ἀναβιβάσοντος ἐπὶ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον τὸν κύριν Ἀθανάσιον διὰ τὸ δοκεῖν τὴν αὐτοῦ ἀνάβασιν βαρεῖαν πᾶσι καὶ ἐπαχθῆ, ὑμεῖς δὲ ἀρτίως οὐ δέχεσθε τοῦτον δηλαδὴ τὸν ἀφορισμὸν ὡς μὴ ἐκφωνηθέντα κανονικῶς, ὡς λέγετε, ἰδοὺ καὶ αὐτὸς ὅσον τὸ τοῦ ἀφορισμοῦ ἀπολύω, καὶ παντάπασι λελυμένον ἔχω αὐτόν, οὐ μέντοι τὴν C ἀνάβασιν αὐτοῦ εὐδοκῶ. πῶς γὰρ ἂν αὐτὸν καὶ δέξομαι ὡς ἀρχιερέα, ἄνθρωπον κατηγορηθέντα καὶ ὑβρισθέντα καὶ χείρονα ἢ ἐγὼ μικροῦ δεῖν καὶ εἰς αὐτὴν τὴν εὐσέβειαν αὐτοῦ, ἄλλως τε καὶ παραιτησάμενον ἐκκλησιαστικῶς καὶ κανονικῶς; ταῦτα λέγω πᾶσι καὶ διαμαρτύρομαι. εἴ τι δὲ συμβῇ μετὰ ταῦτα, ὑμεῖς ὄψεσθε· τὸ γὰρ ἡμέτερον ἅπαν δεδήλωκα. ὁ δὲ θεὸς τῆς εἰρήνης, ὁ τὸ ἴδιον αἷμα δοὺς ὑπὲρ τῆς ἁγίας αὐτοῦ ἐκκλησίας, αὐτὸς ταύτης ποιήσοι τὸ συμφέρον καὶ εἰρηναῖον καὶ ἀστασίαστον." ἡ ὑπογραφὴ "ὁ ἀββᾶς Ἰωάννης."

P 266 7. Ἡμέρα μὲν οὖν παρασκευὴ ἦν, πρώτην δὲ μετ' εἰκάδα ὃ κατ' Ἀθηναίους Μαιμακτηριὼν μὴν ἦγε, καὶ ὁ βασιλεὺς τὸ γράμμα ἐδέχετο. ὃ δὴ καὶ εἰς προῦπτον μὲν καὶ πασίδηλον

ecclesia propter hoc afficiebatur contumeliis, secundo e cathedra patriarchica descendi, eundem quem prius intuens scopum pacis meo secessu statuendae. postquam autem deinde contigere quae vobis sunt cognita, et excommunicatio pronuntiata est a me in eum qui restituere attentaret throno patriarchali dominum Athanasium, quod mihi futura videretur huius istiusmodi promotio odiosa omnibus et molesta, vos vero super ista recens excommunicatione consulti non admittitis illam, tamquam, ut dicitis, non sit canonice perlata, en ego ultro ipse, qualecumque est aut esse potest excommunicationis istius vinculum solvo, revocansque illam pro relaxata deinceps neminemque in posterum ligante habeo. neque tamen in domini Athanasii regressum ad thronum de caetero assentior. quomodo enim ipsum in pontificem admittam, hominem accusatum et deformatum ignominia nondum abstersa, denique peioris ad hoc, quam ego sim ipse, conditionis, adeo quidem ut parum absit quin de religione eius aequum dubitandi causam praebeat, praesertim cum super haec omnia patriarchatu ipse dudum ultro cesserit ecclesiastice ac canonice? haec omnibus dico et contestor. si quid vero posthac secus quam fas fuerit accidat, vos videretis. meum enim sensum plane declaravi. deus autem pacis, qui proprium pro sancta ecclesia dare sanguinem non pepercit, ipse quod huic expedit ad pacem et turbarum amotionem faciat."

subscriptio. Abbas Ioannes.

7. Feria erat hebdomadae sexta, quam parasceuen dicimus, prima vero post vicesimam dies mensis Augusti, qui Atheniensibus Maemacterion est, quando imperator hoc scriptum accepit. id statim palam non osten-

οὐκ ἐθέλειν. τέως συλλέξας ἀρχιερεῖς καὶ κληρικοὺς τὴν λύσιν ἐθήλου τοῦ ἀφορισμοῦ, παρεμφαίνων καί τισιν ἐξ αὐτῶν τὸ γράμμα. καὶ τῷ ἐντεῦθεν, ἐπεὶ οὐκ ἦν ἄλλο ἐφέξον, ὡς ἐδόκει, τὴν πρᾶξιν, πολλῶν ὑπονοουμένων καὶ ἄλλων κατὰ τὸ λε-
ληθός, ὅμως ὡς δῆθεν περιαιρεθείσης τοῖς ἀρχιερεῦσι τῆς ἐκεῖ- B
θεν προφάσεως, σαββάτου τοῦ ἐπιόντος καὶ κυριακῆς ἐπὶ τούτῳ ἐν τῷ θείῳ δὴ πάλιν τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ περιωνύμῳ ναῷ προσέταττε συνάγεσθαι πάντας, καὶ μηδὲν κύκλῳ περιβαλλομέ-
νους ὁμοιότας τρίβους ποιεῖν καὶ τούτων ἅπτεσθαι, ὡς οὐ τριβὰς
τοῦ καιροῦ χωροῦντος. γέγονε τοῦτο κατὰ τὴν πρόσταξιν, καὶ τῷ τόπῳ συναγόμενοι ἀπεῖχον πολλῷ τὰς γνώμας καὶ ὁμονοεῖν οὐκ ἐδύναντο. ἐπεὶ ῥᾴν πέμπων ὁ βασιλεὺς ὅ τι λέγοιεν ἐπυνθά- C
νετο, εἰκοστῇ τριτῃ μηνὸς τοῦ αὐτοῦ, περὶ τὸ τῆς μεσημβρίας μεσαίτατον, ἐπιβὰς ἵππου τὸν θεῖον καταλαμβάνει τῶν ἀποστό-
λων ναόν. καὶ τὰ πολλὰ συγγιγονὼς σφίσιν, ἐπεὶ οὐκ ἦν τὸ παράπαν ὁμονοεῖν, λαβὼν ἐκεῖνος τοὺς δεχομένους τὸν Ἀθανά-
σιον, ἀφεὶς τοὺς μὴ δεχομένους, εὐθὺ τῆς μονῆς ἐκείνου γίνεται, καὶ ὡς οἷόν τ' ἦν ἐκεῖνον ἀρχιερατικῶς ἐπισκευασάμενοι, πεζῇ

tavit ille quidem aut notum facere indiscriminatim omnibus voluit. convocatis tamen episcopis et clericis significavit revocationem excommunicationis; et scriptum Ioannis, qua parte dumtaxat illius relaxationem exprimebat, quibusdam ex his ostendit. exceptionem nimirum scripto appositam contra promotionem Athanasii, ne obesset negotio, manifestandam non putavit, pronam hinc fluxuram quam urgebat rem arbitratus, si tantum declararetur amotio praecipui hactenus ei obstare visi palam impedimenti, nimirum excommunicationis a Ioanne latae, quamvis et alia non minora hoc obstacula isti tam merito exauctorati olim hominis redauctorationi opponi tacite alii suspectantes autumarunt. Augustus igitur, ea quam dixi spe processurae secundo cursu, velut omni remora sublata, in episcoporum deliberatione repositionis Athanasii in sedem, convenire denuo illos omnes ad hoc iussit, sabbato et dominica insecutis, apud sacram aedem sanctorum Apostolorum, praemonitos ut nihil iam circa orbem errarent frivolis allegandis praetextibus, sed rectas facerent vias concordiae, idque ut summi momenti negotium serio tandem capesserent: eo quippe res processisse, ut morae amplius nullae ferendae videantur. fecerunt imperata illi hactenus ut locum in unum colirent. at tantum illic distabant animorum sensibus, quantum invicem accesserant vicinia corporum: consensionis vero nulla iam spes aut ratio conciliandae inter ipsos apparebat. quod cum imperator per eo missos qui successum explorarent intellexisset, quomodocumque absolvere rem studens, tertia et vicesima mensis eiusdem die, hora ipsa meridiana, equo conscenso in sacrum Apostolorum templum advenit, ibique multa cum episcopis locutus, ubi clare perspexit frustra tentari vias omnes eorum in consensionem adducendorum, sumptis secum iis qui Athanasium in sede repositum volebant, relictis vero illic iis quorum erant studia contraria, recta pergit ad monasterium ubi Athanasius degebat, ac eum, prout ex tempore licuit, pontificaliter ornatum, ipse pe-

καὶ βάδην ὑπ' ἀέρι πῦρ πνέοντι καὶ καιρικῷ πνεύματι, ἅμα κληρι-
D κῶν τοῖς παρατυχοῦσι καὶ τῷ λαῷ ὅσος συνείλεκτο, τὴν ἐκκλη-
σίαν καταλαμβάνουσι, καὶ πάλιν ἐπίσκοπος, ὥσπερ ἐκ μαγγά-
νου τινὸς τῆς ἐπὶ τῷ σεισμῷ δοξάσης προγνώσεως εἰς τὸ μέσον
ῥιφείς, ἀναφαίνεται ὁ μηδ' οἷός τε εἶναι τὴν ἱερὰν ἀρχὴν ἀναλα-
βεῖν προαιρούμενος. καὶ ὁ μὲν τυχὼν οὗπερ χάριν καὶ τὰ πολλὰ
ἐκεῖνα τῶν καθ' ἡμέραν βουλῶν ἐξυφαίνοντο, σπουδαιοτριβῶν
ἐς τέλος τά οἱ προσήκοντα καὶ ὑπὲρ δύναμιν οὐκ ἀνίει· οἱ δέ γε
P 267 τῶν ἀρχιερέων ἡμίσεις, σὺν οἷς καὶ τῶν ἐν μοναχοῖς δοκούντων
τινὲς καὶ τῶν κληρικῶν ἔνιοι, καρτερῶς διέγνωσαν σχίζεσθαι.
τῆς δ' ἐπιγενομένης ἡμέρας ὁ πατριάρχης Ἰωάννης τὰ καθ' αὐ-
τὸν πρὸς τὸ ἀδηλότερον μετασκευασάμενος ἐφ' ᾧ τῆς πόλεως
ἐξελθεῖν, μηδ' αὐτῷ βασιλεῖ συνταξάμενος, ἅμα τοῖς αὐτοῦ
ἀπαίρει τῶν τῇδε καὶ πρὸς Σωζόπολιν γίνεται. τῷ δ' ἦν ἑκάστης
διαλαλεῖν ἐμφανῶς ὡς διωχθείη τῆς ἐκκλησίας καὶ ὡς τὸ καὶ τὸ
πάθοι, καὶ πάντων κατὰ κόσμου δυσχερῶν τὴν αὐτοῦ ἀπουσίαν
B ἐπαιτιᾶσθαι, καὶ τοῖς κληρικοῖς ἐξονειδίζεσθαι ὡς αἰτίοις, εἴ
πού τι καὶ ξυμβὰν ἔτυχε, καὶ ἐπὶ λιτανείαις κοιναῖς θαρρεῖν ἐν-
τεῦθεν διορθοῦν τὰ σφαλέντα ὡς δῆθεν καὶ ἀπ' ἀμελείας καὶ
τρυφῆς ξυμβάντα, ὡς καί τινα διορθοῦν δῆθεν πειρᾶσθαι πρὸς

des passu lento sub flagrantissimo vapore solis meridiani, per summam, ut tum erat, aestatem aërem prae ardore vix spirabilem reddentis, cum assumptis una quotquot obiter occurrerent clericis et si qui e populo confluxerant, in ecclesiam deduxit. sic rursus Athanasius episcopus, velut e praestigiatrice quadam machina praevisionis circa futurum terrae motum ab eo, ut putabatur, habitae, proiectus in medium ostenditur, homo qui sponte declarasset se non posse sacrorum principatum resumere. atque ille quidem aliquando assecutus id cuius gratia tot illa quotidie callida inventa subtexuerat, etiam ulterius usque in finem quae sibi rebatur opportuna, utcumque facultatem ipsius excederent, astutis affectare artificiis, omni studio adhibito, non desistebat: episcoporum vero dimidium, cum quibus et quidam monachorum eo in ordine praestantium erant et clerici nonnulli, certo constituerunt ab eius communione se abscindere. postera porro inde die patriarcha Ioannes clanculum adornata profectione, ne quid intercederet quo minus, uti decreverat, insalutato imperatore urbe posset exire, una cum suis hinc discedens viam Sozopolim versus instituit. huic exhinc solemne fuit quotidie palam conqueri se per vim ecclesia ejectum, se hoc et hoc, singillatim exequendo plurima, iniuste perpeti; causamque omnium calamitatum quae mundum inundarent absentiae suae imputare; praeterea clericis exprobrare, tamquam culpa illorum accideret, si quid sinistri evenerat. idem etiam confidens emendari posse, deo precibus placando, quae male hactenus successerant, quasi ea in negligentiae ac luxus poenam permissa divinitus fuissent, instabat celebrandis communiter litaniis. conatus quoque est quaedam corrigere in formam, ut ipsi

τὸ δοκοῦν αὐτῷ εὐλαβέστερον, ἃ δὴ τὸ πρότερον κατ' ἀρχαῖον τύπον εἶα γίνεσθαι.

8. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον, ἐγὼ δ' εἶμι δώσων τῷ C βίῳ διήγημα φρικτὸν μὲν εἰπεῖν φοβερὸν δ' ἀκοῦσαι· καὶ παρέλιπον τὴν συμφορὰν ὡς μὴ ἄλλοθέν ποθεν ἔχουσαν τὸ ἀποχρῶν εἰς τὸ ἱστορίαις τοῖς ἄλλοις συνανατάττεσθαι, εἰ μὴ αὐτόθεν ὡς συμφορὰν μόνην ἡγούμην. κἂν γοῦν καθυφείμην τὸν λόγον, εἰ μὴ τὸ ἔργον φρικτῆς ἐγκαταλήψεως τοῦ θεοῦ σύμβολον ἀποφέρεται, καὶ ἅμα τοῦ παθόντος φέροντος οἶκτον διά τε τὸ νεαρὸν D τῆς ἡλικίας καὶ τὸ ἐλλόγιμόν τε καὶ ἐν πολλοῖς ἐπιτήδειον.

Νεανίας τις ἤδη παραγγελίας εἰς ἄνδρας, Μελιτᾶς τοὐπίκλην, τῷ πατριαρχεύσαντι Γρηγορίῳ ἐν παισὶ δουλεύσας καὶ παιδευθεὶς τὰ εἰκότα, ἐν διακόνοις τῆς ἐκκλησίας ταχθεὶς μετὰ P 268 τῶν λοιπῶν ἐλλογίμων ταῖς χρείαις διηκονεῖτο τῆς ἐκκλησίας μεθ' ὅτι πλείστης τῆς ἐπιτηδειότητος. οὗτος τὰ μὲν ἄλλα μέτριος ἦν, καὶ παρθενίαν ἤσκει, καὶ εὐλαβείας μετεποιεῖτο, καὶ γλῶσσα πολλοῖς ἦν ἐπὶ δικαστηρίοις συνοδικοῖς, καὶ βασιλεῖ γνώριμος καὶ κλήρῳ περίβλεπτος, καὶ τοῖς εἰδόσι ψῆφον φέρων περὶ ἑαυτοῦ ἐκ πολλῶν ὡς προκόψειεν· ἑνὸς δ' ἡττᾶτο φιλοτιμίας, δι' ἣν καὶ παρ' ἰσχὺν ἐπιτρέχων τοῖς μὴ καθ' αὑτὸν ἔτι πράγμασι B

videbatur, religioni accommodatiorem, quae prius more ex longo inolito procedere siverat.

8. Verum de his hactenus. deinceps editurus famae sum narrationem dictu horribilem, terribilem auditu; quam omissurus equidem fueram ut casum personae singularis, nec ex se habentem cur historiis publicis accenseri iure posse videatur, nisi animadvertissem praeter calamitatem privatam exemplum in ea reperiri publice utile. huius quippe commemoratione, praeterquam salubris incutietur horror incomprehensibilium dei iudiciorum, etiam proprium nostrae naturae officium exercebitur miserationis multis nominibus ei de quo loquor homini debitae, utique in quo et flos aetatis et praestantes multae dotes dexteritasque agendi non paucis probata experimentis communem humanitatem ad compatiendum infelicitati eius stimulant.

Iuvenis erat in virilem nunc maturescere primum aetatem incipiens, nomine Melitas, puer olim educatus in familiari ministerio Gregorii Cyprii patriarchae, instructusque iis illic disciplinis, quae et domum decerent illam et aetatem ornarent. hinc inter ecclesiae diaconos ordinatus, una cum aliis eius ordinis lectissimis utilitatibus ecclesiae serviebat sedulitate ac dexteritate quam maxima. hic in caeteris quoque vitae partibus moderatus, praeterquam abstinens coniugio virginitatem profitebatur, etiam non parva edebat specimina multae in res sacras venerationis et in religionem zeli; et qua valebat dicendi vi, multorum causas defendebat in iudiciis synodicis, imperatori quoque notus, in clero conspicuus; denique a cunctis qui eum norant, ipsa specie ac approbatione sui facile votorum saltem tacitorum suffragium eblandiens provectionis ad superiores gradus, quibus abunde dignus putaretur. tot eminens virtutibus uni succumbebat vitio ambitionis, qua ultra quam res familiaris ferret excurrens in splen-

συλλέγων ἐξήντλει. καὶ ἦν ἐκείνῳ τὸ μὲν συλλέγειν λίαν ἐπίμωμον, τὸ δ' ἐξαντλεῖν ἱκανὸν ἀποκρύπτειν καὶ τὸ τῆς συλλογῆς αἴσχιστον οὐ μᾶλλον κατανοουμένῳ διὰ τὸν τρόπον τοῦ πορισμοῦ ὅσον ἐπαινουμένῳ διὰ τὸ τῆς προαιρέσεως εὐμετάδοτον. τοῦτο πολὺ προβαῖνον ἐξῆρε τὴν γνώμην εἰς ἀλλόκοτον ἔπαρσιν, καὶ οἰκίαις ἤθελεν ἐλλαμπρύνεσθαι καὶ ναῷ κατ' ἰδίαν χρᾶσθαι καὶ λειτουργοὺς ἔχειν καὶ φιλοτιμότερον ἐνεορτάζειν ταῖς περιφανέσι
C τῶν πανηγύρεων. τούτοις δ' ἔδει πάντως καὶ ἀναλόγων ἐξόδων, ταῖς δ' αὖθις ἐχρῆν πορισμῶν ἄλλοθεν. οἱ δ' οὐκ ἦσαν· εἰ δ' ἦσαν, ἀλλ' οὐκ ἠὐτάρκουν ἐν ταῖς χρείαις. γίνεται γοῦν ἀγύρτης φιλότιμος καὶ πορίστης ἀνελεύθερος. καὶ τῷ πρὸς πολλοὺς οἰκείως ἔχειν καὶ φιλικῶς ἐξ ὧν ἔπραττε, σφίσιν ἐπιφυόμενος ἐκιχρᾶτο ὡς αὐτίκ' ἀφέξουσι τὰ διδόμενα. καὶ ὁ μὲν ἐν ἑλπεσμοῖς ἦν ματαίοις ἔκ τινων οἰημάτων χειρίστων ὡς εὐπορήσων πρὸς τὴν ἀπότισιν, τοῖς δ' ἐν ἀνέσει αἱ ἐπ' αὐτῷ φροντίδες
D ᾐώρηντο. ὅπερ γοῦν ἰδεῖν ἔστιν ἐπὶ ποταμῶν, κατ' ὀλίγον μὲν

dorem haud suae adhuc fortunae adaptatum, laeva colligebat quae dextra effunderet; in quo cum usurparet clam corradendi licentiam valde vituperabilem, tamen adeo plausibilem frequentabat erogationem sic male parterum, ut invidiam avarae rapacitatis popularis favor liberali largitione vulgo quaesitus absconderet, nemine vel accipientium beneficia vel accipere aliter gaudentium tantum animadvertente unde quove pacto congererentur quae dabantur, quantum quod prompte benigneque donarentur impense laudabat. hoc ille vitae tenore, successu longo mirabiliter in famam proficiens, ea intumuit arrogantia, quae iam sese non caperet, sed oblita suae sortis et aedes ubi diversaretur habere proprias in primis splendidas vellet, et templo privatim uti sibi uni addicto, et ministros illic habere ad nutum obsequentes; ac cum hic sumptu apparatuque ambitiose festa celebraret, illustriores annuarum solemnitatum panegyres aemulans. ad haec magnis omnino erat opus proventibus; quos cum ipsi familiares angustiae negarent, ac neque nundinationes illae secretae illaudataeque clam suffurandi artes tantum possent reficere quantum immanes isti sumptus absumebant, haerebat nebulo videlicet. nec tamen sensu domestici defectus descendere de partae semel existimationis loco sustinens, obstinate cum maxime perseverabat, utroque in exercitio furacitatis occultae ac liberalitatis speciosae ostentatae simul agyrtes ambitiosus et quaesitor illiberalis. sed et quam ei magnam apud pecuniosos plurimos iste fucus insoliti splendoris gratiam parasset, ea uti non parcebat poscendis inde nummis mutuo, quos brevi scilicet se redditurum promittebat. in quo non erat mirum adeo fidem invenire illam apud praeoccupatos magna opinione copiarum eius, quam posse persuadere ipsum sibi alicunde mox praesto adfuturos aureos montes, unde tot nomina dissolveret. dum spebus ille hisce vanissimis, creditores autem non minus inani fiducia responsurae ad diem solutionis variae lactati securitati supinae indormiunt, ecce interim quotidie defluunt haud cessantibus iacturis solitarum expensarum istae ipsae precario corrogatae opes; atque ut rapido e montibus confluxu torrentium stagnantes interdum campi, imbre mox inhibito ac coelo sere-

τῶν ῥυάκων ἐπεισρεόντων ἀδήλως, εἰς ἓν δὲ συναγομένων καὶ τὸν πληθυσμὸν παρεχόντων τῷ ῥεύματι, καὶ τέλος ἐπισχεθέντων ἐκ λειψυδρίας ξηρὸς ὁ τέως μετεωροὺμενος καταφαίνεται, οὕτως ἐκείνῳ τῶν πολλῶν συνελθόντων τῶν μιτωμάτων, ὃ δὴ λέγεται, κακὸν ὤφαίνεται φᾶρος ἐντάφιον. καὶ τῶν δανείων τέως ἐπεισρεόντων προνοίᾳ μεγίστῃ καὶ τοῦ λανθάνειν, πρὸς καιρὸν ἐντρυφῶν ἐμετεωρίζετο· ἐκλελοιπότων δ' ἐκείνων ἔκπυστον ἤδη τὸ κατ' ἐκεῖνον γεγονὸς τὸ δρᾶμα, οὐχ ὅπως ἑτέρων ηὐπόρει, ἀλλὰ καὶ τὰ ἀρχαῖα προσαπῃτεῖτο, καὶ ὁ τέως ἐν ἐλπισμοῖς ὢν τοῖς μεγίστοις παρὰ πολλῶν ἐξαπαιτούμενος καθυβρίζετο. καὶ τὸ πρᾶγμα ὄνειρός τις ἐδόκει σφίσι τὸ κατ' ἐκεῖνον, καὶ τῆς ἀπατηλῆς μετέμελεν ὑπολήψεως. ἐντεῦθεν καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ συνείρειν; παθελκόμενος ἀπεδίδρασκεν, ἀπαιτούμενος ἠνιᾶτο, ὁμολογεῖν τὴν ἀπορίαν ᾐδεῖτο, ἠναξιοπάθει παραδειγματιζόμενος, ἀπολλύων τὴν δόξαν οὐκ εἶχε φέρειν, καὶ τέλος ὑπὸ μεσάταις δεόμενος πατριάρχου ἐφ' ᾧπερ δουλεύοι πάλιν, καὶ μὴ τυγχάνων τῶν κατ' αἴτησιν, διὰ ταῦτα διαπορεῖ τε τελέως ἐξ ἀθυμίας, καὶ μεσημβρινὸν ἐκείνῳ δαιμόνιόν τι ἐπιπηδᾷ, καὶ τριακοστῇ Ἀνθεστηριῶνος μηνὸς ἐπ' οἰκίας ἁψάμενος βρόχον διαπεφώνηκε. τὰ

E

P 269

15. ἀπόλλων P.

nato dilapsoque viis variis humore superfluo, priorem brevi squallorem referant, cito pulveraleuti ex non multo ante undantibus, ita iste ardelio ubi se paulum quasi suis copiis innatando iactaverat, arefacto repente gurgite siccus in sabulo haerebat, ex multis illis, quae perplexe immiscens dudum implicuerat filis, deprehensus ad extremum nihil sibi aliud nisi, quod aiunt, funebrem sindonem aut mortuale feretri operculum texuisse. post Idus sine solutione lapsas, diffusa nequidquam die, vellit aurem unus et alter creditorum. deprehensa debitoris inopia caeteri admoniti trepide accurrunt, certatim prensant. tanto iam clarius intelligitur, non modo unde solvat, sed nec unde vivat, divitiarum ostentatori suppetere. admiratio primum magna expectationibus de illo inanissimis dudum hiantium, tum rumor et fabula per vulgus partim irridentium corniculam nudatam alienis plumis, partim pro somnio rem habentium, interimque indignantium sibi nimis credulis tam improbe illusum. at quos damnum urebat et sera pungebat poenitentia perditae infausta feneratione pecuniae, conviciis scilicet miserum inutilibus proscindebant. sed quae multa fieri solent in hoc genere, cum sibi quaet quisque subilcere, quid verbose opus est exequi? trastus elabebatur, repetitus moerebat. fateri egestatem erubescebat, indigna se pati traductus querebatur, infamiam utpote gloriosus intolerantius ferebat. tandem frustra tentato per interventores patriarcha, ut se in famulorum numerum dignaretur admittere, perculsus ea ultima repulsa, et inexorabili undecunque exclusione ab omni iam humano effugio in extremam desperationem consternatus, haud par resistendo fuit dirae impressioni insilientis in sic afflictum meridiani cuiuspiam daemonii. ergo die trigesima mensis Iulii, inserto in paratum domi laqueum collo,

μὲν οὖν κατ' ἐκεῖνον τοιαῦτα, ἡμῖν δὲ καὶ τὰ λοιπὰ προσθετέον, ἀναλαβοῦσι μικρὸν ἄνωθεν.

B 9. Ὑπέρρει μὲν τὰ κατ' ἀνατολὰς ἐσαεὶ καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον προέκοπτεν, ὥστε καὶ ὁσημέραι ἀγγελίας ἐπ' ἀγγελίαις χειρίστας ἐπὶ δειναῖς ἀφικνεῖσθαι πρὸς βασιλέα. τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς ταῦτα καὶ ὀφθαλμοῖς ἑωρῶμεν, καὶ τῶν ἑωρακότων ἢ μᾶλλον δὴ τῶν παθόντων, ἦν τις καὶ λαθὼν διέφυγε τὸ δεινόν, ἐκτραγῳδούντων τὰ πάθη ἠκούομεν, καὶ ἦν μέσον ἐχθρῶν καὶ ἡμῶν ὁ ποροθμὸς οὗτος διέχων καὶ μόνος, ἀνέδην ἐπεμβαινόντων καὶ χώρας ἁπάσας καὶ ναοὺς καὶ μονὰς καλλίστας καί τινα τῶν φρου-
P 270 ρίων κακῶς ποιούντων, καὶ πυρπολούντων τὰ κάλλιστά, καθημερινοῖς τε φόνοις τρυφώντων καὶ ἀπαγωγαῖς πολὺ τὸ δεινὸν ἐχούσαις καὶ οἷον οὐκ ἤκουσται πώποτε. τὰ δ' ἀνώτερα Βιθυνίας τε καὶ Μυσίας Φρυγίας τε καὶ Λυδίας καὶ τῆς ὑμνουμένης Ἀσίας, πλήν γε τῶν πολισμάτων καὶ μόνων, εἰς τέλος διαπεπρά-

suspendio infelix vitam absolvit. his de misero Melita hactenus dictis, nobis iam in coeptae orbem historiae redeuntibus subtexenda prius expositis consequentia supersunt; id quod resumpto paulo altius sermone mox facimus.

9. Pessum inter haec ruebant, impetu dudum in praeceps capto, tractus Orientales universi, semperque ex malo in peius damna publica crescebant, ita ut quotidie ad imperatorem advolarent alii super alios tristium indices casuum nuntii, quorum numquam non posteriores graviora quam priores atrocioraque referebant. quamquam et adeo se admovebant nobis urbem Augustam incolentibus dira belli mala, ut se comminus ingererent spectantibus, ne famae longinqua memorantis mocsto solum aures praeconio pulsarentur. sed et per has acerbae miserationis aculeos passim infigebant nostris animis auditae coram voces, non testium alienae cladis cursim e longinquo profectorum, at planctus eiulatusque ipsorum dirissima passorum, si quis horum minus infelix salvum saltem os et loqui adhuc valens e patriae ruinis, latebrarum ac fugae furtivae beneficio, ad nos perferre potuisset. medium enim inter nos et hostes unum restabat fretum, quo Byzantium ab adversa continente dirimitur: caput, inquam, imperii unici angustis Bospori distabat a ditione hostium. at quam ferorum quamque truculentorum hostium! qui nihil non aggrederentur, nihil non frangerent; qui per omnes agros etiam et villas sine respectu ac discrimine sacri aut profani sanguinaria et fanatica immanitate bacchcrentur, templis sanctissimis, monasteriis magnifice structis deformandis, nec arces ipsos praesidiave prohibebant, quominus ipsis munitionibus vi perruptis pulcherrima his inclusa vel circumsita aedificia vel praedia visendae amoenitatis ferro flammaque consumerent. qui dies totos caedibus patrandis ludibundi ac gratulantes impenderent; qui non minori crudelitate raptarent infelicissimos greges, miseriorum quam si occiderentur, captivorum omnis sexus ordinis aetatis, calamitate omnium quae fando unquam auditae sunt maxima. per hunc modum superiores illae regiones Bithyniae Mysiaeque, Phrygiae quoque ac Lydiae et illius decantatae Asiae, praeter urbes munitiores ac maiores solas, exterminio in futurum

χυ. Ἀμούριοι ταῦτα καὶ Ἀτμᾶνες Ἀτῖναί τε καὶ Ἀλισύραι καὶ Μανταχίαι καὶ Σαλαμπάξιδες καὶ Ἀλαΐδες καὶ Ἀμηραμάναι καὶ Λαμίσαι Σφονδύλαι τε καὶ Παγδῖναι καὶ πᾶν ἄλλο χείριστον καὶ ἐπίρρητον ὄνομα. οἳ δὴ καὶ προαχθέντες ταῖς τόλμαις ἔκ τινος B ἀλλοκότου καὶ Πανικοῦ φρονήματος δίκην πυρὸς ἀγρίου ἐπελάβοντο πάντων καὶ κατενέμοντο, αὐτῇ δὴ θαλάσσῃ καὶ μόνῃ τοῦ μὴ πρόσω καὶ αὖθις προβαίνειν εἰργόμενοι. βασιλεῖ δὲ οὐδὲ διωρίαν βουλῆς παρεῖχον ἀγγελλόμενα τὰ δεινά. καὶ τὸ μὲν γὰρ ἀνθίστασθαι καὶ ἀντιπαράγειν ἐκείνοις στρατεύματα ἄπορον ἦν. αἱ μὲν γὰρ Ῥωμαϊκαὶ δυνάμεις οὐχ ὅπως ἐξησθένουν, ἀλλὰ καὶ προνοίας ἀπολωλεκότες, ἀνατολὴν φεύγοντες ἐπὶ δύσεως ὥρμων, περιποιούμενοι ἑαυτοῖς μόνον τὸ ζῆν· ἑτέρους δ' ἐγκαθιστᾶν ἐπὶ C ῥητοῖς γέρασιν ἀμήχανον ἦν. θεραπεύειν δ' αὖθις ὁμολογίαις τὸ Περσικὸν οὔτε τὸ πρέπον ἐδίδου, καὶ ἄλλως ἄπορον ἦν τόσων ὄντων καὶ διαφόρων τὰς γνώμας, καί γ' ἐπὶ τοσοῦτον ἡγεμόνων ἐγνωσμένων τοῖς ἄλλοις ἐφ' ὅσον σκυλεύειν τε καὶ κερδαίνειν τοῖς ὑποτεταγμένοις ἐξῆν, ἦν δέ που καὶ καθυφοῖτο ὁ ἀγὼν ἢ δώροις

6. δὴ] δὲ P.

omne tempus irreparabili desolatae sunt. auctores horum Amurii et Atmanes, Atinae, Alisyrae, Mantachiae, Salampaxides et Alaides et Ameramanae et Lamisae, Sphondilae praeterea et Pagdinae, caeteraque Stygia colluvies execrabilium erant nominum. hi ductores furialium turmarum, diriori etiam quam vulgo vel barbarum pectus capit planeque ex Orco afflata instincti audacia et ferocia, ritu vento impulsi vehementis incendii, cuncta corripiebant consumebantque obvia, mari solo ne ultra tenderent retenti. horum ausa et acta nec momento cessantibus imperatorem obruentia nuntiis ne breve quidem spatium ei ad consultandum relinquebant liberum. atque huic quidem exeundi obviam barbaris opponendique iis iustos exercitus nulla prorsus facultas aderat. nam Romanae copiae non debilitatae tantum erant, sed fractae ac deletae funditus, amissis et domibus et stipendiis. itaque ex Oriente fugientes, passim ordinibus solutis pro se quisque in Occidentem properabant, in lucro ponentes quod solum viverent, et pro misero spiritu trahendo nihil pacisci recusaturi servitutis ac dedecoris. novos habere delectus praemiisque promissis alios allicere sub signa milites prorsus supra vires erat, cum nec apta militiae ad manum inventus adforet et aerarii palam exhausti concidisset fides. restabat ut vel turpis et damnosa pax adulando inducendis ad assensum in conditiones nobis probrosas, ipsis amplas, Persis quomodocumque tentaretur. ad id consilium praeterquam imperii honor et Romani nominis existimatio hactenus tam augusta respuebat, etiam quantocumque conatu capesseretur, successu plane cariturum palam erat, quoniam et tot essent tamque discrepantibus sententiis duces isti barbarorum, ut et universos pariter una conventione posse comprehendi supra spem esset, et si quosdam tantum demereris, nihil ageres: milites quippe ipsorum omnes praedis inhiantes avidissime, ab eo quicumque pacem fecisset, ad alios a qui-

ἡ χάρισι, ζητούντων ἕτερον τὸν αὐτοὺς ἄξοντα ἐπὶ σκυλευμοῖς τε
D καὶ κέρδεσι. καὶ διὰ ταῦτα ἐν τῶν ἀναγκαίων ἔδοξε τῷ καιρῷ
καὶ τοῖς ἐφεστῶσι πράγμασι, τὸ περιλειφθὲν τέως, ὅσον ἐν προ-
νοίαις ἑτάττετο μοναῖς τε καὶ ἐκκλησίαις καὶ τοῖς βασιλεῖ πα-
ρασπίζουσιν, ἀφεικότας τῶν δεσποτῶν, τάττειν εἰς στρατιωτι-
κόν, πλὴν καὶ μονοκελλικόν, ξύμπαντας, ὡς ἐντεῦθεν αὐτοὺς
ἐκείνοις ὑπὲρ τῶν ἰδίων προσμένοντας μάχεσθαι. ἐστέλλετο τοι-
γαροῦν καὶ παρὰ πατριάρχου θαλλὸς ἐλαίας ἀναυδήτως τῷ ἄνα-
κτι, ὅθεν καί τι θαρρεῖν εἶχε τῶν ἀγαθῶν ἐκ τῆς περὶ αὐτόν οἱ
E μεγίστης πληροφορίας. τὰ δ' ἦσαν ἐν μόναις βουλαῖς· οὔπω γὰρ ἐφίσταντο οἷς ἦν ἐπιτεταγμένον ταῦτα πράττειν, καὶ τὸ Περσικὸν πολλαχόθεν ἐπεισβαλόντες τοὺς μὲν ἔργον καθιστῶσι μαχαίρας, ὅσοι δέ γε καὶ ἴσχυσαν ἐκφυγεῖν, τῷ τῆς Κυζίκου ἐπιτειχισμῷ ἄρτι τότε συστάντι παρὰ τοῦ ἐν αὐτῇ προέδρου Νίφωνος, ἀνδρὸς δραστηρίου καὶ γνώσεως ἐπηβόλου καὶ οὐ μᾶλλον
P 271 πνευματικοῖς ἢ κοσμικοῖς τρίβωνος πράγμασι, φέροντες ἑαυτοὺς καὶ γυναῖκας καὶ τέκνα καὶ ζῶα καὶ ὕπαρξιν ἐγκατέκλεισαν.

5. καὶ] τὸ?

bus raptum latrocinatumque ducerentur, sese aggregaturi statim forent, et eadem nobis duce mutato damna illaturi. haec cuncta considerantibus unum dumtaxat, grave illud quidem et iniquum, sed quod sola victrix legum et furium secura necessitas in extrema omnium reipublicae calamitate utcumque tolerabile monstraret, sese consilium offerebat tale quoddam, ut pensiones quae adhuc e fisco solverentur omnes omnino quibusvis, monasteriis etiam et ecclesiis, auctoramentaque adeo ipsa praetorianorum imperatorem custodientium, unico ex omnibus excepto quod monocellicum appellant, dominis nunc et possessoribus eorum ad tempus cedentibus, verterentur in stipendia conquirendorum undecumque militum, quos qui sic alerent propriis in eos pensionibus translatis, eorum sibi substitutorum manibus pugnare, licet domi manentes, et tam necessario tempore tueri rem et publicam et privatam quisque suam viderentur, solatio iacturae et ad damni patientiam incentivo non modico. annuere his et probare quod ad se attineret, quantum erat de monasteriis et ecclesiis decretum, significare visus patriarcha est, misso ad Augustum oleae ramo, nullo verbo addito. id quod, pro ingenti qua praeoccupatus Andronicus erat Athanasii existimatione ac reverentia, mysterii loco ab eo habitum et in eam sciscet interpretationem raptum est, ut brevi secuturam ex huius effectu consilii prosperam pacem, non modico in sinu gaudio, confideret. verum haec haud ultra designationem procedebant, absentibus adhuc illis quibus fecerat istius decreti executio mandata. interim autem Persae undecumque irruentes, quos quidem nostrorum assequi potuere, peremerunt gladio; alii, quibus vires ad fugam non defuere, receperunt sese intra munitiones Cyzici, quas rebens validas erexerat eius urbis praeses Niphon, vir strenuus et in paucis solers, nec in spiritualibus magis quam saecularibus negotiis usu magno tritus. intra haec ergo munimenta Romani cum se ipsos ac coniuges liberosque, tum animalia et reliquias rei familiaris, quascumque subtrahere furori barbarico valuerant, concluserunt.

10. Διὰ ταῦτα καὶ βασιλεὺς Μιχαὴλ οὐχ οἷός τ' ὢν ἐν B
Περγάμῳ διάγειν, ἀπάρας ἐκεῖθεν συνάμα καὶ ταῖς περὶ αὐτὸν
δυνάμεσι Κυζίκῳ ἐπιφοιτᾷ. ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖ βραδύνει δέει προσ-
δοκωμένης τῶν Περσῶν δι' αὐτὸν προσβολῆς. ὅθεν κἀκεῖθεν
ἀπαναστὰς ἐν Πηγαῖς παραθαλασσιδίῳ γίνεται πόλει, ὅπῃ δὴ
καὶ ἐς ὕστερον λύπῃ καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς διὰ τὰ συμβάντα νόσῳ
περιπίπτει βαρείᾳ. καὶ ἐγγὺς ἦλθε τοῦ κινδυνεῦσαι, κἂν ἐκιν- C
δύνευε (τοῖς γὰρ ἰατροῖς ἀπέγνωστο), εἰ μή γε προπεφθάκει τῆς
παρθένου καὶ Θεοτόκου προφανὲς ἔλεος. οὐ χεῖρον δὲ καὶ τοῦτο
καθ' εἱρμὸν συνάψαι. ἔκειτο μὲν οὖν βασιλεὺς τὰ λοίσθια πνέων,
εἰπέ τις· ἐπείληπτο γὰρ καὶ ἀναισθήτως εἶχε πρὸς ὅ τι καὶ ἰατροὶ P 272
ἔγνων ἐκεῖνον. μηνύματα δὲ πρὸς τὸν πατέρα καὶ βασιλέα ἡ μὲν
χρεία καὶ ταχύτατα προσαπῄτει, ὁ δὲ καιρὸς ἀντέβαινεν ἀντι-
βαινούσης θαλάσσης, καὶ ὁ πλοῦς ἐπείχετο. τέως δὲ δυσχερῶς
μεθ' ἡμέρας φθάνουσι. καὶ τὰ πεμφθέντα ἐκεῖθεν γράμματα
δάκρυα μᾶλλον ἦσαν ἢ γράμματα. ἐδήλουν μὲν οὖν τὴν νόσον,
ὁποία καὶ ἐπὶ ποίοις σημείοις ὅσαι ἡμέραι καὶ ὅσαι νύκτες ἡ νό-
σος ἀκμάζει, καὶ τίσι φαρμάκοις παρ' αὐτῶν νοσηλεύεται, καὶ B
τέλος ὅπως ἔχων κυρεῖ· κἂν εἴ τι βοηθεῖν ἰατροὶ ἔχοιεν, ἁπαντᾶν
ἤπειγον τὴν ταχίστην, ἂν τέως καὶ ἐν ζῶσι τὸν κείμενον καταλή-
ψαιντο. βασιλεὺς δὲ μαθὼν τὰ πάνδεινα ταῦτα περὶ τῇ τοῦ
βασιλέως ἐδυσελπίστει αὐτίκα ζωῇ, καὶ μετέωρος ἦν ἀκούειν τὸ

10. Propter haec ipse quoque imperator Michaël non valens amplius subsistere Pergami, inde movens cum iis quas circa se habebat copiis, Cyzicum se confert. sed nec ibi moratus est, metu expectati etiam illic insultus in se Persarum. igitur et hinc vasis conclamatis in Pegas mari adsitum transit oppidulum; ubi deinde dolore ac moestitia ob ea quae acciderant in morbum incidit gravem, ex quo parum abfuit quin de vita periclitaretur. quin et periclitatus re vera est, quippe desperatus a medicis, nisi praeoccupasset subvenire in tempore virginis deiparae manifesta misericordia. nec alienum, puto, fuerit et hoc quemadmodum sit gestum huic historiae inserere. iacebat igitur imperator extrema spirans, diceret aliquis: correptus enim deliquio, eorum quae multa satagebant circum medici nihil plane sentiebat. festinabant videlicet famuli haec, prout res poscebat, quamprimum indicare patri Augusto. sed frustra conantibus mare obstabat, tempestate tunc adversa navigantibus in urbem. ea causa dies aliquot retenti, aegre tandem eluctati obstacula appellunt, literas ferentes quae lacrimae potius erant quam literae. narrabant de morbo, qualis esset; quot iam cum eo diebus, quot noctibus aeger luctaretur; quibus incrementis, quo intervallo auctus languor fuisset; quibus hactenus languens remediis curatus. super haec percontabantur quid statueret; ac si quid opis medici urbani quod aegro afferrent habere viderentur, cito illos ut iuberet occurrere, orabant: periculum enim, si cunctarentur, fore ne quem venirent sanaturi, reperirent mortuum. haec tristissima imperator audiens paene confestim desperavit de salute filii, et in horas expecta-

χαλεπώτατον. ὅμως πέμπει μὲν αὐτίκα καὶ ἰατρούς, πέμπει δὲ
C καὶ τῶν οἰκείων τὰ κράτιστα. τὸ πλέον δὲ ἢ μᾶλλον, εἰπεῖν
τἀληθές, τὸ ὅλον, ἐθάρρει τῷ ἐκ Θεοῦ καὶ τῆς πανυμνήτου
ἐλέει, οἷος αὐτὸς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἐῴκει, ὥστε καὶ ἀραρότως
ἐπ' αὐτῇ πεποιθέναι καὶ τὰ εὐχαριστήρια ταύτης ἐπαγγέλλειν
ψάλλεσθαι, κἂν αὐτὴ ἐφιστῷτο ἡ ἀναστάσιμος. τότε γοῦν καὶ
ἐπὶ πλέον ἐποτνιᾶτο, καὶ τῷ ἐκ τῆς φωταγωγοῦ ἐλαίῳ, πέμπων
καὶ μοναχὸν ἐκ τῆς μονῆς, φιλοτίμως ἐδωρεῖτο τὸν κείμενον.
D ἦν δὲ ἄρα ὁ μοναχὸς ἀποβὰς τῆς νεὼς ἀνάνηψις τῷ κτιμένῳ, καὶ
περὶ αὐτοῦ μήπω φανέντος ὁ ἤδη νεκρὸς ἐπυνθάνετο ἐξ ὀνείρων
αὐτίκα χρηστῶν, καθ' οὓς εὐσταλής τις γυνὴ ἦλον τοῦ πονοῦν-
τος μέρους ἀποσπᾶν ἐῴκει, "ἴδετε" λέγων, εἰ μοναχὸς ἐπ' αἰ-
γιαλοῦ ἀποβὰς ἵσταται φέρων καὶ δῶρα τῆς Θεομήτορος." οἱ
δ' ἐπιστάντες εὐθέως τὸ ἀκουόμενον καθεώρων, καὶ ἡ ἐπιδημία
τοῦ μοναχοῦ σὺν ἁγίῳ ἐλαίῳ ἐπανάκλησις ἦν τῷ νοσοῦντι, ἐν
ὅτι πλείστῳ τῷ Θειασμῷ γενομένη μετὰ θαύματος.

P 273 11. Ὀλίγον δὲ πρὶν ἢ ταῦτα γενέσθαι, Ποσειδεῶνος μη-
νὸς ὀγδόῃ, σεισμὸς ἐνσκήπτει, κατὰ μὲν τὰ ἐνταῦθα μέρη ἄγνω-
στος τοῖς πολλοῖς, ὥστε μηδὲ σημῆναι τὸν κλόνον, κατὰ δὲ τὸ
διὰ Ῥόδου κλίμα καὶ πρόσω λαμπρὸς καὶ τῶν πώποτε μνημο-

bat moestissimum de eius obitu nuntium. ac medicos quidem statim misit, cumque his praecipuos quoque domesticorum, maximam ipse interim fiduciae partem, aut totam, ut loquar verius, fiduciam in dei ac laudatissimae deiparae miseratione collocans (ita ille factus, sic erat in similibus solitus agere), adeo quidem ut spe certa praecipiens voti successum, iam nunc sacrum in gratiarum actionem pro beneficio a dei matre accepto, etsi diei ritus, (quae dominica erat resurrectionis memoriae dicata) aliud posceret, celebrari voluerit. diu igitur et plurimum divam veneratus, oleum e lampade quae sacro alluxerat, per fidum e monasterio monachum misit; reque mox ipsa apparuit magnificum omnino mirificumque munus languenti donatum. simul enim illud portans monachus conscendit navem, aegro fieri melius contigit. priusquam autem ille appulsus se in conspectum daret, languens hominum opinione tantum non mortuus felici recreatus somnio est, per quod ipsi videbatur splendide ornata quaedam mulier ex parte corporis laborante clavum evellere. post quod experrectus Michaël "videte" inquit intuens adstantes "ecquid monachus modo expositus in littus hic adsit ferens dona dei matris." illi dum parere iussis satagunt, confestim quod audierant viderunt: comparentis quippe in puncto monachi, cum sancto oleo, adventus plena statim aegrotanti emersio ex morbo fuit, deo rem haud dubie adscribentibus cunctis qui cernebant, et pro facto humana vi maiori mirantibus.

11. Paulo autem prius quam haec fierent, Augusti videlicet die octava, terrae motus extitit, in his quidem partibus sua exilitate plerisque non animadversus, eo quod nullo admodum indice sui proderetur strepitu: circa vero clima Rhodium et ultra per sane clarus fuit, idem-

νενομένων ὁ χαλεπώτατος. ὅθεν καὶ Ῥόδος μὲν αὐτὴ πᾶσα ἐς τὸ παντελὲς ἀνατέτραπται, ἤκουστο δέ γε καὶ περὶ Ἀλεξανδρείας καὶ τῶν ἐξ ἴσου ταύτῃ τὰ πάνδεινα. Κορώνη δὲ καὶ Μεθώνη καὶ τὰ πολλὰ τῆς Πελοποννήσου, οὐκ ἐλάχιστον δὲ μέρος καὶ Κρήτης, σεισμοῦ γεγόνασι παρανάλωμα.

12. Κατὰ τὸν ἐπὶ τούτῳ Γαμηλιῶνα τῆς δευτέρας ἐπινε- B μήσεως εἶδεν ἡ Κωνσταντίνου καὶ τὸν Λατῖνον Ῥοντζέριον, ὡς μὴ ὄφελεν, ἅμα ναυσὶν ἰδίαις ἑπτὰ καὶ συμμαχικῷ στόλῳ ἐκ Κατελάνων καὶ Ἀμογαβάρων πλείστῳ, εἰς χιλιοστύας ὀκτὼ ποσου- μένῳ, προλαβόντος ἐκεῖνον καὶ τοῦ Φαρέντα Τζιμῆ καὶ συμπο- σοῦντος τὸ στράτευμα. ἀλλ' ὁ μὲν Τζιμῆ εὐγενὴς ἦν, καὶ οὓς C ἦγεν ἰδίους εἶχε, καὶ ἀκλητὶ παραγέγονε, συμμαχήσων ἐπὶ τοὺς Πέρσας, εἰ βούλοιτο βασιλεύς, πλὴν ἐπὶ ῥητῷ τῷ μισθῷ· ὁ δέ γε Ῥοντζέριος ἐκ προσκλήσεως ἄνεισιν, ἀνὴρ νέος τὴν ἡλικίαν, γοργωπός, ταχὺς εἰς ὃ ῥέψοι, καὶ τὰς πράξεις θερμός. περὶ οὗ βραχέα βούλομαι προειπεῖν ὡς πέπυσμαι· εἰ δέ γε τῆς ἀληθείας ὁ λόγος ἐκκλίνειεν, οὐχ ὁ γράφων ἀλλ' ἡ φήμη τὴν μέμψιν φε- D ρέτω. οὗτος τῇ κατὰ Συρίαν Πτολεμαΐδι, ὅτ' ἐν τοῖς οὖσιν ἦν καὶ τὸ περίπυστον ἐν πόλεσιν εἶχε, τῷ Τέμπλῳ κατὰ φρερίους ἱππήσκητο. ὡς δ' ἐκείνη παρ' Αἰθιόπων ἡλίσκετο, ὡς ἐν τοῖς ἄνωθι λόγοις ἐλέγομεν, καὶ τἀκεῖ κατέστραπτο, χρήματα νοσφι-

que omnium quos vivi meminissent dirissimus. unde et Rhodus quidem ipsa tota plane subversa est. audita quoque de Alexandria et locis paris cum ea situs gravissima per illum iis importata mala sunt. Corone vero et Methone ac Peloponnesi pleraque, et non modica pars Cretae, eodem hoc obiter concussa terrae motu haud sine damnis fuere maximis.

12. Insecuto mox Septembri secundae indictionis vidit (quod utinam non fuisset) vidit, inquam, Constantinopolis Latinum Rontzerium *), appulsum cum propriis navibus septem et sociali classe copiosa plena militia e Catelanis et Amogabaris, octo millium numerum explente. praecesserat hunc Pharendas Tzimes, cuius copiae eius quem dixi numeri pars erant. caeterum hic Tzimes nobilis erat, et quos ducebat e sibi subditis armaverat; veneratque non vocatus, auxilio Romanis contra Persas futurus, si vellet imperator, id tamen certa pacta mercede. Rontzerius vero nominatim evocatus aderat. vir erat in aetatis flore, terribilis aspectu, velox quocumque vergeret, ac in agendo ardens. de quo pauca praefari, prout audivi, volo; quae si abhorrere a vero reperiantur, non scriptor, sed, qua est usus auctore, fama culpetur. is apud Ptolemaïdem Syriae, dum illa urbs staret et late inclyta celebraretur, inter Frerios sodales templi militarem religionem professus fuerat. postquam autem ab Aethiopibus Ptolemaïs capta est, ut superius diximus, et deleta illic potentia Christianorum, pecuniis clam e suo ibi coenobio subtractis, longas

*) immo *Rodzerium*.

P 274 σάμενος τῆς μονῆς καὶ μακρὰς συσκευασάμενος νῆας ἐπεῖχεν Ἀγαρηνοῖς, καὶ πειρατὴς βιαιότατος πολλούς τ' ἔχων αἱρετιστὰς νεωτέρων πραγμάτων ἀντείχετο. πλούτῳ δὲ καὶ τρυφῇ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὑπερηφανῶν ἐκ τῶν σκυλευμάτων τῶν κατὰ θάλασσαν τάξιν ἐκείνην τῶν φρερίων καὶ σχῆμα χαίρειν ἐᾷ, καὶ ἐπὶ ναυσὶ κραταιωθεὶς πλείοσι τῷ ἐκ τοῦ Μαφρὲ ἀνέκαθεν Θευδερίχῳ Σικελίαν κατέχοντι, κατά τινα γονικὴν ἀποστασίαν τῆς ἐκκλησίας
B ἀποστατοῦντι καὶ διὰ τοῦτο εἰς πολέμους καὶ μάχας πρὸς τὸν Κάρουλον καταστάντι, πρόσεισι ῥόγαις τακταῖς βοηθήσων σὺν οἰκείῳ λαῷ. καὶ ἐπὶ χρόνῳ κατά γε συμμαχίαν συνὼν Θευδερίχῳ μετὰ τῶν οἰκείων προσεβοήθει. ἐπεὶ δ' ὁ πόλεμος παῦλαν ἔσχε καὶ σπονδαῖς ἐπιγαμίοις οἱ τέως πολεμοῦντες εἰρήνευον (τὴν γὰρ Ἑκατερίναν ὁ τοῦ ῥηγὸς ἀδελφὸς εἰς γάμον λαμβάνει, ὃν καὶ εἰς βασιλέα στέψας ὁ πάπας, καὶ δίχα τέρας, εἴτ' οὖν γῆς, ἐπικη-
C ρύξας κράτορα, περὶ τῆς πόλεως ἐκείνῳ τὰς ἐλπίδας ἀνήρτα διὰ τὴν νύμφην οὖσαν τοῦ Βαλδουΐνου ἐγγόνην), ἐπὶ τούτοις καὶ τῆς ἐκκλησίας ἱλεουμένης πέμψας ὁ πάπας ζητεῖ τὸν Ῥοντζέριον. ὁ μέντοι Θευδέριχος οὐ πρέπον γνοὺς οὐδ' ἄλλως δίκαιον προδιδόναι τὸν ἐπὶ καιροῖς ἀναγκαίοις φανέντα χρήσιμον (ἐφῆπται γὰρ αὐτόθεν οἱ καὶ τὰ δεινὰ ὡς τὸ σχῆμα καταπατήσαντι), ἱκανὴν μὲν αὐτῷ φιλοφροσύνην τῷ πάπᾳ δὲ πρὸς τὰ ζητούμενα ὕπευ-

cum parasset naves, his infestans Agarenos pirata late formidatissimus evasit; multosque interim sponte addictos suae qualicumque firmandae potentiae ac certae ad extremum fidei adesse sibi asseclas sentiens, novis inhiabat rebus, opes et dominium stabile uspiam quaerens, idque iure an iniuria pararetur, haud sane solicitus. interim autem divitiis et luxu cum comitibus superbiens, abundantibus ad hoc ex praeda latrocinii maritimi copiis, ordinem illum Freriorum et habitum valere iubet; pluribusque iam navibus in magnam potentiam firmatus, Theuderico nepoti Manfredi Siciliam obtinenti, et quasi hereditaria illiusque propria generis contumacia adversus ecclesiam rebelli, proptereaque bellum acre pugnis commissum crebris contra Carolum habenti, se adiunxit socium, ac certi pactione stipendii, cum quibus praeerat copiis auxiliarem ei diu navalibus praeliis navavit operam. postquam autem id bellum cessavit et nuptialibus conventionibus, qui eatenus invicem infesti bellaverant, pacem fecere (nam Ecaterinam connubio sibi iunxit regis frater; quem et papa declarans imperatorem sine terra commovit illi spem Constantinopoleos recuperandae, ex iure quod scilicet traheret a sponsa nepte Balduini), per haec pacta cum etiam conciliatus ecclesiae Theudericus fuisset, misit ad eum papa qui dedi sibi ab illo Rontzerium poscerent, a quo is nimirum repetere poenas vellet conculcati religiosi habitus et sacrae professionis impie spretae. at Theudericus nec honestum nec iustum ratus hominem prodere, qui necessario suo tempore se ipsi utilem probasset; huic quidem satis se relaturum gratiam putavit, si liberum dimitteret, quo tempore se quaeri ad supplicium ipse non ignoraret, papae quoque satisfa-

ξιν ἡγησάμενος ἀπολύειν καὶ μὴ κατέχειν μήτε μὴν περιέπειν τὸν ἄνθρωπον, ἐκποδὼν ἐπήγγελε γίνεσθαι καὶ ζητεῖν ὅπου σωθήσε- D
ται. διὰ ταῦτα τοῖς ὅλοις ἀποῤῥητὸς ἐκεῖνος πέμπει πρὸς βασιλέα καὶ ἱκετεύει δέχεσθαι· ἔχειν γὰρ καὶ λαὸν ἱκανὸν συμμαχεῖν
5 ὅπου βούλοιτο βασιλεύς. ἦν γὰρ ταῖς ἀληθείαις, ὡς ἔδοξε, καὶ λῆμα ἔχων γενναῖον καὶ πλέως Ἀρεϊκοῦ φρονήματος, πολλῷ δὲ μᾶλλον καὶ τῷ τῆς γνώμης σπουδαίῳ καὶ βαθυσκόπῳ λαὸν δουλαγωγῶν ἀτάσθαλον καὶ τούτῳ κατορθοῦν τὰ μέγιστα φημιζόμενος. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς διὰ τὴν ἀνάγκην ἀρξάμενος ἤδη ξενο- E
10 τροφεῖν ὡς ἔρμαιον ἁρπάζει τὸ σύμβαμα, καὶ πέμπων πίστεις ἐκ χρυσοβούλλων αὐτὸν ἀνεδέχετο καὶ λαὸν προσεδέχετο, ὥστ' ἐκεῖνον μὲν τῷ τοῦ μεγάλου δουκὸς τιμᾶν ἀξιώματι καί γε καὶ γαμβρὸν ἐπ' ἀδελφιδῇ Μαρίᾳ τῇ τοῦ Ἀσὰν θυγατρὶ καθιστᾶν, τοὺς δέ γε περὶ αὐτὸν ῥόγαις ταῖς προσηκούσαις ἐξικανοῦν ὑπηρετοῦν-
15 τας τὰ κατὰ πόλεμον. τὸ γὰρ Ῥωμαϊκόν, ὡς εἴρηται, ἐξησθε- P 275
νηκὸς καὶ κατὰ θύσιν διασπαρὲν παρεώρατο, ζητοῦν τοὐντεῦθεν

7. καὶ post σε. deerat.

cturum, ubi ostendisset nec foveri a se illum nec apud se versari. ergo Rontzerio denuntiavit, a se abiret salutemque alibi quaereret. in his ille angustiis inops consilii melioris misit ad imperatorem qui se cum exercitu non modico paratum ad eius auspicia rem gerendam, ubicumque praeciperet, offerrent, etiamque orarent ne supplicem aspernaretur nec ingratum nec inutilem, si admitteret, futurum. erat re vera, qualem et se ferebat ipse et passim fama celebrabat, Rontzerius generosi et vere Martii plenus animi, mireque (quod in illo eminebat) industriae in sibi fido ac benevolo tenendo inconditissimo cui praerat genere latronum, quibus ad flagitia connivens et arte popularitatis varia obsequens, salva semper auctoritate imperii, strenuis fortibusque coeptorum quantumvis audacium executoribus pleramque utebatur, celebritatem inde adeptus maximam. tali conventus legatione imperator, qui iam ad conducendos mercede milites summa necessitate adigente appellere animum coepisset, pretiosam sibi quasi divinitus offerri occasionem arbitratus, cupide quod se in manum dabat arripuit; missisque, quo fidem promissorum faceret, aureis munitis bulla diplomatibus, ei significavit sese ipsum conditionibus peramplis et subiectas ipsi copias auctoramentis idoneis iam nunc in Romanae militiae auxiliares accipere. venirent modo quam primum, et ipse quidem ductor sibi eximie destinatam magni ducis dignitatem cum affinitate splendida, nuptiis neptis propriae Mariae Asanis filiae, iniret, milites vero ipsius ad spem certam magnorum, quibus nulla mora numerandis intercederet, stipendiorum accurrerent, caeteraque omnis generis operae bello fortiter navatae haud se desideraturos praemia scirent. haec tam pellacia tam prolixe pollicebatur imperator, quoniam, uti diximus, nullam fiduciae partem in Romano collocare poterat exercitu, quod qui ex eo reliqui superis cladibus superfuerant, mari traiecto e continenti Asiae in Occiduam omnium inopes delati, passim profugi adeo viluerant delectis ignave animis, ut, si victum miserum vel infima servitute paciscerentur,

B ὅπου δουλεύσειε καὶ τραφήσαιτο. (13) παρ' ἣν αἰτίαν καὶ Μιχαὴλ ὁ δεσπότης αἰτίαις ὑποβληθεὶς κεκινδύνευκεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ μὲν βασιλεὺς ἤπειγε τοῦτον εἰς Νίκαιαν συνάμα τῷ ὑπ' αὐτὸν λαῷ στρατηγήσοντα, ἐκεῖνος δὲ πολλάκις γράψας μετεκαλεῖτο τὸν ἴδιον, κἀκεῖνοι κατερραθύμουν, διὰ ταῦτα ἔδοξε χρῆσθαι τοῖς βασιλέως ὡς ὑπηρέταις, ἤδη ἀπολέμοις ἐκ τῆς ἀνάγκης γεγενημένοις, καὶ πέμψας συνῆγε, πλὴν οὔτε βασιλέως εἰδότος, καὶ ὅρκους ἀπαιτῶν ἐκείνους ὡς περὶ ἑκατὸν ὄντας, καὶ κρυφηδὸν C λαμβάνων καὶ μέρει διδοὺς πρὸς ἐκείνους. ἦν δ' ὁ ὅρκος βασιλεῖ πρέπων, οἶμαι, καὶ μόνῳ· εἶναι γὰρ τῶν ἐχθρῶν ἐχθροὶ καὶ τῶν φίλων φίλοι τοῦ τέως δεσπότου ἐπώμνυον. ὃ δὴ προσαγγελθέν, βασιλεὺς καὶ ταῦτα καὶ ἄλλα πλεῖστα συνηθροικώς, συνοικοῦντος καὶ τῇ τοῦ Τερτερῆ θυγατρί, λιπαρῶς ὑπώπτευε κατ' αὐτοῦ ἀπιστίας μελέτημα, καὶ τὸ γεγονὸς εἰς κρίσιν ἐτίθει, καὶ τὸν προσαγγελλόμενον κατεδίκαζεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν μικρὸν D ὕστερον καὶ ῥηθήσεται· τότε δὲ βασιλεὺς τοιαύτας ἐδίδου τὰς πίστεις τῷ Ῥοντζερίῳ. ὁ δὲ λαβὼν τὰ γράμματα, ὡς ἂν καὶ

9. καὶ] καὶ ἐν?

praeclare secum agi crederent. (13) qua ex causa et Michaël despota in defectionis meditatae suspicionem veniens est periclitatus. cum enim illum imperator crebris nuntiis ursisset ut delectu in suis terris habito sibi praesto cum copiis adesset, dux a se Nicaeam mittendus, et ipse multis literis quoquoversus scriptis suos nequidquam vocasset ad signa subditos (quippe hi periculum talis militiae reputantes fracti animis ignave cunctabantur obsequi), hos, de quibus dixi nuper, imperatoris milites nunc in sua ditione fugitivos explorare aggressus, postquam in eam de qua significavi humilitatem consternatos reperit, occasionem non putavit praetermittendam eos sibi ad quidvis obnoxios reddendi. ergo negotio eis dato socios ad se clam cogendi, congregatos ex illis circiter centum arcano alloquens induxit ad sibi fidem sacramento in hoc obstringendam, ut hostes hostium suorum, amici amicorum, sine ullo respectu aut discrimine, deinceps forent, se quoque ipsum vicissim protegendi eos promissis iuratis obligans. hoc etsi secreto actum a despota ubi fido ad se delatum indicio rescivit imperator, contulit eodem aliunde comperta signa plurima infidi animi ac rebellionem machinantis, quibus magnum ad verisimilitudinem colorem addebat, quod idem despota coniugem haberet filiam Terteris, ex genere utique infenso Romanae rei. quare antequam defectio erumperet, mature praevertendum arbitratus, dicam Michaëli cogitatae perduellionis impingit, compulsumque obire vadimonium causa rite cognita damnavit. sed hoc contigit paulo post et in loco referetur, nunc eo praelibatum quo indicetur et hanc mente versatam imperatori curam, quando illum a Rontzerio missi convenere, promptiorem reddidisse ipsum ad adeo prolixe admittenda liberaliterque remuneranda exteri ducis obsequia. porro istis Augusti literis Rontzerius acceptis, curam ingressus existimationis tuendae tantae quantam de ipso praecepisse prae se ferebat imperator, non eos solum quos ad manum habebat ducere ad eum milites

μέγας τις δόξοι, οὐχ ὅσους ἀνὰ χεῖρας καὶ μόνους εἶχε τοσούτους καὶ ἄγειν ἠβούλετο, ἀλλὰ προσφιλοτιμούμενος καὶ ἄλλους συνῆγε, ταῖς ἀπὸ βασιλέως ἐλπίσιν ἀναπτερῶν, ὥστε μηδ' ἔχειν αὐτάρκεις ναῦς συνεκφέρειν τὸ στρατολόγημα, μηδέ γε χρήματα τόσα ὥστε καὶ προκαταρκτικὰ διδόναι ἐπὶ βασιλεῖ ἐχεγγύῳ τὰ πλεῖστα παρέξοντι. διά τοι ταῦτα καὶ Γεννουΐταις προσσχὼν ἐπὶ πίστισιν ἐκιχρᾶτο ταῖς βασιλέως ὡσεὶ χιλιάδας εἴκοσι νομι- P 276
σμάτων, τὰ μὲν καὶ λαμβάνων, τὰ δὲ καὶ διὰ τὴν τῶν νηῶν χρείαν ἐκείνων εἰς τὴν τοῦ λαοῦ διαπλώϊσιν προσδεχόμενος. Γα-
μηλιῶνος μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, τῇ Κωνσταντίνου ἐφίστανται. καὶ βασιλεὺς τοσοῦτον λαὸν παρ' ἐλπίδα δεξάμενος, ὅμως τῇ τῆς συμμαχίας ἐλπίδι ἀναθαρρῶν τοὺς λογισμοὺς κραταιότερον ἴστη καὶ ἀμφοτέραις ἐξήντλει σφίσι τὰ χρήματα, καὶ θησαυροὺς B
πάντας οὓς ἀνεπίμπλων οἱ πανταχόθεν δασμοί, ἐπισχεθέντων πάλαι καὶ αὐτῶν ῥογῶν καὶ προσοδίων τοῖς ἐν ἀνακτόρων δουλεύουσιν, ἃ δὴ καὶ βασιλεῖς ἐξ ἀρχαίου εἰς μισθοὺς ἐτίθουν ἀναγκαίους τοῖς ὑπηρετουμένοις, ἐκείνοις ἐξεκενοῦντο. ἀλλὰ τὸν μὲν Ῥοντζέριον εἰς μέγα τιμήσας δούκα, καὶ τοὺς παρ' αὐτοῦ καὶ ἰδίοις μεγαλύναις ὀνόμασι, γαμβρὸν κατὰ τὰς ὁμολογίας καθίστη.
ἦν δὲ ἄρα καὶ τοῖς ἐπιστᾶσι πολλῶν φιλοτιμιῶν ἀπολαύειν C

voluit, sed alios praeterea evocavit promissis magnis, quorum videlicet solutionem imperatori delegaret. convenerunt ad spem ostensam imperialis gazae largiter mox participandae Latini tanto numero, ut nec naves quae illos caperent nec pecuniam Rontzerius haberet, quae sufficeret ad singulos vel exigua, quae vegetaret alacritatem nomina dantium, erogatiuncula saltem aspergendos. quare appulsus ad Genuenses, illisque glorianter ostentandis imperatoris diplomatibus fidem in mutuando nactus, viginti circiter millium aureorum cum illis debitum contraxit, quae se ille Constantinopoli soluturum pecunia sibi statim ab Augusto repraesentanda pollicitus est. caeterum non totam eam summam numerato accepit: pars enim in naulum est imputata suppeditatarum a Genuensibus navium, quot opus fuere novis Rontzerii delectibus transportandis. sic igitur Septembri, ut dictum est, mense Rontzerius cum classe Constantinopolim appellit, quando imperator tanto praeter spem auctus exercitu, et ingens in posterum peregrinae militiae operae pretium expectans, firmato a trepidatione priori animo largissime muneratus est hospites, et utraque pecuniam effundens manu, thesauros, quos undecunque corrasa vectigalia compleverant (quorum iam pars nulla distrahebatur in auctoramenta veterum militum et stipendia palatinorum ex longo decreta ministrorum, omnibus his super, uti dixi, abrogatis), in horum sinus exinanivit. ac Rontzerium quidem promisso insignivit ducis magni titulo, familiares quoque eius illustribus aliis nominibus honorans. denique quod erat etiam pollicitus, affinitate sibi eundem admovit intima, nuptiis cum eo neptis suae Mariae celebratis. quo toto tempore tanta extitit in hos omnes exteros Andronici munificentia, ut cuivis eorum ad statim accipiendum ab Augusto donum quantumlibet alio non esset opus quam istius ei deside-

δεικνύειν τὴν χρῆσιν, ὡς ἂν μὴ ἐν κενοῖς ἑστῶσιν. ἐτύχθησαν οὖν ἐς Κύζικον ἀπελθεῖν· πρὸς γὰρ τὸ ἔχον τὸν φθόνον ἕρπειν, μᾶλλον δὲ τὴν ἐπίθεσιν ὡς οἷόν τε διενόουν, κἀκεῖ πολύ τι συναχθὲν πλῆθος, καὶ χρήμασι καὶ σώμασιν ἱκανούμενον, ἐφέλκειν τοὺς Πέρσας ἀνάγκη, οἷς καὶ δεῖν διὰ ταῦτα κατακλεισμένοις συμμαχίας ᾤοντο.

P 277 14. Ὡς γοῦν ἐξηρτύοντο καὶ ἤδη πρὸς ἐξόδοις ἦσαν, ἐπισυνίστανται Γεννουῖται οἱ κατὰ πόλιν τέως ζητοῦντες τὸ χρέος· βασιλέα γὰρ ἀπαιτεῖν ἑτέροις δανείσαντας οὐκ ᾤοντο δεῖν. οἱ δὲ τὰ τοῦ χρέους βάρη προσανετίθουν τῷ βασιλεῖ ὡς αὐτοῦ γε χρησάμενοι ἕνεκα. καὶ βασιλεὺς τέως οὐκ ἀνεχόμενος ἀλλ' οὐν πρὸς τὸ ἀποδιδόναι κατένευε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ φιλονεικίαν πᾶσαν
B ὑποτεμνόμενος ἔπεμπε τὸν Μουζάλωνα Στέφανον, μέγαν δρουγγάριον τοῦ πλωΐμου ὄντα, καταστελοῦντα τὸν θόρυβον. ὁ δὲ τοσοῦτον ἐδέησε τοῦ ταῦτα ποιεῖν ὥστε καὶ κατεκόπη σπάθαις αὐτῷ γε ἵππῳ. καὶ ἔρις ἐντεῦθεν μεγάλη μεταξὺ σφῶν ᾠρθύ-

1. δεικνῦσιν?

rium significare. neque enim ipsorum quemquam vacuis a se abire manibus aut voti non compotem sinebat. ita bene curatis ornatisque Latinis auxiliaribus expeditio indicta Cyzicum versus est. cuius consilii haec erat ratio. confluxerant Cyzicum, ut dictum est, ex tota circum continenti quotquot effugere Romani potuerant barbaros, opesque suas in illud asylum undecumque contulerant. quae res cum latere praedatores Persas non posset, verisimiliter expectabatur eo cunctos ipsos impetum versuros: nam avari habentibus inhiant, et in loca congestis opulenta gazis cupida solet rapacitas incitari. urbi ergo Cyzicenae plenae tunc et divitiis et hominibus, ideoque vel iam obsessae vel mox obsidendae a barbaris, mitti suppetias novos hosce socios placuit.

14. His autem pransis paratis in procinctu ad hoc iter, ac urbe iam egredientibus, ecce superveniunt qui in urbe erant e Genua creditores Rontzerii, quos dixi; et hoc exeunte brevem occasionem rati repetendi debiti, dum intra Constantinopolim is adhuc esset, cum solicitudine ac tumultu circumsistunt hominem, solvi statim quod debebat flagitantes. cum eos ad imperatorem remitteret Rontzerius, allegans imperatoris fide pecuniam acceptam, in eius obsequia impensam, et numerare ipsum paratum (adirent modo, statim cumulate laturi quod poscerent), illi haec effugia rati esse debitoris infidi, ab eo se repetere dixere cui dedissent, cum imperatore sibi nihil esse negotii; inter quae ardescente iurgio, ventum ad manus est. imperator raptim admonitus expedivit confestim opportuna rixae dirimendae; seque professus, licet id ante renuisset, summae a Genuensibus repetitae debitorem, eos ultro ad satis accipiendam quod vellent evocavit ad se, misso ad id turbasque componendas Stephano Musalone magno drungario rei navalis. at is tantum abfuit a nimis iam adulta seditione compescenda, ut ipse cum quo vehebatur equo concisus in frusta fuerit ensibus iam comminus dimicantium irrevocabiliterque commissorum. hinc iam inflammata contentio in praelium utrimque infe-

πτο, τῶν μὲν ξενικῶν τὴν τοῦ Κοσμιδίου καταλαβόντων μονήν, κἀκείνῃ ὡς ὁρμητηρίῳ χρωμένων καὶ μαχομένων, Γεννουϊτῶν δὲ αὐτόθεν κατ' αἰγιαλοὺς βούτζοις καὶ τάρπαις καὶ σανίσιν ἀσφαλισθέντων κύκλῳ, κἀντεῦθεν ὡς ἀπὸ τείχους βαλλόντων τε καὶ βαλλομένων, ὡς καὶ πολλοὺς πεσεῖν ἀμφοτέρωθεν. μόλις τὸν C θόρυβον βασιλέως καταστορίσαντος, ἐπὶ Κυζίκου εἰς παραχείμασιαν ἀπέπλεον. ἐκεῖσε δ' ἐπιστάντες πόλλ' ἄττα τῶν χαλεπῶν κατεπράττοντο, ἐντὸς τοῦ τείχους καθήμενοι, χρήματα ἐκλέγοντες, βίους ἁρπάζοντες, γυναιξὶν ἀνθρώπων ἐπιχειροῦντες, καὶ τῶν ἐποίκων ὅσα καὶ ὠνητῶν κατακυριεύοντες δούλων. τέως δ μὲν Φαρέντα Τζιμῆς, αἰσχυνθεὶς οἷον τὰ δρώμενα, καὶ πολλάκις ἐλέγξας οἷων μὲν ἀπήλαυσαν βασιλέως οἷα δὲ πράττουσι, καὶ μὴ πείσας βαρβάρους ὄντας, καὶ αὐτοῦ κατεξανισταμένου τοῦ D ἄγοντος ἀπαίρειν ἔγνω. ὅθεν καὶ συσκευασάμενος ἅμα ναυσὶν ἰδίαις καὶ οἰκείῳ λαῷ ἐπ' οἴκου πορεύεται. ἐκεῖνοι δὲ καὶ ἔτι τῷ κατὰ Κύζικον προσκαθήμενοι τείχει καὶ ταῖς σφῶν αὐτῶν ἐντρυφῶντες ἀτασθαλίαις, ὅπῃ καὶ λήξειαν τοιαῦτα πράττοντες,

3. τάργαις Possinus. 15. πορεύσαι P.

tissimum efferbuit, peregrinis quidem militibus obvium Cosmidii monasterium occupantibus, eoque utentibus pro arce, ex qua erumperent, quo se reciperent; Genuensibus autem illic, ubi forte sunt reperti per littoralem oram, vallo contra et aggere sese munire satagentibus, certatimque ad id comportantibus dolia, scuta praelonga et tabulas, quibus externe commissis intusque arena congesta roboratis castra velut sua circum obvallarent, ut tum isto quasi muro extemporaneo tela hostium in obiecta materia ictum perdentia frustrarentur, tum ex eo superne vicissim iacularentur. quo diu strenue infesteque factitato, cadere utrimque plurimos contigit, quoad tandem exauditis sine fine iteratis ab imperatore mandatis sedatus aliquando tumultus est, ac pace facta Rontzerianae cum suo duce copiae consocensis navibus hibernatum Cyzicum iverunt. Cyzici ubi fuere, admissi intra munitiones multa miseris illic degentibus gravia nec mitiora hostilibus fecerunt, pecunias extorquentes, annonam diripientes, uxores civium violare conantes, uno verbo, collectis isthic Romanis velut emptis mancipiis superbissimo dominatu abutentes, tam intoleranda quidem licentia, ut Pharenda Tzimes pudenda iniuriarum indignitate commotus, cum petulantiam intolerandam frustra Rontzerianos increpando ac beneficia meritaque in eos imperatoris commemorando reprimere saepe nequidquam tentasset, barbaris, duce ipsis proprio assentiente, monita irridentibus, otiosus esse testis immanium scelerum non sustinuerit, sed suas vasa colligere copias iussas, suis impositas navibus domum reduxerit. quo liberius deinde Rontzeriani tyrannidem intra Cyzici muros sine interpellatione diram exercuerunt, rapacitati ingluviei libidinibus ad satietatem indulgentes; nec obscure id ferentes, sed famam quoquoversus de his ipsorum flagitiis ditantam securissime contemnentes, frustra ringentibus et hoc ma-

ἦν οὐδεὶς ἀγνοῶν· Ῥωμαίους γὰρ πανταχόθεν τὰ δεινὰ περιέστη, καὶ διεφώνουν πάσχοντες.

Ἐμοὶ δὲ λοιπὸν καί τι τῶν θαυμαστῶν καθ' ἡμᾶς τελεσθὲν
P 278 ἐξειπεῖν, (15) φοβερὸν μὲν εἰπεῖν ἄπιστον δ' ἀκοῦσαι, ᾧ δὴ καὶ αὐτὸς διηπίστησα ἄν, κἂν δι' αὐτὸ καὶ παρέλιπον, εἰ μή γε πολλοὶ μὲν οἱ εἰπόντες καὶ ἀξιόπιστοι, δεῖγμα δὲ προνοίας ἔχει θεοῦ καὶ τῆς περὶ τὸ ἀνθρώπινον ἔτι γένος κηδεμονίας, κἂν ἄλλως βαθέως καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἐνεργῶνται τὰ θεῖα βουλήματα, καὶ ἅμα καὶ βασιλέως χρηστοῦ δόξαντος δόξαν, θεοῦ κρίναντος πάν-
B τως μετὰ τῶν ἐπιτετηδευμένων, καὶ ἐφ' οἷς καὶ μόνοις ἐπιτηδεύουσι, τὸ τῶν ἀνθρώπων σφάλμα ἢ καὶ κατόρθωμα. ἤδη μὲν οὖν φθάσαντες ἐδηλώσαμεν πῶς Μαγνησίας τῆς κατὰ Ἕρμον βασιλεὺς ἀπαίρει. ταύτης μὲν προέστησαν ἕτεροι βασιλέως ἀπηρκότος ἐκεῖθεν, ἦν δὲ καὶ ὁ ἐπὶ τραπέζης Φιλανθρωπηνός, ἀνὴρ εὐγενείᾳ καὶ γήρᾳ συνέσει τε καὶ ἐμπειρίαις στρατηγικαῖς ἐς ἅπαν κοσμούμενος. ὡς γοῦν τὸ πόλισμα καστροφύλακι ἐπετέτραπτο
C καὶ ἤδη ἐν φυλακαῖς ἐκεῖνος διαγρυπνῶν ἦν ὀψὲ τῶν νυκτῶν, πολλάκις ἠμμένην λαμπάδα καὶ περιερχομένην τὸ πόλισμα καθεώρα. τοῦτο δὶς καὶ τρὶς γεγονὸς ἐννοίας ἐπῆγε τὸν καστροφύλακα. ὃ δὴ καὶ τοῖς προέχουσι κατὰ τὸ εἰκὸς κοινωσάμενος

19. *εἰς ἐννοίας ἐνῆγε?*

lorum auctario tam saevo extrema iam consternatione extabescentibus deploratissimis Romanis.

Sed mihi diu pertaeso narrationum infaustarum, offertur ecce opportune commemoratio auspicatior miri apud nos visi prodigii. (15) quod dicam, ita terribile dictu est, ita incredibile auditu, ut nec ipsi diu mihi fidem fecerit, et omissurus ut rem inverisimilem fuerim, nisi constans affirmatio et plurimorum et idoneorum testium tandem religionem incussisset inofficiosa premendi oblivione facti, in quo et argumentum extat clarum divini numinis in res humanas providentiae, in nos protectionis, utcumque inscrutabilibus de causis eius in nos eosdem flagella desaeviat, denique in quo cernitur illustri vindicata documento fama et sanctitas dominati nobis olim cum clementiae laude principis, circa quem libere hominibus varia opinatis et locutis, videtur deus, cui sunt usi optime cunctorum bona pariter et prava opera perspecta, cum fuisse sibi probatum illustri voluisse testimonio monstrare. iam antea narravimus ut e Magnesia ad Hermum sita Michaël imperator iunior recesserit. post eius discessum istius munitae civitatis custodiae praefuerunt alii, quos inter fuit et mensae praepositus Philanthropenus, vir nobilitate senectute prudentia et bellicorum eventuum experimentis summe commendatus. cum huic igitur custodi ac praesidiariae duci militiae credita illa civitas esset, eaque ille cura fungeretur intempesta excubans nocte ac vigilias militum explorans, videt ecce plus vice simplici accensam lampadem circumeuntem muros urbis. re semel iterumque ut fortuita vel aberrantibus illudente oculis neglecta, postquam eadem iam se tertio conspicue ostentat,

κἀκείνους εἰς τὴν ὁμοίαν ἐνῆγεν ἔκπληξιν, τέως μαθεῖν ἠβούλοντο τί ἂν καὶ εἴη τοῦτο. καὶ πέμπονται μὲν καὶ ἄλλοι κατασκοπήσοντες, οὐδὲν δὲ πλέον τοῦ πραττομένου ἐκείνοις ἀπεκαλύπτετο. σὺν πολλοῖς δὲ τοῖς ἄλλοις ἀπέρχεται καὶ ὁ τοῦ καστροφύλακος ἀδελφός, ὃν καὶ ἐκκεκωφευμένον ἐκ γενετῆς οἱ πάντες ἤδεσαν. καὶ τοῖς μὲν τοῦ συνήθους πλέον οὐκ ἦν μανθάνειν, τῷ δὲ τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο καὶ ἀπόρρητον θέαμα ἐκκαλύπτεται. καὶ ἡ πίστις προσετέθη τῷ κατ' αὐτὸν θαύματι· ὁ γὰρ λαλῶν ἐξ ἐννεοῦ καὶ κωφοῦ πιστόν τε καὶ ἀναντίρρητον ὅ τι ἂν εἴποι καθίστα. βλέπει οὖν ἐκεῖνος προσμένων οὐ λαμπάδα ἡμμένην ἀλλ' ἄνδρα βασιλικῶς ἐσταλμένον, τὰς μὲν αὐτῶν φυλακὰς οἷον ἐξουθενοῦντα, αὐτὸν δὲ τὴν τῆς φυλακῆς ἐπιτροπὴν ἔχειν λέγοντα. καὶ ἅμα εἰπόντα ὡς πρὸς ἀκούοντα λέγειν· καὶ γὰρ ὁ κωφὸς ἤκουε παραυτίκα. προστάσσειν δὲ τὴν φωνὴν μεγάλῃ φωνῇ τοῖς φύλαξιν ἐπαγγέλλειν ἐγρηγορότας ὡς ἔνι μάλιστα τῆς σωτηρίας ἐπιμελεῖσθαι. καὶ θαῦμα παραυτίκα ἐπηκολούθει τῷ θαύματι· ὁ γὰρ ἀκούων ἐφ' ὅ τι πράξοι ἤδη καὶ φωνῶν ἠκούετο, καὶ ἔδειξεν ἐκεῖνος λαλῶν τε λόγους πιστούς. προσπαίει δὲ πᾶσιν, ὅπερ καὶ ἀληθὲς ἦν, ἡ τοῦ βασιλέως ἐκείνου τοῦ ἐλεή-

D

P 279

B

18. τε] σοὶς?

haud ratus contemnendam advocatis ductoribus ordinum primariis indigitat, eosque in parem secum admirationem manifeste cernentes inducit. placet cunctis dare operam ut hoc quid sit addiscant. mittuntur ab his qui commius accedentes ad id lumen propius explorent ac comperta referant. isti nihil plus admovendo se prope quam procul intuendo detegebant, solam et ipsi lampadem videntes, quoad cum multis eo missus accurrit frater custodis arcis, quem mutum et surdum ex ventre matris omnes norant. atque huius comitibus nihil supra prius missos conspicari contigit: uni muto illi, mysteriorum quasi valvis reseratis, novum est spectaculum oblatum, et fides viso per miraculum in epopta manifestum constitit: quis enim muto loquenti credere quod affirmabat cunctaretur? hic igitur e vicino attentus permanens clare videt non lampadem ardentem sed virum imperatoriis ornatum insignibus, qui prae se ferens diffidere se custodum castri excubiis ut insufficientibus et languide remissis, sese sibi ipsum urbis sibi tuendae curam assumere. quae loquens audiebatur a prius surdo; eidemque hactenus etiam muto imperabat ut loqueretur, et quidem voce contenta, admonens praesidiarios excubitores etiam atque etiam vigilias intendere, acriterque prospicere saluti periclitantis civitatis. et ecce miraculum miraculo additum: qui enim modo primum audierat sibi praecipientem, nunc etiam, dum iussis obtemperat, semper antehac mutus incipit loqui, clareque praesidiariis cum a se visa tum ipsis mandata pronuntiat, fidem facile prodigii pignore idoneo impetrans. nemini porro his praesentium dubium fuit, id quod re ipsa verum erat, quin per ista declararetur Ioannem illum olim imperatorem, cognomento Batatzam, optimum principem et eleemosynarium a largitionibus in

μονος Ἰωάννου, καθὼς ἂν ὁ Λυδὸς εἴποι, ἐπιστασία, ἐν ᾗ παρὰ θεοῦ φυλάττεσθαι ἐπιστεύοντο.

C 16. Ἦν μὲν οὖν τὰ καθ' ἡμᾶς καὶ λίαν δεινά, τῶν μὲν ἐκτὸς πόλεως οὐδὲν ὑποστάντων τὴν τῶν Περσῶν ἀνυπόστατον ῥύμην, καὶ διὰ τοῦτο τῶν μὲν φονευομένων τῶν δ' ἀπανισταμένων, τῶν μὲν εἰς πόλεις καὶ φρούρια τῶν δ' εἰς νήσους, ἄλλων δὲ καὶ εἰς τὰ κατ' ἀντιπεραίαν ἀσφαλῆ, ὅπου ἂν καὶ σωθεῖεν, βλεπόντων καὶ ὁρμώντων, τῶν δ' ἐντὸς καὶ λίαν ἐνδεῶς D ἐχόντων τῶν ἀναγκαίων διὰ τὴν τῶν ἐξωτερικῶν ἐξαπώλειαν. βασιλεὺς μὲν οὖν διὰ ταῦτα ὡς οἷόν τ' ἦν ἀντιπαλαμώμενος πρὸς τὰς τῶν δεινῶν ἐπιρροίας, Ἀλανῶν μὲν ἐκείνων καὶ τῶν ἰδίων ἀπεγνωκώς, ἐπὶ σαθροῖς δὲ σαλεύων τοῖς ξενικοῖς, πέμπει καὶ πρὸς Καζάνην τὸν τῶν ἀνατολικῶν Τοχάρων, ὡς αὐτοὶ φαῖεν ἄν, Κάνιν, καὶ γαμικὰς ἐπιμιξίας προτείνει, καὶ ἐπαμύνειν P. 280 προσαξιοῖ τοῖς τῶν Ῥωμαίων ἐσχάτως ἔχουσι πράγμασιν. ὁ δὲ καὶ τὴν ἀξίωσιν δέχεται, καὶ τὸ κῆδος (ἐπὶ γὰρ φυσικῇ θυγατρί, ἧς αὐτὸς βασιλεὺς πατὴρ ἐνομίζετο, συνεφώνει) προσαπεδέχετο, καὶ ὑποσχέσεις ἀσφαλῶς ἐδίδου μετελεύσεσθαι τοὺς ἀλά-

pauperes crebris et magnis merito nominatum, suae peculiari curae ac protectioni (quam ἐπισταστίαν Lydus diceret) commissam a deo custodisse ac sedulo defensasse Magnesiam civitatem.

16. Erant porro per haec tempora res nostrae Constantinopoli degentium in summis angustiis. nam qui extra urbem in Asiae continenti domicilium habebant, plane conscii ac multis miserrimisque experimentis quotidianarum caedium, quibus passim sterni contribules suos a Persis videbant, manifesto persuasi nullam sibi vim esse ad obsistendum iis barbaris, partim in urbes aut arces confugiebant, partim salutem in insulis quaerebant, partim quam poterant longissime se a periculo removentes in abditis adversae continentis locis securum effugium trepide captabant. ipsius autem magnae urbis incolae magna intus rerum ad victum necessariarum penuria urgebamur ob vastatas circum desolatasque regiones, unde ad nos solebat annona conferri. ad haec emendanda quantum poterat cura consilioque incumbens imperator, cum nullam iam spem haberet in Romanis copiis, extera vero auxiliari militia proterva saevaque eademque haud satis fida uteretur, unde nec acquiescere animo posset, vertit cogitationem ad certius auxilium a Cazane Tocharorum Orientalium supremo principe (Canin ipsi vocant) Romano imperio conciliandum. mittit ergo ad hunc qui foederis secum conditionem nuptiali necessitudine firmandi offerant, orentque ut qua valebat auctoritate in duces barbaros Romanam ditionem crudelissime vastantes, eis ut ab iniuriis desistant imperet, ac ni faciant, ulturum se minetur, sicque succurrere dignetur extreme laborantibus ac pene iam perditis Romanis rebus. talia Cazanes audiens haud aspernatus affinitatem est; oblatasque puellae, quae proles naturalis Andronici Augusti putabatur, admittens nuptias, ample ac solemniter promisit sese coërciturum, et ni parerent, armis repressurum iniques gra-

στορας. τοῦτο φημισθέν, ὡς εἰκός, τοῖς μὲν λοιποῖς ἄλλως ᾠκονομεῖτο ἡ περὶ τὰς συστολὰς σπουδή, κἂν ἠφροντίστουν τὸ τέως· ἐνὶ δὲ τούτων τῷ Ἀλαΐδι τὰ κατὰ τὴν Λυδίαν καταδραμόντι, ὥστε καὶ λείαν Μυσῶν, οὐ Λυδῶν φανῆναι τἀκεῖ, κατασεισθέντι τῇ φήμῃ τοὺς λογισμοὺς ἔδοξε προνοεῖν ἑαυτῷ τε καὶ B τοῖς ἰδίοις τῶν ἐκ φυλακῆς συμφερόντων. ἀμέλει τοι καὶ τοῖς κατὰ τὸ τῶν Σάρδεων φρούριον ὀχυρὸν ἄλλως ὂν ὡς παλαιᾶς ἀκρόπολιν πόλεως, καθ' ἓν ἄβατον μέρος καὶ τὸ λοιπὸν ἀπόχρημνον, διὰ τὴν παρ' ἐκείνων ἐγκεκλεισμένην ἐπίθεσιν πέμπων ἐπὶ ῥηταῖς ὁμολογίαις συνέπραττεν, ἐφ' ᾧ τοῦ φρουρίου διαμεμερισμένου μακρῷ τινὶ τείχει καὶ ἀσφαλεῖ ἥμισυ μὲν ἐκείνους ἥμισυ δ' αὐτοὺς ἔχειν, κἀντεῦθεν δεσμοῖς ὁμονοίας συνδεῖσθαι, καὶ C ἀνέδην ἐξιόντας ἐκείνους μὲν τοῖς ἰδίοις ἔργοις προσανέχειν ἐξ ὧν τραφήσονται, αὐτοὺς δὲ τὰ οἰκεῖα πάντως ποιεῖν, αὐτῶν μέν, ὡς εἰκός, ἀπέχοντας, ἄλλοις δ' ἐπιτιθεμένους ἐξ ὧν κερδανοῦσι τὸν οἰκεῖον τρόπον καὶ λῃστρικόν. ἐκεῖνοι μὲν οὖν τοιαῦτ' ἠξίουν,

9. ἐγκεκλεισμένοις?

satores. hac apud barbaros per Romaniam impune latrocinantium duces late Cazanis, cuius potentiam norant, comminatione vulgata moti omnes sunt, si minus ad continendam, saltem ad moderandam timidiusque deinceps exercendam saevitiam. nam a plerisque ipsorum parum istas minas curantibus, simulatione tenus sola nec ea longa, delatum edicto Canis est absisti a Romanorum infestatione jubentis. unius inter istos Alaïdis paulo forte minus contumacem audaciam haec denuntiatio concussit. is tunc Lydiam incursans, quasi verteret vetus proverbium, Mysorum e Lydis congerebat praedas. quod dum agit, novi Cazanis cum imperatore foederis fama improviso ictus, in quandam suae ac suorum securitati consulendi solicitudinem ingressus, hanc praedae, quam ingentem paraverat et cui potissimum timebat, in tuto collocandae rationem excogitavit. est eius metropolis provinciae antiqua urbs Sardes, in qua situ validam et olim munitam arcem tunc adhuc nostrorum quidam obtinebant, ab una parte inaccessam obiectu impenetrabilium molium, ex altero latere immanibus praecipitiis defensam; cuius ideo etiam a paucis et prodire non audentibus insessae barbari licet numero pollentes expugnationem desperassent. huius Alaïs praesidiarios colloquio tentavit, rogans ut quoniam perampla et bifariam divisa munitio erat, partem unam, quod tuto possent facere, sibi concederent. nam praeterquam id sine suo ullo damno facturos fide illis cavere sanctissima spondebat, etiam contra periurium, si quod suspectarent, certum haberent praesidium muri firmissimi, quo duae, de quibus est dictum, arcis unius partes ab invicem discluderentur. ea nostri audientes haud illi quidem multum fidebant promissis barbarorum: caeterum diuturnae clausurae, cuius aliter relaxationem non sperarent, affecti taedio, et rerum inopia ex agri circumsiti longa desolatione necessario secuta graviter pressi, reiiciendam non putarunt qualiscunque conventionis mentionem. Romanis ergo congressum non abnuentibus ad tractandum pressius descenditur. proponunt quid vellent barbari. arcis dimidium concedi sibi postulant, ubi res in tuto suas ha-

καὶ λιπαρῶς ἀντείχοντο τοῦ φρουρίου· τοῖς δὲ τὸ μὲν ἀνθίστασθαι μάταιον ἐνομίζετο, τὸ δ' εὐπειθεῖν, εἰ καὶ μὴ σφίσιν αὐτοῖς ἀσφαλὲς διὰ τὴν τῶν ἐχθρῶν γειτνίασιν (οὐδὲ γὰρ ἦν ἀρνειοῖς
D καὶ λύκοις κοινὰ ταμέσθαι τὰ ὅρκια), ὅμως διὰ τὴν ἐφεστῶσαν ἀνάγκην καὶ τοῦ ὑδρεύεσθαί τε καὶ κατασπείρειν ἕνεκα ἀνεκτὸν ἐδόκει, καὶ συγκατέβαινον. καὶ δὴ πολλούς τινας τῶν Περσῶν ὑποδέχονται (σωροὺς δὲ χρημάτων αὐτῶν, ὡς εἰκός, σὺν αὐτοῖς εἶδέ τις ἄν), παρὰ τοσοῦτον οὐ συνοικοῦντες τοῖς εἰσαχθεῖσι παρ' ὅσον τὸ μεταξὺ τεῖχος σφᾶς ἀπ' ἀλλήλων διεῖργε. κατά τινα δὲ πυλίδα καὶ συμμετεῖχον ἀλλήλοις ἔνιοι, ὡς ἐλέγετο.
ταῦτα γοῦν ἦσαν ἐπὶ χρόνον, καὶ ἀνακωχὴν τῶν κακῶν κατὰ τὸ
E φρούριον εἶχον. ἐπεὶ δὲ τὰ μὲν τῆς φήμης τῶν Τοχάρων κατ' ὀλίγον ἠσθένουν καὶ ἤδη θάρρος εἶχον ἐκεῖνοι καὶ τῶν φόβων ἑαυτοὺς ἀνελάμβανον, οἱ τέως ἱκέται ἑαυτῶν γίνονται καὶ τῶν προτέρων ἀναμιμνήσκονται καὶ ἐπιχειρεῖν τοῖς γειτονοῦσι βουλεύονται. ἦν δὲ ἄρα τὸ σόφισμα καθ' αὑτῶν· ἐξ ἴσου γὰρ καὶ
Ῥωμαῖοι ἀντεπιβουλεύειν ἐκείνοις ἔχοντες πρὸς τοῦτο καὶ διυπνί-
P 281 ζοντο παρ' ἐκείνων, τὸ φθῆναι πρᾶξαι παρὰ τὸ παθεῖν κερδαλεώτερον ἡγησάμενοι. καὶ δὴ προλαβόντες τὴν ἐπιβουλὴν πέμ-

berent, unde in hostes erumperent, quo se reciperent. Romani reliquam claustro quamlibet valido sibi certissimam servarent, securique inde prodirent ad agriculturam et commercia, eo innoxie reconderent se ac sua, tranquillis circum cunctis beneficio praesentis foederis et constanti benevolentia novorum sociorum late per regionem dominantium. etsi non latebat de his arbitrantes nostros homines quam infida vicinia luporum cum agnis esset, quamque suspectae indutiae pollicentium convictum indemnem sibi prope degentibus, interim dum in alios eiusdem secum gentis ac generis excurrendi latrociando, ut solebant, sibi licentiam exciperent, tamen quia, ut indicavi, aquatione et agricultura dudum exclusi vitae utilium inopia iam extrema laborabant, stultum esse iudicarunt non praeoptare exitio praesenti quantumlibet ancipites ac duras conditiones turpis etiam foederis. assentiri se dixerunt. mox age sane, in rem venitur. admittuntur in partem Sardensis arcis Persae non pauci. hos a Romanis segregabat murus longus, tamen, ut audio, postico uspiam pervius. stetit haec aliquandiu societas, quam conglutinaverat hinc quidem egestas urgens, inde autem metus ingruens, neuter, si se remiserint, diuturni magister officii. ergo cum lapsu temporis formido quam minae Cazanis Alaïdi et eius comitibus incusserant elanguescere coepisset, redierunt illi scilicet ad ingenium, et prioris instituti memores secum ipsi statuerunt uti commoditate vicinae ad spoliandos novos hospites, supina, ut putabant, fiducia incautos; in quo sua illos opinio fallebat, unde in caput auctorum fraus perfida recidit. vigiles enim in sui custodiam praesidiarii Sardenses, ubi versari barbaros in apparatu struendarum ipsis insidiarum et violandi crudeliter hospitii sensere, praeoccupare fortiter agendo quam ignave cessando iniuriam perpeti utilius arbitrati, clam rogant non longe tunc distantem Romanarum aliquot ducem cohortium, cui ex dignitate pa-

πουσι πρὸς τὸν τηνικάδε τῶν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων ἄρχοντα πρωτοστάτην ἐξ ἀξιώματος τῆς αὐλῆς. καὶ νυκτὸς ἐκεῖνος λαὸν ἱκανὸν ἐξετοιμασάμενος προσβάλλει τῷ φρουρίῳ, καὶ ἐμφανὴς ἦν τοῖς μὲν προσδοκώμενος τοῖς δ' ἀπροσδόκητος. ὅθεν καὶ οἱ μὲν ἀσμένως δέχονται τοῦτον, τοῖς δ' ἐφίστανται κοιμωμένοις δεινὸς ὄνειρος, καὶ ἐντεῦθεν διατεθείκει σφᾶς τὰ παγχάλεπα.

17. Ὁ μέντοι γε βασιλεὺς Μιχαὴλ ῥαΐσας τῆς νόσου ἔτι μὲν παρὰ ταῖς Πηγαῖς ἦν, καὶ τῷ μεγάλῳ δουκὶ προσελθόντι ἐκ τοῦ κατὰ τὴν Κύζικον τῶν ἀμφ' αὐτὸν κυδοιμοῦ, ἐφ' ᾧπερ κατὰ τὸ εἰκὸς ἀπονείμαι μὲν τὴν προσκύνησιν, ἀπολαύοι δέ γε τῆς θείας δεσπότου δοῦλος, ἄβατος ἦν ἡ πόλις τὸ παράπαν ἐξ ἐπιτάγματος· τὰ γὰρ ἐξ ὑπογύου πραχθέντα παρ' Ἰταλοῖς κατὰ Κύζικον καὶ λίαν ὠδύνα τὸν βασιλέα ἀνάπυστά οἱ γεγονότα, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ὁμιλίαν ἀπέστραπται. ἤδη δὲ καὶ τελείας ἐπιβὰς ὑγείας, συνάμα τῇ Λεγούστῃ τῇ ἑαυτοῦ, ἐπεὶ καὶ αὕτη P 252 συνῆν ἐκείνῳ κατὰ τὰς Πηγὰς ἀπαντήσασα, διαπεραιοῦται κατὰ δύσιν. καὶ ἐφ' ἡμέραις τοῖς κατὰ δύσιν χωρίοις ἐναυλισάμενος, ἐπεὶ ἔδει καὶ ἐπανήκειν ἐς πόλιν καὶ ὁ πατὴρ καὶ βασιλεὺς ἤπειγε τὴν ἐπιδημίαν, ἡμέρᾳ μὲν εἰκοστῇ τρίτῃ Ἑκατομβαιῶνος μηνὸς καταλαμβάνει τὴν Δρίπειαν, τῇ δ' ἑξῆς ἐξέρχεται μὲν βασιλεύς, συνεξέρχεται δὲ καὶ ἅπαν τὸ περὶ τὸν βασιλέα, καὶ μοναχοὶ καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας ἅπαντες συνεξίασιν, οὐδὲ τὸ τῆς πολιτείας ὅσον ἦν ἔκκριτον, ἐκεῖθεν λείποντος. καὶ τότε κατὰ τὸ μέσον τῆς

latina primicerius aulae titulus erat, adesse ipsis ne gravaretur, praevertere proximum insultum perfidorum hospitum necesse habentibus. ille idoneo militum numero secum armato nocta arci Sardensi se admovet, statim apparuit utri expectatus parti, utri adveniret improvisus: nam a Romanis gratulanter acceptus, confestim in sopitos irruens barbaros dirum illis somnium portavit, internecione periuros latrones delens.

17. At Michaël imperator e morbo recreatus adhuc Pegis morabatur; quo cum illum veneraturus et obsequia principi a subdito debita exhibiturus dux magnus e Cyzico venisset, sciens Augustus iunior summo suo dolore quantum ille et eius Itali turbarum modo Cyzici movissent, admittere invisum ex eo sibi hominem noluit, ideoque clausum omnino cuivis teneri Pegarum oppidum praecepit. post haec iam confirmatis plene viribus, una cum sua coniuge Augusta, quae in occursum ipsi Pegas processerat, in continentem inde Occiduam traiicit; et in villis eius tractus per dies aliquot diversatus, cum suum differre in urbem reditum, patre Augusto impatienter urgente, diutius nequiret, tertia et vicesima Ianuarii die pervenit Dripeam. postridie prodit Constantinopoli imperator senior, prodit et eius comitatus universus; monachi praeterea et ecclesiastici universi simul prodeunt, nec lectissimi quique civium ex urbe defuere. medio inter urbem et Dripeam spatio Augustorum occursus contigit, iis mutuis significationibus affectus quas inter tam coniunctos post tam longam

ὁδοῦ βασιλεὺς βασιλεῖ συναντᾷ, καὶ χρόνιος φαίνεται, καὶ ὥσπερ τις τροπαιοῦχος ὑπὸ πολλαῖς ταῖς εὐφημίαις τὴν πόλιν εἰσέρχεται.

B 18. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ὀσφεντίσθλαβος τῶν Βουλγάρων, ὡς εἴπῃ τις, βασιλεύς, εἴτε διὰ τὴν ἐκ τοῦ κράλη Σερβίας τῆς ἰδίας ἀδελφῆς διὰ τὸ τοῦ βασιλέως κῆδος παρόρασιν, εἴτε δι' αὐτὴν αὖθις καὶ τὸν ἐπ' αὐτῇ γαμβρὸν τὸν δεσπότην ἐπεσχημένον ἐξ αἰτιῶν ὧν ἐλέχθησαν παρακεκινισμένος, εἴτε καὶ διὰ τὴν τῶν ἡμετέρων δυνάμεων ἐξασθένησιν τῶν βασιλικῶν καταφρονή-
C σας πραγμάτων καὶ οἷον τῆς τύχης τῶν Ῥωμαίων κατεπαρθείς, ἐξ αὐτῆς ὡς εἶχε κατατρέχει τὰ κατὰ τὸν Αἷμον φρούρια. καὶ πλὴν ὀλίγων τὰ μὲν κατὰ κράτος ἦρει, τὰ δὲ καὶ δι' ὁμολογίας προσήγετο. προσδόκιμος δ' ἦν καὶ, τοῖς λοιποῖς προσβαλεῖν, εὐκολίᾳ καιροῦ βαρβαρικὴν συμμίξας αὐθάδειαν. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς ἐπιθήκην καὶ τοῦτο δεξάμενος τῶν δεινῶν, καλὸν ἡγού-
D μενος καὶ σωτήριον τοῖς ἐκεῖ τόποις τοῦ βαρβάρου τὰς ὀργὰς προκαταλαβεῖν, ἐκείνοις μὲν ὡς εἶχε βοήθειαν πέμπειν ἠπείγετο, ὅμως γε μέντοι καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ βασιλέα πρὸς δύσιν ὥρμα, καὶ τέως αὐτόθεν ὑπονοῶν καὶ τὸν κατὰ τὸν Κρουνὸν ἐξάρχοντα τὸν τοῦ Σμίλτζου γαμβρὸν Ἐλτιμηρῆν, ὃς θεῖος μὲν ἦν πρὸς πα-
τρὸς Ὀσφεντισθλάβῳ (τῷ γὰρ Τερτερῇ ὡμαιμόνει), δεσπότου δ' εἶχε παρὰ Βουλγάροις ἀξίαν. καὶ διὰ ταῦτα τὴν ὁμαιχμίαν

primum absentiam visentes existere par fuit. hinc Michaël, velut tropaeum referens quispiam, inter multas acclamationes faustas urbem ingreditur.

18. Inter haec Sphentisthlabus Bulgarorum, ut quis dixerit, rex, sive in ultionem repudiatae a crale Serbiae suae sororis, Terteris filiae, adscitaeque in eius locum filiae imperatoris, sive indigne ferens suum intimum affinem Michaëlem despotam, eiusdem nunc germanae suae virum, comprehensum et custodiae traditum ab Augusto fuisse propter eas quas diximus causas, sive despectu afflictae imperii fortunae ob nostrarum debilitationem copiarum, in spes ambitiosas elatus armata manu incursavit Romanas arces limiti ad Haemum impositas, easque, paucis exceptis, aut vi cepit aut conditionibus ad deditionem perpulit. nec his eum fore contentum apparebat aut temperaturum a tentandis aliis, dum eius mixtam ambitioni barbaricam audaciam tam benigna opportunitas commodissimae occasionis ad ulterius promovendum invitaret. imperator isto malorum auctario gravatus, honestum et salutare reputans impetus in loca illa incitatos barbari mature praevertere, quibus eum minari regionibus credebat, festinavit submissis strenue auxiliis firmare. sed et praeterea filium Augustum in Occiduos destinavit tractus. quae interim dum expeditio paratur, suspectans ne se Sphentisthlabo in belli contra Romanos societatem adderet Kitemeres Smiltzae gener, Cruno adsitae exarchus regionis, utpote Sphentisthlabi patruus (frater enim erat Terteris), alioqui magni habitus a Bulgaris, apud quos despotae dignitatem

βασιλεὺς ἀποκρουόμενος, τοῦ μὴ κἀκεῖνον συνεισβαλεῖν Ὀσφεν- P 283
τισθλάβῳ, ἀλλά γε καὶ προσεπαμύνειν Ῥωμαίοις, εἰ δυνατόν, ἐκεῖνον μὲν πέμψας δώροις ἱκανοῖς ἐπειρᾶτο διεκμειλίσσεσθαι, καὶ προνοίαις ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἀγάλλειν κατεπηγγέλλετο, τῇ δὲ πενθερᾷ τούτου τῇ τοῦ Σμίλτζου συζύγῳ, αὐτανεψίᾳ οὔσῃ (τοῦ γὰρ σεβαστοκράτορος Κωνσταντίνου θυγάτηρ ἦν) τὰ μέγιστα προσθαρρῶν, ὡς τὸν γαμβρὸν παραπείσοι καὶ ἐκμειλίξαιτο, πέμψας τὸν αὐτῆς ἀδελφὸν τὸν Παλαιολόγον Μιχαὴλ τοῖς ἐκεῖσε τόποις ᾠκονόμει τὰ πρόσφορα. ἦν δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐπὶ τούτοις B
προσδόκιμος ἐξελθεῖν, ἐπεὶ καὶ ἐξηρτύετο κατ' ἰδίαν τὰ οἴκοι καὶ βασιλικῶς ᾠκονομεῖτο· ἀποβαλόντι γὰρ τὰ ἀποτεταγμένα οἱ τῶν προνοιῶν κατ' ἀνατολὴν ἐκ τῆς τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπιθέσεως προσεκυροῦντο παρὰ πατρὸς τὰ κατὰ δύσιν κτήματα τοῦ δεσπότου Μιχαήλ, ὅσοις ἄρα καὶ ὁ πενθερὸς ἐκείνου βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐκ
δύσεως ἀγαγὼν ὑπὸ φρικταῖς ὁμολογίαις καὶ τῇ θυγατρὶ συνοικίσας μεγαλοπρεπῶς ἐπολυώρει καὶ ὡς γαμβρὸν ἤγαλλε. (19) τὸ C
δ' αἴτιον τῆς ἐκείνου ταλαιπωρίας καὶ ἐπισχέσεως ἤδη μὲν καὶ προανατέτακτο, πλὴν ῥητέον καὶ ἐντελέστερον ὅτι στρατιώτας βασιλικῶν ἀλλαγίων, οἳ δὴ καὶ ἀντολίηθεν ἀποικισθέντες ἐξ ὑπο-

4. δὲ] γε P.

obtinebat, praeoccupare illum donis haud parvis studuit, non desperans sic consequi se posse, non modo ne is suas copias in Romanorum damna fratris filio adiungeret, sed ut contra pro imperio pugnaret. in eam igitur spem bene impensas largitiones ratus, praeter munera missa Eltemeri obtulit annuas e fisco suo pensiones, adhibuitque ad hoc ei persuadendum sororum ipsius, uxorem Smiltzae, neptem ex fratre suam (nam illa ex sebastocratore nata Constantino erat), quam pro consanguinitate intima secum, et necessitudine quae ipsi cum Eltemere utpote genero intercederet artissima, in primis idoneam talis sequestram negotiationis fore credidit, isque ne illa sibi parceret aut ullam omitteret artem deliniendi generum et ab eo eblandiendi quae volebat imperator, instigatorem ei submisit mulieris istius fratrem Michaëlem Palaeologum. his in antecessum ad tutelam illius limitis provisis, expectabatur iturus quamprimum illuc iunior Augustus Michaël, instruebaturque ac splendide interim adornabatur ista profectio eius. ad quod opus fuit nova illi, unde imperii dignitatem sustineret, assignari a patre vectigalia, quoniam quae dudum ipsi in regionibus Orientalis tractus attributa fuerant, incursionibus Agarenorum perierant funditus universa. quare constituit nunc illi senior Augustus possessiones in Occiduo tractu sitas Michaëlis despotae, quibus illum olim ipsius socer Michaël Augustus Andronici pater, ex Occidente evocatum conventionibus iureiurando firmatis et propriae filiae nuptiis honoratum, ample ac regie muneratus uti generum fuerat. (19) eae cur illi nunc ereptae fuerint, quamve ob causam is comprehensus miserias carceris perferret, iam prius indicavimus, sed et modo idem paulo plenius retexendum. milites imperialium contuberniorum, electi nuper, ut diximus,

γύου διὰ τὴν καταδρομὴν τῶν Περσῶν αὐταῖς γυναιξὶ καὶ τέκνοις
ἦλυον κατὰ δύσιν, διά τινος ἑνὸς ἐκείνων τοῦ Κοτέρτζη μέχρι
καὶ ἐς ἑκατὸν προσεκαλεῖτο, καὶ προσιόντας δεχόμενος κατὰ πό-
D λιν ὧν ὅρκους ἀπήτει πιστῆς προσεδρίας καὶ ξυναυλίσεως, ὡς
σφᾶς εἶναι ἐχθροὺς ἐχθρῶν τῶν ἐκείνου καὶ φίλους φίλων, καὶ
ἀντεδίδου τὰ ὅμοια πρὸς ἐκείνους, τὴν ὁμαιχμίαν προκαθιστάς,
πόλλ' ἄττα διδοὺς καὶ μεγάλα καθυπισχνούμενος. καὶ ταῦτ' ἐ-
πράττετο παρ' αἴσθησιν πᾶσαν, μὴ ὅτι γε βασιλέως, ἀλλὰ αὐ-
τῶν δὴ τῶν συνήθων καὶ ᾠκειωμένων αὐτῷ. ἀλλὰ προσαγγελθὲν
P 284 παρὰ τῶν ἀμφὶ τὸν Κοτέρτζην, δεινὴν βασιλεὺς ὑπενόει μελέτην
καὶ ἀπιστίας ὠδῖνα ὑπώπτευε, καὶ μᾶλλον ὅτι τῆς ἀδελφῆς τε-
λευτησάσης τῇ τοῦ Τερτερῆ συνοικῶν, ἥτις καὶ ἀλλότριον εἶχε
πρὸς τὸν κρατοῦντα τὸ γένος. διά τοι ταῦτα καὶ μηνὸς Ἑκα-
τομβαιῶνος μιᾷ προσκαλεῖ μὲν πατριάρχην προσκαλεῖται δ' ἀρ-
χιερεῖς καὶ κλῆρον, παρόντων καὶ τῶν τῆς συγκλήτου, συνει-
σόντων τε καὶ μοναχῶν καὶ τῶν τῆς πολιτείας, καὶ εἰς κρίσιν βα-
B σιλεὺς καθιστᾷ τὸν δεσπότην· πρὸς ὃν καὶ εἰς ἀπολογίαν κατα-
στὰς ἐκεῖνος, πολλὰ λέγων καὶ κατὰ τῆς κατηγορίας ἀποδιδρά-
σκειν πειρώμενος, τέλος καταδικασθεὶς τῷ μεγάλῳ παλατίῳ ἐγ-
κλείεται τρισκαιδεκάτῃ Κρονίου αὐτὸς καὶ γυνὴ καὶ τὰ τέκνα, ἃ
δὴ ἀπὸ τῆς τοῦ Τερτερῆ ἀπεγέννησεν. ἀγέλας δ' ἵππων καὶ πᾶ-

Orientali continente coactique incursionibus Persarum inde fugere cum uxoribus et liberis, errabant per Occiduas regiones. ex his Michaël, unus ad id opera unius eorum, Cotertzae nomine, ad centum ad se vocatos, cum in urbe esset, benigne supplices excipiens adduxerat ad sibi clam iurandam clientelam adhaesionemque perpetuam, diserte deo teste polliccendo se fore sine discrimine hostes hostium, amicos amicorum eius. vicissimque suam illis fidem pariter obligaverat, constituta immutabili societate. idque foedus multis protinus donis, maioribus in posterum promissis sanxerat. egerat haec arcano despota, vitata diligenter non modo Augusti conscientia, sed et suorum ipsius familiarium ac domesticorum. verum ea vel Cotertzes vel ex eius comitatu quispiam cum clam Andronico indicasset, gravem ei suspicionem movit adversus despotam velut rebus novis inhiantem parantemque a se deficere. coniecturae verisimilitudinem addebat magnam, quod idem Michaël priori uxore, Andronici Augusti germana, mortua filiam Terteris duxerat, mulierem infensi domui Augustae generis. ob haec quadam die mensis Ianuarii vocat imperator patriarcham, adhibet eodem antistites et clerum, senatoribus quoque praesentibus. convenerant et monachi, nec non e civium ordine permulti. apud hunc coetum reus sistitur Michaël imperatore iudice; iussusque respondere multa dixit in defensionem sui, nec vitare tamen potuit quin tandem damnatus perpetuo carceri addiceretur. die itaque tertia decima mensis Martii Michaël despota, cum uxore Terteris filia et susceptis ex hac liberis, in custodiam apud magnum palatium datus est. eius

σαν ὕπαρξιν τὴν ἐκείνου καὶ κτήματα τῷ υἱῷ καὶ βασιλεῖ δίδωσιν. οὐ μὴν δ' ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ἐκείνου οἰκίαν τῷ δεσπότῃ Ἰωάννῃ προσνέμει. ὕστερον δ' ἐκεῖθεν ἀποδρᾶναι πειραθείς, γνωσθέν, ταῖς κατὰ τὰς Βλαχέρνας εἱρκταῖς ἐγκλείεται.

20. Κἀντεῦθεν μηνὸς τοῦ αὐτοῦ Κρονίου καὶ οἱ σχιζόμενοι τῶν ἀρχιερέων ἀπηυδηκότες οἷον καὶ πείσαντες ἑαυτούς, μόλις καταμαλακισθέντες τὰς γνώμας βασιλέως ὡς δυνατὸν κατεπείγοντος, ἐν τῇ τῶν βαΐων ἑορτῇ τῇ μετὰ τοῦ Ἀθανασίου εἰρήνῃ ἀφωσιώσαντο. ὁ δέ γ' Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιος πολλάκις καὶ αὐτὸς παρὰ βασιλέως παρακινούμενος ἀπρὶξ τῆς γνώμης εἶχετο καὶ οὐκ ἐνεδίδου ὅλως οὐδὲ κατένευε τὴν ὁμόνοιαν. παρ' ἣν αἰτίαν, καὶ τοῦ δόξαι τοῦτον μηδὲ βασιλέως αὐτοῦ μνημονεύειν διὰ ταῦτα, ἤθελον μὲν καὶ αὐτοὶ τοῦ πατριάρχου Ἀλεξανδρείας ἐκκόπτειν τῶν διπτύχων μνημόσυνον, δεινὸν ἡγούμενοι ἦν ἐκεῖνος μὲν οὐδ' ἴκταρ, τὸ τοῦ λόγου, σφᾶς γε προσδέχοιτο, ἐκεῖνοι δὲ καὶ οὕτως ἀξιοῖεν ἐκεῖνον καὶ μνημονεύοιεν. τέως δὲ καὶ πόλλ' ἄττα κατ' ἐπήρειαν αἰτιώμενοι, καραδοκοῦντες καὶ οὕτως τὴν τῆς γνώμης μετάθεσιν, τὸ μὲν ἀποθαρρῆσαι αὐτίκα τὴν τοῦ P 285 ὀνόματος ἐκκοπὴν ὡς ἄλλως ἄτοπον ὄν, μὴ φανείσης ἀξιολόγου αἰτίας καὶ ἄντικρυς ἐπὶ δόγματι, πατριάρχου ἀποβάλλεσθαι ὄνομα, μὴ καὶ μᾶλλον θήρα τις ἀνασοβηθείη καὶ ἀντιλαβὰς δοῖεν

vere magni equorum greges opesque ac res familiaris omnis generis praedique ac bona soli cuncta in fiscum redacta imperator iuniori Augusto suo filio donavit, exceptis tamen eiusdem aedibus urbanis, quas attribuit Ioanni despotae. sic mancipatus aeterno carceri Michaël fugam inde postea tentavit. sed deprehensus in ergastula Blachernarum est translatus, securius illic habendus.

20. Inde hoc ipso mense Martio abscissi antistites, pertaesi secessionis, tandemque persuaderi sibi passi ab instante continuo imperatore ut finem aliquando turbandi facerent, in festo palmarum convenientes pacem cum Athanasio fecerunt. Alexandrinus tamen Athanasius, utcumque crebro ad idem faciendum instigatus ab Augusto, irrevocabiliter in sententia perstitit, nullis conditionibus in concordiae consilium attrahi ac vel paululum inflecti sese passus. quam ob causam episcopi cogitarunt de nomine ipsius eradendo ex ecclesiasticis diptychis omittendaque inter sacra commemoratione eius, cum praesertim et ipse putaretur in suis liturgiis Augusti mentionem praetermittere, quod patriarchae sibi non probato adhaereret. nec enim ferendum arbitrabantur inconcessam ipsi servari tanti possessionem honoris, interim dum ille ne minimum quidem vellet remittere de fastu, quo iam conspirantia canctorum antistitum iudicia unus pertinaciter dissentiens damnabat. haec inter se locuti non tamen expedire in executionem impetum ausi sunt, seu spe attrahendi tandem eius in partes, seu veriti ne non satis canonica videri posset tanti patriarchae tali de causa e sacris tabulis erasio, cuius nullus circa dogma error argueretur. ergo ne quasi tumultuosior venatio feras praepropere

τοῖς σχιζομένοις εἰς κατάγνωσιν· σοφώτερον δὲ ποιεῖν ἐδόκουν καὶ εἰσέτι διευθετεῖν, ὡς αὐτίκα ἐκκόψοντες, εἰ καὶ ἔτι ἀντέχοι
B καὶ τὴν ἐπὶ τῷ Ἀθανασίῳ μὴ δέχοιτο πρᾶξιν. ἡ δ' οἰκονομία οὕτω πως ἦν, πατριάρχην μὲν αὐτὸν μὴ λειτουργεῖν ὅλως, ὡς ἂν μὴ συλλειτουργούντων κατὰ τὸ εἰκὸς διακόνων ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπὶ τῶν διπτύχων συμμνημονεύοιτο, ἱερεῖς δὲ μόνους ἄτερ διακόνων ἱερουργεῖν. καὶ τοῦτο ἐπράττετο μὲν καὶ ἐν ἀνακτόροις,
C ἐπράττετο δὲ καὶ ἐπὶ τῷ μεγίστῳ ναῷ, καὶ ἄλλαις μὲν ἡμέραις, μάλιστα δὲ δημοτελέσι καὶ ἑορτασίμοις, ὡς κἂν τῇ τῆς ὀρθοδοξίας κοινοπληθεῖ, ὅτε βασιλέως ἐνδημήσαντος καὶ πλήθους ἱκανοῦ συναχθέντος ὁ μὲν πατριάρχης ἠπράκτει, ἱερεὺς δὲ μόνος ἀπερικτυπήτως πάντῃ καὶ ἀνηκούστως, μηδὲν ἐπαϊόντων διὰ τὸν θόρυβον, τὰ τῆς ἱερουργίας ἐξέπραττεν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν ταῖς πασχαλίοις ἐγένετο. ὕστερον δ' ἐσαῦθις κατὰ τὴν μνήμην τοῦ ἐν μάρτυσι περιφανοῦς Γεωργίου ἐκκόπτουσι καὶ μνημόσυνον, κατὰ τὸν ἐν τοῖς μαγγάνοις νεὼν λειτουργήσαντες, ὃς ἀνεῖται τῷ μάρτυρι.

D 21. Ηὔξανε δ' ὁσημέραι καὶ αὖθις τὸ ἀπὸ τῶν Περσῶν δεινόν, ὥστ' ἀποκεκλεῖσθαι πανταχοῦ τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας. τί γὰρ τῶν δυσχερῶν ἀπῆν; καὶ ἐῶ τὰ μακράν. ἀλλὰ τὰ κατὰ θύραν ταῦτα καὶ τῆς βασιλίδος προαύλια. τὰ δ' ἦν εὐθὺς νηὸς

abigeret et novi quidpiam incommodi ex facto ancipiti nasceretur, unde ansam avulsi adhuc alii suarum roborandarum partium sumerent, consultius tunc quidem visum temperamento quodam uti huiusmodi, quo et periculum eius ignominiae sic Alexandrino intentaretur, ut re tamen integra non excluderetur idem aditu resipiscentiae, nec tamen alea novi damni iaceretur. decreverunt deinceps solemnes a patriarcha celebrandas ipso liturgias omittere, in quibus videlicet recitari a diaconis nomina patriarcharum orthodoxorum, cuncto audiente populo, necesse foret, vice autem earum sacro defungi per privatum faciendo sacerdotem, sine diaconorum ministerio. hoc ita factitari exinde coepit in aede sacra palatii, hoc idem in templo maximo, non profestis solum diebus, sed et in solemnitatibus etiam populi concursu celebribus. itaque die ipsa orthodoxiae, cum et de more imperator in templum advenisset et densus adesset populus, patriarcha non comparuit, sacerdos autem simplex citra pompam et cantum, nemine, praesertim in turbae magnae strepitu, exaudiente quid mussitaret mysta celebrans, sacro utcumque defunctus officio est. similiter et in festis actum Paschalibus. eademque arte in solemni quoque paulo post celebrata sancti martyris Georgii memoria necessitas nominandi palam e diptychis Alexandrini lucrifacta est, liturgia in templo Manganorum, ubi sancto isti honos annuus habetur, submisse peracta.

21. Crescebat inter haec magisque ac magis in dies invalescebat a Persis malum, adeo ut omnis undecunque salutis spes excluderetur: quid enim miseriarum aberat? mitto longinqua. videamus quae in portis urbis gerebantur, in ipso imperialis regiae vestibulo. navi te illic exscinden-

ἀποβαίνοντι τῷ τὰ στενὰ τοῦ Βοσπόρου περαιουμένῳ, ὥστ' ἀφεμένῳ θαλάσσης λαμβάνειν κίνδυνον. ἀνέδην γὰρ διέτρεχον παντοχοῦ τῆς περαίας, καὶ κατεσκήνουν ὅπου ἦν βουλομένοις αὐτοῖς, καὶ ταῦτ' οὐκ ἰλαδὸν στρατεύουσιν ἀλλ' ἀσυντάκτως καὶ P 286
κατ' ὀλίγους, ὥστε κεῖσθαι τὴν περαίαν τῆς Βυζαντίδος Σκυθῶν, ὃ δὴ λέγεται, ἐρημίαν, μηδενὸς τολμῶντος φανῆναι, ὅτε συνέβαινε καὶ παραβολώτερόν τινες διαπράττεσθαι καὶ ἐκθέειν τολμῶντας, ζήλου τινὸς πείθοντος ἢ καὶ μᾶλλον ἐνδείας πιεζούσης, τριβομένου τοῦ χρόνου καὶ τῶν ἐφοδίων σφίσι καταναλωμένων, ἅπερ οἴκοθεν ἀπεφέροντο. τὰ δ' ἦσαν μᾶλλον εἰς κίνδυνον. ὅθεν καὶ οἱ μὲν ἐκωλύοντο ἀπειλαῖς τῶν κρατούντων καὶ φόβῳ σωφρονιζόμενοι· οἱ δὲ τολμῶντες, ἦν πού τις προεξέδραμε B
ἱκανὸς δοκῶν ἄγειν σύντομον (λοχαγὸν τὸν τοιοῦτον εἴπῃ τις ἄν) καὶ ἐπὶ τὸ παρὰ πᾶσαν αἴσθησιν ἐξήρχοντο, ὥστε καὶ συνέβαινε ποτὲ μὲν εὐστοχεῖν ὀλίγοις πρὸς πολλοὺς γυμνοῖς καὶ ἀνόπλοις, πολλάκις δὲ καὶ σφάλλεσθαι. καὶ οὐκ ἦν σχεδὸν ἡμέρα καθ' ἣν ἢ μὴ τοῖς κατὰ θάλασσαν φρουρίοις προσβάλλοντες ἠκούοντο ἢ μὴ ἀπάγοντες αἰχμαλώτους ἢ μὴ φονεύοντες, καὶ μᾶλλον ὅτε καὶ ἱκεσίαις ἐχρώμεθα πρὸς θεόν, τὸ οἰκτιστον. διεῖχε δὲ μόνος ὁ C

7. τινες] τι?

tem statim a traiecto Bosporo exciperent pericula extrema spoliationis, captivitatis, caedis, tota, quanta patet, ulterioris continentis latitudine referta latronibus saevissimis, impune quo liberet ruentibus, et ubicumque vellent fixo tentorio securam habentibus stationem. atque ii ne tantum quidem armis Romanis impertiebant reverentiae, ut metu eorum aliquo saltem simulando circumspecte incedere, ire turmatim servatisve ordinibus curarent: temere vagi manipulis modicis, quam nostri contemptus fecerat, confidentia cursabant. iamque adeo illae celebratae adagiis solitudines Scytharum non alibi verius quam in ora Byzantinae urbis obiecta muris, subiecta oculis reperirentur, nemine illic nostrorum audente comparere, quantacumque necessitas vocaret, etiam urgentis egestatis, eos qui rure se reliquisse recordarentur quo in urbe indigebant. qui si vellent aleam iacere brevis excursiunculae, etiam a magistratibus prohibebantur tamquam ad mortem praesentissimam ituri. quamquam suus quemque satis coërcebat metus, vulgatis exemplis prodire ausorum, qui utcumque periti compendiorum et captato usi tempore, ubi minime putarant, duci barbaro cum sua turma in insidiis delitescenti occurrerant infortunio suo maximo. nec felix in eo genere temeritas quorumdam, qui pauci et inermes armatorum plurium manus effugisse ferebantur, multum ad similes ausus frequentandos incitabat: rari enim hi casus erant; qualium expectationi nonnisi stulti caput committendum ducerent. nulla porro dies praeteribat, qua non audirentur Persae in aliquam arcium ad mare sitarum incurrisse, ad cuius portas aut caedes fecissent aut captivos prehendissent. idque, rem miserrimam! iis frequentius diebus accidebat, quas festas et bene feriatas habebamus supplicationibus rite deo adhibendis ei propitiando. cernebamusque ex hoc littore trans fretum angustum, quo

πορθμὸς οὗτος. καὶ πολλάκις μὲν μεθ' ἡμέραν ἐφαίνοντο τοῖς ἐντεῦθεν ἀφορῶσι καὶ πεζοὶ καὶ ἱππεῖς· κἄν που δέ τις ἢ ἐνδεία ἐξαπορούμενος κἀντεῦθεν ἐλπίζων κερδαίνειν ἐκ τῶν ὑπολελειμμένων ἄλλοις, ἢ μὴν καὶ κατὰ χρείαν ἑτέραν ἢ τοῦ σφετέρου κτήματος ἐπιμέλειαν ἐξορμᾶν ἐτόλμα, αὐτίκα ἢ ἡλίσκετο ἢ ἐκτείνετο. καὶ πολλοὺς ἂν εἶδες ἐσφαγμένους ἢ τετρωμένους εἰς θάνατον, ἔστι δ' οὗ καὶ κεφαλῆς ἄνευ καὶ κόρσας ἀναύχενας. πλήθει δὲ τῶν ἀγρομένων ἡ πόλις, καὶ ἐστενοχωρεῖτο τοῖς πανταχοῦ κειμένοις εἰκῇ τε καὶ ὑπαιθρίοις, πνοῇ ζῆν καὶ μόνῃ πιστευομένοις· λιμὸς γὰρ ἐντεῦθεν καί γε λοιμὸς τοὺς ἀθλίους διεμεριζέτην. καὶ οἱ ἀστικοὶ τοῦ κακοῦ παραπήλαυον, καὶ οἱ μὲν αὐτίκα τοῖς δεινοῖς συνείχοντο καὶ ἄποροι διῆσαν καὶ ἀμήχανοι, οἱ δὲ ὅσον οὔπω τὰ τοῖς πλησίον συμβάντα καὶ ἑαυτοῖς ἐπ' ἴσης ἤλπιζον. οἱ δὲ μὴ μόνον Χηλῇ τε καὶ Ἀστραβηγῇ, ἀλλὰ καὶ Ἱεροῦ φρουρίῳ προσβάλλοντες τὰ πάνδεινα διεπράττοντο, ὥσπερ ὑπνώττοντος βασιλέως ἢ μὴ ζῶντος. Νικομήδεια δ' ἐξησθένει, λιμῷ τε καὶ ἐνδείᾳ ὕδατος πρὸς τὸ ἀμηχανώτερον μετεβάλλετο. ἡ δέ γε περίπυστος Νίκαια ἀποκέκλειστο, καὶ τὰς πέριξ χάριτας

1. οὕτως P.

uno a morte protegebamur, equitatum et peditatum hostilem campo secure adverso potientem, frustra recognoscente unoquoque, dum ex effugio in urbe captato villam aut rus patrium respicit, loca ubi recondidit qua hic eget, quam nequidquam requirit, annonam, certissimus, si repetere attentet, morte se crudeli audaciam luiturum. iacebant quippe per agros passim cadavera vel mutila membra sic caesorum. quidam ex letali vulnere neglecti animam agebant. truncum ibi capite corpus, illic faciem a collo abscissam cerneres. redundabant plateae civitatis conferta illuvie fugitivorum ex omni circum agro rusticorum, deeratque ubi pedem ambulantes per vicos figerent, solo ubique constrato iacentibus temere corporibus fessae, omnium inopis, vix aegre trahendo spiritu vitae indicium dantis plebeculae, sub divo diurnis iuxta nocturnisque coeli iniuriis expositae, quam praedae habebant et inter se partiebantur duo non mitiora barbaris mala, fames et lues, incommodo se ad civium quoque ac tecta intra urbem habentium infestationem propagante. nam et quosdam invadebant morbi contage propagati; et tanta turba cibos absumens ne a felicibus quidem et domi copiosis sensum egestatis abstinebat. praeterque humanis animis miserationem inevitabilem in conspectu patientium extrema, etiam sui cuique denuntiatio periculi clades alterius visa fiebat, anxie cunctis expectantibus in quae alios iam incurrisse exitia cernebant. interim barbari non modo Chelem et Astrabiten, sed et arcem Hieri hostiliter aggressi, dira illic exempla feritatis immanis ediderunt, velut dormiente imperatore aut in vivis numerari desito. Nicomedia summe debilitata fame et aquae penuria redactam se ad incitas gemebat. inclyta vero illa quondam Nicaea vix se clausa tuebatur, amoenitatibus undique abscisa circumsitis, angustiis intus et ipsa penurine constricta, diris in horas et momenta exanimari solita nuntiis captorum a barbaris in vicinia

ἀποχειραμένη ἐνδείᾳ καὶ αὖτη ἐστενοχώρητο. καὶ νῦν μὲν Βηλόκωμα, νῦν δ' Ἀγγελόκωμα, νῦν δ' Ἀναγουρδὴς καὶ Πλατανέα καὶ τὰ Μελάγγεια καὶ τὰ πέριξ πάντα τῶν ἐνοικούντων ἔρημα P 287
γεγονότα θρήνους ἐφείλκοντο τῶν εἰδότων. ταῦτα Κρούλλα καὶ Κατοικία πεπόνθει καὶ χείριστα. ὡς γὰρ ἀποκέκλειστο μὲν ἡ ἐξ Ἡρακλείου καὶ Νεμικώμεως πρὸς τὴν Νίκαιαν, καὶ αἱ παλαιαὶ καὶ συνήθεις ὁδοὶ εἰς δεινὴν ὑποψίαν καὶ πεῖραν ἦσαν πολλάκις κινδυνευσάντων, ἡ δὲ κατὰ Κίον κατάσκιος καὶ συνηρεφὴς εἰκαίως πως πολισθεῖσα διεκδρομὴ πρὸς Νίκαιαν ἤνοικτο, οὕτω ἐν φόβῳ καὶ τότε μεγίστῳ καὶ ὑποψίᾳ· τὰ γὰρ αὐτὰ τοῖς Χαλκιδεῦσι καὶ Ἀλιζῶσι καὶ οἱ Βέβρυκες ἐκ Πυλῶν καὶ Πυθίων παρω- B
νυμούμενοι ἔπασχον. καὶ ἦν τοῖς ἀποβῶσι θαλάσσης κατὰ τὴν Κίον, τὴν ἡμέραν προσκαρτερήσασι, νυκτὶ πιστεύειν τὴν σωτηρίαν, καὶ καταλαβοῦσι τὸ ἐκεῖσε παράλιον τῷ περὶ τὴν Ἀσκανίαν πλῷ χρῆσθαι, καὶ οὕτω κατὰ τὴν τοῦ αἰγιαλοῦ πύλην τῆς πόλεως ἀποβαίνουσι διεκπαίειν εἰς Νίκαιαν, ἐπεὶ οὐκ ἦν τότε τὰς πύλας ἀνοίγεσθαι ἐπικειμένων τῶν ἐχθρῶν, καὶ τὰ μέγιστα Νικαεῖς ἐκινδύνευον. διὰ ταῦτα τὸ ὅλον ὁ κρατῶν ἀναστέλλειν οὐκ C

florentium nuper oppidorum. nunc enim illic audiebatur direpta Belocoma, nunc Angelocoma, mox Anagurda et Platanea et Melangea subiacuisse saevitiae Persarum; cunctaque per circuitum incolis abactis desolata, luctu acerbo incendebant eius cives urbis, famae subinde indicio de his admonitos. haec ipsa et his peiora Crulla et Catoecia passae ferebantur. perveniebatque omnium notitia Nicaeam, quia etsi tritae olim ad illam urbem viae, quae ab Heracleo quaeque a Nemicomeo frequentari consueverant, tunc prorsus incelebres squallerent, ob exempla passim nota spoliatorum aut trucidatorum in ipsis viatorum metu iam omnium impenetrabiles creditae, tamen una libera et aperta restabat, quae a Cio tenditur, silvis densa et raris sparsa aedificiis, ideoque incursibus latronum culta et colonis plena quaerentium minus infesta. hoc itinere affluebant ad Nicaenses nova quotidie argumenta plangendi, aliis super alias, quae sine fine cumulabantur, cognitis cladibus, siquidem et similia iis quae Chalcidensibus et Alizonibus acciderant, patiebantur quoque Bebryces ex Pylis et Pythiis conflato nomine insignes. eademque mox Nicaeae narrabantur, perlata illuc via secura, quam hic iuvat describere distinctius. qui in continentem Asiae mari exscenderant, totam apud Cium diem morati salutem suam nocti committebant. sic velut isthmum emensi quendam, ubi pervenerant in latus illic alterum orae maritimae, ad Ascaniam iterum navigatione utebantur, qua littorali Nicaeae portae appulsi in eam illac urbem admittebantur. ostiorum enim terras spectantium usu tunc ultro ea urbe abstinebat reliquorum, sic agere coacta timore imminentium sibi omni ex parte barbarorum hostium, a quorum etiam numero et fera potentia indesinenter instantium ingens erat sane periculum, ne non et haec ipsam tam attenta custodia satis ad extremum tueri posset. quod tanti momenti discrimen imperatori notum movit eum, quamquam haud valentem occurrere tot aliis simul urgentibus, ad aliquid saltem pro

ἔχων τῆς συμφορᾶς πέμπει τινὰ Σιοῦρον στρατοπεδάρχην τῶν τζαγκρατόρων τετιμημένον, συνάμα τισὶ καὶ μερικαῖς ἐξόδοις χρημάτων, ἐφ' ᾧ καὶ ἄλλους ἐκεῖθεν πρὸς τὸ στρατεύεσθαι ἱκανώσειε. τῶν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Κατοικίαν μέρεσι φανέντων ἀνατεθαρσήκασιν οἱ λαοί, καὶ ἐμφανεῖς ἦσαν τὸ ἀσφαλὲς ἐλπίζοντες. τὸ δ' ἦν συμφορὰ τούτοις καὶ ὄλεθρος. ἐπιτίθενται γὰρ παμπληθεὶ νυκτὸς ὡσεὶ πεντακισχίλιοι τῶν ἐχθρῶν, καὶ τὰς
D πρὸς τὸ φρούριον ὁδούς, λαθόντες πᾶσαν αἴσθησιν, προκαταλαμβάνουσιν. οἱ δ' ἐπεισπεσόντες ἑτέρωθεν ἑτοίμην ἐδίδουν δῆθεν πρὸς τὸ φρούριον τὴν φυγὴν κατὰ νώτου φεύγουσιν· οὐδὲ γὰρ ἦν ὑπιδέσθαι τὴν πεῖραν, ὅπου γε καὶ ὑπειδομένοις οὐκ ἦν ἱκανὰ πρὸς τὸ σώζεσθαι. καὶ τότε οἱ μὲν ὑποστάντες ἐσφάττοντο, γύναια δὲ καὶ παιδάρια πλῆθος μυρίον πρὸς τὸ φρούριον φεύγοντα ἄγρα ἦν ἑτοίμη τοῖς προκαταλαβοῦσι. καὶ τέλος οἱ τέως τοῖς
E ἄλλοις προσεπαμύνειν ἀποστελλόμενοι δρασμῷ μηχανῶνται τὴν σωτηρίαν, καὶ αὐτὰ προσαποβαλόντες τὰ βασιλικὰ χρήματα· ἔπειτα πῦρ ἐναύσαντες οἱ ἐχθροὶ τὰ ἐκεῖ κάλλη εἰς τέλος ἠμάθυναν. τότε καὶ Ἀτμὰν ὑποστρέφων σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτόν, ἐπὰ συνῆσαν σφίσι κατὰ συμμαχίαν καὶ Βηλοκωμῖται, προσλαβὼν ἐκείνους κενῇ τῶν ἐποίκων Βηλοκώμῃ προσβάλλει καὶ κατὰ κρά-

11. ἐπιδέσθαι P.

eo proprie conandum. misit ergo quendam Siurum, honoratum titulo stratopedarchae tzancratorum, cum paucis aliis, instructum quadam pecuniae summa, qua uteretur ad stipendia et auctoramenta militum, si quos illic forte nancisci idoneos qui conscriberentur posset. hi cum in Catoeciae partibus apparuissent, erexerunt animos populi, et quasi signo salutis elato effecerunt ut confidere auderent brevi restituendam illic publicam rem in statum pristinae securitatis. sed longe illos opinio fefellit sua, eo mox ipso unde speraverant in occasionem ipsis verso exitii supremi. animadverso quippe istorum motu hostes barbari, ac praevertendum rati, noctu in eos irruerunt cum universo exercitu, in quo circiter quinque millia numerabantur. horum pars clam ac sine ullo nostrorum sensu insedit vias quae ad arcem ducebant: alii e contraria parte Romanos adorti propellebant fugere coactos arcem versus, in loca videlicet insidiis suorum praeoccupata, quod suspicandi nulla erat nostris ratio; et vel si nossent, ad salutem tali articulo rerum foret inutile. ac milites quidem quotquot hosti vultum non ignave obverterunt, in vestigio sunt caesi, vulgus autem innumerabile mulierum ac puerorum effuso cursu ad arcem fugiens parata praeda subsidentibus illic latronibus occurrit. reliqui nostrorum militum, ne castris quidem retentis, cursu vago salutem quaesiere, qui servaturi alios scilicet venerant, pecunia etiam quam ab imperatore attulerant amissa. inde igne pulcris eius tractus aedificiis inlecto in cinerem barbari verterunt omnia. ex hoc belli successu victor revertens Atman cum suis, cognito Belocomitas in castris fuisse Romanis quae modo deleverant, Belocomam aggrediendi iam ipsam quippe vacuam

τος αἱρεῖ, καὶ τοὺς μὲν κτείνει, αὐτὸς δὲ μυρίον πλοῦτον εὑρὼν
ἐξολβίζεται, καὶ τὰ πιστὰ οἱ τῆς ἀσφαλείας ἐκ τῶν ὀχυρωμάτων P 288
περιποιεῖ. τούτων ἀπώνατο τῶν δεινῶν καὶ Προῦσα, μόνη πε-
ριλειφθεῖσα τῶν ἔξωθεν καλλονῶν. τούτων καὶ Πηγαὶ παραθα-
λασσία πόλις τῶν δυσχερῶν ἐπειράθη. τῶν γὰρ ἔξω πάντων
συγκλεισθέντων ἐντός, ὅσοι καὶ τὸ ξίφος ἔφυγον, ἐντίκτει νόσον
λοιμώδη τὸ συνεπτύχθαι λιμῷ καὶ κακοπαθείαις. ἔτι δὲ καὶ τῇ
νόσῳ ἐς ἑκατοστύας ἔπιπτον. τοῖς δὲ καὶ πρόστιμον ἐτέθη παρὰ
βασιλέως ζημίας εἰς χιλιάδας ἐπ' αἰτίᾳ τοῦ μὴ τὸν μέγαν δέξα-
σθαι δοῦκα, οὕτω τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ μετὰ τὴν ἐκεῖθεν ἐπά- B
νοδον ἐπαγγείλαντος, καὶ δέει τοῦ μὴ παθεῖν κἀκείνους τὰ τοῖς
Κυζικηνοῖς ξυμβάντα. οὐδὲ γὰρ ἀνεκτὰ οὐδ' ὅσον καὶ ὑποσχεῖν
δυνατὰ τἀκεῖ τολμηθέντα ἠγγέλλοντο. βίοι γὰρ ἡρπάζοντο καὶ
γυναῖκες ὑβρίζοντο καὶ κόρια διεφθείροντο. καὶ ὁ μὲν ἔχων εὐ-
θὺς ἐσκυλεύετο, ἀγαπητὸν ἔχων εἰ διδοὺς σώζοιτο· ὁ δὲ μὴ ἔχων
τῇ τοῦ ἔχειν ὑποψίᾳ κατεδικάζετο, καὶ αἰώραις δειναῖς καὶ βα-
σάνοις ἠτάζετο, ἔγκλημα φέρων τὸ μὴ χρημάτων θέλειν τὴν σω- C

7. τῷ P.

praesidiariis tempus opportunum duxit. ergo illam insiliens vi capit, et ibi repertos interficit. ipse autem immensis opibus ea clausis munitione potitus praedives inde est habitus: arcis quippe illius munimentis situ et arte validis ad quaesitae pecuniae custodiam usus, magnos sibi thesauros, unde belli ac principatus expediret sumptus, secure conditos ad manum habuit. harum magna pars calamitatum in Prusam redundavit sic nudatam possessione agri sui et intra murorum ambitum redactam, nullo deinceps commercio cum suburbanis villis et praediis, quae non parum amoena et ornata in territorio habuerat plurima. clades haec eadem Pegas afflixit, urbem maritimam. cum enim post barbarorum, quam dixi, victoriam cuncti pagorum incolae, qui effugere potuerant gladium hostilem, sub moenium et propugnaculorum eius oppidi cupide tutelam accurrissent, contigit illic constipari turbam ingentem inopis multitudinis, ex cuius illuvie ac fame corruptis corporibus cito lues exarsit, qua totae simul hominum centuriae cadebant. quorum in cumulum malorum supervenit indicta Pegensibus ab imperatore multa multorum millium nummum ob admissum ab illis intra urbem magnum ducem; quod ne facerent nominatim vetuerat Michaël Augustus iunior post suum inde reditum, metu ne et illi paterentur quae Cyzicenis accidissent, plane intolerabilia et omni atrocitate diriora. nam et res familiaris victusque domesticus miseris civibus auferebatur, et non modo mulieres aut nuptae aut puberis aetatis, sed crudae quoque virgunculae vix egressae infantiam libidine immani corrumpebantur. ac conscius quidem se habere quod daret, ultro largiens flagitantibus spoliabatur, lucro imputans quod rebus ereptis vivere sineretur: qui vero nihil se habere quantumvis vere affirmaret, suspectus mendacii poenis subiiciebatur acerbissimis, quoad condita videlicet promeret, suspensus, tractus, cruciabiliter tortus, ab exprobrantibus merito haec illum

τηρίαν πορίζεσθαι. πᾶσα δ' ἐκείνων περιουσία οὐ μᾶλλον τοῦ κεκτημένου ἢ τοῦ καταλαβόντος τῶν Ἀμογαβάρων ἐφαίνετο· οὕτω γὰρ ἰδιωνυμεῖτο τὸ ἔθνος, τῷ ἐξ Ἀβάρων, οἶμαι, κατάγεσθαι. οὐ μόνον δ' αὐτόχθονες ταῦτ' ἔπασχον, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν ἀνατολὴ πᾶσα Ῥωμαίων, ὅτι καὶ ὡς προσφυγίῳ χρησάμενοι τῷ ἐπιτειχίσματι πάντες ἐκεῖ κατέδραμον, καὶ καινή τις ἅλωσις ἦν παρὰ τῶν οἰκείων τοῖς ἀπ' ἐχθρῶν φεύγουσιν. ἐῶ σωμάτων ἀκρωτηριασμοὺς καὶ φόνους καὶ μιασμάτων φορυτὸν ἄλλως, οἷς οἱ ἀμύνειν ἐπιστάντες τοὺς ἀθλίους πυργηρουμένους ἐκ πάσης περιέβαλον ἀπηνείας. ὁ γὰρ σφᾶς ἄγων, τὸ μὲν προσθεραπεύειν θέλων ἐκείνους ὡς τὴν ἀρχὴν ἐκείνῳ πεπιστευκότας, τὸ δὲ δεδιὼς τὸν παρ' αὐτῶν κίνδυνον, εἰ αὐτοῦ ἱκανῶς τὰ κατὰ χρείαν εὐρόντος ὑστέρησαν ἐκεῖνοι τῶν ἠλπισμένων, οὐδ' ὁπωσοῦν ἀναστέλλειν εἶχεν, ἀλλ' ἐνεδίδου σφίσι τὰ κατὰ νοῦν πράττειν, καὶ ταῦθ' ἱκανουμένοις καὶ τοῖς ἐκ βασιλέως σιτηρεσίοις, κἂν οὐδὲν

9. ὑποστάντες?

pati, qui salutem nollet pecunia redimere. quo in toto nefario genere quaestus tam impudens licentia erat istorum Amogabarorum (sic proprie vocabatur ea gens, inde credo quod ex Abaris originem traheret) ut quadam velut iam usu parta raptoribus auctoritate praedandi, quidquid quisque quam optimo se putaret iure possidere, jd simul apparuerat, sibi quasi legitime quaesitum latro advena confidentissime arrogaret iusteque usurpasse videri vellet. nec indigenis haec solum aut natis Cynici fiebant, sed sine discrimine pariter cunctis qui e circum universis ditionis Romanae regionibus intra eam, ut est dictum, munitionem perfugii gratia sese receperant. praetereo mutilationes corporum ac caedes infandorumque omne genus colluviem scelerum, per quae, qui defensuri scilicet venerant, miserrimos immanitate furoris extrema undique oppressos obterebant. causa erat Amogabaris haec frequenter et palam agendi quod impune faciebant, magno duce, quem unum venerabantur, ipsis obnoxio partim grati animi sensu partim formidine: nam et ab aliis sponte se ipsi subiicientibus, qua eminebat, potestatem accepisse se meminerat; et si taedium illos sui cepisset, ne auferrent quod dederant, quin et de se peiora statuerent, metuebat. illam autem videbat et maxime obviam et vehementissimam eos contra se irritandi rationem, si plenus ipse et abundans congestis ab imperatore donativis intercedere ac cavillari auderet, quo minus sui milites sua sibi lucra iure iniuriave conficerent et quaecumque concupiverant auferrent. cuius ideo improbissimi quaestus plenissimam ipsis facultatem indulgebat, connivens ad omnia, et quidquid attentassent, ne minimo quidem nutu sibi minus probari declarare sustinens; ne dum ut coërcere increpareque auderet libere obsequendo pravis cupiditatibus in facinora passim erumpentes odiosissima, aut quoquo modo intercipere speratas ipsis quantumvis iniustas et cruentas praedas. quamquam erat sane cur li contenti esse iuberi recte possent, alimentis large ab imperatore suppeditatis tam longo iam tempore, quo toto nihil adhuc egissent, nihil etiamnum agerent, quo illa promeruisse viderentur. sed

ἔτι κατώρθουν οὐδ' ὅλως ἔπραττον. ἀλλ' ἀναληπτέον τὸν λόγον πρὸς τὸ εὐσύνοπτον.

Στρατηγὸς ἦν τῇδε Μαρούλης, καὶ μέγας ἄρχων ἐξ ἀξιώματος ἐκλείζετο. οὗτος τὰ μὲν πλεῖστα ἐκείνῳ προσεῖχε καὶ ἐθεράπευεν ὑποκείμενος (οὕτω γὰρ καὶ τὸ βασιλικὸν ἐβούλετο πρόσταγμα), τέως δ' οὖν καὶ τοὺς οἰκείους κακῶς παρ' ἐκείνων πάσχοντας κατῳκτίζετο, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ συνίστα καὶ περιέθαλπεν. ἦπτο γὰρ κἀκείνων τὸ κοινὸν ἐκεῖνο δεινόν, καὶ εἰς στρα- P 289
τιώτας τεταγμένους ἔτι καὶ ταῖς ἀληθείαις ἐμπειροπολέμους πέζοὺς καὶ ἀνόπλους καθίστων καὶ τῶν κατ' οἶκον ἐστέρουν ὡς εἴ τινας ἀγρότας καὶ μετανάστας, ἐνθρυπτόμενοι σφίσιν. οἱ δὲ τῷ τοῦ κρατοῦντος δέει καὶ τῷ ἐξ ἐμφυλίων πολέμων νομιζομένῳ κινδύνῳ ὑποστελλόμενοι, ὡς μή τι νεωτερισθείη τῶν ἀνηκέστων, τέως ἐκ βίας ὥρμων καὶ πολλάκις ἐσφάδαζον ἀμυνούμενοι. τέλος
τῶν ἐχθρῶν ἐγγὺς ἀγγελθέντων κατὰ τὸν τοῦ Γουλιέλμου πύργον, B

12. πολέμῳ P.

ut tota rei huius indignitas pressius sub unum quasi lectoris aspectum colligatur, resumam narrationem paulo superius.

Erat ibi tribunus quidam militaris, Marules nomine, vocabulo ipsi concessae dignitatis magnus archon dici solitus. hic totus erat in observando obsequiisque demerendo infimis Rontzerio: sic enim ipsum facere Augustus iusserat. tamen idem suos intimos familiares propriaeque cohortis milites a Rontzerianis iniuriis affectos miserabatur, consolans quin etiam et deliniens, ut mala in cunctos Cyzici degentes grassantia, ne ipsis quidem exceptis, utcumque privilegio saltem militiae immunes ab iis esse debuissent, ferrent patientius, neque ad ea vel repellenda vel ulciscenda uterentur armis quae publice ipsis tradita gestabant, prout erat pronum factu viris, quales hi erant, fortibus et re vera experientibus rei bellicae; quos tamen non vererentur insolentes advenae et quaestui et ludibrio tam petulanter habere, ut eos ipsorum qui equestria stipendia merebant, equis ademptis in ordinem peditum redigerent, armis praeterea, si collibuisset, spoliarent, nec a re ipsorum familiari supellectilique domestica abstinerent rapaces manus, denique omni ludibrii genere nihilo ipsos minori contumelia vexarent quam si viles rusticuli aut profugi exules essent. hos in tam difficili patientia ducis sui Marulis assidua monita tenebant, nullum finem facientis inculcandi quam iniquo animo auditurus imperator foret rixam quacumque causa inter Romanos et auxiliares copias contractam: quidvis igitur concoquendum potius iniuriae putarent, quam ad bellum civile descenderent, tali praesertim tempore capitale ac prorsus exitiale reipublicae futurum. nec tamen his semper poterat praeverti quin sub acri sensu contumeliae praesentis militares interdum animi vim et arma expedirent in vindictam aut in minas erumperent, incendio ex his scintillis, nisi statim cura ducis opprimeretur, in magnam perniciem inflammando. occurrit inter haec occasio facinoris militaris, certo indicio allato provectorum usque in vicinam hostium. hi ad turrim Gulielmi dictam, locum stativis Romanis proximum, accessisse fe-

οἱ μὲν ἅπαντόθεν συνάμα τῷ σφῶν στρατηγῷ τῷ Μαρούλῃ χωρεῖν οὐκ ἀπώκνουν ὁμόσε τοῖς πολεμίοις, οἱ δ' ἐλπισμὸν μὲν παρεῖχον φανῆναι καὶ συμμαχεῖν, ἀλλὰ τῶν συνήθων οὔμενουν οὐκ ἐλήθοντο· βραδέως γὰρ ἐζώννυντο, καὶ μόλις ἐκόσμουν τοὺς ἵππους, καὶ προμηθεῖς ἦσαν τοῦ ἀκινδύνου σφίσιν, ὡς φαίνεσθαι. καὶ τὸ βράδος ἐδίδου μεσούντων αὐτῶν τὴν ὁδὸν κατορθοῦν τοὺς προτέρους καὶ μόνους τὴν μάχην. ὡς δ' οἱ μὲν ὑστέρουν οἱ δὲ κατωρθωκότες ὑπέστρεφον, ἐνταῦθά τις εἶδε τὸ τῶν συμμάχων κακόηθες, καὶ ὅτι οὐχ ὡς φίλοις, ὡς εἰκὸς ἦν, ἀλλ' ὡς ἐχθροῖς τοῖς ἡμετέροις προσεφέροντο. συνίασι γὰρ ἐξ ὑποστροφῆς ἐκείνοις οἱ κατωρθωκότες, καὶ δέον ὀνειδίζειν σφίσι τὸ κατεβλακευμένον καὶ ἀμελές, οἱ δὲ καὶ δεινῶν ἐπειρῶντο, καὶ ὡς ἄλλοις πολεμίοις τοῖς ἰδίοις ἔγνωσαν προσβαλεῖν. ἦν δ' ἐκείνοις τὸ τῆς πείρας σοφόν, ὡς ἔδειξε, παρακερδαίνειν ἐκ τούτων τὰ λάφυρα. καὶ ὁ μὲν ὑπείκων διδοὺς τὸ ἐκ τοῦ πολέμου κέρδος ἐσώζετο· ὁ δ' ὀπωσοῦν ἀνθιστάμενος, οὐχ ἧττον φιλοκερδὴς ἢ φιλελεύθερος ὤν, εἰ ἀφαιρεθείη ἀνάνδρως τὸ νίκης σύμβολον οἰκείῳ αἵματι διακινδυνεύσας πρὸς τοὺς ἐχθρούς, οὗτος καιρίαν δεχόμενος ἀπηλλάττετο, τὸ πεσεῖν εὐκλεῶς τοῦ ἀκλεῶς στερηθῆναι τῶν ἐνάρων, ὡς εἰκός, ἀνθαιρούμενος.

Καὶ ταῦτ' ἦσαν σφίσι τὰ κατορθούμενα εἰς ἦρος ἐξ Ἀρκτούρου, ὅτε καί τινες ἐξ αὐτῶν, οὐκ ὀλίγη τις μοῖρα τῶν ὅλων, οὐκ ἔχοντες πλέον ἐκεῖ ποιεῖν ὧν πρὶν ἔπραξαν, τῶν αὐτοχθόνων

rebantur. pronuntiatur ergo totis castris in eos irruptio. Marules cum suis inter primos procinctus adstitit; frustraque diu expectato ut Rontzeriani, qui ad talia segnes occurrebant, expedirentur, dum illi tardi ac lenti solita in omnibus pravitate moras consulto nectunt, aegre molientes arma et equos adornantes, quo scilicet periculum incursus primi quovis potius alios quam ipsos attingeret, Maruliani occasione necessarie vocante strenue hostes invadunt, fusisque iis ac fugatis victores redeunt. revertentes via media Rontzerianos habent obvios, sero tandem expeditos. hi enimvero cum propriam culpare ignaviam deberent, indulgentes maligno livori de nostris conqueruntur, quod se non expectatis rem gessissent. nec procul aberant ab inferenda vi, nisi Marules spolia ipsis ex hoste relata sponte concedendo praelium civile sapienter praevertisset, suosque sic servasset, qui longe minori numero haud dubie opprimendi, si pugnaretur, fuerant. non defuit tamen e nostris quispiam tantae impatiens contumeliae, qui prius certus quidvis perpeti quam praemia victoriae periculo suo parta inertissimis latronibus ultro condonare, dum in eo generoso proposito perstat irrevocabilis, plagam accipit letalem, decoram necem turpi servituti praehabens.

Haec omnia fuere bellica facinora Rontzerianorum a vere ad Arcturum Cyzici cum tam largo stipendio desidentium, quando quidam eorum plenos se opibus rapto partis sentientes, nec sperantes posse plura ce-

φυγῇ χρησαμένων διὰ τὴν ἐξ ἐκείνων καιρικὴν ἄδειαν, ἱκανὸν ναυσὶ φόρτον νηήσαντες, καὶ μᾶλλον ἐκ σίτου καὶ τῶν ἐς τροφὴν ἀναγκαίων, κατὰ πόδας τῶν περὶ Τζιμῆν καὶ οὗτοι ἐξώρμων, ὀλίγα τῶν πρὸς τὸν μέγαν δοῦκα συνθεσιῶν φροντίσαντες. τῶν δ' ἄλλων ἀργούντων διὰ παντὸς χειμῶνος περὶ τὴν Κύζικον, πρόφασις ἦν αὐτοῖς τῆς ἀργίας τὸ τοῦ τριμήνου πληρωθέντος ἐφ' ᾧπερ ἔλαβον τοὺς μισθούς, μὴ καὶ αὖθις ἐξ ἑτοίμου πέμπεσθαι ῥόγας τῆς ἐς νέωτα ξυμμαχίας κατὰ τὰ σφᾶς συμφωνηθέντα πρὸς βασιλέως. διά τοι ταῦτα ἐρυθριῶν οἷον διὰ τὸ σφῶν ἄπρακτον ὃ αὐτῶν ἐξηγούμενος πρὸς βασιλέα ταχυναυτεῖ. καὶ τὰ μὲν ἐκείνων ὡς οἷόν τε ἐπειλύων, μόνα δὲ τὰ περὶ τῶν μισθῶν ἀνενέγκας καὶ δεηθείς, ἔτι δὲ καὶ Ἀλανοῖς ἱκανοῦσθαι θέλων ὡς ἀρεϊκοῖς τὰ ἐς πόλεμον (ἐῴκει γὰρ ἐκείνοις τῷ μηδὲ τοῖς ἰδίοις πιστεύοντι), τὰ μὲν ἐντεῦθεν λαβὼν τὰ δὲ καὶ ὁρισθεὶς ἐκ νήσων ἐκλέξαι, διὰ ταχέων ὑπέστρεφεν ὡς ἑτοίμως δεξόμενος καὶ ἵππους σταλέντας τοῖς Ἀλανοῖς, ὡς ἐζήτητο. γέγονε ταῦτα. καὶ ὁ μὲν δι' ὅλης τῆς τεσσαρακοστῆς πεῖραν διδοὺς καὶ λαμβάνων ἐπὶ τῷ παραμένειν καὶ προθυμεῖσθαι τὸν τὴν ῥόγαν P 290

nulare, quod omnes iam Cyzici degentes exhauserant et non paucos ex ipsis indigenis fugere nudos e domibus exinanitis ad quaerendum alibi victum miserum compulerant, raptim congestis in naves obviis cum praedis caeteris, tum frumento quantum potuere e privatis apothecis et publicis rapere, solventes sunt secuti Tzimae milites, quos ante abiisse indidem diximus, parum curantes promissa quibus se magno duci obstrinxerant, sacramento huic fidae ac perseverantis militiae dicto. alii qui aestate illic ignave ac crudeliter transacta etiam hiemem insequentem ibidem perdurare parati videbantur, quaestuosa scilicet ratione in eam obfirmabantur constantiam. expectabant enim dum aliud adhuc trimestre spatium transiret, post quod promissa ipsis ab imperatore stipendia numeranda erant. tam otiosae ac flagitiosae militiae pudorem ne ipse quidem non concipiens aliquem dux magnus ad imperatorem solicitus accurrit, paratis ad eam purgandam vel excusandam argumentis. et faciles ille quidem aures principis reperiens causam obtinuit difficilem, et feliciter disertus etiam novas pecunias impetravit in mercedes Alanorum, quorum praedicanda fortitudine et tali tempore necessitate optimi, ut aiebat, generis militum (horum hac arte sibi studia conciliatum ibat, propriis iam diffidens copiis, quarum erat conscius contumaciae, et a quibus magna iam ex parte iniussu abeuntibus destitutus fuerat) evicit ut summa sibi non modica statim ab Augusto ad Alanorum stipendia consignaretur, expedirenturque mandata repraesentandae mox alterius permagnae ex assignatis et ei ad hoc addictis vectigalibus insularum. quibus e sententia Rontzerius confectis veleciter rediit Cyzicum, occursurus illic ad diem dictam, qua die promissos ab Augusto equos, quos Alanis distribueret, acceptarus erat, prout petierat. praestita ista cunota cum fide sunt; et istra dies quadragiata praefinitos collationi pecuniae ex insulis et praebitioni equorum cunctis rite, prout promissum fuerat, acceptis, accinxit se

λαβόντα, οὕτω διένεμε τὰ τοῦ μισθοῦ χρήματα. καὶ τοῖς μὲν Ἰταλοῖς διούγγια χρυσοῦ καὶ τριούγγια μηνὸς ἑκάστου ἐπλήρου, Ἀλανοὺς δ' ἕκαστον τρισὶ καὶ μόνοις τοῦ μηνὸς ἐνικάνου νομί-
C σμασι, πρὸς τῷ καὶ ἵππους τισὶ δοθῆναι οὓς ἀπεξεδέχετο κατὰ τὰ συνθήματα. ὃ δὴ καὶ μέγαν μεταξὺ τούτων ἀνήγειρε κυδοι- 5
μὸν ἐκ φιλαυτίας ἀναρριπισθέντα, ὡς μετ' ὀλίγον ῥηθήσεται. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἔξαρχον τῶν καθ' αὑτὸν καταστήσας νεῶν οὐσῶν ὡσεὶ δώδεκα, ὧν ἀμηραλὴν ἡ ἐκείνων διάλεκτος ἔξυμινεῖ, ὁρισμῷ πρὸς τοῦτο καὶ τοῦ κρατοῦντος, στόλον ἐξαρτύσας ἐξ Ἰταλῶν, ἅμα παλλακαῖς αὐτῶν καὶ παντοδαποῖς πραγμάτων εἴδεσιν ἐκ τῆς 10
D χώρας, ὧν ἕκαστος ἐγκρατὴς ἦν καὶ ὧν ἐξ αὐτῆς λαβεῖν ηὐπόρησεν, ἀνὰ τὰς νήσους ἐκπέμπει, σύνθημα δοὺς ἐκείνοις τὴν σφετέραν αὐτοῦ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἄφιξιν, τοῦ καὶ σφᾶς ἅμα προσσχεῖν Ἀναίᾳ καὶ τοῖς ἐκεῖ μέρεσι συμμαχήσοντας. τῶν δ' ὑπο- 15
λειφθέντων ἀπεπειρᾶτο ἐς ὃ καὶ κινήσειεν ἐκ Κυζίκου τέως δυσα-
παλλάκτως διὰ τὴν ἐκεῖ βλακείαν τῆς χώρας ἔχοντας. καὶ ὁ μὲν ταῦτα, βασιλεὺς δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀκούειν τἀκείνοις πεπραγμένα
E θέλησιν παραιτούμενος ὡς οὐδὲν ὑγιὲς ἔχοντα, μόνην δ' ὀργὴν θεοῦ τῶν ἁπάντων ἐκείνων ἐπαιτιώμενος, εἶχε μὲν καὶ τὸν τότε

dux magnus ad solutionem stipendiorum. ac suis quidem Italis partim duas, partim tres auri uncias in menstruam viritim mercedem distribuit, Alanos vero trium dumtaxat nummorum in menses singulos largitiuncula parce ac tenuiter aspersit, equis insuper additis e suppeditata eius generis ab Augusto copia. qua inaequalitate mercedis atrocem in se concitavit Alanicae gentis invidiam, palam fremente unoquoque istorum tam vili taxari suas operas, interim dum aliis nihilo laboriosioris tanto uberiora procederent auctoramenta militiae; quae offensio quorsum tandem eruperit, paulo post dicetur. interea dux magnus navibus, quas habebat ad manum numero duodecim, ducem praeposuit unum e suis, qualem magistratum ameralem vocare sua isti lingua consueverunt; imposuitque in eas ex Italicis plurimos copiis, magno quemque congestarum ex urbe aut agro praedarum omnis generis cumulo instructum, nec non suis singulos sequentibus concubinis, memorabilibus sarcinis navalis belli. classem sic ornatam obire primum insulas iussit, sui quoque ipsius in Asiam traiectus certam fidem dans, atque adeo iam nunc condicens mutuum sui et ipsorum occursum apud Anaeam, simul illos in eum locum contigisset appellere. reliquas suorum Cyzici diversantes copias inde amovere alioque ut se conferrent persuadere conabatur, aegerrime id audientibus et e tam molli quaestuosoque hospitio migrationem infortunii loco habentibus maximi. in his sic administrandis magnus dux versabatur. imperator autem nihil minus patiebatur aut volebat quam audire a vera narrantibus quid isti externi milites aut tanto hactenus tempore tot absumptis stipendiis aut nunc maxime agerent, ea cognoscere refugiens quae afferrent instillem immedicabilia dolorem, solum agnoscens et obnoxie reputans dei iudicium rebus Romanis inexorabiliter irati. habebat et patriarcham paris

πατριαρχοῦντα συχναῖς παννυχίσι καὶ λιτανείαις, ὧν οὐδ' αὐτὸς βασιλεὺς πολλάκις ἀπελιμπάνετο, αὐταῖς ἰδίαις εὐχαῖς καὶ κανόσι τὰ τῆς πρὸς θεὸν ἱκεσίας καὶ παρὰ δύναμιν ἐξανύοντα τῷ ἤδη θαρρεῖν ἔξανύτειν χρηστόν τι ἐντεῦθεν. ὅμως δὲ τὸ πᾶν ἐπ' ἐ-
5κείνοις σαλεύων ἦν καὶ μόνοις, ὡς αὐτίκα εἰ κινηθεῖεν πράξειεν. ἥκουε γὰρ καὶ περὶ Φιλαδελφείας τὰ πάνδεινα, καὶ ὡς Ἀλισύρας P 291 σὺν Καρμανοῖς περιστὰς τὴν πόλιν, τὰ περὶ αὐτὴν πρότερον χειρωσάμενος φρούρια, λιμῷ καὶ ἐνδείᾳ τῶν ἀναγκαίων ἐν ἐλπισμοῖς ἐστὶ παραστήσασθαι· ὁ γὰρ λιμὸς ἤπειγε, καὶ ὄνου μὲν κεφαλὴ
10τόσων σίκλων ἐξωνουμένη ἠκούετο, αἷμα δὲ σφαγῆς προβάτου καὶ χοίρου εἰς χρυσοῦν τιμώμενον νόμισμα, πρὸς μικρὰν ἐνδείας παραμυθίαν ἀρκέσον τοῖς ληψομένοις. διὰ ταῦτα καὶ τῆς μεγάλης ἑβδομάδος καταλαβούσης, Κρονίου μηνὸς λήγοντος, τὴν ἰδίαν αὐταδέλφην τὴν τοῦ Ἀσὰν Εἰρήνην ὡς πενθερὰν πλῷ χρη- B
15σομένην Κυζίκωσε ἀπολύει, οὐδενὸς χάριν ἄλλου ἢ τοῦ τὸν γαμβρὸν ἐκμειλιξαμένην ὁρμῆσαι· εἶναι γὰρ καὶ τὸν καιρὸν εἰς ἐκστρατείαν εὔθετον, ἀκμὴν δὲ ἀλλὰ καὶ στρατιωτικὸν ἐξ ὑπογύου λαβόντας ἔχειν τὰς ῥώγας καὶ ἐντελομίσθους εἶναι. ὡς γοῦν μεθ'

16. ἐκμειλιξομένην? 17. καὶ] καὶ τὸ?

secum curae participem et enixe satagentem placare supplicationibus divinum numen; ingressique ambo fiduciam videbantur aliquid talium officiorum perseverantia proficiendi. unde litaniis continuandis noctes impendente totas patriarcha cum suis, ipse plerumque aderat una pervigilans Augustus, sic demum se impetraturum successum aliquem prosperum et divinam expugnaturum misericordiam autumans, si etiam supra vires in ea religione contenderet. summa porro rei tunc Romanae in his magni ducis copiis universa residebat: ex harum fiducia suspensas trahebat imperator spes rationesque salutis publicae: illas, simul se commovissent, ingens facturas operae pretium opinabatur. audiens autem quae dira miseraque ab Philadelphia nuntiabantur, quam urbem Alisyras cum Carmanis arta obsidione cinxerat, expugnatisque ac subactis variis arcibus, quarum ope antea opportunis circum sitarum locis Philadelphienses liberum cum exteris commercium ad necessariam annonae importationem sibi servaverant, ad tantam eos iam victus inopiam redegerat, ut caput illic asini nescio quot siclis venisse diceretur, certa vero mensura sanguinis ovis aut porci aureo nummo aestimaretur et libenter emeretur a bene commutatum tanta impensa ducentibus vel breve ac miserum solatium famis extremae. isti sic laboranti civitati promptum allaturas auxilium Rontzerianas copias sibi blandiens autumabat imperator. idque ut urgeret, coepta iam hebdomada maiore sub finem Martii propriam germanam Irenen, Asanis viduam, nave celeri Cyzicum miserat, ut qua socrus apud generum ducem magnum valere auctoritate credebatur, eum perpelleret ad tam necessariam urbi tali extreme periclitanti expeditionem sine mora capessendam, commemorando et tempestatem esse profectioni aptam et numerata cumulate stipendia omnesque recusationis ac dilationis amotas

ἡμέρας ἐπέστη, ἐκείνη μὲν οὐδὲν ἦν τῶν ἐς ἐξόρμησιν συντεινόντων ὅπερ οὐκ ἔλεγέ τε καὶ ἔπραττε, Ἰταλοὶ δὲ καὶ αὖθις ἐν ὑπερημερίαις τρίβειν θέλοντες τὸν καιρὸν μάχας ἐμφυλίους ἐκ πολλῆς
C τῆς ὑπερηφανίας καθίστων, καὶ πρὸς Ἀλανοὺς εἰς διενέξεις ἀκαίρους ἐχώρουν. παρώτρυνε γὰρ ὁ ζῆλος καὶ Ἀλανούς, ὅτ' ἐκείνων τριουγγίοις καὶ διουγγίοις μηνὸς ἑκάστου ἱκανουμένων αὐτοὶ ἐν ὀλίγῳ τινὶ ἐμισθοῦντο καὶ τῶν ἀπερριμμένων παρ' ἐκείνοις ἐδόκουν. καὶ πρὸς ταῦτα διαφοραῖς τισὶ καὶ ἀπεχθείαις τὰς γνώμας ἐκείνων ἠλλοτριοῦντο. ὡς γοῦν ἔτυχον μέν τινες τῶν Ἀλανῶν ἀλήθοντες κατὰ μύλωνα, ἔτυχον δὲ κἀκ τῶν Ἀμογαβάρων ἐξ
D ἀλαστορίας ὄντι ῥητῆς τῇ ἀλετρίδι ἐπιχειροῦντες, ἐπέβαλον δὲ τὰς χεῖρας καὶ τοῖς ἀλεύροις, ἔρις ἐντεῦθεν καὶ φιλονεικία διὰ λόγων τέως συνίσταται, καὶ Ἀλανός τις, ὡς λέγεται, πρὸς ἐκείνους ἠπείλει ταῦτα σφᾶς ὅσον οὐκ ἤδη καὶ τὸν μέγαν διαθεῖναι δοῦκα ἅττα καὶ τὸν μέγαν δομέστικον ἔδρασαν. τοῦτο ῥηθὲν εἰ-
καίως οὐκ ἔλαθε, καὶ ἡ ὑποψία τοῦ λόγου δεινὴν ἐνέτεινε μῆνιν, καὶ ὡς ἤδη παθὼν ἀκούσας ἐκεῖνος ἠμύνετο. ἐμπίπτουσι τοίνυν
E νυκτὸς Ἀλανοῖς ὀλίγοις πολλοὶ καὶ εὐτρεπεῖς ἀνεσόμιοις. οἳ δὴ καὶ ἐξ αὐτῆς τὴν μάχην ἀναρριπίσαντες, πεφραγμένοι πελταῖς, τῷ καθ' αὑτοὺς ἀσφαλεῖ πίσυνοι, οἱ μὲν κατὰ θύρας τῶν οἰκιῶν,

causas. appulsa illuc post dies aliquot matrona nihil omisit illa quidem artis ac contentionis in suadendo quod res poscebat et cupiebat imperator: verum Itali rursus quaerentes praetextus haerendi grato ipsis loco rixas cum Alanis serebant, irritantes ipsos contemptu et contumeliis, idque intempestive sane agentes ut bello civili vires absumerent nequidquam adversus hostem comparatas. erant porro Alani praeter caeteram impatientiam iniuriarum innatam armatae genti etiam efferati iam livore adversus Italos ob iniquum discrimen quo ipsis fuerant in stipendiorum distributione posthabiti. obversabantur enim illorum animis illae auri duae tresve unciae menstruae mercedis cumulatae in Italos, dum ipsis tanto minor fuerat pensio taxata. ea pleni rabie longe scilicet acrius sentiebant, quae in omni occursu Latinorum ludibria ab iis et superciliosa despectus signa experiebantur. tali rerum articulo contigit Alanos quospiam deferre frumentum ad moletrinam quandam et molere; in quo dum sunt, superveniunt Amogabarorum aliqui, et consueta superbia molae usum sibi vindicant, quin et farinae Alanorum insolentissime manus iniiciunt. iurgium hinc primo verbis commissum. quo procedente auditae Alanorum minae sunt, facturos se brevi magno duci idem quod magno domestico fecissent. excepta et vulgata ea vox magnas suspiciones, magna odia commovit. magnus praecipue dux, tamquam iam quod intentabatur sentire coepisset malum, ira et ulciscendi desiderio flagrabat. ergo nocturna in Alanos meditato comparata facta impressio est Amogabarorum, qua in paucos plurimi, in imparatos otiose instructi, denique muniti peltis et caetera cataphracti armatura, securique telorum, quorum quantacumque vi interquendorum innoxiam sibi fore aciem credebant, perrum-

οἱ δὲ καὶ ἀποστεγοῦντες τοὺς οἴκους, στερρῶς κατηκόντιζον Ἀλανῶν. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ τῷ ἀναγκαίῳ ἑαυτοὺς ἀρτύναντες ὑφιστάμενοι ἐτοξάζοντο, καὶ ἔπιπτον ἑκατέρωθεν. ἀλλ' Ἰταλοὶ περιῆσαν, καί ὁ τοῦ τῶν Ἀλανῶν ἡγουμένου Γεωργοῦς παῖς, ἀνὴρ μεγιστὰν καὶ τὰς μάχας ἀρεϊκός, σὺν πολλοῖς ἄλλοις πίπτει κατασυντισθείς. καὶ τότε πολλοὶ μὲν τρωθέντες πολλοὶ δὲ καὶ πεσόντες, καὶ ἄκοντες ἁλώοντο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ καὶ αὖθις καρτερὰ συνίσταται μάχη, τῶν μὲν ὑπερηφανούντων, Ἀλανῶν δ' οὐκ ἀνεκτῶς ἐχόντων τὸν τοῦ πεσόντος οἰκτιστον θάνατον. καὶ τότ' ἀμυνομένοις τοῖς Ἀλανοῖς εἰς τριακοσίους πεσεῖν ὑπῆρξεν, ὡς λέγεται. καὶ ταῦτ' ἐπράττετο Βοηδρομιῶνος ἐνάτῃ, ὅτε οὐδ' αὐτὸς μέγας δοὺξ οἷός τ' ἦν ἀμωσγέπως μεταξὺ τῶν μαχομένων φαινόμενος ἀναστέλλειν τὸν πόλεμον. ὅμως ῥαΐσαντος τοῦ κακοῦ, πολλῶν καὶ περὶ αὐτοῖς δεδοικότων τῶν ἐγχωρίων, τοῦ Γεωργοῦς μεθ' ἡμέρας ἐπιστάντος ἐπὶ διαπεπραγμένοις τοῖς Ἀλανοῖς πολὺς ἦν ὁ τῶν Ἰταλῶν ἡγούμενος δώροις ἐκμειλίσσων τὸν βάρβαρον, εἰ κἀκεῖνος υἱοῦ ποινὴν κατατεθνειῶτος οὕτως ἀκόσμως οὐκ ἤθελε δίχεσθαι, ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν κότον εἶχεν ὄφρα τελέσσοι. ἐπίσιη Πυανεπιῶν, κἀκείνους μὲν ἡ Ἀχυράους εἶχε ποσουμένους εἰς χιλιάδας, ὧν τὸ Ἰταλικὸν ἓξ ἦσαν, ἦσαν δὲ καὶ τὸ περιλει- P 292 B C

pere aggrediuntur ostia domorum in quibus Alani diversabantur. hi malo nec opinantes perculsi subito defensionem, prout per tempus licet, expediunt; tegulisque delectis e culminibus aedium, et aliis quae fors obtulit, ex adverso iaculantur. volant utrimque tela, nonnullis hinc atque inde cadentibus. Itali denique superiores evaserunt, filio supremi Alanorum ducis, Georgi vocati, iuvene in illa gente inter praestantissimos habito et bellicis inclyto facinoribus, sagitta icto, ex qua mori eum contigit. quare multis quoque aliis e sua parte vulneratis, nec pauciorbus occisis, Alani tunc succumbentes sunt cedere coacti. postridie redintegrata infestis utrinque animis pugna est, insultationes Italorum superbissimas ferre non valentibus Alanis, praesertim irritatis caede recenti nobilissimi gentis ipsorum adolescentis. itaque illo aestu irae ruentes circiter trecentos Italorum tunc dicuntur peremisse. fuit dies qua haec acta sunt, nona mensis Aprilis, quando neque ipse magnus dux inter pugnantes apparens, cessareque ab armis omnes iubens, satis auctoritatis habuit ad certamen dirimendum. tamen composito aut saltem sopito paulo post utcumque discidio, frementem adhuc patrem et fratri sui Alanorumque reliquorum caedem se luculentius ultorum minantem quotidie Georgium multis frustra et verborum blanditiis et donis delinire sibique reconciliare dux Italorum conabatur. ille quippe inflexibilis ad omnia pernotabat obnixus in proposito haud inultam sinendi tam indignam ingloriamque necem longe carissimi sibi filii. servavitque istam rabiem penitus animo conditam, quoad in actum tandem erumperet tragicum, suo loco referendum. super haec advenit mensis Maius, et noster exercitus Achiraum tenuit aliquot Eominum millibus constans. Italici generis millia sex numerabantur. his accede-

φθὲν Ἀλανῶν πλῆθος ὡς εἰς χιλίους. τὸ δὲ λοιπὸν Ῥωμαϊκὸν ἦν ὑπὸ τὸν μέγαν ἄρχοντα τὸν Μαρούλην. ὧν ἁπάντων ὁ μέγας δοὺξ ἐξηγεῖτο, αὐτὸς καθιστὰς τοὺς μισθούς, αὐτὸς παρέχων, καὶ τρόπον αὐτοκράτορος στρατηγοῦ ἄγων καὶ φέρων ὅπῃ καὶ βούλοιτο.

P 294 22. Τὸν δὲ φυλακίτην πορφυρογέννητον ἡ τοῦ μηνὸς πέμπτη νεκρὸν καθορᾷ. τὸ γὰρ τῆς κυνάγχης πάθος πάντα μᾶλλον ἐκεῖνον ἢ περιεσόμενον ἀπειργάζετο. ὃ γνωσθὲν βασιλεῖ, σπουδὴ ἦν κατὰ τὸ εἰκὸς πρότερον ἢ ἀπελθεῖν ἑτοιμασθῆναι. καὶ πέμψας (οὐδὲ γὰρ ἠξίου προσιδεῖν διὰ τὴν καθοσίωσιν) τὰ καθ' αὐτὸν προσέταττεν οἰκονομεῖν ὡς βούλεται. κἀ-
B πειδὴ οὐδὲν ἦν ἄλλο οἱ προύργου περὶ οὗ διασκέψαιτο ἢ τὸ ἑτοιμασθῆναι καὶ μὴ ταραχθῆναι, ἀναχαλεῖται μὲν πατριάρχην, ἀνατίθησι δέ οἱ τοὺς λογισμούς. καὶ τέλος παρ' αὐτοῦ ἀποκείρεται καὶ Ἀθανάσιος ὀνομάζεται, πάντ' ἐκεῖνα τὰ πρώην μηδὲ λογισμοῖς ἐπιτρέψας, ὥστε καὶ περὶ τοῦ σφετέρου υἱοῦ ἐρωτώμενος, βασιλέως πέμποντος, εἴ τι καὶ περὶ ἐκείνου βούλοιτο, προσθέντος καὶ τοῦ ἀνεψιοῦ, ἐκεῖνον βαρέως ἀπολογήσασθαι
C μήτ' αὐτὸν ἔχειν υἱὸν μήτ' ἐκεῖνον ἀνεψιόν, καὶ οὕτως αὐτῆς ὥρας ἐφησυχάσαντα τῇ ὑστεραίᾳ ἀποθανεῖν. ἡ δ' ἐκφορὰ τοῖ

bant Alani residui admodum mille. reliquum explebant copiae Romanae sub magno archonte Marule. his pariter omnibus praerat dux magnus summa et plena potestate, stipendia singulis ipse constituens, idem praebens, denique more imperatoris absolute exercitum regentis ducens universos ferensque quo et qua libebat.

22. At Porphyrogenitum, veterem iam carceris hospitem, quinta dies mensis eiusdem vidit mortuum: nam eum anginae morbus quidvis potius quam superstitem effecit. cognito imperator fratris periculo studium adhibuit ad procurandum ut mature ad mortem instantem rite ac pie obeundam praepararetur, missisque ad illum ea de causa certis hominibus (nam eum ipse videre ob condemnationem noluit) praescripsit quid et quatenus in eo genere administrari ab iis vellet. quoniam autem Constantinus Porphyrogenitus quo statu erat, privatus libertate ac multatus bonis, nihil aliud de quo deliberare operae pretium esset habebat quam praeparare animam ad transitum efficereque ut intrepide morti occurreret, patriarchae accersito se permisit totum, quidquid iuberet paratus exequi; a quo denique in monachum attonsus et Athanasius nominatus est. veteris suae fortunae rerumque transactarum ne prima quidem cogitatione tenus recordari prae se tulit, adeo ut de proprio filio rogatus nomine imperatoris, ut diceret si quid vellet statuere, cum missus ad hoc recitasset Andronici Augusti verba, iuvenem, de quo agebatur, Constantino genitum, suum ex fratre nepotem appellantis, graviter responderit "nec ego filium habeo, nec nepotem ille." quo dicto statim in quietem compositus postridie decessit. elatio cadaveris apparatu funebri

νεκροῦ καὶ λίαν μεγαλοπρεπῶς ἡτοιμάζετο. κελεύει γὰρ βασιλεύς, καὶ πλεῖστον ὅσον ἐξ ἱερατικοῦ καὶ μοναχικοῦ τάγματος, ἡγουμένου καὶ πατριάρχου σὺν ἀρχιερεῦσι καὶ κλήρῳ παντί, συναθροίζεται. καὶ ὑπὸ δαψιλέσι φωσὶ καὶ λαμπάσι καὶ ψαλμῳδίαις μεσαζούσης ἡμέρας τῇ τοῦ Λίψη μονῇ παραπέμπεται, καὶ οὕτω λαμπρῶς καὶ πολυτελῶς, μόνον δὴ φέρων εἰς μνήμην τὴν εἰς Χριστὸν δουλείαν καὶ ψιλὸν ὄνομα, κατὰ τοὺς πολλοὺς τοῖς ἐξωτάτω σορίοις ἐνταφιάζεται. καὶ ὁ μὲν τῇδε καταλύει τὸν βίον, εἱρκτῆς πολυετοῦς τὸν τάφον ἀνταλλαξάμενος, ὡς καὶ πρὸ τοῦ χρόνοις τέσσαρσιν ὁ σὺν αὐτῷ κατακριθεὶς Στρατηγόπουλος. D

23. Τὰ δὲ περὶ τὸν μέγαν δοῦκα στρατεύματα ἐν πολλῷ τῷ κατὰ σφᾶς θάρρει προσβάλλει τῇ Γέρμῃ, ὑπ' ἐλπισμοῖς ἀραρόσι τοῦ πλῆθος Περσῶν τῇδε καταλαβεῖν καὶ τὰ τῆς ἀνδρείας ἐνδείξασθαι. οἱ δ' ἐκ τῆς φήμης κατασεισθέντες καὶ μόνης, ὡς ἔδειξαν, ἀκόσμῳ φυγῇ καὶ ἀγενεῖ δρασμῷ ἀφέντες τὸ φρούριον ἀπεδίδρασκον. οἱ δὲ κατόπιν ἐπιστάντες, ὡς εἶχον, τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἐξικανοῦντο. πλὴν εἰ χρὴ πιστεύειν, καί τισι δι' ἀγχόνης μόρον κατὰ τὸν τρόπον τῶν Ἰταλῶν ἐπῆξεν ὁ ἀφηγούμενος, οὐ παρ' ἄλλο τι ἢ τὸ θέλειν ἐκείνους περιποιεῖν σφέτερα. P 295 B

14. πλήθους P.

quam splendidissimo celebrata est: iusserat enim imperator ei ceremoniae adesse quantum fere in urbe reperiri tunc contigit hominum sacri et monastici ordinis, ducente pompam patriarcha ipso cum episcopis et clero universo congregato. ab his longa funalium et lampadum ardentium serie, personantibus late-viis psalmorum cantu, media die ad Lipsae monasterium deportatus est mortuus. eatenus splendor ac sumptus regius funeris processit. de caetero pro omni monumento ipsi fuit professio in morbo ultimo suscepta servitutis Christi et monasticum tunc adscitum nomen: quippe vulgaribus extra urbem tumulis, nihilo speciosius quam privatus e plebe quispiam, est conditus. hunc ille vitae finem est nactus, multorum annorum carcerem sepulcro commutans, prout item fecerat quatuor prius annis damnatus cum eo Strategopulus.

23. At magni ducis exercitus ingentem sui fiduciam et audaciam ostentans Germae se admovet, eo provectus spe certa deprehendendae illic multitudinis Persarum et strenue contra illos rem gerendi. verum Persae unico, ut apparuit, famae hostium incursum nuntiantis indicio consternati, fuga incomposita cursuque degeneri deserta munitione diffugerunt. quorum Itali fugientium dorsis instantes multa sunt relictorum ab iis spoliorum praeda ditati. caeterum, si credere oportet, laqueo de more Italorum necem quibusdam eorum ductor intulit, non alia de causa quam quod res suas in praeda Persica agnitas resumere illi ac sibi vindicare voluissent. sed quidquid sit de causa facti, de facto quidem satis con-

ὁ δὲ εἴτ' ἀμυνόμενος αὐτόθεν εἴτε μὴν καὶ τοὺς λοιποὺς δεδιττόμενος, καὶ ὑπὸ τοὺς δώδεκα, ὡς ἐλέγετο, ἀπηγχόνισεν, ὅπου γε καὶ αὐτὸν τὸν σφῶν ἡγούμενον, ἄνδρα ἀρεϊκὸν ἐκ Βουλγάρων καὶ μέγαν ἐξ ἀξιωμάτων τζαούσιον τὸν Χρανίσθλαβον, ὃν ἐκ τοῦ κατὰ τὸν Λαχανᾶν πολέμου ἐπὶ Μιχαὴλ τοῦ βασιλέως ἁλόντα καὶ δεσμοῖς ἐφ' εἱρκτῆς συνισχημένον πολλοῖς ὕστερον χρόνοις βασιλεὺς τῆς εἱρκτῆς ἐκβαλὼν καὶ τιμήσας τῷ ἀξιώματι τοῖς ἐκεῖ μέρεσιν ἐπὶ χρόνοις ἀρχηγὸν εἶχε, καὶ αὐτὸν γοῦν τοῦτον, ὡς λέγεται, ἐξ ἑτοίμου τῇ μαχαίρᾳ τρώσας τοῖς ἀπαγχονίσουσι παρέδιδον. κἂν καὶ τοῦτ' ἐγεγόνει, εἰ μή γε πολλοὶ καὶ πρὸς ἐκτελίαν ἀξιόχρεῳ ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ὀλίγα προτείνοντες δίκαια ἐξηρήσαντο. κἀντεῦθεν Χλιαρὰ διελθὼν καὶ τἆλλα τὴν ἐπὶ Φιλαδελφείας ἔσπευδεν ἰσχάτως, ὡς ἐρρέθη, κινδυνεύουσαν. κἀπειδὴ ἡλίσκετο μὲν Τρίπολις πρὸ καιροῦ, τὰ δὲ πέριξ φρούρια ἐξ ὁμολογίας διὰ τὴν ἀνάγκην Πέρσαις ὑπέκειντο, ἦσαν δ' οὗτοι οἱ περὶ τὸν Ἀλισύραν Καρμανοὶ τὰ κράτιστα τῶν Περσῶν, πέμψαντες οἱ ἐν τοῖς φρουρίοις κατὰ τὴν περὶ τὸν Ἄὔλακα διατρίβοντι ἀναγγέλλουσι μὲν τὴν βίαν, προσλιπαροῦσι δ' ἐκμένειν ἀντιπροσχωρήσουσιν ἐξ ἑτοίμου, ἤν που φανείη, Ῥωμαίοις γε

stat testimonio multorum, homines videlicet circiter duodecim iussu ducis magni, sive ulciscentis peccatum quodpiam, sive praecaventis in futurum et terrore praemunientis suos ne peccarent, strangulatos tunc suspendio fuisse, quando et ipsum ducem istius cohortis, ex qua isti erant, virum inclytum virtute militari, ortu Bulgarum, cui fuerat dignitas collata magni tzaŭsii, Chrasisthlabum nomine, quem bello contra Lachanam Michaël Augustus senior olim captum diuque in carcere constrictum vinculis detentum, longo post tempore Andronicus imperator emissum custodia et eo quam dixi ornatum dignitate, illis diu in partibus militiae ducem habuit, et hunc, inquam, ut dicitur, dux magnus irae impetu primo a se vulneratum gladio carnificibus laqueo suffocandum tradidit, finissetque is haud dubie vitam suspendio, nisi multi certatim accurrentes et precibus infinis et rationibus ideneis, meritisque ipsius ac defensionis argumentis allegandis plurimis, aegre tandem Rontzerium avertissent a proposito talis viri leto informi enecandi. porro hinc dux idem magnus Chliara et loca eius vine caetera pertransiens, ducere festinato copias instituit recta Philadelphiam versus, extreme, ut dictum est, periclitantem. quoniam autem contigerat aliquanto ante capi Tripolim, arces quae circa illam urbem erant necessario pace cum Persis quibusdam conditionibus facta subiectae ipsis quodammodo erant, citra tamen admissionem praesidii Persici seu potius Carmanici: nam hi cum quibus ista pepigerant Carmani erant, praecipui et fortissimi Persarum, Alisyrae parentes duci. verum tali coactarum subiacere servituti arcium incolae, audito adventare magnum ducem, cum iam circum Aulaeem castris positis morantem legatione missa communiter rogarunt ut sibi ad rebellandum paratis admoto propius exercitu adesset: sese enim, siuul tuto id possent facere, pacta, quibus se summa vi adacti et cedentes tempori contra voluntatem obstrinxerant barbaris, rescissuros, et sicut

οὖσι καὶ τῇ τοῦ καιροῦ βίᾳ εἴξασιν. ὁ δὲ δέχεταί τε τὴν ἱκετείαν καὶ ἀμύνειν κατεπαγγέλλεται. οὐ μὴν δ᾽ ἀλλὰ καὶ ἐντεῦθεν θάρρος λαβὼν οὐκ ὀλίγιστον πρὸς συμπλοκὰς κατὰ Περσῶν ἡτοιμάζετο. πλὴν δ᾽ ἀλλ᾽ οὐδὲ Πέρσαις ἀνήκουστα τἀκείνου κατέστη, P 296
5 ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ μαθόντες προσητοιμάζοντο. καί που περὶ τὸν Ἄυλακα συνελθόντες οὐκ ἄξια μὲν τοῦ πλήθους οὐδέ γε τῆς παρασκευῆς ἑκατέρων ἀλλήλους ἔδρασαν, λέγεται δ᾽ ὅμως τρωθέντος αὐτίκα τοῦ Ἀλισύρου καὶ εἰς φυγὴν διὰ ταῦτα βλέψαντος Πέρσας μὲν μετ᾽ εὐκοσμίας καὶ κατὰ τρόπον ἀναχωρεῖν, τοῖς δὲ
10 κατὰ τὸν μέγαν δοῦκα συναχθεῖσι κατὰ φρήτρας τριχῇ οὐκ ἦν ἀτάκτως μέγα πᾶσι διώκειν. ἕκαστοι δ᾽ ὁρῶντες ἀλλήλους εἰ B προπηδήσειαν, ὅμως τῷ ὑπὸ τῶν συνήθων ἐνέδρων Περσικῶν φόβῳ (μηδὲ γὰρ εἶναι Πέρσας ὄντας ἐκλαθέσθαι τῆς μηχανῆς) ἐπεχόμενοι ὑφειμένως ἐνέπιπτον καὶ βάλλοντες κατηκίζοντο, ὥστε
15 καὶ Πέρσας οὐκ ὀλίγους πεσεῖν. τέως δ᾽ ἐντεῦθεν ἀναχωρησάντων Περσῶν Φιλαδελφεῦσι τῶν κακῶν ἄμπνευσις γίνεται, καὶ λιμῷ κινδυνεύοντες σιταρκοῦνται, καὶ πρὸς τὰ δεινά, ἦν που

9. ἀκοσμίας P.

Romani erant, missis ab imperatore copiis, statim atque illa in vicinia comparuissent, sese palam adiuncturos. annuit ille precibus supplicum, et ducturum se quo vellent copias promisit, eo libentius quod ex hoc ipso tam opportune auxilio oblato non parum se confirmari sentiebat ad bene sperandum de successu expeditionis huius. ergo tanto se inde alacrius ad conflictum cum Persis comparavit. qui vicissim per exploratores cognito magni ducis contra ipsos moventis adventu obviam illi prodire occuparunt, promoto exercitu prope Aulacem, ubi eum stativa fixisse ostendimus. commissum illic inter acies adversas est praelium, segnius remissiusque quam a tam numerosis copiis tanto utrimque apparatu infeste invicem concurrentibus expectari debuerat. dicitur tamen vulnerato Alisyra primis statim iaculationibus, ac propterea fugam respicere coacto, retro cessisse quidem Persas, sed militari gradu et citra confusionem aut solutionem ordinum. hos ne acrius et longius copiae magni ducis insequerentur, ea causa obstitisse dicebatur, quod hae trifariam in genera et corpora totidem divisae (suam enim sibi quique seorsim Itali Alani et Romani quasi separatam aciem habebant) immiscere se invicem, prout opus erat ad strenue instandum cedentibus, noluere, sed se mutuo intuebantur, operientes si qui priores insilirent, quasi mox et ipsi secuturi. caeterum ne qui primi expedirent ad hoc impetum, deterruit metus insidiarum, ex nota consuetudine Persarum, subsidere locis tutis et incaute subeuntes excipere solitorum; quos istius ipsis familiaris artis haudquaquam tali tempore usum omissuros appareret. itaque caute admodum et longe dumtaxat in terga cedentium iaculando insecuti nostri Persas fugientes sunt; quorum sic tamen non paucos interfecerunt. per hunc modum submotis inde Persis Philadelphienses respirare a malis, quibus premebantur, contigit. nam iis fame periclitantibus annona est importata, animusque sic additus ad, si quae denuo incurrerent, incommoda longani-

C καὶ ἐπεισφρήσωσιν, εὐέλπιδες ἵστανται. ἔδοξε δὲ μέγα τὸ ἔργον καὶ εὐφημίσθη, μὴ ἄξιον ὂν τοσοῖσδε καὶ οὕτω παρασκευῆς ἔχουσιν. αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐντεῦθεν τρεμούσῃ καρδίᾳ (καὶ θάνατος γὰρ ἐκ τῆς πληγῆς τῷ Ἀλισύρᾳ ἐπεφήμιστο) τἀκεῖ διελθών, καὶ ὡς ἔδει κατασφαλισάμενος, ἔρχεται πρὸς τὸ Ἀμούριον.

P 297 24. Ὁ δέ γε μέγας δουξ ἐπ' ὀλίγον τῇ Φιλαδελφείᾳ ἐνδιατρίψας, καὶ ἱκανὰ χρήματα συλλεξάμενος, νόστου ἐμέμνητο. καὶ δὴ τἀκεῖσε πάντα φρούρια κατασφαλισάμενος τοῖς κατὰ τὸν Ἕρμον Μαγνησιώταις παραγίνεται. καὶ τότε ὁ μὲν πρότερον καὶ ἀποστάτης δύξας ἐγγύς, εἷς τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων, Ἀτταλειώτης τοὐπίκλην, ἅτε παρ' εἴδησιν βασιλέως καὶ προσταγὴν κατασχὼν Μαγνησίαν καὶ ἰδίαις τισὶ θελήσεσι συνάμα τοῖς αὐτόχθοσι διοικῶν, μηδ' αὐτοῦ τοῦ εἰς κεφαλὴν ὄντος τοῦ Νοστόγ-
B γου καὶ Δούκα φροντίζων, μηδὲ τῆς πρὸς τὴν πόλιν εἰσόδου παραχωρῶν, ὁ γοῦν τοιοῦτος ἐξελθὼν καὶ λόγοις καὶ ὑποπτώσεσι παραυτίκα τὸν μέγαν δοῦκα ἐκμειλιξάμενος καὶ γαμικῷ κήδει δεξιωσάμενος, ἅμα τε δι' ἐκείνου πιστὸς ἔδοξε βασιλεῖ, καὶ

18. τε δι'] δὲ δὴ P.

miter toleranda spe similiter adventuri, si expectaretur, subsidii. magnum id opus vulgo visum, et solutio Philadelphiensis obsidionis ingenti late celebrata plausu est, licet res haud sane sui magnitudine respondens numero et apparatui tantarum tantoque instructarum sumptu copiarum. porro Alisyras cum suis gravi correptus metu, quod eum e vulnere accepto brevi moriturum multorum opinione ac sermone percrebuerat, raptim constitutis quae opus erant ad loca caetera quae in illis partibus occupaverat tuenda, Amurio se admovere festinavit, in vicinia castrorum ducis amici emendationem offensionis belli, et in praesenti receptus infesti periculo, quam obiter ex obvio poterat, securitatem captans.

24. Magnus vero dux paulum moratus Philadelphiae, nec paucis tamen sibi corrasis illa brevi mora pecuniis, cogitare de reditu tempestivum duxit. itaque arcibus illius tractus et numero praesidiariorum et copia commeatuum et restauratione aut adiectione munimentorum abunde ad securitatem instructis, Magnesiam ad Hermum pervenit. erat ibi tunc magna rebellionis infamia laborans ac tantum non perduellis declaratus unus equisonum imperatorii stabuli, Attaleota cognomento; qui nec conscio nec iubente imperatore occupatam Magnesiam privato quidem suo quodam moderabatur arbitrio, sed cui ad robur adiungeret consensum arte conciliatum indigenarum civiumque urbis eius, quam sic adeo sibi obnoxiam habebat, ut nec Nostongi ducae illi provinciae praefecti rationem omnino ullam duceret, nec ipsi permitteret ingressum in civitatem. hic talis obviam magno duci adventanti prodiens ita eum infimi professione obsequii verbisque supplicibus delinitum sibi adiunxit necessitudine etiam affinitatis per coniugium inter amborum consanguineos cum eo contracta, ut repente Attaleota commendatus imperatori a magno duce omni criminis suspicione liberaretur, volenteque iam Augusto in usurpata potestate persisteret, sed

ἅμα ὅλως ἦν ἐκείνῳ ὑποταττόμενος καὶ ὑπείκων ἐς ὃ καὶ προστάξειε. τῷ γοῦν Νοστόγγῳ Δούκᾳ, ὃν καὶ ἐς μέγαν ἑταιρειάρχην κρατῶν ἔταττε γράφων πριμικήριον τῆς αὐλῆς ὄντα, οὐκ ἦσαν ἡνμήρη καὶ ἀρεσνὰ τὰ ἀπὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς προστατττόμενά οἱ, εἴτε μὴν καὶ πραττόμενα. εἴτε οὖν ὑβριοπαθῶν ἐκεῖνος ἐξ C ὧν αὐτῷ οὐκ ἀξίως τοῦ κατ' αὐτὸν μεγαλείου ὁ τῶν ὅλων ἐξηγούμενος προσεφέρετο, εἴτε μὴν καὶ ὑποπτεύσας ἐξ ἐκείνου δεινὰ ἄττα εἰς τινας ἀπαιτήσεις χρημάτων ἐξ ὧν συλλέξας καὶ προσηγγέλλετο, εἴτε καὶ δι' ἀμφότερα ταῦτα τὴν εἰς τοὐπιὸν ἀδοξίαν ἐν δεινῷ ποιούμενος, ἔγνω μὲν τὴν ὡς βασιλέα τεχνιτεῦσαι ἀπόδρασιν, ταχὺ δὲ παρέσχε καὶ ἡ τύχη τὴν πρόφασιν. ἡ δ' ἦν, πέμπεται μὲν παρὰ τοῦ μεγάλου δουκὸς ἀνὴρ οἰκεῖος τῇ πενθερᾷ οἱ D ὁ Κανναβούριος πρὸς Κωνσταντινούπολιν διά τ' ἄλλα, καὶ ἀξιοῦντος ἀποσταλῆναι τὴν γαμετήν· ἐπεὶ δ' ἔδει τῆς κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσφαλείας τῷ ἀνδρὶ προμηθεύσασθαι, πέμπει πρὸς τὸν Νοστόγγον παρεγγυῶν ἱκανῶσαι διασωσταῖς ἐκ τοῦ στρατιωτικοῦ τὸν ἀποστελλόμενον. αὐτὸς δὲ τὰς παρεγγυήσεις δεξάμενος τῷ δοκεῖν καὶ ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ τὰ ἐπεσταλμένα θέλειν πληροῦν, ὡς

6. αὐτῷ] αὐτὸν P.

quam acceptam palam ferret duci magno, precarioque et parata ad omnes eius nutus obedientia in ea se versari administratione profiteretur. haud grata haec erant Nostongo Ducae, quem istis, ut dixi, a se partibus summa praefectum potestate imperator, missis etiam nuper diplomatibus ex primicerio aulae magnum hetaeriarcham creaverat; qui etiam contemptim a magno duce, velut ipsi planè subditus, solitus tractari exercerique imperiosis iussis, velut unus e vulgo quispiam, cum sibi tamen supremam illic auctoritatem ab imperatore commissam meminisset, tacitus ringebatur, indigna sese pati conquerens, neque pro suae dignitatis et natalium merito tractari. accedebat is metus, cuius argumenta ex idoneis et praesentibus Nostongus ducebat signis, ne a se quoque, sicut a caeteris consueverat, ingentes pecuniae contributiones exigeret. ergo et damnum instans praevertere, et ignominiam vel delere iam inustam vel ne sibi impingeretur in posterum praecavere studens, unam optimam votorum assequendorum putavit rationem, imperatorem adire quamprimum, si quem modo plausibilem deserendae provinciae nançisci praetextum posset. favit in hoc ei fortuna, occasionem brevi offerens eius viae probabilem, hanc scilicet. mittere per id tempus voluit dux magnus ad socrum suam, germanam imperatoris Constantinopoli tunc degentem, ministrum illi matronae in primis fidum et intime familiarem, Cannaburium, tum ut alia sibi desiderata quaedam per eam in aula conficeret, tum ut uxorem apud matrem diversantem ad se accerseret. quia vero per infestas hostilibus incursibus regiones haud tutum incomitato viatori videbat iter fore, Nostongo mandavit ut eum tuto deputatorum e sua cohorte in urbem secure deduci praesidio curaret. quod ille mandatum obnoxie accipiens, quasi ostentando abundantiori studio gratificandi duci magno, simul plus quam petebatur dedit, simul aptam captavit opportunitatem id quod sua causa opta-

ωὐτὸς ὑπὲρ ἄλλον εἰς χάριν ἅμα τοῖς ἰδίοις διασωσάμενος, ἐτε-
P 298 χνίτευεν ἀποφυγήν. ἐν τούτῳ δὲ καί τις τῶν ἐς γραμματέας
ἐκείνῳ τελούντων, ἐπεὶ καὶ αὐτῷ ἐδόκει τοῦ κεκτημένου ἀλλο-
τριοῦσθαι, ἔνθεν μὲν οὗτος ἔνθεν δ' ἐκεῖνος τὴν πόλιν καταλαμ-
βάνουσι. ἀλλ' ὁ μὲν ἐπεὶ οὐδὲν ἑώρα ἀκίνδυνα ἑαυτῷ διὰ τὴν
τῆς ἐνοχῆς παράλυσιν καὶ τὴν ἐς βασιλέα προσφυγήν, πατριάρ-
χου προσφεύγει· ὁ δὲ γραμματεὺς ἐπιστὰς πρὸ τούτου, καὶ τὰ
πιστὰ προσδοκῶν ἔχειν ἔκ τινος γράμματος τοῦ ἀπὸ τοῦ μεγάλου
δουκός, ὡς δῆθεν πρὸς τὸν κανικλείου δηλοῦντος τὴν ἀπόλυσιν
B ὡς ἑκούσιος, ἐλπίσι χρησταῖς ἠωρεῖτο. λόγος δ' ἦν ἀμφοτέρους
συνελθόντας πρὸς πατριάρχην ἀπολογεῖσθαι διὰ τούτου τῷ βα-
σιλεῖ τὴν ἐκ τοῦ μεγάλου δουκὸς ἀναχώρησιν, τὰ πολλὰ τῶν
ἐκείνῳ πραττομένων ἀταμιεύτοις παρρησίαις καθαπτομένους.
ἃ καὶ ἀγγελθέντα, οὐχ ὅπως οἱ λέγοντες ἔπειθον, ἀλλὰ καὶ
δυσμεναίνειν ἑαυτοῖς τὸν κρατοῦντα ἐποίουν· βασιλεὺς γὰρ κα-
κίας, οὐκ ἀληθείας τὰ λεγόμενα κρίνων, καὶ ὑπεκκαύματα φθό-

bat agendi. officium quippe deductoris sibi cum praetoria sua cohorte assumens, Cannaburium Constantinopolim perduxit. quo ipso tempore quidam in eiusdem Nostongi provinciali comitatu scribae ministerium exercens, cum decrevisset nescio qua re offensus ab exosi sibi domini servitio recedere, et ipse iter urbem versus clam arripuit. itaque ambo pari consilio, licet invicem ignari, furtivis profectionibus Constantinopolim pervenere. ubi Nostongus inspecto rerum statu, cum minime speraret probare se imperatori posse, manifestis in favorem magni ducis praeoccupato affectibus, quas veras habuerat causas e provincia iniussu discedendi, haud tutum sibi putavit confugere, uti destinaverat, ad ipsum, et audientia poscenda eius potestati se permittere. quare ad patriarcham se confert, asyli iure securus illic futurus, et eodem idoneo reconciliationis sequestro ad Augustum usurus. scriba, qui prior in urbem, expeditius via emensa, pervenerat, lactatus spe inani cuiusdam, quam attulerat, acceptae a magno duce ad caniclei praefectum epistolae, qua cum declarari credidisset se legitimas habentem causas abnuendae ulterioris morae in obsequio Nostongi, a quo indignis modis tractaretur, auctoritate superiori decis magni a famulatu magni hetaeriarchae rite fuisse absolutum, postquam ea reddita epistola promoveri ea via negotium non sensit suum, sive illa perfunctoria commendatio fuisset, sive quamvis accurata, parum apud praefectum canicleo valeret, vela secundum auram vertere statuit, reconciliataque cum Nostongo gratia societate cum eo ineunda consilii, ad patriarcham et ipse confugit, parem prae se ferens aversionem a magno duce. ibi uterque concordi conatu studuerunt infamare apud Augustum magni ducis acta, querelis contra eius avaram arrogantem et tyrannicam gubernationem liberis apud patriarcham deponendis, quas ille videlicet ad imperatorem deferret, et pro ea qua pollebat apud ipsum gratia, creditas sibi probatasque persuaderet iustas esse. sed successu ea res caruit: auditis enim imperator a patriarcha quae Nostongus et eius scriba in magno duce culparent, adeo non est persuasus ut iram potius non mediocrem in accusatores ostenderet, hos iudicans falso et prava voluntate in-

νου μᾶλλον ἢ προνοήσεις ἐξ εὐνοίας ὑπὲρ αὐτοῦ, ἐκείνοις ἐχόλα C
καὶ ἐξωργίζετο. τοῦ δ' ἐπὶ τούτοις καὶ μετελθεῖν τοῦ μὲν τὸ
οὐκ ὡς ὀλίγα χρήσιμον παρῃτεῖτο, τοῦ δὲ τὸ ἀξιοπρεπὲς εἰς τὴν
ἀπὸ βασιλέως παρόρασιν διεκώλυεν. ἦν δ' ἄλλως ἐμποδὼν πρὸς
τοῦτο καὶ ἡ πρὸς τὸν πατριάρχην καταφυγὴ τοῦ Νοστόγγου,
ὅθεν ᾤετο ἔχειν τὴν ἐς ἅπαν ἀσυλίαν τῇ τῆς Περιβλέπτου τέως
ἐγκεκλεισμένον μονῇ. ὅθεν καὶ παρὰ τῆς ἀδελφῆς ὁ κρατῶν
πολλάκις παρωξυμμένος (ἀνάπνοτα γὰρ κἀκείνῃ τὰ λεχθέντα κατὰ D
τὸ εἰκὸς ἐγεγόνει, καὶ ὑβριοπάθει τὰ μέγιστα, εἰ μή γε οἱ κα-
τεικότες ἀξίας τὰς δίκας τίσαιεν, μηδὲ προσέξειν ἄλλον τῷ στρα-
τηγῷ, μὴ τῶν φυγάδων ἐκείνων ὑποσχόντων τὰς δίκας) ἀλλὰ τὸ
μὲν μονῇ ἐγκεκλεῖσθαι καὶ ἀπὸ προσώπου εἶναι τῷ βασιλεῖ ἀρκε-
τὸν εἰς τιμωρίαν ἔκρινεν, ἐκεῖνο παρ' ἑαυτοῦ καταδικασθέντος
ὅπερ ἂν βασιλεὺς παθεῖν ἐκεῖνον ὡς πρόστιμον ἐδικαίου, τῆς E
μονῆς ἀντὶ φυλακῆς οὔσης αὐτίκα, ᾗ δὴ καὶ παρὰ πατριάρχου
ἀποσταλεὶς ἐγκέκλειστο. τῷ δέ γε γραμματιστῇ ἀπεπροσπάθει
ὡς μὴ ἰδίῳ τὸ σύνολον ὄντι καὶ ὡς ἔκ τινος λατρείας ἐκείνοις

2. τὸ deerat. 10. μηδὲ γὰρ? 11. τὸ] τῷ?

stinctaque maligni livoris, non autem, ut videri volebant, zelo publici boni et studio benevolo serviendi imperatori ad istam calumniosam et mendacem delationem processisse. ergo in eos palam indignatus, scribam quidem ut nihili homunculum et parum utilem e ministerio amovit: Nostongo, ne poena ei luculentior infligeretur, sua tanto amplior dignitas profuit, praesertim cum ne pro potestate coërceretur subliceturve iudicio, asyli ius obstaret, quo ille Peribleptae monasterio inclusus (illuc enim eum patriarcha miserat) inviolabili utebatur. itaque quamquam soror imperatoris, socrus ducis magni, cognitis quae contra hunc ab his movebantur, tamquam pro genero solicita, non cessaret Andronicum irritare adversus duos falsorum, ut aiebat, inventores criminum, magnopere exaggerans rem esse indignam exemplique in publicum noxii, impune ferre calumniosos sycophantas impudentissimam audaciam, ex qua inulta permanente secuturum esset ut alii quoque ad licentiam invitati similem negligerent obedire duci magno, cuius quam esset fortis et felix bello reique tunc publicae necessaria opera, Philadelphiae liberatio monstraret; etsi haec, inquam, indesinenter urgeret tam potens et cara imperatori matrona, tamen illi non est visum aliud tum quidem Nostongo supplicium infligere; sufficere quippe interim aiebat carcerem, quem is sibi ultro conscivisset, includens sese monasterio Peribleptae; quam se illi custodiam imputare dicebat in partem poenae tanquam indictam legitime damnato. instantibus autem, posse saltem puniri Nostongum in persona scribae sui, qui non diversaretur in monasterio (huic enim iuste infligendum merenti supplicium in ignominiam et dolorem redundaturum ipsius domini, cuius exemplo et commodo peccasset), respondebat imperator Nostongum nihil ad se pertinere putaturum quid scribae isti fieret, quem ad suam vere pertinuisse familiam negaret: in eam quippe irrepsisse haud a se adscitum, sed furtim adhibitum a suis familiaribus mercenaria functione venalis operae. oportere autem, si quando magistratus non in propria sed in aliena castigandi per-

ἀναληφθέντι· δεῖν γὰρ τοῖς τῆς τῶν ἀρχόντων ἐπὶ πλημμελήμασι τιμωρίας οὐχ ἧττον κολάσεις ἢ καθάρσεις οὔσας ἰδίοις προσήκειν, εἰ μέλλοιεν οἱ μὲν κολάζοντες κερδαίνειν, οἱ δὲ δεινὰ πάσχοντες ὠφελεῖσθαι, κατὰ τὴν εἰς τοὐπιὸν χρείαν τὸ χρήσιμον παρεξόμε-
P 299 νοι. ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν Νοστόγγος κατά τινα ἐλπισμὸν συμπαθείας τῆς μονῆς ἀπελύετο, ἡ δὲ τῆς ὀλιγωρίας δόξα καὶ ἔτι ἀναζέουσα ἦν, καὶ δεινʼ ἄττα τοὺς τῷ μεγάλῳ δουκὶ προσκειμένους ὑπίσμυχον, εἰ καταφρονοῖτο, καὶ μάλιστα παρὰ τῶν δοκούντων καὶ ἐν ἀξίαις (τοῖς γὰρ καιριωτέροις μέρεσιν, ὅταν ἐνδῷ πρὸς τὸ χεῖρον, ἀνάγκη συνδιεστράφθαι καὶ τὰ λοιπά, ἢν μή τις ἐπίσχῃ), τότε
B βασιλεὺς πέμψας ἄγει καὶ ἀμφοτέρους, καὶ δὴ ἡμέρᾳ κυριωνύμῳ, Μαιμακτηριῶνος τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, τοὺς περὶ αὐτὸν παραστησάμενος, παρόντων κἀκείνων, πολὺν μὲν λόγον παρέτεινε δημηγορῶν, τῷ μὲν δοκεῖν καθαπτόμενος τοῦ Νοστόγγου, τὸ δὲ πλεῖστον καὶ ὑπὲρ τοῦ μεγάλου δουκὸς πρὸς τοὺς μεγιστᾶνας ἀπολογούμενος, ὡς μηδὲν ἀναξίως κἀκ τοῦ παρείκοντος μήτʼ

sona sint, in eo capite poenam constitui quod intimum ipsis et carum sciatur esse, cuiusque damnum ac labor ad sensum illorum affectu et compassione propagatum iri non sit dubium. alioqui contingeret frustrari voto quo iudicem; qui cum poenas istiusmodi minus ultrices esse quam purgatrices velit, magisque optet emendari per eas in posterum qui deliquit, quam ipse frui dulcedine vindictae, istud quod e reipublicae utilitate spectat, minime assequeretur saeviendo in personam indifferentem illi quem primario vult plectere. sic tunc eludebat imperator studiosos magni ducis poenam Nostongi postulantes. verum cum accidisset aliquanto post haec prodire e suo asylo Nostongum, spe quadam concepta parciturī facile sibi Augusti, si committere se reum ipsius clementiae vidisset, dum id ipsum aulae, ut fit, sermonibus celebratur, animadversum est magis incumbere iudicia magnatum plerorumque in reprehensionem arrogantiae magni ducis, qui Nostongum magnum hetaeriarcham, dignitate ac natalibus conspicuum hominem, velut de plebe quempiam, contemptim et imperiose tractasset. quae gliscens invidia cum ducis magni fautoribus iniecisset curam, quod eum iam contemni ac traduci passim a proceribus et constitutis in dignitate viris primariis videbant, intelligebant autem sensus et iudicia summatum facile in vulgus quoque serpere, periculumque fore, ni mature occurreretur, ne communibus mox et unanimiter conspirantibus primorum iuxta infimorumque unus odiis obiectus haud par resistendo esset, novis imperatorem instantiis ad succurrendum isti discrimini perpulerunt. his ille annuens, die quarta decima Iunii, quae fuit illo anno dominica, adduci coram sese in medio procerum aulae considente Nostongum et scribam iussit. atque hic longam satis ingressus orationem specie invehendi in Nostongum, maximam re vera sermonis partem consumpsit in purgando apud praesentes magnates duce magno actisque illius et suis erga illum beneficiis vituperationi eximendis. conatum quippe acrem intendit ad persuadendum neque se cumulandis in Rontzerium honoribus liberalitate excessisse, neque illum accepisse a se quidquam quo non deberet iudicari dignissimus, quippe qui iam antequam huc adveniret, ma-

αὐτὸν προβιβασμοῖς τιμῆσαι τὸν καὶ πρὸ τοῦ μέγαν δοκοῦντα, μήτ' ἐκεῖνον παρ' αὐτοῦ τιμηθῆναι, εἰ ἐπὶ τῶν ὅλων γένοιτο· εἶναι γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ οὐχ ἥκιστα ἔνδοξον καὶ οὐδὲν ὅ τι λαβεῖν μὴ ἔχοντα. τέλος τὸ τοῦ λεοντοκόμου ποιεῖ, καὶ κυνὶ τὸν ὡς C δῆθεν λέοντα ἐκδεδίττεσθαι· προστάττει γὰρ αὐτίκα, καὶ τὸν μὲν γραμματέα ἑξατιμοῖ κουρᾷ τριχῶν καὶ γενείου, τὸν δὲ Νοστόγγον τὰ πολλὰ καθαψάμενος ἐν δημηγορίαις τέλος ἀξιωμάτων ψιλοῖ καὶ ἐγκλείει. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπράττετο τῇδε.

25. Οὐ χεῖρον δ' ἴσως καὶ τὰ κατὰ τὴν Τρίπολιν διελ- P 300 θεῖν, ὅπως ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς κατ' ἀνατολὴν φρούριον οὖσα, ἔπειτα ἐκ τῆς εἰκαίας καὶ τῆς τυχούσης προφάσεως ταύτην ἀρχαίαν οὖσαν καὶ Φιλαδελφείας προβεβλημένην ὁ Λούκας καὶ βασιλεὺς καὶ ὅπλοις καὶ σιταρχίαις ἐπετείοις ὠχύρου, καὶ τὸ τῆς Φιλαδελφείας μόρσιμον (τὸ δ' ἦν ἐκ πρώτης κατακλυσμῶν καὶ εἰσέπειτα μηδὲν ἁλῶναι, ὡς ἐφημίζετο) πιστὸν ἐντεῦθεν καθίστα. διά τοι ταῦτα καὶ ἐκυδροῦτο τὸ πόλισμα, καὶ τῶν ἐπιτιθεμένων B ἠλόγει Περσῶν. ἀλλὰ χρόνος τὴν πολιορκίαν ἐμέτρει, καὶ τῶν

10. φρουρίων P. 15. εὐφημίζετο P.

gnus fuisset, classem et copias ductans proprias, quoque hic fuisset insignitus titulo ducis magni, eius rem ipsam prius habuisset, alibi nihilo minus clarus atque conspicuus quam deinde apud nos, qui nomen dumtaxat addiderimus possessae dudum et exercitae ab illo potestatis, quando illum exercitui Romano praepositum universo magnum ducem appellavimus. in eam sententiam postquam accurate vehementerque peroravit, conversus ad praesentes reos, et a scriba exorsus, in eo facere voluit quod solere aiunt leonis magistrum, dum cane coram illo verberando terrere ferox animal satagit. sic enim Augustus metum admovere Nostongo scriba eius plectendo propter culpam utrique communem volens, huic illic in conspectu cunctorum ignominiose radi ad cutem pilos capitis et menti iussit. moxque Nostongum acerba prius nec brevi obiurgatione increpitum denique dignitatibus privavit et custodiae addixit. atque haec quidem acta in hunc modum sunt.

25. Operae pretium quoque fuerit, quae Tripoli contigere, breviter exequi. haec urbs in Orientali sita tractu arcium potius, quibus circumdabatur ad illum oppositis limitem, quam propriis tuta munimentis habebatur, quoad eam Ducas Augustus, ex levi et fortuita capto causa consilio, urbem antiquam et Philadelphiae praetentam armis propugnaculis et victus annui provisionibus instruxit; cuius novae obiectu munitionis tutiore, ut apparebat, reddita et extra omne periculum Persicae invasionis posita Philadelphia, fides iam adhibebatur pronior veteri de illa oraculo iactato, quo in fatis esse ferebatur eam a primo diluvio in omne deinde consequens tempus numquam fore capiendam. indidem porro civitati Tripoli claritas accessit, late inclytae per hoc factae, nec sui praesidii fiducia curanti Persarum incursiones, quas facile ac ludibunde se repulsuram confideret. postea late potientibus campo Persis, cunctae illorum tractuum munitiones una simul obsidione premebantur, coactis praesidiariis

πολλῶν ὑποκλιθέντων εἰς μακρὰν ἀντεῖχον οἱ Τριπολῖται. πλὴν καὶ κατ' ὀλίγον τῇ τῶν ἀναγκαίων ἐνδείᾳ στενοχωρούμενοι καὶ
C τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας ἐς τὰ μάλιστα ἔχρῃζον. ἀλλ' ἐπεὶ ἐγγύθεν οὐκ ἦν ἀρωγή, ἔγνωσάν τισι συνωμοσίαις ταῖς πρὸς τοὺς Πέρσας τὰ τῆς ἀνάγκης διευθετεῖν. ἀμέλει τοι καὶ πρὸς καιρὸν ἐσπένδοντο Πέρσαις, καὶ σῖτον ἐκεῖθεν ἐλάμβανον. καὶ ὁ συνεθισμὸς τῆς ἐμπορίας μὴ μόνον ἐκείνους ἐξερχομένους ὠνεῖσθαι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίει, ἀλλὰ καὶ Πέρσας εἰσερχομένους ἀνέδην τὴν
P 301 πόλιν ἀπεμπολεῖν παρεσκεύαζε. τοῦτο πολλάκις πραχθὲν ἔννοιαν εἰσάγει Πέρσαις ἁλώσεως, καὶ προδόταις κοινολογησάμενοι τὰ εἰκότα ἐν προθεσμίαις πισταῖς τὰ κατὰ τῆς πόλεως ἐξειργάζοντο. καὶ δὴ σάγμασι πλείστοις τὰ τῶν φορτίων ἐπισκευασάμενοι, τὸ μὲν στράτευμα ἔγγιστά που ἐνεκρυφίαζον, ἅμα δὲ πολλοὶ τὴν πόλιν εἰσῄεσαν. σῖτος δ' ἡ ἐμπορία ἦν, καὶ ἕκαστος τῶν κανθώνων ζυγάδα φέρων τῶν φορτωμάτων τὰ κατὰ τὸν πό-
λεμον ἠχεῖα, οἷς ἐκεῖνοι κροτοῦντες τὴν μάχην ἀνάπτουσιν, ἐν-
B τὸς συνεπῆγον τῶν σάκκων· καὶ ἀντὶ πιποῦς, τὸ τοῦ λόγου,

intra eas se tenere et agri usu exclusis. id incommodum diutissime omnium Tripolis pertulit; et plerisque circumsitarum arcium fame ad deditionem adactis, soli longo tempore restitere Tripolitae, quoad et ipsi consumptis sensim alimentis, extrema in arto positi penuria, circumspicere auxilia coepere; quorum cum e propinquo nulla se spes ostenderet, ad quasdam cum Persis conventiones, malo aliter immedicabili subigente, descenderunt. pacti enim in tempus aliquot indutias mutuoque contrahendi libertatem, frumentum ab ipsis traditum Persis, pretio cum fide numerato, accipiebant. frequentatum id est sat longo tempore commercium, proeuntibus primum Tripolitanis, et annonam persoluta pecunia foris sumptam intra urbem importantibus. procedente tamen usu, et ex eo, ut fit, fiducia crescente, permittere ingressum civitatis Persis vitae subsidia inferentibus non dubitarunt; quae res in exitium ipsorum vertit. Persae quippe, per talem causam intra urbem Tripolim crebro admissi, eius capiendae cogitationem inierunt, proditoribusque subornatis in supina securitate civium fraudem in hunc modum concinnarunt. magno sarcinarum numero parato, quas frumenti venalis esse dicerent, eas asinis aut mulis clitellariis binas hinc inde singulis impositas ducunt in urbem, id ipsum ut iam consuetum expectantem. sed non prius eiusmodi deductores inmentorum in eam viam se dederunt, quam sociis admonitis quid intus ipsi agere pararent, quid foris eos tali audito signo facere oporteret, universum exercitum locis urbi proxime admotis clam in insidiis delitescentem relinquerent. condiderant autem intra saccos, quos tritico refertos mestiebantur, crepitacula bellica, tympana nimirum ac tubas sonoraque id genus instrumenta, quibus solent uti concitandis militibus ad praelium. sub noctem ea mandra mannorum onustorum, suo quemque agasonis vice Persa milite ducente, in urbem Tripolim non modo citra suspicionem ullam sed et cum gratulatione recepta est. laetabantur cives augeri se commeatibus et in longi securitatem temporis annonae diu suffecturae congerendo copia firmari: miseri autem nesciebant sibi, iuxta vetus verbum, obtrusum

σκορπίον οἱ πολῖται δεξάμενοι, ταῖς εὐθηνίαις ἐλπιδοκοπούμενοι ἐν ἀνέσει ἦσαν. νὺξ δ' ἤδη περὶ αὐτοὺς ἦν, καὶ ἠγνόουν, καὶ ταῖς ἀγαθαῖς προσδοκίαις ἡδύνητο ἐν κακοῖς ἀναγκαίοις ὄντες. ἐντεῦθεν καὶ νὺξ μὲν ἐκείνη ἐμμέσον μηδὲν ὑπειδομένοις τοῖς πολίταις, οἱ δ' ἀναλαβόντες ἕκαστος τὰ ἠχεῖα πολέμου τρόπον ἀνεκυμβάλιζον. καὶ τοῖς μὲν δυσπνισθτῖσιν ἔκπληξις ἐμπίπτει καὶ ἀπορία τοῦ πῇ τραπῆναι καὶ ἐκφυγεῖν· οἱ δ' ἐπιστάντες ἀπτέρῳ τάχει ταῖς πύλαις αὐταῖς κλεισὶ καὶ ὀχεῦσι τῇ γῇ προσαράττουσι, καὶ ἐγγύθεν τοὺς σφετέρους ἑτοίμους ὄντας συμμαχήσοντας προσκαλοῦνται. καὶ οὕτως αὐτῆς νυκτὸς ἐκ μιᾶς ἐκείνοις ὁρμῆς τὸ πόλισμα παριστήσαντο. ᾧ δὴ καὶ Ἀλισύρας ὁρμητηρίῳ ἐς τὰ μάλιστα χρώμενος, τὰς συνάμα Καρμανοῖς ἐκδρομὰς ὅπου παρείκοι ἐποίουν. τότε τοιγαροῦν ἐκεῖνος μὲν εὐκόσμῳ φυγῇ τῶν ἀμφὶ τὸν μέγαν ἀπαλλάξας δοῦκα, τὸ πόλισμα ὑποδύς, ὅλος ἐν ἀφοβίαις ἦν καὶ ὑπερηφάνει τὸ σύμπαν.

26. Ὁ δὲ τῶν ὅλων ἀφηγούμενος στρατηγὸς ἀκίχητα P 302
γνοὺς διώκων, ὑποστρέψας προσβάλλει τῷ τοῦ Κουλᾶ φρουρίῳ, ἔνθα καὶ ἀπαγχονίζειν ἐφίησι πλείστους αἰτίαις περιβαλών. τοῦτο

fuisse scorpium pro pipo; gaudebantque et spebus amplis efferebantur ipsa perituri nocte, cuius iam inchoatae primordia coenis et compotationibus, imminentium ignari, celebrabant. medium inde noctis effluxerat, adeo nihil Tripolitanis suspectantibus ut securissime passim illic dormiretur, cum Persae praetextu ducendi sarcinaria iumenta ingressi civitatem, suis quique arreptis tympanis aut lituis, quod sociis condixerant signum ediderunt. experrecti Tripolitae tam intempesta hora, tam tumultuoso classico, mirari, consternari, quo se verterent quove suffugium captarent, frustra se contorquendo, anxie quaerere. at non interim cessare perfidiosi deceptores. advolant ad portas urbis, easque confractas securibus cum vectibus ac seris humi sternunt. sic per patentia iam ostia socios paratos e propinquo introducunt, iisque sibi adiunctis uno impetu ipsa nocte urbem munitissimam, tandiu nequidquam ante oppugnatam, in suam facile potestatem redigunt. usus ea deinceps victor Alisyras est pro receptaculo, unde frequenter erumperet, quo se ac sua referret; habebatque ibi Carmanos suos secum, quos ex arce illa opportune imminente in terras opulentas quaestuose praedatum emittebat. contigerunt postea quae retuli ante de offensione belli, qua Carmani sunt coacti Philadelphiae obsidionem solvere; quo tempore dux eorum Alisyras sua versus praesidia recedens lento et bene ordinato gressu, qui fugae trepidatione et ignominia careret, frustra insequente magno duce perveniens iam in tutum, Tripolim suam intravit, ibique omni solicitudine deposita ferocius etiam et insolentius glorians minabatur.

26. At nostri dux supremus exercitus, ubi expertus aliquantum vana se ac suos contentione fatigari Carmanis insequendis, acie perite instructa tuto sese subducentibus, progressu inutili reflexo admovet copias arci Culadictae, quae Romanorum erat Persis antea late dominantibus se dedere coactorum. horum plerosque illic repertos, crimini vertens quod hosti

δὲ φρουρίῳ τοῖς Φούρνοις. καὶ οἱ μὲν αὐτὸν (οὐδὲ γὰρ ἦν χθὲς καὶ πρὸ τρίτης προσχωρήσαντας κατ' ἀνάγκην Πέρσαις ταῖς πρὸς ἐκείνοις ὁμολογίαις καὶ ἔτι ἐμμένειν, φανεισῶν τῶν δυνάμεων) ὑπτίαις δέχονται ταῖς χερσὶ καὶ θερμαῖς μεταγνώσεσιν ἐμφανεῖς ἦσαν τὴν ἀναγκαίαν δυσχεραίνοντες μοῖραν τῆς πρὸς τοὺς
B ἐχθροὺς προσχωρήσεως· ὁ δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις τῷ δοκεῖν ἀνίει τὰ πταίσματα, τοῖς δὲ δόξασι τῶν λοιπῶν προέχειν βαρέως εἶχεν. ὅθεν καὶ τὸν μὲν φύλακα τοῦ πολίσματος ἀφαιρεῖται τῆς κεφαλῆς, ἄλλους δ' ἄλλως τιμωρησάμενος ποινὴν ἀγχόνης καὶ πρεσβυτέρου τοῦ τῶν λοιπῶν ἐξάρχου καταψηφίζεται. ὡς δ' οὐκ ἦν ἰδὼν αἰωρουμένῳ οἱ ἀπεργεῖν ἀναγκαίως αὐτίκα καὶ τὴν πνοήν, τῶν τις ἐπὶ τούτοις ἐπιτεταγμένων, θείαν ἔνδειξιν ἡγησάμενος τὸ τε-
C λούμενον, εἴτε προσταχθὲν εἴτε καὶ μή, κοπίδι τέμνει τὸν βρόχον καὶ τοῦ κινδύνου τὸν κατάδικον ἐξαιρεῖται. εἶτα Φιλαδέλφειᾳ προσβάλλει, καὶ χιλιάδας σύχνας ἐκεῖθεν ἐκλέγει χρυσίου, ἀδυσώπητον ἐπὶ πᾶσι φέρων τὸ φρόνημα. ἔπειτα τὰ ὅμοια δρᾷ Πυργίον καὶ Ἔφεσον, καὶ τὸν τῆς ἀπαναστάσεως φυγοῦσι, τὸ τοῦ λόγου, καπνὸν τὸ πῦρ ὑπανῆπτε τῶν πειρασμῶν. καὶ ὁ διδοὺς πλεῖστα μετὰ πολλὰς βασάνους μόλις ἐσώζετο. ταῦτα κἀν ταῖς νήσοις Χίῳ καὶ Λήμνῳ καὶ Μιτυλήνῃ ἐπράττοντο. καὶ

cessissent, aut aliis succensens praetextibus, suspendio necavit. idem fecit et alii castro cui Furni nomen est. et illi quidem infelices, statim atque se viderunt impune posse a pacta Persis servitute, illorum recessu, resilire, obviis ulnis liberatores suos magni ducis milites excipiebant, illa satis alacritate declarantes quam inviti, summa necessitate adigente, pepigissent qualescunque indutias cum barbaris; cuius facti acrem poenitentiam monstrabant. ille autem non aeque cunctis ignoscebat, sed quaestuoso discrimine, vulgo quidem inope venia donando misericordiam ostentabat, praestantiores autem, ut qui rem haberent et ex quorum nece provenire lucrum posset, inexorabiliter plectebat. sic custodi illius oppidi, praesidii praefecto, caput amputavit, alios alio poenae genere absumpsit; quos inter et presbytero aliorum eius ordinis exarcho suspendium decrevit. at illi de laqueo pendenti durare longiori quam soleret spatio spiritum contigit; quo animadverso quidam isti functioni praefectorum, ostentum id divinum esse autumans, vel iussus vel iniussu, securi laqueum abscidit et periculo exemit addictum. sub haec Philadelphiam init magnus dux, et multa inde corradit aureorum millia; quod iam sine ulla verecundia agebat. itaque similem avaritiae licentiam Pyrgii, similem Ephesi ostendit; qua fiebat ut horum incolae locorum, e quodam veluti fumo incursionis barbaricae emersi, in flammam saevissimarum exactionum tristiori casu se deiectos lugerent. ista rapacitas exercebatur ita immaniter, ut qui plurima dederat post multos cruciatus, vix salvus permanere sineretur. talia exempla in insulas e continenti transierunt: idem enim passa Chios est, idem Lemnus et Mitylene. quibus in locis cunctis, apud quem-

ὅπου ᾠοῖζος χρυσίου, κἂν μοναχὸς ἦν κἂν τάξεως ἱερᾶς κἂν τῶν D
ἐπιτηδείων καὶ γνωστῶν βασιλεῖ, δειναῖς αἰώραις ἠτάζετο, καὶ
ὁ μακελλικῷ φιτρῷ καὶ κοπίδι πρὸ ὀφθαλμῶν ἀπειλούμενος θά-
νατος καὶ τὰ ἐν μυχοῖς γῆς κρυπτόμενα ἐκ τοῦ παρασχεδὸν ἀνώ-
ρυττε καὶ ἐδείκνυ. ὁ μὲν οὖν διδοὺς ἐντεῦθεν ἠλευθεροῦτο τῇ
τοῦ χρυσοῦ ὡς ἀληθῶς ἐτυμότητι, ὁ δὲ μὴ ἔχων πρόστιμον εἶχε
τὸν θάνατον. ὃ δὴ καὶ τῷ ταλαιπώρῳ Μαχράμῃ κατὰ τὴν Μι-
τυλήνην γεγόνει. οὗτος γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα τῶν βασιλικῶν ὑπη-
ρετῶν ὢν καὶ τῇ οἰκειότητι κλεϊζόμενος τὰς οἰκήσεις κατεῖχεν ἀνὰ P 303
τὸν Σκάμανδρον. ὡς δὲ πᾶσαν τὴν ἐκεῖ χώραν προκαταλαβόν-
των τὴν Ἴδην Περσῶν ἐρημοῦσθαι τῶν οἰκητόρων ξυνέβαινε,
φθάνει καὶ αὐτὸς σὺν πολλοῖς ἄλλοις τὸ τῆς Ἄσου φρούριον
ὑπισδῦναι· ᾧ δὴ καὶ ὡς ἀξιωτέρῳ οἱ ἐκεῖ τῶν ὅλων, ἐπεὶ καὶ
τοῦ ἐξηγουμένου ὡς εἰκὸς ἐν τοιούτοις καιροῖς περιστάσεως ἔχρῃ-
ζον, αὐτοί τε καὶ τὸ φρούριον ἐγχειρίζουσιν. ὁ δὲ ὑφίσταται
τὴν ἡγεμονίαν διδόντων ἐκείνων ἀνεπισημάντως ὅσον ἐκ τοῦ κρα-
τοῦντος. ὅμως καὶ οὕτως ἔχων οὐκ ἐρραθύμει τῆς ἐφ' ἑκάστῳ B
προνοίας, καὶ ἐφ' ἱκανὸν ἀμφέπονεῖτο καὶ συνεῖχε τοὺς τῇδε πυρ-
γηρουμένους. ἐπεὶ δὲ δηουμένων τῶν ἐξωτέρων τέλος αὐτοὺς
ἔμελλε περιστῆναι τὰ καλεπά, τὸ δρᾶσαί τι γενναῖον οὐκ ἔχοντες
εἰ προσμένοιεν, πρὸς φυγὴν ὥρμων καὶ προαπανίσταντο, ἀγκά-

17. τοῖς P.

cumque auri copia suboluerat, is seu monachus foret seu e sacro ordine seu ex palatino auctoratis officio ac notis principi, diris suspendiis torquebatur: ostentabaturque illi mors praesens, cippo ferali et securi, qua super eo ipsi mox abscindenda cervix foret, coram oculis positis, quoad eo terrore adactus, quos terra condidisset thesauros indicaret: tunc auro sequestro liberabatur. qui non habuisset quod proderet, morte miser inopiam luebat. id quod infelici Machramae apud Mitylenem contigit. is cum esset e praecipuis imperatoris ministris, gratia etiam apud principem nota late inclytus, domicilium habuerat prope Scamandrum. sed universa illic circum iam a Persis regione post Idam occupatam evastata, desolatoque incolis tractu, mature abiens et ipse cum multis aliis in Asi arcem ingreditur; ubi recepto, qui degebant intus, quoniam et tali tempore duce sibi opus videbant esse, et satis intelligebant neminem adesse ad id illo magis idoneum, loci praefecturam deferunt. accepit ille quod dabant, et sine alia imperatoris significatione pro praefecto se gessit illius castri, nec segnis in eo exequendo fuit officio: sat longo enim spatio invigilans et laboriose satagens locum defendit, misereque vexatis circumsiti colonis agri opportuno subvenit auxilio. at postquam aucta iam potentia hostium et plerisque illius vicinae locis vastatis comminus admovebatur terror mali prorsus ineluctabilis, Machrama cum suis non habentes quod generose ageret, prudenter sibi consulere decreverunt. fuga ergo se in tutum recipere curarunt; ad quod illis, ut multis aliis, gremium e propinquo be-

λας σφίσιν ὡς καὶ πολλοῖς ἑτέροις ἐξ ἐγγίονος προτεινούσης τῆς Μιτυλήνης, καὶ τὸ καθ' αὑτὸν σκοπῶν ἕκαστος ἠλόγει τοῦ ἄγον-
C τος καὶ τῆς ἐκουσίου ἀνεῖτο ὑποταγῆς· ἐφ' οἷς μηδὲν ἔχων ἀντιπράττειν, τοῦ πλήθους ὡς εἰκὸς δυναστεύσαντος, συναπαίρειν ἔγνω κἀκεῖνος, καὶ κενὸν ἐντεῦθεν τὸ φρούριον καταλέλειπτο. ἀλλὰ μεθ' ἡμέρας ὁ μέγας δουξ προσίσχει τῇ νήσῳ, καὶ ἔδει πάντως αἰτίας τῶν πορισμῶν τὰς μὲν εὑρίσκεσθαι τὰς δὲ πλάττεσθαι. σὺν ἄλλοις πολλοῖς καὶ οὗτος τῷ τροχῷ συλλαμβάνεται. οἱ δὲ ἄλλοι πάντες μίαν τὴν τοῦ κακοῦ λύσιν, εἰ προτείνοιεν ἀβρὸν
D τὸ χρυσίον. καί τις δὲ ἄλλος ὃς προενηργηκὼς δημόσια τὰ ἐξ ἐκείνων κέρδη ἐν χιλιάσι καὶ μάλιστα εἰσεπράττετο. τῷ δὲ προσετιμᾶτο θανάτου διὰ τὴν τοῦ φρουρίου καταλειψιν. εἰ δ' ὠνεῖσθαι βούλοιτο τὴν ζωήν, εἰς χρυσίου χιλιοστύας πέντε ἡ ἔκτισις ἵστατο. κατηντήκει δὲ καὶ ποινὴ μέχρι καὶ ἑκατοστύος μιᾶς τῷ Μαχράμῃ. ὡς γοῦν βραδεῖς ἐφαίνοντο οἱ μὴ ἔχοντες περὶ τὴν ἀπόδοσιν, αὐτῆς ὥρας προστάσσει ἐπ' ὄψει θατέρου
E κατατομεῖσθαι θάτερον τὸν Μαχράμην, καὶ ὁ μακελλικὸς φιτρὸς παρευθὺς καὶ τὸ ξίφος ἕτοιμον εἰς ἀναίρεσιν· τὰς γὰρ τῆς κεφαλῆς τρίχας ἰμᾶσι δεθείς, εἶτα δ' ἐκταθεὶς ἐπὶ τοῦ φιτροῦ καὶ καρτερῶς πιεσθείς, ὥστε καὶ τοὺς σπονδύλους τοῦ τραχήλου ἐκ-

nevole patens ostendit Mytilene. sic tamen ille administratus est transitus, ut non tam iussu ductuque praefecti quam privato Asensium quisque consilio migraret, non magnopere Machrama repugnante, qui se precario sine certa principis auctoritate illic dominari meminisset. verum multitudinem videns per se sibi consulentem, nec castrum ab omnibus incolis desertum ipse solus cum familia tenere confidens posse, Aso et ipse migravit Mitylenen, prorsus vacuum hunc relinquens locum. non multis post diebus appulit in insulam magnus dux pecuniae sitiens, cuius extorquendae aut invenire aut fingere rationes oportebat. igitur cum multis aliis Machrama comprehensus vinculis traditur. ac caeteri quidem, prout quisque aurum in abdito habuit quod daret, varie vitam redemere; in quibus unus, qui pecuniam administrasse publicam dicebatur, quantum ea functione lucro apposuerat proprio, quod aliquot millium summam aequavit, coactus est tradere. in Machramam sententia lata est videri eum mortis reum ob arcem desertam, indulgeri tamen ut numeratis quinque aureorum millibus vitam emeret. defuit huic ad eam summam continuo explendam una centuria nummorum, et paulo plus cuidam alteri similiter taxato. postquam diu frustra vexati quod non habebant nequibant repraesentare, ipsa hora praecipit magnus dux alteri in oculis alterius caput abscindi. expeditur feralis cippus, stat carnifex altera manu tollens gladium, altera ligatos Machramae capillos tenens, sicque collum adaptans macellario truncо, tam valide apprimendo ut loco naturali emoveret cervicis vertebras. ita infelix ictum accipit quo est ei recisum caput. id spectaculum in alio pariter damnato vim habuit qualem esse aiunt Medusae Gorgonis,

λυθῆναι τῆς φυσικῆς ὁρμογῆς, οὕτως ἀθλίως καὶ τὴν τομὴν δέχεται. καὶ τὸ συμβὰν θατέρῳ θεασαμένῳ Γοργώ τις ἦν ἀπολιαθοῦσα τὸν δείλαιον, καὶ πικρὸν κλαίει, καὶ ποτνιᾶται πρὸς Γενουΐτας, καὶ τὴν ζωὴν χιλιοστύϊ χρυσίνων παρ' ἐκείνων περιποιεῖται.

Ἀλλὰ μικρὸν ἦ ταῦτα γενέσθαι πρότερον, Μαγνησιώταις P 304
ἐκεῖνος τιμὴν ταμιεύων Κυκλώπειον, ὡς καὶ αὐτοὺς τὰ ὅμοια δράσων, κἂν ὑπερημέρει τὴν ἔκτισιν, τοῦ πιστεύειν ἐκείνοις πλέον τῶν ἄλλων καὶ παρὰ τοῦτο ἀποτεταμιεῦσθαι καὶ ἵππους τῇδε καὶ χρήματα, ἃ δὴ ἐκ τόσης ἁλαστορίας συνέλεγε, φθάνει ασφαλῆναι προνοίᾳ τῶν οἰκητόρων. τὰ γὰρ τοῖς ἄλλοις συμβαίνοντα καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸ ἀναγκαῖον δείσαντες, καὶ μάλιστα προπαθόντες καὶ ὡς γεύματος τὸ πᾶν προμαθόντες, πρὸς ἀποστασίαν ἀφορῶσι. τὸ δ' ἦν εὐχερὲς ἐννοῆσαι σφίσιν, ἐκ τοῦ B
πρὶν καθ' αὑτοὺς εἶναι καὶ διοικεῖσθαι πιστεύοντας τῷ πολίσματι, ἕρμαιον εἶναι τούτοις, οὐ θησαυροὺς καὶ μόνον ἐκείνους καὶ ἵππους, ἀλλὰ καὶ πλῆθος μάχιμον εἰσελθὸν καὶ μοῖραν οὐκ ὀλίγην τῶν Ἀλανῶν καὶ σιτῶνας πλήρεις, οὓς ἐπὶ χρόνον ἀρκέσοντας ὑπελάμβανον. ταῦτα καὶ τῷ Ἀτταλειώτῃ συνέδοξε περὶ ἑαυτῷ τὰ μάλιστα δεδιότι. καὶ πίστεις διδόντες τε καὶ λαβόντες

quam qui vident lapidescunt. sic enim et hic miser, hausta visu praesenti dira Machramae nece, commotus adeo est ut multis lacrimis exoraret Genuenses, sibi commodare ne gravarentur aureos mille, quot ad summam indictam absolvendam deerant: ita est horum misericordia servatus.

Paulo prius quam haec fierent, contigerat defectio Magnesiensium a magno duce. huic ille civitati pro maioribus in se meritis gratiam servabat, qua remuneraturum se Ulyssem Cyclops Homericus profitebatur, spondens ipsum a se comedendum sociorum ultimum; et post expilatas urbes reliquas hanc etiam exinaniturus expectabatur. quod ipsos non fefellit eius cives, ex caetera viri rapacitate facile praesentientes quid passuri mox forent. haec illos provisio ad palam deficiendum a magno duce incitavit; ex quo accidit hunc perdere praedam ingentem varie corrasam undecumque, cum equorum tum pecuniae, quam apud Magnesienses, his fidens plus quam caeteris, custodiendam deposuerat. hic primus rebellionis fructus magnam adiecit tantum ausis facultatem sustinendi feros impetus in ultionem statim ruituri hominis impotenter iracundi, quem tam luculenter irritassent. equos enim et aurum, hoc est instrumenta et nervos belli, ad manum sic habebant; nec deerat numerus virorum fortium, qui e variis eo locis confugerant; in quibus erat Alanicarum copiarum pars non exigua. accedebat abundantia frumenti plenis horreis congesti ad longi sufficientiam temporis. his simul cunctis in primis animabatur Attaleota, ut non dubitaret se auctorem ferre consilii audacis, quod nisi felix esset ad extremum, impendere sibi certum exitium sciebat. hoc instinctus metu peculiarem adhibuit diligentiam in coniuratione corroboranda, stricta invicem, quam firmissime posset, fide sociorum communione facinoris eiusmodi,

C ἀλλήλοις καὶ παρ' ἀλλήλων τοὺς ἐντὸς Ἰταλοὺς τοὺς μὲν ἔργον μαχαίρας ποιοῦσι τοὺς δὲ καὶ ἀσφαλῶς καθειργνῦσιν. ἑαυτοὺς δὲ τὰ μάλιστα συγκροτήσαντες ὡς θανουμένους πάντως εἰ καθυφεῖεν (οὐ γὰρ ἦν ἐλπίζειν ἄλλο, εἰ ὑπὸ χεῖρας τῷ μεγάλῳ δουκὶ γένοιντο), τὰς πύλας ἐν ἀσφαλεῖ θέμενοι ὅῆλοι ἦσαν ἀποστατοῦντες. ὡς γοῦν ἀνάπυστα γεγόνει τἀκείνων, καὶ οὐκ ἦν καταπέψαι τὴν χλεύην ὄντα Ἰταλὸν καὶ οὕτως ἀπηνῆ καὶ φρονηματίαν, τἆλλα θέμενος ἐν δευτέρῳ, παραλαβὼν τὰς δυνάμεις D ἐκεῖσε γίνεται, χρώμενος μὲν καὶ παντὶ τῷ Ἰταλικῷ συμμαχοῦντι, οὐκ ὀλίγον δὲ συνεπαγόμενος καὶ Ῥωμαϊκόν, ἔτι δὲ καὶ Ἀλανοὺς ἐπὶ τὴν μάχην προσβιαζόμενος. ἑκάστης οὖν προσβάλλων ἐπολιόρκει, μηχανήματα ἐφιστὰς καὶ ἑλεπόλεις προσετοιμάζων, καὶ πολλαχόθεν θερμαῖς τισὶ προθυμίαις (ἐξωτρύνετο γὰρ καὶ προφανῶς λοιδορούμενος ἔνδοθεν) κατὰ πρόσωπον ἀπεπειρᾶτο τοῦ E τείχους. οὐ μὴν δὲ καὶ οἱ ἐντὸς κατημέλουν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τὴν τοῦ ὕδατος χρῆσιν ἀναγκαίαν οὖσαν ὀχυροῖς τειχίοις μέχρι καὶ

7. φορημαtίαν P.

quod omnem cum magno duce reconciliationis viam abrumperet. fuit id hostilis grassatio in Italos, quotquot sunt intra urbem Magnesiam tunc reperti; quorum pars gladio caesi; pars securae commissi custodiae sunt. egit praeterea ut cunctis esset persuasissimum unam ipsis sitam esse salutis spem in salute non aliunde speranda quam ab invicta et omnino irrevocabili resistendi constantia, certissime morituris, si cederent et quacumque ratione sub magni ducis potestatem ac manus redigerentur. sic parati, portis urbis tuta custodia et munitione septis, sine ulla iam dissimulatione palam declarant se pro hoste habere magnum ducem. hic simul eius tanti sui contemptus, fama facti late didita, eam notitiam accepit quam nulla posset dissimulatione tegere, statim exarsit in nihilo mitiorem iram quam quali erat verisimile inflammandum hominem Italum, eundemque supra communem gentis modum crudelem atque praecipitem. rapit ergo sine mora, cunctis omissis, suas secum universas copias, Magnesiamque advolat. erant in eo exercitu auxiliares Italici generis omnes, Romanae cum his militiae pars non exigua, denique Alani, qui tamen non sponte, sed praesentis ducis ineluctabili adacti potentia, invitam et dumtaxat perfunctoriam operam in hoc bellum conferebant. his copiis dux magnus oppugnationem Magnesiae adorsus machinas admovet, turres excitat, caetera instrumenta expugnandarum munitionum ardenti satagens studio adhibet. accendebant enim per se satis inflammatam eius iram crebra subinde in illum e muris iactata dicteria, irridentium conatus minasque ipsius, quibus homo tumidus impatiensque contumeliae incredibiliter efferabatur, vanos interim eius impetus muris nequidquam solidissimis impactos Magnesiotis, munimentorum apparatuumque conscientia suorum, securissime contemnentibus. strenue inter haec iidem ad omnes talis temporis accurrebant usus. itaque cum ne aqua excluderentur periculum esse animadvertissent, muro valido campum amplexi suburbanum, ubi erat fons

ἐς τὰ Μάκαρος, οὕτω πως λεγομένου τοῦ τόπου, φθάσαντες ἐκρατύναντο· ἔπειτα τὰς κατ' ὄρος ὑπονόμους μακρόθεν ὑδραγωγοὺς τῶν ἔξωθεν ἀνορυξάντων ὥστε μετοχετεύειν τοὺς ῥύακας, ἐκεῖνοι παμπληθεὶ στρατεύσαντες διεκώλυον καὶ ὡς οἷόν τ' αὐτοῖς τὴν ὀχετηγίαν κατησφαλίζοντο. ἐπὶ τῶν πύργων δὲ πετροβόλα καὶ ἰοβόλα στήσαντες μηχανήματα καρτερῶς ἠμύναντο καὶ P 305
ἀντεῖχον. τέλος τὰ χρήματα ἀπαιτούμενοι, οἱ δὲ μὴ ὅτι γ' ἐδίδουν, ἀλλὰ καὶ προσελοιδοροῦντο καὶ πικρῶς ἐχλεύαζον. διὰ ταῦτα καὶ χρόνος μὲν τῇ πολιορκίᾳ ἐτρίβετο, ἠμελοῦντο δὲ τἆλλα, ὡς μηδ' ἂν ἦσαν· οἱ χεῖρα σφῶν ὑπερέξοντες. καὶ οἱ Πέρσαι πάλιν κατὰ λόχους καὶ οὐλαμοὺς ἀνέδην τοῖς ἐρημωθεῖσιν ἐπῆεσαν, ἤν τι που τῶν ὑπολελειμμένων ὄναιντο. οὐδεὶς οὖν ἐν χώραις ὑπελείπετο, ἀλλ' ὀλίγοι μὲν ταῖς πόλεσι παρεβύοντο, καὶ οὗτοι ἐκ τοῦ παρείκοντος, οἱ πλείους δὲ σοφώτερόν τι ποιοῦντες οἱ μὲν εἰς νήσους οἱ δ' εἰς ἀντιπεραίαν ὥρμων, καὶ τὰ αὐτῶν B
μακρόθεν ἑώρων, προσπελάζειν οὐ τολμῶντες οὐδ' ἐς βραχύ. οἱ δὲ τολμῶντες διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς ἀπορίας αὐτόθεν πάσχοντες τὰ δεινὰ κατεμάνθανον, καὶ προμηθεῖς τοῦ ζῆν ἐποίουν τοὺς

perennis, moenibus annexuerunt, perducta munitione usque ad Macarem; id illic loci nomen est. quin etiam comperto conari hostes incidere subterraneos canales, quibus aqua e monte proximo in urbem influebat, illuc manu armata succurrentes abire illos re infecta coëgerunt; ac quantum pro praesenti usu licuit, istam quoque sibi aquationem asseruerunt. turribus praeterea ballistas catapultas muralesque id genus imponentes machinas, procul saxis telisque iaculandis hostem impigre submovebant. tentati autem per colloquia, submissis a magno duce qui compositionis spem offerrent, si pecuniam sibi suam vellent reddere, adeo se alienos a dando quod poscebatur demonstrarunt, ut ultro contumelias ingererent amarisque irrisionibus talia proponentes subsannarent. hoc tenore procedebat in longum iam tempus obsidio oppugnatioque irrita. interim autem a magno duce cuncta quae ad Romanae contra barbaros defensionem ditionis erant tali tempore necessaria, funditus ubique negligebantur; et quasi nusquam essent barbari contra quos utilius auctoratorum imperatori militum manus occuparentur, universae imperii vires impendebantur Romanis oppugnandis. hinc repressi paululum nupero nostri exercitus successu Persae denuo iam sine ullo metu prodibant incursabundi et per desolatas a se ante regiones spicilegium rapinarum faciebant. si quid ergo rerum aut hominum prioribus latrociniis superfuerat, raptum mancipatumve auferebatur. et augebant suis damnis istam barbarorum praedam quidam, e tutis, in quae confugerant, praesidiis intempestiva fiducia repetere agros relictos ausi; qui illic deprehensi opprimebantur. quamquam paucos ea imprudentia corripuit: nam sapientiores plerique, etiam vicinarum arcium aut urbium non satis sibi tutum asylum rati, in insulas et adversam continentem profugerant, indeque sua procul intuentes ne ad momentum quidem his se rursum admovere sustinebant. commendarunt-que huius prudentiam consilii eorum infortunia, qui egestate pressi per-

ἄλλους αὐτοὶ πίπτοντες· οὐ γὰρ ὡς πολεμίους σφᾶς οἱ Πέρσαι, ἀλλ' ὡς κλῶπας ὧν αὐτοὶ διὰ σπάθης ἐκτήσαντο, ἀνὰ χεῖρας πεσόντας ἐτιμωροῦντο καὶ ἀνηλεῶς ἔσφαττον.

P 306 27. Ἐν τούτῳ καί τις νεανίας τὸ γένος Βούλγαρος, Χοιροβοσκὸς τοὐπίκλην, ἀπὸ τοῦ ἐπιτηδεύματος οἶμαι τοῦ πάλαι, Ἰωάννης, πολέμοις τισὶν ἐνδιατρίψας κατὰ Μυσίαν, ὡς ἰσχυρίζετο, ἀκούων τὰ κατ' ἀνατολὴν δρώμενα, καὶ ὡς ἀσυντάκτως οἱ Πέρσαι χωροῦντες καὶ κατὰ λόχους ἐρημωθείσας τὰς χώρας μηδενὸς κωλύοντος κατατρέχουσιν, ἀναλαμβάνει θάρρος, καὶ εἰς τριακοσίους τῷ ποσῷ προσεταιρισάμενος, τοξοφόρους καὶ
B κορυνήτας τοὺς πλείστους, τὸ μὲν πρῶτον πρὸς τῇ θαλάσσῃ γενόμενος ἠβούλετο διαπεραιοῦσθαι, ἔτι κατ' ἀνατολὴν τοῦ βασιλέως διάγοντος Μιχαήλ· ἐπεὶ δὲ ἀνενεχθὲν τοῦτο ἔννοιά τις ἐμπίπτει τοῖς ἐπ' ἐξουσίαις ἀκούσασι, μὴ λαὸς ἀγροϊκός τε καὶ ἀπόλεμος παραπόληται, καὶ διὰ ταῦτα κατασχεθεὶς ἐκεῖνος φυλακῇ δίδοται, καὶ μῆνας ἐννέα τῇ ἐγκλείσει προσταλαιπωρήσας ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἀποδρὰς τῇ ἐκκλησίᾳ προσφεύγει, ἐντεῦθεν αὖθις ἐνευκαιρήσας τῶν προτέρων ἐκείνων διανοιῶν γίνεται, καὶ τῆς ἐκλη-
C σίας κρύβδην ἀποχωρήσας ξύγκλυδα λαὸν ἐκ τοῦ παραυτίκα συναθροίζει, καὶ τὴν ταχίστην συνάμα σφίσιν ἀνεπινοήτως διαπε-

5. ἀπὸ τοῦ] αὐτοῦ P.

egre, repetere domo ausi unde illi mederentur, mala sua priora longe gravioribus cumularunt, hostiliter tractati a Persis, qui eos non ut sua requirentes adigente inopia miserabantur, sed iure puniendos censebant ut rapientes aliena, quae nimirum sua ipsi bello et gladio fecissent. quare illos, non secus quam deprehensos in furto flagranti, immaniter cruciantes trucidabant.

27. Per haec tempora iuvenis quidam genere Bulgarus, cognomento Choeroboscus, a priori opinor professione pastoris porcorum, Ioannes nomine, bellis quibusdam apud Mysiam, ut quidem ipse affirmabat, exercitatus, audiens quae in Oriente gererentur, ut nempe solutis ordinibus Persae passim vagantes per manipulos, tamen prohibente nemine, regiones illic incursarent, concepta rei bene gerendae fiducia trecentos sibi socias, quorum erant quidam armati arcubus, plerique clavas gestabant. cum his mari se admovens transfretare in Asiam tentaverat, quo tempore illic erat iunior Augustus Michaël. sed hoc eius consilio divulgato, qui loca illa cum potestate tenebant, audientes timuerunt ne plebs agrestis, militiae rudis, in certum exitium temere rueret. quamobrem comprehensus ille custodiae traditur. sed menses novem carcere conflictatus, inde postea elapsus ad ecclesiam confugit; ubi remissiorem nactus stationem prioribus illis cogitationibus se reddit; et clam ecclesia recedens mistam plebis domo profugae metu Persarum multitudinem colligit, cumque his confestim et

ραιοῦται. οὐδὲ γὰρ ἦν ῥᾳδιεῖν κἀκείνους κακουμένους ἤδη τῷ χρόνῳ, καὶ δυοῖν θάτερον, ἢ ζῆν ἐπὶ τῶν σφετέρων ἢ εὐκλεῶς πεσεῖν ἀγαπῶντας. καὶ οὕτως στρατὸς ὅλος γενόμενος ὑπὸ τῷ Χοιροβοσκῷ στρατηγοῦντι πεῖράν τινα ἁρπάζειν τῶν ἐχθρῶν ἐπειρῶντο. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὀλίγοις πλεῖστοι παρεμπίπτοντες ἠνδραγάθουν. ἦν δὲ ἄρα εἰρωνεία τύχης σφίσι τὰ ὁρώμενα, καὶ D ἐπιγέλα τούτοις τὸ μόρσιμον, τὸ τοῦ κολυμβητοῦ πάσχοντες, ᾧ δῆτα ὁ νόστος οὐκ ἔχει τὰ τῆς σωτηρίας ἐχέγγυα. ὡς γὰρ Κεγχρειαῖς πλῆθος Περσῶν περιίστατο, καὶ οἱ ἐκεῖσε πολλοί τινες ὄντες ἐκ τῶν κατὰ Σκάμανδρον χωρῶν διὰ τὴν ἀνάγκην παραβυσθέντες ἐν κινδύνοις ἦσαν καὶ βοηθείας ἑτέρωθεν ἔχρῃζον, ἅμα τῷ μαθεῖν καὶ αὐτοὶ συνταξάμενοι ἐκεῖ γίνονται. καὶ ἀνωΐστως ἐπεισπεσόντες ἐκ τοῦ παραχρῆμα ἔδοξάν τινες εἶναι, καὶ ὑπερέσχον τραπέντων τῶν πολεμίων. καὶ τότε μὲν ὡς εἰκὸς ἀνακωχὰς τοῖς P 307 πολιορκουμένοις ἐδίδουν· ὕστερον δὲ συναχθέντες πλείους οἱ Πέρσαι ἑνὸς κατὰ τούτων ὁρμήματος γίνονται, καὶ ἱππεῖς πεζοῖς μεθ' ὁρμῆς σφοδρᾶς ἐμπίπτοντες κατὰ κράτος νικῶσι, καὶ τὸν Χοιροβασκὸν περισχόντες κτείνουσι, πλὴν οὐχ ἅμα τῷ περισχεῖν, ἀλλ' ἐπεὶ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τιμῆς τοὺς ἐν τῷ φρουρίῳ προσελιπάρει (ἔστησαν γὰρ τὴν τιμὴν εἰς νομίσματα πεντακόσια, ὧν λυτροῦν ὑπισχνοῦντο), οἱ δὲ κατημέλουν, ἐκεῖνος Βουλγάρων B

inopinato mare traiicit. urgebant enim inopes isti necessarium sibi in agros patrios reditum propter penuriam rerum omnium, qua longo iam tempore premebantur. quare apud se decreverant alterum duorum, aut suis in domibus vivere aut decore occumbere pugnando. sic quaedam species exercitus Choerobosco ductore formata est. quaerebantque avide occasionem experiendi conflictu cum hoste fortunam belli. ac principio quidem plures in paucos irruentes bene rem gesserunt. sed saevus hic erat fortunae ludus, lactantis ipsos ut in fatale pertraheret exitium, passos idem quod urinatores solent, quibus emersisse semel et iterum e gurgite facit animos ad tertiam tentandam, in qua demum pereant, immersionem. obsidebat ingens numerus Persarum inclusam Cenchreis multitudinem plebis inopis, quae populationibus hostium e regionibus circa Scamandrum coacta eo fugere extremo tum in discrimine exterius illato egebat auxilio. id simul Choerobosco cum suis est cognitum, illuc advolant, et improviso irruentes viri esse visi sunt, fusis primo incursu et fugatis hostibus; unde contigit respirare paulisper obsessos. verum paulo post congregati maiore numero Persae uno simul omnes impetu Choeroboscianos adoriuntur, et immissis vi summa equitibus in pedites ipsos internecione delent, circumventumque undique Choeroboscum occidunt, non tamen statim ac ceperunt. aliquandiu enim habitum in vinculis permiserunt orare obsessos, ut lytrum pro se solverent, taxatum a Persis summa nummorum quingentorum. ad ea Cenchreensibus non prompte occurrentibus, et negligere occasionem visis redimendae tot nummis unius animae, ipse, cuia maxime intererat, ad eos Choeroboscus succedens sub murum, lingua Bulgarica,

γλώσσῃ ὡς τινων ξυνησόντων (τὴν γὰρ Ἑλλάδα καὶ καχυπώπτευεν ὡς πολλῶν ξυνιέναι δοκούντων τῶν ἔξω) τοῖς ἐντὸς διελέγετο. οἱ λόγοι δ' ἦσαν ὡς ἰσχυρισομένου κατὰ Περσῶν, εἰ λύσαιντο. αὐτίκα γοῦν τινῶν ξυνιέντων καὶ Πέρσαις ἀγγειλάντων φωρᾶται κακουργῶν Πέρσας, οἳ τὸ καθ' αὑτοὺς δείσαντες, εἰ ἐχθρὸν ἀπαραίτητον λύσαιντο, τιμὴν ἐκείνην καὶ κέρδη ὡς οὐδὲν λογισάμενοι κτείνουσιν. ἄλλος δ' ἔστι λόγος τούτου πιστότερος, ὡς πεφύλακτο μὲν τότε συνὼν τοῖς ἐχθροῖς, ὕστερον δ' ἀποδρὰς ἐκεῖθεν πρὸς δύσιν κάτεισι, καὶ τῷ Μιχαὴλ προσελθὼν τιμὴν λαβὼν ἐπὶ Βουλγάροις τῆς σεβαστότητος, ἐπεὶ ἀνόνητα ὅσα κατὰ Τούρκων καὶ Ἀμογαβάρων Ῥωμαῖοι ὥρμων ποιεῖν, ἐχχώρησιν αὐτὸς λαβὼν παρὰ βασιλέως, περί που δὴ καὶ χιλίους συνάξας, πεζὸς σὺν πεζοῖς ἐπέχρα τοῖς Πέρσαις, καὶ κακῶς ἔδρα περὶ τὰ κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην, οὐ Θεσσαλὸν πάντως ἀλλὰ Βουλγαρικὸν καὶ οἷον αὐτῷ σύνηθες. ἐντεῦθεν ἐκ πολλῆς ἀδείας οἱ Πέρσαι περικαθίσαντες ἐνδείᾳ ὕδατος αἱροῦσι τὸ φρούριον, καὶ τοὺς

cuius gnaros esse intus sciebat aliquot (Graecae usum de industria vitavit, nolens intelligi a multis qui se circumstabant, huius peritis, quae dicebat) alte pronuntiavit ea quae putabat valitura inducendis iis ad sumptum sua causa faciendum. in his praecipuam habebat vim, quod pollicebatur se, statim ac foret liberatus, insigne aliquod facinus in damnum Persarum editurum. erant e custodibus Choeroboscum sub muros producentibus quidam non prorsus ignari linguae Bulgaricae. hi nuntiarunt Persis quid captivus, cuius liberationi pretium constituerant, sponderet. quo illi cognito haud tanti putarunt quingentos nummos, ut non mallent illos perdere quam hostem Persici nominis implacabilem dimittere liberum, praesertim cum ab eo semel tantum victo saepius ipsi superati metuendi casus haberent. ergo illum interfecerunt. sic aliqui memorant. tamen aliorum, quibus tutius creditur, diversa de huius hominis casibus narratio haec est. aiunt eum diu detentum a Persis, inventa denique fugae via, se proripuisse in tractus Occiduos, ibique oblatum suis Bulgaris famae commendatione et ex ea opinione fortitudinis ab iis promeruisse titulum ibi usitatum dignitatis, cui a sebasto sive Augusto derivatum nomen tribuitur. hoc ille insignis honore Michaëli Augusto iuniori sese offert, tunc in illis partibus haud prospere contra Turcos et Amogabaros belligeranti. unde ab illo, quodvis auxilium tali suo tempore opportunum ducente, facile impetrat ut se peditem mille peditum (tot enim circiter de novo collegerat) ductorem imperialibus auspiciis contra Persas militare pateretur. at ille sic praetextu armatus Persici belli regiones Romanas circa Thessalonicam illa sua latrocinali infestavit manu, non ut Thessalus se gerens, sed Bulgarico plane instituto et more suo praedis agendis intentus. hactenus de illo. nunc ad Persas redeamus quos in Cenchrearum obsidione reliquimus. hi deletis Choerobosci copiis quae suppetias obsessis venerant, et ipso comprehenso, sine ullo iam metu instare conclusis et omnem ab iis rerum necessariarum arcere importationem perseverarunt, quoad tandem aquae defectu potiti arce, quoscumque illic reperierunt, perpaucis

μὲν ὀλίγων ἀποδράντων ἔργον μαχαίρας ποιοῦσι, τὰ δ' ἐκεῖσε σκυλεύσαντες πῦρ ἐνιᾶσι καὶ τὸ πᾶν ἀφανίζουσιν.

28. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον. ἠσθένουν δ' αὖθις P 308
τὰ κατὰ δύσιν καὶ κακῶς εἶχον ἐξ Ὀσφεντισθλάβου, Ἐλτιμηρῇ πρὸς αὐτὸν ἀποκλίναντος. καὶπειδήπερ τὰ κατὰ τὸν Αἶμον ἐδῄουν καὶ καθ' ὁμολογίας τὰ πλεῖστα ᾖρουν, Κτένια καὶ Ῥωσόκαστρον καὶ ἄλλ' ἄττα πλεῖστα, ἤδη δὲ καὶ τὰ κατὰ Σωζόπολιν καὶ Μεσέμβρειαν Ἀγαθόπολίς τε καὶ Ἀγχίαλος ἐκραδαίνετο καὶ τοῖς ἑτοίμως ἐῴκεσαν προσχωρήσουσιν, ἐν ἀπόροις ἦν ὁ κρατῶν, B
καὶ προκαταλαβεῖν τὴν ἐς τὰ πρόσω ἔφοδον ἔσπευδε. τὰ μὲν οὖν κατ' ἀνατολὴν πρὸς ἄλλοις τὸν νοῦν ἔχειν αὐτὸν οὐκ ἠφίει· ὅμως τῷ τῶν πραγμάτων ἀναγκαίῳ στενοχωρούμενος ἔγνω τὸν υἱὸν ἀποστεῖλαι καὶ βασιλέα. καὶ δὴ παρασκευασάμενος τὰ πρὸς ἔξοδον συνεκπέμπει τούτῳ καὶ Γλαβᾶν ἐκ Ταρχανειωτῶν πρωτοστράτορα, ἄνδρα ἀρεϊκὸν μὲν καὶ ἐμπειροπόλεμον, τὰ πλεῖστα δὲ τῷ τῶν βουλῶν ἐπηβόλῳ· ἥ γὰρ ποδάγρα προσίστατο τὰ C
πολλὰ πρὸς τὸ πράττειν δυνάμενον κατορθοῦν. συνήγοντο γοῦν αἱ δυτικαὶ δυνάμεις περὶ τὸν νέον βασιλέα προσκαθήμενον τῇ Βιζύῃ· ἀλλ' οὐκ ἐδόκουν αὐτάρκεις πρὸς ἀνταγώνισιν. ὅμως φανέντων Βουλγάρων περὶ Σωζόπολιν ὁ βασιλεὺς ἐκπέμπει συνάμα

6. καὶ post ἐδ. deerat. 12. ἀναγκαίως P.

elapsis, peremerunt gladio; depraedatique cuncta ibi reposta, flamma tectis subiecta, id castrum funditus deleverunt.

28. Sed de his tantum retulisse sit satis. res porro interim Occiduae laborabant et ruebant pessum, Osphentisthlabi Romano imperio infesti potentia tunc corroborata, inclinato ad ipsum Eltimere. hi viribus iunctis Haemo subiecta populabantur, et plerasque illic Romanas arces compulsas ad deditionem capiebant. in his Ctenia Rosocastrum et alias plurimas sibi subiecerant. iam autem Sozopolis cum circumsitis pagis, Mesembrea quoque, Agathopolis et Anchialus in proximo stabant discrimine, nec longe a consilio deditionis abesse videbantur. aestuabat Augustus senior haec audiens; et hinc quidem ad obviam eundum malo grassanti stimulabatur, inde autem totum eius ad se rapiebant animum tractus Orientalis deploratissimae res. in his angustiis, necessitate ineluctabili cogente, decrevit filium imperatorem in Occiduas regiones mittere, ac praeparata prout licuit ea imperiali expeditione proficisci eo cum Michaële simul iubet Glabam, e familia Tarchaniotarum, protostratorem, virum et fortem et belli artium usu peritum, ad haec praesentis celerisque in ambiguorum occursu consilii. qua ultima dote nunc fere valebat sola, quoniam podagra, qua plerumque infestabatur, ne bellicis operam posset navare facinoribus prohibebat. ad iuniorem igitur Augustum stativa Bizyae habentem universae Occidui tractus Romanae copiae edicto undique occurrere iussae congregabantur. sed eae ubi omnes convenerunt, haud tales sunt repertae quae prudenter committi cum Bulgaricis numero superioribus possent. cum tamen nuntiarentur apparere Bulgari circa Sozopolim, et pro-

πλείστοις τὸν ἐκ Βουλγάρων Βοσσίλαν, τὸν Σμίλτζου καὶ Ῥαδο-
D σθλάβου, ὕστατον ἀδελφόν· ὃς δὴ καὶ διὰ ταχέων ἐπιστάς, καὶ φόβον ἐμβαλὼν οὐ μικρὸν τοῖς ἐχθροῖς, εἰς φυγὴν παραυτίκα τρέπει τοὺς ἐπιόντας. καὶ τὸν Σκαφιδᾶν ποταμὸν περαιουμένοις οὕτως ἀκόσμως δυστύχημα συναντᾷ, καὶ ἡ γέφυρα καταπίπτει, καὶ ποταμὸς ἐντεῦθεν καὶ ξίφος τοὺς ἀθλίους διεμεριζέτην, καὶ φόνος οὐχ ὁ τυχὼν γίνεται. τοῦτο Βουλγάρους ὀτρύνει, καὶ
E σφίσι σύνηθες ὂν ἀναμιῶτι τοὺς ἁλωκότας ἀπολύειν, χωρὶς μέντοι τῶν ἐπιφανῶν καὶ μεγάλων, ὡς μόνους συμβαίνειν πίπτειν τοὺς ἀνθισταμένους κατὰ τὸν πόλεμον, οἱ δὲ κατὰ τὴν Ἀνδριανοῦ προσβαλόντες καὶ τὰ λάφυρα διαρπάζοντες, σφαλέντων τῶν ἡμετέρων τύχης ἀστασίᾳ καὶ τῷ ἀλλοπροσάλλῳ τοῦ Ἄρεος, πολλοὺς οὐκ ἀπώκνουν φονεύειν. ὅθεν καὶ βασιλεὺς ὑπερπαθήσας,
P 309 ἐπεὶ ἔδει καὶ ἱκανὰς συγκροτεῖν δυνάμεις ἐφίστασθαι μέλλοντι τῇ Ἀνδριανοῦ, πολλοὺς μέν τινας ἐκ τῆς ἕως συνηπείγετο ἐμπειροπολέμους, ἀλλὰ γυμνοὶ τῶν ὑπαρχόντων ἦσαν οὗτοι καὶ ἐνδεεῖς. τούτους γοῦν ἱκανοῦν ἐκ τῶν δυνατῶν προθυμούμενος, τὰ πολλὰ

15. συνεπήγετο? 17. προμυθούμενος P.

videre tutelae urbis summa necessitas Michaëlem Augustum subigeret, misit eo tentaturum quantum ex usu praesenti militaris prudentia dictaret ex Bulgaris Bossilam, Smiltzae et Radosthlabi minimum natu fratrem. hic celeriter illuc occurrens trepidationem iniecit non modicam hostibus; et quotquot ex ipsis obvios habuit, fusis incursu primo fugatisque, etiam persequendo institit fuga traiicientibus Scafidam amnem, ubi eis infortunium occurrit. pons enim ipsis transeuntibus concidens fluminii et gladio miseros divisit, partim undis haustos, partim caesos ferro instantium. hic tamen militantes Romanis Bulgari morem patrium tenuerunt, parcendi hostibus bello captis eosque illaesos dimittendi. abire igitur incolumes passi sunt plerosque, illustrioribus exceptis, ita ut praeter eos qui in conflictu pugnantes ceciderant, reliqui magno numero, concedentibus victoribus, salvi recederent. hi rursus manu facta in agrum Adrianopoleos irruentes, praelio secundo cum nostris facto, praeterquam spolia caesorum diripuerunt, etiam quos vivos potuerunt capere e Romanis militibus plurimos, haud pari eius qua cum ipsis erat actum, misericordia impertierunt: non enim pepercerunt plerosque occidere. accidit ea belli offensio nostris rebus perincommoda, fortuna more suo et Marte vario vices successuum alternantibus. isti factae alienissimo tempore iacturae vehementer Augustus iunior indoluit; ac quoniam per infestam regionem hostilibus incursibus proficiscendum ipsi Adrianopolim erat, necesse habens idoneo copias numero alicunde cogere, multos illic repertos viros fortes et belli experientes, qui olim in Oriente militaverant, conscribere ac sic exercitum supplere constituit. verum ii, quod amissis domibus peregre profugi extrema rerum omnium egestate premebantur, vestiendi scilicet atque armandi numeratisque auctorandi stipendiis fuere. ad hoc Augustus, quamcumque ad manum habuit, pecunia expensa, cum longe plura res poscaret, ne imperatoriae quidem supellectili tali occasione parcendum ducens, quae vasa

τῶν ἰδίων σκευῶν, ὅσα χρυσοῦ καὶ ἀργύρου ἦσαν ἐξειργασμένα, συνοτρυνούσης εἰς τοῦτο καὶ τῆς Αὐγούστης Μαρίας (τὰ γὰρ πλεῖστα ἐκ τῶν αὐτῆς ἦσαν προικώων, ὧν οἴκοθεν ἐπιφέρετο) πέμπει πρὸς πόλιν, εἰς νόμισμα ταῦτα κοπῆναι προστάσσων. ὃ δὴ γεγονὸς τὴν ταχίστην, καὶ στρατὸν εἰς χιλιοστύας ἐξετοιμασάμενος, ἐπὶ τῆς Ἀνδριανοῦ σὺν πολλῷ τῷ θάρρει σφίσι συνεξορμᾷ. καὶ τὴν Αὐγούσταν ἐκεῖ καταλιπών, πρότερον τὴν θυτόκον ποτνιασάμενος, κατὰ τὸν ἔξω ζυγόν, ὃν καὶ Ῥωμανίαν λέγουσιν, εἰκοστῇ τρίτῃ Ποσειδεῶνος ἀρεϊκῶς εἰσβάλλει, καὶ τὰ ἀπὸ Ῥεαχούβεως καὶ ἐς Στίλβνον μέχρι καὶ Κόψεως, τὴν παλαιὰν παροιμίαν ἀνανεούμενος, λείαν Μυσῶν ἀπεργάζεται, καὶ τὸν Ἐλτιμηρῆν ἀποκλείει. αὖθις δὲ τὰ ὅμοια δράσας καὶ ἐφ' ἡμέραις τὴν τῶν ἐναντίων καταδραμὼν πρὸς Ὀρεστιάδα ἐπανεζεύγνυσι. ταῦτ' ἀκουσθέντα ἐκ τῶν πρὸς τὴν Αὐγούσταν Μαρίαν τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ βασιλέως Θεοδώρου γραμμάτων, ἡ ὁμωνυμία τῆς Ῥεαχούβεως θόρυβον ἐμποιεῖ βασιλεῖ. τὸν γὰρ Στίλβνον εἰδὼς ἐκ φημῶν καὶ τὴν Κόψιν, ἐπεὶ καὶ περὶ τῆς Ῥεαχούβεως ἐρωτῶν ἐγγὺς τῶν ὁρίων Τερνόβου ταύτην ἤκουε κεῖσθαι ἐκ μεσημβρίας, ἡμερησίαν ὁδὸν διέχουσαν, χλεύην ὅλως ὑπελάμβανε τὰ γραφόμενα, καὶ οὔτε συμβαλεῖν εἶχεν εἰς ἓν τὰ πόρρω

B C D

sures et argentea extulerat ad familiare ministerium, conflari et in nummos signari iussit, ultro ad id ipsum adhortante Maria Augusta ipsius coniuge, cuius ea pleraque dotalia erant bona, domo paterna, dum ad nuptias Michaëlis duceretur, elata. ex his Constantinopolim missis et illic cusis in monetam confestim auctus pecunia Michaël, multorum millium exercitu parato, cum hoc Adrianopolim fiducia magna se contulit. ibique Augusta relicta, prius deiparam veneratus, in regionem iugo exteriori subiectam, quam et Romaniam vocant, vicesima tertia Augusti die hostiliter incurrit, et a Reachubi ad Stilbnum, hinc usque ad Copsim, veterem renovans paroemiam, cuncta late praedam Mysorum fecit, Eltimeremque exclusit. hinc cursu converso, pari obvia vastandi felicitate alias quoque hostium terras incursans ad Orestiadem pervenit. haec cognita Constantinopoli primum sunt literis eo Adrianopoli missis ab Augusta Maria, quas ad illam ex ipso exercitu dederat Theodorus Michaëlis Augusti frater. quibus sic Andronicus imperator auditis turbatus parumper est, animum dividens in admirationem et solicitudinem. causa commotionis fuit homonymia duorum locorum, quae diversa et ab invicem longe dissita uno tamen et eodem Reachubis appellantur nomine. norat ille ex fama, ubi Stilbnus, ubi Copsis essent sitae. quoniam autem alium terminum depraedatarum a Michaële Augusto terrarum memorari Reachubin videbat, et de hac percontans audiebat propinquum hunc locum esse finibus Ternobi regiae urbis Bulgarorum a meridie, non plus quam diei unius itinere medio, mirabatur tantum spatium hostilis ditionis uno incursu vastari a nostris potuisse, illudique sibi ac falso haec iactari suspectabat; praeter-

διεστῶτα, καὶ τόλμαν ὄντως εἰκαίαν, εἰ τοῦτ' ἐπράχθη, καὶ κίνδυνον ἀναγκαῖον τοῖς εἰσελθοῦσιν ὡς τὸ εἰκὸς ὑπελάμβανεν. ἦν δὲ ἄρα, ὃ καὶ ἐκ τοῦ παρασχεδὸν ἠκούετο, ἑτέρα τις ὁμωνυμουμένη Ῥεάχουβις, ἣν καὶ ὑποκοριζόμενοι ἄνθρωποι Ῥιαχοβίτζαν ἐκάλουν. καὶ οὕτω θόρυβος μὲν ἐπέπαυτο, τὸ δ' ἀσφα-
E λὲς τῶν γραμμάτων κατελαμβάνετο. οὔπω δὲ καὶ Ποσειδεὼν ἐπληροῦτο, καὶ ἐντελεῖς φῆμαι, μήνυτρα καθαρὰ ἐκ τῶν ὑστέρων ἐπαναζεύξαντος, λίαν διεβεβαίουν ὡς οἱ Βούλγαροι ἔκαμον.

P 310 29. Τοῦ δ' αὐτοῦ ἔτους καὶ ὁ τῶν Λαζῶν ἀρχηγὸς καὶ τῆς βασιλέως αὐταδέλφης παῖς Ἀλέξιος, τῇ δεσποτικῇ σεμνυόμενος μοίρᾳ καὶ τὸ Τραπεζήϊον ἄστυ κατέχων, Γεννουΐταις γίνεται διὰ μάχης ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Γεννουΐταις ἦν σύνηθες ἐξ ἀρχαίου κατοικοῦσι τὴν χώραν ἀπομερίζειν τὰ κέρδη ὧν μετιχειρίζον ἐκ κομμερκίου λεγομένου Ῥωμαϊκῶς τοῖς τῆς χώρας ἄρχουσιν. ἐπεὶ δ' ηὐξάνοντο κατὰ πόλιν καὶ ταῖς ἀτελείαις ἐμεγαλύ-
B νοντο, ὥστε καὶ τὴν ἀντιπεραίαν τῆς Βυζαντίδος ἀποχαρισθῆναι σφίσιν εἰς οἰκισμὸν ἅμα μὲν ἀσφαλῆ ἅμα δὲ καὶ μεγαλοπρεπῆ τοῖς οἰκοδομήμασιν, ἠδόξουν ἐντεῦθεν τὴν ἐκεῖ τῶν φορτίων ἀναψηλάφησιν, καὶ βαρέως ἔφερον τὰς εὐθύνας, εἰ παρὰ βασιλέως

eaque metuebat ne, si vera narrarentur, ii nimium intra hostium praesidia progressi audacia inconsulta locum cladi dedissent, ni propere succurreretur, mox accipiendae deprehensis illic unde receptus non daretur. re autem vera nihil tale peccaverat Michaël, proculque a circumventionis periculo aberat. non enim usque ad Reachubin Ternobo vicinam processerat: sed erat procul ab ista priori distans alia Reachubis, quam vel ad differentiam vel ad significandum hanc illa minorem esse homines illorum tractuum diminutiva forma Reachubitzam vocitabant. hoc postmodum comperto acquievit imperator, et agnita literarum fide gaudium prosperi successus animo securo cepit. nondum totus mensis Sextilis effluxerat, cum iam fama facti constans et indicia sincera perlata in urbem plene illic cunctis persuasere, graviter a nostris Bulgaros premi laborareque res horum.

29. Eodem anno Lazorum princeps, sorore imperatoris natus, Alexius, despotica insignis potestate et urbem illic Trapezuntem obtinens, pugnam fecit cum Genuensibus, tali quadam ex causa. Genuensibus ex antiquo inquilinis regionis eius erat solitum lucri partem ex commercio quaesiti impertiri loci principibus. at postquam ii aucti opibus Constantinopoli numeroque sunt, et illic immunitatibus donati tributorum splendore atque opulentia excreverant, eo quidem usque ut Galatam, adversum in Orientali continente Byzantio suburbium, concessu Augustorum in proprium sibi domicilium haberent, simul egregie munitum ad securitatem, simul magnificis superbe ornatum aedificiis, ignominiosum deinceps sibi putarunt pati amplius perscrutationem sarcinarum suarum, quae Trapezunte fieret ad excipiendam inde principi debitam partem; ac coërceri, dum in fraude deprehendebantur, graviter ferebant, indignum esse causantes, qui tam honorificis privilegiis immunitatis ornati ab imperatore

ἀτελείαις τιμώμενοι τοπαρχοῦσιν ἄλλοις καθυποκλίνοιντο. ὑβριοπαθοῦντες τοίνυν ἐντεῦθεν ἐκ τοῦ κοινοῦ σφῶν συνεδρίου πρέσβεις πρὸς τὸν Ἀλέξιον πέμπουσιν, ἀπαιτήσεις τινὰς προτεινόμενοι, αἷς ἐκείνου μηδ' ὅλως συντιθεμένου ἀναχωρεῖν τῆς χώρας παμπληθεί τε καὶ πανομιλεὶ εὐθέως ἐσχηματίζοντο. κἀπειδήπερ καὶ C νῆες μακραὶ σφῶν τῷ λιμένι ἐνώρμιουν, τὴν ἀπανάστασιν διεκήρυττον. καὶ οἱ μὲν ἐκήρυσσον μάλ' ὤκα, οἱ δ' ἡτοιμάζοντο. ὁ δ' ἀρχηγὸς τῆς χώρας ἀναχωρεῖν μὲν ἠφίει καὶ ἠφρόντιστει τῶν φαινομένων, πλὴν τῆς τῶν φορτίων τέως μερίδος ἄνωθεν καταχθέντων καὶ λίαν ἀντείχετο ὡς ἐπὶ τῆς χώρας αὐτοῦ γεγονότων. οἱ δὲ τῷ καθ' αὑτοὺς καὶ συνήθει φρονήματι ἐμετεωρίζοντο, καὶ πρὸς τὰ ἐπεσταλμένα ἀντέτεινον καὶ ἀντέσπων. κἀντεῦθεν Ἴβηρας ἔχων ἐκεῖνος τὴν πρὸς σφᾶς ἀναθαρρεῖ μάχην, καὶ παραυτίκα ἔρις καὶ πόλεμος ἐξ ἑκατέρων συγκροτεῖται, καὶ P 311 ἀλλήλους ἔβαλλον, καὶ συνεχεῖς ἔπιπτον· ῥέπει δ' ἡ νίκη τοῖς Ἴβηρσι, καὶ κακῶς Γεννοῦται εἶχον. τέλος ταῖς τῶν Ἰβήρων προσβολαῖς ἀντέχειν μὴ ἔχοντες, καὶ πρὸς τὰ ἐφεξῆς δεδοικότες, πῦρ ἐνιᾶσι τῇ ἔξω τῆς πόλεως χώρᾳ, οὐ κατὰ χρείαν νίκης, ἀλλ' ὥστε μόλις τὸ κακὸν ἐκφυγεῖν θορυβηθέντων τῶν ἀντιπάλων. τὸ δ' ἦν ζημία μὲν οὐ μέτρῳ ποσουμένη καὶ τοῖς αὐτό-

fuissent, eos a minutis toparchis teneri tamen vectigales et subiectos. hoc ergo iniuriae loco ducentes primum ex communi concilio ipsorum legatos ad Alexium mittunt, quaedam postulantes; quibus cum ille haudquaquam assentiretur, statim ipsi simularunt migrare se simul omnes e Lazorum terris nunquam redituros velle. ac quoniam naves ipsorum longae in portu stabant, subito per eas omnes praeconio edicunt, expedirent se cuncti ad proximum abitum. quam id imperatum celeriter, tam prompte impigreque, ut sine mora pareretur, a singulis opera dabatur. nihil his motus Lazorum princeps, abire quidem Genuenses perfacile passurum se ostendit, sive intelligens haec in speciem obtendi, sive ut ex vero res gereretur, commercium eorum parum curans. caeterum praefracte institit exigere, prius quam solverent, id quod ipsi pro sarcinis iam ante ab iis in suam terram illatis iure hactenus recepto deberetur. Genuenses ad hanc denuntiationem principis in consuetam ipsis elati confidentiam, facturos quod poscebatur palam se negabant, retrahebantque interim, quantum poterant, merces in naves. hic enim vero cunctandum amplius princeps haud ratus, quas habebat ad manum Ibericas copias ad pugnam expedit. committitur praelium utrinque, volantibusque ultro citroque iaculis plurimi invicem cadunt. victoria porro haud dubie vergebat ad Iberos, maloque stabat loco sors Genuensium. ad extremum incumbentibus vehementius Iberis, Genuenses resistendo impares, et quod secuturum metuebant praecavente, ignem iniiciunt in exterius suburbium Trapezuntis non ad spem victoriae, sed quo, si forte, trepidantibus ad extinctionem incolis, aliquam inire rationem possent se ac sua in tutum subducendi. damnum ex hoc

B χθοσιν, οὐχ ἧττον δὲ ἀλλὰ καὶ πολλῷ μᾶλλον ἐζημίου κἀκείνους τὸ πῦρ· φορτία γὰρ ἐκεῖνα δυοκαίδεκα ναυσὶν ἀρκέσοντα πρὸς τὴν πλήρωσιν (τόσαι γὰρ καὶ προσώκελλον ἐν λιμένι) δαπάνημα γίνονται τοῦ πυρός. καὶ τοὐντεῦθεν ταπεινωθέντες τὰ τῆς εἰρήνης ἠσπάσαντο.

C 30. Οὐ μὴν δὲ καὶ ἡ κατὰ δύσιν βασίλισσα Ἄννα, ἣ καὶ αὐτανεψία τοῦ βασιλέως, τῶν ἐκ τῶν Ἰταλῶν ἀνεῖτο κακῶν, ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ἀποκρουσθεῖσα κήδους διὰ τὴν συγγένειαν τὸν τοῦ Καρούλου υἱὸν ἐπεγαμβρεύσατο Φίλιππον, καθὼς φθάσαντες εἴπομεν, καὶ πόλεις ἦσαν καὶ χῶραι

D τὰ εἰς προῖκα δοθέντα, οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς χειροῦσθαι τὰς πόλεις ἠβούλοντο καὶ Ἰταλικαῖς διοικήσεσι τὰ κατ' ἐκείνας ἰθύνειν, Ἄννα δ' ἠργολάβει καὶ ἀνεβάλλετο, προβαλλομένη τὴν τῆς θυγατρὸς Ἰθάμαρ πρὸς τὰ Ἰταλικὰ ἤθη συγκείμενον ὃν μὴ μεταπεσεῖν ὅλως βιασθῆναι μετάκλησιν. διὰ ταῦτα καὶ πρὸς βασιλέα αὖτη ἀπέ-

κλινεν, καὶ τὸν παῖδα Θωμᾶν γαμβρὸν ἐπειρᾶτο ποιεῖν τῷ βασι-

E λεῖ Μιχαήλ, ἄξια διδοῦσα τὰ ἔδνα τῷ τὸν γαμβρὸν ἀποπροσποιεῖσθαι. ὁ δὲ μηδὲν μελλήσας μηδ' ἐς νέωτα ὑπερθέμενος στόλον ἀρτύεται ναυσὶ μακραῖς τέσσαρσι πλείοσι τῶν εἴκοσιν, αἷς δὴ καὶ ἐκπανεγγὺς ναυλοχησάμενοι τὸν τόπον ἠρήμουν καὶ ἐν

incendio immensum indigenarum extitit, sed longe maius Genuensium. nam sarcinae ipsorum confertae pretiosis mercibus tanta mole ac numero ut naves duodecim (quot in portu stabant) complere possent, eodem igne consumptae sunt. ea clade ac iactura demittere animos coacti Genuenses pacis consilia sunt amplexi.

30. Caeterum neque Anna regina in Occiduo degens tractu, neptis imperatoris, quiete secura et immunis malorum ab Italis esse sinebatur. sed ex quo exclusa facultate collocandae filiae iuniori Augusto Michaëli, propter intimam consanguinitatem inter illum et se, Caroli filium Philippum in generum adsciverat, prout superius memoravimus, assignatis ei dotis nomine urbibus et regionibus quibusdam, Philippus idem et Latini subito voluerant ea sibi loca subiicere, et Italicis contributa dioecesibus suis ipsorum impertire sacris et legibus regere. at eorum hoc, studium Anna variis cunctandi eludebat artibus, magnopere praecavens, quod matrimonialibus pactis convenerat, ne omnino sua filia Ithamar transire ad ritum Latinum e Graeco patrio cogeretur, quod iure futurum metuebat, si arces eius et terrae semel praesidiis Latinorum tenerentur. dum sic filia traditionem urbium differret, Philippo cum suis contra instante, verens Anna ut par ad extremum resistendo esset, auxilia imperatoris respectabat, in eius partes inclinans, et ad illum sibi artius iungendum coniugium proponens filii sui Thomae cum filia iunioris Augusti Michaëlis, promittens talis nomine matrimonii sponso suo filio cessuram easdem urbes ac terras quas doti filiae Ithamaris addixerat, genero Philippo abdicando. id parari simul Philippus sensit, haud momento cunctatus classem armat navium longarum plus quam viginti quatuor; e quibus terrae sibi debitae

στενῷ κομιδῇ τὴν Ἄνναν καθίστων, ἐπιβοωμένην βασιλέα καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀρωγὴν θέλουσαν. ἀλλ' ἐκείνη μὲν καὶ οὕτως ὡς P 312
εἶχε κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνταγωνιζομένη ἐπὶ τοῦ προτερήματος ἐγεγόνει, τὸ δέ γε κῆδος καὶ ἐσαῦθις ἤνυστο.

31. Βασιλεὺς δὲ ἀναγκαίως ἐν ὑπερθέσεσιν ἦν, πρὸς B
ὅπερ καὶ ἠξιοῦτο διὰ τὰ συμβαίνοντα τῷ σφετέρῳ κλήρῳ, πολλῆς καὶ μεγάλης τῆς ἐπιμελείας χρῄζοντα, καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ τὸ ξενικὸν ἅπαν, ὡς μὲν Ἰταλοὶ ὡς δ' Ἀλανοί, ταῖς γνώμαις ἠλλοτριοῦντο, δυσχερεῖς ὄντες πείθειν καὶ πρὸς τὰ παρὰ βασιλέως ἐπισταλμένα καθυποκλίνεσθαι. τῷ μὲν οὖν μεγάλῳ δουκί, C
τοῦτο μὲν κατὰ Μαγνησίαν τοῦτο δὲ κατὰ Μιτυλήνην διάγοντι, αἱ συχναὶ προστάξεις τοῦ ὑπερθέσθαι τὸν πρὸς τοὺς Μαγνησιώτας πόλεμον καὶ περᾶν συνάμα τῷ ὑπ' αὐτὸν λαῷ κατὰ δύσιν πρὸς τὸν ἀνάκτορα Μιχαὴλ (εἶναι γὰρ καὶ Μαγνησιώτας ὑπηκόους τῇ βασιλείᾳ, εὐφημοῦντας ὁσημέραι τοὺς βασιλεῖς, καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν παροινίας εὐθύνας εἰς καιρὸν ὑποσχεῖν δυναμένους) οὐδὲν ἦσαν, καὶ λόγοι τηνάλλως λεγόμενοι Ῥωμαίους ἀν- D

appulsis exscendens late vastabat regiones Annae subiectas ditioni. unde ipsa in artas redacta angustias implorare quidem volebat imperatoris opem eiusque validis auxiliis iuvari: tamen suis ipsa praesentibus ad resistendum, prout poterat, usa strenue copiis superior interim evasit, rebusque integris servatis destinatam affinitatem, quo prius designaverat, tandem perfecit modo.

31. At imperator Andronicus scribus hinc ecclesiasticarum inde politicarum rerum varie ac graviter laborantium in diversa tractus curis, in necessaria deliberationum incertitudine suspensus fluctuabat. nam et cleri sui statum, patriarchae huic parum aequi palamque exosi austero invisoque regimine turbatum, praesenti sua et efficaci plurimum indigere providentia videbat: aliunde vero crucem illi figebant increbescentes ab exercitu nuntii de dissensionibus illic Italos inter, et Alanos exitiose nec revocabiliter commissis, quas iterata sua iussa sedare hactenus nequivissent, odio in utrisque mutuo extinguente reverentiam imperii et contumaciam iratis inflexibilem affiante. istius contumaciae primum et maxime molestum in magno ipso duce specimen extabat. nam cum eum iam adhuc degentem Mitylene (quo tempore Magnesiae ab illo defectio contigit) praecisis sed irritis mandatis avertere tentasset a consilio statim oppugnatam eundi Magnesienses, cumque ex quo intellexisset iam eundem obsidere Magnesiam, non minus inutili conatu retrahere ipsum a tali coepto sategisset, quam poterat efficacissime imperans ut eo intempestivo dilato bello universas quas secum habebat copias, traiecto confestim mari, duceret in tractus Occiduos ad imperatorem Michaëlem, allegans Magnesienses, utcumque aliter peccassent, perstare tamen in professione submissionis ad imperium et quotidie Augustis suae in eos observantiae indicibus acclamationibus bene precari, eius porro quod perperam egissent, commodioni posse tempore ab ipsis poenas repeti, haec, inquam, Andronicus duci magno, licet instantissime iterans, surdo canebat, adeo quidem ob-

δρολογοῦντι, καὶ μάλιστα ἐπὶ Μαγνησιώτας, καὶ εἰ μὴ ἀναστατοίη τούτους, οὐδὲ ζῆν θέλοντι. Ἀλανοῖς δὲ καὶ μᾶλλον διὰ τὰ προσυμβάντα κατὰ Κύζικον οὐκ ἦν ἀρεστὰ τὰ πραττόμενα, ἀλλὰ πανδημεὶ ὑπὲρ πεντακοσίους ἀφίσταντο. κἀπειδὴ ἀπείρητο τούτους μὴ περαιοῦσθαι κατὰ τὴν Καλλίου ἐπὶ τὰ σφέτερα, ἀλῆται τόπους ἐκ τόπων ἀμείβοντες ἔξω που τῶν Πηγῶν σκηνοῦσιν. οἷς βασιλεὺς πέμπων καὶ ἱκανὰ ἀργύρια προσέταττεν ὑποστρέφειν. τοῖς δὲ θάνατον τῆς ὑποστροφῆς ἀνθαιρουμένοις συνέβη τῷ τέως ἀνδραγαθῆσαι φανέντων Περσῶν. ἐπειδὴ γὰρ οἱ μὲν εἰς ἐνενηκοσίους ἐποσοῦντο, καὶ τὴν μάχην ὡς εἰπεῖν μετὰ θάρρους εἰσβάλλουσι ἐκ μιᾶς· οἱ δ' ἐν μέρει συμβαλόντες ὡς εἰς διακοσίους ποσοῦσθαι, τῶν ἄλλων αὐτῶν ὡς ἐκ πολλοῦ διασκεδασθέντων, ὅμως τοὺς μὲν κτείνουσι τοὺς δ' αἱροῦσιν εἰς φυγὴν τραπέντας, αὐτοὶ μηδὲν παθόντες τῶν ἀνηκέστων.

32. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ τέρας τελεῖται θαυμάσιον τῆς ὁσιομάρτυρος Θευδοσίας, περὶ οὗ μὴ λέγειν ἱστοροῦντι καθ' ἕκαστον ἐμοὶ μὲν κίνδυνος οὐ μικρός, τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ ἀνακηρύττειν ἄξιον ὄν, ζημία δὲ οὐκ ὀλίγη τοῖς μὴ ἀκούσουσι περιστήσεται·

firmate in proposito Magnesienses ulciscendi, ut suas copias ad id insufficientes deprehensas novis Romanorum delectibus augeret, omninoque prae se ferret se, nisi deleta illa sibi rebelli urbe, haud velle vivere. verum illis quos illic sub signis habebat Alanis, subinde reputantibus quid Cyzici passi essent, minime placebant quae tunc fierent. quare hi capto tempore omnes simul, numero quingenti, a castris magni ducis iniussu abeunt; et desperata facultate traiiciendi freti ad Callipolim, sicque in suas ipsorum terras recedendi, vagi, stationibus crebro mutandis, huc illucque ferebantur. eo incerto cursu perlati ad viciniam Pegarum certo loco extra oppidum tabernacula fixere. illic eos conveniunt missi ab imperatore, qui numerata ipsis pecunia non modica iuberent redire unde fugerant, ac signa repetere. at illi sic parati erant animis, ut mortem obire mallent quam sub exosi et irritati ducis imperium redire. interim occasio illis rei bene gerendae oblata est, quadam forte in illis partibus apparente Persarum manu, satis illa quidem valida, nongentorum videlicet armatorum; cui cum Alani occurrerunt, haud omnes simul aderant, sed ducenti dumtaxat, aliis trecentis, ex quo a castris recesserant, dudum varie dispersis. tamen ita opportune ita fortiter in Persas incurrerunt, ut multos eorum interficerent, reliquos fugarent, et fugacibus instando plurimos eorum caperent, nemine suorum aut desiderato aut graviter saucio.

32. Inter haec perpetratum est prodigiosum miraculum sanctae martyris Theodosiae. quod equidem horum historiam temporum tradere literis professus, haud citra periculum reprehensionis et inofficiosi culpam silentii, distincte hoc loco referre omitterem, utique cum dei opera vulgari et scriptis sermonibusque celebrari digna sint, nec fraudanda posteritas rei notitia utilissimae cognitu, quam nisi audiret me narrante, detrimento afficeretur haud modico. eadem porro promulgata certo demonstrabit ar-

ῥηθὲν δὲ πάντως καὶ τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν ἀκριβώσει, καὶ δεῖγμα τῆς πρὸς ἡμᾶς κηδεμονίας τοῦ κρείττονος παραστῇ. νεανίας τις ἀνὰ τὴν Κωνσταντίνου κωφός τε καὶ ἐνεὸς ἐπὶ χρό- C
νοις ἦν οὐκ ὀλίγοις, καὶ τὸ πάθος καὶ αὐτὸν τῶν πρὸς τὸ ζῆν ἀποροῦντα θητείαις ἐδίδου, δι' ὧν ἐπολυωρεῖτο τοῖς ἀναγκαίοις, κἂν μὴ μόνιμος ἦν τὴν ἐφ' ἑνὶ δεσπότῃ θητείαν, ἀλλὰ τοὺς δεσπότας ἀλλάττων. θητεύει γοῦν πρὸς τοῖς λοιποῖς καί τινι Πηγωνίτῃ τοὔνομα, τοῦ περιφανοῦς που νεὼ τῶν θεοκηρύκων ἐγγιστα καταμένοντι. τούτῳ κατ' ὄναρ ἡ μάρτυς ἐφίσταται καὶ παρθένος, καὶ τὴν πρὸς τὸν νεὼν πάντως ἐκείνης σὺν κηρῷ τε D
καὶ θυμιάματι παραγγέλλει ἄφιξιν. ὃ δ' ἐγείρεται, καὶ σχήματι μόνῳ προσῃτηκὼς τὰ ἀγγελθέντα, καὶ λαβὼν ξυνιέντων τῶν ἀκουόντων, προστρέχει τῷ ναῷ καὶ ἐφ' ἱκανῷ ποτνιᾶται, καὶ τῷ τῆς φωταγωγοῦ ἐλαίῳ χρισθείς, πεσὼν ὑπὸ πόδας κατὰ τὸ σύνηθες ἱκέτης τῇ μάρτυρι γίνεται. ἐπαναζευγνὺς δ' ἐκεῖθεν ἔδοξε τὸ οὖς ἐνοχλεῖσθαι. πολλάκις δὲ κνωμένου τῷ λιχανῷ ἐκπίπτει ἐκεῖθεν αὐτίκα, ὡς ἐδόκει, ζωΰφιον ἔμπνουν τε καὶ ὑπόπτερον, ὃ δὴ καὶ ἀφωμένου ἐν θαύματι καὶ πρὸς ἄμυναν ἰόντος ἀφανὲς παραχρῆμα γίνεται. ἔδοξε δ' ὅμως ῥαΐσαι τὸ ἐμφωλεῦον P 314
ἄλλως, καὶ ἐν χρησταῖς ταῖς ἐλπίσιν ἦν. ἀλλ' ἐφίσταται τῇ οἰκίᾳ ὁμοίως ἔχων καὶ αὖθις τοῦ πάθους. οἱ μὲν ὡς τὸ πάλαι

gumento invigilare rebus humanis providentiam divinam, nosque deo curae esse, praesenti quasi pignore fidem faciet. adolescens quidam Constantinopoli surdus annis non paucis et mutus fuit; qua ipsa miseria victum alia sibi ratione parare prohibitus, mercede famulans victitabat, idque non apud unum permanens constanter, sed subinde mutans domines. locavit is inter alios operam cuidam Pegonitae nomine, proxime conspicuum templum dei praeconum Apostolorum habitanti. apud hunc muto iuveni diversanti sancta martyr et virgo per somnum superne apparens se obtulit, eumque omnino iussit ad suam ipsius sacram aedem cum cera et thymiamate proficisci. experrectus ille nutu et gestu, prout potuit, visum exposuit domesticis, ita ut satis illi perciperent; quare ab iis acceptis quae sancta virgo afferri mandarat, cum his accurrit ad templum, illicque sat longo veneratus divam spatio et oleo lampadis inunctus, procidens sub pedes iuxta morem, supplex martyri fit. inde revertenti nescio quid moleste pruriebat in auris intimo. quare cum subinde illuc immisso indice non parceret scalpere, ecce inde inopinatissime decidit forma quaedam insecti, vivi, ut apparebat, et alis instructi. quod cum ille admirans contrectasset cupide, ac mox indulgens naturali odio quo ferimur in infesta, ulcisci noxiam bestiolam elidendo pararet, illud, quidquid erat, confestim ex oculis evanuit. solatio tamen fuit quod incommoda prurigo, qua in penitissimis auriculae cavernis importune punctus paulo prius fuerat, vel plane resedisse vel remissius inquietare videbatur. qua experientia eius animus quodam eventus felicioris augurio in spem plenae curationis excitabatur. in hoc gaudio, surdus tamen ut prius, ingressus herilem domum

τὸ πῦρ διένευον ὑπανάπτειν, φέροντες ἄλευρα, ὃ δ' ἐμπεσὼν ἐφύσα λιγέως. ἀλλ' οὔτε φλὸξ ὤρτο οὔτε πῦρ θεσπιδαὲς ἴαχε κατὰ ποίησιν, μόνος δ' ὑπετύφετο καπνός, καὶ εἰκαίως οὗτος ἐπόνει καὶ ἐδυσχέραινε. μετὰ πολλὴν δὲ πεῖραν τοῦ πυρὸς μηδὲν
B ὑπακούοντος, μετεβλήθη τὸ ἄσθμα εἰς λόγους καὶ φωνὴν ἐκρήσει· ἀρᾶται γὰρ τῇ ἑστίᾳ, ἀρᾶται μή ποτε ὑπανάψαι μηδὲ φλόγα τὸ σύνολον ποιῆσαι, μέγα βοῶν ἐκ βαρύτητος. ὃ δή, ὡς εἰκός, τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίας οὐκ ἔλαθεν. ὅμως δ' ἀκούσαντες ἐξεπλήττοντο, σφίσιν ἑαυτοῖς διαπιστοῦντες, καὶ δυοῖν ἡγούμενοι θάτερον, ἢ τὸ πῦρ τὴν φωνὴν ἀνεῖναι ἢ μὴν τὸν τέως κω-
C φὸν καὶ ὃν οὐκ ἤδεσαν φωνήν ποτε προϊέμενον. ὡς δὲ πόρρωθεν φωνοῦντες ἀνέκρινον τίνος ἡ φωνὴ αὕτη καὶ τὰ λαλούμενα, ὁ κωφὸς ἀκούει, καὶ περὶ ἑαυτοῦ μαρτυρεῖ, ὡς αὐτὸς ἀκούσας ἀνακρινόντων, αὐτὸς ἦν καὶ ὁ τῷ πυρὶ ἰδίῳ ἐπαρασάμενος στόματι. καὶ εὐθὺς ἐπιστάντες τὸ φρικτὸν ἐκεῖνο τέρας κατανοοῦσιν, τὸν λόγον τε διεκδιδοῦσι, καὶ πᾶσιν ἀνάπυστον τὸ πραχθὲν γίνεται. εἶτα καὶ πρὸς βασιλέα φθάνει τὸ θαῦμα, καὶ φέρουσι παρ' αὐτὸν ὁρισθέν, παρόντος καὶ πατριάρχου, τόν ποτε κωφὸν καὶ ἐνεόν, ὃς δὴ καὶ ἐρωτώμενος ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης τὸ πᾶν

5. ἄσμα P. 14. ὅτι αὐτὸς?

admonetur quibus solebat signis a familiari ministerio praefectis, ut ignem accenderet pani coquendo: iam enim a pistore farinam afferri mox in massam subigendam. ille ad focum advolans parendi studio, prunis insufflabat stridule. sed nec flamma micat, crepitans neque fulgurat ignis iuxta poësim, solus se densa glomerat caligine fumus, dum labor sic in longum irritus trahitur, offensus iuvenis contumacia ignis ad tam crebro intenseque afflatos susurros persistentis surdi, spiritum in verba mutat, erumpitque voces penitus conceptam iram usitata declarantes indignantium formula. maledicit enim foco, et magno ex affectus vehementia clamore "nunquam ex te possit oriri flamma" sonore pronuntiat. exaudita cum stupore ingenti a domesticis vociferatio est. atque ii primo vix credentes auribus alterum duorum admittendum necessario videbant, ut aut ab igne prolata quam audierant vox esset, aut ab eo articulata homine quem ipsi mutum certissimo hactenus nossent. ergo procul inclamant "cuius haec vox est? quis ista loquitur?" tunc vero qui mutus esse desierat, etiam se non amplius surdum esse declaravit: auditis enim quae ex intervallo inclamabantur, apte intelligibiliterque reposuit eundem se qui auditu percepisset quae fuerant ipsi locuti, auctorem quoque vocis esse cuius ante sonum senserant, qua nimirum, irae impatientis aestu, ore ac lingua propriis foco maledixisset. illico igitur certatim omnes accurrentes prodigiosum illud miraculum praesentibus subiiciunt sensibus, ac per viciniam urbemque differunt. unde momento res vulgata ad imperatoris quoque notitiam pervenit. ad hunc, sic statim fieri iubentem, praesente etiam patriarcha, ducitur qui surdus et mutus fuerat. isque interrogatus a primo

ἐξαγγέλλει, αὐτὸς οἰκείῳ στόματι διηγούμενος. ταῦτα ἄρα καὶ μηδὲν κρίναντος δίκαιον τοῦ κρατοῦντος σιγῇ παρελθεῖν τὸ δρᾶ- D
μα, πάννυχος ἐξ αὐτῆς παννυχίς τῇ μάρτυρι διαγγέλλεται, μηδὲ αὐτοῦ βασιλέως ἐκεῖθεν λείποντος. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἐπὶ πλέον οὗτος τὸ σέβας τῇ θαυματουργῷ θέλων φιλοτιμεῖσθαι, τοῖς μὲν ἄλλοις ἐφῆκε βαδίζειν ὡς βούλοιντο, αὐτὸς δὲ συνάμα συγκλήτῳ πάσῃ καὶ πατριάρχῃ ἀκρόνυχος πεζῇ βαδίζων πρὸς τὸν ναὸν τῇ μάρτυρι παραγίνεται.

principio rem totam, uti contigerat, ore proprio narravit. tam mirabilem eventum haudquaquam Augustus aequum censens silentio premi, agit statim cum patriarcha ut pervigilium noctis solidae hymnis et gratiarum actionibus apud templum sanctae virginis, miraculi auctoris, impendendae indiceretur. nec inde imperator abfuit. quin etiam ut abundantius ostenderet quam prolixo animo tam iuste debitum mirificae martyri gratulandi venerandique officium persolveret, permisso aliis ut vehiculo aut equo ad eius templum, si liberet, gestarentur, ipse sub crepusculum instantis noctis, universo senatu et patriarcha comitante, pedibus incedens ad templum pervenit, sanctaeque illic se stitit martyri.

Z.

Ἐπάνειμι δ' αὖθις ἐκεῖνα δώσων τῷ λόγῳ πρὸς ἃ δὴ καὶ αὐτὸς P 318
ἐπιεικῶς ἀπορεῖ ἡττώμενος τῷ μεγέθει τῶν γιγνομένων, ὥστ' εἰρημένον τοῦτο πολλοῖς περὶ ὧν ἕκαστος λέγειν προυτίθετο, ἐπ' ἐκείνοις μὲν τέχνης εἶναι τὸ ἐπιτήδευμα, καὶ εἰρωνεία τοῦ γράφοντος ἀντικρούει, ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ μόνοις ἐπὶ τοσοῦτον πι- B
στεύεσθαι τὴν παραίτησιν, παρ' ὅσον καὶ πᾶς εἰδὼς μαρτυρήσει

12. εἰρωνείαν — ἀντικρυς?

VI.

Refero me rursus ad opus dudum susceptum, et traditurus literis ad quae ipsae, ut sic dicam, literae non mediocriter aestuent, vinci se fassae magnitudine dicendorum. non me fugit similia plurimos in suarum aditu narrationum praefatos. sed confido aeque arbitro, ubi argumenta comparaverit, suboliturum hoc ab aliis scriptoribus arte ac figura dicendi quadam insuque ingenii iactari: eundem autem iudicaturum in his demum solis actis, quae mihi proposita ad prodendum in famam sunt, eo fidem haberi par esse proniorem significationibus timoris, quibus se auctor in procincta operae quasi violenter retrahi a scribendi consilio declarat, quo ipsa perspecta omnibus, et nullius non hic hodie viventium tristi experientia comperta grassantium iam ab annis plurimis in nos malorum atrocitas ab unoquoque superiora nostra de his scripta legentium testimonium

τοῖς γραφομένοις, ὡς μηδὲ σιγῇ τὰ πλεῖστα παρενεγκών, καὶ τὸ τοῦ δαιμονίου μήνιμα πᾶς τις ἀναφανδὸν αἰτιᾶται τῶν συμφορῶν καὶ τὸ τῶν πραγμάτων ἀμήχανον. οὔπω γάρ τις ἔφθη ἑτέρῳ διεξιών, καὶ ὁ ἀκούων πικρὰ τῶν πραγμάτων καταστενάζων τὸ τῆς θείας ὀργῆς ἄφυκτον θαρρούντως ἀνωμολόγησε καὶ αὐτὴν
C πᾶσαν ἀπέγνω πρὸς τὴν τῶν τελουμένων ἀντιπαλάμησιν, καὶ ὀλιγγιῶν πρὸς τοὺς λόγους ἔδειξεν ἀκοὴν χωρεῖν ὅλως ὡς οὐκ ἔχουσαν τὰ πολλῷ πλέον μὴ δυνάμενα λέγεσθαι. πλὴν δ' ἀλλὰ καὶ περὶ τούτων ὅπως ἔσχε διαληπτέον, τὸ τῆς ἱστορίας λεῖπον ὑφαίνοντες.

D 1. Καζάνης μὲν οὖν ὁ τῶν ἀνατολικῶν Κάνις Τοχάρων, ἐφ' ἓξ ἄρξας ἔτη καὶ πλεῖστα μνήμης κατεργασάμενος ἄξια, πεντεκαιτριακοστὸν χρόνον τὸν τῆς ζωῆς τελέσας ἁρπάζεται. συνέφθιτο δὲ καὶ ἡ ὑπ' αὐτῷ τῶν ὅλων ἐλπίς, καὶ τὰ δεινὰ
P 319 ἠΰξανε πανταχοῦ, καὶ μᾶλλον ἐπὶ Φιλαδελφείας, ἐπιτιθεμένων τῶν Καρμανῶν. ἐκεῖνος γάρ, ἵνα μικρόν τι τῷ λόγῳ προσδια-

5. ἀλκὴν?

elicit, clare profitens cum meam in plerisque horum enuntiandis sine dissimulatione liberam fidelemque diligentiam, tum cladium calamitatumque ipsarum immanitatem eo usque prodigiosam, ut nemo sit qui earum causam vindictae irati numinis non palam imputet, nemo qui contortam obliquitatem tam perplexe involventium sese in damna nostra dirorum casuum, qui vim ineluctabilem tot saevorum incursuum Martis adversi, non iam e libris cognoscens sed spectans oculis et dolore intimo sentiens, non ea inter suspiria et lacrimas effundens in aures obviorum, illis assentientibus, agnoscat ac fidenter praedicet utique manifesto incumbere in nos pondus gravissimum irae divinae, ea vehementia exitium inferens, cui sustinendae ac contra obmoliendo avertendae labor omnis sit inanis et conatus stultus. cui porro sit dubium quin tali praeoccupatis moestitia si quis poscens audientiam se offerat, expositurus quae geruntur, recusent aversenturque et aures habere tam prolixae malorum Iliadis omnino capaces negent? quae vero audiri prae incredibili acerbitate nequeunt, potiori scilicet ratione existimanda sunt nec exprimi dicendo posse. verum utcumque ista sunt, me quidem, cui mora non est libera debiti solvendi, resumere hinc protinus oportet promissam narrationem; ac partem gestarum rerum in tempus excurrentem subsecutum eventa superius conscripta historiae iam ante compositae continuando subtexere.

1. Cazanes igitur Orientalium Kanis Tocharorum cum ad sex annos imperasset et plurima digna memoria fecisset, quinto et tricesimo expleto aetatis anno rapitur. periit cum eo simul tota quae arridere coeperat spes restituendae imperio Romano tranquillitatis; et eo qui solus poterat et velle ostenderat atque adeo iam coeperat coërcere barbaros ipsi subiectos a nostris regionibus vastandis de medio sublato, non eo solum tenore quo coeperant, sed augmentis exaggerata gravioribus mala in nos ubique irruebant, praesertim autem Philadelphiae, redeuntibus fero impetu ad eius oppugnationem Carmanis. Cazanes (ut de illustri in paucis principe brevi

τρίψω, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρελθὼν πρὸς Κῦρον ἐκεῖνον καὶ Δαρεῖον ἑώρα, καὶ τοῖς πραχθεῖσιν ἐκείνοις πάλαι λεγομένοις εἰς ἡδίω τρυφὴν ἐχρᾶτο ἢ τοῖς τῆς ἀρχῆς σεμνώμασιν ἐξηγάλλετο. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τὸν τοῦ Δαρείου νικητὴν Ἀλέξανδρον ἐπὶ λογισμῶν ἔστρεφε, καὶ ὑπὲρ πᾶν ἄλλο τὰς ἐκείνου πράξεις ὑπερηγάπα. δι' ὧν καὶ αὐτὸς τῶν ἴσων τυχεῖν ἐφίετο, καὶ κλέος ἐπόθει λαβεῖν τοῖς ὁπουδήποτ' ἐπ' ἴσης ἀνδραγαθήμασιν. ὅθεν B καὶ πολλοῖς μὲν ὠγκοῦτο τοῖς παρασπίζουσιν, Ἴβηρσι δὲ καὶ μᾶλλον ἐπὶ πολέμοις ἐχρᾶτο, πλεῖστον μὲν τὸ γενναῖον καὶ ἐκ τοῦ γένους ἔχουσι, πολλῷ δὲ πλέον καὶ ἐκ τοῦ τῶν Χριστιανῶν καθαροῦ καὶ ἀμωμήτου σεβάσματος. παρ' ἣν αἰτίαν καὶ σταυρὸν μαθὼν τὸ τῶν Χριστιανῶν τρόπαιον ὄν, οὐράγει σφίσι παρασπίζουσι κατὰ πόλεμον, καὶ πόλλ' ἄττα δεινὰ τὸν τῶν Ἀράβων σουλτὰν εἰργάζετο, ὥστε καὶ αὐτοῖς τοῖς ἱεροῖς προσβαλεῖν Σολύμοις καὶ ἐγγὺς τοῦ παραστήσασθαι γεγονέναι, καὶ μᾶλλον C διὰ τὸ ζωηφόρον μνῆμα τοῖς Ἴβηρσι χαριζόμενος. ὁμοίως κακῶς καὶ τὴν Αἴγυπτον ἔδρα, εἰ μή γ' ἐκείνῳ τὸ ἐν τῷ ..... τό-

digressione pauca non indigna scitu memorem) principatum iniens Cyrum et Darium imitandi studio spectabat, actaque ipsorum olim commendata literis avide perlegens plus ex eorum cognitione voluptatis hauriebat quam e cunctis insignibus summae qua pollebat potestatis. sed et hos ipsos veteres Persarum transcendens reges, Alexandrum Darii victorem mente potissimum versabat, et super omne aliud historiarum argumentum res ipsius gestas suspiciens amabat, eius similem, qua se ille inclytum fecerat, et ipse assequi desiderans gloriam, et istius exemplo facinoribus cuiusque generis arduis edendis immortalem sibi famam heroicae virtutis acquirere. hinc ille, prout erat consentaneum facere talia meditantem, numquam non speciose succinctus apparebat numerosa et lectissima praetorianorum manu: cum bellandum porro esset, Iberis potissimum utebatur, optimo et sibi probatissimo militum genere, quippe quibus praeterquam inerat pugnax a stirpe indoles generosaque alacritas periclitandi, accedebat maior etiam ab inculpatis amabilitas moribus, quod ii Christianam religionem pure inoffenseque profiterentur. quare non ignarus quantum vincendi omen in crucis signo constitutum esset, cui prosperorum experientia successuum celebrem appellationem tropaei Christianorum merito peperisset, huic praesertim Ibericae legioni, pro vexillo labarum cruce insigne praeferenti, confidebat in praeliis, eam sibi solitus circumdare, et loco triariorum extremo in agmine secum habere. qua bellandi ratione cum alia gravia Sultani Arabum damna intulit, tum ipsis quoque Hierosolymis hostiliter admotus parum abfuit ab urbe illa tanta, cui Sultan Christianis ereptae dominabatur, expugnanda suaeque subiungenda ditioni, id aggressus instinctu maxime gratificandi suis Iberis, quos sciebat aegre ferre Saracenos Christi domini hostes vivifico ipsius insistere victores et insultare monumento. in quo etsi haud illi contigit perficere quod optabat, tamen haud parum afflixit Sultanis partes, vastans quin etiam Aegyptum cladesque illic Arabibus non leves inferens, longe pluribus et gravioribus sine

πων ἀμμῶδες καὶ ἄνυδρον εἰς πολλὰ προσίστατο. καὶ ἐῶ τὰς αὐτουργίας αὐτοῦ ἐν ὅσαις ἀσμένως ἄρχων ὢν καὶ τῶν ὑπερτάτων ἐβανανσίζετο, οὐ κατὰ χρείαν μᾶλλον ἀλλὰ κατά τινα τῶν ὑφ' αὐτὸν παίδευσιν. ἐφεστρίδας μύωπας καὶ ῥυτῆρας ἵππων καὶ πέδιλα καὶ μαχαίρας καὶ ἡμιτύμβια καὶ πᾶν ἄλλο βαναύσου τέχνης ἐξεργαζόμενος, καὶ τὰς ἀνακωχὰς τῶν πολέμων ἀσχολίας τῶν τοιούτων ποιούμενος. ἀλλ' οἷα ἐφρόνει βάρβαρος ὤν, τὸ παράδοξον. ἠγεῖτο γὰρ εἶναι μίμημα θεοῦ τὸν καλῶς ἄρχοντα καὶ ὁσίως· καὶ ὥσπερ οὐκ ἔστιν ἐκείνῳ περὶ Ῥωμαίου καὶ Σκύθου, Σαυρομάτου καὶ Ἕλληνος, ἔτι δὲ δικαίου καὶ μή, ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τὰς δόσεις, κοινῶς εὐεργετοῦντι καὶ ὑετοὺς καὶ ὥρας καὶ ἥλιον, οὕτως ᾤετο δεῖν διακεῖσθαι καὶ τὸν δικαίως ἄρχοντα σὺν ὅλοις τοῖς ὑπ' αὐτὸν τὰς δωρεὰς διοικούμενον. ἔκοψε δ' ἐξ ἀπέφθου χρυσοῦ καὶ Καζάνειον νόμισμα, καὶ πᾶσαν εὐνομίαν ἐνομοθέτησεν. ἔμελε δ' αὐτῷ καὶ δικαιοσύνης ἐπὶ πᾶσιν, ὥστε μὴ ταύτης ἄλλο τι λογίζεσθαι προτιμότερον. οὗτος

dubio damnis illos affecturus, nisi ei, ne penetraret interius, locorum arenis inviis et aquae inopibus late squallentium insuperabilis difficultas obstitisset. omitto accensere tanti viri laudibus humilem industriam vilium opificiorum, quibus latissime licet ac splendidissime dominans princeps perlibenter impendebat propriarum operam manuum, haud ille quidem lucri ususve gratia, quasi talibus egeret, sed quod institutione philosophica quadam pulcram existimaret universalitatem istam ad cuncta descendentis, in cunctis eminentis ingenii. ergo non quisquam illo concinnius ephippia, calcaria, habenas equis flectendis, ocreas, gladios, galeas aut id genus militaria capitum tegmina cuderet, sueret, ex quacumque scitissime materia formaret, nitidissime poliret, remissiones solitus militarium laborum mechanicis istiusmodi artificiis addicere. iam sensa mentis eius familiaribus declarata sententiis quam erant in barbaro inopinata miraadaque! dictitabat bene ac sancte imperantis hominis officium, dei supremi omnium domini acri affectanda studio imitatione contineri. sicut enim apud conditorem universorum discrimen nullum est Romani aut Scythae, Sarmatae aut Graeci, ac ne iusti quidem vel iniusti, quod largiendi profusionem attinet, utique cum eius liberali gratia aeque in omnes communia beneficia spargantur pluviarum, tempestatum, solis annuo fungentis gyro, pari quoque penitus affectum indulgentia debere principem praestare se indifferentem cunctis subditis necessariorum ad vitae cultum et desideratorum unicuique praebitorem, gratis beantem universos. caeterae porro Cazanis in rebus ex usu publico administrandis aequitatis specimen extat in re momenti non parvi ad fidem in commerciis servandam, monetae signatae probitate. ab ipso enim auctore celebre habet nomen Cazaneus ille nummus, ex auro cusus exquisitae puritatis. nec absimili diligentia in reliquis regiminis partibus versatus cuncta ubique institutis temperavit laudatissimis, nihil se habere antiquius aut ducere potius perfecta in omnibus absolutione institiae nulla non actione prae se ferens. idem morbo se absumi sensim diuturno et incurabili sentiens, curam ingressus sibi pa-

ἀντανέψιον ἔχων Τουκταΐν, ᾧ δὴ προσῆκεν ἐκ γένους καὶ ἡ ἀρ-
χή, ἐπεὶ πρὸς θανάτῳ ἦν καὶ οὐ τοῖς ἰδίοις τρόποις τοὺς ἐκείνου
συμβαίνοντας ὑπετόπαζε, παριδὼν αὐτὸν ἔφεδρον εἰς ἀρχὴν ἐκ P 320
τοῦ ἀναγκαίου ὄντα, πέμψας μετακαλεῖται τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν
περί που τὰ τῆς Ἰνδίας μέρη σὺν ἰδίῳ στρατεύματι διατρίβοντα,
ᾧ δὴ Χαρμπαντᾶς τοὔνομα· ὀρεοκόμον εἴπῃ τις ἂν ἐκεῖνον,
οὕτω συμβὰν ἐπὶ τῇ γεννήσει, φανέντος εὐθὺς τοιούτου, ὡς
εἴθιστο σφίσι γεννωμένοις ποιεῖν κατά τι νόμιμον. καὶ τοῦτον
εἰς ἀρχὴν καταστήσας ἐπὶ τρισὶν ἔτεσι τὰ αὐτοῦ συνθήματά τε
καὶ νόμιμα ἀπαρεγχείρητα μένειν ἐντολὰς ἐδίδου τὸ ἐπίταδε, εἶτα
ἄρα καὶ δόξειε γίνεσθαι παρηγγύα. τοῦτ' ἀνάπυστον γεγονός, B
ἐπεὶ καὶ κατὰ τὰς ἄκρας αἱ γραφαὶ διεδόθησαν καὶ ὁ κατὰ τὸν
Εὔξεινον ἄρχων Χουτλουχάϊμ ἥκουε τὸ συμπεσόν, διαδέχεται τὴν
φήμην ὁ Σολυμάμπαξ Πέρσης, ὃς καὶ γαμβρὸς ἦν ἐπὶ θυγατρὶ
τοῦ Κουτζίμπαξι. καὶ οὕτω διαμηνυθέντος τοῦ συμβάντος τῷ
βασιλεῖ, ὁ τοῦ Καζάνου θάνατος τοῖς ἐκείνου πρέσβεσι κατὰ πό-

10. εἶτα ὅ τι ἄρα?

randi e consanguinitate successoris, quod liberis carebat, Tuctaïnem quem habebat fraterno e genere proximum, quoniam huius mores ac sensus a suis ipsius abhorrentes certis ex indiciis agnoverat, promovere ad spem imperii noluit. ac ne ille se mortuo principatum commendatione generis malo publico arriperet, praecludendum ipsi ad hoc aditum stabiliendo in solio ipsius fratre, probatioris sibi iuvene indolis, putavit. hunc igitur, cui erat Carmpantas *) nomen, accersivit usque ab India, illis in partibus cum proprio exercitu morantem; eundemque occurrentem strenue proprio quodam ipsorum ritu ad ius legitimae in imperium successionis designavit; erudivit quin etiam, pro tempore, ad regni quod illi destinabat rectam administrationem, adeo efficacibus praeceptis ut quasi arte mansuetarii fera cicurata vel pullus indomitus parere lupatis a magistro doctus agasone, brevi tempore plane compositus et per omnia decessori similis imperii candidatus apparuerit, nihil iam minus de se sperandum praebens quam si Cazanis cretus sanguine institutisque a pueritia formatus, non autem frater educatus peregre ei decedenti subrogaretur. hunc talem compertum, nihil ultra moratus, in principatus possessionem Cazanes misit, enixe vetans ne toto triennio quidquam in constitutis a se legibus aut foederibus ac toto inchoati regiminis tenore mutaret, post illum terminum suo illum uti arbitrio ac libere, prout censeret, res gerere permittens. haec ita gesta divulgata brevi per Asiam sunt; nec enim ea satrapas bellum illic gerentes ignorare sinebant literae de his ad arces Romani limitis, quas tunc Persae obtinebant, actaque publica cum diplomatibus ista firmantibus rite missa. audivit ergo Chutluchaimus, qui regionibus ad Euxinum sitis praeerat, quod acciderat; excepitque mox rei famam Solymampaxes Persa, gener Cutzimpaxis; unde ad imperatorem quoque facti notitia pervenit. secuta post paulo Cazanis mors varie dimissis

*) immo *Corbadas*.

λεις δῆλος γίνεται, καὶ τὸ πένθος σφίσιν αἴρεται μέγα. ὅμως
C δὲ καὶ παρακαλοῦνται βασιλέως πέμψαντος. πλὴν ἀλλ' Ἀμούριος καὶ οὕτως καθυπεστέλλετο, οὐκ οἶδα εἴτε τὸν ἀπὸ τοῦ Χαρμπαντᾶ φόβον (τὰς γὰρ τοῦ ἀδελφοῦ συνθεσίας ἐκεῖνος τηρεῖν ἤθελεν) ἔτι ὡς εἰκὸς ὑφορώμενος, εἴτε τὴν ἀπὸ βασιλέως εὐμένειαν προσποιούμενος, καὶ πέμψας ᾔτει βασιλέα τὸ τῶν ποταμῶν μεσόγαιον ἀνὰ Σάγγαριν, Μεσονήσιον ἐτύμως ὠνομασμένον, ἐφ' ᾧπερ τοῖς ἰδίοις οἰκηθησόμενον τοῖς ἐντὸς οἰκοῦσιν εἰς φυλακὴν κέοιτο. ἀλλὰ τῶν τοιούτων τέως ἀνηρτημένων, τινὲς
D τῶν ἐκείνου κατ' οὐλαμοὺς διεκθέοντες κακὸν ἀπάντημα Ῥωμαίοις εἰς τρυγητὸν ἐξιοῦσι τῶν ἀτημελημένων κτημάτων ἐγένοντο. ἦσαν γὰρ ἐντεῦθεν τὰ πρόστιμα τῶν ἁλωκότων φωρῶν ἄντικρυς πρόστιμα, εἰ γῆν ἣν διὰ σπάθης ἐκτήσαντο ἐκεῖνοι ποτοῖεν καὶ τὰ σφίσιν ἐκ πολέμου περιγεγονότα καρπίζοιντο. διά τοι ταῦτα καὶ μαχητὰς μισθούμενοι ἄνθρωποι ἀποτολμῶντες τὰ
E θαλάσσης ἐγγὺς ἐπιχειροῦντες δρέπεσθαι, οὗ μὲν ἠὐστόχουν καὶ ἀπεκέρδαινον, τὰ πλεῖστα δ' ἐσφάλλοντο καὶ ἐσφάττοντο.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐκτὸς τῆς Κωνσταντίνου ἐπράττοντο, ἐντὸς

ex aula legatis significata per civitates est, luctum passim ingentem declarantibus satrapis, quos imperator, destinatis ad unumquemque sui talis interpretibus officii, consolari humaniter studuit. illud tunc non incommode praeter spem contigit, Amurium, quem sola Cazanis reverentia paululum antea repressum haud vanus erat metus eo sublato rediturum ad ingenium, continere sese tamen et pacis voluntatem prae se ferre, sive a Carmpanta timuit, qui foederibus a Cazane fratre initis (inter quae nota erat cum imperatore conventio) stare se velle declaraverat, sive imperatoris gratiam ad suos sibi fines utilem affectavit. missis hic igitur legatis ab imperatore petiit concedi sibi propriis frequentandam coloniis Interamnam ad Sangarim (hoc est terram inter flumina conclusam, quam Mesonesiun ex eo nominant, quod media inter aquas undecumque fluentis amnium velut insula cingitur), quam sibi suisque habitandam ac custodiendam attribui addicique volebat ab Augusto. verum interim dum haec indeciso adhuc tractatu pendent, quidam ex huius castris manipulatim quoquoversum excurrentes hostiliter irruebant in Romanos, istarum velut indutiarum fiducia revisere ausos antiquas sedes quasi ad racemandum post vindemiam, et si quid e suis olim ipsorum rebus praedonum avaritiam fugisset, inde sublegendum. hos illi comprehensos statutis in fures poenis inexorabiliter plectebant: furtum enim ipsis videbatur esse manifestum, tollere quidquam ex terra quam ipsi ense ac bello propriam fecissent, cui victores insisterent, cuius ideo fructus omnes iure sibi quam optimo quaesitos contenderent, servarique ut dominis illibatos aequum censerent. hoc nostri comperto conducebant privatis stipendiis milites, cum quibus erumpentes in loca praesertim mari vicina aliqua e suis quondam agris excerpere tentabant, nonnumquam feliciter, plerumque tamen pessimo successu: intercepti quippe trucidabantur.

Haec extra Constantinopolim fiebant. intra urbem porro ipsam pe-

δὲ τοῦτο μὲν ἡ πρὸς τὸν πατριαρχοῦντα τῶν πολλῶν ὑπονόησις, τοῦτο δὲ καὶ ἡ τῶν δυναμένων ἀπληστία, καπηλευόντων καὶ σῖτον καὶ ὤνια· καὶ γὰρ τὰ πλεῖστα καὶ κεχυδαίωντο αἰσχροκερδείας ἡττώμενοι, καὶ πάντα χρημάτων καταπροϊέμενοι πάντα μαλακῶς διετίθουν, καὶ τὰ τῆς πολιτείας δεινῶς ἐκνμαίνοντο. P 321 ἀλλ' ἡ μὲν καπήλεία καὶ λίαν ὠδύνα, ὡς φαίνεσθαι, τὸν πατριάρχην δημοχαριστοῦντα τὰ πλεῖστα καὶ κατὰ τῶν δυναμένων ὑπὲρ αὐτῶν, ὡς ἐδόκει, τοῦτον ἱστάμενον, ὥστε γράμμασι πρὸς τὸν κρατοῦντα παρρησιάζεσθαι, καὶ ὅρκοις ἰσχυρίζεσθαι ἢ μήν, ἢν μή γ' ἡ καπηλεία τοῦ σίτου ἐῷτο, ἀραῖς περιβαλεῖν ἐκ κοινοῦ συνεδρίου τοὺς καπηλεύοντας, καὶ τοῦ λοιποῦ ἐκ μέσου γίνεσθαι. καὶ ταῦτ' ἐπώμνυ, καὶ οὐδὲν ἧνυστο παράπαν, ὡς μέρος καὶ ταῦτα τῶν κατ' αὐτοῦ γίνεσθαι, ὅτι ἐπὶ ματαίῳ τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα ἐπώμνυ τὸ καὶ τὸ ποιεῖν, εἰ μὴ ταῦτα γένοιτο, βούλεσθαι. (2) τοὺς δέ γε σχιζομένους ἐνάτῃ μετ' P 322

stes diversae grassabantur. prima erat invidia multorum in patriarcham gliscens, tacitis quidem suspicionibus et susurris interim exercita timidis, caeterum iis intumescens auctibus, ut brevi erupturam in tumultum appareret. altera tetrior inexplebilis videlicet avaritia potentum monopoliis tritici venaliumque id genus rerum flagellantium annonam. praeoccupabant nimirum emere alimenta et res alias humano victui ac cultui utiles prius quam foro importarentur; quas immani deinde ipsi pretio, quaestu suo improbo distraherent, nihil pensi habentes quo probro suo damnove alieno sordidae cupiditati obsequerentur. iidem porro gustu lucri semel capto rempublicam quoque ipsam quaestui habebant, suffragia iudicia munia sine meriti discrimine ad plus numerantes inflectendo, ita ut effunderentur omnia temere, nihil fortiter decerneretur, cunctae obnoxie molliqne in gratiam largiri valentium indulgentia publicae res administrarentur. unde necesse erat statum politicum ac summam rerum periculosissime fluctuare. quia vero, quod maxime ex his urbanis malis in offensionem incurrebat popularem, erat ista plebem miseram strangulans nundinatio divitum, eam sibi esse exosissimam ostendit patriarcha, gratiam populi sic colligens, seque arte ista praemuniens contra factionem quam adversum se conflari non plane ignorabat. intelligens porro, quod res erat, coërceri avaritiam istorum nisi auctoritate superiorum ipsis et plus potentium minime posse, literas super eo argumento scripsit ad imperatorem liberrimas, in quibus minabatur, iuramento etiam interposito minas sanciens, se, nisi foeda ista et urbi famem invehentia frumenti praesertim monopolia desinerent, eorum auctores e communi synodi sententia diris et anathemati subiecturum, nec quieturum donec exterminaretur e civitate tam perniciosa corruptela. verum quamquam ille se ad ita omnino faciendum iureiurando conceptis prolato verbis adstrinxerat, nihil tamen est perfectum, ipso in comminationibus vanis exire in effectum ignavo terrore prohibitis totum impetum consumente zeli ambitiose ostentati. quo facto ad caeteras accusationes sui illam addidit gravissimam periurii consciti ea re, quam Christo deo e coelis ad nos delapso teste adhibito promiserat, minime praestanda. (2) caeterum schismate dudum avulsos ab ecclesiae

εἰκάδα Γαμηλιῶνος ὁ κρατῶν συνῆγεν. ἐξῆγε δὲ καὶ τῆς φυλακῆς τὸν Ταρχανειώτην Ἰωάννην, ὃν ἐν ἀνέσει τὸ πρότερον ἔχων, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τῷ πατριαρχοῦντι προσέκρουε, συνεκλείετο. τότε δ' ἐκβαλὼν μέρος τοῦ συλλόγου καὶ αὐτὸν εἶχε. καὶ εἰς πάντας προκαθίσας ἐδημηγόρει, καθημένων καὶ τῶν τυφλῶν μοναχῶν, πρὸς οὓς καὶ μᾶλλον ὡς ἀξιωτέρους τῶν ἄλλων δοκοῦντας, ἔχων
B παρὰ θάτερα μὲν πατριάρχην παρ' ἑκάτερα δὲ ἀρχιερεῖς τε καὶ κληρικούς, συμπαρούσης καὶ πάσης συγκλήτου καὶ μοναχῶν, μάλα γενναῖον καὶ πεφροντισμένον λόγον διεξιών. "ἐγὼ λογίζομαι καὶ ὑμᾶς εἰδέναι καὶ πάντας ἀνθρώπους ὡς οὐδὲν ἐμοὶ τῶν πάντων ἥδιον τοῦ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, πάσης περιαιρεθείσης σκανδάλου προφάσεως, εἰρηνεύειν, ἐφ' ᾧ καὶ σπουδή μοι πᾶσα παρέστη ἤδη αὐτοκρατήσαντι, πάσης ἀσχολίας ἄλλης κα-
C θυπερτέρα, ὑπεριδόντι μὲν καὶ τρυφὴν βασίλειον ὑπεριδόντι δὲ καὶ θεσμὰ φύσεως, ὥστε καὶ τῶν φιλτάτων προτιμηθῆναι τὴν ὑμετέραν ξυμπάντων εἰς ἓν συνδρομὴν καὶ ὁμόνοιαν. καὶ ὅσον ἦν εἰκός, ὡς ἔδοξε, καταπέπρακται, καὶ τῶν εἰς σκάνδαλον εὐλογον ἱκανῶν οὐδὲν περιλέλειπται, οἶμαι. τὸ δὲ καθ' ὑμᾶς θαυμάζειν με πολλάκις ἐπῆει, τίσι λογισμοῖς ὀχυρούμενοι τῆς ἐκκλησίας διίστασθε καὶ πρὸς φέγγος οἷον ἐληθινὸν σκαρδαμύτ-

Constantinopolitanae communione nona supra vigesimam Septembris die imperator congregavit, educto etiam ad hoc Ioanne Tarchaneota e custodia, in quam eum libere prius vivere permissum, deinde quod et ipse patriarchae adversabatur, incluserat. hunc suo iussu emissum carcere ubi praesentem habuit cum reliquis, alte considens ad universam concionem verba fecit, sedentibus coram et caecis monachis, ad quos potissimum uti praecipua columina factionis et summae auctoritatis a partiariis ipsorum habitos intendere disputationis aciem parabat, habens circa se hinc quidem patriarcham, inde autem episcopos et clericos, universo praeterea senatu ac monachis praesentibus. in eo tam pleno et spectabili conventu hanc vehementem et accuratam orationem recitavit. "confido equidem vobis notum et cunctis esse hominibus, nihil mihi fore iucundius, nihil a me magis optari quam videre dei ecclesiam, omni amoto scandali praetexta, in pace plena constitutam. ad eum scopum iam tum ex quo administrare imperium arbitrio meo coepi, nihil non studii et contentionis intendi, posthabitis huic uni negotiis, quantumvis urgentibus, caeteris, neglecto fructu voluptatum, quarum copia imperantibus affluit, despectis etiam maturae affectibus et dulcissimarum necessitudinum respectu calcato, emi bene quovis impendio ratus vestrum omnium tranquillam in unanimi consensione concordiam. itaque, quod me attinet, haud vane gloriaturus videor me, quantum homini fas fuit, in eo genere conatum. nihil, inquam, omnium quod ad amolitionem scandali turbantis hodie quietem ecclesiasticam recte ac convenienter conferri posset, a me fuisse praetermissum, non temere, ut puto, persuadeor intimo conscientiae testimonio. vos quod spectat, mirari plerumque subiit, quibus tandem innixi rationibus perseveretis ab ecclesia disiuncti vivere, et qua caecitate animi lumen se ve-

τειν αἱρεῖσθε. εἰ δ' οὖν ἀλλὰ καιρὸς τὸ τοῦ Θείου Δαυὶδ ἔξει- P 323
πεῖν πρὸς τὸν Θεὸν ποτνιώμενον 'κύριε, κλῖνον οὐρανοὺς καὶ
καπνισθήσονται· ἅψαι τῶν ὀρέων καὶ καταβηθι· ἄστραψον
ἀστραπήν, καὶ φωτιεῖς αὐτούς,' ὡς ἂν μικρὸν παραμείψαιμι τὸ
ψαλτῴδημα. Θεοῦ γὰρ μόνου τὸ τὰς ὑμετέρας συνειδήσεις φω-
τίσαι, ἀνθρώπων Θεῷ μὲν βιοῦν προελομένων, Θεοῦ δὲ πόρρω
κινδυνευόντων καθίστασθαι, οὐκ ἄλλης αἰτίας χάριν ἢ τοῦ τῆς
ἐκκλησίας ὀρθοδοξούσης καὶ καλῶς ὡς εἰκὸς ἐχούσης ἀπρὶξ ἀπο-
σχίζεσθαι. εἰ δὲ ταύτης σχίζεσθε καθολικῆς γε οὔσης, εἴπατε B
πάντως ἤ τινι δὴ καὶ ἑνοῦσθε. μὴ ἔχοντας δὲ λέγειν τὴν κεφα-
λήν, ὑμᾶς ἁρμολογεῖσθαι κατὰ Θεὸν πῶς εἰπεῖν εὔλογον; μηδ'
ἀρίζηλον τὸν σκοπὸν δεικνύντας πῶς οὐ δίκαιον πλάνης ἀπολ-
σεσθαι ἔγκλημα; εἴθε δὲ τοῦτ' ἦν καὶ μόνον, καὶ ἴσως τὰ καθ'
ὑμᾶς εἰς δίκαιον ἔλεον περιίστατο. νῦν δὲ ἀλλὰ δεδοικέναι ἀνάγκη
μή πως (ἀλλ' οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, οὐδ' ἡ κρίσις κατ' ἄνθρωπον,
πολλῷ δὲ μᾶλλον τοῦ πνεύματος, ἐπεὶ καὶ ὅσα ἅγιοι φθέγγονται,
πνεύματι Θεοῦ κινούμενοι φθέγγονται) μή πως γοῦν Θεοῦ λατρευ- C
ταὶ καὶ τῶν ἀσφαλεστάτων δοκοῦντες τῷ τε τῆς ἐκκλησίας σχί-
ζεσθαι καὶ τῶν ποιμένων κατολιγωρεῖν λαθόντες τῷ ἀντικειμένῳ

rum clarissime ingerens rebelle nictantibus respuere palpebris ultro velitis, irrevocabili contumacia. quid hic faciam opportunius quam deum alloquar, venerans sancti Davidis verbis: domine inclina coelos et descende, tange montes, et fumigabunt fulgura coruscationem, et illuminabis ipsos. liceat enim paululum extremo verbulo a vera sacri cantici deflectere formula. dei quippe solius opus sit vestras penitus illuminare conscientias, hominum qui postquam elegistis deo vivere, a deo longe abesse periclitamini, non aliam ob causam quam quod ab ecclesia recte sentiente bonaque vivente disciplina pertinaci discidio separamini. cum autem ab hac scindimini non dubie catholica, dicite, cuinam alteri coniungimini? si vero non potestis caput nominare cui adhaereatis, qua, quaeso, verisimilitudine creditis esse vos membra secundum deum nexa in unitatem sacri corporis? qua defensionis probabilitate repellitis accusationem erroris, qui scopum quo tenditis certum nequeatis ostendere? atque utinam una esset ista, quae iure in vobis culparetur, scopi quem spectatis, capitis cui haeretis ignoratio: misericordia quippe quam ira tunc dignior infelix ea vestra caecitas videri posset. nunc longe peius vereri de vobis aliud res ipsa subigit. quamquam equidem non indulgebo suspicionibus. non est meum de talibus loqui: mihi iudicium in hominem non arrogo, maxime in homines spiritu viventes, cum scriptum legam, quaecumque loquuntur sancti, dei spiritu movente loqui. fas tamen sit admonere et orare vos etiam atque etiam ut caveatis ne forte dei cultores, adeoque istius ordinis praecipui, securissimique habiti a periculo errandi, re ipsa erretis periculosissime; ac quod ab ecclesia scindamini quodque pastores contemnatis, non deo iam, ut putatis et credi vultis, sed quod minime advertitis, ei spiritui serviatis qui semper infensus et irrevocabiliter oppositus deo est; ac pro-

λατρεύητε πνεύματι, καὶ κατὰ τοῦτο μισοῖσθ' ἂν δικαίως. ἢ γάρ; οὐ λέγει ταυτὶ ἀριδήλως ὁ πρὸς τῇ μαθητείᾳ τοῦ τῷ Χριστῷ ἠγαπημένου καὶ μαρτυρίῳ τετιμημένος, ὁ Θεοφόρος οἶμαι καὶ τὰ θεῖα σοφὸς Ἰγνάτιος; ἢ βούλεσθε, καὶ ἀναγινωσκομένου
D τοῦ λόγου ἀκούοιτε. ἵνα τί γοῦν ἄνθρωποι θεῷ μὲν καθιερωμένοι ἀρετῇ δὲ προσέχοντες, καὶ προσέτι οἱονεί τινα σύμβολά τινες τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων ἐν τῇ σαρκὶ περιφέροντες, τοσοῦτον κίνδυνον ἀναρρίπτετε; δυοῖν γὰρ ἀνάγκη μόνον θάτερον αὔταρκες τοιούτου κινδύνου ὑμᾶς ἐξαιρεῖσθαι, ἢ τὸ δεῖξαι ἢ δή τινι ἐκκλησίᾳ προσεσχηκότες ἐπ' αἰτίαις εὐλόγοις καὶ κανονικῶς ἡμῶν σχίζεσθε, ἢ τὸ πᾶσαν εἰακότας σμικρολογίαν τῇ ἡμετέρᾳ ταύτῃ δὴ καὶ καθολικῇ ἑνοῦσθαι βούλεσθε. εἰ δὲ τὸ δεύ-
P 324 τερον οὐχ αἱρεῖσθε, τὸ πρότερον δείξατε. καὶ εἰ μὴ ἐκκλησίαν ἔχετε δεῖξαι, ἀλλ' ἢ ἀρχιερέα τέως εἴπατε, παρ' οὗ δὴ καὶ συνοχὴν ἑαυτοῖς, ὡς μὴ διαρρυῆτε μὴ δεσμὸν ἔχοντες, ἐπικατασκευάζειν διισχυρίζεσθε. γέγονέ ποτε τοῦτο, καὶ ἤδη θαρροῦν-

pterea iusta hominum deo rite servientium in vos odia vertatis. an non hoc enim diserte periculum intentat et inculcat monitum idoneus plane auctor, quippe qui praeterquam Christi discipulus idemque magistri amantissimus fuisse noscitur, etiam martyrii morte consummati commendatione dignitatem auctoritatemque obsignavit suam, deifer videlicet ac divinorum sapientissimus Ignatius; cuius hac de re testimonium, quaeso, audire ne gravemini, dum legitur . . . . . quorsum igitur vos, homines et deo consecrati et studio dediti virtutis, praetereaque symbola velut quaedam Christi perpessionum in carne vestra circumferentes, tantae rei aleam iacitis, tam praecipiti discrimini non dubitatis vestram aeternam salutem exponere? duorum enimvero alterum video esse necesse praestari a vobis, ut aliqua verisimili fiducia securae in tali statu conscientiae niti videamini, nempe ut vel demonstretis, cuinam uniamini ecclesiae, quibusque iustis et canonicis de causis rite ac more maiorum nostram hanc repudietis, vice huius isti qualicunque praeeligentes adhaerere alteri, vel si id demonstrare non potestis, omisso vanorum obtentu praetextuum, nostrae huic quippe universali ac vere catholicae reuniri velitis ecclesiae. quorum si hoc secundum non eligitis, age sane, prius illud ostendite. sin excipitis ecclesiam cui devincti sitis monstrare vos non posse, saltem antistitem cui subestis, indicare ne cunctemini. non enim recusare vobis id quidem fas est, quoniam nisi caput ostenditis cui uti membra subnectamini, argumento caretis quo continuitatem probare vestram cum Christi corpore possitis, omninoque fateri cogimini solutos vos nexu catholicae unitatis, velut abscissos artus nec iam succum ac spiritum e vivi compage corporis trahentes, vinculo quippe, quo ei committebantur, diffracto caritatis, exangues et tabi vicinos diffluere. agite, adstamus parati audire: proferre ne pigeat, si quid habetis ad rem aptum. fuitne hoc umquam probatum in ecclesia exemplum, hominum paucorum suas sibi res privatim habentium, qui cum ostendere nequirent cui ecclesiae, cui praesuli communicarent, Christiani tamen catholicique censerentur? audacter, adiuro vos, dicite: demonstrate quod est opus, si potestis. forte magnum et

τις δείξατε. εἰ δὲ τὸν μέγαν προβάλλεσθε Μάξιμον, ὡς πολλάκις λεγόντων πυνθάνομαι, ὅτι κἀκεῖνος αἱρέσει τῶν ἐκκλησιῶν προκατειλημμένων κατ' αὐτὸν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας κινδυνεύων ἀπισχυρίζετο, ἀλλὰ πρῶτον μὲν οὐ πάντες οὐδὲ τότε προκατε- B
λήφθησαν, ἀλλὰ πρῶτος καὶ πρὸ πάντων ὁ τῆς Αἰλίας θεῖος ποιμὴν ὁ Σωφρόνιος καὶ λίαν ἐκείνῳ συνηγωνίζετο· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ τέως ἐπήνθει τὸ εὐσεβές, καὶ οὔπω τῇ ἐκκλησίᾳ παρεισεφθάρη Ὀνώριος· πρὸς οὓς μὲν εἶχε δικαίως ἀναφέρειν τὴν γνώμην ὁ τῆς ἀληθείας ὁμολογητής, καὶ μὴ ὡς δῆθεν σχισματικὸς δοκῶν καθολικῆς ἐκκλησίας εὐθύνεσθαι. εἶτα ἀλλ' οὐδὲ διαφορὰ ὡς ἐκεῖ δογμάτων ἐνταῦθα, οὐδέ τί τις ἔχει αἰτιᾶσθαι δικαίως τοῦ σχίσματος ἱκανόν, ὅτι θάτερον ἴσως μέ- C
ρος φρονεῖ παρὰ θάτερον. καὶ γὰρ καὶ τὸ δοκοῦν ἐκεῖνο, τὸ χθιζά τε καὶ πρωϊζὰ πραχθέν, οὔπω καλῶς ῥιζωθὲν ἀνέσπασται, ταῖς ἡμετέραις εἴπω, σὺν θεῷ εἰρήσεται, προθυμίαις. καὶ ὁ πράξας ἐκεῖνα, κἂν πατὴρ ἦν κἂν εὐεργέτης κἂν τῶν φιλτάτων, κἂν ὅ τί τις εἴποι εἴτε συγγενείας εἴτ' εὐεργεσίας ὄνομα, οὐδε-

8. μὲν] δὴ?

sanctum martyrem allegabitis Maximum: audire enim e vestris memini, cum responderent eadem quae nunc interroganti mihi, etiam illum venerabilem patrem, praeoccupatis haeresi ecclesiis, sine ulla communione cum quoquam privatim religionem recte coluisse, testimoniumque catholicae veritati vita neci obiecta perhibuisse. adversum hanc exceptionem primum aio nequaquam esse verum quod ponitis, omnes tunc haeresi fuisse praeoccupatos. nam primus et ante omnes, Aeliae sanctus pastor Sophronius summa et cunctis manifesta contentione consortium certaminis cum sancto Maximo suscepit. deinde tunc adhuc orthodoxa fidei sinceritas Romae florebat, cum nondum fuisset ab ecclesia deprehensa damnataque labes Honorii. quare non solus utique sibi sanctus ille Christianae veritatis confessor sapuit; qui suae participes confessionis Romanum et Hierosolymitanum antistites, palam utrumque orthodoxum, vere potuit citare, sicque schismatis et privatae, hoc est reprobae, religionis (qualis omnis est catholicae non coniuncta ecclesiae) crimen victrici defensione repellere. praeterea, qualis illo tempore inter ecclesias fervebat diversorum contentio dogmatum, hic hodie nulla est; neque inter partiarios vigentium nunc inter nos factionum causari quis quidquam iuste potest, quod sufficiat ad evincendum legitimam sibi esse causam abscindendi se a parte altera, quod illa peccet in professione recti dogmatis. nam crimen illud heri et nudiustertius, hoc est ante annos retro paucos, publice susceptum admissae Latinae communionis agnitique supremi pontificatus papae Romani, unde plerisque verisimiliter impingi consciti erroris macula posset, purgatum expiatumque abunde nunc est, vestris etiam (fatebor enim, nec vos debita fraudabo portione laudis) vestris, inquam, in id strenue conspirantibus et non parum utiliter adiuvantibus studiis. cuius auctor rei, quamquam erat meus natura pater, affectu collatis testato donis de me optime meritus, mihi carissimus et tam artis quam quis possit dicere vel necessitudinis a consanguinitate ductae vel gratitudinis ob beneficia, me sibi

μιᾶς, ὅσον τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶχεν, ὁσίας μνήμης, καὶ ἧς καὶ ὁ τυ-
D χὼν Χριστιανὸς ἔτυχε, παραπήλαυσεν, ἀνήρ τε καὶ ἄναξ φοβε-
ρὸς μὲν ἐχθροῖς, πολλὰ δ' ὑπὲρ ὑπηκόων πονήσας τε καὶ πα-
θών, καὶ διαφερόντως ἐμοὶ τέως ἄξιος ἐς ἅπαν εὐνοίας, ὅσον
καὶ ἑαυτοῦ πολλάκις καὶ ἐς πολλοὺς λέγων προυτίμα καὶ τὴν κατὰ
σύγκρισιν ἧττων ὁμολογῶν οὐκ ᾐσχύνετο. ἀλλ' ὅμως τοῦτ' ἔδοξε
καὶ τοῦτο γεγόνει· δεινὴ γὰρ ἡ ἐντολὴ καὶ ἡ τοῦ μὴ ἄξιον εἶναί
τε καὶ λογίζεσθαι Χριστοῦ ἀπειλὴ τὸν γονεῖς ὑπὲρ αὐτὸν ἀγαπή-
P 325 σαντα. ἀλλ' ἡ μήτηρ, καὶ τί γε εἴποις τις ἄλλο ἢ μήτηρ; καὶ
μήτηρ τοιαύτη καὶ οὕτως πρὸς ἡμᾶς ἔχουσα, ἀλλ' οὐδ' αὐτή γε
πρὶν τῆς μεθ' ἡμῶν βασιλικῆς μνήμης ἐπ' ἐκκλησίας ἔτυχε, πρὶν
γράμμασι καὶ ἀσφαλείαις οἰκειοχείροις τὴν τῶν πρὶν πραχθέντων,
εἴπω δὲ καὶ τὴν τοῦ ἀνδρός, ἀθέτησιν ἐμπεδῶσαι. ἐξήκοι δ' ὁ
λόγος καὶ εἰς τὴν ἐμὴν προτέραν σύζυγον, ἥτις ἐπὶ τοσοῦτον τοῖς
τότε πραττομένοις ἀπήχθετο ὥστε καὶ τῷ πρωτοσεβαστῷ τότε
B Νοστόγγῳ θερμῶς ἐπαρᾶσθαι κατ' ἀνατολὴν τῶν πραχθέντων
χάριν τοὺς σχιζομένους τὰ πάνδεινα δρῶντι, καὶ ἕρμαιον ἡγεῖσθαι
καὶ πρὸς αὐτῆς ὅ τι συμβαίνοι παρ' οὑτινοσοῦν ἐκείνῳ δεινὸν
τοιαῦτα καὶ οὕτω πράττοντι. ἀλλ' ὅμως ἐπεὶ μεταξὺ τελουμέ-

obstrictum vinculis trahens, tamen, quantum in me fuit, omni est privatus honore memoriae, ac ne illa quidem quae nulli negatur e plebe Christiano, sepulturae gratia dignatus. vir licet summus, et imperator laboribus exantlatis, aerumnis toleratis pro republica ingentibus commendatissimus, qui nullum in me benevolentiae plane singularis omisisset officium, mei nullam insigniter ornandi occasionem praeterisset, eo quidem usque, ut saepe coram multis disserens me sibi praetulerit et in comparatione nostrum amborum se mihi esse inferiorem fateri non erubuerit. tamen de illo ita decrevi, et quod decreveram re ipsa praestiti, vim scilicet naturae ac voluntati meae faciente ineluctabilem illa Christi denuntiatione severissima, negantis dignum ipso reputandum qui parentis plus quam ipsum amaverit. sed et mater, cuius nominis affectu quid fando memorari tenerius queat? mater, aio, mea, et mater talis, tam indulgenter ac benevole affecta in me: sed nec, inquam, ipsa nostra genitrix, ex quo imperii liberas habenas tractare coepimus, Augustae debitum in ecclesia consequi honorem prius potuit quam literis et chirographo proprio palam testaretur detestationem anteactorum et proprii condemnationem sanciret viri. procedat oratio et ad priorem meam coniugem, quae licet tam se aversam ostendisset ab iis quae in causa conciliationis ecclesiarum eo tempore agebantur, ut protosebasto Nostongo, ei obsistentes novitati tanquam schismaticos poenis affligenti, gravissimis per tractus Orientales, ipsa indignans malediceret palamque execrans diras imprecaretur, nec dubie prae se ferret gratissimum habituram fructuique imputaturam proprio, quidquid huic talium ministro iniuriarum mali ac cladis a quoquam inferri contingeret, tamen ei quoniam diem obeunti suum interim, dum illa gere-

των ἐκείνων ἐκείνη τέθνηκε, καὶ οὔπω τρόποις μετανοίας τὸ τῆς κοινωνίας ἐκαθήρατο, ὡς μηδὲ τῆς ὁσίας τυχοῦσα καὶ ὧν ἔδει τότε, τῶν ἐς νέωτα μνημοσύνων ἐπὶ τῆς ἐμῆς αὐταρχίας ἀπέτυχε, καὶ ὁ ἐπ' ἐκκλησίας τόμος ὁ εἰς εὐφημίαν τῶν ὀρθοδόξως βιωσάντων καὶ μνήμην ὁσίαν κατ' ἔτος ἐπ' ὀκρίβαντος ἀναγινωσκόμενος ἄλλων μὲν δεσποινῶν ὀνόματα φέρει, καὶ τῶν μὴ κατ' ἐκείνην ἴσως τὰς ἀρετάς, αὐτὴν δὲ μόνην ἐς ἅπαν ἠγνόησε, C ζῶντος ἐμοῦ καὶ ταῦτα καὶ ἄρχοντος, ἥλιε. πλὴν εἰ χρὴ λέγειν τἀληθές, ἐμοὶ καὶ τοῦτο ἐκ περιουσίας πέπρακται, καὶ οὔπω τις εἶος οὗτος ὑπομνήσας ἔφθασε, καὶ τὸ ταύτης μνημόσυνον ἀπεκόπτετο. οὕτως ἐγὼ περὶ ταῦτα. καὶ ὑμεῖς ταῦθ' ὁρῶντες, πόλλ' ἄττα κύκλῳ περιβαλλόμενοι καὶ ἐς τόδε σχίζεσθε, ἀφορισμὸν τοῦ πατριάρχου Ἀρσενίου κατὰ τοῦ μετ' αὐτὸν ποιμεναρχήσαντος Ἰωσὴφ προβάλλεσθε, καὶ διαθήκας ἐκείνου προ- τείνετε, καὶ τὸ δοκοῦν εἰς ὑποψίαν δικαίαν τοῦ ὡς δῆθεν πλά- D σματος, ὡς ἂν φρονῶν οἰηθείη τις, τὴν τῆς ὑπογραφῆς δηλαδὴ

rentur, otium aut facultas defuit eluendi ante obitum legitimae piaculis poenitentiae maculam Latinae communionis, negata omnino est a me posterius imperii compote ea pars exequialium honorum quae dilata recenti funere ad tempus illud pertinebat. ego, inquam, ubi solus rebus praefui, longe carissimae uxoris acerbo raptae casu, quicum concorditer vixeram, multare memoriam sustinui reliquo debito parentalium imperatricibus exsolvi solitorum. ego meam Augustam, tamquam ne sacrae quidem contactu terrae aut ecclesiastica dignata fuisset sepultura, quasi pro excommunicata passus sum haberi. me sinente, si non etiam iubente, sublata eius mentio est e tomo in ecclesia servato, unde Augustarum in orthodoxa religione defunctarum recitari publice de sacro pulpito et anniversaria commemoratione cum laude praedicari nomina consueverunt. itaque alias ex isto codice dominas, forte huic impares nec comparandas splendore virtutum, inde audimus solemni pronuntiationis commendatione celebrari, unam ex omnibus Annam meam suavissimam coniugem, vivente atque adeo regnante me, teque horum teste, summe sol, ille liber ignorat. atque in hoc, si fateri verum oportet, ulterius me progressum sentio quam exacta officii ratio poscebat. rigidior, inquam, iusto fui, exemplaque superavi vel supervacanee solicitorum in isto genere, praesertim qui tantam in tam venerandos manes ultro duritiem consciverim, nemine praecipiente. quis enim tam inhumanus mihi praescribere auderet facinus tam adversum naturali domesticaeque pietati? mea igitur libera nullisque suggestionibus ad id inclinata voluntate, memoria defunctae meae coniugis ex ecclesiasticis fuit tabulis erasa, ut mei erga religionem zeli specimen ederem, ut exemplum monstrarem imitatu salutare posthabendi privatos quoslibet affectus sinceritati orthodoxae professionis et paci ecclesiae. vos autem id videntes, multis illis nescio quibus allegandis praetextibus nihilominus obstinatis animum in pertinacia diri schismatis, obtendentes nescio quam nulli nisi vobis notam excommunicationem a patriarcha intortam Arsenio in suffectum ipsi Iosephum. profertis autem eius indices testamenti Arsenii tabulas, nullo tamen eius chirographo firmatas. agite vero, cuius tandem coloris fuco satis tegitis a suspicionibus perspicacium vitium illud in

παραχάραξιν, εἰς τὸν τοῦ ὑπογράφοντος πόνον δακτύλου (ἠσθένει γὰρ ἐξ ἄνθρακος δῆλον) ἀνάγετε. τί δαί; ἔχετέ που καὶ ἐπί
P 326 τι δικαίως ἀνάγειν καὶ τὸ μοχθηρὸν τῆς γνώμης καὶ τὸ ἐντεῦθεν ὑποτρέχον φαῦλον τῆς προαιρέσεως; ὃ δὴ ἐκείνῳ τοιαῦτα λέγοντες ἐκ τοῦ εἰκότως προσάπτετε. ὃ τυχὼν μεταλλάττων πᾶσιν ὡς ἔπος εἰπεῖν συγχωρεῖ· καὶ πατριάρχης θνήσκων, ἀντὶ τοῦ συνήθως λύειν, δεσμεῖν καὶ μάλιστα εἵλετο, καὶ ταῦτα τὸν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἱστάμενον; ἐγὼ μὲν οὖν καὶ νίκην ἐκείνῳ φέρω τιμήν, κἂν πολλοῖς οἶδα ἐκεῖνα λαβὼν παρ' ἐκείνου ἃ δὴ καὶ
B ὀφειλὴν εὐγνωμοσύνης παρ' ἐμοῦ πρὸς ἐκεῖνον δικαίαν ἀνταπατεῖ, καὶ τὸ μεῖζον, ὅτι καὶ ἐς βασιλείαν αὐτὴν ἐμὲ προυτίμα τοῦ μου πατρός, ἐκείνου γ' ἄρχοντος ἅμα μὲν αὐτὸς τὴν ποιμαντὴν αἱρούμενος παραιτεῖσθαι, ἐπικρίνων οὕτω τὴν θεραπείαν ἀξίαν τοῦ εἰς τὸν Ἰωάννην πλημμελήματος, ἅμα δ' ἀξιῶν καὶ τὸν πατέρα τὴν βασιλείαν ἐκτίθεσθαι, ὅτι, λέγων, τὰ πρὸς Ἰωάννην καὶ ἀμφοῖν παρηνόμηται, αὐτῷ μὲν καθυφέντι τῆς πολυωρίας

.4. δὴ] δ' P. 6. τοῦ deerat.

testamento immane alienae subscriptionis? cui putatis emunctioris pueri naris non statim subolere sublestam fidem exceptionis, qua soli sine teste iactatis ideo per se non subscripsisse Arsenium tabulis indicibus suae ultimae voluntatis, quod digitos tunc innato iis carbunculo impeditos habuerit? et tam opportunum vestrae causae instrumentorum scribendi articulorum morbum sperastis assertione una vestra persuaderi potuisse non ignaris rerum, iisdemque reputantibus quanto mendacii praemio a pertinacissimis malae causae defensoribus haec fingi potuerint? desinite igitur intentare sententiam omnibus ignotam iudicis mortui, cuius incredibilis, et nisi suffragio aguiti chirographi fulciatur, irridenda prorsus allegatio est. in quo requiro praeterea reverentiam in Arsenium vestram, cui maleficam inhumanamque nocendi voluntatem etiam in extremo vigentem impiagitis halitu. an non enim sentitis quam sit illaudatum Christiano iram in adversarios non ad solis tantum sed ad vitae totius occasum usque servare inexorabiliter flagrantem; quam inconsequens, virum quem sanctum praedicatis, tam saevum ultorem dicere; quam incredibile patriarcham notae lenitatis, quem constat, dum viveret, fuisse solitum se laedentibus ignoscere, tam ferum in ipso mortis puncto fingere, ut contra quam consueverat, ligare tunc mallet quam solvere, constringere animas anathematum vinculis quam, quod facile vivens indulgebat, relaxare constrictas praeoptaret? quem autem tunc ligare, quem diris implicare nexibus? non aliquem e plebe, sed ecclesiae praesidem? equidem Arsenio debitorem me filialis reverentiae, volentem merenti, ut vere sentio, ita grate profitcor. is enim cum aliis me plurimis sibi beneficiis obstrinxit, tum illo insigniter honoravit iudicio, quo aequum sibi videri declaravit imperium patri meo ereptum mihi attribui. imperabat tunc pater, et ipse pastoralem huius ecclesiae curam patriarchali potestate gerebat Arsenius. eo tempore flagrante invidia sceleris in Ioannem Lascaris prioris Augusti filium commissi, et religione inde patriarchae oborta, quasi pars eius culpae in ipsum iure conferretur,

καὶ οἷον προδόντι, ἐκείνῳ δὲ τὰ εἰς βασιλείαν παραλογισαμένῳ, C
ὡς οὐκ ἔξὸν ἁμαρτόντας ἄρχειν ἢ αὐτὸν πνευματικῶς ἢ ἐκεῖνον
αὐτὴν δὴ τὴν κοσμικὴν ἀρχὴν καὶ βασίλειον· ἔχειν δ' εἰς ταύτην
αὐτάρκη τὸν ἐξ αὐτοῦ, λέγων ἐμέ. ὃ δὴ καὶ ποίαν ὑπερβολὴν
ἀγάπης οὐχ ὑποφαίνει; καλεῖν εἰς ἀρχὴν ἔννομον τὸν μηκέτι εἰ-
δότα τελέως τὸν ἄνθρωπον; οὕτως ἐμοὶ πρὸς ἐκεῖνον τὰ τῆς εὐ-
γνωμοσύνης ὀφείλεται, καὶ πόνος ἄλλως ὑπὲρ ἐκείνου τοιαῦτα
προβαλλομένων ἀκούοντι. παύσασθε τοιγαροῦν ἐκεῖνα περὶ
ἐκείνου θρυλλοῦντες, τὰ μήτε πραχθῆναι μήτε τιμὴν λεγόμενα D
περισώζειν τῷ εἰργασμένῳ δυνάμενα. ὑμεῖς δὲ ἀλλὰ καὶ τὴν
ὑμετέραν ἱερωσύνην ἐν μέρει τίθετε τῶν ἀνεπιλήπτων, καὶ οἵαν
συνιστᾶν ἀξιοῦτε, ἀδύνατον καθιστᾶτε. φέρε γάρ, πρὸς αὐ-
τῆς τῆς περὶ τὰ ἱερὰ ἀσφαλείας, εἴτε τῆς ὄντως εἴτε καὶ ᾗ
προσεσχήκατε, εἰ παρ' ὑμῖν τὰ τῆς ἐκκλησίας γένωνται πρώγμα-

qui remissione vigiliae in pupilli custodia curae suae traditi locum faciori dedisset ac quasi prodidisset orphanum, hanc patri meo expiandi communis peccati conditionem tulit, cederent, inquiens, pariter ambo, ille imperiali, ipse patriarchali dignitate, qua se indignos effecissent, ille consciscendo, ipse permittendo immanissimo facinore, quo esset inique ac crudeliter imperium ereptum innocenti puero hereditario illud iure possidenti; ea poenae differentia in dispari participatione criminis, ut qui deliquisset atrocius, indulgentius plecteretur. a patre quippe meo ita se velle abdicari principatum, ut is in me transferretur, ipsi patriarchalis amissio sedis nulla temperaretur in privatum paciscenda solatium cognati fiducia successoris. en quantum eius viri studium, quam excellens extiterit caritas in me adhuc puerulum et modo infantiam egressum, ut me in legitima possessione imperii Romani iam tum constituere voluerit, vixdum hominem nec rationis perfecte compotem. unde et vos intelligitis, et ego semper prae me feram, summam ei a me gratitudinem deberi. quo aegrius nunc a vobis audio ea proferri quae famam eius posthumam maculant. quare desinite infamare imprudentibus assertis dilectum, ut praedicatis, vobis, mihi venerabilem et sincero affectu amatum antistitem, dum ea egisse tantum praesulem, quae virum honoratum haud decent, effutire non veremini, fide videlicet ac prudentia eadem, qua revocare in dubium audetis et in rerum exceptioni obnoxiarum numero censere ordinationes sacerdotum qui in nostra hodie ecclesia sacras exercent functiones; in quo vestrum iudicium requiro non intelligentium ex istiusmodi cavillationculis consequi perisse funditus e dei ecclesia legitimam successionem sacerdotii, ita ut iam restitui nulla ope queat. age enim sane, per ipsam adiuro vos illam quam exquisito isto affectatis zelo indubitabilem securitatem administrandorum in ecclesia sacrorum, sive quae nunc uspiam est, sive quam exulem e terris et in mera positam idea speculantibus animis istucmini: si vere penes vestrum istud conventiculum residere huius ecclesiam temporis, et sectam hanc vestram continuatione non interrupta committi creditis uni catholicae per seriem saeculorum inde a Christo et Apostolis ductae religioni, a quibusnam tandem ordinatoribus minime dubiis istos habetis quibus utimini sacerdotes, quorum successione ac conse-

τα, ἀρχιερέων, ἐπεὶ τοὺς ἡμετέρους τούτους ἀπήρτησθε, ἢ καθ'
P 327 ὑμᾶς αὕτη καὶ προσδοκωμένη ἱεραρχία συσταίη; καὶ τίς ἐπὶ τοσοῦτον τῶν προτέρων ἄθικτος διεβίω, δυνατὸς ὢν ἐξ ἀξίας χειροτονεῖν ἱερέας; οὓς γὰρ οἴδαμεν, κοινωνικοὺς οἴδαμεν πάντας. καὶ τριῶν καιρῶν ἐπὶ τοῖς ξυμβεβηκόσιν ὄντων, πρώτου μὲν καθ' ὃν τὰ κατὰ τὸν Ἰωάννην εἴτ' οὖν τὴν βασιλείαν προέβη, δευτέρου δ' αὖθις καθ' ὃν τὰ τῶν Ἰταλῶν καὶ τοῦ πάπα ἐπεισεκώμασαν, καὶ τρίτου τοῦ ἡμετέρου τούτου δὴ καὶ ὑστάτου
B καθ' ὃν τὰ πραχθέντα, ὡς ἦν τε καὶ ἔδοξεν, ἀπηυθύνθησαν, οἱ μὲν τοῦ προτέρου ῥέκται ἐκποδὼν ἐπιεικῶς πάλαι, οἱ δὲ τοῦ δευτέρου οἱ μὲν ἐξ ἀνθρώπων ᾤχοντο, οἱ δὲ καὶ τῆς ἐπιτιμίας καθαιρεθέντες, οὕτω δοκοῦν καὶ ὑμῖν πάντως, μένουσιν οὕτω καὶ ἔτι. τοὺς δὲ τῆς τρίτης ταυτησὶ καταστάσεως εἰ μὲν δέ-

1. ἀρχ.] ὑπὸ τίνων ἀρχ.? 5. μὲν] τε P.

cratione certa indubitabilis veritas illius quam tam ambitiose nobis pollicemini, vobis arrogatis, hierarchiae demonstretur? qua, inquam, potestate, a quibus nulla suspectis ex causa episcopis manuum impositionem acceperunt, qui apud vos sacra faciunt presbyteri, quos unos, si Christo placet, nostris ad spuriorum reiectis classem, veros esse gloriamini sacerdotes? enimvero, quae istorum aetas est, non video a quibus ordinari praesulibus potuerint, contra quos non eaedem, quas nostrorum ordinatoribus opponitis, exceptiones locum habeant. hoc ut omnium clare subiicias oculis, tria tempora distinguo, quorum ambitu comprehendi necesse est canonicas ad sacros ordines promotiones hodie vigentium vestrae partis sacerdotum. primum illud tempus est quo Ioannis tunc pueri exauctoratio et excaecatio contigit; secundum huic succedens, admissae perperam communionis Italorum et commemorationis contra fas inductae papae Romani, cum professione subiectionis nostrae ad eius spiritualem principatum. tertium et omnium postremum hoc hodiernum est, quo ista illegitime patrata, prout licuit et quantum visum est sufficere, per nos emendata et ad rectam disciplinae normam ex illa pravitate reducta sunt. primo tempore qui ordinandi potestatem habuere, iam pridem desierunt vivere. secundum tempus quos ex eo vidit numero, ii partim fato sua sunt functi, partim eiecti e sedibus et honore spoliati nostris iudiciis, vestris etiam impense votis suffragantibus, privatim sine sacra potestate vitam agunt hodieque. neutri horum aut vestros rite potuerunt ordinare sacerdotes, aut nostros, si vellemus, possent, non solum quod aliis ingrum vita, aliis iurisdictio modo deest, sed etiam quoniam, si vera vestra opinio est censentium, ex que depulsus sede vester Arsenius est (quae depulsio primo tempore contigit), desisse legitimam in hac ecclesia potestatem: nullus illorum, quantumvis attentarit, vera fungi ordinatione potuit. restat tempus tertium, status videlicet hic praesens rerum, quo si superesse adhuc putamus in terris certam rite consecrandi sacerdotes auctoritatem, quae si desit, ecclesia nulla est, in nostra hac eam utique, quae sola, vobis etiam nobiscum Latinam repudiantibus, habet episcopos, qui nulli apud vos sunt, in nostra hac, inquam, illam auctoritatem ecclesia sola agnoscere vos oportet. quod si facitis, iam nobiscum consentitis, iam vobis manus damus, cunctis inter nos controversiis sublatis. sin per-

χισθε, λόγος ἡμῖν ἔστι γε πρὸς ὑμᾶς, εἰ δ' οὐ δέχεσθε, φορτικοὶ πάντως ὡς τὰς ἀρχὰς τῆς ἱερωσύνης ἀναιρεῖν πάμπαν ἐσπουδακότες. εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ δείξατε ὃν ἀπὸ παλαιᾶς χειροτονίας ἐν ἀσφαλείᾳ διαβιοῦντα παντοίᾳ πεφυλαγμένον ἔχετε. οἶδα προβαλλομένους τὸν τῶν Μαρμαριτζίων ἐπίσκοπον πρώην, εἰ καὶ νῦν τετελεύτηκε· περὶ οὗγε καὶ ἐρωτήσας πόλλ' ἅττα ἐπιλήψιμα ἔχοντα κατεμάνθανον. οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς πάντως ἀκούσαντες παρ' ἐμοῦ τότε, ὅτε καὶ ταῖς ἐπὶ τοιούτῳ καιρῷ παρατηρήσεσιν οὐ προσέχειν δίκαιον ἰσχυρίζεσθε καὶ ἔγωγε, οἶμαι, δοκιμάζων ἠμέλουν, ἔρμαιον ἔχων ὅτι γε ἄρα καὶ δοκιμάζοιτε. καὶ τάχα ἂν ὑμῖν προσετέθην, τοῦ Ἰωάννου ἤδη τὴν ἱεραρχίαν παραιτουμένου, καθὼς καὶ ὑμῖν ἐπεχείρουν προσέχειν, ὡς ἴστε, εἰ μή μέ τις λογισμὸς ἧκιστ' ἄξιος παρορᾶσθαι πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπασάμενος ἀπῆγέ με τοῦ σκοποῦ. τὸ γὰρ ξυμπεσὸν εὐθὺς ἐπὶ τῷ τότε μὲν ἀργοῦντι νῦν δὲ ποιμεναρχοῦντι, ἄξιον ὃν θαυμάσαι, ἀνα-

gitis resistere, sin admittere pro veris recusatis nostrae partis antistites, iam estis prorsus importuni, qui studeatis persuadere nullum hodie in terris reperiri verum episcopum; quod qui dicit, sacerdotalis ordinationis exhaurit fontem, et e rebus humanis spem omnem exterminat videndi unquam ullum hominem canonica impositione manuum ad sacrificandi ius evectum. suscipitis an reiicitis ab existimatione vestra manifeste intolerabilem absurditatem istam? atqui eius a vobis depellendae una sola est sane impeditissima ratio, in eo sita ut evidenter ostendatis super adhuc esse hodie in vivis aliquos episcopos ex eo tempore quo, utpote tribus iam memoratis anteriore, nulla erat de cuiusquam ipsorum statu ac potestate controversia, horum praesulum veteris et nemini suspectae ordinationis si quem forte unicum in arcanis apud vos latebris huc usque custodistis, quaeso ne invideatis nobis, ne celetis amplius. ostendite rem necessariam. videat in eo per vos monstrato hodierna ecclesia traducem suae propagationis ab antiqua, spem suae transfusionis in posteram. memini vos paulo ante ut talem nominasse Marmaritziorum episcopum: sed praeter quam quod is quoque finem nunc vivendi fecit, etiam de hoc homine ego tunc inquisitione habita multa in vita eius atque actis vituperabilia reperiebam, ob quae is episcopali honore indignus merito posset iudicari. nostis ea et vos, ex me utique illo tempore audita, quando nihilominus perseverantibus vobis in proposito praeficiendi hunc ecclesiae, et contendentibus recte compensari maculas quorumvis eius contra disciplinam lapsuum una illa de te antiquitatis admoventis ipsum indubitato successionis fonti, remisi ego me acquievique vestro iudicio, tanti ducens, quantovis incommodo et qualicumque indignitate devoranda, demereri vos et nobis adiungere. itaque Ioanni mox patriarchatum abdicanti vestrum Marmaritziensem subrogare, ut scitis, cogitaveram, solo impulsus ad hoc studio vobis gratificandi; fecissemque, nisi per id tempus intervenisset quippiam summa consideratione dignum, quod totam ad se raptam meam mentem ab istius prosecutione scopi necessario abduxit. cum enim contigisset declarari mire vaticinio statim eventis comprobato insigne meritum et summam apud deum gratiam eius viri qui deposito iampridem patriar-

λαμβάνειν ἐποίει τοὺς λογισμούς, μή πως θεῷ δοκοῦν αὐτὸν καὶ πάλιν ἱεραρχεῖν, ἀμετακινήτων μενόντων τῶν τῆς ἐκκλησίας πραγμάτων, ἃ ἀνάγκη ταράττεσθαι, εἰ ἄλλως γένοιτο, παριδὼν ταῦτα ἕλωμαί τε ὑμᾶς καὶ ἁμαρτάνω, πρὸς τῷ μηδ' εὐοδωθῆναι τὸ πρᾶγμα κατὰ σκοπὸν ὃν ἐτρέχομεν. ὅθεν καὶ πρὸς ταῦτα παλινδρομῶ, καὶ ὃν ὁρᾶτε, ὡς δῆθεν θείαν ψῆφον πληρῶν, ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἀξίας ἀνάγω πάλιν, ἄνδρα λιτὸν τὰ πάντα καὶ ἄσκευον καὶ ἀρετῆς ἐπιεικῶς φίλον. τὸ μέντοι γε δοκοῦν σκληρὸν καὶ μὴ ἐς ἅπαν ἐπικλινές τε καὶ συγκεχωρηκὸς ἦν καιρὸς ὅτε κἀμοὶ (μαρτυρήσω γὰρ τἀληθές) παρ' ὑμᾶς πάντας οὐδὲν ἐδόκει προσῆκον ἄλλως ποιμένι, καὶ ταῦτα πνευματικῷ, καὶ οὐδ' ὡς γε ἐπαγωγὸν τῶν πολλῶν καὶ εἰρηνικόν, καὶ τοσοῦτον ὅτι καὶ τοῦ μοναχοῦ Μηνᾶ τὰ ἀπ' αὐτοῦ πρὸς ἐμὲ λέγοντος δυσχερῶς εἶχον πιστεύειν, εἰ τοιοῦτος ὢν οἷος ἔδειξε τότε, ἀγλευκής τε καὶ ἄτεγκτος, τοιούτων ἂν κριθείη θείων ἐννοιῶν ἄξιος· καὶ πιστεύειν ἀπώκνουν τοῖς λεγομένοις, οἷς ὀργὴν θεοῦ ἐπικειμένην τοῖς ἡμετέροις εἰδέναι παρίστα. ἀλλ' ὅμως ὁ οὕτως ἔχων περὶ τούτου ἐγὼ τόσον ἐάλωκα τῆς πρὸς αὐτὸν διαθέσεως, ὡς ἄλλο τι λογί-

chatu privatus tunc viveret, religioni duximus non sequi tam evidentem suffragii divini praerogativam eo in sede reponendo, e qua perperam deiectum ista ipsa prodigiosa significatio monstrabat, praesertim cum praeter periculum dei, ni sic faceremus, offendendi ad id ipsum urgeret status praesens ecclesiasticarum rerum, quas novis haud dubie perturbationibus implicandas apparebat, si aliud decerneretur. reputabam mecum etiam, vel si neglectis iis tanti momenti rationibus obstinarem animum in obsequendo vobis, frustra quidem id facturum me. per viam enim tot ac tantis difficultatibus obseptam nulla spes allucebat pertingendae unquam metae, ad quam communi vos et ego cursu nitebamur. per haec satis, ut confido, demonstrata aequitate ac necessitate ultimae huius electionis prorsus ineluctabili, refero me ad proponendas vobis dotes conspicuas et quantivis aestimandas viri huius, quem divinum secutus suffragium in patriarchali, ut videtis, repono sede. homo is est plane simplex, fuci et fraudis expers, virtutis admodum amans. scio videri quidem illum plerisque nunc solitum, olim etiam mihi (fatebor enim ingenue rem veram), austerum durumque ac irrevocabiliter inflexibilis emollirique in indulgentiam nesciae rigiditatis, praefractius omnino quam pastorem, praesertim spiritualem, decere videatur. fui et ego, inquam, alias in ea vobiscum sententia, requirens in illo accommodatam conciliandae multitudini facilitatem pacificamque mansuetudinem. qua praeoccupatus ab eo aversione cum audirem a referente Mena monacho divinitus ipsi revelatam sibi imminentem cladem, aegre sane adducebar ut crederem, haud fieri posse ratus, hominem asperum, immitis acerbique ingenii, dignum a deo iudicari manifestationibus istiusmodi eventuum insuspicabilium prudentiae humanae. quare istud vaticinium iram numinis nobis impendentem intentans ut vanum aut gratis confictum aspernabar, diu ei fidem abnuens. tamen vim postea successu, argumentoque irrefragabili convictus habitare in illo dei

ζεσθαι νῦν συμβὰν ἐπ' ἐμοὶ εἰς τὸ καταλαμβάνειν ὡς δυνατὸν κρίματα θεῖα ἢ ὅτε παρ' ἄλλοις ἐμάνθανον, ὥστε καὶ αὐτὸ τὸ D πολλοῖς δοκοῦν ἐλάττωμα τοῦ ἀνδρὸς προτέρημα μᾶλλον ἔκρινον. τί γάρ, ἔλεγον, εἰ καὶ θεὸς φιλάνθρωπος ὢν τὰ πλεῖστα δικαίως κολάζει, ὡς καθαρτικῆς ἴσως οὔσης καὶ τῆς κολάσεως; ὃ δὴ καὶ φιλανθρωπίας μᾶλλον εἶποι τις μέρος οὐ τὸ τυχόν. καὶ ὅτι μὲν αὐτεξούσιος ἄνθρωπος πάντως ἔχει χρᾶσθαι τῇ προαιρέσει καὶ πράττειν τὰ κατὰ γνώμην, πλὴν καὶ νόμος δέδοται, ὃ μὲν P 329 φυσικὸς ὁ δὲ γραπτός, καὶ δικαστὴς προκάθηται κρίνων, ἵν' ὃ μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ τις ἔξει τῇ συνειδήσει σωφρονιζόμενος καὶ ὡς ἀναγκαίῳ χαλινῷ καταγχόμενος, τοῦτο παρὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας παιδευθεὶς μάθοι, καὶ ὁ μετελθὼν τὸ πλημμέλημα ταῖς ἀληθείαις εὐεργέτης δόξοι καὶ τιμωρῶν. ἐν δέ γε τῷ ἱερῷ εὐαγγελίῳ καὶ οἱ ἐν ὁδοῖς καὶ πλατείαις καὶ ῥύμαις κείμενοι εἰς τοὺς γάμους τοῦ βασιλέως εἰσελθεῖν ἀναγκάζονται, ὡς ἀναγκαίως ἐπι- B κείμενον ὂν τὸ τῆς ἀνάγκης, εἰ βούλοιτό τις σώζεσθαι. τί τοίνυν τὸ ὑμῖν ἱκανὸν δοκοῦν εἰς τὸ σχίζεσθαι; τί τε ὃ ἐκκλιτέον

spiritum, cuius utique solius prophetia eventis patrata donum agnoscendum est, facere non potui quin raperer vehementi quodam erga talem virum studio, praeludiaque in eum illa priora excuti mihi ex animo sinerem, reputans ideo mihi forte, indulgentia numinis meam erudientis imperitiam, experiri talia concessum, ut quod hactenus nequiveram intelligerem, immane quantum extolli supra cogitationes hominum iudicia divina, quorum illi non raro suffragiis evehuntur, qui nullum ab humano favore punctum ferunt. unde istud ipsum quod in hoc plerique viro uti vitium damnant, laudi potius adscribendum iudicavi. cur enim, aiebam, hunc vituperem quod severus in castigando sit, cum deus, de cuius benignitate dubitare nemo potest; plerumque homines iuste puniat? non animo scilicet ipsos perdendi, sed purgandi; quod profecto benignitatis, eiusque non vulgaris, officium est. quoniam autem sui potens ac liberi compos arbitrii conditus homo est, expectari aliud non debet quam exerciturum eum in vitae acta suam istam expeditam in utrumvis eligendi facultatem, et prout iudicaverit operaturum. tantum ei dirigendo lex apponitur, partim naturalis partim scripta, arbiterque praesidet iudicans ut, si cui a fraude coërcendo naturale singulis inditum propriae cuiusque conscientiae, vitanda sequendaque distinguentis, haud suffecerit fraenum, huius defectum externae potestatis correptio suppleat, discatque censura docente quod admonente intimo naturae iudicio visus est non intellexisse qui peccavit; ex quo infertur castigatorem delicti re vera benefactoris loco ducendum, etiam cum saevit, ab eo quem merentem corripit. nam esse hominibus expetibile vi adhibita iuvari demonstrat sacrum evangelium, ubi refert turbam in viis plateis vicisque otiose desidentem non inhumaniter sed beneficc compulsam intrare ad regis nuptias; ut sibi necessarium omnes intelligant auxilium admotae necessitatis, si qui salvi volunt fieri. quae cum ita sint, quaenam vobis demum idonea persistendi in schismate causa est? quid exclpitis declinare nos debere malum a vobis inconvenieasque iudicatum, quo velut amoto vestrae offensionis scandalo in unum conciliati omnes

ὑμῖν ὡς μὴ καλῶς ἔχον ἥγηται, ὥστε καὶ ἄλλοις παρέχειν σκάνδαλον, καὶ τὸν ἕνα καὶ ἄσχιστον χιτῶνα τῆς ἐκκλησίας πειρᾶσθαι σχίζειν, καὶ ἀμελεῖν ὡς μή τινος κακοῦ γενομένου; εἰ δ' οὖν,
C ἀλλ' ἰδοὺ πατριάρχης καὶ ἱεράρχαι, ἰδοὺ κλῆρος καὶ σύγκλητος καὶ λαὸς καὶ μοναχῶν οἱ λογάδες· καὶ ὅσον ὑμῖν εἰς ἀπολογίαν παρίσταται, εἴπατε, καὶ πρῶτον τῶν ἄλλων, ὁποῖοι καὶ τίνες ἐν ἱεράρχαις πρὸς οὓς ἀναφέρειν ἔχετε τὰ ὑμέτερα, ὥστε τούτων ἀποβουκοληθέντων ἐκείνους δικαίως ἐγκρίνεσθαι. οὐδὲ γὰρ εἰς ἀπέραντον σχισθήσεσθε, οὐδὲ δίκαιον, οὐδέ γ' ἑτέραν οἰκουμένην ζητήσομεν, ἐξ ἧς ἐνέγκωμεν ἱεράρχας τοὺς τῆς ἡμετέρας
D ἀρχῆθεν ἐκκλησίας ὡς τὸ εἰκὸς καταστήσοντας. οὐδ' εὔλογον περὶ τῶν ὄντων ἐρωτᾶν τοὺς μὴ ὄντας, ἀλλ' ἡμεῖς καθ' αὑτοὺς τὰς διαφορὰς δοκιμάσομεν. ἡμεῖς κρινοῦμεν καὶ ἐν μέρει ἀντικριθησόμεθα, καὶ μετὰ θεοῦ καὶ τῶν πατέρων ζητοῦντες οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν, σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται, τοῦ κοινοῦ συνοίσοντος.
τὰ μὲν παρ' ἐμαυτοῦ ταῦτα· ὑμεῖς δέ, εἰ καὶ συνεκλήθητε πάν-
P 330 τες, ἀλλ' οὐ λέγειν πάντες ἁπλῶς ἐπιτρέπεσθε. ἔξεστι δὲ τῷ

15. κοινῷ?

occurramus? cur unam et inconsutilem ecclesiae tunicam consanimi scindere, eoque facto secure pergitis vivere, quasi nullo vos crimine sic agendo illigetis? sin vos adhuc ista non movent, age proferte quae nitamini. en patriarcha et hierarchae; en clerus et senatus et populus et lectissimi quique monachorum: coram his exponite quod ad vestram defensionem utiliter allegandum confiditis. ante autem omnia, cum vera ecclesia corpus sine capite esse non possit, ostendite quibus et qualibus hierarchis vestram hanc recte subiungi congregationem autumetis. sed videte ut tales demonstretis, qualibus plena exploratione cognitis hand dubie debeamus, repudiando nostros ut minus idoneos, accedere. eia, inquam, reperiamus aliquem exitum infiniti iam prope negotii. sullusne terminus iurgiorum sit? num aequum arbitramini aeterno vos irrevocabiliter a mundo universo abiungi discidio? an alium quaeremus terrarum orbem, unde hierarchas vobis non fastidiendos adducamus, qui nostram aliquando ecclesiam non iam amplius dubiae ordinationis presbyteris instruant ac certa cum orthodoxa veteri continuatione connectant? utrum censetis controversiis finiendis conducibile, super statu viventium consultare cum mortuis, et exquirere ab iis qui non sunt, quid iudicari de praesentibus debeat? quin nos ipsi potius decidimus lites nostras, et proferendis utrimque invicem causarum adversarum iuribus iudicamus vicissim iudicamurque, sic conflictu argumentorum extundenda veritate, qua mox visa consentientes acquiescamus. audeo polliceri, fiducia non defuturi divini auxilii: si dei ductu, patrum auctoritatibus et exemplis inquiremus quid opus facto sit, non aberrabimus a scopo, nec diu aberit quin conveniamus in commeniter salutarem et commodam utrisque sententiam. haec ex meo sensu quae profiterer habui. vos autem etsi huc convocati omnes estis, non tamen putatote pariter universos promiscuam habere hic loquendi facultatem. permittitur autem ei quem praecipue ad id aptum cunctisque praestantem

ἀξιωτέρῳ τῶν ἄλλων ὑπὲρ ἁπάντων καὶ λέγειν, καὶ οὕτω περιαιρεθείσεις τῆς ταραχῆς κατὰ τρόπον γίνεσθαι τὴν διάλεξιν."

Ταῦτα τοῦ βασιλέως εἰπόντος οἱ τῶν λοιπῶν προηγούμενοι, καὶ μάλιστα οἱ τυφλοί, "ἡμεῖς" εἶπον, "ὦ βασιλεῦ, ἣν ζητοῦμεν, τὴν κατὰ τρόπον τῆς ἐκκλησίας κατάστασιν. τὸ μὲν γὰρ κακῶς ἔχειν αὐτὴν καὶ αὐτοὶ μαρτυρεῖτε καὶ πᾶσιν ἔγνωσται. καὶ ὅτι παραβέβασται μὲν τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἀρσένιον, B ἀδίκως, ὦ δίκη, καθαιρεθέντα, παραβέβασται δὲ καὶ τὰ ἐς τάξιν αὐτὴν καὶ σχεδὸν δογμάτων ἀκρίβειαν, κοινωνούντων οἷς οὐ κοινωνεῖν ἄξιον, ταῦτα κἂν ἡμεῖς μὴ λέγομεν, ὑμῖν ὡμολόγηται. τὸ μὲν οὖν τὰ κατὰ τὴν ἐκκλησίαν παρατραπῆναι εὔδηλον ἐντεῦθεν καὶ φανερόν, τὸ δὲ τῆς τῶν σφαλέντων διορθώσεως, εἰ μηδὲν παροραῖν ἔστιν, ἀλλὰ ζητεῖν ὅπως καὶ ἐπὶ τίσι πέπρακται, τοῦθ' ἡμῖν, εἰ κελεύεις, ζητητέον· οὕτω γὰρ ἂν ὁπουδήC ποτε τοῦ θεμέθλου φανέντος καὶ τὸ ἐποικοδόμημα γνωρισθήσεται." καὶ δὴ ἀρξαμένων λέγειν τὰ προσεχέστερα, ταῦτα δὴ τὰ ἀπὸ τοῦ Γρηγορίου καὶ καθεξῆς, ὃ βασιλεὺς ἀνεῖχε τούτους καὶ πρὸς τὰ ἀρχαιότερα μετεβίβαζε, καὶ τὸν τοῦ ἀφορισμοῦ θρύλλον ἀπήλεγχε μάταιον, μὴ ὅτι γε τὸν κατὰ τοῦ Ἰωσήφ, ὃν ἐς

9. οἷς deerat. 14. ὑμῖν P.

inter vos ducitis, vice omnium quae cuncti sentitis dicere, ut sic, tumultu et confusione sublata, rite disceptatio possit institui."

Talia locuto imperatore, Arsenianorum praesentium primarii, maxime autem caeci, "nos" dixerunt, "imperator, unum quaerimus, ecclesiae scilicet restitutionem in bonum statum: male quippe nunc habere ipsam, et vos ipsi testificamini et cunctis notum est. publice nimirum idque graviter peccatum est in causa patriarchae Arsenii, inique, o ius fasque! throno deiecti. peccatum item large aliis quoque occasionibus et modis, tum contra rectam ordinem disciplinae, tum fere in ipsam quoque dogmatum exactam professionem, communicando cum iis a quorum communione abhorrere oportebat. haec, vel si nos taceamus, vos ultro ipsi confitemini, ut manifestum et in confesso apud omnes haberi debeat perversas et a debita rectitudine detortas esse hodie res ecclesiae. in his porro quae perperam sunt acta emendandis si nihil negligere oportet, sed quaerere quomodo et quibus gubernantibus patrata illa sint, id nobis, si iubes, erit investigandum. sic enim amoliendis supra congestis, detecto tandem, ubicumque latet obrutum, certo solideque fundamento, tuto scilicet inaedificabitur; et in ea, quae sic consurget, mole verum instar agnoscetur ecclesiae." sub haec Arsenianis monachis retro actorum considerationem incessantibus a citeriori memoria, gestorum scilicet sub Gregorio et deinceps, interpellavit eos imperator, sic agere prohibens promovensque inquisitionem in antiquiora tempora. ac primum illos olim tam late grassatos, tam invidiose celebratos de intorto ab Arsenio anathemate rumores fuisse vanissimos ostendit, non solum quatenus Iosephum, sed et quatenus

ἅπαν ἐθρύλλουν; ἀλλὰ καὶ τὸν κατ' αὐτοῦ βασιλέως. πῶς γὰρ
D ἀσφαλὲς εἶναι ἔχειν ἂν ὑπ' ἀφορισμόν, οὗ λειτουργῶν ἐκεῖνος
ἐμέμνητο; πῶς δὲ καὶ ἄλυτον εἶναι καὶ χρῄζειν τοῦ λύσοντος, ὃν
ὁ δεσμῶν ἐκεῖνος ἐμπράκτως ἔλυεν; ὥστε καὶ εἰ μὴ ἦν τὸ ἐπιγε-
γόνός, ἔλεγε τὸ κατὰ τὸν πάπαν, οὐκ ἂν πάντως οἱ τὴν ἐπ' ἐκ-
κλησίας εὔφημον μνήμην κεκώλυτο. ταῦτα λέγων ἐδείκνυ καί
τινας ἐξ αὐτῶν κοινωνοῦντας τῷ Ἰωσήφ, καὶ οὐ σχισθέντας ἅλ-
P 331 λως εἰ μὴ μεθὸ τὰ κατὰ τὸν πάπαν πέπρακται. ἐτρίβοντο τοί-
νυν οἱ λόγοι ἕως ὀψὲ τῶν νυκτῶν. ἦν δὲ τοῖς μοναχοῖς ὁ σκο-
πός, καὶ πολλοὺς ἔνθεν κἀκεῖθεν ἡ ὁρμὴ ὑπέκνιζε καὶ ἐθρύλ-
λουν, τοὺς περὶ τὸν πατριαρχοῦντα ἐξουθενεῖν, χρωμένους τοῖς
αὐτῶν λήμμασιν ὅτι τε τὰ κατὰ τὸν πατριάρχην Ἀρσένιον σφίσιν
αὐτοῖς παραβέβασται, καὶ ὅτι ἡ ἐκκλησία ἄγους αἱρέσεως κεκοι-
νώκηκε. τοιούτων ὄντων τῶν φανερῶν λημμάτων, αὐτοὺς ἐπά-
B γειν τὸ ἀναγκαῖον σύμμετρον. τὸ δ' ἦν μὴ καθῃρημένους ἐκεί-
νων τελέως παρ' ὧν ἦν ἄξιον, τῶν ἀθίκτων τέως τοιούτων μει-

6. κεκωλῦσθαι? 15. καθαιρομένους ἐκείνους?

Michaëlem ipsum per id fuisse sacris interdictos temere iactabatur. nam Augustum quidem patrem suum qua veri specie affirmari potuisse subiacere anathemati, quo tempore, quoties sacra liturgia publice fieret, nominatim idem Augustus honorifice memorabatur in ecclesia, ipso patriarcha, qui eum excommunicasse ferebatur, audiente sinenteque? quo, inquam, colore tum imperiti causabantur teneri constrictum illum diraram ecclesiasticarum nodo et indigere solutoris opera, quem usu ipso ac factis ipse qui ligaverat solvebat? itaque nisi quod deinde accidit superveniisset (innuebat concordiam cum papa initam), numquam omnino eius in ecclesia commemorationem honorificam fuisse prohibendam affirmabat. haec dicens, indigitabat quosdam ex nunc inter Arsenianos stantibus, qui Iosepho communicassent neque se abscidissent prius quam conventio cum papa fuisset inita. huiusmodi sermonibus tempus terebatur usque ad multam noctem, ardenter incumbentibus in prosecutionem finis sibi propositi monachis, multisque hinc inde e sectariis ipsorum erupturientibus impetu impatienti in significationes contemnendi praesentem patriarcham et ei addictos irridendi, quod sacram, qua plane careret, potestatem in eo delusi agnoscerent. praeiudiciis quippe innixi suis illis antiquis irritam omino fuisse contendebant quamlibet praesulis electionem, factam ab ecclesia quae vera esse desiisset ex quo immerentem eiecisset Arsenium. ergo illa consueta ipsis in antistites ecclesiae confidentissime crimina iactabant, gravi scilicet ipsos teneri obstrictos scelere, ex quo ab iis violatus et throno expulsus fuisset Arsenius; ecclesiam quoque ipsorum, impie admissa communione cum haereticis, labem haereseos contraxisse, qua nunc polluta sordesceret; in horum adeo atrocium et patentium purgationem criminum subire illos oportere piacula eluendae noxae paria, quae ipsi praescriberent. in his illud in primis necessarium esse: ut omnes qui hodie sacra tractarent in sic profanata ecclesia, redigerentur in laicorum ordinem, in eo relinquendi usque in finem, sine spe regressus, et novi sacerdotes

νάντων εἰς τέλος, μηδ' ἱερᾶσθαι ἀξίους εἶναι, καὶ ταῦτ' ἐπὶ πολλοῖς καὶ αὐτοὺς παραβάντας, ὡς καὶ πολλὰ καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς πράξαντας, κανονικοὺς θεσμοὺς ὑπερβάντας, καὶ κακίᾳ μᾶλλον καὶ ἀμαθίᾳ ἢ ἀγάπῃ καὶ ἀσφαλείᾳ ἐνειργασμένους. ἔλεγον δὲ ὡς οὐδ' ἐριστὰ σφίσι πρὸς βασιλέα τὸ σύμπαν, δεσπότην C γε ὄντα, φυλαττομένοις καὶ ἄλλως προσκρούειν τῷ κράτει, παρ' ἣν αἰτίαν καὶ τὸ ἡττᾶσθαι ξυμβαίνοι, κἂν τὰ ἐννομώτατα λέγοιεν. ἀλλὰ κριτοῦ αὖ δεῖ τοῖς λεγομένοις, κριτοῦ. ὡς γοῦν τὸ δικαιότατον λέγειν, οὐδεὶς ἄλλος πρὸς ταῦτα βασιλέως ἂν εἴη κριτὴς ἀξιώτερος, ἐφ' οὗ καὶ ἀμφοῖν μάρτυρος λαλητέον καὶ κατὰ τοὺς κειμένους νόμους τὰς ἀμφισβητήσεις διαλυτέον, αὐτοῦ γε θεοῦ ἐφορῶντος καὶ τῶν αὐτοῦ βραβευόντων νόμων. ταῦτα τοῖς μοναχοῖς λέγουσιν ὑποσπᾶν σκοπὸς ἦν, ἤν τις ἀκούοι D λεγόντων, τὰ τῆς θρυλλουμένης ἀρχῆθεν καταστάσεως θέμεθλα. ἀλλὰ κενὴν ἐψάλαττον, τὸ τοῦ λόγου, καὶ οὐδὲν ἤνυτον. διὰ

4. ἐνειργασαμένους P.

ordinarentur ab aliquo ex episcopis hactenus intactis lue quae in omnes reliquos propagata esset contagione non vitata Latinorum in sio corrupta ecclesia qui fungi sacris attentarent, sacerdotio in omne tempus indignos habendos, praesertim cum aliorum praeterea plurium rei sint criminum, utpote multa egisse contra fas comperti et canonicas passim transgressi praescriptiones, malitia potius et imperitia ruere in agendo quam instinctu ordinatae caritatis secure operari soliti. subtexebant his tam acerbis aliqua blandiora, deliniendo Augusti animo, cui quam ingrata quae loquebantur accideront, facile sentiebant. adiunxerunt ergo nequaquam iurgari se cum imperatore velle. absit hoc quidem. agnoscere se illum venerarique ut dominum; cavereque diligenter, cum eo in quo resideat potestas summa, sese temere collidere, utique necessario inferiores recessuros e certamine tali, quantumvis aequa legibusque consona proferrent. caeterum altercationi, quae utrimque nunc ferveret, componendae necessariam esse auctoritatem iudicis qui iudicari ab alio nequiret. talem nullum iustius agnoscendum imperatore ipso. ad hunc igitur se omne arbitrium deferre; unum ipsum profiteri dignissimum omnium qui iudex in hac causa supremus sedeat. coram hoc praesenti cognitore ambae partes sua iura proferant, tantum ut iuxta olim sancitas ecclesiae constitutiones disceptentur dirimanturque controversiae, deo teste mentis oculis proposito, moderantibusque iudicium totum dei eiusdem sanctissimis legibus. his vafre adulatorieque astuti monachi disserendis hoc spectabant, ut si forte Augustus supremae in ecclesiasticis quoque rebus potestatis delatione delinitus acquiesceret auditis, obtinuisse ipsi viderentur quod petebant, et hoc ipso satis demonstrasse non continuari ecclesiae antiquae vera serie successionis hierarchiam praesentem, et sic fundamenta praesentis episcoporum ac sacerdotum status, quantumvis hactenus credita et praedicata solida, deprehensa nunc ac perspecta esse instabilia ruinosaque, velut in arena mobili locata. sed, quod plerumque caecis usuvenit, vulgari dicto celebratum, haud istis, quam rem palpando prensabant, arripere ac tenere contigit. nihil, inquam, se proficere, Augusto et praesidibus coetus reclamantibus.

ταῦτα καὶ θροῦς ἐκ τῶν κατόπιν καθημένων ἠγείρετο. οἳ δὴ καὶ ἀτάκτως συνεπαρθέντες τῷ θρύλλῳ βοαῖς ἀντήχουν, καὶ βλά-
P 332 σφημ' ἄττα κατὰ τοῦ πατριαρχοῦντος (ὡς γε ἄδηλον εἶναι ἐν τόσῳ πλήθει καὶ ταράχῳ τὸν τὰ τολμηρὰ λέγοντα) ἀνέδην ἐξέρρηττον, εὐχίτην ἀποκαλοῦντες καὶ τούτων ἔτι δεινότερα. βασιλεὺς δ' ἀκούσας, καὶ ὡς εἰκὸς ἐπὶ τῇ τόσῃ θρασύτητι διαταραχθείς, ἐκείνους μὲν ἐξελᾶν αὐτίκα προστάττει, τοῖς δὲ πρωταγωνιστοῦσι καὶ λίαν ἐπεῖχε καὶ ἐξωργίζετο, ἐν δεινῷ ποιούμενος εἰ αὐτὸς μὲν καὶ βασιλικῆς ὑφεικὼς ἐξουσίας καὶ ὄγκου μείζονος μετ' εἰρήνης
B σφίσι προσφέρεται, καὶ πάντας ἐδέξατο τὴν ἀρχὴν εἰσελθόντας, μὴ προστάξας ἁπαντᾶν πάντας, καὶ τόπους τέως παρέσχεν οἷς μὴ ἅπαντᾶν ἐπείρητο ὡς ὄντος δῆθεν ἐν πλήθει καὶ τοῦ ἀτακτήσοντος, αὐτοὶ δὲ τὸ καθ' αὑτοὺς ὑποστελλόμενοι πρὸς τοιαύτας ἀτάκτους ὁρμὰς καὶ φωνὰς ὑφῆκαν ἄλλοις λέγειν τὰ αἴσχιστα. οἷς καὶ ποία τόλμης ὑπερβολὴ ὑπολελεῖφθαι δόξειν, ἀπανθαδι-
ζομένοις πρὸς βασιλέα ὡς ἐγκαθίζοι τοῖον καὶ τοῖον λέχριον ἑαυ-
C τοῦ δεξιόφιν ζητῶν εἰρήνην; καὶ ταῦτα πλὴν ἀλλὰ συγκαθίζειν

15. δόξειεν?

intellexerunt. quare confusis ipsis, gregales eorum confertim subsidentes, tenebrarum et turbae fiducia impune laturos temeritatem rati, murmur a tergo insolens attollere coeperunt, mixtis multorum acclamantes vocibus contumeliosa quaedam in patriarcham, haud facili discrimine quis cuius esset sonus, in densi tumultu vulgi sua freti multitudine, nihil non quamvis impudens vociferari ausi. vocabant enim eum Euchiten, et aliis atrocioribus conscindebant probris. quibus imperator auditis, prout par erat, audacia turbatus tanta eiici confestim e coetu talia clamantes iussit. monachos vero modo locutos et primas certaminis tenentes, quibus subiectae ipsis et faventis turbae merito imputabatur immodestia, gravibus incessit verbis, iracunde increpans, et ut facinus indignum exprobrans, quod, cum ipse demisso humaniter fastigio Augustae dignitatis in aequum et familiare cum ipsis descendere colloquium haud fuisset gravatus studio pacis procurandae, cumque in istum conventum intrudentes se multos non a se vocatos, quin venire prohibitos metu eius incommodi quod secutum viderent, tumultus videlicet in turba, tamen indulgens postea benevole cunctis ingressum locumque concessisset, ipsi, quos omnia in suos posse satis esset notum, petulantiam eorum in motus seditiosos et voces improbas erumpere sivissent, contenti simulatam in se ipsis exhibere modestiam, sub cuius larva delituisse protervam contumaciam hae nimirum consciae ipsis et concordis plebeculae, silentio et tolerantia probatae ipsorum, si non et nutu concitatae, voces nefariae testarentur. in quibus quid ad summam insolentiam scelestissimi sibi homunculi reliqui fecissent, inclamare contra se praesentem imperatorem ausi, eum quem sibi assidentem a dextris adhiberet in concione ubi modi constituendae pacis inquirerentur, hominem esse pravum, his et illis, quae falsissime iactare ora ferrea non essent verita, insigniter deformem maculis? atqui scirent inverecundi nebulones,

ἐκεῖνος ἔλεγεν ἑαυτῷ τὸν μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην ὄντα εἰρηνικὸν καὶ τὸν ἄξιον αὖθις καὶ θρόνου καὶ προστασίας πνευματικῆς. ταῦτα λέγων, καὶ πλείονα τούτοις ἐξονειδίζων, ὡς πολλὰ λέγειν καὶ αὐτὸς ἔχων καὶ ἀπελέγχειν ὡς οὐκ ἀσφαλῶς ἔχοντα ἐφ' οἷς αὐτοὶ σεμνύνονται, ὅμως αἰδοῖ τῶν προτέρων καὶ τῷ τῆς εἰρήνης ἐφίεσθαι ἄρρητα πάντ' ἀφίησι, καὶ σεμνοποιούμενος αὐτοῖς καὶ αὐτὸς συντίθεται. καθίζει καὶ πάλιν τούτους ἐξ ἐπιτάγματος, καὶ τὰ τοῦ πατριαρχοῦντος συνείρει ἐγκώμια, τὰ χθὲς καὶ πρὸς τρίτης συμβάντα κατὰ λεπτὸν διηγούμενος. τέως τοὺς λόγους κύκλῳ περιβαλλόμενος καὶ ἕως ὀψὲ τῶν νυκτῶν παρατείνων, ὡς κωφοῖς τὸ παράπαν ἐδόκει διαλεγόμενος καὶ ᾠκει τῷ τυφλοῖς διανεύοντι. ὅθεν καὶ ἀπολύει τούτους, πλὴν μετ' εἰρήνης, ἀξίωσιν ἀπενέγκας καὶ δεσποτικὴν παρακέλευσιν μᾶλλον, τὸν μὲν λαὸν οὐδὲν ἐπιταράττειν ἐχόμενα τρίβου τιθέντας σκάνδαλα, αὐτοὺς δὲ καθ' αὑτοὺς μένοντας ἡσυχάζειν, καὶ μὴ ὀρέξει ματαίᾳ ἀλλὰ πνευματικῇ διακρίσει, ἐπεσκεμμένους καὶ παραπεφυλαχότας τὰ πράγματα, ψέγειν τε οὓς δεῖ ψέγειν ὀρθῶς καὶ ἐπαινεῖν αὖθις τὰ ἐπαίνων ἄξια. εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ἠπείλει

D

P 333

6. σεμνοποιουμένοις? 13. ἐκενέγκας?

non qualem obtrectando pingerent, assidere se sibi tali occasione virum voluisse, sed placidissimi hominem animi, pacificum inter odientes pacem, denique divinis suffragationibus dignum declaratum qui rursus in throno praefecturae spiritualis collocaretur. haec dicens, et plura his exprobrans, ubi satis in eos stomachum erupisset, mansuetiori deinde voce vultuque significavit in causa ipsorum et circa ea quae disseruissent multa se quae diceret, quae argueret habere; multa menti praesentia in os occurrere, quibus palam evinceret titubare ac labare illa ipsa quibus, ut certo fixis, secure indormirent, ut omni ex parte tutissimis gloriose, sed vane, ostentabundi sese iactarent. pudori tamen se velle consulere ipsorum, ac quo eos ad optatae assensum pacis ea facilius alliceret indulgentia, ultro cuncta silentio premere. hic in gravem se habitum componens honorifice ipsos (nam assurrexerant) sedere iterum praecepit. inde longa exorditur patriarchae, qui tunc sacris praeesset, encomia, quaecumque nuper accidissent circa causam et modum restitutionis eius in thronum, minutim renarrans, aliaque subinde intexens quae putabat opportuna variis Arsenianorum praetextibus amoliendis, et omni velut ex parte admovendis machinis quibus expugnaret pertinaciam illorum, producto in hoc ad multas noctis horas sermone immorans. sed surdis omnino visus est canere, aut ut loquar accommodatius ad sortem eorum quibuscum praecipue agebat, caecis innuere. quare tandem illos dimisit, placide tamen ac sine asperitate verborum, tantum in digressu rogans, vel potius pro potestate iubens, ne ulla in re populum turbarent, offendicula ad quae vulgus posset impingere iuxta viam ponentes, verum apud se manentes quiescerent, et non cupiditate vana, sed spirituali discretione, considerantes et observantes quae fiebant, vituperarent quos recte oporteret vituperare, rursus laudarent laude digna. sin aliter facerent, minabatur gravissima

τούτοις τὰ δυσφορώτατα, καὶ ὡς σφεῖς αὐτοὶ τοῦ κακῶς καὶ δικαίως κρίνουσιν. ἐντεῦθεν εἰς τὴν τοῦ Μωσελὲ μονὴν ἐπανιόντες ἐν εἰρήνῃ διῆγον. ὕστερον δὲ τοῦ δεσπότου Ἰωάννου τὴν τῆς πόλεως ἀρχὴν ἐπανῃρημένου ἐπ' ὀλίγον τὰ κατ' αὐτοὺς ἐταράχθησαν, ὅτε καί τινος μοναχοῦ Κουβουκλεισίου τὸν νεκρόν, ὃν αὐτοὶ ὡς ἀδιάφθορον ἐπὶ χρόνοις μείναντα ἐν ὁσίοις εἶχον καὶ ὡς ἁγίῳ προσεῖχον, εἰς τὴν τῆς Περιβλέπτου μονὴν ἐνέγκαντες οἷς ἦν προστεταγμένον ἔθαψαν. αὐτοῖς δὲ φυλακὰς ἐφιστᾶσι τοῦ μηδένα σφίσι παραβάλλειν ἀνέδην καὶ παρασυνάγεσθαι τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἀπεσχισμένους. ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τούτους τόνδ' ἔσχε τὸν τρόπον.

P 334 3. Ὁ μέντοι γε μέγας δοὺξ τὰ πλεῖστα περὶ Μαγνησίαν πονέσας καὶ περικαθήμενός τε τὴν πόλιν καὶ τῷ Ἀτταλειώτῃ ἀντιφερόμενος καὶ πολλοὺς ἀπρβαλών, ἐπεὶ οὐκ ἦν ἀνυστὰ τἀκεῖ, οὐδ' ἱκταρ, τὸ τοῦ λόγου, βάλλοντι, μετὰ τὴν ἐν ταῖς πόλεσι πλείστην ἀλαστορίαν, καθ' ἣν ἐξηργυρολόγει μετ' ἀπηνείας χρήματα, ὑποστρέψας αὖθις κατὰ Μιτυλήνην γίνεται, τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν νηῶν ἄγων, τοὺς δὲ πεζῇ κελεύσας ἐπὶ τῆς Καλλίου βαB δίζειν. καὶ ἡ αἰτία ὅτι βασιλεὺς γράφων ἐκέλευε τῆς κατὰ Μαγνησίαν μὲν πολιορκίας ἀποσχέσθαι, ἐξ αὐτῶν δὲ παραλαβόντα

quaeque, contestans unis ipsis imputanda, iudiciis prudentum et aequorum arbitrorum, quaecumque ipsis mala eo nomine meritis inferri deinde contingeret. ex eo tempore caeci monachi ad monasterium cui Mosele nomen est revertentes in pace illic degebant. post haec tamen, despota Ioanne urbis praefecturam gerente, nonnihil turbatae res ipsorum sunt, quando cuiusdam monachi, qui cubiculo inclusus vitam exegerat, cadaver longo post mortem tempore incorruptum repertum, ideoque pro sancti hominis et cultu religioso digni spolio ipsis habitum, ad Periblepti monasterium translatum, illic, quibus id erat demandatum, sepeliere. tum enim Arsenianis appositi custodes sunt qui prohiberent accessum liberum ad ipsos eorum qui synaxes cum ipsis frequentare cupiebant, a Catholica sese abscindentes ecclesia. ac res quidem tunc Arsenianae sectae in hunc se modum habuere.

3. At magnus dux multa frustra circa Magnesiam conatus in eius obsidione civitatis et oppugnatione Attaleotae qui eam praesidio tenebat, postquam multis suorum amissis successum incepti desperavit, et quod dici solet, haud contiguum suo arcui tandem intellexit scopum, ad quem tam crebra dudum iaculatione collineans ne admovere quidem e propinquo ictum aut in eius viciniam perferre potuisset, motis inde castris, post insolenter exercitam in plerisque Asiae urbibus pecuniae avare ac crudeliter extorquendae licentiam, rursus Mitylenen est reversus, partem quidem suarum copiarum secum ducens in navibus, caeteris vero itinere terrestri proficisci Calliopolim iussis. causa illi sic agendi fuit, quod scriptis ad ipsum literis mandarat imperator ut omissa oppugnatione Magnesiae le-

τοὺς κρείττους τὴν ἐπὶ τὸν Αἷμον ἰέναι, ὅπου καὶ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐστρατοπεδευμένος κατὰ τὴν Ἀνδριανοῦ ἔνθεν μὲν ἐπεῖχεν Ἑλτιμηρῇ, ἐκεῖθεν δὲ Ὀσφεντισθλαβὸν τῆς ὁρμῆς τῶν ὅρων ἀνείργειν ὡς εἶχεν. ὡς γοῦν πολλάκις βασιλέως γράφοντός τε καὶ ἀποστέλλοντος ὁ μεταξὺ καιρὸς κατετρίβετο (τὸ δ' αἴτιον ὅτι καὶ πάλιν μισθοφορίας ἐζήτουν πολυταλάντους, οὐ μόνον C ὧν ἔμελλον ἐκδουλεύειν βασιλεῖ Μιχαὴλ συγγεγονότες κατὰ τὰ ἐπεσταλμένα, ἀλλὰ καὶ ὧν πρὶν ἔπραττον δῆθεν, οὐ ταῖς πράξεσιν ἀλλὰ μόνῳ δὴ τῷ καιρῷ, κἂν ὁποῖ' ἄττ' ἐκοίουν, κἂν ἐν ἀναισχυντίαις καὶ ἀργίαις ἦσαν, παραμετρούμενοι τοὺς μισθοὺς καὶ εἰς ἑκατοστύας χιλιάδων τὰ ζητούμενα συμποσούμενοι), μόλις ἀφέντες Μιτυλήνην τοῖς κατὰ Μάδυτον αἰγιαλοῖς προσίσχουσιν. ἅμα δὲ καὶ οἱ πεζῇ διιόντες τοὺς δρόμους ἱστᾶσι κατὰ τὴν D Λάμψακον, κἀκεῖ τὸ σύμπαν ἐνδυναστεύσαντες κασσυδίην διαπεραιοῦνται καὶ πᾶσαν τὴν ἀντιπεραίαν ἐπέχουσιν. ἃ δ' εὐθὺς ἐξεργάζοντο, καίτοι γε παρὰ τῶν ἐκεῖ ἐπ' ἐξουσιῶν τεταγμένων βασιλέως κελεύοντος ἱκανῶν πρὸς ὑποδοχὴν ἐξαρτυθέντων, οὐκ ἔστι λόγῳ διεξιλθεῖν καὶ ἱκανῶς τὰ δεινὰ παραστῆσαι. εὖ γὰρ P 335

ctissimos quosque sui exercitus secum assumens cum iis versus Haemum tenderet, illic sese adiunctarus inniori Augusto Michaëli, qui castris ad Adrianopolim considens, hinc quidem Eltimeris inde autem Osphentisthlabi erupturientes in damna Romanorum, prout poterat, coërcebat impetus. ut hoc impetraretur saepius scribi, multos mitti ab imperatore opus fuit, non parva inter istas moras iactura temporis. praetextus tergiversandi erat solutio petita nec repraesentata stipendiorum quae in plerium talentorum immanes summas ascenderent. praeterquam enim in antecessum numerari sibi aequum censebant ducis magni milites operae militaris imperatori Michaëli mox navandae mercedem, etiam non redditarum ad diem veterum pensionum coacervata retro ingentia debita iactabant, solius in stipendiorum solutione habendam contendentes rationem transacti quomodocumque temporis; ac sive illud cessando sive agendo, in functionibus bellicis aut in pinguium stativorum ignavis remissionibus esset expensum, nihil referre aiebant oportere, quominus pari iure auctoramenta semel promissa procederent et semper ad diem pendi deberent; qua licentia computandi ad pluries centenorum numerum millium pecuniae sibi ex debito solvendae summas exaggerando cumulabant. his utcumque altercationibus sopitis, dux magnus cum suis aegre tandem solventes Mitylene vicinis Madyto littoribus appellunt, eodem fere tempore quo qui eorum, ut est dictum, pedibus iter agere iussi fuerant, cursus suos Lampsaci stiterant. ubi tota simul omnium collecta multitudo, cuivis alii praesidiariorum res illic imperii gerentium praevalens potentiae, arbitrio suo universa transfretavit, adversamque occupavit plena potestate regionem. ibi iam quae isti dire immaniterque fecerint exterquendis alimentorum et hospitii praetextu (etsi haec ipsis cura imperatoriorum praefectorum benigna copia ex ante ad hoc ipsum iussu Augusti praeparatis praebebantur) bonis miserorum incolarum, non facile est verbis exequi, aut orationem ingenio concinnare parem exprimendae atrocitati grassationum quas infelicissimos

καὶ Πλάτων ἐν Νόμοις τὸ μισθοφορικὸν διεσκαριφήσατο, "τούτων οἱ πλεῖστοι" λέγων "γίνονται θρασεῖς καὶ ἄδικοι καὶ ὑβρισταὶ καὶ ἀφρονέστατοι σχεδὸν ἁπάντων, ἐκτὸς δή τινων μάλα ὀλίγων," τελέαν μὲν καὶ ἐξ ἁπασῶν τῶν γενικῶν ἀρετῶν ἕξιν τῷ ἐν στάσεσι δυναμένῳ πολίτῃ προσμαρτυρῶν, μόνην δὲ τὴν τετάρτην τούτων, ἣν δή τις φαίη ἀνδρείαν, ἀποκέμων τοῖς μισθοφόροις, ἐθέλουσιν ἀποθνήσκειν μόνον ἐν τῷ πολέμῳ, οὐκ
B ἀρετῆς ἀλλὰ μισθοῦ χάριν, καὶ διὰ ταῦτ' ἐκ τοῦ ῥᾷστα συχναῖς ἐνεχομένοις ἀτασθαλίαις, θρασυνομένοις μὲν ὡς ἀδίκοις κατὰ δικαιοσύνης, θρασυνομένοις δὲ ὡς ὑβρισταῖς κατὰ σωφροσύνης, καὶ τὸ πᾶν ἀφρονεστάτοις οὖσι διὰ τὴν ἀπόπτωσιν τῆς φρονήσεως. ταῦτα δὴ ξυμβεβήκει κἀκείνοις, καὶ ταῦτά γε Ἰταλοῖς οὖσι καὶ εἰς ὀκτὼ χιλιοστύας ποσουμένοις. μὴ μόνον δὲ σῖτον καὶ κριθὴν ἐξεφόρουν, καὶ ζῶα κατέσφαττον, καὶ χρήματα καὶ ἵππους τῶν ἐντυγχανόντων ἐξήρπαζον, καὶ σφαγὴ ἦν τῶν ἐναν-
C τιουμένων τὸ πρόστιμον, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἐποίκων κατασχόντες οἰκίας ταῖς γυναιξὶν ἐπεμαίνοντο, ἦν μή τις φθάσας ἀπεδίδρασκε πόρρω που, τὴν μὲν ἰδίαν ὕπαρξιν καταλείπων, μόνοις δὲ τοῖς οἰκείοις τὴν σωτηρίαν περιποιῶν. ταῦτα καὶ τοῖς περὶ τὸν βασιλέα Μιχαὴλ ἀνάπυστα γεγονότα ἀποκλᾶν συνέβαινε τὰς ὁρ-

illos pati tunc contigit. recte sane Plato in Legibus mercede conductos describsit milites, "horum" inquiens "plerique sunt audaces, iniusti, contumeliosi, dementissimi fere omnium, exceptis quibusdam valde paucis." ac civi quidem meliorum partium in civili dissensione rempublicam utili opera iuvanti inesse attestatur idem philosophus universam complexionem genericarum omnium virtutum; quarum quartam duntaxat, nempe fortitudinem, mercenariis militibus attribuit, prompte illis quidem se exponentibus oppetendae in bello morti, non tamen virtutis amore sed cupiditate mercedis, propterea que facile in multa flagitia prolabentibus ac temere ruentibus, ut iniustis, contra iustitiam, temere quoque quidvis audentibus, ut contumeliosis, adversus temperantiam et castimoniam; in summa dementissimis, quod exciderint prudentia moderationisque ac consideratae rationis nihil admodum aut habeant aut habere curent. haec aptissime in hos de quibus agimus quadrabant, cum praesertim Latini essent, hoc est e gente et genere nobis dudum ac paene naturaliter infenso, iidemque suae conscientia multitudinis (nam octo millium numerum explebant) certi se impune quidquid agerent laturos, quod nulla adesset iis par ulciscendis Romana potentia. itaque non modo frumentum et hordeum e villis horreisque indigenarum exportabant, et animalia mactabant, et res equosque occurrentium rapiebant, et si quis contra mutire auderet, poenam liberae vocis necem praesentem inferebant: sed et incolarum occupatis domibus in mulieres effraeni libidine furebant, non aliis patrum familias tam acerbae contumeliae exemptis nisi qui praeoccupassent quam longissime cum uxoribus et liberis fugere, domo et re familiari latronibus relicta, satis habentes suam et sibi carissimorum salutem honestatemque bonorum iactura redemisse. horum fama scelerum in Michaëlis iunioris Augusti ea-

μὰς σφίσι τὴν θρυλλουμένην ἀλαστορίαν, καὶ μελέτης πολεμικῆς ἐρραθύμουν. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ βασιλεῖ προσαναφέροντες εἰς περιποίησιν τῶν οἰκείων ὑποστρέφειν ἐδέοντο, καὶ πολεμεῖν ἐκείνοις, εἰ φανεῖεν, ἠπείλουν, οὐ συμμάχων τρόπον ἀλλὰ πο- D
λεμίων ἐνδεικνυμένοις. βασιλεὺς δὲ κατέστελλε τὰς ὁρμὰς καὶ ὡς εἰκὸς παρεμυθεῖτο. πλὴν καὶ πρὸς τὸν πατέρα καὶ βασιλέα γράφων ἀπέλεγε πάμπαν τὴν πρὸς αὐτὸν τῶν Κατελάνων διάβασιν, ὡς μαχουμένων αὐτίκα σφίσι Ῥωμαίων καὶ εἰς ἐμφυλίους καθεστηξόντων μάχας. ἐδήλου δὲ καὶ ὡς αὐτὸς διὰ τὴν σφῶν βίαν καὶ ἐπισύστασιν, ὡς αὐτίκα ἑτοίμων ὄντων ἀναχωρεῖν κἂν αὐτὸς μὴ προστάσσῃ, διὰ χρυσοβουλλείων ὅρκων ἔδωκε τὰ πιστὰ E
ἢ μὴν ἐπὶ ῥητῷ τινὶ χρόνῳ δουλεύσαντας ὑποστρέφειν, οὐ μὴν δὲ ἀλλ' οὐδ' αὐτοὺς Ἰταλοὺς παραδέξασθαι, παντὶ δὲ τρόπῳ διακωλῦσαι τὴν σφῶν εἰς αὐτὸν διάβασιν. βασιλεὺς δὲ δεχόμενος μὲν καὶ τὰ τοῦ βασιλέως μηνύματα, ὅμως γε μέντοι καὶ ἔτι ἐπὶ τῷ μεγάλῳ δουκὶ ἐλπιδοκοπούμενος ὡς ἐπ' ἀγαθῷ Ῥωμαίων δημαγωγήσοντι, ἔφθασε μὲν προαποστείλας καὶ τὴν ἰδίαν αὐτα- P 336
δέλφην καὶ τὴν αὐτῆς θυγατέρα, τὴν καὶ γαμετὴν τοῦ μεγάλου δουκός, ὥστε καὶ προϋπαντᾶν ἀποβαίνοντι τῶν νεῶν. πληρο-

2. μὲν] καὶ P. 5. ἐνδεικνυμένων P. 19. ἀποβαίνων P.

stra perlata in ducum ac militum illic animis omnem suscepti certaminis acrimoniam infregit, adeo ut remisso studio Bulgaros vincendi, odia passim irasque ardentes in novos ut multo peiores hostes verterent. tali fervente aestu ab imperatore turmatim convento flagitabant, sineret se defensum aut ultum ire lares patrios ab iniuriis et contumeliis, quas illic coniugibus liberisque ipsorum hospites tetriores barbaris inferrent; quos quidem, simul occurrissent, minabantur non sociorum, quod nomen falso usurparent, se habituros numero, sed ut in hostes, quales se factis ostenderent, impetum facturos. sic accensos reprimere ac consolari, prout poterat, conabatur imperator. caeterum idem ad patrem Augustum seniorem datis literis enixe precatus est ne Catelanos usque ad sua castra progredi sineret, diserte denuntians, si accederent, haud se posse prohibere quin sui Romani milites eos statim hostiliter invaderent: tanto ex acceptis nuntiis in eos furore concitabantur; quare rem haud dubie in civile idque internecinum, vicissim et illis irritatis, desituram praelium. significabat etiam sibi extortum armatis suorum precibus, et metu ne se desererent abirentque iniussu, si negaret, iusiurandum diplomate imperatorio aurea bulla munito rite consignatum, quo se illos polliceretur, tamquam qui legitimo tempore militarem operam navassent, in domos suas regredi sacramento liberos passurum, si umquam sibi adiungi Latinos sineret aut non omni ratione prohiberet accessum istorum ad sua Romana castra. his filii literis Augustus senior acceptis non tamen abduci potuit a studio quo dudum in ducem magnum propendebat, nec spem abiicere quam in illo constituerat, reipublicae in meliorem statum eius ope reponendae. praemiserat autem iam prius quam haec audiret propriam sororem, ducis magni socrum, una cum ipsius filia eiusdem coniuge in illius excensuri e

φορούμενος δέ γε καὶ ἐπ' ἐκείνῃ, ὡς κατασπέλλειν ἔχοι τὰ πολλὰ τῶν ἀτασθάλων ἔργων ἐκ τῆς πρὸς τὸν γαμβρὸν ἐντυχίας, τὸν καιρὸν ἠργολάβει τέως καὶ τὸ πρακτέον διεβουλεύετο. κἄν πού τι καὶ τῶν ἀπειρημένων ἠκούετο γίνεσθαι, κἄν αὐτὰ παρήρπαζον τὰ δημόσια, κἄν τὴν χώραν ἐξέτρεχον, ἐν καιρῷ ἀρότου καὶ ταῦτα, ὅτε καὶ πᾶς ἐς νέωτα θερισμὸς καὶ τὸ τραφῆναι ἅμα μὲν ξένους ἅμα δ' ἐποίκους τῆς ἀνατολῆς κακεκτούσης ἠλπίζετο, αὐτοὶ δὲ καὶ τῶν ἀροτήρων βοῶν οὐκ ἀπέσχοντο, ἀνέδην καὶ αὐτοὺς θύοντες, ὅμως τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσεως καθυφίει. καὶ συχνοὺς ἀποστέλλων (οὐδὲ γὰρ ἠρέσκετο τῶν πάντων διαπεραιωθέντων) περὶ χιλίους ἐγκρίνειν διεκελεύετο, καὶ τὴν ταχίστην ἁπαντᾶν παρὰ Μιχαὴλ βασιλέα, πέμπων καὶ ἱκανὰ πρὸς μίσθωσιν. τοὺς δ' ἄλλους ἀντιπερᾶν ἐφιέναι καὶ ἐπ' ἀνατολῆς διατρίβειν, ἐπεὶ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τόσων δεῖσθαι, μηδ' ἔχειν τρέφειν τὴν βασιλίδα τοσούτους, εἰ καὶ πρὸς καιρὸν ἐλθόντας παρακληθεὶς ἐδέξατο.

P 337 4. Ἐν τοσούτῳ δὲ καί τις τῶν Κατελάνων καὶ αὐτός, Μπυριγέριος τοὔνομα, συνάμ' ἑνὶ μακραῖς ναυσὶ τῷ τῆς Ma-

navibus occursum, certo confidens illam, pro sua quasi materna in generum ancteritate ac gratia, facile impediturum magnam iniurisarum partem, quae ab eius copiis in Occiduam expositis continentem timeri poterant. ergo velut ratus expectandos de successu iatius sui consilii certiores a sorore nuntios, re interim integra in medio relicta, cunctabundus secum disquirebat quid agendum sibi foret, si vera comprobarentur quae literis filii, nondum sibi plene credita, cognoverat. nec diu scilicet abfuit quin iteratis nec iam dubitabilibus indiciis etiam tetriora prius nuntiatis afferrentur. scribebatur enim ne a publica quidem illic pecunia diripienda temperare Catelanos; eosdem plane vastare ac rapinis exhaurire regionem segetibus tum forte maturis praemetendis, quae tam laeto proventu adoleverant, ut annona inde expectaretur non indigenis solum sed et advenis ex Orientali continente propter barbaricas incursiones inculta eo passim confugientibus plurimis abunde alendis suffectura. hanc exteri milites non modo in praesens pessundare direque heluari ferebantur, sed spem etiam posterae fertilitatis praecipere bobus ubique aratoribus mactandis. ea rerum indignitate quamquam intime urebatur imperator, indignatione tamen in praesens dissimulata tantum prae se tulit contra suam mentem factum ut universus magni ducis exercitus in Occiduam continentem ex Asia traiiceret. missis itaque subinde variis institit urgere ut e copiis Madytum appulsis milites circiter mille delingerentur, qui confestim Michaëlis Augusti plus eo numero non desiderantis sese castris adiungerent. mittebatque simul pecuniam quanta in horum stipendia sufficeret. alios remitti iubebat unde venerant, et in Orientalibus diversari tractibus, addens neque se a principio tanta multitudine opus habuisse nec vocasse, conscius haud posse hoc rerum accisarum statu Romanorum imperium tam multos alere, etsi ultro se offerentes exceperit, ad usum dumtaxat brevis temporis.

4. Hoc articulo rerum quidam et ipse Catelanus, Mpyrigerius *) nomine, cum novem longis navibus ad Madyti portum appulit; quem im-

*) Impo *Byrigerius*.

βότου προσίσχει λιμένι, ὃν βασιλεὺς μὲν οὔ πέπληκτο, αὐτὸς δ' ἐκεῖνος ὁ μέγας δοὺξ τὸ μὲν τοῖς καθ' αὐτὸν ἀκουσθεῖσι παρώτρυνε, τὸ δὲ καὶ γράμμασι καθ' ὑπόσχισιν μεγίστων καὶ περιφανῶν δωρημάτων ἐκ βασιλέως. διὰ ταῦτα μόνον ἐκεῖνος ἐπέστη. καὶ ὁ μέγας δοὺξ σὺν ὀλίγοις παρὰ βασιλέα γίνεται, οὗ καὶ μεγαλοπρεπῶς εἰσδεχθέντος, μηνὸς Ἀπριλλίου λήγοντος, τὰ πρῶτα μὲν οἱ περὶ μισθῶν ἐκινοῦντο λόγοι, καὶ τριακοσίας χιλιοστύας νομισμάτων συνεκορύφουν τὰς εἰς ἀπαίτησιν, ὕστερον δὲ καὶ τὸν ἐπιδημήσαντα τέως αὐτὸς συνίστα, καὶ ὡς γενάδας εἴη καὶ εὐγενής, καὶ ὡς δίκαιον ὑπὲρ ἄλλους τῆς βασιλικῆς εὐμενείας καταπολαύειν· μεγάλα γὰρ ἐλπίσαντα καὶ παρὰ μέγαν ἀφιγμένον οὐκ εἰκὸς εὑρεῖν τῶν ἐλπισμῶν ἥττονα. ἔχειν δὲ καὶ αὐτὸν εὐνοϊκῶς τοῖς τοῦ βασιλέως, ὡς συμπράττειν ὅλῃ καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ, ἵνα τῶν βασιλέως μεγιστάνων ὡς εἰκὸς κατασταίη. εἰ δέ γε καὶ μανθάνειν τἀληθὲς βούλοιτο, αὐτὸν εἶναι μᾶλλον αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τῷ τοῦ μεγάλου δουκὸς ἀξιώματι ἀξιώτερον, ὅτε πολλῷ μέτρῳ τὸ γένος ὑπερῃρμένον. τὰ μὲν

perator quidem non vocaverat; ille autem ipse saepe nobis memoratus dux magnus partim exemplo fama vulgato ingentium suorum in quaestuosa et facili militia lucrorum ad spes praedasque similes tacitus excitaverat, partim etiam, ut est credibile, diserte perscriptis pollicitationibus maximorum ac perillustrium ab imperatore donorum ultro per literas invitaverat. sane apparuit haudquaquam inexpectatum illum imparato supervenisse duci magno, ex eo quod simul adfuit Mpyrigerius, dux magnus mora nulla interposita cum paucis ad imperatorem se contulit, res videlicet cum eo sui popularis advenae transacturus, uti ex compacto inter ambos convenerat. admissus ab Augusto de more splendide sub finem Octobris sermonem primum intulit de pensionibus sibi ac suis, ut aiebat, pactae mercedis nomine debitis, quarum summam usque ad trecenta nummorum millia flagitans accumulabat. orationem deinde convertit ad commendandum qui recens advenerat civem suum Mpyrigerium; de cuius generositate nobilitate caeterisque dotibus, quibus praecipua imperatoris gratia prae cunctis aliis dignus foret, ubi mira praedicaverat, addebat, cum vir talis magna spe atque ad magnum venisset principem, haud convenire hunc, siquidem tueri gloriam suam ac famae non abrogare fidem propriae velit, tardum aut parum in ornando illo esse, chareve illi occasionem derogandi existimationi Andronici, testificando se inferiora iis quae, iuxta de illo procul audita, speraverat, admotum in praesentiam reperisse, praesertim cum idem praecipuo instinctus erga imperatorem studio accedat, paratus totum se impendere in eius obsequia, remque imperii publicam manu, quantum valet, et consilio iuvare; quod ut efficacius et constantius agat, e re videri promovere merentem inter aulae proceres et in numero magnatum Augusto assistentium habere. quin, addebat, si audire ac sibi credere inopinatam forte, caeterum veram rem imperator non gravaretur, ultro se nec falso profiteri dignitorem haud paulo esse hunc quam ipse fuerit honore ac titulo ducis magni, quippe qui longo intervallo nobilitate generis

τοίνυν περὶ αὐτοῦ βασιλεὺς ἐν δευτέρῳ εἶχεν; ἐρωτήσας μόνον καὶ μαθὼν ὅπως καὶ αὐτὸς μὴ προσκληθεὶς παραγένοιτο, ὡς κατὰ φήμην δῆθεν τῆς βασιλικῆς εὐμενείας καὶ ὧν αὐτὸς προσχωρήσας εὗρε· τὰ δὲ τῶν ἀπαιτουμένων μισθωμάτων αὐτὸν καὶ
P 338 λίαν ὠδύνα. (5) ὅθεν καὶ μιᾷ τῶν ἡμερῶν, πρόσωπον ἐμφανίσας βαρύτητος τῷ μεγάλῳ δουκὶ ὡς τόσα ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ ἀπαιτοῦντι, — εἰσὶ δ' οἳ λέγουσιν ὅτι κἂν αὐτὸς ὑπέθετο οὕτω τὸν βασιλέα περὶ αὐτὸν φανῆναι, ἵν' ἅμα μὲν αὐτὸς ἐπὶ τοσοῦτον δόξοι ποιῶν ὑπὲρ τούτων ἐφ' ὅσον καὶ βασιλικὴν εὐμένειαν καὶ τὸ τῶν φίλων συμφέρον ἀρνούμενος ἦν. βασιλεὺς δ' αὖθις αὐ-
B τοῖς προτείνας κατὰ πρόσωπον τὰς δικαιολογίας, παραστήσας ὅτι πλείστους ἐκείνους, καὶ τοὺς τῆς συγκλήτου ἐτέρωθεν, μακρὰν καὶ διωλύγιον κατέτεινε τὴν δημηγορίαν, λέγων πρὸς Κατελάνους, ἐς τὰ πολλὰ ἐξεπίτηδες καὶ τοῦ μεγάλου δουκὸς προσαπτόμενος. μηδὲ γὰρ τόσους τὴν ἀρχὴν μήτ' ἐκείνοις δηλῶσαι γράφοντα μήτ' αὐτὸν κατανεῦσαι δέξασθαι, ἀλλὰ μέχρι καὶ χιλίων μὲν πεζῶν ἱπποτῶν δὲ πεντακοσίων καὶ τοῦτον τὸν οὐλαμὸν
C τοῦ στρατεύματος συμποσοῦν, καὶ αὐτὸν ἀκούοντα κατανεύειν δέχεσθαι (τεκμήριον δ' εἶναι τῶν εἰρημένων καὶ τὰ πρὸς ἐκεῖνον

15. ἐκεῖνον?

ipsi praecelleret. hac tam accurata commendatione modo appulsi exteri haud multum moveri visus imperator frigido responso defunctus neglectim est: percontatus enim solum ecquid et hic accitus venisset, ubi continuo audivit sponte illum accurrisse fama tractum late sparsa regiae liberalitatis Andronici, cuius in suo amico Rontzerio tam splendida specimina extarent, ulterius loquendo non prodiit, ictus videlicet penitus illa immani, quam ingressu sermonis Rontzerius poposcerat in mercedem, auri summa. (5) unde et quadam die gravem obvertens magno duci vultum, quasi offensus quod suis tantum pecuniae flagitaret (sunt qui dicant ex composito haec acta et volentem Rontzerium hoc frigore percussum ab Augusto; quo sic videlicet dux magnus suis, qui tunc praesentes aderant, sese non solum purgaret a suspicione perfunctorie procurandi res ipsorum, sed etiam commendaret, quasi qui tanto studio amicis consuleret, ut periculum tali causa excidendi Augusti gratia subire non dubitaret) nubila, iniquam, fronte infensisque praeter morem oculis magnum ducem suis stipatum Catelanis intuens, sui adversus eos defensionem praesens ipse peroraturus, ut ei audientiam faceret, nutu se admovere iussit quotquot per aulam aberant longius, densarique plurimos velut in concionem, senatuque ex adverso collocato, sane prolixam orationem otiose ad finem usque pertexuit, ad ipsos directam Catelanos, plerumque interim de industria magnum ipsum perstringens ducem. sententia dictionis fuit haudquaquam se a principio tantum auxiliarium numerum optasse, neque ultro appulsos scripto aut nutu significasse admittere se atque in auctorandorum a se militum censu habere. indicatum sibi olim de Rontzerio, ipsum mille admodum peditibus, quingentis equitibus praeesse: hos, nec plures, ut sibi suppetias adduceret consensisse. quam id verum sit, hodieque cerni posse

χρυσόβουλλα), οὐ μὴν δὲ τόσον περιαθροῖσαι πλῆθος καὶ ἐνεγκεῖν. ἐπεὶ δ' ἐνέγκοι, πείθει δίχεσθαι πρὸς καιρὸν ἐφ' ὡρισμένοις φιλοτιμήμασι. καὶ διὰ ταῦτα αὐτὸν θ' ὑπακοῦσαι ἁπαξαπλῶς πάντας ἀγάλλειν τοῖς δώροις καὶ τοῖς μισθοῖς. πλὴν ταυτὸν μὲν πρὸς ἐκεῖνον διδόναι τοὺς ἀποδέσμους τῶν χρημάτων D ἀπολυπραγμονήτως δικαιοῦν, ὡς ἐκείνους καὶ τὴν ἀρχὴν ἄγοντα, ἐκεῖνον δὲ διανεμεῖν ᾧ τινὶ θέλοι καὶ ὅς γε βούλοιτο. ἀλλ' οὐδ' ἄλλον παρ' αὐτὸν τάττειν τὸν ἐκείνους ἄξοντα, τὸν δὲ τὴν ἀρχὴν ἀγόμενον. καὶ τὸ αἴτιον, φησίν, ἵνα τῷ συνήθει καὶ φίλῳ δουλούμενοι ἐνεργοὶ μετ' εὐταξίας ἀγόμενοι εἶεν. ἀλλ' ὡς τόσων καὶ τόσων χρημάτων ἐκενώθησαν θησαυροί, τί τὸ γεγονὸς παρ' ἐκείνων, βουλόμενος ἐντρέπειν ἠρώτα, καὶ τίς ἐπὶ τούτοις E ἀντέκτισις, διαχειμασάντων μὲν κατὰ Κύζικον καὶ μὴ ὅτι γε μηδὲν τῶν ὀνησίστων πραξάντων, ἀλλὰ καὶ τῶν λίαν λυμαντικῶν; τὰ δ' ἐφ' ἑκάστῃ πόλει καὶ χώρᾳ πραχθέντα μετέπειτα τοὺς παθόντας αὐτοὺς Στέντορος δίκην οἵους τ' εἶναι δηλοῦν. τὸ δὲ καὶ Μαγνησίαν πολιορκεῖν καὶ τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ περιστᾶν κίνδυ- P 339

3. θ'] μὲν? 5. δ' αὐτὸν? 12. ἐκείνῳ P.

in diplomate aurea bulla munito, quo illum evocasset, quo is praecise numerus evocatorum ad se militum exprimitur. itaque hoc primum iniussu et temere factum, ut tanto plures adducerentur. tamen ubi iam isti adfuere, ne plane irritum illis tantae viae laborem faceret, benigne annuisse ut tantum ad tempus admitterentur, definitis contenti donativis. ulterius se deinde tamen quam professus fuerat, indulgendo et largiendo processisse: nemine quippe illorum, spatio tanti iam temporis, dimisso, plena aeque cunctis numerari stipendia curasse. quanta fide id fuerit a se praestitum, scire optime omnium ducem magnum, cui plenis saccis saepe ingentes nec curiose aut minute numeratas auri argentique signati summas commiserit, fide curaque ipsius dividendas suis, ea proportione quam, qui nosset cunctos optime cuique omnes unice fiderent, meritis usibusque singulorum aequam accommodatamque iudicasset. sic se gratificari utrisque arbitratum, temperasse ab alio ipsis praeficiendo vel duce vel quaestore, ut ab eodem cui olim sacramento dixerant, cuiusque dudum imperiis insuevissent, vel descripta commode militarium laborum pensa libentius obirent vel repraesentata fidelius ad diem acciperent stipendia. hic acri Rontzerium obtutu figens, quasi ut ipsum pudore confunderet, interrogavit "heus tu age dic" inquiens, "quid tot ac tantis effusis in sinus vestros thesauris profecimus? quid pro exinanito toties in lucra vestra imperii aerario nobis operae pretii rependistis? hibernastis apud Cyzicum: at illic quidem, non dicam nihil utile reipublicae, sed plurima maxime noxia fecistis. quae vero deinde in singulis, per quas transistis, in quibus morati estis, urbibus aut regionibus egeritis, facile potest intelligi ex planctibus lamentantium sua damna incolarum: Stentorea enim ideoque vel longissime sensibili de his voce conqueruntur. oppugnatae deinde crimen Magnesiae, signis armisque nostris in subditorum nostrorum, hoc est in nostra ipsorum et reipublicae pericula conversis, exercitusque Ro-

νον καὶ ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον τὸν τῶν Ῥωμαίων κατατρίβων λαόν, πῶς ἂν ἡμῖν ἢ αὐτὸς ἢ ἐκεῖνοι εὐλόγως ἀπολογίσαιντο, ἔλεγεν. ἓν εἶχεν ἐκείνοις προσμαρτυρεῖν, καὶ οὐκ ἀπεκρύπτετο, τὸ τῇ Φιλαδελφείᾳ ἐκ πολιορκίας κινδυνευούσῃ τὰ μέγιστα ἐπ' ὀλίγον ὠθῆσαι τὸν κίνδυνον. τί δαί; ἀλλὰ καὶ τοῦτο καὶ μόνον τῶν τοσούτων εἶναι μισθῶν ἀντάξιον, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς λοιποῖς ἀλαστορίαν καὶ τὸ ἐπὶ ταύτῃ ἀφαιρεῖσθαι κατόρθωμα. νῦν δὲ ἀλλὰ καὶ αὖθις ἐκλεξαμένων χρῄζειν τοσῶνδε καὶ μὴ τῶν πάντων, ὡς μὴ οἷας τ' οὔσης τῆς Ῥωμαΐδος τοὺς πάντας ξενοτροφεῖν. ἀποχρώντως δὲ καὶ ἃ περιομηθεὶς δεινῆς ἐξήντλησα. τοῦτο γνῶναι θέλειν παρὰ τῶν ἀκουόντων τότε καὶ τοὺς ἄλλους, οἳ δὴ καὶ οὐ παρῆσαν· τοῦτο γνῶναι καὶ τὸν τούτων ἐξάρχοντα, ὡς μήθ' ὑμεῖς, φησίν, ἀπιστεῖτε τὰ ὑπὲρ δύναμιν, μήτ' ἐκεῖνος ἐνοχλοίη τρύζων ὑπὲρ ὑμῶν. ταῦτα μὲν καὶ τὰ τούτοις πλείω βασιλεὺς ἔλεξεν· ἐκεῖνοι δὲ μηδὲν ἔχοντες

15. τοῦτων?

mani, cuius erat alibi adversus barbaros tam desiderata tam necessaria opera, temere ac flagitiose tandiu in civibus obsidendis vestro iussu ac ductu detenti, quam comminisci unquam idoneam, quam allegare vel tolerabilem defensionem, age, poteritis? unius recti ac laudabilis facti testimonium vobis debeo, et libentissime persolvo. profiteor, inquam, ultro ac gratus praedico, navatam a vobis imperio fortiter ac feliciter operam in Philadelphia a barbaricae obsidionis malis maximis periculisque liberanda. quid tum autem postea? an successus hic unicus tot pensionum tantarumque tam longi temporis mercedum fructus abunde magnus aequusque censebitur? quem praesertim inficiat ac corrumpat licentia et ubique alibi et in ea ipsa urbe usurpata rapacissime grassandi; quae totum praeclari per se facinoris pretium ac decus obterat." sub ea perorans imperator redibit ad rem initio propositam, egere se tantum dicens non toto isto trumero militum, sed mille circiter e tanta multitudine delectis: neque enim plures per rei Romanae, quae nunc essent, angustias alii a se auxiliarios exteros posse. monere rem ipsam publicam iam prope perditam et cogere ut modus tandem aliquis adhibeatur infinitis inutilissimisque iacturis, quibus sint hactenus inconsultissime universae imperii copiae profusae. in hoc testes se auditores qui coram adessent velle, perque hos idem indicari absentibus optare, denique istum quem memorarent recens cum novo appulsum exercitum edoceri et diserte commoneri de ista ipsa sua voluntate ac frta sententia cupere, se plures mille conducticiis militibus in rationes imputari publicas nolle. desinerent sese ingerere ac velut inculcare supra usum, supra opes facultatesque nostras caeteri; bonique consulerent nos non prodire pollicendo ultra quam in numerato aut spe certa nos habere simus intime conscii. "ne igitur aut vos" addidit praesentes Catelanos increpans "exigatis a nobis quod dare non possumus, aut ille speret quae si promitteremus fidei nostrae transcenderemus modum. non eum falsimus. de re, ut est, mature ingenueque praemonemus, ne deceptum se deinde queri possit, aut lites intentare murmurando nobis, quasi ei falsis ostentationibus illuserimus." haec et id genus plura locutus imperator concionem dimisit, Catelanis, etsi gemebant in irritum abiisse spes inanes, quod

ἀντιλέγειν, μόνον κορύζης πλησθέντες Ἰταλικῆς, ὡς δῆθεν παραλογισθέντες, ἐπεῖχον τῷ ὄγκῳ.

6. Ἐν τοσούτῳ δὲ καὶ οἱ κατὰ τὴν μεγαλόπολιν Γεννουῖ- P 340
ται πέραν τὰς οἰκήσεις ποιούμενοι, καὶ αὖθις σχόντες, πρὸς τὸ μεγαλειότερον ἐποικοδομησάμενοι, ὥστε καὶ πλείστην ὑπὲρ τὴν προτέραν περιβαλέσθαι γῆν ἧς ἐπελάβοντο, καὶ ἀσφαλῶς κύκλῳ περιταφρεύσαντες, δέχονται παρὰ τῶν οἰκείων διὰ ταχυδρόμων μηνύματα ὡς πολὺς ἐξαρτύεται στόλος ἅμα ἦρι προσβαλεῖν τῇ πόλει, ἐφ' ᾧ παραφυλακτέην σφίσι τὴν προσβολήν, εἰς κίνδυ- B
νον καὶ αὐτοῖς κειμένοις ὡς τῆς μερίδος τοῦ βασιλέως οὖσιν, ἐξ ἐμφανῶν ὑποτοπημάτων, ὡς ἐκείνοις ἐδόκει βουλευομένοις. ταῦτ' εὐθέως ἐκεῖνοι τῷ βασιλεῖ προσανέφερον, προσθέντες ὡς καὶ αὐτοὶ οὓς ὑπεδέξατο ξενικούς, καὶ σὺν αὐτοῖς οἱ ἐπιγεγονότες, πᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἐκείνοις εἰσὶ βουλῆς, καὶ κατασκόπων, οὐ συμμάχων τρόπον ἐπέχουσι· τοῖς γὰρ ἐκ Σικελίας κρυφηδὸν καὶ C

ipsa tamen os obstrueret rerum evidentia, contra quidquam hiscere non valentibus, quamquam vel sic proprio Latini generis fastu turgentes ringebantur intime, stomachumque in ducem ipsorum, tamquam ab eo circumventi, murmurantes erumpebant.

6. Inter haec Genuenses qui Constantinopoli degunt, in urbi obiecto ultra fretum suburbio domicilia habentes (et splendida quidem domicilia: nam ex quo illic sedes obtinuerant, aedificia erant sane magnifica moliti, dilatatis haud modice soli ipsis initio concessi terminis, dum sensim substructionibus excedunt pomeriaque promovent, non sine secura per circuitum munitione valli ac fossae perpetuae), nuntium a suis civibus e metropoli trepidum navibus celerrimis studiose festinatum accipiunt, quo admoneantur strenue armari classem magnam quae primo vere Constantinopolim oppugnatura certo existimetur. eius partem periculi ad ipsos quoque pertinere, qui lares et familias illic obtineant. quare pro sua parte invigilent; ac cum fortunae societate foederato ipsis imperatori sint coniuncti, quo modo commune ipsis cum eo mox inferendum bellum collatis pro se opibus ac conatibus queant propulsare, mature prospiciant. nec suspicionibus niti vanis putent quae diceremur, cum ista qui admonerent ipsis benevoli et prudentes aestimatores rerum signis prope manifestis eminere deprehendissent. his illi sic compertis moram faciunt nullam imperatoris de re tota edocendi, magnopereque abhortandi ut partem quae ipsi competeret negotii capesseret, sese, quos alibi natos, benigno illic exceptos hospitio prope numero civium haberet inquilinos, liberisque ipsorum in eius iam ditione educatis et adultis, concordi proposito paratis nullas partes explorandi propulsandique insultus hostium omittere, quin et promptissimis pro fide societatis ad omnem quaecumque instet in causa publica tuenda dimicationem. instare autem, quantum non obscure appareret, maximam, eoque formidabiliorem quod proditorum apud nos pro ipsis astantium conscientia freti externi hostes, faciliorem sibi de nobis spondent victoriam. "nempe" addebant "isti quos ex Sicilia profectos, domine, tanto sumptu alis ducta militantes ducis magni Catelusi, quique se de novo ipsis adiungunt, arcano commissum cum hoste fovent com-

αὐτοὺς συμπράττειν, καὶ μήνυτρα δέχεσθαι καὶ λαμβάνειν, ὡς ἐπὶ καιροῦ ἐκείνοις καὶ αὐτοὺς συμμαχουμένους. δῆλον δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἄλλους ἁπαντᾶν ἑτοιμάζεσθαι καὶ αὖθις ἑτέρους, φίλων δεικνύντας καὶ τρόπον καὶ ὄνομα. τὸν γὰρ τοῦ ῥηγὸς Θευδερίχου νόθον αὐτάδελφον μαθεῖν ἔλεγον καὶ αὐτὸν συνάμα δώδεκα ἐκπλεῦσαι ναυσί, καὶ ὅσον οὔπω τοῖς τῇδε προσβαλεῖν τρόπον
D τὸν τοιοῦτον, μέχρις ἂν ἡ ὁλότης φανείη καὶ ἓν πάντες γένοιντο. ὅμως γε μέντοι καὶ συνεβούλευον, εἰ βασιλεὺς θέλει συμπράττειν, ἀπεντεῦθεν τὸν πρὸς ἐκείνους πόλεμον δέχεσθαι, ἀπὸ τούτων κατὰ θύρας ἀρξαμένους ὡς προχείρων ὄντων. ἔχειν γὰρ αὐτοὺς ἐξαρτύειν πεντήκοντα ναῦς. ἐζήτουν δὲ καὶ βασιλέα τὰς ἴσας, ἢ μὴν τὰ ἐς πλήρωμα τούτων χρήματα. κἂν μὴ νῦν ἔχοι δεδό-
E ναι, αὐτοὺς τέως καταβαλόντας αὐτὰ ἐπὶ καιροῦ παρὰ βασιλέως ἀνταπολαμβάνειν. μηδὲ γὰρ εἶναι αὐτοὺς ἀλλοδαπούς ἢ Ῥωμαίους τοὐντεῦθεν. καὶ πόνον εἶναι σφίσι τὸ μὴ φθάσαι προσαμῦναι Ῥωμαίοις πάσχουσι κατ' ἀνατολήν, ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ τὰς

mercium, studiose hinc indicantes quae geruntur, et inde vicissim de omnibus admoniti, prout opus censent ad sua nefaria consilia in commune nostrum exitium patranda. constituunt enim sic invicem tempora cum exterae incursioni foederatorum ipsis nostrorum hostium, tum suae ipsorum proditioni opportuna, pollicentes, simul illi huc advecti rem gerere coeperint, pro virili et ipsos annisuros, larva obsequii tandem exuenda et armis palam in nos vertendis. haec satis constare ex eo quod, praeter modo in portus imperii appulsam iniussu classem Mpyrigerii, alii eodem navigaturi sese parare nuntientur, rursus hos secuturis et aliis, eo videlicet perfido animo ac scelerata spe, ut tot semel insidiatoribus simulatione amicitiae intra nostra praesidia credule admissis, ubi deinde consiratis secum in nos palam irruentibus ipsi ex compacto conspirantes, rebellaverint, pares simul externis oppugnatoribus internisque perduellibus una sustinendis ac repellendis esse nequeamus. en quanto rei summae periculo istis ignotis, amicos se verbo et specie ferentibus, aditum ad nostra intima pandamus. nobis enim compertum praeterea est regis Theoderichi fratrem nothum cum navibus duodecim vela iam fecisse ad nostra littora, quo scilicet sociis iam huc appulsis se adiungat, dissimulatarus consilium oppugnandi nos, quoad aliis quoque suorum pari nostra facilitate permissis ei se aggregare summa iam ipsi tota constet destinatarum nobis subiugandis copiarum." his sic expositis magnopere deinde incumbebant ad suadendum imperatori ut nihil cunctans dissimulansve amplius palam ipsis cooperari Genuensibus vellet, Catelanos qui ad manum erant protinus paratis bello aggredi invadereque imparatos adhuc ideoque subactu faciliores. posse iam nunc se armare naves quinquaginta. parem huic numerum ne gravaretur conferre imperator; aut si expeditas tot non habet, pecuniam instruendis iis suffecturam daret. vel si nec in numerato nummi forent, collaturos in antecessum se de suo quae Augustus commodo sibi tempore postea refunderet. hunc ipsos sibi solis, modo sic adiutis, ultro deposcere laborem liberandi Romanos ab iniuriis quas dudum diras per Orientem a gente infida paterentur. hoc debere ipsos eo

ἐμπορείας πλουσίας εἶχον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ λοιποῦ συμμαχεῖν ἐθέλειν καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνεσθαι. ἔχειν δὲ καὶ ἐκ τοῦ ῥᾷστα ἀποστείλαντας τὰς τοῦ μεγάλου δουκὸς ὡς πολεμίους κα- P 341
τασχεῖν ναῦς, καὶ οὕτω προσαρξαμένους τὰ λοιπὰ ξυμπληροῦν ἐκεῖ, προσυπαντῶντας καὶ στόλῳ παντί, ἢν φανείη, καὶ μὴ ἐῶντας προσχωρεῖν προσωτέρω. ταῦτα βασιλεὺς ἀκούων διηπίστει τοῖς πλείστοις τῶν λεγομένων, καὶ ταῦτα ἅμα μὲν φθόνον ἅμα δὲ καὶ κακίαν συμπράττειν τὴν ἀπὸ τῶν Γεννουϊτῶν ὑπετόπαζε. καὶ ἡ ἀρχῆθεν σφῶν πρὸς τὸν μέγαν δοῦκα δυσμένεια καὶ ὁ πρὸς αὐτὸν πόλεμος πιστὴν παρεῖχε τὴν ὑποψίαν. οὐκ οἶδα δὲ καὶ B
εἰ τὸ κῆδος τὸ πρὸς αὐτὸν καὶ αἱ τῶν ὅρκων ἐμπεδώσεις τὴν βασιλικὴν κατεμάλασσον γνώμην, καὶ οὐ τοῖς κατ' ἐκείνων λέγουσι συνεφέρετο. ὅμως ἐκείνοις μὲν εὐχαριστήσας τὰ μέγιστα ὡς ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων πονεῖν δοκοῦσι σιγᾶν ἐκέλευεν, αὐτὸς δ' ὑπισχνεῖτο βουλεύεσθαι περὶ τούτων καὶ τὸ δόξαν συνοῖσον ποιεῖν.

7. Ὁ μέντοι γε μέγας δοὺξ ἀπογνοὺς τῶν τοσούτων χρη- P 342
μάτων ὧν παρὰ βασιλέως λαμβάνειν ἤλπιζεν (εἰς γὰρ τριακοσίων

nomine quod quaestuosis per terras et portus imperii commerciis rem quotidie augerent: sed vel si nulla causa propria in id impellerentur, solo respectu initi foederis et caritate hospitii periclitari pro salute socierum velle discrimine quocumque, atque ipsos incursantium iniurias ulcisci. sibi quin etiam esse facillimum (annueret modo Augustus) immissa statim in naves ducis magni quam promptam iam haberent classe eas capere detinereque ut hostiles sub tuta custodia, talique initio bellum iis illatum strenue deinceps continuare occurrendo, subeundisque quaecumque inciderent periculis, etiam navalium cum classe Catelana praeliorum; omnique modo prohibendo ne, quantacumque his admoveri partibus deinceps poterit potentia gentis istius, proficere nostris damnis et progressus facere ad oppressionem imperii queat. haec imperator audiens vana pleraque et fide indigna censuit, partim invidia partim fraude astutoque artificio confingi a Genuensibus talia suspectans. praebebat ei fundamentum sic opinandi declarata dudum eorum malevolentia in magnum ducem, iam tum quando ipsum Constantinopoli egredientem rixa cruenta sunt adorti. haud scio etiam an non multum valuerit ad mitigandum duci magno imperatoris animum, pravasque de illo suspiciones avertendas, conscientia tam artae affinitatis, qua sibi eum admoverat, et reverentia sancte iurati cum eo tali occasione foederis. his crediderim equidem obseptas Augusti aures quamlibet verisimilibus in tam praeiudicatae gratiae virum delatis criminibus minime patuisse. Genuensibus tamen idem declaratae fidei ac benevolentiae in tam officiose consulendo rei Romanae gratias egit maximas, hortatus de caetero ut in arcano quae indicaverant interim haberent: se enim impertita notitia usurum haud segniter in posterum, invigilando prout par esset saluti publicae, et quae huc conducerent impigre agendo.

7. At magnus dux intelligens offensum imperatorem tantae in stipendia petitione pecuniae, desperansque trecenta nummorum millia (toti-

νομισμάτων χιλιοστύας τὸ πᾶν ἐποσοῦτο τῆς ἀπαιτήσεως) ἐπ' ὀλίγοις ἵστα τὰς δόσεις, τὸν θροῦν καταστέλλειν τῶν Ἰταλῶν ὑπισχνούμενος, ναὶ μὴν καί τινας ἐξ αὐτῶν ἱκανωθέντας μισθοῖς τῆς πρὸς βασιλέα Μιχαὴλ ἅψασθαι συμμαχήσοντας. εἰ δ' οὖν,
B ἀλλ' αὐτὸν μὲν καὶ αὖθις ἀντιπερᾶν κατ' ἀνατολήν, τὸν μέντοι γε Μπυριγέριον Τέντζαν, ὡς καὶ αὐτὸν ἄξιον ὃν προσδέχεσθαι ὑπὸ μεγίστοις τοῖς ἐλπισμοῖς προσχωρήσαντα, συμπεῖσαι παραγενέσθαι μόνον ὑπ' ἀσφαλείᾳ τῇ προσηκούσῃ, καὶ τοῖς ἀπ' αὐτοῦ χρυσοβούλλοις σχόντα τοῦ θάρρους τὸ ἱκανόν. ἕτοιμον δ' εἶναι τοῦτον καὶ μισθοφορίαις ἱκανωθέντα τῷ ἰδίῳ συνάμα λαῷ τὴν
C πρὸς τὸν νέον βασιλέα πορευθῆναι σφοδρῶς ἰσχυρίζετο. ταῦτα λέγων καὶ πλείονα αἱρεῖ τὴν γνώμην αὐτίκα τοῦ βασιλέως. καὶ ἅμα πρὸς μὲν τὸν Μπυριγέριον πίστεις χρυσοβούλλειοι σχεδιάζονται, αὐτὸς δὲ τὰ πολλὰ μὲν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ μεγάλῳ δουκὶ προσνείμας, τὰ πλεῖστα δὲ καὶ ἐκ τῶν τὸν σῖτον συναγόντων κε-
D λεύσας ἀναλαβεῖν, μετὰ πάσης εὐμενείας ἐκπέμπει. (8) τὸ δὲ τοῦ ἐπισυναγομένου στοκρίθου τοιόνδ' ἦν. τὰ μὲν γὰρ τῆς ἀνατολῆς καὶ λίαν ἐξηπορήθη, ὡς μηδὲν ἔχειν ἐντεῦθεν τὴν βασιλείαν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀνάγκην καταστῆναι ὑπὲρ ἐκείνης

18. μὴ δὲ P.

dem enim postulaverat) ab eo posse umquam exprimi, ea in longe minorem contraxit summam, in se recipiens donativo non magno, nec segre ab imperatore pro copia praesenti numerando, sese pacaturum Latinorum murmur et horum si plene reconciliaturum voluntates. nuntiavit etiam iam quosdam ex his, prout imperator se velle significasset, a se mercede instructos idonea versus imperatoris Michaëlis castra, eius auspiciis militaturos, iter arripuisse. se vero paratum ostendit, quod id etiam sibi esse cordi declarasset Augustus, cum reliquis in Orientalem redire continentem. Mpyrigerium Tentzam quod attineret, non videri committendum ut vir tantus tam magnis appulsus spebus irritus remitteretur. videre saltem sustineret hominem Augustus paratum eius maiestati se sistere, si praemissa securitate ad id idonea vocetur, hoc est si dato in manus ipsi diplomate imperatoris aurea munito bulla plena ipsi fiducia contingat honorificae admissionis et tuti post colloquium receptus. atque hic vehementer asseverabat paratissimum hunc esse, ductis secum universis quibus praecrat copiis, sub lunioris Augusti signa proficisci, rem eius ducte strenue gesturum. haec et plura istiusmodi dux magnus memorans assensum in suam sententiam statim rapuit Augusti. literae igitur aureae insignes bulla, quibus fides fieret liberi accessus securique recessus, Mpyrigerio expediuntur. ipse autem Augustus multis praesentem magnum ducem denariis cumulans, pleramque insuper partem vectigalis frumentarii eidem postmodum mandans attribui, laetum eum ac voti compotem cum omni benignitate dimisit. (8) tribuli porro memorati modo frumentarii, quod vulgo σιτόκριθον, quasi diceres tritichordeum, appellatum est. haec origo atque institutio fuit. vastata incursionibus barbaricis Asia et Orientales tractus universi, vacante illic agrorum cultura, extrema victus in-

ἐκκενοῦν χρήματα. ἡ δὲ τῶν Μακεδόνων καὶ δύσις πᾶσα καὶ λίαν εὐφόρησεν, εἰ καὶ μὴ εὔωνοι οἱ καρποὶ ἐξ αὐτῶν ἀλώνων P 343 ἦσαν, ἀλλ' ὡς ἐν καιρῷ μεγίστου λιμοῦ ὁ σῖτος διεπιπράσκετο, τῶν κατ' ἀνατολὴν πρὸς δύσιν μετενηνεγμένων. ταῦτ' ἄρα καὶ βασιλεὺς πόρους ἐπινοῶν, τοῦτο μὲν τῶν πρὸς τοὺς Ἰταλοὺς μισθωμάτων ὑπερηφάνων ὄντων, τοῦτο δὲ καὶ τῶν ἐπὶ χρείαις ἄλλαις δαπανημάτων, τὸ ἀφ' ἑκάστου γεωργοῦ ὀλίγιστον εἰς μεῖζον ἅμα συμποσοῦν ἔγνω, καὶ ἀποστείλας ἀφ' ἑνὸς ἑκάστου τῶν γεωργούντων ὑπὲρ συγκομιδῆς ζευγίτιδος σίτου μὲν μοδίους ἓξ B κριθῆς δὲ μοδίους τέσσαρας τοπικοὺς προστάσσει πράττειν. ἐκ τούτων γοῦν καὶ τῷ μεγάλῳ δουκὶ κελεύσας δίδοσθαι ἀργύρου τε καὶ χρυσίου ἀπεμπολούντων, καὶ ἀνακωχὴν τῶν ἐκείνου σχών, τὰ περὶ τοῦ Μπυριγερίου διεβουλεύετο, ὡς αὐτίκα κἀκεῖνον προσηκόντως καὶ ὡς ἐκεῖνος ἠλπίκει ὑποδεξόμενος. διὰ ταῦτα καὶ τῶν κατὰ δύσιν προνοιῶν ἥπτετο, καὶ τὸ τρίτον ἐκ τούτων ἀφῄρει· τὰ γὰρ τῶν μισθῶν τῶν κατὰ τὰ ἀνάκτορα ἐκδουλευόντων καὶ C πρὸ χρόνων διεκόπη πάλαι. ἀλλὰ καὶ τὸ νόμισμα διὰ τὴν χρείαν ἐκιβδηλεύετο. πρότερον μὲν γὰρ ἐπὶ Ἰωάννου τοῦ Δούκα τὸ δί-

pia premebantur. at eodem tempore adversa continens Europae, Macedonia et omnes Occiduae regiones, messibus sunt uberrimis ditatae. non enim, ut fere fit, abundantia vilitatem annonae induxerat, sed propter concurrentes eo Asianos sedibus extrusos propriis ita frumentum in summa segetum ubertate vendebatur, ut anais vel maxime famelicis consueverat; unde quaestus aratoribus et dominis agrorum cumulatissimus redibat. hoc imperator animadverso locum esse credidit indictioni vectigalis novi, quo plurimum egebat partim ad compescendas mercedibus repraesentandis murmurationes contumacium Latinorum, partim ad usus alios necessariorum sumptuum. ergo edicit ut singuli agricolae mensuram e sua messe non magnam, minime gravi in tanta copia collatione, darent reipublicae, eoque modico pretio lucrosissimam sibi facultatem emerent frumenti sui atque hordei planstris bigisque, quoque vellent, venditum mittendi. ad hoc unicuique modii sex tritici, hordei quatuor, per loca singula pendendi sunt imperati. ex hac collectitia annona magno statim divendita, auri argentique summas ingentes reddi magno duci iussit; istoque sic satiato, quietus iam ab ea parte imperator Mpyrigerii quoque pro eius voto munerandi cogitationem ingressus est, decrevitque ipsum ad se venientem admittere ea quam sperare illum norat, honorificentia. id ut faceret, manus iniecit pensionibus quae reipublicae ministris per tractus Occiduos dudum constitutae quotannis adhuc solvebantur. has tertia parte diminuit: non enim fuit aliud quod arriperet, cum auctoramenta, quae certissima prius et praecipuae conditionis habebantur, servientium in imperiali domo palatinorum iam pridem intervertisset. sed et alium, unde istam in Mpyrigerium effundendam pecuniam conficeret, quaestum excogitavit ex adulteratione monetae publicae, in sequius detrahenda qualitate signati auri, siquidem cum prius sub Ioanne Duca catenus corrupta

μοιρον τοῦ ταλάντου τῶν νομισμάτων χρυσὸς ἦν ἄπεφθος, ὃ δὴ καὶ ὁ ἐξ ἐκείνου διετήρει· ὕστερον δὲ ἐπὶ Μιχαὴλ τῆς πόλεως ἁλούσης, διὰ τὰς τότε κατ' ἀνάγκην δόσεις, καὶ μᾶλλον πρὸς Ἰταλούς, μετεγεγρύφατο μὲν τὰ τῶν παλαιῶν σημείων, τῆς πόλεως χαραττομένης ὄπισθεν, καθυφίετο δὲ καὶ παρὰ κεράτιον τὸ
D ἐκ χρυσοῦ νομιζόμενον, ὡς πεντεκαίδεκα πρὸς τὰ εἰκοσιτέσσαρα γίνεσθαι. μεταλλάξαντος δ' ἐκείνου πρότερον μὲν εἰς δεκατέσσαρα περιίστη πρὸς δέκα, νῦν δὲ ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἡμισείας τὸ ἄπεφθον καταμίγνυται, παρ' ἣν αἰτίαν καὶ δυσπόριστα μὲν ἐκ τοῦ καιροῦ τὰ χρειώδη, δύσωνα δ' αὖθις καὶ ταῦτα, ἦν πού τι καὶ
P 344 φανείη, ἐγίνοντο, καὶ αἰχμαλωσία καὶ λιμὸς ἦν.

9. Οἱ μέντοι γε κατὰ τὴν πόλιν Γεννουῖται, ἐπειδήπερ τῶν κοινῶν ἀπετύγχανον βουλευμάτων, καὶ καθ' αὑτοὺς ἠναγκάζοντο πράττειν, τὴν χαλεπὴν τῆς καρδίας ἐκ τῶν ἀκουσθέντων πήδησιν τῶν ἰδίων οὐ σιγῇ καὶ ἠρεμίᾳ κατίστελλον (τὸν γὰρ
B ἀγῶνα φασὶ προφάσεις οὐ πάνυ τι δέχεσθαι), ἀλλ' ὡς αἱ τίτθαι τὰ δυσυπνοῦντα τῶν παιδίων κινήσει μᾶλλον καὶ μελῳδίαις, ἀλλ' οὐχ ἡσυχίαις κατοκοιμίζουσι (πέφυκε γὰρ ἡ ἔξωθεν κίνησις ὑπο-

5. παρακεράτιον P. 18. ἐπιφερομένη?

esset nummi aurei sinceritas ut auri puri dimidium dumtaxat haberet pondus, reliquo e deteriori materia submisto (qui usus usque ad Michaëlis tempora perseveravit), huius primis annis, recepta e Latinis Constantinopoli, cum idem Michaël pecunia egeret ad largitiones necessarias, praesertim faciendas Italis, recudi monetam omnem auream iussit, praetextu immutandi notas veteres: nam pro antea usitatis signis urbem Constantinopolim in postica nummi facie voluit extare. verum ista occasione detrivit metalli probitatem eo usque ut e viginti quatuor partibus aurei solidi auri dumtaxat puri novem essent, quindecim misturae sequioris. post Michaëlis mortem exigua est emendatio secuta, decem saltem partibus auri purgati ad vitiosas quatuordecim adiectis. at nunc isti ipsi probi metalli particulae dimidium detractum scoria et retrimento suppletum est, unde securim infligi magnam fidei commutationum et necessario rerum victui aptarum commercio contigit, nec exteris facile importantibus ad nos sua, nec nostris invenientibus cui suis usibus redundantia venderent, utique illis haud satis accipientibus pro merce proba pretium adulteratum, et suam melioris notae monetam pari cum nostra sic corrupta aestimatione profligare recusantibus. ex quo et difficiliori reddita redemptione captivorum consenescere in hostium vinculis infelices in servitutem lapsi cogebantur, et intercepta importatione annonae fames passim invalescebat.

9. Interim Genuenses inquilini urbis, ut in irritam abiisse viderunt spes et consilia prius inita imperatoris adiungendi sibi in societatem belli communiter gerendi adversus eos quos machinari irruptionem in terras imperii compererant, ac sic privatis sibi opibus consulere coacti, motum subsilientium cordium ex trepidatione quam iniecerant fida indicia suorum, indubitatum adventum hostilis adversus Constantinopolim classis certo denuntiantia, non silentio aut quiete compescebant: neque enim, quod dici

φερομένη κατακρατεῖν τὴν ἐντὸς καὶ οὕτω γαλήνην ἐμποιεῖν τῇ ψυχῇ), οὕτω καὶ οὗτοι ἀλλεπαλλήλοις πράξεσι καὶ κινήσεσι τὸν τῶν πολλῶν κατέστελλον θόρυβον. καὶ νῦν μὲν βαθύτερον ἐξετάφρευον καὶ ὡς ἔδωρ ἐκ τῆς θαλάσσης μετοχετεύεσθαι δυνατὸν εἶναι καὶ τὸ ἀσφαλὲς τοῖς ἐνοικοῦσι παρέχειν, νῦν δὲ ἰοβόλα καὶ πετροβόλα ἐμηχανῶντο, καὶ τὰς τῶν οἰκημάτων παρακυπτικὰς C ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ τιτάνου παρῳκοδομημένας εἰς ἀσφαλεῖς καθίστων, νῦν δὲ συνέλεγον χρήματα ἐκ κοινῆς τῆς καθ' αὐτοὺς συναγωγῆς συνδοσίας κατὰ καιρὸν ξυμμαχήσουσιν ἀποχρήσοντα. καὶ νῆας τὰς μὲν εἶχον, τὰς δὲ καὶ ἐξηρτύοντο, τὰς δ' ἅμα ναυμάχοις ἐκ τῶν ἑκασταχοῦ κοινῶν συνεδρίων τοῦ γένους αὐτῶν μετεπέμποντο. καί σφισι τὰ πρὸς πόλεμον ἅπαντ' ἐξήρτυντο, (10) ὅτε καί τινα τῶν πειρατῶν Ἀνδρέαν ὠνομασμένον, δυσὶ P 345 πειρατικαῖς ναυσὶ καταχθέντα πρὸς βασιλέα, ὃς οὐκ ὀλίγα μὲν καὶ Βενετικοὺς Γεννουΐτης ὢν διετίθει κακωτικὰ κατὰ θάλασσαν, ὕστερον δὲ καὶ νηΐ περιτυχὼν Περσικῇ, καὶ ταύτης αὐτάνδρου κρατήσας, οὓς μὲν ἀνεῖλε τῶν ἐν αὐτῇ, οὓς δέ γε καὶ ζῶντας καθυπῆγε τῷ βασιλεῖ ὡς δῆθεν τὰ ὑπὲρ τούτου φρονῶν καὶ τοὺς

8. δὲ deerat. 9. συναγ. τῆς συνδ. P.

soliet, certamen instans acquiescere periclitantem praetextibus patitur: verum ut nutrices difficilis somni pueros motu potius et cantilenis quam immota quiete sopiunt, quia comparatum natura est ut agitatio interior somnum excludens externa versatione superetur, eo talis fructu victoriae quo tranquillitas animae reddatur, sic et hi agendo ferendo, susque deque omnia versando, solicitis operationibus, strenuis ultro citroque commeationibus, tumultum interiorem mentium vulgi, ex instantis oppugnationis terrore conceptum, delinire conabantur. ac nunc quidem fossas suo Galatae suburbio circumdatas altius excavabant, quo in eas aqua derivari e mari posset munitioque securior ista ratione reddi; nunc balistas et machinas saxis telisque longe iaculandis moliebantur, et fenestras domuum, ad splendorem prius et magnificentiam e latere ac gypso speciose concinnatas, in metuendas hostibus pinnas et secura propugnacula vertebant; nunc congerebant pecuniae vim ex communi collatione coloniae totius, conducendis in tempore auxiliis externis suffecturam. sed et ad naves, quas habebant iam instructas, alias incessanter adornando adiungebant, classiariosque milites sui generis, quos iis imponerent, e conciliis suae gentis, in circumsitis insulis ac locis sedes habentibus, corrogabant accersentes, sic nihil omittentes in providendo cuncta diligenter quae ad belli sustinendi rationem pertinerent. (10) quo tempore piratam quendam Andream nomine, ad se cum navibus piraticis duabus quibus praeerat, ultro ut amicum venientem benevole imperator excepit. is cum esset Genuensis, non pauca Venetis mala maritimis grassationibus intulerat. noviasime autem occurrentem sibi Persicam navem expugnatam ceperat cunctis eius vectoribus potitus, quorum parte occisa reliquos vivos imperatori dedit, quasi significans se pugnae eius auspiciis pugnatae fru-

αὐτοῦ τροπούμενος ἀντιπάλους, τοῦτον βασιλεὺς μὲν μετ' εὐμε-
B νείας δέχεται καὶ ἀλλαγαῖς ἀγάλλει καὶ τῷ τοῦ βεστιαρίου τιμᾷ
ἀξιώματι, Βενετικοὶ δὲ δι' ἔχθους εἶχον, καὶ ὧν παρ' αὐτοῦ
ἔπαθον ἀνταμύνεσθαι ὥρμων. ὅθεν καὶ νυκτὸς ἐπεισπεσόντες
πῦρ μὲν τῇ μιᾷ τῶν νηῶν ἐνιᾶσιν ἐκ τοῦ αἰφνηδὸν ἐναύσαντες,
θατέρας ἀποδράσης, καὶ καταφλέγουσι, τῶν δ' ἐν αὐτῇ οὓς
ἐλεῖν ἔσχον, ἀπηνῶς κατασφάττουσι.

C 11. Βασιλεὺς δὲ ὅλος πρὸς τὸ τὸν Μπυριγέριον Τέντζα
ὑποδέξασθαι γεγονώς, συχνοὺς ἀποστέλλων πρὸς Καλλιούπολιν
ὅπου γε κατάρας ἠκούετο, λιπαρῶς καὶ μετ' ἀξιώσεως μετεστέλ-
λετο. ἵνα δὲ καὶ θαρρεῖν οἱ παρέχοι, χρυσοβουλλείους ἔπεμπε
λόγους, καὶ πίστεις δι' ὅρκων τῶν παλαμναιοτάτων ἐδίδου ἢ μὴν
παρεόντα μὲν φιλεῖν τῷ εὐμενῶς ὑποδέχεσθαι καὶ προσηκόντως
D τιμᾶν, μὴ θέλοντα δ' αὖθις εὐμενῶς καὶ μετὰ χρηστότητος ἀπο-
πέμπειν. συχνάκις οὖν τοὺς οἰκείους ἀποστέλλων μετεκαλεῖτο,
καὶ δῆλος ἦν τὰ μεγάλα πραξείων ἐκεῖνον εἰ ἐπισταίη. ὁ δὲ τὰς
πίστεις ἀνὰ χεῖρας ἔχων, μηδὲν μελλήσας, ἅμα θυσὶν ἰδίαις ναυσὶ
τὴν Κωνσταντίνου καταλαμβάνει. πλὴν οὐκ εὐθὺς ἐλθὼν τῆς
P 346 νεὼς ἀποβαίνει, ἀλλὰ πρὸς βασιλέα μὲν ἀποστέλλει καὶ τὴν ἄφι-

ctum ac spolia ipsi repraesentare fide socii. admisit hominem Augustus omni significatione humanitatis, cum inter alia honorans missis speciosarum xeniis vestium et vestiarii dignitate insigniens. sed Venetis exosus hic Andreas erat ob gravia quae ab ipso damna pertulerant. itaque in ultionis de illo sumendae occasionem intenti, nocte in eum improviso irruentes, alteri eius navium ignem iniecerunt, quam flamma statim totam corripuit et absumpsit; repertosque in ea quos in potestatem redigere potuere, crudeliter trucidarunt. altera navis Andreae fuga matura insolumis evasit.

11. Inde imperator totus incumbens in propositum Mpyrigerū Testzae excipiendi, plures misit Calliopolim, quo is classem appulisse ferebatur, qui eum non invitarent solum sed suppliciter etiam atque instanter orarent, ad se venire ne gravaretur. idque ut omni metu deposito fidentius faceret, amplissima promissa diplomatibus conscripta imperialibus et bullis aureis munita perferenda illi dedit, adiectis quinetiam iuramentis et imprecationibus horrendis, queis caput devovebat suum, si eum praesentem omni affectus significatione amplecteretur, et prout eius poscebat sibi nota dignitas, honoraret. ac si quidem apud se manere vellet, continuaturum ei benevoli officia hospitii, sin abire mallet, uti arbitrio suo passurum, et ut discedentes amicos fas est, donis propemptīcis cumulatum dimissurum. haec per intimos sibi alium super alium missos Augustus Mpyrigerio inculcans, denique illi fidem fecit haud sibi defuturam, si quo vocabatur occurreret, splendidam atque illustrem admissionem. itaque pignus idoneum tantae spei diplomata quae dixi auro bullata tenens manibus, nihil cunctatus cum duabus suis navibus Constantinopoli se admovet. caeterum non statim ac eppulit navi exsendit, sed primum per aliquot e suis imperatorem de suo adventu certiorem facit. ac cum ea

ξιν δήλην καθίστησι, μεταχαλούμενος δὲ μετὰ τιμῆς προσηκούσης, πεμφθέντων καὶ ὀχημάτων, οὐχ ὑπήκουε τὸ παράπαν ἀλλ' ἀπρίξ εἶχετο τῶν νηῶν, ὡς αὗται τῶν ἀγκυρῶν ἐν ταῖς ζάλαις. τέλος ἐνεχυρασίαν τὴν ἀσφαλεστάτην εἰσέπραττεν, οἵαν τ' ἐσομένην παρέχειν τὰ πιστὰ οἱ κατεχομένην ἐν ταῖς ναυσί, καὶ τὸν τοῦ βασιλέως υἱόν, τὸν δεσπότην Ἰωάννην, ὅμηρον ἐζήτει λαβεῖν ὑπὲρ ἑαυτοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ παρὰ βασιλέα ἀφίξεως. βασιλεὺς δὲ πρὸς ταῦθ' ὑβριοπαθῶν, εἰ τόσην B ἀναμετρήσας ἐκ πολλοῦ θάλασσαν αὐτόματος τῆς εἰς αὐτὸν χάριν ἀφίξεως πιστὸς ταῖς τοῦ βασιλέως εὐθύτησι, τότε καὶ ὅρκους λαβὼν οὐκ ἐθάρρει ἀλλ' ἐφ' ὁμήροις ἤθελεν ἐμφανίζεσθαι, ἐν διωρίαις ἐτίθει τὰ κατ' ἐκεῖνον, καὶ ἐφ' ἡμέραις ἠφίει αὐλίζεσθαι κατὰ θάλασσαν. τέλος, ἐπεὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ γενεθλίων ἡ ἑορτὴ προσήλαυνε (περὶ τὰ μέσα γὰρ Σκιροφοριῶνος ἀφῖκτο), πέμπει γε καὶ αὖθις καὶ ἀξιοῖ, τὸ τῶν ὅρκων ὑπόγυον ὡς εἰκὸς προτείνων καὶ θαρρεῖν τὰ μέγιστα προτρεπόμενος. καὶ ὃς ἐπὶ C πολὺ γνωσιμαχήσας ἔπειτα πείθεται, καὶ τῷ βασιλεῖ παραγενόμενος μεγαλοπρεπῆ τὴν ὑποδοχὴν εὑρίσκει, καὶ ὁσημέραι πεῖραν διδοὺς καὶ λαμβάνων, τῶν μὲν νηῶν οὐκ ἀπέσχετο ἀλλ' ὡς κα-

subito Augustus cum conveniente honorificentia invitaret, missis etiam, quibus ad hoc uteretur, rhedis ac curribus, recusavit ille inflexibili constantia, nihil minus fixus in proposito intra suas perstandi naves quam illae tenaci dente ancorarum fundo devinctae mordicus haererent. tandem regatus quam securitatem ultra iam datas vellet, respondit tum se sibi cautum idonee crediturum, si filius imperatoris Ioannes despota in suam prior potestatem veniens suis navibus detineretur, dum ipse iis relictis imperatori se sisteret: aliter quam tali obside praesumpto, se sui copiam Augusto facere non posse. his auditis offensus imperator, et ad ludibrium sui pertinere indignanter reputans quod homo, qui tam vasta maris spatia nemine vocante ultro esset emensus sola fretus, ut aiebat, procul per famam cognita imperatoris recta comique mente, nunc tam dudum in intimam provectus viciniam atque adeo portum tenens urbis regiae, non contentus diplomatibus iure iurando confirmatis, etiam obsides et tales obsides pacisci aequum duceret ac nobis tanto emendam sui praesentiam licitaretur, superbi arrogantiam hospitis contemptu premendam iudicans, sine responso, ac quasi re indecisa deliberabundus, multis eum diebus in salo iactari sivit, quoad tandem instante solemnitate natalis Christi (nam adventus Mpyrigerii Constantinopolim in medium ferme Decembrem inciderat) convenit denuo per missos hominem, rogans ut suum iusiurandum satis haberet, aliis insuper multis argumentis urgens ut ne dubitaret sibi fidere. in haec multa ille contra causatus vix denique manus dedit assentiens, progressusque in Augusti conspectum magnificam admissionem est nactus, idque continuis aliquot diebus certa hora frequentans aulam, moxque in sibi adamatum navium suarum ligatarum ancoris diversorium se recipiens. eo ad illum imperator quotidie missitabat ingentem copiam

ταλύματι ταύταις ἐχρᾶτο, ἐδεστῶν καθ' ἑκάστην ἐμφορούμενος τὴν ἡμέραν οἷς εἱστία τοῦτον ὁ βασιλεύς, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν τὴν εὐωχίαν συχνοῖς νομίσμασιν ἱκανούμενος, ἀνέδην δ' ὅμως τὰς πρὸς βασιλέα ἐποιεῖτο προσόδους, καὶ ἐκυβνοῦτο ταῖς συχναῖς
D ἀλλαγαῖς, καὶ δῆλος ἦν ὑποταχθησόμενος. τέλος, ἐπεὶ ἡ ἑορτὴ ἐφειστήκει, ἔδει δὲ καὶ αὐτὸν ἕνα ἤδη φανέντα τῆς γερουσίας ὀφφικίῳ καὶ παρασήμοις τιμᾶσθαι, ὅρκους τῆς ὑποταγῆς παρασχόντα, γίνεται τοῦτο, καὶ μέγας μὲν παρευθὺς κλείζεται δοὺξ συγκλήτου πάσης καὶ πολιτείας παρισταμένης, καὶ τὴν βακτηρίαν τὸ τῆς ἀξίας λαμβάνει ξύμβολον (καὶ τοῦτο γὰρ τῷ βασι-
E λεῖ κεκαινούργητο, ἀργυροχρύσοις βακτηρίαις τοὺς τῆς γερουσίας πρωτίστους ἀξιωμάτων ἐπιβαίνοντας σεμνύνεσθαι), τὴν ἄνω δὲ χώραν λαμβάνει, καὶ ἑορτίοις ἀξίοις παρασήμοις κατὰ Ῥωμαίους στολίζεται, καὶ τὸ σκαραμάγκιον ἐπιθέμενος. κἀντεῦθεν θαρρήσας ἔξεισι τῆς νεώς, καὶ ἐφ' ἡμέραις ἐν τῇ μονῇ τοῦ Κοσμιδίου μετὰ τῶν ἰδίων αὐλίζεται· καὶ γὰρ καί τινες ἐξ ἐκείνων καβαλλαρικαῖς τιμαῖς ἐτετίμηντο παρὰ βασιλέως καὶ μεγαλοπρεπῶς

4. καὶ decrat.

edulium, quae ipsi socilsque saginandis sufficeret. quam in rem haud modicae nummorum summae impendebantur. quibus illo, ut apparebat, iam aliquantum delinito et de pristinis remittente fastidiis, quod liberiores eius hilarioresque frequentatae imperatoris coram aditi salutationes declarabant, delectatus Augustus crebris insuper eum pretiosarum vestium honorabat donis. ad quod liberalitatis principis augmentum hospitis quoque antiqua contumacia in magis obnoxiam sensim se verecundiam ac venerationem molliente, eo denique ventum est ut Mpyrigerius se non abhorrere declararet a rite profitenda imperatori subiectionis fide, quam primum is iuberet. id vero ut statim fieret, urgebat festi tantum non iam praesentis vicinia; quo cum de more oporteret apparere publice adstantem imperatori senatum universum cunctosque magistratus cum insignibus quemque potestatis suae, ne huic ceremoniae deesset novus hic senator et magistratus designatus, sed in ea destinati ei officii occupare locum et eius insignibus ornatus posset conspici, praefestinanda visa est professio subiectionis eius ad imperatorem iure iurando firmata, quippe quae ad illa quae dicta sunt esset necessaria praeparatio. isto igitur ritu praevio perfunctus, statim Mpyrigerius renuntiatur magnus dux, universo senatu et corpore civium adstante, scipionemque dignitatis eius accipit symbolum. nam et hoc novum institutum imperatoris Andronici est, baculis ex auro argentoque affabre factis honorare primarios senatorum, quo die possessionem ineunt dignitatum ipsis attributarum. cum hoc ille insigni praecessionis et primi consessus impertitus honore est, et iuxta morem Romanorum propriis ducis magni tali festivitate vestibus ornatus prodiit, scaramangio quoque desuper inducto. haec tandem illi fiduciam dederunt in urbe domicilium sumendi, omisso, quod hactenus omni vespera repetierat, navis suae diversorio. habitavit enim diebus aliquot in monasterio Cosmidii una cum suis familiaribus; quorum aliqui equestrem dignitatem e manu imperatoris acceperant, omnes ab eo magnifice ma-

περιλοτίμητο. ὅλος τοίνυν τοὐντεῦθεν προσκείμενος τῷ βασιλεῖ καὶ τὰ πρῶτα τῶν βουληφόρων καὶ πράτιστον ἦν. (12) πλὴν P 347
B
ὅσον τῶν ἀπὸ τούτου πρὸς βασιλέα τελεῖσθαι μελλουσῶν ὁρκωμοσιῶν, ἐπεί οἱ φίλον μὲν τοῦ βασιλέως φίλων, ἀντίπαλον δὲ τῶν ἀντιπάλων, ὡς εἴθιστο, καὶ αὐτὸν ὀμνύναι καθίστασθαι, ὁ δὲ τὸ εὐθὲς τῆς γνώμης ἐξ ἀρχῆς δῆθεν ὑποκρινόμενος, ὅῆλος ἦν ἑξαιρῶν τὸν Θευδερίχον τῶν λοιπῶν πολεμίων· φθάσαι γὰρ καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὁρκώσεις πρᾶξαι καί οἱ δουλεῦσαι, ὧν οὐ δίκαιον C
μηδὲν τῶν συγκειμένων αὐτοῖς ἀθετήσαντα εὐθὺς ἀπαρτᾶν, καθάπαξ τῶν φίλων φανέντα καὶ δεσποτῶν. καὶ διὰ ταῦτ' ἠξίου, αὐτοῦ γ' ἐξαιρεθέντος καὶ μόνου, ἐπὶ τοῖς ὁπουδήποτε ἰχθροῖς τε καὶ φίλοις τοὺς ὅρκους προβαίνειν. τοῦτ' ἔδοξε μὲν ἔχειν καί τι βαθύτερον, ὡς ἐκείνῳ προσκειμένου τοῦ τοὺς ὅρκους ἀπαιτουμένου, ἔδοξε δὲ καὶ κατά τινα θήραν εὐδοξίας γίνεσθαι, καὶ μά- D
λιστα τὴν πρὸς βασιλέως, ὡς ἐκείνου καὶ μάλα τὸ πλεῖστον φυλαττομένου τὸ πρὸς τοὺς ὅρκους ἕτοιμον, ὥστε καὶ ἀσφαλεῖς προσίστασθαι τοὺς δευτέρους δοκεῖν διὰ τὸ στερρῶς τῶν φθασάντων ἀντέχεσθαι, ὁμολογοῦντος καὶ ταῦτα τὴν πρὸς τὸν Θευ-

4. οἱ] ἔδει? 7. ἐξαίρειν P.

secrati. inde totus intimus individuusque assiduus imperatori novus hic magnus dux primam praecipuamque auctoritatem in consiliis habebat. (12) caeterum cum post illam quam dixi obiter festi causa instantis deproperatam professionem fidelitatis, oporteret ex more quaedam capita distinctius exprimere iurando, ubi ventum ad illud est quo exigebatur a Mpyrigerio ut iuratus sponderet eosdem se cum imperatore amicos habiturum, eosdem hostes, haesit ille, libereque respondit, quasi ad mature dandum initio ipso specimen ingenui sui cuiusdam simplicisque eandoris; respondit, inquam, in eo quod a se exigeret ut numero hostium haberet omnes imperatoris hostes, necessariam sibi esse exceptionem unam respectu Theuderichi, si et hunc exosum fieri Augusto contingeret: quippe se illi antiquiori iam esse amicitiae ac cuiusdam subiectionis iuramento devinctum; cuius foederis in conditionibus cum nihil is mutaverit, haud se posse, fide ac religione integris, ab eo desciscere. hoc unico segregato, adversus reliquos, ubicumque ac quicumque sint, omnes suam partium imperatoris propugnandarum alacrem devotionem sacramenti contestatione sanciturum. non aberat ab his suspicio tectioris nec forte Romanis innoxiae huius cum illo externo principe initae societatis. tamen imperator id in eam potius partem rapuit, ut autumaret Mpyrigerium cupidum gloriae, ostentandae sinceritatis studio et famae inde aucupandae voto sic agere. hinc autem, quod rem attineret ipsam, magis certum augurium duci debere constantis futurae atque inviolatae in omnibus quae sponderet promissionis eius. cur enim non inflexibilitate pari posteriori haereret foederi, eius quam in priorum conventionum observatione monstraret? non minus ergo illum fidum sibi quam Theudericho futurum. atque

δεῖχον φιλίαν. εἰ γὰρ τὴν πρὸς τῶν πολλῶν εὐδοξίαν τῷ νοῦν
P 348 ἔχοντι προτιμᾶν, προύργου καὶ τὸν εὐλόγων· χρὴ γὰρ πάντως,
ὡς Πλάτων λέγει, οὐ περὶ σμικροῦ ποιεῖσθαι τὸ δοκεῖν ἀγαθοὺς
εἶναι τοῖς ἄλλοις ἢ μὴ δοκεῖν. οὐ γὰρ ὅσον οὐσίας ἀρετῆς ἀπε-
σφαλμένοι τυγχάνουσιν οἱ πολλοί, τοσοῦτον καὶ τοῦ κρίνειν τοὺς
ἄλλους, ὥστε καὶ τοὺς σφόδρα κακοὺς εὖ τοῖς λόγοις καὶ ταῖς
δόξαις διαιρεῖν τοὺς ἀμείνους τῶν ἀνδρῶν καὶ τοὺς χείρονας. εἰ
B γοῦν τὴν παρὰ τῶν πολλῶν δόξαν ἐπὶ τοῖς πρακτέοις οὕτω δεῖ
θηρᾶσθαι, ὡς δοκεῖ Πλάτωνι, πολλῷ γε μᾶλλον τὴν πρὸς βα-
σιλέως, καὶ ταῦτ' ἐπὶ πίστεων ἐμπεδώσεσι. διὰ τοῦτο καὶ δέ-
χεται μὲν ὁ κρατῶν τὴν ἀξίωσιν, ἄρχεται δὲ μαρτυρεῖν ἐκείνῳ
καὶ τὴν περὶ τὴν γνώμην εὐθύτητα, καταλαμβάνων ἐκεῖνον, ὡς
ἔλεγε. τοῦτο δὲ καὶ ἀναγκαίως προύβαινεν, οἶμαι, διὰ τὴν
πρὸς τὸν προηγησάμενον σύγκρισιν.

C 13. Οἱ μέντοι γε Ἀμογάβαροί τε καὶ Κατελάνοι, καθά-
περ τι πλῆθος χαλάζης τετρυγὸς ὀλέθριον εἰσπεσόντες, πᾶσαν
ἐκάκουν ἣν ἐπέσχον καὶ ἧς ἐπελάβοντο, οὐδενὸς φειδόμενοι τῶν
ὅσα δείκνυσι τὸν εἰργασμένον κακοῦργον καὶ βίαιον, ὡς ἄλλην
τινὰ βαρβαρικὴν καταδρομὴν πάσχειν τὴν δύσιν, ἀνύποιστόν τινα

in eam sententiam indulgens sibi disserebat largius, praestantium et egregie prudentum virorum esse nihil commodi aut emolumenti praehabere gloriae illustri existimationique inoffensae. oportere quippe omnino, ut Plato ait, arbitrari haud parvo interesse, bonine an secus videamur aliis. non enim ut virtutis vera substantia et possessione plerique hominum carent, sic horum de aliis iudicantium sententiae pondere destituuntur auctoritatis omni. quin persaepe rem acu ipsam tangunt, et subtiliter distinguentes speciem a corpore, vere cum sensibus tum sermonibus discriminant meliores a peioribus virorum. quodsi, auctore Platone, in rebus publice gerendis venari auram opinionis etiam popularis convenit, quanto magis non ignoscendum solum sed favendum etiam huic sit, qui non plebis sed principis et imperatoris demereri sibi laudem hoc facto voluerit. quod cum erat in quavis actione probabile, quanto est commendandum magis in solemni obligatione suae fidei? prolixe igitur concessit Augustus Mpyrigerio ut unius eius quam indicasset exceptionis conditione foedus temperaret suum, ac deinceps hominem large affecit laude simplicis et minime fucati animi, praedicans eum apud obvios eo nomine, ut facile quam id sibi alte persuasum esset, tam prona testificatione proderet. atque hunc existimationis locum non alia, opinor, Mpyrigerius apud Augustum arte ac facto promeruit, quam ista, ut dixi, conventis inserenda exceptione Theuderici.

13. At Amogabari et Catelani velut eluvies quaedam grandinis exitiale strepens irruentes, omnem, quamcumque insederant, quocumque attigerant, regionem aut locum, nulli prorsus parcentes, cunctis iis iniuriis et contumeliis afficiebant, quae auctores suos maleficentissimos et impudentissime violentos ostenderent, adeo ut aliam barbaricam incursionem

παρὰ τὴν προτέραν οἱστὴν οὖσαν καί γε φερτήν, τὴν ἐπ' ἀνα- D
τολῆς, κατὰ σύγκρισιν, ὅσον ἐκείνην μὲν ὡς παρ' ἐχθρῶν οἱ
πειρώμενοι λογιζόμενοι ἔφθασαν καί τινες τὸ δεινὸν προφυγόντες,
τῷ τῶν ἄλλων φόβῳ σωφρονισθέντες, ταύτην δὲ οὐκ εἶχον ὅπως
ἄν καὶ διάθοιντο, δεχόμενοι μὲν ὡς φίλους τοὺς ἐπιόντας, πει-
ρώμενοι δὲ ὡς παλαμναιοτάτων τούτων ἐχθρῶν. ἐπ' ἴσης δὲ καὶ
τούτοις κἀκείνοις ἦν τις ἀντιβαίνοι, τὸ ξίφος εἰς ἄμυναν ἦν. μό- P 349
λις πόλλ' ἄττα διαπραξάμενοι, καὶ μηδὲν πλέον ἔχοντες πράττειν
(τῆς γὰρ ἐς τὰ πρόσω καὶ ἔτι ὁρμῆς ἀνεκόπτοντο· τὸν γὰρ βα-
σιλέα Μιχαὴλ καὶ τὰς περὶ τοῦτον δυνάμεις ὡς αὐτίκα καταδρα-
μουμένας αὐτῶν ἐκ τοῦ εἰκότος, ἢ καὶ ἐξ ὧν ἤκουον μᾶλλον,
ὑπώπτευον) ἔγνωσαν ἄλλως μετελθεῖν τὰ πράγματα. (14) καὶ B
καθ' ἑαυτοὺς γιγονότες, ὡς δῆθεν καὶ τοῦ ἄγοντος κατολιγω-
ροῦντες, ἀποστόλους πρὸς βασιλέα πέμπουσι τὰ ὑπὲρ αὐτῶν
πρεσβεύσοντας, πολλὰ μὲν καὶ δεινὰ πρᾶξαι ὁμολογοῦντες τὴν
χώραν, πλὴν ἐκ βίας, μὴ τὰς μισθοφορίας ἔχοντες, ἐξ ὧν εἶχον
ἂν τρέφεσθαι· τοὐντεῦθεν δὲ ταύτας λαβόντας, εἰ βασιλεὺς θέ-
λοι, ἀπηνὲς μηδὲν μηδ' ἀτάσθαλον πράττειν, ἀλλ' ὠνουμένους
δικαίου δόματος διαζῆν ὑπισχνοῦντο, ἑαυτοὺς δὲ παρέχειν ἑτοί-

multo tetriorem Persica Occidua continens ab his pateretur, priori iam Orientali illa, ubi cum hac compararetur, haud tam atroci apparente, quin immo visa tolerabili, eo saltem nomine quod ab hostibus inferretur, qui et quid alibi fecissent et quam prope abessent, fama nuntians incutiebat metum utilem, quo instincti quidam fuga mature praesumpta malum evasere. hic nulla facultas talis. amici enim advenire dicebantur, et excepti ut tales, se omnium longe immaniasimos hostium usu ipso monstrabant. nec minus hi quam Persae ad stringendum in caedes gladium, si quis contra nutum ipsorum hiscere quidpiam auderet, prompti ac faciles erant. ea licentia ubi iam obvia cuncta praedando exhausissent, non invenientes amplius quod raperent. nam ne in ulteriores progrederentur regiones, metu retardabantur superventuri in ipsos imperatoris Michaëlis cum infesto exercitu militum Romanorum, poenas repetituro scelerum quibus tecta hospitalia laresque ipsorum ac familias precario excepti advenae crudelissime ac flagitiosissime vexassent. hoc, ut deesset alius talis index periculi, sua ipsos abunde conscientia monebat, et rerum, ut tum erant, ex verisimili confirmabat status. itaque diversam de reliquo ineundam sibi rerum suarum administrandarum rationem decreverunt. (14) ergo congregati in consilium, et quasi diffisi duci suo, res per se suas agere ipsos oportere rati, legatos ad imperatorem mittunt causam ipsorum acturos. horum oratio principio fassa est multa sane damna gravia intulisse Catelanos Romanis regionibus, in quas hospites venerunt: sed extremae id necessitatis impulsu ineluctabili fecisse, quod iamdudum stipendiis non solutis aliam vivendi quam e raptu non haberent facultatem. ostendebant ad haec se, si deinceps ipsis iussu Augusti bona fide stipendia penderentur, neminem in posterum concussuros, nihilque nisi emptum debito pretio accepturos a quoquam, praetereaque obedien-

C μους, ὅπου ἄρα καὶ προσταχθεῖεν ἰέναι, πιστῶς καὶ ὡς ἐχρῆν ἀγαθοῖς ὑπηκόοις δουλεύσοντας. ταῦτα βασιλεὺς δεξάμενος τὰ μηνύματα τὸ μὲν ὅσαπερ ἦτουν διδόναι, οὐδ' ἴκταρ βάλλων, οὔμενουν ἐδοκίμαζε, δυσχερὲς ὂν καὶ ἄλλως καὶ τῶν ἀδυνάτων ἔγγιστα· δοκεῖν δ' ἀποπέμπειν δεσποτικῶς δικαίως δοκοῦντας λέγειν ἠδόξει τὸ σύμπαν, οἷός τ' ὢν μᾶλλον ἐλέγχειν. τῷ τοι καὶ τοῖς περὶ τὸν μέγαν ἑταιρειάρχην τὸν Δούκαν — ἤδη γὰρ αὐτὸν καὶ τῶν εἱρκτοσυνῶν ἀνεῖς ἐπὶ τῆς ἀξίας καὶ αὖθις εἶχεν, οὐκ D ἄλλως ἀνεῖς εἰ μὴ τοῦ τότε μεγάλου δουκὸς θέλοντός τε καὶ μεσιτεύοντος, ὡς ἐπ' αὐτῷ πίπτειν τὴν χάριν. τότε τοίνυν τοῖς περὶ ἐκεῖνον ἐφίησιν, ἀλλὰ καὶ λοιποῖς οἵπερ ἦδεσαν, καὶ σφάκελοι πλήρεις γραμμάτων τῶν ἀτασθαλιῶν ἐκείνων δίδονται. συνεποσοῦντο δέ, μεθ' ὧν καὶ αὐτὸς κατὰ φιλοτιμίαν ἐδίδου, εἰς χιλίας χιλιοστύας νομισμάτων ἐγγύς. ἃ δὴ καὶ προτείνων τοῖς ἀπεσταλμένοις τῷ Μπυριγερίῳ μεγάλῳ δουκί, ἤδη καὶ συμβούλῳ γ' ὡς τὰ εἰκὸς χρώμενος, προσανετίθει τὰ τῆς κρίσεως δικαιολο- P 350 γούμενα. τούτου ὑπερθαυμάσαντος τὴν δαπάνην, ἐκείνους μὲν οὕτως ἀπράκτους ἀποπέμπει, ὀλίγιστόν τι δοῦναι πρὸς ὅπερ ἐξή-

tiam militiae strenuitatemque in occasionibus pro imperatore pugnandi constanter exhibituros, prout a fidelissimis expectari fas esset. talia imperator placide audire videri voluit, non sane quod vel prima tenus cogitatione in animum induceret numerare illis pecunias quas poscebant: non enim id pro praesenti aerarii angustia solum difficile, sed prope supra facultatem vel summe conantis foret. dimittere autem superbo et deminante perstrictos responso eos qui specie ac verbis supplicum ad se humiles accessissent, haud honestum sibi fore ac caeterae comitati consentaneum duxit. viam ergo inivit mediam illos rationibus placandi, consessumque amicorum adfuturorum sibi dum hoc ageret, talem quendam paravit. ei adhibuit inter alios magnum hetaeriarcham Ducam e longe tam primum eductum carcere ac pristinae restitutum dignitati precibus ducis magni qui tunc erat: huius enim id in solidum imputari gratiae voluit, clare professus haud se, ni rogasset ille, Ducam fuisse liberaturum. huic et aliis quibusdam, qui satis gnari petulanter et immaniter actorum a Catelanis erant, dari iussit saccos plenos literarum flagitia ista, caedes ac rapinas indicantium. his praesentibus, data Catelanis audientia, coram arbitro rerum iam omnium et ministro consiliorum intimorum Mpyrigerio, novo magno duce, exposuit Augustus quantum in Catelanos vel stipendii vel extraordinarii donativi nomine pecuniae hactenus erogasset; facileque demonstravit cuncta in unum collata fere ascendere in summam millies millium nummorum. his dictis circa nova postulata Catelanorum stiturum se iudiciis praesentium ostendit. censerent proferrentque libere quid aequum factu super re tali ducerent, Mpyrigerius maxime: nam hunc demereri honorando prae omnibus studebat. sed illo nihil aliud quam impensam tantam in Catelanos factam vehementer admirante, nec aliis magis ils faventibus, imperator, quasi ex concilii sententia eos vocuos dimisit, addens paratum se numerare illis aliquid pecuniae, multo

τουν, πολὺ κατ' αὐτὸ ὄν, ἑτοίμως καθυπισχνούμενος, ἂν τέως περᾷεν καὶ ἐκδουλεύοιεν· μηδὲ γὰρ πάντων χρῄζειν, ἀλλὰ καὶ ταῦτα ποιεῖν τῆς πρὸς τὸν γαμβρὸν μόνης ἕνεκα χάριτος. (15) τὸν δὲ Μπυριγέριον μέγαν δοῦκα καὶ λίαν ἐντεῦθεν ἐκθη- B
5 ριοῖ, ὡς ἔδοξεν, εἰ οὐδένας μὲν ἐκείνους καὶ ὑπὲρ μηδένα τὸ γένος γεγονότας δεξάμενος τοσούτοις ἤγαλλε, τοῦτο μὲν ἑκὼν τοῦτο δ' ἄκων, αὐτὸς δὲ τοιοῦτος ὢν καὶ τοιούτους ἄγων μὴ ὅτι γε μηδ' ἐγγὺς τούτων, μηδὲ τὸ πολλοστὸν σχεῖν ἠλπίκει ἐξ ὧν ἥκουεν. ὅθεν καὶ ἀπεντεῦθεν ἐρραστωνεύθη καὶ πρὸς τὰς ναῦς C
10 ἔβλεψε. καὶ ὡς οἱ τὰ μὲν τοῦ βασιλέως ὕστερα πάντ' ἦσαν τῶν βουλευμάτων ὧν αὐτὸς εἶχε, κρούσασθαι δή, τὸ τοῦ λόγου, πρύμναν καὶ ὑποστρέφειν ἔγνωστο. κἀκεῖνος μὲν ἀπάρας τῶν κατὰ τὰς Βλαχέρνας ὅρμων ἐπὶ τῆς πύλης τῆς βασιλικῆς ἐπεπλεύκει, ἀλύων οἷον καὶ τῷ γνωσιμαχοῦντι παρεοικώς, παρα-
15 κατέχων μὲν τὰ τοῦ ἀξιώματος σύμβολα, παρακατέχων δὲ καὶ

5. *εἰ* deerat. *ibid.* ὑπὸ P. 6. *μὲν* deerat.

quidem inferius immenso illo quem petissent cumulo, tamen, si per se spectaretur et ad praesentes compararetur rei Romanae publicae angustias, quod non contemnendum videri posset. non prius autem istam pecuniam se passurum dari, quam Catelani obtemperassent in prius sibi praescriptis. erant ea ut praeter circiter mille reliqui eorum ex Occidua que traiecissent continente iterum in Asiam transfretarent. non enim tanta multitudine in Occidue tractu opus se habere. quin, ut quod res erat fateretur, hoc ipsum facere in gratiam sibi carissimi ducis eorum Rentzerii, quem neptis suae virum soceri affectu prosequeretur. (15) ostenderunt eventa, quod nimirum insuspicabiliter latuit Augustum haec agentem, Mpyrigerium magnum ducem auditis in illo, de quo dixi, concilio fuisse incredibiliter efferatum. nempe intime ringens mussitabat apud se, et in fidas occurrentium haec aures effundebat. "en imperator in hos homines nihili, vilis et plebeiae stirpis, ad se profectos tot centenaria millium nummorum partim volens partim meta adactus effudit. ego autem tantus genere ac dignitate, tot ac tales ducens, non modo nihil adhuc accepi quod vel longe accedat ad aequalitatem eius summae, sed et ubi summam spei mihi propositae ex promissionibus ac signis caeteris rite subduxi, certe intelligo eam demum omnem in partem vix multesimam mercedis in Catelanos impensae redigi." tali penitus indignatione aestuans coepit primum omittere officia aulica quotidianarum salutationum Augusti, demi contemptim desidens, nec obscure ferens respectare secessum in naves suas, quod iam utique liquido videret quam longe infra destinationes consiliorum suorum et expectationes, quae illum ad imperatorem traxerant, successus demum ipse ac praesens experientia recideret. ergo, quod aiunt, inhibere remigium ac retro, unde venerat, cursum reflectere decrevit. mexque cum suis navibus versus Blachernas tendens, ipsas Augusti palatii praeternavigavit fores, incertitudinem tamen animi praeferens quandam ambiguitatemque sententiae, dum hinc quidem quasi haerens adhuc pactis conventis dignitatis symbola ab imperatore accepta

D βασιλικὰ χρυσᾶ τε καὶ ἀργυρᾶ ἐκπώματα περὶ που τριάκοντα, οἷς δὴ τῇ προτεραίᾳ βασιλεὺς ἐδέσματα πέμπων ἐγέραιρε. βασιλεὺς δὲ οὐκ εὐθὺς πιστεύσας, ὅμως συχνοὺς ἀποστέλλων ἐπὶ τὴν ἑορτὴν τῶν φώτων ἐκάλει, μετὰ τῶν συνήθων παρασήμων τῇ γερουσίᾳ συνεορτάσοντα. καὶ οἱ μὲν ἐκάλουν, ὁ δὲ συχνὸν
P 351 μυκτῆρα σφίσιν ἐμφαίνων, ὡς καὶ οἷον κάδδῳ τῷ σκαραμαγγίῳ κατὰ θαλάσσης ἐπὶ γέλωτι χρᾶσθαι, ἀπέπεμπε. καὶ τότε δῆλος ἦν τὰ τοῦ βασιλέως ἀποστραφεὶς καί γε μεμνημένος, εἰ καὶ μὴ τῶν οἴκοι, ἀλλ' οὖν τῆς πρὸς τὸν φίλον ὑποστροφῆς. κἀκεῖνος μὲν ταῦτα ἡμέραις ὅλαις τρισὶ καὶ νυξὶν ἴσαις, παρυποκλέπτων τὴν ἔκπλευσιν, ἀνταποστείλας καὶ τὰ ἐκπώματα· τῶν τινὲς δὲ Μονεμβασιωτῶν βασιλικῶν κατὰ θάλατταν δουλευτῶν, ἐπεὶ καὶ
B σφῶν τριήρη παρακατεῖχεν ἐκεῖνος μισθώσας, ὥρμων ἐπεισπεσεῖν ἐξαίφνης καὶ τοῦτο μὲν ἐκεῖνον τῆς πρὸς βασιλέα χλεύης ἀμύνασθαι, τοῦτο δὲ καὶ ἑαυτοῖς σφίσι τὴν ναῦν ἀνασώσασθαι. βασιλεὺς δέ, εἴτε διὰ τοὺς ὅρκους, καὶ ἔτι ἐλπίζων τὴν ἐκείνου μεταβολήν, εἴτε καί τι τῶν ἀνηκέστων ὑπονοῶν συμβήσεσθαι, εἴτε μὴν καὶ κατ' ἐπιείκειαν, οὐκ ἐφίει. ἐδόκει δ' ὅμως τὸ πλεῖστον

18. ἠφίει P.

retinet; quin et palatinae supellectilis vasa partim aurea partim argentea circiter triginta, in quibus ad eum Augustus pridie honoris causa e mensa sua edulia miserat, nondum remissa tenebat apud sese. porro imperator audiens vela facere Mpyrigerium insalutato se, primum ut rei plane incredibili fidem abnegabat; ac ubi credidit, dissimulans destinavit multos qui eum ad festum luminum, quod instabat, secum celebrandum expectari a se cum insignibus suae dignitatis, consueto inter senatores loco sessurum, officiose indicarent. verum hos sic ad festum invitantes ille irridens eludebat, quam nihili duceret insignia quae memorarent dignitatis ab Augusto data, proterve ostentans, abutendo coram ipsis per derisum scaramangio ut cado ad aquam e mari hauriendam. quo sui contemptus in res imperatoris palam exhibito specimine, missos eius sine alio responso a se dimisit. tunc fuit manifestum averso esse illum ab Augusto animo, cogitareque plane vel reditum domum vel ad suum Theuderichum, cuius erat amicitiam tam splendide professus, sibi certissimum accessum. caeterum idem in apparatu tumultuario eundi tres dies et noctes totidem consumpsit, quo spatio remisit ad imperatorem aureas suas argenteasque lances. eo triduo Monembasiotae quidam e ministris maritimis imperatoris, soliciti quod triremem quandam prius a Mpyrigerio mercede conductam is apud se haberet, uti apparebat, abducturus, consilium coeperunt in eum improviso irruendi; quo simul irrisionem imperatoris ulciscerentur, simul recuperarent navim propriam. verum eos id agere haud passus imperator est, vel adhuc pertinaciter sperans illius reconciliationem secum, vel cladem maiorem aliquam metuens, vel denique indulgens innatae sibi insolitaeque lenitati. et hac quidem ultima trium causarum unice se mo-

μὴ ἐφιέναι κατὰ τὸ ἐπιεικές τε καὶ σύγγνωμον τοῦ τ' ἐλέου καὶ ἀκριβοῦς τι παρὰ δίκην τὴν ὀρθὴν παραθραύων· ὃ δὴ τοῖς καθαρῶς ὑπηκόοις καὶ μᾶλλον χρεών, ὃ δὲ καὶ τοῖς ἀκριβῶς ἀντι- C
πάλοις ἀπονέμειν οὔμενουν οὐ κατώκνει, ὡς ἂν οὖν ἐξ ἑαυτοῦ ἀποτριβόμενος τὸ ἐπίμωμον ἐπὶ τοῖς τοιούτοις. ὁ δὲ πάσας ἡμέρας ἐκείνας θαλασσαυλῶν, ἐπεὶ νὺξ ἦν, τυχὼν ἐπιφόρου τοῦ πνεύματος, ὅλος βοῦς ἀν' ὕλαν ἐφαίνετο βαίνων, καὶ τῶν κατὰ τὴν Καλλίου Κατελάνων εὐθὺ ἴετο.

Τότε δὴ τότε καὶ βασιλεὺς ἔγνω προφανῶς χλευασθείς, καὶ τὰ κατὰ τὸν γαμβρὸν ἀσφαλῶς οὐκ εἶχε πιστά, ἐπεὶ μηδὲ ἐκεῖνος ἠρεμῶν ἠκούετο, ἀλλὰ νῦν μὲν τὴν Καλλίου ταφρεύων, νῦν δὲ D
σιδηρᾶ δεσμὰ κόπτων, νῦν δ' ἱερεύων ζῶα καὶ ταρίχη κρεῶν ταῖς ναυσὶν ἐνσωρεύων, νῦν ἄπειρον πλῆθος σίτου συλλέγων καὶ μάζας ἐνσκευαζόμενος, κἀπὶ τούτοις μεγαλειότερον τῶν πραγμάτων ἐχόμενος καὶ δῆλος ὢν ἐκ πολλῶν τὰ τῶν ἀποστατῶν μεταχειριζόμενος, κἂν οὐκ ἠβούλετο δείκνυσθαι. (16) καὶ γὰρ ἅμα μὲν βα- P 352
σιλεὺς δοκιμάζων ἐκεῖνον ἅμα δὲ καὶ ὑποποιούμενος, τὸν μέγαν ἄρχοντα πέμπων, ὃς ἦν ὁ Μαρούλης, ὡς μὲν ἐκεῖνον ὡς δὲ τὴν

tum in prohibenda aggressione Mpyrigerii credi voluit Augustus, affectans semper famam mansuetudinis innoxiae et facilis ad ignoscendum gravissimis etiam iniuriis, et humanitatis, qua vim severam recti iudicii ac iustitiae ultricis laudabiliter infringeret. quas equidem virtutes fateor recte a principe impendi culpis excusandis vere fideliterque subditorum. ille autem has adhibere non gravabatur fovendis tegendisque manifestis adversariis et contumacissimis rebellibus. nimirum hoc spectabat, ut istius defectionis Mpyrigerii omnem a se in illum invidiam tam patienti moderatione averteret, sperans iudicaturos cunctos nullam a se illi occasionem datam tam ingrate ac perfidiose se gerendi. tandem tres illos quos dixi dies moratus in salo Mpyrigerius, exorto noctu vento illi propitio vela faciens ad Catelanos Callipoli considentes ea festinatione contendit qua bos famelicus ad silvam pascuam rapitur.

Tunc denique imperator sensit manifesto se delusum; magnaque illa, cui secure hactenus indormierat, de Rontzerio tam arta sibi necessitudine admoto fiducia labefactari ac concuti coepta est. nam neque ille quiescere nuntiabatur, nunc Callipolim fossa munire auditus, nunc ferrea portus illius repagula frangere, nunc denique magnam animalium caedem facere, quorum salitis carnibus naves compleret, nunc immensam frumenti copiam cogere et panes ex hoc nauticos ingenti copia parare. super his et illud ferebatur, maiores eundem solito videri spiritus sumpsisse; resque iam, non ut alieno subiectum imperio sed ut supremum arbitrum gerere. quibus ex indiciis prona erat suspicio machinari illum rebellionem, quantumvis id studiose dissimularet. (16) credere hoc cunctans imperator, persuasus et ipse tandem est ex iis quae est ipse per se expertus. nam partim ut exploraret animum Rontzerii, partim ut eum, vel si forte aversum, novis blandimentis deliniret, misit ad illum magnum praetorem Marulem, qui suo nomine et Rontzerium ipsum et Augusti sororem, eius

αὐταδέλφην μετεπαλεῖτο, τὴν κατὰ τὰ φῶτα προτείνων προέλευσιν. ἀλλ' ἡ μὲν ἐσκήπτετο νόσον καὶ τὸ μὴ δύνασθαι, ὁ δὲ προφανῶς ἀπέλεγε καὶ ἠφροντίστει πρὸς τὴν μετάκλησιν, τὰ τῶν Κατελάνων δὲ προύτεινε καὶ τὰς μισθοφορίας ἀπῄτει, μή πως ἐπαύ-
B ροι καὶ αὐτός, λέγων, τῶν ἀπ' ἐκείνων κακῶν. ταῦτ' ἤκουε βασιλεύς, καὶ αὖθις ἀντέπεμπεν ἀξιῶν λαβόντα οὐχ ὅσον ἐζήτει, ἀλλὰ τὸ ἱκανόν, ἐκπερᾶν κατ' ἀνατολήν. ὡς δὲ καὶ προφάσεις κύκλῳ περιεβάλλετο, καὶ ὡς οὐ διαχειμεριοῦν κατὰ δύσιν βούλοιτο, ἀποριῶν αὐτοῦ τῶν ἐπιτηδείων, ἐντεῦθεν βασιλεὺς τὴν ἐκείνων ἐπισύστασιν ἣν ὑπώπτευεν ἐκτρεπόμενος, τοῦ μὲν καλεῖν
C καὶ αὖθις ἀπέσχετο (ἤδει γὰρ οὐ πείσων), αὐτὸν δ' ἐκ τῶν εἰκότων ἐγνωσμένον τὴν τῶν ἰδίων θεραπείαν τῶν βασιλικῶν ἐντολῶν περὶ πλείστου ποιούμενον, συχνοὺς πέμπων, προσποιεῖν ἑαυτῷ ἐπειρᾶτο, προτεινόμενος μὲν βασιλικὸν ἄξίωμα τὸ τοῦ Καίσαρος, παραδιδοὺς δὲ καὶ πᾶσαν χώραν ἀνατολῆς πλὴν τῶν περιφανῶν πολισμάτων, καὶ αὐτοκράτορα στρατηγὸν καθιστᾶν ὑπισχνούμενος. ἀλλὰ καὶ τῷ ὑπ' αὐτὸν λαῷ τὰ εἰκότα ἔλεγε πο-
D λυωρεῖν καὶ χρήμασι καὶ δαπάναις, εἰ μόνον τὰ πιστὰ σχοίη ὡς εὐνοοῖεν τοῖς τῆς βασιλείας πράγμασιν. αὐτίκα δὲ διαπεραιου-

10. μὲν] μὴ P. 13. πλείονος?

socrum, ad urbem invitaret, praetextu apparendi secum in pompa solemnitatis, quae instabat, Epiphaniae. haec festum luminum vocitari a Graecis solet. ad quae illa quidem excusans morbum posse se iter facere negavit, ille autem palam renuit, parum se curare invitationem istam ostendens; sub quae memoravit iram Catelanorum ob repulsam superam, petiitque solvi stipendia ipsis debita: ni enim id fieret, haud procul se abesse a periculo magni ab ipsis mali patiendi. his Augustus auditis rursus misit rogans Rontzerium ut satis acciperet non summam quidem integram petitam a Catelanis, excedentem facultates, sed quantum suppeditare summo conatu posset, dum eo accepto statim navigaret in Orientales tractus. super ea propositione Rontzerius sese contorquens, et circa orbem, quod aiunt, evagans obtentibus quaerendis, praecisum responsum obumbrat, non dissimulans hibernare se in Occidua continenti velle, ubi frumentum ad victum non deesset, minime autem transfretare in Asiam, ubi, quo statu res essent, sibi foret ac suis fame pereundum, his demum experimentis inductus imperator ad suspicandum est meditari defectionem Catelanos, cuius avertendae spem haud ratus constituendam in accersendis ad se ducibus eorum, quos satis norat minime ventaros, aliis sibi putavit adoriendum Rontzerium machinis, haud plane inexpugnabilem donis honoribusque alias expertus. per multos ergo ad eum allegatos proposuit se paratum illi conferre dignitatem Caesaream, cedereque iam nunc ac plenae ipsius potestati condonare universum tractum Orientalem, exceptis celebrioribus urbibus, ut suo illic arbitrio tamquam supremus dominus ac imperator cuncta administraret: sed et militibus ipsius se provisurum stipendia et alimenta, modo certis posset de fide ac bono animo illorum erga suum imperium Romanumque rem indiciis persuaderi. his autem,

μένους ἐπ' ἀνατολῆς εἴκοσι χιλιάσι χρυσίου καὶ τριακοσίοις χιλιάδων μοδίοις τοπικοῖς σίτου δωρεῖσθαι καθυπισχνεῖτο, καὶ τοῦ λοιποῦ μηδὲν ἀνεῖναι καὶ αὖθις τὰ εἰκότα πολυωρεῖν. . ταῦτα συχνοὶ πεμπόμενοι παρεδήλουν, καὶ τούτων προσανετίθουν τὰ πλεῖστα τῇ τοῦ βασιλέως ἀδελφῇ ἐκεῖσε καὶ ἔτι παρούσῃ, καὶ μᾶλ- P 353
λον ὅτι καὶ αἱ περὶ Φιλαδελφείας πύστεις μέχρι καὶ τῶν νεκρῶν ἐξ ἐνδείας καὶ τοῦ πολιορκεῖσθαι ἅψασθαι κατηγγέλλοντο. οὐδὲν δ' ἐκεῖθεν ἄλλο ἠκούετο ἢ αἱ μισθοφοραὶ, καὶ ὡς τὸ πλῆθος ἀκάθεκτον ὂν αὐτὸς κατέχειν καὶ ἄγχειν οὐ δύναται, καὶ ὡς εἰ μὴ δοθείη τὸ ἀπαιτούμενον, οὐδ' αὐτὸς ἐν ἀσφαλεῖ ἔσται, καὶ μᾶλλον ὅσῳ τοῖς ἀξιώμασιν ὑπερηφανεύοιτο. ταῦτα λέγων δῆλος ἦν ἐκείνοις προσπείμενος, καὶ θηρίου δυσμεταχειριστότερον ἔχων, ἤν τις μεταπείθειν ἐπιχειρῇ, διὰ τὴν πηγὴν τοῦ φρονεῖν πάντως B
μήπω κατηρτυμένην εἰς ὑπηκόοις πρέπουσαν τάξιν. ὡς γοῦν συχνοὶ ἐπὶ τούτοις ἐπέμποντο, ἔδει δὲ κἀκεῖθεν τοὺς μηνύτορας

statim ac traiecissent in Orientalem continentem, viginti se millia nummorum aureorum numerari iussurum, simulque donaturum trecenta millia modiorum tritici mensurae locorum illorum, deincepsque in cunctis caeteris sedulo curaturum, ne quidquam ipsis necessarium deesset. haec varii, ut dixi, ab imperatore ad Rontzerium subinde missi nuntiabant, pleraque deponentes apud sororem imperatoris socrum Rontzerii, eo videlicet consilio ac spe ut illa praesens pro necessitudine affinitatis et gratia ex ea privatim eum impelleret quo Augustus optabat. haec tanta offerre ultro ac velut oggerere extero nec ei fido homini cogebatur imperator multis urgentissimis causis. nam prime de Philadelphia nuntiabatur a Persis artissime obsessa, cuius liberandae nulla uspiam alibi spes esset quam in copiis Rontzerii, tantam intus illic grassari famem ut a cadaveribus mortuorum hominum pro cibo absumendis non temperaretur. aliunde ab exercitu Rontzerii nihil aliud nisi sine fine iteratae stipendiorum flagitationes audiebantur. ipse quotidie scribebat haud se, vel si vellet, posse famelicam et desperatam multitudinem prohibere ne fureret, ac velut faucibus vociferantium constrictis querelas eius minasque comprimere. quin et denuntiare, nisi daretur ipsis quod poscebant, haud se tutum et securum ab horum vi fore. nec sibi adversus istorum insultus praesidio futuram summam qua esset ornatus ab imperatore dignitatem. quin ea ipsa magis irritari seditiosos ausus, vel invidia quadam et comparatione suae cum aliena sortis, vel opinione, posse sibi procurare quae velint ab Augusto, cum quem tanta pollere apud ipsum appareat gratia. ex quibus a Rontzerio passim allegatis certo intelligebatur vanam omnem spem esse abducendi eum a partibus suorum, privatimque ipsi satisfaciendi alia ratione quam simul explendo desideria Catelanorum, praesertim cum appareret iudicium arbitriumque intimum Rontzerii nondum irrevocabili proposito addicta obsequiis imperatoris, sed quaerere adhuc et deliberare, ancipitem quo se applicaret. haec durissima necessitas quantumvis invitum adegit Andronicum ad unius hominis gratiam tam caro licitandam. cum igitur diu non cessarent quotidiani ferme ab aula convenire Rontzerium super his ministri publici, et ei proposita placerent, opertuit et ab ipso

πέμπεσθαι, οὐδεὶς ἦν πρὸς ταῦθ' ἕτερος εἰ μὴ ὁ οἰκείως ἐξυπηρετῶν τῇ τοῦ Ἀσὰν Κανναβούριος, ὃς καὶ ἐπεὶ πολλάκις ἐκεῖθεν ὧδε κἀντεῦθεν ἐκεῖ παραγένοιτο, τέλος ἀσφαλεῖς ἐφ' οἷς προσέταττε βασιλεὺς τὰς πίστεις ζητεῖν ἐφειμένον ἔλεγεν ἔχειν, αὐτὸν
C δ' ἐκεῖνον τὴν ἀντωμοσίαν παρέχειν ἐπὶ προσώπου τοῦ ἀποστειλαντος, γενέσθαι δὲ καὶ τὰς ὁρκωμοσίας ἐπὶ παρουσίᾳ τῆς τιμίας εἰκόνος τῆς Θεομήτορος. ἐφ' οἷς αὐτίκα τοῦ βασιλέως κατανεύσαντος, καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ ὁ τοῦ Θευδερίχου ἀδελφὸς ἐκ νοθείας ἐν ναυσὶ τρεισκαίδεκα περιπλέειν ἠγγέλλετο καί τινας κατατρέχειν τῶν νήσων καὶ ἀνὰ κράτος κακοῦν, πέμπειν τε καὶ πρὸς ἐκείνους καὶ αὖθις παρ' ἐκείνων λαμβάνειν μηνύματα, τελοῦνται
P 354 μὲν ὅρκοι, (17) πέμπεται δὲ καὶ ὁ Χοῦμνος Θεόδωρος, αὐτά τε τὰ τοῦ Καίσαρος σύμβολα φέρων καὶ τὰς χρυσοβουλλείους πίστεις καὶ νομίσματα χρυσίνων χιλιάδας τριάκοντα. τὰ δὲ τοῦ σίτου προηυτρεπισμένα ἦν, ὡς ἠλπίζετο, ἐκ συναγωγῆς. εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ καὶ τὸ λεῖπον συνάγεσθαι ὥριστο ἐπὶ τῷ ἅμα σφᾶς δεξαμένους περᾶν κατ' ἀνατολήν. ὁ μέντοι γε Χοῦμνος διαπι-
B στῶν ὅπως αὐτῷ προσενεχθείη ὁ εἰς Καίσαρα προβαλλόμενος,

aliquando responsi quidpiam reddi. quaesitus est idoneus ei perferendo; nec alius accommodatior repertus Cannaburio, fidissimo famulo filiae Asanis, uxoris Rontzerii. hic ubi saepius talia tractans ultro citroque commeasset, tandem haec conventionis capita sunt a Rontzerio proposita, ut imperator promissorum suorum quantam vellet Rontzerius confirmationem ac securitatem daret, ipse autem Rontzerius vicissim fidem Augusto iuraret coram ab illo misso ad id sacramentum exigendum; iuraretur autem ab utrisque seorsim in conspectu venerandae imaginis dei matris. haec eo cupidius, abruptis tractationis ulterioris moris, statim arripuit Augustus, quod interim metus ingens admovebatur ne formidata conturatio Catelanorum cum Siculis in apertam Romanorum impugnationem erumperet. nam Theuderichi frater nothus cum navibus tredecim circumnavigare terras imperii nuntiabatur, incursasseque iam quasdam insulas atque hostiliter vastasse, nec cessare nuntios mutuos eius ad Catelanos et vicissim ad illum Catelanorum. ultima haec causa fuit tollendi cunctationes omnes, et statim ad foedus novum iure iurando hinc et inde sanciendum veniendi. (17) ac ex parte quidem sua rite, in quae conventum fuerat, iuravit imperator; praetereaque Theodorum Chumnum statim misit ipsa Caesareae potestatis Rontzerio tradenda insignia ferentem, una cum diplomatibus bulla roboratis aurea, ad quamvis indubitabilem fidem faciendam. portabat et idem secum triginta millia nummorum aureorum, nuntiaturus etiam, qui promissus numerus frumenti fuerat, eum sperari iam paratum fore ex collatione nuper indicta. quodsi quid summae deesset, omni sublata mora conficiendum, mandatis ad id iam praemissis efficacibus, ne quid obstet quominus, simul Catelani traiecerint in Asiam, triticum illic, quantum est pollicitus Augustus, confestim accipiant. id ingressus iter Chumnus, sua secum reputans, vereri coepit quo illum esset animo exce-

καὶ μᾶλλον ὅτι ἀδελφὸς ἦν τοῦ ἐπὶ τοῦ κανικλείου, καθ' οὗ πόλλ' ἄττα ἐκεῖνος, εἰ δύναιτο, ὤδινεν, ὡς ἠκούετο, εἰ αὐτοῦ τόσων εὐποροῦντος καὶ τόσων τὸ ὑπ' ἐκεῖνον στρατιωτικὸν τῶν δικαίων μισθωμάτων στερίσκοιτο, κατά τινα πρόνοιαν πρὸς τὴν αὐτα-
5δέλφην τοῦ βασιλέως προαποστέλλει τὸν Καναβούριον, ἅμα μὲν δηλώσοντα τὰ πραττόμενα, ἅμα δ' αὖθις δηλοποιήσοντά οἱ τὴν τῶν ἐκεῖ πραγμάτων διάθεσιν. αὐτὸς δὲ σχολαίῳ ποδὶ κατόπιν C προσήλαυνεν. οὔπω δὲ τὸ Βραγχιάλιον πεφθάκει, καὶ δηλοῦται οἱ ἐκεῖθεν μέγιστ' ἄττα ὑποψιῶν μηνύματα, ὡς μὴ προση-
10σομένου τάχα τοῦ Ἰταλοῦ τὸ ἀξίωμα διὰ τὸν ἐκ τῶν ἀγομένων ὑπονοούμενον, ἢν μή γε τοῖς μισθώμασιν ἱκανοῖντο, παροργισμόν. κἂν φανείη πάντως οὗτος χρυσίον ἐπιφερόμενος, δέος μὴ ἀφελόμενος αὐτίκα τοῦτο κακόν τι καὶ τὸν ἄγοντα δράσειε. διὰ ταῦτα μαθὼν τοὺς λόγους, ᾗ τάχους εἶχε, τῷ φρουρίῳ τῇ D
15Τζίμπῃ ἐγκαταβύεται. καὶ ἐφ' ἡμέραις ἐκεῖ διάγων, ἐπεὶ οὐδὲν προσηνὲς ἀπ' ἐκείνων ἠκούετο, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ δέος οἱ ἦν μὴ ἐπεισπεσόντες τινὲς ἐκείνων, πρὸς τῷ δρᾶσαι τοῦτον τὰ πάνδεινα, τὸ χρυσίον ἀφέλωνται, λαβὼν αὖθις ἐπιφερόμενα ἄπρακτος πρὸς βασιλέα ὑποστρέφει.

ptiurus destinatus Caesar, utique fratrem praefecti canicleo, cui Rontzerius haud dissimulanter infensus quam posset gravissima machinari mala ferebatur, causam allegans quod praefectus canicleo, cuius consiliis Augustus regeretur, impediret ne suis militibus debita is stipendia redderet, tot ipse interim ac tantis circumfluens opibus. ea instinctus cura Theodorus provide se acturum iudicavit, si praemitteret ad germanam imperatoris Cannaburium, simul ut indicaret quae sua ex parte vel egisset vel ageret imperator ad executionem destinati foederis, simul etiam ut exploraret sibique renuntiaret quo illic statu res essent, quantumque opportunus ac securus eo suus accessus occursurus videretur. his ita praeparatis ipse tardo gradu Cannaburium sequebatur, responsum opperiens. nondum autem Branchialium Chumnus attigerat, cum fit certior e castris Rontzerii cuncta illic sinistris et turbidis suspicionibus misceri, nec videri admissurum oblatam dignitatem Italum, nisi prius suis militibus flagitata stipendia numerarentur, metu ne hos ira vehemens in exitialem seditionem concitaret. neque horum furori deliniendo valde profecturum existimari, quod idem qui Caesaris insignia Rontzerio afferret, pecuniam etiam portaret in eius copias dividendam. potius enim hinc timendum verisimiliter putari, ne solita impune quidlibet audere et ardens avaritia multitudo armata, quem venire audiret pecunia onustum, invaderet ac spoliatum male multaret. his Chumnus cognitis summa festinatione in arcem Tzimpam se abscondit. ubi per dies aliquot moratus, cum eo intervallo nihil mitius e castris Catelanorum audiretur, quin et metueretur ne arcem pars eorum oppugnaturi accurrerent, et se in potestatem redactum crudelissime tractarent auro ablato, resumens Theodorus quae afferebat cuncta, infecta re ad Augustum est reversus.

Καὶ ὁ μὲν οὕτω τὴν ταχίστην ἐπάνεισιν, ἐκεῖνος δὲ πρῶτον μὲν μαθὼν περὶ τῆς Χίου (ἔμελε γάρ οἱ τῆς νήσου ὡς καὶ
P 355 ταύτην ἔχειν ἐλπίζοντι) μαθὼν τοίνυν ὡς Πέρσαι ναυσὶ χρησάμενοι περί που τριάκοντα τὸν τόπον ἠρήμουν, πέμψας προσαμύνειν ἠπείγετο. καὶ Χῖοι, πλὴν τῶν παραβυσθέντων τῷ ἐκεῖ φρουρίῳ, παμπληθεῖς ἀπώλοντο. καὶ ἄλλοι φορτηγοῖς τεσσαράκοντα παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ πλοῦτον ἐνθέμενοι καὶ περί που
B τὴν Σκῦρον πλέοντες ἐναυάγησαν. (18) εἶτα λαὸν ἀθροίσας τοὺς ἐξ ἑκάστης χώρας ἐμφανεστέρους, καὶ σταθεὶς προφανῶς ἔξω που φρουρίου Καλλιουπόλεως, πόλλ' ἄττα καὶ τολμηρὰ μετ' ἐμβριθοῦς ἐθημηγόρει τοῦ σχήματος, ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης τὰ καθ' αὑτὸν συνιστῶν καὶ τὰς αἰτίας τῶν δυσχερῶν σφίσιν ἐπάγων τῷ βασιλεῖ, ὅπως τε γένοιτο τὴν ἀρχὴν καὶ ὅπως τραφείη διεξερχόμενος, καὶ ὡς πολλοῖς διαγέγονε τοῖς μὲν συμμαχῶν τοῖς
C δ' αὖ πολεμῶν, καὶ ὅπως τύχης ῥοπῇ καὶ διηνεκεῖ ἀσχολίᾳ οἷς μὲν συμμαχήσων ἐπισταίη, οὐ σφίσιν αὐτοῖς παρεῖχε τῆς μεταβολῆς μέμψασθαι, ὧν δ' ἀποσταίη, μοῖραν οὐ τὴν τυχοῦσαν βοηθείας ἐφόκει προσαφαιρεῖσθαι. διεξῄει δὲ καὶ τὰ κατὰ τὴν Σικελίαν, καὶ ὅτι μετὰ χρόνιον πόλεμον εἰρήνης τοῖς ἐκεῖ ξυμβάσης αὐτὸς εἰθισμένον ἔχων μελέταις ἀσχολεῖσθαι πολεμικαῖς

Hunc autem reperit intentum Chio recipiendae; cuius consilii successum praesens occasio sperabilem offerret. audierat Persas navibus in eam insulam triginta exscensu facto vastare universam. festinabat igitur eo mittere suppetias manum idoneam. caeterum infelices Chii, praeter paucos arce illic munitissima inclusos, fere universi iam barbarica immanitate perierant. alii vero, qui onerariis quadraginta se, coniuges, liberos, et quantas efferre domibus potuerant opes, in spem melioris fortunae commiserant, circa Scyrum naufragium fecerunt. (18) sub haec Rontzerius convocatis illustrioribus quibusque ex oppidis ac regionibus circumsitis in patentem campum extra arcem Callipolis, stans ipse in loco eminenti, cum alia multa audacissima fastuoso et iracundo gestu ac vultu declamavit, tum haec quae in specimen hic referam. ab initio vitae publicae sectorumque suorum se suaque magnifice ostentans eo modo atque artificio a se gesta exposuit, ut culpam cunctorum quae post suum ad terras imperii appulsum sinistre contigissent, in imperatorem conferret. exorsus nimirum ab ultima pueritiae memoria, quam claris natalibus, quam splendide fuisset educatus gloriose iactavit. tum his non minus arroganter attexuit ut perseveranter apud multos fortiterque perstiterit, hos bello adiuvans, illos oppugnans; ut per omnes fortunae varietates, occupatione continua, iis quidem qui se in auxilium periclitantes accersissent, poenitendi causam ob se vocatum non dederit; contra vero iis a quibus sit digressus, quam ingens sui reliquerit desiderium, quantoque illi praesidio se nudatos eius abscessu experiendo comparandoque postea senserint. processit hinc ad sua in Sicilia gesta, memorans longo se illic perfunctum bello, ubi deinde inter capita partium de pace conventum fuisset, ipsum impatientem otii

πέμψαι τε πρὸς βασιλέα, καὶ προσαμῦναι τῇ χώρᾳ τούτου κινδυνευούσῃ, εἰ καὶ αὐτὸς βούλοιτο, ἀξιοῖ, καὶ μέντοι γε καὶ δεχθείη αὐτίκα, καὶ γραμμάτων ἀξιοῖτο βασιλικῶν κῆδος βραβευόντων ἐκ τῶν πρὸς αἵματος καὶ τὸ τοῦ μεγάλου δουκὸς ἀξίω- D
5μα, κἀντεῦθεν ἄξοι ὀλίγους ἢ ὅσους μετεκαλεῖτο γράφων ὁ βασιλεύς, καὶ πολλὰ μὲν πάθοι κατ' ἀνατολήν, εἰ καὶ μὴ Πέρσαις συσταλεῖσιν ἐκ δέους, ἀλλ' οὖν τῷ Ἀτταλειώτῃ μαχόμενος, καὶ πολλοὺς ἀποβάλοι γενναίους ἄνδρας, ᾧ καὶ ὡς ἀντιπάλῳ ἐπέχειν ὁρμήν, καὶ ὡς ἐν ὑπηκόοις βασιλέως λογιζομένου τὸ πάλαι καὶ P 356
10ἀφηνιάσαντος ἤδη, τῶν πρὸς ἐκεῖνον μὴ ἀφειδοίη ἀγώνων. καὶ τέλος ἐλθὼν τὸ πόλισμα παραστήσασθαι, βασιλικὰς ἐξεπίτηδες διακωλύοντος τὴν παράστασιν δέξαιτο συλλαβάς, ἐπισπευδούσας τὴν τοῦ Ἑλλησπόντου διαπεραίωσιν, ὡς αὐτίκα ἑτοίμων ὄντων καὶ ἵππων καὶ πάσης δαπάνης καὶ μισθωμάτων, ἐφ' ᾧ ἐπὶ Μυ-
15σίας πρὸς βασιλέα Μιχαὴλ παραγένοιντο μηδὲν προσαργήσαντες. οἱ δὲ καὶ περαιωθεῖεν ἐπιστάντες, καὶ τῶν μισθωμάτων ὑπερτι-

5. ὀλίγῳ πλείονς ἢ? 11. ἐλθὼν] ἐγγὺς ἐλθὼν?

laborumque militarium amantem misisse ad imperatorem oppugnatum a barbaris, ostendisseque se paratum ad veniendum ei cum valida manu suppetias. admisisse oblata cupide Augustum, et literis properanter remissis invitasse ad se, promissis honoribus quales deferri propriis consanguineis solerent et dignitate ducis magni. haec se acceptantem rescripsisse ducturum se parvum aut multum numerum militum, prout Augustus praescripsisset: ex quo autem iuxta condictum appulisset, aggressum se opitulari laboranti Asiae, extrema bello difficillimo perpessum, tum Persis coërcendis, quos metu armorum suorum contrahere sese ac licentiam evagandi fraenare coëgerit, tum Attaleota, imperatori subiecto illi quidem olim, sed tunc rebellanti, edomando. quo in negotio quam nulli operae aut periculo pepercerit, quot qualesque viros fortissimos amiserit, adhuc se moerentem meminisse. novissime palmam belli eius iam prope confecti sibi ab imperatore de manibus extortam: cum enim perduellem arta obsidione teneret cinctum sine spe ac facultate evadendi, iussum se instantibus atque increpantibus moras imperatoriis literis, factione faventium rebelli expressis, cunctis statim illic omissis Hellespontum traiicere. cuius adversa in ora parati stare ferebantur ad usum nostrum, simul illuc appulissemus, equi, commeatus et pecuniae stipendiorum nomine debitae, ut iis instructi continuo progrederemur ad Michaëlem iuniorem Augustum ei operam daturi, bello ad quod stare procinctus dicebatur contra Mysiam gerendo. addebat se ac suos, ubi nihil cunctati traiecissent, nihil eorum paratum invenisse quae promissa fuerant. itaque cum sine fine stipendiorum, quorum dies pridem exierat, solutio elusionibus differretur, necessitate adactos ultima suos milites illa et illa egisse, quae imperatorii solerent invidiosissimis apud suos querelis traducere. quos ex aequo aestimare oportebat cui culpa horum imputanda sit. si enim iuste arbitrentur, reperient totum crimen ad eos pertinere qui milites toties promissa, tam pridem debita mercede fraudantes in eam egestatem compulerunt, quae

B θεμένων τὰ καὶ τὰ πράξειαν. καὶ ταῦτα λέγων ὁ βάρβαρος προσῆπτε τὰς αἰτίας τῷ βασιλεῖ ὡς ἐκεῖθεν τὸ πᾶν παθόντων ἐκείνων, σοβαρευόμενος ἐπὶ τούτοις καὶ σεμνοποιούμενος, εἴ τί που καὶ γέγονε δυσχερές, εἰς αἰτίαν ἀνάγων εὐσχήμονα, καὶ ὧν τὴν αἰτίαν εἰλήφεσαν Ἰταλοὶ ἐξ ἀλαστορίας συνήθους, εἰς τὴν ἀπὸ βασιλέως πρόφασιν μεταφέρων, καὶ δικαίας τοὺς εἰργασμένους ἀπολύων μέμψεως. τέλος προσετίθει καὶ ὡς οὐδὲν μὲν αὐ-
C τοὶ ἀδικοῖεν, ἀποστερούμενοι δὲ τῶν μισθῶν ἁφαρπάζοιεν κατ' ἀνάγκην τὴν χώραν κακοῦντες. τὸν μέντοι γε βασιλέα Μιχαὴλ δυνάμεις περὶ αὐτὸν ἔχοντα Ῥωμαϊκὰς ἀκούειν κατ' αὐτῶν ἰέναι ὡς ἀδικούντων βούλεσθαι. ᾧ δὴ καὶ διὰ τοὺς ὅρκους οἷς πρὸς τὴν βασιλείαν ἐπώμοτος ἦν, ἐπὶ πόδα καὶ γόνυ χωρήσειν μέχρι καὶ ἐς τεσσαράκοντα ἴχνη διεβεβαίου, τοὐντεῦθεν δὲ καὶ αὐτῷ μελήσειν τῆς σωτηρίας αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἰδίων· κἂν αὐτὸς πίπτοι,
D πεσεῖται, κἂν ἐκεῖνος, τὸ μόρσιμον. καὶ τοῦ λοιποῦ μὴ χρῆναι σφᾶς φροντίζειν περὶ κυρίου, ὡς ἀναγκαῖον ὂν ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας, καὶ μὴ καθυφεικότα τῆς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας σπουδῆς ναναγεῖν ἐν λιμένι. ταῦτα καὶ τοιαῦθ' ἕτερα κορύζης

famelicos cogeret obviis copiis rapiendis non abstinere. sic loquens barbarus reum peragere imperatorem conabatur scelerum omnium quae sui latrones perpetrassent, omnium damnorum quae illata miserrimis tractuum illorum fuissent incolis. quin et eadem impudentia iactantiae perrexit sibi quidem ac suis arrogare laudem omnem prospere gestorum, longe vero plura quae male successerant, et illas offensiones belli successusque barbarorum, unice imperatoris imprudentiae aut parsimoniae tribuere, non argumentis id ille quidem idoneis evincens, sed consueto Latini generis et fastu et iniquitate in Graecam nationem eam onerans invidia eorum quae peccasset ipse cum suis, et eos absolvendo, nos condemnans. ad extremum intulit a se nihil suisve iniuriose actum, quod iniuste fraudati stipendiis debitis, redactique ad incitas, unde viverent manu quaesivissent, diripienda in quam vocati fuissent regione. audire se tamen Michaëlem Augustum Romanas circa se habentem copias, minari exercitum infestum in ipsos immittere. huic viro, ut imperatoris filio et imperii consorti, scire sese nec dissimulare quid deberet. adeoque perstantem in fide debita iuratae illi subiectionis, paratum esse ipsum venerari procidendo ad pedes flexo et humi posito genu, vel usque ab quadragesimo vestigio. de caetero, si vim inferret, se haud cunctanter repulsurum, nihilque omissurum quod suae ac suorum expediendae saluti necessario adhibendum videretur. praelii successum in sortis arbitrio fore: se enim et cadere tali certamine paratum, et quemlibet se contra inferentem occidere. nec velle suos augurandis eventibus solicitos esse de domino. nam talium cura viris fortibus in discrimine negligenda est, uno proposito vigentibus intrepide pugnandi ulciscendique se ac frangendi intentam ex adverso vim. itaque non committemus, stulta salutis obiiciendae periculo formidine, ut iniuriae succumbentes servitutique inique mancipati naufra-

Ἰταλικῆς πλέα σοβαρευσάμενος, τὰ μὲν τῶν Ἰταλῶν κακὰ παρατρέχων καὶ εἰς αἰτίας μεταφέρων εὐλόγους, ὡς ὑπελάμβανε, τὰ δὲ τῶν βασιλέων ὑποκοριζόμενος ἀναισχύντως, μᾶλλον ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς ἰδίοις πιθανὸς ἢ τοῖς ἀκούουσιν ἔδοξεν.

Οὐ πλείους ἐξ ἐκείνου τῶν δέκα παρῆλθον ἡμέραι, καὶ E γνοὺς οἷς οὐκ ἐχρῆν λόγοις ἐξαμαρτών, ἢ καὶ τὴν παρὰ τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ δεδιὼς ἐπεξέλευσιν (ἠγγέλλετο γὰρ καὶ ταῦτα, ὡς στρατολογοίη ὁ βασιλεύς, κἂν παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ βασιλέως ἐπείχετο γράφοντος), πρύμναν κρουσάμενος αὖθις γράμματα πλήρη δουλείας πεπόμφει πρὸς βασιλέα, ἀπολογούμενος μὲν αὐτῷ, εἴ τί που ἄρα καὶ παρεξελέχθη πικρὸν καὶ ἄλλως ἀπρεπὲς τὴν ἀπὸ τῶν Ἰταλῶν ἀνάγκην καὶ τὸν ἐκεῖθεν κίνδυνον ὑπο- P 357 νοουμένῳ, ἀξιῶν δὲ λογίσασθαι μὲν καὶ τὴν καινοτομίαν τῆς χώρας ὁπόση, παρακατασχεῖν δ' ὑπὲρ ταύτης ὁπόσον καὶ βούλοιτο, παρ' ὃ καὶ μόνον τὸ λοιπὸν ἐξ ὧν χιλιάδων ἀπῄτουν διδόναι, κἂν οὐ νῦν τὰς πάσας, ἀλλ' οὖν τὰς πλείους τῶν ὅλων τέως, ἐπὶ δὲ τῷ λείποντι εἰς διωρίαν προσαναρτᾶν. εἰ δ' οὖν, B ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἔλεγε δοῦλος εἶναι καὶ πάλιν καὶ τοῖς εἰς τὴν βασιλείαν ὅρκοις ὑπεύθυνος, ἔχειν δὲ καὶ σὺν αὐτῷ χιλίους τοὺς

gium in portu faciamus. haec et huius generis plura Italae plena insolentiae licentissime blaterabat barbarus, foeda suorum Latinorum facinora speciosis, ut putabat, integens obtentibus, res imperatorum extenuans deprimensque impudenter, sed eo dicendi successu, ut sibi solum ac suis, nulli autem aliorum qui audirent, probabilia loqui sit visus.

Non plures decem ex hac habita concione dies effluxerant, cum visus est intelligere Rontzerius sese ultra quam fas foret dicendo provectum, sive id illi sua ipsius prudentia suggessit, sive istam inspiravit poenitentiam metus ab Augusto Michaële, impetum, ut dicebatur, mox in ipsum facturo et ad hoc exercitum augente novis delectibus, quamquam literis patris ab eo consilio retrahebatur. utut sit, cursu, quod aiunt, reflexo Rontzerius literas plenas humilitatis cum obnoxia professione servitutis ad Augustum seniorem dedit, excusans solicite si quid ipsi erga eius maiestatem acerbius aut alioqui minus dictu conveniens nupera concione excidisset. si quid tale foret, sibi summa vi expressum, necessitate deliniendi concitatos in seditionem in seque adeo ipsum irruere hostiliter paratos feros Italorum animos. de negotio ipso flagitatorum ab his tanto furore stipendiorum, sic nunc sibi videri rem posse confici. aestimari iubeat maiestas eius damna nuper illata regioni praedis rapinisque Catelanorum. eam summam in stipendiorum retro debitorum partem imputet, eoque nomine retineat ex illis quae poscunt nummorum millibus, quantum ex aequo censuerit. reliquum debitum repraesentet modo, si non totum, saltem ex parte maiore: caeteram solutionem suspendat, pollicendo se in tempore provisurum. sese quod attineret, iterum ex animi sui sententia verissimo affectu profiteri subiectum se maiestati eius esse, ac pro iurisiurandi religione obsequentissima voluntate praeparatum ad ei serviendum. habere etiam sibi satis morigeros e suis mille; quos si sit opus et imperator iu-

εὐπειθεῖς, τοῖς δ' ἄλλοις ἂν αὐτῷ ᾖ βουλομένῳ μάχεσθαι, ἐπεὶ κἀκείνοις σκοπὸς ἦ λαβοῦσιν ἠρεμεῖν ἢ μὴ λαβοῦσι τὴν χώραν καταδραμεῖν, καὶ αὐτὸς συνάμα ταῖς βασιλικαῖς δυνάμεσιν ἐπιτί-
C θεσθαι. (19) τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα καὶ Κατελάνοι πρέσβεις πρὸς βασιλέα τρεῖς πέμψαντες, ἐπὶ διωρίᾳ πεντεκαίδεκα ἡμερῶν, μετ'
P 358 εὐσχήμονος καὶ τρόπου τῷ δοκεῖν καὶ προσώπου διεπρεσβεύοντο· οἷς δὴ θέλων καὶ αὐτὸς βασιλεὺς ὑπ' ὄψιν θεῖναι τὰ σφίσι πραχθέντα, καὶ δεῖξαι ὡς πολλὰ μὲν ἔσχον καὶ θέλοντος αὐτοῦ καὶ μὴ θέλοντος, οὐδὲν δ' ἔπραξαν ὅσα μισθοὺς ἐφέλκεσθαι δύνανται, ἐνάτῃ Κρονίου τοὺς ἰδίους συνεκκλησιάσας, παρόντων καὶ τῶν τῆς πολιτείας χρησίμων ἐν κοινῷ, καὶ αὐτὸς ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης τὰ κατ' αὐτοὺς διεξῄει, ἐμοὶ δοκεῖ, ἀντίτομα τῆς ἐκεῖ δημηγορίας συνεργαζόμενος ἄντικρυς. διεξῄει γὰρ καὶ οὗτος πρὸς τοὺς
B πρέσβεις λέγων ἀρχῆθεν τὴν ἀπὸ τῆς Σικελίας τοῦ ἄγοντος σφᾶς ἀξίωσιν, καὶ τὴν αὐτοῦ ἐπὶ τούτοις νεῦσιν καὶ πρόσκλησιν, καὶ ὅτι οὐ τόσους μετεκαλεῖτο ὅσους ἦν ἀγαγὼν ἐκεῖνος, καὶ ἀγογὼν ἠξίου πρὸς καιρὸν δέχεσθαι, ὅτι τε διαχειμερίζοντες κατὰ Κύζικον καὶ ἐς ἔαρ οὐχ ὅπως ἐνήργουν κατὰ τῶν πολεμίων, ἀλλὰ καὶ πόλλ' ἄττα τὴν χώραν εἰργάσαντο δυσχερῆ. εἶτ' ἐπισυνῆπτε

5. βασιλέως P. 11. ἀπ' deerat.

beat, ducere non dubitet adversus alios in contumacia perstantes et adhuc vociferantes se, si pecuniam quam petunt accipiant, quietaros, sin minus, regionem incursuros hostiliter. horum ulcisci proterviam conserendo cum his praelio in animo sibi esse, ubi suarum caeterarum copiarum ideneum ad spem victoriae subsidium adiungi sibi Augustus inserit. (19) eadem porro vel his similia Catelani post sumptum quasi ad deliberandum intervallum quindecim dierum, trium e suis legatione ad imperatorem missa, non sine decora specie submissionis venerabundae ac compositae iam mentis exposuerunt. quibus volens imperator ob oculos ponere quae fecissent, et ostendere istorum quae poscerent pleraque iam ipsos praesumpsisse, partim volente partim nolente se, nihil vero in suum obsequium egisse omnium quae attrahere mercedem in sedulos ministros ut merentes possunt, nona die mensis Martii, congregatis in conventum palatinis familiaribus, adhibitis etiam eodem e civium corpore quorum tali negotio praesentia utilis videretur, ipse inde usque ab ultimo res initio repetens, super et actis et postulatis et meritis Catelanorum exorsus est dicere. mihi videtur opportunum eius orationis summam hic in panca contractam ponere. principio ergo quid scribens e Sicilia dux eorum petierit, utque ipse ac quatenus annuerit ipsumque vocaverit, memoravit, magnopere observari iubens sese haudquaquam tot accersivisse quot ille duxisset; quos tamen iam adductos quia durum esset continuo dimittere, precibus ducis indultum a se ut ad breve dumtaxat tempus retinerentur. executus hinc est ut illi hibernantes apud Cyzicum ibique ad ver usque adultum diversantes non modo nihil contra hostes egerint, sed multa interim gravissimaque damna incolis eius regionis intulerint. adiunxit his

καὶ τὰ κατ' ἀνατολήν, καὶ ὡς πόλλ' ἄττα καὶ δεινὰ οὐ τοὺς ἐχθροὺς ἀλλὰ τοὺς Ῥωμαίους διατεθείκασι. καὶ νῦν δὲ διαπε- C
ραιωθέντες, ἔλεγε, πόλλ' ἄττα καὶ ἀτάσθαλα κατὰ δύσιν πράξειαν, ὧν οὐδὲν ἐκ τοῦ εἰκότος αὐτῷ οἱ ἄπυστον εἶναι. ἐξ ὧν ἱκανῶς ἔχειν τῶν μισθωμάτων, ἦν τις λογίζοιτο, σφᾶς. ἅπερ ἄξιον ὂν δεινῶς μετελθεῖν οὐ μετῆλθεν ὅμως, ἀλλὰ καὶ ἄλλα προσφιλοτιμεῖται, καὶ πρὸς ἀνατολὴν πέμπει, χώραν ἱκανῶς ἔχουσαν σφᾶς τρέφειν. ἐκεῖνοι δὲ ἀλλὰ σοβαρευόμενοι ἀπειθοῦσι, καὶ προσέτι προσαπειλοῦσι, μηδὲν ἀκριβῶς εἰδότες τὴν βασιλείαν Ῥωμαίων ὁπόσον ἰσχύει καὶ ὡς εὐπετῶς ἔχει καὶ τριήρεις ναυπη- D
γήσασθαι καὶ μαχηταῖς ἐξαρτύσασθαι, μηδὲν δεομένη συμμάχων ἐκείνων, ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον τὰς δυνάμεις ἀποχρώσας ἔχουσα ὥστ' εὐμαφῶς ἔχειν φόβον καὶ τοῖς μαχρὰν ἐμβαλεῖν, κἂν τῷ τέως αἰτιῶν πολλῶν προσίστανται ἁμαρτίαι. εἰ τοίνυν ἀγαπῷεν λαμ-
βάνοντες τὰ διδόμενα. εἰ δ' οὖν, καὶ αὐτὸν ἔχειν ἀμυνεῖσθαι ἀλιτηριώδεις φαινομένους ἀντὶ συμμάχων, εἴ που τοῖς καθεστῶσι

6. ὃν deerat. 13. τέως ἐξ αἰτιῶν?

quae iidem deinde in tractu Orientali fecissent, ut nimirum iniuriis et contumeliis plurimis non hostes sed Romanos affecerint. et nunc quoque traiecto Hellesponto quam saeve ac flagitiose vexaverint Occidui tractus Romanos habitatores attexuit; quorum quidquam ignotum inauditumque sibi esse si opinarentur, vehementer errarent. atque haec tot locis ab his corrasa si quis aestimatione rite inita in summam colligat, reperiet haud dubie plus satis iam eos stipendiorum ac mercedum accepisse. ubi cum indignandi locus esset quod quae violenter extorsissent iterum seditiose minaciterque reposcerent, bis in eodem idque intolerabiliter peccantes, tamen consueta se utentem lenitate, non modo rapta non repetere, sed super haec offerre donum gratuitum pecuniae, si se ad modestiam componant, ipsis numerandae, assignareque regionem in qua commode vivant, provisis iam a se copiosis alimentis, in Orientali continente, quo transfretare ipses iubeat. quid ad haec autem illi? nempe consueta fremunt audacia, et praeterquam contumaciter obsequium detrectant, etiam insolenter minari non verentur, non reputantes quale ac quam potens sit Romanum imperium, quam ipsi facile et triremes fabricare et fertibus easdem complere copiis, sicque ostendere quam non egeat auxiliis ipsorum; quippe quod optimo militum genere ita, cum velit, abundat, ut terrorem sui in dissitas procul gentes proferre soleat, utcumque nunc provocata peccatis multorum dei vindicta, cladibus attritum inopinatis languent paululum, non sine spe tamen pristini vigoris cito resumendi. consulant isti ergo rebus suis, et contenti, si sapient, donativis ex mera sua liberalitate oblatis pacate se conferant quo iubentur. sin ferere pergunt, sane sciant se haud cunctaturum amplius, quod facile queat, rebelles scelerates poenis meritis subiicere; nec passurum ut, quod hactenus fecerunt, hostes se Romanis crudelissimos, nomine sociorum admissi, perfidiose prae-

E παρεγχειροῖεν. μηδὲ γὰρ ἀγνοεῖν ὅλως ὁπόσοις ἐκ τῶν Ῥωμαίων ὀλίγου ἐνικανώθησαν χρόνου, καὶ ταῦτ' ἐφ' ἱκανὸν ἐς Θευδερίχου πολέμοις συνεχέσι ταλαιπωρούμενοι, καὶ μηδὲν ἀπονάμενοι τῶν ὅσα δεικνῦσιν εὔπορον. σημεῖον δ' εἶναι τὸ ἐκεῖθεν ἀπαλλάττοντας μηδὲν ἐς νέωτα ἐπιφέρεσθαι, ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἐρήμοις διάγοντας, οὕτως ἐκεῖθεν φανῆναι γυμνούς τινας καὶ ἀνόπλους
P 359 καὶ μηδὲ τῶν καθ' ἡμέραν ἐς τροφὴν εὐπορουῦντας. νῦν δ' ἀλλ' ἀργοὶ κάθηνται καὶ ὑπερηφάνους τὰς μισθοφορίας ἀπαιτοῦσι, τί καὶ πράξαντες ἀγαθὸν καὶ μαχητῶν ἔργον γενναίων, τοὺς ἐχθροὺς καὶ ταῦτα ἐγγὺς ὁρῶντες, πολέμοις συντραφέντες καὶ μάχαις, ὡς λέγουσιν. ὧν χάριν ἐγκαλύπτεσθαι δέον, οἱ δὲ καὶ ἀπειλοῦσι κατατρέχειν τὴν χώραν, ὥσπερ ἂν ἔρημος προύκειτο τοῦ πολυωροῦντος, καὶ ὡς οὐκ οἴδασιν ὡς κατὰ νώτου τούτοις ὁ βασιλεὺς καὶ αἱ περὶ αὐτὸν δυνάμεις, ὧν μὴ ὅτι γε τὴν προσβολήν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν φήμην προσπελαζόντων ἐνέγκαιεν.

B 20. Ταῦτα καὶ πλείονα τούτων διαλαλήσας ἐκείνοις μὲν τὸ σφίσι συνοῖσον ἀφῆκε βουλεύεσθαι, αὐτὸς δὲ τὸν τοῦ οἰκείου

2. ἐς] ἐν?

beant. sese porro facultatesque circumspiciant suas, nec obliviscantur quod palam est, ipsos, quidquid habent, quo vivunt et spirant, a Romanis accepisse; quos dudum fame et egestate perisse necesse fuerat, nisi omnium inopes e Theuderichi castris Romanum imperium fomentis recreatos opportunis, incolumes ad hoc tempus perduxisset. pallidos, exangues, miseras reliquias belli Siculi, nudos vos atque inermes excepimus, omnibus indiciis monstrantes quam sterilem ac damnosam alibi militiam militaveritis; ex qua utique vobis, quantum apparebat, ne unde quidem in diem posterum vel misere vesceremini supererat. nam ita facie luridi, ita vestibus laceri, ita professionis etiam instrumentis vestrae, armis, inquam, destituti in littus estis nostrum expositi, quasi e deserto quodam et vasta solitudine in terras demum cultas transiretis. nunc vero impinguati nostris copiis otiosi videlicet desident: quin et feroces tumidique laborum, quos ignave vitarunt, mercedes flagitant. quanam vero eas navanda opera promeriti? agite, quid memorabile gessistis? quo forti vos facinore manu rem gerendo commendastis? atqui hostes non deerant, quos ante oculos habebatis, summo vestri contemptu ferentes agentesque late cuncta. haeccine decora vestra sunt, hominum, si ipsis de se praedicantibus creditur, bellis innutritorum ac praeliis? qui si vera memorant, pudere ipsos, quod a pristina virtute tam probrose degeneraverint, deceat, et latebras ignominiae suae quaerere. atque hi tamen sunt quos audio minari hostiliter incursuros terras nostrae ditionis, tamquam regiones nostro subiectae imperio praesidiis tutelae ipsarum invigilantibus careant. neque cogitant imminere ipsis a tergo Augustum Michaëlem, tot ac talibus instructum copiis, quarum ne famam quidem adventantium, nedum impetum ac vim irruentium queant sustinere.

20. Haec et plura horum prolocutus imperator Catelanos, ut de rebus suis secum deliberarent, dimisit. ipse autem proprii germani Cos-

αὐταδέλφου τοῦ πορφυρογεννήτου Κωνσταντίνου υἱὸν ἀναδοχῆς ἀξιώσας μείζονος ἢ κατ' ἀδελφόπαιδα, ἅμα δηλῶν ὡς τάχα ἂν καὶ τῷ πατρὶ τούτου καλῶς ἐς ἅπαν ἐχρᾶτο καὶ διὰ τέλους ἤγαλλεν, εἰ μή γ' ἐκεῖνος τὰ πρὸς αὐτὸν ἐφωράθη δύσνους, τιμᾷ οὔπω τελέως τοῦ ἑπτακαιδεκάτου ἐπιβάντα ἔτους τῷ τοῦ πανυπερσεβάστου ἀξιώματι, πλὴν οὐ κατὰ τὸ ἀρχῆθεν τῆς ἀξίας ταυτησὶ σχῆμα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τῶν κιρρῶν παρασήμοις σεμνύνει, ἃ δὴ τῆς ἐπαρχίας πρότερον σύμβολα ἦσαν, ἀξύμβολον ὅσον ἐπὶ P 360 τούτοις τοὐντεῦθεν τὸν ἔπαρχον καταστήσας. οὕτω γὰρ πρότερον κἂν δυσὶν ἐπάρχοις, τῷ τε Ὑπερτίμῳ καὶ τῷ Χαλκεοπούλῳ, πεποίηκεν, ἀξυμβόλους καταστήσας σφᾶς, ὡς ἄξιον ὂν τὸν ἐγγὺς βασιλέως ὄντα καί γε πρὸς αἵματος, λέγων, παρασήμοις τοιούτοις σεμνύνεσθαι. ταῖς δὲ περὶ τὸν υἱὸν καὶ βασιλέα δυνάμεσι πέμψας προστάττει, ἐπεὶ ἐκείνους οὕτως ἀπέπεμπε, συναχθείσας περί που τὴν Ἄπρω στρατοπεδεύεσθαι, κἄν που συνεξορμῶεν σὺν Ἀμογαβάροις Κατελάνοι, πειρᾶν ἐπέχειν πολέμῳ. καὶ B ταῦτα μὲν ἔπραττε βασιλεύς, οὐδὲ τὸν γαμβρὸν ἀφιεὶς ὅλως τῆς προσπαθείας καὶ ἀπαρτῶν τῆς κηδεμονίας, ἀλλὰ παντοίως προσποιούμενος καὶ Καίσαρα ἤδη φημιζόμενον, ἐπεὶ καὶ ἡ σύζυγος ἐκείνου τὰ Καισαρικὰ ἅμα δεξαμένη περιεβέβλητο. καὶ

4. ὑφοράθη P.

stantini Porphyrogeniti filium in maiorem honorem provehens quam sperare a patruo verisimiliter potuerat fratris filius (significare videlicet, opinor, volens; se patri huius adolescentis mortuo constans exhibiturum fuisse, dum viveret, officium benevolentiae fraternae, nisi ille se sibi infensum manifestis indiciis monstrasset) ornavit eum, nondum anno aetatis septimo decimo egressum, panhypersebasti dignitate, quamquam ei non concessit a principio habitum eius tituli proprium, sed gilvis eum insignibus honoravit; quae praetoriae prius erant symbola potestatis, ita ut deinceps praetor ornatum non haberet qui uni ipsi conveniret proprie. sic enim et prius duobus praetoribus Hypertimo et Chalceopulo fecerat, propriis eos privans insignibus, dum horum usum communicat aliis. aiebat autem rationem reddens facti huius imperator videri sibi peculiariter aptum colorem gilvum insigniendis qui gradu ac consanguinitate proxime imperanti sunt admoti. iam quoniam providebat a Catelanis, super repulsam etiam obiurgatione a se irritatis aspera, insultum iure aliquem timeri posse, Michaëlem Augustum iussit, collectis cunctis in unum copiis circa arcem Apro dictam castra metari, ac si qua erumpere cum Amogabaris Catelani conarentur, vi eos pugnaque cohibere. atque haec sic agens imperator haudquaquam affinem suum intimum et quasi generum Rontzerium plane abdicabat, aut benevolentiae curaeque, quas talis necessitudo posceret, omnino expertem relinquebat, sed e contrario genere omni blanditiarum demulcebat, iam utique paene declaratum Caesarem: Caesarea quippe insignia uxor eius ab Augusto accepta induerat. sata-

ταῦτ' ἔπραττε τῶν πολλῶν διιστᾶν ἐκεῖνον πειρώμενος, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς τοιαῦτα πέμπων πρὸς βασιλέα διεμηνύετο.

C 21. Ὁ δέ γε πατριαρχεύων Ἀθανάσιος τὰ πολλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως συγκροτούμενος, οὐδὲ αὐτός, ὡς ἐδόκει, καθυφίει τῆς πρὸς ἐκεῖνον θεραπείας, καὶ μᾶλλον ὅτι γε καὶ πολλῶν τῶν δυναμένων βασιλεῖ συνεῖναι καὶ ξυνεργεῖν εἰς τἀγαθὸν ἔρημον τοῦτον ποιεῖν συνέβαινε, τοῦτο μὲν ἀποφυγόντων ἑκουσίως ἐς πόλεις ἑτέρας, τοῦτο δὲ καὶ αὐτῶν αἰτίαις περιβαλλόντων ἐκείνους ὧν ἕνεκα καὶ ἀπηρτημένοι βασιλέως ἦσαν. καὶ διὰ ταῦτα ὑποποιούμενος τὸν καιρὸν οὗτος συνεχέσιν ἀγρυπνίαις καὶ λιτανείαις περιεσπᾶτο, στῖφος μοναχῶν συγκαλῶν καὶ ἱερωμένους καὶ πλῆθος ἄλλο, καὶ πολλὰ ὑπερπαθῶν τῷ δοκεῖν συνόδοις ὁλημέροις μόνος ἀρχιερέων, μόνος τῶν προυχόντων τῆς ἐκκλησίας, P 361 τοὺς μὲν παραπέμπων ὡς ὅθεν εἰς τὰς λαχούσας, τοὺς δὲ καὶ παρὰ φαῦλον τιθέμενος, τὰς ἀμφισβητήσεις τοῦ πλήθους διαλύειν πειρώμενος, κἂν ἄλλως κακῶς εἶχε τὸ τῆς ἐκκλησίας πλήρωμα, τῶν περιφανῶν ἐν ἐνθείᾳ καὶ ἀτιμίᾳ διαβιούντων. οὐ

gebat videlicet hac arte a communibus gentis suae consiliis Rentzerium abducere, occasionem eius spei e missis ab hoc arcano ad se nuntiis sumens, quibus studiose persuadere conabatur se devoto perstare in Augustum animo, sed quandam agendi loquendique adversus imperatorem simulationem extorqueri sibi metu ac minis suorum, quorum contumaciam tacitus detestaretur.

21. Patriarcha porro Athanasius ut ingenti semper favore atque applausu imperatoris honorabatur, ita nec ipse videri volebat ulla vicissim in re cessare quae ad ei gratificandum obsequendumve pertineret. ad quod illum stimulabat maxime solitudo imperatoris et destitutio a multis sua causa absentibus, quorum praesentia et opera in tot illis difficultatibus gravissimi temporis iuvari potuisset, quibusdam eorum exilium sibi sponte consciscentibus recedendo in civitates alias, et iisdem caeteros implicantibus in easdem causas ob quas ipsi ab imperatore discessissent. quare patriarcha congruentem tristitiae temporum solicitudinem ostentans, continuis vigiliis et litaniis numen propitiando rerum in praecipiti pendentium ruinas fulcire conabatur. multus igitur erat in congregandis ad orationem monachorum coetibus, sacerdotum quoque ac turbae caeterae, prae se ferens ex animo se compati calamitatibus publicis. quotidianas quin etiam celebrabat synodos, quamquam solus ipse quidem archiepiscoporum, solus ecclesiasticorum procerum, quippe cum reliquos ipse ab urbe amandasset omnes, alios quidem ad suas ecclesias praesenti cura regendas ire iubens, alios delationibus vulgi ad suum tribunal vocatos, secundum accusantium vota fere iudicans, ignominia deformatos cogens declinare conspectum multitudinis et prae pudore dedecoris inusti latebras peregre quaerere. reliquum vero ecclesiasticorum corpus graviter universum laborabat, illustrioribus quibusque horum partim inopia conflictatis, partim honore imminuto de gradu splendoris pristini deiectis. non enim

γὰρ ἐξήλλακτο τῷ ἀνδρὶ τὰ τοῦ ἤθους οὐδ' ἐς βραχὺ καταστάσεως τῆς ἀρχῆθεν, καίτοι γε τοῦ βασιλέως πληροφορουντος, ὅτ' αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ πάλιν πραγμάτων ἐποίει, ὡς τὸ ἦθος ἐνήλλακται. ὅλως δὲ ἀθώπευτος ἦν καὶ ἄτεγκτος, καὶ ἵν' οὕτως εἴπω, κατὰ τοὺς κερασβόλους κνάμους ἀμάλακτος, βαρὺς μὲν μοναχοῖς, ἐξαλλάττων καὶ αὐτὰ τὰ τῶν μονῶν τυπικὰ καὶ μονοφαγίαν δι' ἔτους ἐξακριβούμενος, ὡς καὶ ἐννατίζειν ἀεί, κἂν ἐφιστῷτο δεσπόσυνος ἑορτὴ καὶ τῶν πασχαλίων, βαρὺς δὲ καὶ κληρικοῖς, βαρὺς δὲ καὶ λαϊκοῖς, καὶ τὰ πάντ' ἄγων καὶ φέρων εἰς θεῖα δικαιώματα, οἷς οὐδ' ὅλως οὐδ' οἱ ὁμολογουμένως περὶ τὰ θεῖα ἠκριβωμένοι κατεχρήσαντο. καὶ ἐπορεύετο κραταιούμενος ἐπὶ τούτοις βασιλέως συγκροτησμοῖς, κἂν πάντες, καὶ μᾶλλον τῶν ἐπιδήλων, δυσχερῶς εἶχον τοῖς παρ' ἐκείνου πραττομένοις. τὰ γὰρ ἐκείνου ἤθη πρὸς τὰ τῶν ἄλλων ἐξαίσια ἦσαν καὶ ῥᾳδ' ὅλως ἐκείνοις συνέβαινον, τοῖς μὲν ἐξ ἐναρέτου δῆθεν δοκήσεως, τοῖς δ' ἐξ ἐμφύτου γνώμης δοκοῦν, τοῖς δ' ἐμπαθοῦς διαθέσεως κατὰ γνώμην τῶν πάλαι. ὁπόθεν δὲ τοῦτ'

vel ad breve tempus Athanasius immutare quidquam aut remittere de illa morum acerbitate priori patriarchatu odiosissime exercita curaverat, ut cumque et credidisset imperator et persuadere aliis spondendo studuisset, quando illum ecclesiasticis rursus negotiis praeposuit, alium plane iam ipsum a primo illo dudum exoso ac formidato nunc esse factum, cum tamen is tunc maxime nullis se verborum officiis delinibilem, praerigidum plane quendam, et ut sic loquar, prout de fabis aiunt cornu tactis, nulla coctura emollibilem praeberet, gravem quidem monachis (quibus ipsum quotidie numerum psalmorum et cantus ecclesiastici, usu monasteriorum singulorum dudum definiti, modum passim exaggerans mutaret, eisdemque de novo praescriberet, tamquam instituti observationi monastici necessario annexam, religionem continuati citra intermissionem ullam per totum aeque annum ieiunii, unica in die refectione contenti; unde fiebat numquam plane hora prius nona gustare quidquam monachos, ne in festis quidem domini aut ipsis Paschalibus), gravem etiam clericis, gravem et laïcis, dum omnia omnium ad divinarum, ut aiebat, iustificationum normam acerbe semper emendans revocat; quali severitate nullum eorum qui omnium confessione haberentur divinarum legum observatores exactissimi, usum fuisse constabat. inter hos ille velut inanes contemptim fremitus erecta fronte, quo intenderat gradiebatur, fretus sibi paratissimo, et quo magis pergeret, benignius semper aspirante favore imperatoris, quantumvis interim omnes ringerentur, maxime autem insigniores quique aegerrime ferrent quae ab illo videbant fieri, tantumque abessent a dignandis assensu vel approbatione sua ulla eius actis, ut mores ipsius in comparatione cum aliis laude omnium celebratis praesidibus ecclesiarum plane sibi videri monstrosos atque horribiles non dissimularent. in eam alios sententiam adducebat recta aestimatio verae virtutis: alii sensu quodam innato et quasi genii abhorrentis incitabantur impulsu. nonnullos, nec forte paucos, stimulabant irae in Athanasium veteres, prioris olim eius regimi-

ἦν, ἔξεστι γίνεσθαι τοῦ πείθοντος λογισμοῦ. ἀμέλει τοι καὶ μὴ μόνον τοῖς ἀρχῆθεν σχιζομένοις ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγλευκὴς ἐδόκει καὶ ἀτενοῦς ἤθους καὶ ὅλως δυσπέμφελος. βασιλεὺς δὲ οὐ μᾶλλον ἐκεῖνον ἢ τὴν οἰκείαν συνιστῶν οἷον, ὡς ἐῴκει, γνώμην, ἐφ' οἷς καὶ τὴν ἀρχὴν ἐκεκρίκει, οὐδ' ἐς βραχὺ τῆς ἐπ' αὐτῷ πολυωρίας καθυφίει. ἐπεὶ δὲ καὶ φάμουσ' ἄττα ῥιφέντα μέχρι καὶ ἐς αὐτοῦ χεῖρας πεφθάκει, δεινὰ ἄττα λέγοντα καὶ ἀπᾴδοντα, οὐκ ὀλίγην κἀκεῖνος εὑρίσκει σχεδιασθεῖσαν τῷ πατριαρχοῦντι σύστασιν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. εἶχε μετὰ πολλῶν ἄλλων ἡ πόλις καὶ Ἀρμενίους ἐποίκους. τῶν τις καὶ προεπεφθάκει προσδραμὼν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καὶ μύρῳ τῷ ἁγίῳ χρισθείς. παρ' ἣν αἰτίαν καὶ ἄλλοις μὲν τοῖς ὁμογενέσιν ἀπόστοργος ἦν, διαφερόντως δέ γε τῇ ἀδελφῇ. ὡς δὲ καὶ πικρῶς εἶχον καὶ ἐλοιδοροῦντο τῷ ἀποκλίναντι διὰ τὴν μετάθεσιν, ἐνεπικραίνετό οἱ καὶ ἡ ὁμαλμῶν, καὶ μέσον τούτων ἔχθρα συνίστατο. ὧν ἐν μιᾷ διαλοιδορουμένων, κἀκείνου προσαπειλοῦντος ἀναφέρειν τῷ πατριάρχῃ καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ὀνείδη διεγκαλεῖν, εἷς παρευρεθεὶς ἐκείνοις καὶ ἀναξιοπαθήσας οἷον, τὴν ἔγκλησιν

nis iniuriis accensae, quarum memoriam praesens similium experientia refricabat. cuiusmodi praeiudicia quos insederint animos, iis nimirum facile persuadent iustis se nec reprehensioni obnoxiis moveri odiis, dum eos aversantur quos tam merito cunctis exosos intelligunt. verum Athanasius vel ignarus vel sic tanquam ignoraret securus adeo flagrantis in ipsum invidiae, non iis solum quos priori functione patriarchalis potestatis irritaverat vexando, abscindique a sui communione coëgerat, durum indomitumque se praebebat, sed et sine discrimine cunctis aliis acerbus, austerus, morosus, ac velut mare procellosum, minaci semper appārere pergebat, si non etiam affectabat, terribilis specie. porro imperator non magis illum quam proprii a principio de illo declarati auctoritatem iudicii constantia perseverabat irrevocabili tueri; nec ei consulendi eiusque invigilandi securitati providam solicitudinem remittebat. quoniam vero tam licenter in vulgus spargebantur libelli adversus Athanasium famosi, ut quidam eorum gravia et valde absona continentes usque ad ipsas imperatoris pervenirent manus, inventam is occasionem cupide arripuit patriarchae de novo ad populum commendandi ex causa quam mox exponam. habebat urbs inter alios variarum gentium inquilinos plures etiam aliquos Armenos. horum quispiam relicto suorum ritu nostrae se catholicae aggregaverat ecclesiae, sacro ad hoc unctus chrismate; quo nomine magnum in se concitarat odium popularium suorum, praesertim vero sororis, adeo ut passim eum cum caeteri consanguinei conviciis proscinderent, quod e religione patria ad aliam descivisset, tum eundem amarissime ob id ipsum germana increpare non desineret. eratque tali ex causa continuum inter eos commissum iurgium. quod dum die quadam ferventius agitaretur, hinc de more conviciantibus homini domesticis, inde illo minante se ad patriarcham relaturum quae sibi exprobrarent et eos apud ipsum accusaturum, repertus illic quidam est qui, velut rem indignam ra-

ἐβλασφήμει καὶ πίστιν καὶ πατριάρχην, τὸν καταφρονητὴν ὑπεμφαίνων, ὡς ἥκιστα φροντιῶν, εἰ ἐπικαλοίη. μικρὸν διῆλθε τῆς ὥρας, καὶ ἀποστὰς ἐκεῖθεν, μεταξὺ τὴν ὁδὸν διερχόμενος, παρὰ μηδεμίαν αἰτίαν ἐμφανῆ ξυμποδίζεται καὶ πίπτει πτῶμα δεινόν, καὶ ἔδοξεν ὑποσχὼν δίκας τῆς βλασφημίας, δεινῶς συντριβεὶς τὸν πόδα. ταῦτα μαθὼν βασιλεύς, καὶ ὡς εἰκὸς τὸ B πραχθὲν ἡγησάμενος θαυματούργημα, τὸ πᾶν τοῦ παραδόξου τῷ πατριαρχοῦντι προσανετίθει, δέον ὄν, οἶμαι, καὶ μᾶλλον θεῷ καὶ τῇ πίστει, ἣν ἐκεῖνος ἀφρόνως βεβλασφημήκει. καὶ αὐτίκα πρωΐας σύναξιν κοινὴν παραγγέλλει, ἐπιτάττει δ' ἐνεχθῆναι καὶ τὸν καταραχθέντα ὡς εἶχεν ἐπὶ τοῦ σκίμποδος. οὗ δὴ καὶ ἐς μέσον τεθέντος, πολλὴν καὶ διωλύγιον διεξῄει δημηγορίαν, συνιστῶν ἐντεῦθεν ὧν συνιστᾶν ἤθελε, τῶν δ' ἀπ' αὐτοῦ σχιζο- C μένων, καὶ μᾶλλον τῶν ἰδίως ζηλούντων, τὰ πλεῖστα καθήπτετο, κἂν ἐκεῖνοι τὴν γνώμην ἀμετάθετον εἶχον ἐφ' οἷς ἀρχῆθεν ἐπισχυρίζοντο. καὶ ἔπασχον μέν, ἔπασχον δ' ἂν καὶ τὰ μέγιστα, εἰ βασιλεὺς ὑφίει καὶ συνεχώρει. ἀλλ' ἀνεῖχεν ὅλως τὰς ἐπ' ἐκείνοις τῶν ἄλλων ὁρμὰς τρόποις χρηστότητος.

22. Ἐν τούτῳ καὶ ὁ ἀπὸ μεγάλου δουκὸς Ἰταλὸς μὲν τὸ P 363

tus intentari ipsis auctoritatem alieni patriarchae et iudicii eius periculum denuntiari, erupit in maledicta, diris devovens et fidem et patriarcham istum, quem contemnere se nec nauci facere, aut quid de se censeret, si coram eo citaretur, omnino curare demonstrabat. nondum huic tota a prolatis verbis talibus hora effluxerat, cum abscedens inde, dum per urbem ambulabat, ex nulla quae appareret causa supplantatur sterniturque humi diro casu, visus blasphemiae poenas pendere, quod eo lapsu pedum illi contritus alter est. eo imperator cognito, eventum ex prima statim specie manifesto miraculo imputans, pro caetera sua admiratione patriarchae, prodigium id esse a deo declarante suum in ipsum amorem et eius apud se merita mirabiliter patratum sine ulla dubitatione credidit, verisimilius, ni fallor, opinaturus, si fidei ab isto blasphemia violatae repetitam sic a numine ultionem fuisset interpretatus. postridie igitur mane confestim concionem frequentem advocat. praecepit autem eo in lectulo deferri eum qui pridie pedem, ut dictum est, fregerat, quo in medio posito sane longam et verbosam e superiore Augustus loco effudit orationem, exquisitis evehens praeconiis quem volebat commendare, abscissos autem ab eo, aut potius ei privatim invidentes, haud parce omni occasione incursans, frustra id quidem, quantum ad eos de sententia dimovendos pertinuit. adeo enim quidquid imperator diceret, nullam vim eorum animos immutandi habuit, ut contra in antiquis adversus Athanasium iudiciis et odiis magis magisque confirmarentur. et patiebantur illi quidem ab Athanasio multa, multo plura et gravissima passuri, si permitteret eum imperator ad extremum indulgere maligno suo genio. inhibebat enim ille omnino et ab illis arcebat, innatae mansuetudinis instinctu, saevos ferosque imminentium iis perdendis Athanasianorum impetus.

22. Inter haec is qui magnus dux fuerat, Italus quidem genere, sed

γένος, ταῖς δ' ἀπὸ τοῦ βασιλέως ὀνομασίαις ὡς γαμβρὸς κλειζόμενος, πέμπων πολλάκις πρὸς βασιλέα καὶ τεχνιτεύων τὰς σκαιωρίας, τέλος ἀποσταλέντα καὶ αὖθις τὰ τοῦ Καίσαρος σύμβολα κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τοῦ ἁγίου Λαζάρου ἐγέρσεως ὑποδέδεται καὶ Καῖσαρ φημίζεται, δέχεταί τε παρὰ βασιλέως καὶ χρυσίου
B νομίσματα χιλιοστύας τρεῖς πρὸς τριάκοντα. ξυνέκειτο δὲ σφίσι λαμβάνειν καὶ σίτου τοπικοὺς μοδίους ἑκατὸν χιλιάδας, καὶ μέχρι καὶ ἐς τρεῖς χιλιάδας μαχίμων ἀνδρῶν παρακατασχόντα τοὺς ἄλλους ἀποπέμπειν, καὶ αὐτίκα περᾶν κατ' ἀνατολήν. ἀλλ' ὅμως ἐκ σκαιωρίας καὶ αὖθις οὐχ ὑπελείπετο πρόφασις, ἀλλὰ πολλοὺς μὲν ἀνὰ Κύζικον πέμπει πολλοὺς δ' ἀνὰ Πηγάς, ἱκανὴν δὲ μοῖραν καὶ τῷ Λοπαδίῳ προσνέμει. αὐτὸς δὲ καὶ τοὺς περὶ τὸν Μπυριγέριον θάλπων ἤδη ἀποστατήσαντα, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἀμφὶ
C τὸν νόθον ἀδελφὸν Θευδερίχου ὑποποιούμενος, τούτοις μὲν μέχρι καὶ Μιτυλήνης τὸν πλοῦν περιώριζεν, ἐκείνους δὲ παρακατεῖχε καὶ προφάσεις ἐπλάττετο καὶ ἄλλας μέν, τέως δέ γε τὴν ἔκδηλον, ὡς ἀκαθέκτους ὄντας οὐ δύναται καθυπάγειν εἰς τὸ οἰκεῖον θέλημα, καὶ ταῦτα μηδὲ ταῖς κεχρεωστημέναις μισθοφορίαις ἱκανωθέντας. ὑπεποιεῖτο δὲ καὶ τὴν τῶν ἑκατὸν χιλιάδων τοῦ σίτου συναγωγήν· καὶ ἀνὰ μέρος μὲν οἱ τοῦ βασιλέως συνῆγον ἐκ τῆς

2. βασιλεῖ P.

qui generi appellatione ab imperatore honorabatur, mittens subinde ad Augustum et fraudum illum suarum artificiis implicans, denique rursus ab eo missa Caesareae dignitatis insignia, die qua Lazari resurrectio celebratur, induit et Caesar acclamatur. accepit autem ab imperatore tria et triginta nummorum aureorum millia. conveneratque inter illos tradenda praeterea illi fore modiorum frumenti mensurae locis illis usitatae centum millia. ipse autem spoponderat tria se dumtaxat bellatorum fortium millia e suis copiis retentorum, ac dimissis reliquis cum illis traiecturum in Orientem. quibus in cunctis administrandis consuetas adhibebat astutias, variis praetextibus illudens. nam ex illis quos se dimissurum promiserat, multos Cyzicum misit, multos Pegas; nec modicam eorum partem Lopadii collocavit. interim ipse Mpyrigerium palam imperatori rebellem fovebat, et cum fratre notho Theuderichi eiusque classe piratica familiare commercium habebat, idoneis eos officiis deliniens. ac Siculis quidem illis spatium incursandi maris usque ad Mytilenem praefinivit: Catelanos autem quos dimissurum se promiserat contra pacta retinens, fictas perfidiae excusationes obtendebat, cum alias, tum illam iam tralatitiam, haud posse se adigere quo cuperet homines infraenes, qui praesertim debita dudum sibi nec adhuc repraesentata stipendia reposcerent. nec temperabat quin fraudandi occasionem arriperet ex imperata de qua diximus comportatione frumenti, ipsi prius quam transfretaret in Asiam admetiendi. ne enim unquam constitutus modiorum numerus plene posset confici, ut quamque illius partem regii ministri conferri locum in

χώρας ἐκείνῳ τὸν σῖτον, ἀνὰ μέρος δ' ἐκεῖνος τοὺς ἰδίους πέμπων ἐξεφόρει τὸ εὑρισκόμενον, προφάσει μὲν ὡς ἐπιταχύνων τὴν D
ἀπανάστασιν, τὸ δ' ἀληθὲς καὶ ὃ μᾶλλον κατενοεῖτο, τὰς ἐπιθυμίας ἐμπιπλῶν καὶ καταφρονῶν ἐς ὅτι μάλιστα. ἐν τοσούτῳ
δέ, ἵνα δὴ καὶ πλέον τὸν βασιλέα ὑποποιήσηται, ἅμα δὲ καὶ κατά τινας ἑτέρας προφάσεις, τὴν μὲν πενθερὰν καὶ τὴν σύζυγον τῷ ἐγγαστρίῳ βαρουμένην φόρτῳ πέμπει κατὰ πόλιν πρὸς
τὸν κρατοῦντα, περιαργῶν τὴν διαπεραίωσιν ἐκ προφάσεως, ὡς P 364
εἰ μὴ ἐπανέλθοιεν αὖται ἐξηνυσμένων καὶ τῶν ἀπαιτουμένων,
οὐδ' ὅλως περαιωθησόμενος. (23) αὐτὸς δὲ συμπαραλαβὼν B
οἷς καὶ μᾶλλον ἐθάρρει, ποσουμένους περί που τοὺς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ἔγνω πρὸς βασιλέα Μιχαὴλ κατὰ τὴν Ἀδριανοῦ διάγοντα ἀπελθεῖν, προφάσει μὲν καὶ τῷ φαινομένῳ ὡς προσκυνήσων καὶ βλέψων ὃν ἐς τόδε οὐκ εἶδεν, ἔτι δέ γε, καὶ ὡς ἔλεγε,
συνταξόμενος μέλλων διαπερᾶν, τῷ δέ γε βαθυτέρῳ, καὶ ἐφ' οἷς ὑπωπτεύετο, κατασκοπήσων τὸ περὶ τὸν βασιλέα στράτευμα.
καὶ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνοι πρὸς τὰς αὐτῶν ἀτασθαλίας ἠρέμουν, ἀλλ' C
ὑπονοοῦντες τὴν ἀπιστίαν, καὶ μᾶλλον Ἀλανοὶ καὶ τὸ ἐκ παλαιοῦ

praescriptum curaverant e variis regionibus tractus Occidui, eam statim per a se missos iubebat tolli exportarique praetextu accelerandae migrationis Augusto exoptatae Catelanorum, revera autem, quod satis clare pellucebat peritis rerum, inexplebili suae indulgens cupiditati et Romanum imperium licentissime ludificans. sub haec, ut imperatorem tanto adstringeret artius, prout ei erat opportunum ad varios quospiam perplexarum machinationum fines, socrum suam et cum ea uxorem gravidam in urbem ad imperatorem se conferre iubet, allegaturas ei, quibus scilicet invitus a transfretando prohiberetur, causas plausibiles, a contumacia recusantium id facere militum ductas, professus etiam discedentibus matronis haud se sperare prius posse persuadere Catelanis traiectum, vel cum iis, ut iubebat Augustus, in Asiam unquam transmissurum sese, nisi reversae confectas impetratasque ab imperatore referrent militum petitiones et pecuniam plene solvendis suffecturam stipendiis cunctis retro debitis. (23) ipse autem sumens secum cohortem amicorum quibus maxime fidebat, numero circiter quinquaginta supra centum, decrevit ad imperatorem Michaëlem Adrianopoli degentem proficisci, specie quasi veneraturus et visurus principem quem nondum viderat, praetereaque vale ipsi dicturus, stans velut in procinctu transmissionis in adversam continentem: altiori tamen, quod sagaces suspectabant, ad id impulsus consilio, nimirum ut sic praesens exploraret quales essent et an tantum metuendae Michaëlis Augusti copiae. haud enim adeo hebes erat Rontzerius ut prorsus non intelligeret, quod satis eminebat, infensum infestumque sibi ac suis Catelanis istum esse exercitum, quippe fama irritatum immanium iniuriarum per quas filii Romanos, cives ipsorum, quin et plerosque familiares et consanguineos, avarissime ac contumeliosissime vexassent. ad hunc ulciscendi praeterita scelera impetum adiungebatur cura praevertendi futuram rebellionem, cuius mox eruptura multa extabant indicia paene manifesta.

Περσικόν, οὓς καὶ Τουρκοπούλους ὠνόμαζον, οἱ μὲν περὶ τὸν ἐκ Βουλγάρων Βοσσίλαν καὶ τοὺς οἰκείους κοσμήτορας, τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν περὶ τὸν μέγαν πριμικήριον τὸν Κασσιανὸν καὶ τὸν Δούκαν καὶ μέγαν ἑταιρειάρχην ταττόμενοι, τὰ τῆς Μακεδονίας
D τε ὀχυρὰ διελάμβανον ἀπαναστάντων τῶν οἰκητόρων κατὰ βασι- 5
λικὴν διὰ τὸν κίνδυνον πρόσταξιν, καὶ κύκλῳ περισχόντες τὸν τόπον ἐφ' ἡμέραις ἐστρατοπεδεύοντο, τοῦ μὲν προσβαλεῖν Ἰταλοῖς ἀποσχόμενοι, ἔννοιαν δὲ διδόντες ὡς ἐπιθήσονται φανεροῖς εἰς ἀποστασίαν καταστᾶσιν, ὡς ἐκ πολλῶν ὑπωπτεύετο. ἦν τοί-
νυν ἐντεῦθεν καὶ κατασκοπήσεως ὑποψία, ὡς εἴρηται, αὐτόθεν 10
E ἀφικνουμένῳ, ὅτι γε καὶ ἑκάστῳ τῶν κατὰ δύσιν φρουρίων, οἷς ἐπίσταίη, ἰδίους ἐκ Κατελάνων ἁρμοστὰς καθίστη καὶ φύλακας. Βοηδρομιῶνος τοιγαροῦν ὀγδόῃ λήγοντος ἦν, καὶ ἠγγέλλετο τῷ κρατοῦντι Μιχαὴλ ἡ τοῦ Καίσαρος ἄφιξις ἀνὰ τὴν δεῖξιν ἅμα τῷ στρατῷ διάγοντι. ἀγγελθὲν δὲ τοῦτο παρὰ τοῦ γυναικαδέλ- 15
P 365 φου ἐκείνου Ἀσὰν θαῦμα ἦν· καὶ πέμψας ὁ βασιλεὺς ἐπυνθάνετο πῶς ἂν καὶ παραγένοιτο, εἰ ὁρισθὲν αὐτῷ παρὰ τοῦ βασιλέως τε καὶ πατρός, ἢ αὐτὸς καὶ γνώμης ἦλθεν αὐτοθελοῦς. καὶ ὃς τὴν πρὸς αὐτὸν μὲν δουλείαν καθωμολόγει, καὶ ὡς προσκυνήσων πάρεστιν, ἅμα δέ γε καὶ κατὰ τὴν προκειμένην ὁδὸν τὴν ἐπ' ἀνα- 20

18. ἢ] εἰ P.

et hanc in partem eminebant Alanorum maxime studia, Persicorumque itidem veterum sub signis Romanis ordinum, qui Turcopulorum nominabantur. horum quibusdam praeerat oriundus e Bulgaris Bossilas. alii praefectis e sua gente sibi propriis parebant. Romanae vero legiones, quas ductabant magnus primicerius Cassianus et magnus hetaeriarcha Ducas, munitiora situ Macedoniae praeoccupaverant, iussu Augusti fuga incolarum ob metum instantis periculi deserta, et castris circum positis amplexae locum illum, stativa ibi a diebus iam aliquot habebant, abstinentes quidem a committendo cum Italis praelio, ansam autem illis dantes opinandi, haud omissuros se impetum in ipsos facere, simul, quam moliebantur cuiusque suspecti merito erant, defectio in effectum prorupisset. haec prudentiores nostrorum reputantes non fere dubitabant, quin explorandi animum alio fucans Rontzerius obtentu istum ad Michaëlem Augustum accessum affectasset, maxime cum recordarentur certis nuper nuntiis auditum, quaecumque in Rontzerii venissent potestatem arces tractus Occidui, studiose ab eo Catelanis praefectis fuisse commendatas, attributis cuique ad earum tutelam validis ex eadem gente praesidiis. octava igitur supra vicesimam Martii mensis dies illuxerat; cum imperatori Michaëli occasione census militaris apud exercitum forte tum versanti Caesaris adventus ab Asane fratre Caesarissae illius coniugis nuntiatus est. hic statim Michaël per missos Caesarem interrogavit, cur, quo animo, cuius impulsu veniret, an sponte ipse ad id consilium appulisset animum; et qui sibi obsequium iam rite professus esset, an debitam exhibiturus venerationem sibi se vellet sistere, valeque dicturus ad mox capessendum sibi praescriptum in Orientem iter. ad ea ille cuncta

τολῆς αὐτῷ συνταξόμενος. ὁ δ' αὖθις ἀντέπεμπε καὶ λόγοις ἐδεξιοῦτο προσήκουσι. τετρὰς ἦν τῆς τοῦ Θωμᾶ λεγομένης ἑβδομάδος, καὶ τὴν ἑσπέραν ἀνέσας, βασιλεῖ φανεὶς καὶ φιλοφρονηθεὶς ὡς εἰκὸς ἀξίως βασιλικαῖς ὁμεστιάσεσι, τὴν μετ' αὐτὴν ἡμέραν συνάμα βασιλεῖ τὴν Ἀδριανοῦ εἴσεισι. ταύτην δὲ καὶ τὴν μετ' ἐκείνην ἀγήλας φιλοτησίαις αὐτὸν βασιλεὺς παρῄνει τὰ εἰς προσήνειαν διοριζόμενος, ὡς μηδὲν ὅλως τῶν Ῥωμαίων χωρούντων τοιαῦτα ἤθη τυραννικὰ καὶ ἀπόκροτα. ἐκεῖνος δ' ἔτι σπεύδων τὴν ἀποχώρησιν οἱονεὶ συνετάττετο, καὶ τὴν παραίνεσιν ἀσμένως ἐδέχετο. (24) οἱ δὲ Ἀλανοὶ ἐθύμαινον κατ' αὐτοῦ, τὸν καιρὸν ἐπιτηροῦντες, ἔχοντες μεθ' ἑαυτῶν καὶ τὸν Γεωργοῦν, οὗ ὁ υἱὸς κατὰ τὴν Κύζικον ἀπεκτάνθη, καθὰ φθάσαντες εἴπομεν. παρηκολούθουν οὖν τούτῳ σιγῇ ἔνθεν κἀκεῖθεν. δοθέντος οὖν ἐκείνῳ καιροῦ τὴν Αὐγοῦσταν ἰδεῖν μόνον, τῶν ἄλλων Ἰταλῶν πάντων ἔξω που ἑστώτων, ἀπερχόμενος καὶ ἤδη τῆς πύλης ἀνοιγομένης τοῦ οἰκήματος ἐν ᾧ ἡ Αὐγοῦστα ἦν, δέχεται καιρίαν τὴν πληγὴν ὄπισθεν διὰ τῶν νεφρῶν παρὰ τοῦ Γεωργοῦ ζητοῦντος τὸ αἷμα τοῦ ἰδίου υἱοῦ. καὶ οὕτω παραχρῆμα πίπτει, ἀνὴρ βάρβαρος μὲν καὶ ἄδικος καὶ ὡς τὰ πολλὰ φρονημάτιας,

6. ἐκείνης P.

obsequiosis humilibusque occurrens responsis, fidem pacifici ac submissi accessus plenam fecit. quarta erat feria hebdomadae quam Thomae nominant, quando sub vesperam admissus ab Augusto Caesar cum caeteris utriusque personae dignitati congruis affectus est honoribus, tum mensae regiae communi participatione dignatus. postridie simul cum imperatore in urbem Adrianopolim invectus est; qua et consequenti die omnibus indiciis liberalissimae benevolentiae deliniens suum hospitem Michaël Augustus eum interim magnopere hortabatur ad tractandos modestius ac mansuetius Romanos, libere quin etiam denuntians fieri non posse ut ii amplius obnoxie quleteque tolerarent tyrannicos istos et rigidos ipsius et suorum mores. eam ille admonitionem libenter audire prae se ferens, quasi festinans ad imperatam viam dimitti se postulavit, officiosissime in digressu vale dicens. (24) at Alani qui tum erant in Michaëlis comitatu, dudum infensi Rontzerio, eius ulciscendi occasionem observabant, haud lenem ad id instigatorem secum habentes Georgum illum, cuius filium apud Cyzicum Catelani occiderant, prout superius narravimus. hunc igitur taciti quocunque se conferret sequebantur. contigit autem ei poscenti dari horam admissionis ad Augustam, quo erat ipse solus introducendus, Italis quos ducebat comites, procul extra fores palatii iussis subsistere. hoc momentum suis consiliis aptissimum Alani cupide captantes, destitutum praesidio suorum Caesarem in ipso cubiculi Augustae aditu a tergo plaga letali in renibus transfodiunt. auctor vulneris ipse Georgus fuit, poenas interfecti filii repetens. eo Caesar ictu protinus concidit, homo barbarus ille quidem et iniustus, magnorum tamen plerumque spi-

ἀλλ' οὖν ὀξὺς εἰς πολέμους καὶ διεγηγερμένος. θροῦς ἐντεῦθεν
P 366 ἐγείρεται, καὶ οἱ ἀπ' ἀνατολῆς, ὡς εἰπεῖν, ἐκεῖνον διεσπάραξαν
καὶ ἀπερρόφουν τοῦ αἵματος, τῶν ἰδίων μεμνημένοι· οὕτως
ὤπλιζεν αὐτοὺς ἡ κακία. ἄραντες οὖν τὸν νεκρὸν ἐκείνου ἕξω
που καταρρίπτουσι. τοῦτο μαθὼν ὁ βασιλεὺς καὶ μόλις ἑαυτοῦ
γεγονὼς ἠρώτα πρὸ πάντων περὶ τῆς Λὐγούστης εἰ περιῇ· φόνος
γάρ, ὡς ἤκουεν, εἰργασμένος ἐν τῷ αὐτῆς οἰκήματι μή τι κἀκεί-
νη πέπονθεν ἀνήκεστον φοβεῖν ἐπῆγεν. ὡς γοῦν τὰ χρηστὰ μὲν
περὶ τῆς Λὐγούστης μαθὼν ἦν, κἂν οἷον ὑπερπαθήσας τοῦ ἀν-
δρός, ὅμως φρόνιμος ὢν προεμηθεύσατο πάνυ σοφῶς, καὶ
B προσέταττε μὴ ἐκφανθῆναι τὸ σύνολον τοῖς ἄλλοις Ἰταλοῖς ἑκα-
τὸν καὶ πεντήκοντα τὸν ἀριθμὸν οὖσιν. ἐκείνους οὖν μηδὲν εἰ-
δότας τῶν συμβάντων σιγῇ κατὰ τὸ πρόσταγμα περικυκλώσαντες
ἐκέλευσαν ὁρισμῷ τοῦ βασιλέως τὰ ὅπλα εἰς γῆν θεῖναι, καὶ ἀκο-
νιτὶ ἐχειρώσαντο, ταῖς εἱρκταῖς ἀνόπλους ἐγκατακλείοντες. ἐν-
τεῦθεν οἱ Ἀλανοὶ καὶ ἀνατολικοὶ τοῦ Καίσαρος φονεῖς φανέντι
τῷ βασιλεῖ τὴν τόλμαν ἀπελογοῦντο, ὡς οὐκ ἄλλως οὐκ ὂν μὴ
C τὸν πολλῶν ἀλάστορα, αὐτῶν δὲ βασιλέων ἀποστάτην τὴν γνώ-
μην, ἀνηλεῶς κατασφάττοιεν. ἄλλοι δὲ καὶ μείζοσιν ὁρμαῖς

rituum altaeque mentis, nec non acute providus expeditique in bellis consilii, ad haec experrectus et acer in occasionibus rei gerendae. strepitu per hunc casum concitato cohors quaedam non longe inde distans militum Asianorum prima quod acciderat cognovit. hi memores gravium iniuriarum quibus Rontzerius suos ipsorum cives popularesque, quin et plerorumque cognatos intimosque affines afflixerat, ea in ipsum irruerunt rabie ut eius sanguinem ligurire velle viderentur. discerpserunt ergo moribundum insatiabili furore, atque exangue iam cadaver in locum extra seductum proiecerunt. consternatus isto inopinato tumultu Augustus Michaël primum omnium, quod vim in Augustae cubiculo factam audiret, de ipsa timuit, ne quid sinistri passa esset. percontatusque, ut cognovit salvam esse ipsam, solum trucidatum fuisse Caesarem, etsi viri casu indoluit, tamen, ut erat prudens, praevertendum strenue putavit, ne quid a Latinorum Caesaris comitum desperata rabie funestae commotionis oriretur. primum accuratissimam dedit operam ne ullum ad eos, foris ubi stabant, rei gestae indicium emanaret; interimque iussu eius praetoriani maximo numero circumdantes illos nihil minus opinantes et funditus ignaros patrati facinoris, iusserunt Augusti nomine arma quae gestabant humi deponere. sic eos sine certamine exarmatos et comprehensos universos custodiis incluserunt. sub haec danti se in conspectum Augusto Alanorum primores auctores caedis et adiutores Asiani fidenter excusabant factum, iure occisum a se falsum istum Caesarem aientes, cum in ultionem rapinarum et flagitiorum quibus Romanos insolentissime vexasset, tum in praecautionem rebellionis quam perfidiosissime in Augustos machinaretur, prout evidentibus erat indiciis compertum. interim vero totis trepidabatur castris, alio alium Michaëlis militum passim adhortante ad erumpendum in Latinos morte ducis ipsorum superatu facilliores futuros. in pri-

ἀλλήλους παρακροτήσαντες, καὶ μᾶλλον Ἀλανοί, ἐπιβάντες τῶν ἵππων ἐξέθεον πανταχοῦ, ὅπου ἂν καὶ καταλήψαιντο Κατελάνους. ἀλλ' ὁ βασιλεὺς μαθὼν τὴν ἐκδρομὴν ὅλην τῶν στρατευμάτων, καὶ δείσας περὶ ἐκείνους μή πως ἀσυντάκτως ἐκθέοντες ἡττηθῶσι καὶ εἰς κίνδυνον αὐτοῖς ἡ ὁρμὴ περιστῇ, πέμψας τὸν θεῖον αὐτοῦ Θεόδωρον συνάμα καὶ ἄλλοις ὑποστρέφειν ἐπείρα. οὐ μὴν δὲ καὶ ἤνυτε τὸ παράπαν, ἀλλ' εὐθὺς ἐξέθεον καὶ τόποις D τισὶν ἐφιστάμενοι Ἰταλοῖς μὲν (οὐδὲ γὰρ ἄπυστά πω σφίσι τὰ τοῦ Καίσαρος ἦσαν) φόνον ἐπῆγον, ἵππους δ' ἐκείνων καὶ ὅπλα καὶ χρήματα τοὺς μὲν ἀπῆγον τὰ δὲ συνέλεγον. φθάνει δ' ἐπὶ τούτοις καὶ τὰ τῆς φήμης ἐντελέστερον, καὶ ἀκαρεῖ ἅμα Κατελάνοι πάντες τὴν Καλλίου εἰσελθόντες (ἦν γὰρ ἐκ πλείστου κατησφαλισμένον τὸ φρούριον) ἑαυτοῖς μὲν προνοοῦσι τὴν σωτηρίαν, E τοὺς δ' ἐν αὐτῇ Ῥωμαίους παμπληθεὶ κτείνουσι, μηδ' αὐτῶν φειδόμενοι τῶν νηπίων. τέλος περὶ τῶν ἰδίων, ὧν τε Καῖσαρ ἐπήγετο καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν ἑκασταχοῦ πεμφθέντων, δείσαντες μὴ κἀκείνοις κίνδυνος περιστῇ, κατασχόντες τοὺς περιόντας φυλακαῖς ἐτήρουν. ἔμελλον δὲ καὶ τοὺς περὶ τὸν νόθον ἀδελφὸν Θευδερίχου ἐγγύς που ναυλοχουμένους εἰσφρήσεσθαι· ὡς δ' οὐχ ὡμολόγουν περὶ τὰ συμφωνούμενα, ἐκείνοις μὲν ἐφῆ- P 367

7. καὶ ante τόκ. deerat. 8. ἔκπυστα?

nis Alani consensis raptim equis cum alia manu in istam incursionem feruntur. cuius certior rei Augustus factus, ac veritus non immerito ne suae fere universae copiae iniussu inexplorato solutisque ordinibus ruentes, insidiis exceptae aut iniquo uspiam deprehensae loco, clade aliqua insigni temeritatem privatam damno magno publice luerent, misso post eos solicite patruo suo Theodoro cum aliis, revocare conabatur, nequidquam id quidem, obfirmatis inflexibiliter cunctis in audaci proposito; praeterquam iam plus aliqui praecurrerant quam ut eos assequi serius egressi potuerint. itaque in manus aliquas stativaque sparsim posita Italorum inciderunt nostri, et perculsos eos nacti fama quadam necis Caesaris facile fuderunt fugarunatque, equis eorum abactis, armis et pecuniis diraptis. pleniore autem cunctos iam imbuente Catelanos tristis eventus notitia, momento concurrerunt universi Callipolim, quam sibi arcem ex longo provide in perfugium dubiorum temporum paraverant. huc primo impetu delati, flagrantis irae vim saevam in Romanos illic repertos effuderunt, universos trucidantes, nulla vel aetatis teneras vel infantiae misericordia. deinceps tamen reputantes eos e suis qui Caesarem comitati eruntem fuerant, tum quosdam Constantinopoli degentes et varias in partes ad tractanda negotia communia dimissos, haud dubie detentum a Romanis iri, quibus permutatione redimendis utile foret habere Romanos in custodia, quos inde potuerunt capere, incolumes custodierunt. conati etiam per legatos sunt persuadere fratri notho Theuderichi, classem non longe habenti, ut infeste excendens in terras imperii sese ipsis adiungeret. sed propositis hinc inde conditionibus haud coalescere foedus inter

καν κατατρέχειν τὰς νήσους, κωφὴν ἑαυτοῖς συμμαχίαν καὶ ταῦθ' ἡγούμενοι, αὐτοὶ δ' εἰς στερρὰν παρεσκευάζοντο μάχην.

B 25. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἠμέλει τὸ σύμπαν, ἀλλὰ τὰ τῶν Βουλγάρων ἐν ἀνακωχαῖς θέμενος τοὺς ἀμφὶ τὸν μέγαν πριμικήριον ἐξορμᾷ, ὃς καὶ περικαθίσας τὸ φρούριον πολιορκῶν ὡς εἶχεν ἐμάχετο, ἔστι δ' οὗ καὶ κατετροποῦτο. πληθουμένων δ' ἐκείνων καὶ ἤδη θαρρούντων τὰς ἐκδρομὰς διὰ τὴν κενὴν τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων ἀσχολίαν (ὁ γὰρ Μπυριγέριος περιεβουκόλει τὰς ἐλπίδας τῷ βασιλεῖ, καὶ πέμπων παρ'

C αὐτὸν τὴν δουλείαν καὶ τὸ ὑπήκοον ὑπεκρίνετο ὡς ἐν κενοῖς καὶ τῶν φόνων γενομένων, ὡς ἔλεγεν, ἀνακωχὰς σκαιωρῶν ἐντεῦθεν) κατοχυροῦσι μὲν ἐκεῖνοι καὶ αὖθις ἐπὶ πλέον τὸ φρούριον, μακραῖς δ' ἑπτὰ ναυσὶ καὶ ἄλλαις ἐννέα μικραῖς μάχιμον ἐμβαλόντες λαὸν εἰς τὸν κατὰ τῶν παραιγιαλίων σκυλευμὸν ἐκπέμ-

ipsos potuit. tandemque Siculis infecto societatis Catelanicae negotio, libera in fructum cessit incursatio depraedatioque insularum; Rontzerianis exclusis illa spe, totam fiduciam collocantibus in munitione Callipolitanae arcis: in qua, si oppugnarentur, acri atque invictae se accingebant resistendi constantiae.

25. At neque Michaël Augustus in tam ancipiti rerum cardine sibi ac reipublicae deerat, sed indutiis, qualibus pro tempore licuit, pausam adeptus belli Bulgarici, magnum primicerium cum ipsi proprie subiecta parte non modica copiarum oppugnatum arcem Callipolis misit. atque ille obsidione amplexus locum, strenue rem adversus inclusos illic et non raro erumpere conantes Latinos gerebat, non sine prospero successu secundorum interdum praeliorum. procedente tamen tempore, ac hinc quidem Romanis longo irriti obsidii taedio languescentibus, Catelani accipiendo subinde illata navibus subsidia suorum adeo iam aucti numero sunt, ut potiri campo inferreque ultro bellum emissis ad regiones circumsitas vastandas sat validis copiis auderent. causa eius incommodi fuit nova Mpyrigerii fraus, qui nota sibi Andronici facilitate iterum in suorum periclitantium gratiam abuti tentavit, eo plane quem speraverat fructu. post illa enim quae de illo diximus, et necem Rontzerii, literis ad imperatorem missis se ipsi videlicet subiectum nec a iurata fide obsequii desciscere volentem vanis verborum officiis exhibuit. tum huius obtentu auctoritatem consilio addens, commendare institit indutiarum et conventionis cum Callipolitanis, ut Romanis utiliorem quam apertae impugnationis, viam: seram enim et multo emendam Romano sanguine tam munitae arcis expugnationem ostendi. quare ut, quas audiret sine operae pretio frequentari, caedibus suorum parceret, pacisci utrimque aliquot dierum cessationem a vi suadebat, spem faciens ista mora conditionum digerendarum commodae honestaeque ambabus aeque partibus pacis. hac ille dolosa negotiatione plus fidei quam merebatur nactus, spatium obsessis Callipoli Catelanis providit eius arcis oppugnatione acri non parum concussae reparandae inducendisque commeatibus et praesidiis, tutissime firmandae. neque his contenti, longis septem navibus aliisque minoribus novum lectum militiae imponentes robur, hos ad accolarum orae hinc inde

πουσι. καὶ ἐπειδὴ προσβαλόντες μὲν Ἀρτάκῃ ἐπινείῳ Κυζίκου, προσβαλόντες δὲ Προικοννήσῳ οὐδὲν ἤνυτον, ὑποστάντων στερρῶς τῶν ἐποίκων, τοῦ αὐτοῦ Πυανεπιῶνος μηνὸς εἰκοστῇ ὀγδόῃ D Περίνθῳ προσβάλλουσι καὶ ἡβηδὸν τοὺς ἐν αὐτῇ κατασφάτ-
5 τουσι. χώρας δ' ἠρήμουν τὰς παρ' ἑκάτερα, τῶν μὲν ἀπανισταμένων τῶν δ' ἁλωμένων, ὧν τοὺς μὲν ἔκτεινον τοὺς δ' ἐλαφυροπώλουν. διὰ ταῦτα νυκτὸς ἀναπεπταμένων τῶν τῆς Κωνσταντίνου πυλῶν, παντοίων ποταμείων ὑδάτων ῥεῦμα μιμούμενον εἰσεχέετο, ὀλίγον καὶ ταῦτα ἐκ τοῦ τυχαίως ἐξ ὧν εἶχον ἐπι- P 368
10 φερόμενοι. καὶ τὰ μὲν ἔξω αὐθημερὸν ἀπὸ θαλάσσης ἐντὸς ἠπείρου μέχρι καὶ ἐς πολὺ ἀνέδην τῶν νεῶν ἀποβαίνοντες ἐπυρπόλουν τὰς χώρας καὶ τὰ πάνδεινα κατειργάζοντο, πλείστων ὅσων πυρὸς καὶ μαχαίρας ἔργον γενομένων τὰ δ' ἐντὸς σφαῖρος ἦν ἄλλος ὁ Ἐμπεδόκλειος· οἱ γὰρ κατὰ τὴν περαίαν πᾶσαν
15 ἐσκευαγώγουν, καὶ ὅσοι νησιῶται προσῴκουν ἀποδράντες Πέρσας, μίαν εἶχον τὴν πόλιν ἐξ εἰκαίων ἐφοδίων καταφυγήν.

26. Ἔφθασε δὲ καὶ βασιλεὺς ἕνα τῶν Κατελάνων προσ- B φυγόντα μετὰ τῶν ἰδίων εἰς ἀμηραλῆν τιμήσας καὶ ὡς πιστῷ,

maritimae Romanorum vastationem immisere. primi horum conatus fuere oppugnatio Artacae, quod est urbis Cyzici navale, et Proeconesi, utraque irrita ob fortem incolarum defensionem. sorte tamen dispari eius Maii mensis octava et vicesima die Perinthum aggressi subegerunt, puberibus illic cunctis interfectis, regionesque in utraque continente illi circumsitas urbi desolarunt, harum incolis partim metu fugere compulsis, partim in potestatem redactis, quorum quosdam occiderunt, alios in servitutem vendiderunt. porro iis quos dixi ex Orientali Perintho adversa continente caedem ac captivitatem fuga praevertisse, maximo undique numero ex tanta vicinia concurrentibus ad urbem, cuius ad hoc ipsum portae noctu apertae tenebantur, videres immensam turbam plebis miserae, velut fluvios auctos torrentibus, influere, pauca inferentes e copia domestica, quantulum nimirum raptim quisque domo fugiens auferre potuerat, terrore consternatus Catelanorum; qui eadem die qua potiti Perintho fuerant, promotis in oppositam Asiae oram navibus, et ex iis confidentissime militibus in littus expositis, ignem tectis per campos iniecerunt, omnique caetera hostilis furoris immanitate in obvia cuncta saevierunt, mortalibus plurimis qua ferro qua flamma consumptis. interiora vero infelicissimae Asiae aliam patiebantur, quasi ab illic incluso novo Empedocleo utre erumpentem tempestatem a Persis Orientales universos tractus depraedando scrutari pergentibus et usque in insulas ad hoc ipsum transmittentibus. unde tot varie miserrimorum e continente utraque, e vicinis insulis, Persarum ab oriente, Catelanorum ab occasu sanguinarias manus dimissis domibus declinantium, unum commune perfugium urbs erat, ad quam nullo aut pertenui viatico instructi convolabant.

26. Aliquo autem prius tempore quam haec fierent, exceperat imperator Catelanum quendam cum suis confugientem, et titulo ameralis ho-

ὡς ἐκ πολλῶν ἐδίδου δοκεῖν, χρώμενος, ὅτι γε καὶ εἰς Ἕλληνος καὶ γνώμην καὶ στολὴν μετετάττετο. πολλαῖς δὲ καὶ φιλοτησίαις πρὸς τοῦ κρατοῦντος ἐκυδροῦτο ταῖς εὐεργεσίαις. πρὸς
C τούτοις καὶ εὐγενεῖ κόρῃ τῇ τοῦ παχέος Ῥαοὺλ εἰς γάμον νόμιμον συνῳκίζετο. τούτῳ βασιλεὺς ἐκτόπως πιστεύων, ἐξ Ἰταλῶν ἀρτυσάμενος ναῦν καὶ ῥόγαις ἐξικανώσας τοὺς ἐν αὐτῇ πρὸς τὸ ἀποστέλλειν ἦν, τριηραρχοῦντος αὐτοῦ. ἔμελλε δὲ ἄρα καὶ ἄλλας κατόπιν ἐκπέμπειν συναμυνουμένας τοὺς ἐπιόντας. ὡς γοῦν
P 369 συνετάττετο βασιλεῖ καὶ πρὸς ταῖς ἐξόδοις ἦν, ἀγγέλλεταί οἱ παρὰ τοῦ κόμητος τῆς νεὼς ὡς Ἀμογαβάρους καὶ ὑπὲρ τοὺς πεντήκοντα, ὡς εἰκάσαι, κρυφηδὸν ἔχει τῶν καταστρωμάτων ἐντός· ὃ δὴ καὶ φωραθὲν εὐθέως τὴν ἀπιστίαν παρίστα καὶ τοῦ τριηράρχου. καὶ ὁ μὲν ἐγκέκλειστο, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ (οὔπω γὰρ καὶ οὗτοι τελέως ἐγγέλλοντο τὰ δεινὰ) ἐν τηρήσεσιν ἦσαν, πλὴν τῶν ἀποστάντων ἐκεῖθεν. ἀλλ' εὐθὺς αἱ πικραὶ φῆμαι κατελάμβανον, ἃς οὐκ ἄλλος ἀλλ' αὐτοὶ ἐφήμιζον οἱ πάθοντες, καὶ θροῦς

3. ταῖς] καὶ? 16. ἃς] ὡς P.

noraverat. hunc sibi fidum et esse et fore cum aliis idoneis e signis autumabat, tum quod dogma vestitumque Latinorum Graeco mutaverat, in nostrum non modo sacrorum ritum sed et cultum civilem se transferens, multis ideo ab imperatore amoris significationibus affectus, multis ornatus beneficiis, et super omnia praenobili virgini filiae Raülis Crasi legitimo matrimonio coniunctus. isti tot datis tot acceptis mutuae benevolentiae pignoribus plane sibi certo, et prout securissime credebat, constantissime fideli armatam ex Italis navem et auctoratos pensionibus idoneis, quos imposuerat ei, milites committere decreverat, praemittereque adversus hostes trierarchae potestate, pollicens se alias illi submissurum naves, quibus piratas et classes hostiles mare nostrum infestantes coërceret. dum in hoc apparatu res stabant et iam procinctus amerales tanquam mox soluturus vale diceret Augusto, ecce huic nuntiat, quem vocant navis comitem, magister et moderator remigum, sese deprehendisse sub tabulato triremis insidiose, ut apparebat, ab amerale illic abscondito plus quam quinquaginta Amogabaros armatos. id quod a missis illico exploratoribus incredibilis facti verissimum repertum perfidiam trierarchae manifestam fecit. quare is quidem clausus asservatur, deprehensi vero in latebris milites, quasi ut plenius inquireretur de nondum perfecte convictis maligni animi, in custodias et ipsi dati sunt, praeter paucos inter primum tumultum elapsos. eius rei fama statim per civitatem incredibiliter consternavit populum, imagine horrendi exitii in quod paene fuisset nimia facilitate credendi respublica coniecta. primae in hoc tumultu partes erant convenarum, de quibus diximus, illorum vi ac terrore Catelanicae incursionis compulsorum intra urbem. hi ut experti immanitatem eius gentis, cuius in potestatem tantum non data urbs fuisset, eiulabant videlicet impotentius caeteris, unos se nimirum omnium scire aiebat quantum haberet perniciei Catelanica, quam tantum non incurrissent, servitus; et moestitiam e vicinia periculi querulam contagione in plebem facili vulgantes, luctus sibi planctusque pariter complorantium simul mi-

ἠγείρετο παμπληθής, καὶ θόρυβος ἐκ πάντων διὰ τὸ φίλοικτον B
ἵστατο, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαϊκῶν νεῶν κατηρτιῶντο κατάλυσιν, ὡς
οὐκ ἂν πάθοιεν τοιαῦτα εἰ ὁ συνήθης στόλος περιὼν ἐξηρτύετο,
καὶ πολλὰ καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς διελάλουν. τοῦτο γνοὺς πατριάρ-
χης, ἀπάρας ὡς εἶχε τῆς κατοικίας ᾗ που κατῴκει, ἔργον ἔχων
τὸ σπουδαιότατον περὶ τὸν δῆμον σπουδαιοτριβεῖν καί γε τὰ
πολλὰ δημοχαριστεῖν, κατὰ τὴν μέσην τῆς ἀγορᾶς μεσημβρίας
ἐφίσταται, καὶ ξυγκαλεῖ τοὺς ξύγκλυδας καὶ οἷς συνήθης ὁ θό-
ρυβος. καὶ ἔν τινι τῶν ἐκεῖ ναῶν καταστὰς μακρὰν κατέτεινε C
τὴν διαλαλιὰν καὶ καταστέλλειν θορυβοῦντας ἠπείγετο, τὰ πολλὰ
συναινῶν ἐκείνοις, καὶ τῶν δυναμένων, οἷος ἐν πολλοῖς οὗτος,
καταιτιώμενος. τέλος ἐπεὶ τὸν πολὺν γογγυσμὸν περὶ τῶν νεῶν
κατεμάνθανεν, ὡς μὴ οἷόν τ' ὄντος αὐτοὺς ἀσφαλῶς διαζῆν εἰ
μή γε νῆες κατὰ τὸ πάλαι Ῥωμαίοις σύνηθες ἐξαρτύοιντο, γνώ-
μας ἀγριουμένας ἐξομαλίζειν θέλων ἀμηγέπη καὶ λόγοις καὶ ὑπο-
σχέσεσι, τινὰς ἐκείνων καὶ τοὺς ἐκδηλοτέρους παραλαβὼν ἀνα-

versorum aggregabant. hinc procedebatur ad causas mali, nempe ideo exteris necessario rem navalem credi, quod classem dudum Romanam negligentia praesidentium absumi ac funditus destrui siverit. id ni fuisset perperam admissum, haud se his nunc obnoxios miseriis futuros. hic effundebantur populari licentia in liberam vituperationem administrantium rem publicam, quam dissolutis perversisque consiliis perditum nimirum irent. increbrescebat tota civitate gliscens murmur, nec procul a seditione res erat, concurrente ac vociferante undecunque turba, quando patriarcha eius commotionis indicio accepto raptim domo ubi diversabatur prodiit, nihil non experiri certus, quo spes esset deliniendi componendique in obsequiosam quietem efferati iam in tumultum populi. ergo, quantum affectare connitendo poterat, popularitatis arte homo parum ad id natura factus conciliare sibi gratiam iratae multitudinis studebat, meridie medio se foro densis et invicem trudentibus cuneis immiscens temere huc illucque cursantium. ibi convenas praesertim ad se convocat, uti praecipuos ex more tumultuum auctores. tractosque ad se non paucos in templum illic forte obvium inducens praelongam peroravit concionem, prout putabat, accommodatam pacandis animis et seditioni compescendae. in ea sensus ostentavit maiori in parte consentaneos iudiciis audientium, pariter ut illi magistratus in multis culpans. denique illud ipsum maxime invidiosum querelarum caput, de classe Romana incuria regentium pessumdata, haud parce invehens exaggeransque ventilavit, et ipse affirmans large in hoc, nec non perniciosissime, peccatum, ultroque profitens nullam affulgere spem restituendae publicae securitatis, nisi naves, ut olim, Romanae Romanis instructae classiariis mare nostrum ac portus a vi extera tutarentur. libens scilicet audiebat flagrans ira populus eadem quae sentiret ipse a patriarcha dici. quo ille ad eum sedandum prompte utens momento gratiae, disertissime affirmavit ac sancte promisit omnino curaturum se ut isti male hactenus gestae reipublicae parti protinus succurreretur. pro certo igitur haberent visuros se brevi armatam Romanam

D φέρειν καθυπισχνεῖτο, ἔτι δὲ καὶ τὴν ταχίστην ἐξοτρύνειν εἰς τὴν τῶν ἐπιόντων ἄμυναν πρόθυμον ἑαυτόν. καὶ ὁ μὲν ἐν τούτοις ἦν δημαγωγῶν καὶ δημοχαριστῶν ἐς τὰ μάλιστα, εἰ καὶ τὸ ἦθος αὐτῷ ἀμετάβλητον ἦν, βασιλεὺς δὲ Γεννουΐτας ἠξίου καὶ χρημάτων χιλιοστύας ἐδίδου ἐς ὅπερ ἐξ αὐτῶν ἐσβήσαντες πολεμαρχικὸν ἐπιθήσονται. ὁ ξύγκλυς δ' ὄχλος εἰς ταὐτὸν γεγονότες, ἐπεὶ
E τὰ μὲν ἔξω δεινὰ κατηγγέλλοντο, αὐτοὺς δ' οὐκ ἦν ἐκεῖ γενομένους ἀμύνεσθαι, ἔγνωσαν τοῖς ἐντὸς τῆς πόλεως Κατελάνοις ἐπιχειρεῖν. οἷς μὲν ἦν συνδιάγειν κατὰ τὴν περαίαν τοῖς Γεννουΐταις, οὐκ εἶχον ἐκεῖ γενόμενοι τιμωρεῖν· μαθόντες δὲ τηρουμένους τινάς, ἐν οἷς ὁ ἀμιραλῆς ἐπεφέρετο, κατὰ τὴν τοῦ παχέος Ῥαοὺλ οἰκίαν, παμπληθεὶ συρρεύσαντες ἐμβριθῶς ἀπῄτουν ἐκείνους. ὡς δ' οὐκ ἦν ἐκείνους ἐκ τοῦ ῥᾷστα προδοθέντας ἀναP 370 ρεῖν, πῦρ ἐνιᾶσιν αὐτίκα καὶ οἰκίαν πυρπολοῦσιν ἐκείνην, καὶ πάντα τε τἀκείνῃ διαφέρουσι καὶ οὐκ ὀλίγα δεινὰ κατὰ τὴν οἰκίαν τῶν τολμώντων ἐγίνετο. Κατελάνους δὲ μέχρι καὶ αὐτοῦ θανάτου στερρῶς ἀντεχομένους σὺν πολλῷ τῷ πόνῳ ἅμα μὲν σιδήρῳ

classem; quam etiam ipse, si esset opus, alacriter conscenderet, ducereturque adversus infestantes mare Romanum hostes. quin adeo iam nunc sese proficisci ad eam rem urgendam, istiusque negotii adiutores exposcere quorum eminere studia publicae salutis in ipsa concione cerneret. sic ipsa capita turbarum secum abiens abduxit, non mediocri nec a rigida eius indole facile sperabili artificio gratiae vulgi sane in tempore captandae. interim Genuenses orabat imperator, aliquot etiam nummorum millia ultro largiens, ut e suis sibi navarchis ad id aptum aliquem classi Romanae praeficiendum darent. multitudo porro convenarum temere per urbem vagans, causae ac fortunae societate in unum coacta coetum, querulis se mutuo, ut fieri solet, incendebat vocibus, iterans quae de vastationibus regionum extra urbem gravia in horas et miserabilia nuntiabantur. addebant quidam provinciis perditis civitatem nunc ipsam, unicum cladium perfugium, prope a dominatu hostium abesse. in ea impune versari, indulgenter foveri Catelanos, etiam postquam in flagranti scelere consiliorum opprimendae reipublicae deprehensi modo sint. haud segre hinc deventum ad vehemens propositum ulciscendorum manu nefariorum hostium urbisque funesta colluvione purgandae. cum autem Catelanorum plerosque receptum apud Peraeam inter Genuenses quaesisse cognoscerent, illic tutos a plebis Constantinopolitanae vi, at eos certe qui servati intra urbem contigui suis telis essent, haud inultos dimittendos statuerunt. hoc impulsi furore manu magna facta aedes invadunt Raülis Crassi, ubi apud socerum amerales custodiri ferebatur. in eam numero maxime, vociferatione ac impetu vaesanis irrumpentes domum, dedi sibi latentes illic Catelanos flagitant. moxque incertis consilii domesticis haud sat cito expedientibus responsum, aut potius quod imperabatur exequentibus, igne tectis subiecto domicilium id totum in cinerem redigunt, multis, interim dum incendium grassatur, crudelitatis et avaritiae in direptionibus rerum et resistere ausorum gravi multatione familiarium editis exemplis. in his Catelani sine spe veniae pro capite atque anima pugnantes haud inulti

ἅμα δὲ καὶ πυρὶ καθαιροῦσι, μηδενὸς οἵου τ' ὄντος τὴν ὁρμὴν ἐπέχειν τοῦ πλήθους. καὶ γὰρ καὶ ὁ πατριαρχεύων ἐπιστὰς λόγοις μειλικτηρίοις ἐπειρᾶτο τὴν ὁρμὴν ἀναστέλλειν, ὃς καὶ τὴν παρακινδύνευσιν ὑποτοπάσας, ἄλλως φανεὶς ἐκείνοις τῷ καθυφεῖναι ἢ ὡς οἴκοθεν ὥρμα, καὶ πολλὰ ἐλπίζων, καθυπέστριφεν. B ὥρμων δ' αὐτίκα καὶ ἄλλαις οἰκίαις ἐπιχειρεῖν, καὶ μάλιστα μεγιστάνων, τοῖς δημαγωγικοῖς λόγοις τῶν ἐπιστάντων καὶ μᾶλλον παρακροτούμενοι. καὶ παρὰ τὴν τῶν Κατελάνων αἰτίαν ὡς δῆθεν ἐν αὐταῖς κρυπτομένων, ἐχείρουν καὶ οἷς ἄρ' εἶχον ἔκ τινων αἰτιαμάτων μέμφεσθαι.

27. Κἂν τὸ κακὸν προέβη, εἰ μή γε κατ' ἐκείνην τὴν P 371 νύκτα ἐκ Γενούας μακραὶ νῆες ἑκκαίδεκα, ἐμπορικῶν ἐπίφορτοι προσδοκώμεναι, νότου πεσόντος μετρίου καὶ παρὰ τὸν τῆς προσδοκίας καιρὸν ἐφίσταντο. ἦν μὲν οὖν τοῖς Κατελάνοις καὶ Ἀμογαβάροις ναυλοχησαμένοις κατὰ τὸ Ῥήγιον πραττόμενα τὰ δεινά, καὶ ὡς φοβεροὶ κατὰ τὸ εἰκὸς δοκοῖεν, νήπια μὲν ἐξ ἀφεδρῶνος ἐς στόμα τοῖς ἰδίοις παλτοῖς ἐμπείρουσιν, ἀνδρῶν δὲ τοὺς μὲν B

ceciderunt, partim ferro partim flamma, a summa vi annitentibus seditiosis denique consumpti, nemine iam amplius sustinere aut sistere vim efferatae multitudinis valente. nam et hoc conatus patriarcha re infecta coactus est redire. nempe ille successu invitatus prioris suae concionis, multa sperans, et parata quae diceret domo afferens, turbae nunc quam antea saevius furenti ausus occurrere, minime iam familiaribus adstantium obtutibus territus ac sibi vim ipsi timens, in lucro posuit quod a plebe iam imbuta cruore civili incolumem regressum humillimis eblandiri valuisset obsequiis. hinc iam illi velut rerum haud dubie potentes, destinabant direptioni atque incendio alias domos, praesertim vero magnatum, prout eos ducum suorum, cuidam procerum peculiariter invidentium aut alia de causa infensorum, malitiosae instigationes in eum concitabant, quasi suis in aedibus Catelanos occultantem; quarum videlicet praetextu scrutandarum, ad eas deinde diripiendas, ac si ferret impetus, mox incendendas occasionis facilitate, praedae pellacia, securitate impunitatis efferata plebs impelleretur.

27. Et processisset in maximam perniciem inchoata et auctorata successu primo vaesana licentia domuum expugnandarum, ni repente nova res apparens civitatis universae ipsiusque concitati populi expectationem et cogitationes in se vertisset. illa nimirum ipsa nocte in conspectum urbis se dederunt sedecim naves longae onustae mercibus e Genua, expectatae illae quidem, sed beneficio lenis austri citius quam sperabatur appellentes. sub eum temporis articulum Catelani et Amogabari nostris institoribus apud propinquum urbi navale, Rhegium dictum, onerariarum stationem habentibus, saevo supervenientes impetu et loco ac praeda vi potiti, quo terrorem sui late scilicet spargerent, dira crudelitatis plusquam hostilis exempla ediderunt. parvulos enim illic repertos tragulis per podicem in os immissis velut veru transfixerant; adultiores autem,

πυρπολοῦσι, τοῖς δὲ καὶ ὡς διαγωγεῦσι χρώμενοι τῶν ἰδίων πλούτων καὶ ὕστερον κατακτείνουσι, καὶ πάντα ποιοῦσι τὰ χαλεπώτατα. τοῖς μὲν οὖν ἦσαν ταῦτα, καὶ ἐνετρύφων ταῖς συμφοραῖς· δείλης δ' ὀψίας αἱ τριήρεις τὸ πέλαγος διεκθέουσαι κατεφαίνοντο. ἃς ἐξ ὅτι πλείστου τοῦ ἀποστήματος μόλις ἀποσκοπεύσαντες, ὡς ἰδίαις αὐτῶν φανείσαις (καὶ γὰρ ἐξ ὧν ἔφθασαν ἀποστόλων πέμψαι ἐκ Σικελίας σύναρσιν ἐξεδέχοντο) χορείαν εἱλίττοντες ἐπεσκίρτων, καὶ ἕτοιμοι παρευθὺς ἦσαν, ὅπερ καὶ ἐκ προρρήσεων σφίσιν ἦν, συμβάλλειν τῇ Κωνσταντίνου. ἀλλ' ὡς ἤγγιζον καὶ τὰ σύμβολα κατεφαίνοντο καὶ δῆλοι ἦσαν Γεννοῦται συμπλέοντες, τοῦ θάρρους μὲν καθυφῆκαν, οὐ μὴν δὲ καὶ τελέως ἀπεγνώκεσαν τὰ χρηστότερα. ἤλπιζον γὰρ ὡς ἐπιμίξασι προτενοῦσι τὰ τῆς εἰρήνης, ὡς οὐκ ἂν πάντως τὰς καθ' ἑκάστην διαπλωϊζομένας νῆας τοῦ γένους αὐτῶν ἀνέτους τε καὶ ἀσκύλτους ἐῷεν, εἰ μή γε σφίσιν ἔνσπονδοι ἦσαν. καὶ γὰρ οὐδ' ὀλίγοι ἐξ αὐτῶν τυχόντες κατὰ πόλιν παρὰ τοῖς Γεννοῦταις διεφυλάσσοντο, ὥστε καὶ νηὸς τῶν χρειωδῶν ἐπιφόρτων πρὸς αὐτοὺς παρ'

ubi prius coëgerant propriis humeris res ipsorum ferre quo suam congeri praedam feri latrones volebant, deinde immaniter trucidaverant, caeteraque his consentanea fecerant barbariae furorem omnis longe superante Stygia quadam rabie. hoc illi tum recens facto velut glorioso successu laetabantur, insultantes calamitatibus nostris, quando primis se noctis intendentibus tenebris triremes quas diximus plenis velis pelago adventantes apparuere. quas e longinquo speculantes per errorem crediderunt suas esse, hoc est foederatorum ipsis et suppetias venientium Siculorum. miserant enim in Siciliam evocatum inde auxilia; et e spatio temporis illam ipsam esse classem quam ipsorum legati a sociis impetrassent persuadebant sibi, credulitate, ut fit, in sui favorem praefestinante. ergo effusi in gratulationis et gaudii signa exultabant choreasque implicabant; moxque, simul se illis ex condicto iunxissent, oppugnationem infestumque exscensum in urbem Constantinopolitanam alacres destinabant. verum ut admotarum e viciniori iam intervallo symbola navium intuiti haud dubie agnoverunt Genuensium esse quam adnavigare cernerent classem, multum illi quidem de fastu audacique ferocia remiserunt, non tamen plane desponderunt animos aut fiduciam prosperi successus omnino abiecerunt. ingressi quippe in spem sunt facile constituendae inter se ac Genuenses pacis ac societatis, ubi primum venire cum iis in colloquium contingeret. has habebant sic opinandi causas, primum quod appareret securitatem navium suarum per haec maria quotidie commercii causa commeantium libenter redempturos Genuenses devinciendis foedere iis quos posse cernerent infestare ipsas et diripere, deinde quod iam non plane alieni ab iis forent: nam suorum multos sciebant deprehensos in urbe, cum exarsit inter se ac Romanos bellum, a Genuensibus Galatae degentibus amice benevoleque custodiri, protegique a parata vi Graecorum in ipsos efferatorum. in quo quam sincera fide prolixaque voluntate Genuenses Catelanis faverent, specimen nuper ipsos dedisse illustre. cum enim ipsi ad suos tali occasione diversantes Galatae navem onustam necessariis ad

ἐκείνων ἀπολυθείσης, ἐπεὶ ἡ ναῦς παρὰ τῶν τοῦ βασιλέως ἑάλω, Γεννουῖτας ταῦτα δυσχεράναντας ἀποστεῖλαι τοὺς κτενοῦντας τὸν τοῦ βασιλέως ναύαρχον καὶ ἀποκτανεῖν, καὶ δι' ὀργῆς ἐκείνους διὰ ταῦτα γενέσθαι τῷ βασιλεῖ. κἂν καὶ δίκην ἔδωκαν τὴν E
ἰσχάτην καὶ διὰ ταύτην καὶ δι' ἄλλην προηγησαμένην αἰτίαν, περὶ ἧς αὐτίκα λέξομεν, εἰ μή γε τὰ ξυμπεσόντα τὸν κρατοῦντα κατεμάλασσον ὡς ἐκεῖθεν τὰ τῆς ἀρωγῆς πλέον ἐλπίζοντα, καὶ σφίσιν ἐξιλεοῦτο. καὶ ἀμφοτέρωθεν κηρύγματα προύβαινον συνεχῆ, ἀνωρμημένων ἤδη καὶ τῶν Ῥωμαίων, μηδὲν ἐπιτολμᾶν P 372
κατ' ἀλλήλων, εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ ζημιοῦσθαι τὰ μέγιστα ὡς καταφρονητὰς τῶν ἐπεσταλμένων. τούτοις θαρροῦντες Ἀμογάβαροι ἐξεδέχοντο Γεννουῖτας καταίροντας. ἐκεῖνοι δὲ διερχόμενοι καὶ τὰς πυρπολήσεις καθορῶντες ἐν θαύματι ἦσαν, καὶ μαθεῖν ἐβούλοντο τὰ πραχθέντα. ὡς δὲ προσίσχουσι τῷ λιμένι, ὁ προρρηθεὶς Μπυργέριος, ὃς δὴ προηγεῖτο τοῦ Ἀμογαβαρικοῦ στόλου, παρὰ τοὺς ἐξηγουμένους τῶν Γεννουϊτῶν ἐκείνων νεῶν B
γίνεται, καὶ ἀρχῆς ἀπ' ἄκρης τὰ καθ' αὑτοὺς διελθὼν τέλος προσετίθει καὶ τὸ αὐτοὺς μὲν ταῦτα πράττειν ἐκδικήσεως ἕνεκα,

8. ἀκοντεῖν P. 10. ζηλοῦσθαι P.

victum destinassent, istamque onerariam contigisset a Romanis interceptam abduci, Galatenses eo facto indignatos misisse e suis qui imperatorium navarchum eius facinoris auctorem interficerent, qui et re ipsa interfectus ab iis est. quam quidem ob causam, uti et aliam quae prius acciderat, de qua mox dicemus, poenas utique gravissimas irato ipsis plurimum utroque isto nomine imperatori dedissent, ni mitigatus eius animus fuisset necessitate rerum et periculo rei summae Romanae, successibus recentibus Catelanorum in extremum adductae discrimen, nec spem aut facultatem auxilii ullius aliunde quam a Galatinis Genuensibus habentis. haec Augustum coëgerunt compressa iracundia placatum se ipsis ferre, cohibereque Romanos, qui iam e portubus urbis adversus Galatenses processerant ulturi necem navarchi occisi, missis ad eos undique denuntiationibus absistendi a coepto, abstinendaeque a sociis violentiae, minis etiam additis atrocium poenarum in eos qui contra facerent, tamquam suorum mandatorum contemptores. his freti Amogabari occurrunt ultro classi Genuensi appellenti, eamque uti haud dubie amicam excipiunt. at Genuenses dum obiter per quae praetereunt urbis aut vicina urbi littora, vestigia incendiorum grassationumque hostilium recentissima conspiciunt, admirantes nosse avebant quid haec essent, a quibus et quas ob causas attentata, cum ipsis inter has cogitationes iam subeuntibus portum obvium se ferens Mpyrigerius ille de quo multa superius diximus, dux tum Amogabaricae classis, colloquio cum navarchis triremium istarum Genuensium petito, a primis initiis res illic ipsorum quo loco essent originemque et seriem controversiarum cum Romanis suarum exequitur. tum adiungit haec quae mirarentur a se facta, iustam ultionem repetentibus intolerabilium iniuriarum quas a Romanis et imperatore

εἶναι δὲ καὶ Γεννουΐτας ἐνσπόνδους σφίσιν, ὡς ἐκ πολλῶν ἔστι μανθάνειν, εἰ βούλοιντο· ἐκείνοις δὲ καὶ βασιλέα χολᾶν καὶ δι' ὀργῆς ἔχειν μεγίστης καὶ ἄλλων μὲν πλείστων ἕνεκα, ἀλλὰ καὶ φρερίοις βοηθοῦντας ἐκπίπτουσι τῆς κατὰ τὴν πόλιν καθέδρας
C αὐτῶν, ὑπ' ὀργὴν σφίσι γενέσθαι ξυμβῆναι, καὶ ἀπηρτημένους εἶναι τὸ παράπαν τῷ βασιλεῖ, ὥστε καὶ ἐπικεκλεῖσθαι σφίσι τὰς πύλας τῆς πόλεως καὶ τὴν πρὸς βασιλέα συνήθη πρόσοδον ἀφῃρῆσθαι. ταῦτα καὶ ἄλλα πολλὰ ξυμφοροῦντα τὸν Μπυριγέριον τὰς τῶν Γεννουϊτῶν γνώμας μαλάττειν πειρᾶσθαι ἐφ' ᾧπερ καὶ μετ' εἰρήνης ἀπαλλαγεῖεν. ἀλλ' ἐκεῖνοι σοφώτερόν τι ποιοῦντες
D καὶ τὰ καθ' αὑτοὺς ἀπαρτῶντες νυκτὸς ἐξ αὐτῆς πέμπουσι πρὸς πόλιν τὸ πᾶν παρὰ τῶν οἰκείων πυθέσθαι, καὶ ὅπως ἔστι τὸ μετὰ τοῦ βασιλέως αὐτοῖς θέλημα. καὶ μία μὲν τριήρης ταχυναυτοῦσα εὐθὺ τῆς πόλεως ἔπλει, κατὰ πύστιν βεβαίαν, πρὸς
P 373 τοὺς κατὰ πόλιν Γεννουΐτας· (28) ἡμῖν δ' οὐ χεῖρον ἐν τοσούτῳ τὸ περὶ τῶν φρερίων διασαφῆσαι. τόπος ἀνεῖτο τῷ δημοσίῳ κατὰ τὴν ἀγοράν, ὃν καὶ ἀξιώσαντες ἐξωνοῦντο φρέριοι βασιλέως προστάξαντος. τὸ δὲ αἴτιον, ἐφ' ᾧ μονή τις συσταίη

14. πίσιν P.

passi essent. in quo ipsos contendebat adiuvari pro virili a Genuensibus debere, tum quoniam, ut ex multis posset intelligi, earundem ambo populi partium et quasi foedere inter se devincti essent, tum vel maxime quia eundem utrique adversarium pariter iniuriosum et infestum imperatorem experirentur. hoc enim se ipsis verissimum nuntiare, si forte nondum propter absentiam ab urbe cognoverint, flagrare nunc cum maxime Andronicum in Genuenses ira maxima, cum aliis causis plurimis accensa, tum praesertim quod opem manu tulerint Freriis, quando illi sede ipsorum et cathedra in urbe per vim expellebantur; cuius ausi atrocitas tanta imperatoris aestimatione iudicata sit, ut ab illo is tempore se palam atque irrevocabiliter infensum vehementerque iratum degentibus Galatae Genuensibus ostenderit, adeo quidem ut iusserit iis occludi portas civitatis, sicque auferri facultatem interdum adeundi, uti antea consueverant, imperatoris. his aliisque id genus multis ad scopum quo aspirabat accommodatis Mpyrigerius memorandis delinire atque inflectere in suas partes animos Genuensium conabatur, eo consilio ut saltem ab iis impetraret ne vim atque arma in suos verterent. verum illi haud paulo sapientius arbitrati minime sibi festinandum in re tanta esse, dilato interim responso, ipsa nocte fidos submittunt in urbem homines, audituros e suis et strenue quid comperissent relaturos, quo esset Augustus in ipsos animo. praecurrit ergo Galatam cum his mandatis una triremium, quae certam postmodum de vero rerum statu, consultis propriis illic diversantibus civibus, fidem reportaret. (28) interea non erit opinor abs re distinctiorem huic loco declarationem inserere negotii Freriorum, cuius factam obiter mentionem in oratione Mpyrigerii modo vidimus. locus erat vacuus, iuris et usus publici prope forum, quem cum sibi vendi Frerii Latini monachi petiissent, annuente imperatore, soluto pretio quantum convenerat, obti-

σφίσι. καὶ φιλοτίμως συνίστατο, πολλῶν παρ' ἑκάτερα κωλυόντων καὶ ἄλλων μὲν ἕνεκα, μάλιστα δὲ διὰ τὸ τῆς ἀκριβοῦς θρησκείας ζηλωτικόν· παρ' ἣν αἰτίαν καὶ ὁ πατριαρχεύων ὑποκνιζόμενος τὰς πρίν τε ἀνελάμβανεν ὁμολογίας καὶ βεβηλοῦν B ἤρειτο τὸν τόπον. ὃ δὴ καὶ δεινὸν τοῖς φρερίοις ἐδόκει, καὶ ἀντιζήλουν φιλονεικότερον, εἰ μονὴν ἱεραν ξυσταθεῖσαν τέως, ἐν ᾗ καὶ θυσιαστήριον μὲν ἐπήχθη καὶ ὕμνος ἱερῶν ἀνδρῶν ἐκτελεῖται, σώματα δὲ τεθάφθαι συνέβη, μεταποιεῖν εἰς κοινὴν καταμονὴν οὐκ ἀπώκνουν οἱ τέως ζηλοῦντες τὰ θεῖα. ἀλλ' ὅμως τὸ δοκοῦν ἀκριβὲς τοῖς θρήσκοις παρώρμα, καὶ βασιλεὺς συνεργεῖν ἠξιοῦτο. καὶ ὃς μηδὲν ἔχων ἀντιλέγειν τῷ ἱερεῖ ηὐδόκει τὴν με- C ταποίησιν, καὶ τῷ μὲν ἀμηρυλῇ τὸν τόπον ἀπεχαρίζετο, τοὺς δὲ

nuerunt. causa ipsis eius emendi fuerat voluntas illic sibi monasterium condendi; quam in rem statim post soli possessionem aditam manu atque impensa incumbentes, inter multas licet varie obstare conantium interpellationes, cito aedificium ad fastigium perductum cunctis etiam ad habitationem et sacrorum functionem opportunis splendide magnificeque instruxerunt. displicebat admodum ea res nostrorum plurimis, cum alias ob causas, tum maxime propter aversionem vehementem qua a ritibus doctrinaque Latinorum abhorrebant, quorum sacrae disciplinae exercitium in urbe ostentari publicum haud concoquere prae suae melioris, ut certo credebant, religionis flagrantiori zelo taciti poterant. ergo per hos instigatus patriarcha aggredi non dubitavit, spretis rescissisque conventionibus, utcumque assensu imperatoris roboratis, Latinos monachos inde pellere et sacram aedem more ornatam Italo, in qua ritu proprio sacris operarentur, profanare. id enimvero attentari Freriis peracerbum nec tolerandum videbatur. allegabantque contra contentiosissime haud fas esse sacrum monasterium publica auctoritate constitutum, et in sibi peculiarium legum ac ceremoniarum possessione aliquanti iam temporis permisso usu confirmatum, in quo altare stet erectum sacrificiis fungendis, in quo a rite consecratis viris deo laudes ecclesiastico more cantentur, in quo denique corpora Christianorum defunctorum deposita in sepulturam sint, resecrari rursus mutarique in vulgare diversorium. atque haec quae a nemine possent fieri, minime aiebant convenire ab iis attentari qui studium ferventius erga res divini cultus profiterentur. talia illi quamlibet constanter obtendentes nihil agebant, utique apud hominem, qualis erat patriarcha, irrevocabiliter quo intendisset ruere solitum. ergo is praeiudicatis suis indulgens affectibus, et persuasus zelo illo quo ferebatur exactae religionis, debere se omnino qualemcumque aliam, maxime autem Latinam, a libero exercitio, in loco praesertim tam publico metropolis sui patriarchatus, prohibere, urgebat nihilo remissius quod coeperat, et opem imperatoris ad perrumpenda quae amoliri per se ipse nequiret obstacula implorabat. pendebat Andronicus ex eius nutu, nec suo patriarchae pro viro eximiae sanctitatis gratiaeque apud deum maximae a se dudum culto negare quidquam aut contra hiscere ulla in re poterat. itaque amotionem inde Freriorum quam is cupiebat, ipse auctoritate mandavit sua, eam in executione invidiosa moderationem adhibens, ut loci quidem ac soli proprietatem Latinis eripiendi homini Latino condonaret Ameralae, Freriis autem expensas quas in emptionem et ornatum loci fecerant refundere se

φρερίους ἀξίοις ἀποτιμήμασι θεραπεύειν ἠρεῖτο, κἂν αὐτοὶ τὸ παράπαν ἀποστυγοῦντες τοῦ μὴ μεταπίπτειν προεῖντο καὶ τὴν ζωήν. πλὴν δ' οὐχ οἷοί τ' ὄντες πρὸς βασιλικὰς ἀντέχειν διαταγάς, πρὸς μόνον τὸ εὐλαβὲς περὶ τὰ θεῖα τυῦ προστάσσοντος
D ἀφειώρων. καὶ ἱερὰ μὲν ἐκεῖνα καὶ πᾶσαν τὴν αὐτῶν ἑτοιμασίαν ἀμετάθετον εἰακότες, οὐδὲν ἧττον καὶ περὶ τῶν λοιπῶν οὕτω διατεθέντες ὡς μηδὲν ἐκεῖθεν τῶν τοῦ ναοῦ μεταθεῖναι, ἠμέλουν ὡς μὴ ἂν μεταθησομένων, ὥς γε σφᾶς οἴεσθαι. ἐπεὶ δὲ καὶ αὖθις ὁ κρατῶν ἠνωχλεῖτο καὶ ἀπαραίτητον κατενόει τὴν βίαν, πέμψας τῷ τῶν Πισαίων ἐξάρχῳ προστάσσει ἐκ γειτόνων ὄντι συμπαραλαβόντα τοὺς ἐν τῷ καθ' ἱεροῦ τοῦ ἀποστόλου Πέτρου
P 374 ἱερεῖς ἐπιστῆναι τῷ τόπῳ, καί γε τοὺς μὲν περὶ αὐτὸν ἐν ἀξιοπίστοις τετάχθαι μάρτυσιν ὡς θ' εὕροιεν καὶ ἃ μεταθεῖεν, μηδενὸς τὸ παράπαν ἐσκυλευμένου, τοὺς δ' ἱερεῖς εὐλαβῶς ἀναλαβόντας τἀκεῖ κείμενα ἐν τῷ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων μεταθεῖναι ναῷ. ὡς δὲ γέγονε ταῦτα καὶ ἐπράχθη ἡ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἄλλων μετάθεσις, οἱ φρέριοι μηδὲν ἔχοντες ὅ τι τοῖς ἄλλοις

1. δ'] μὲν P.

paratum profiteretur; quod quidem ipsi recusarunt, nulla se adduci conditione posse prae se ferentes ad cessionem templi proprii, quo ad extremum defendendo vitam etiam non dubitarent impendere. ac videbant illi quidem facile haud suarum esse virium mandatis imperatoris obaiti, confidebant tamen ex ea quam celebrari audierant Andronici erga res sacras reverentia, nequaquam illum eo usque ruiturum, ut manu rapi ac dispergi iuberet sacram templi Christiani supellectilem. quare ipsi recusantes, prout iubebantur, res suas alio transferre, sibi spondebant neminem alium ipsis eas invitis loco moturum, Augusto id scilicet praescribere non ausuro. tamque secure indormiebant tali fiduciae, vasis sacris ac vestibus palam in propatulo relictis assidentes, ut nihil minus quam vim ab imperatoriis ministris formidare viderentur. interim qui semel Andronicum ad id negotium capessendum impulerant, non desistentes eidem ut coeptum absolveret instare, eo denique perpulerunt principem, clare iam videntem nunquam Latinos monachos voluntarie cessuros, nec perfici rem citra vim posse, ut Pisanorum exarcho, aedes incolenti vicinas Latinorum monasterio, mandatum dederit assumptos e templo et ipso propinquo Sancti Petri Apostoli sacerdotes Graecos in templum Latinorum inducendi, iisque loci praefecturam in perpetuam deinceps tradendi possessionem, ipsum imperans in censum exactum referre, sub testimonio fide dignorum hominum, tam ea quae inveniret in templo Latinorum, quam quae inde alio transferret, diligenter cavendo ne quisquam eorum re ulla sua fraudaretur; curare quoque praeterea ut sacram omnem supellectilem in Freriorum monasterio inventam et numerato acceptam Graeci sacerdotes reverenter deportatam deponerent in memorato principis Apostolorum templo. ut autem haec facta sunt et executioni plene mandata sacrorum vasorum librorum vestium aliarumque id genus translatio rerum, quae Latinis in usu fuerant, perculsi casu inopinato Freri,

χρήσαιντο, πρὸς τὸν ἐπιστάντα τὸ πᾶν τῆς ὀργῆς ἐξεκένουν, καὶ ἐνεκάλουν πρὸς Γεννουΐτας κατὰ τὴν περαίαν, καὶ ἠξίουν τὸν καταφρονητὴν ἀμύνασθαι. καὶ ὁ ἐξουσιαστὴς ἐκείνων, τὴν B ἐπὶ τούτοις ἄμυναν τῶν καλῶν ἡγησάμενος, ἐκπέμπει κρύφα τοὺς ἐκεῖνον ἐγγὺς θανάτου ποιήσοντας· κτανεῖν γὰρ οὐκ ἐδικαίουν, ἀλλὰ σπάθαις στίζειν ἐσχάτως. ἐνεδρεύσαντες τοίνυν ἐξεπλήρουν τὰ τοῦ βουλεύματος, καὶ πολλαῖς τὸν ἄνθρωπον ἐπεισπεσόντες ἐκ τοῦ αἰφνιδὸν ἡκίσαντο, ὡς φοράδην οἴκοι μόλις πιστευόμενον ζῆν ἀπαχθῆναι. τοῦτο βασιλεὺς εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων ἀπὸ προσώπου τ' ἐποίει τὸν τῶν Γεννοϊτῶν ἄρχοντα, καί σφιν ἐφ' ἡμέραις ἐπιζυγοῦσθαι τὰς τῆς πόλεως πύλας προσέ- C ταττεν, ἀναρτῶν τὸ πραχθὲν εἰς κρίσιν τοῦ κουμουνίου, μέλλοντος ἑτέρου κατὰ πύστιν ὅσον οὐκ ἤδη τὴν ἀρχὴν διαδέχεσθαι.

Ταῦτα Μπυριγέριος τότε ὡς λαβὴν προύτεινε σκανδάλου, καὶ ἀλλοτριοῦν τοῦ βασιλέως τὰς ἐκείνων γνώμας ἐπείρα, μὴ εἰδώς, ἢ καὶ ἑκὼν παραλείπων, ὡς βασιλεὺς φθάσας σφίσιν ἐξευ-

10. τὸν deerat.

nec quid agerent aliud habentes, totam iram in exarchum Pisanum qui negotio praefuerat effuderunt. hunc igitur acerbe conquerentes accusarunt apud Genuenses habitantes in Peraea, orantes ut in contemptorem communis religionis sacrilegum pro meritis vindicaret. existimavit magistratus Genuensium aequam a se rem peti, praeclarumque sibi fore facinus ultionem de Pisano gravem sumere. submisit igitur sicarios, qui clam circumventum plagis atrocibus caedendo proxime necem adducerent: non enim certis de causis plane interfici volebat, sed gladio citra mortem vulneribus exarari luculentis. fecerunt emissarii quod iussi fuerant, et irruentes ex insidiis in nihil minus opinantem exarchum Pisanorum tot eum cruentatum ensium ictibus reliquerunt, ut miser a suis e carnificinae loco cum modica spe vitae manibus domum referretur. hoc, ut erat, in sui contumeliam intolerabilem factum interpretatus imperator continuo praetorem Galatensium, in comitatu ad res ipsorum curandas versari solitum, apparere deinceps coram se vetuit, ipsisque ad dies aliquot praecepit observari portas urbis, nec in eam ulli eorum aditum permitti. haec sic Augustus egit, sensum quidem iniuriae significans, eius tamen ultionem nondum exequens; cuius cognitionem reservandam integram putavit novis magistratibus Galatensium. nam respublica illorum concilio quodam publico lectorum e gente procerum gubernabatur, cuius erat regimini certum temporis spatium praescriptum. hoc exacto aliud *communium* (sic enim id collegium res gentis administrantium vocabatur) priori succedebat. cum igitur audisset imperator instare istius mutationis diem, et mox novos delegatos abrogato veteribus imperio habenas rerum sumpturos in manus, apud hos, ubi magistratum inivissent, expostulare de Pisani exarchi oppressione decreverat.

Talia porro Mpyrigerius in ea quam retuli ad Genuenses peregre adventantes oratione cupide ut ansam opportunam arripuerat alienandis ab obsequio imperatoris illorum animis atrocique iis inserendo in ipsum odio. nempe aut nesciebat, aut sciens dissimulabat, placatum ultro iam

μενίζετο καὶ ξυμμάχους προσελάμβανεν, ἀγγελθέντων τῶν αὐ-
D τοῖς πραττομένων. ὡς ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἡ ναῦς ἐπίστη καὶ ἤδη
Γενουίταις ἢ τῶν νηῶν ἠγγέλλετο ἄφιξις, πρόσετι δὲ καὶ τὸ
ποιητέον ἐζητεῖτο ὡς εὐθὺς ὑποστρεψόντων καὶ κομισόντων τὰς
ἀγγελίας, εὐθὺς ἐκεῖνοι παρὰ βασιλέα ὑπὸ λαμπτῆρσιν ἀφιγμέ-
νοι τὰς ἐκεῖθεν ἐκχωρήσεις ἐλάμβανον, ὡς εἰ μὲν ὑποκλιθεῖεν
ἀντιμαχοῦσιν, εἰ δ' ἀνθίσταιντο, εὐθὺς πολεμεῖν, καὶ πλήθους
E συχνοῦ πρωΐας Ῥωμαϊκοῦ τοῦ μὲν κατὰ τὰς ἀκτὰς στησομένου
πρὸς ἄμυναν, τοῦ δ' ἁλιάσι διαποντίου γεννησομένου· οὐδὲ γὰρ
ἀπέβλεψεν, ὡς αὐτὸς μὲν οὐ ποιήσων, πρὸς ἐκείνους δὲ τὸ πᾶν
πράξοντας. σφίσι μὲν οὖν τὸ δάος ἦν ἐν χερσί, καὶ ὑπέστρε-
P 375 φον· (29) βασιλεὺς δὲ μυρίους ἐξήλα μεθ' ὅπλων, πορθμὸς
δ' οὗτος νηῶν ἐπληροῦτο διαπλωϊσομένων πρὸς Ῥήγιον. οὔπω
P 376 δὲ καλῶς ἐπέστησαν οἱ πεμφθέντες, κἀκείνοις ἐξ ἐωθινοῦ στερρὰ
συνίστατο μάχη, τοῦτο μὲν καὶ διὰ τὴν ἐντεῦθεν δήλωσιν,

2. ὡς] ὡς γοῦν?

antea Genuensibus imperatorem, prolixa perperam actorum impertitis venia, etiam renovandi foederis instaurandaeque societatis probatas acceptasque ipsis conditiones obtulisse. id ille strenue praeoccupaverat facere, nuntiato ipsi adventu saepius memoratarum e Genua triremium, et inde orto metu provido imminentium urbi malorum, si eae, iunctis praesertim cum classe Catelanica viribus, aperto bello Romanos adorirentur. itaque navis, quam diximus, ad explorandum missa simul appulit Galatam et missos ad cognoscendum rerum statum exposuit in littus, confestim ii edocti a moderatoribus reipublicae de optima in gentem ipsorum imperatoris voluntate, negarunt deliberandum esse amplius, cum ipsone an cum eius hostibus Amogabaris arma coniungerent. pro urbe, quae ipsis communis cum Romanis quasi patria esset, sine ulla cunctatione pugnandum esse adversus illius oppugnatores. hoc nuntio ad classem operientem foris in salo per celeriter reversam allato triremim, subito ex ea delegati quidam ad imperatorem profecti nocte ipsa intempesta, praelucentibus facibus, admissi ab eo perbenigne sunt. eo colloquio constitutum est classem Amogabaricam et Catelanicam, nisi ultro eligeret cedere acceptisque pacis legibus abire, primo mane iunctis viribus Romanorum et Genuensium oppugnandam. promisit imperator cum prima luce apparituras Romanas copias, partim dispositas per oram maris ad iaculandum inde in Catelanos, partim e ripa evectas piscatoriis navibus, ut praelio navali pro virili rem gererent: nolle quippe se dixit suos otiosos sedere spectatores certaminis sociorum, sed partem ipsos laboris ac periculi, at consentaneum erat, pro aris focisque certando capessere. ab his conventis digredientes ab Augusto legati Genuenses per nocturnas adhuc tenebras, cum funali quisque in manu, regressi ad suos sunt. (29) eduxit autem imperator decem armatorum millia, quos quae ferebant naves Rhegium euntes tanto erant numero, ut totum hoc maris spatium quo urbs a Rhegio dirimitur iis expleri videretur. ex parte porro Genuensium, vixdum plene reversis quos ab iis ad Augustum missos diximus, a primo diluculo acer est impetus in Amogabaros factus. causa properandi fuit,

τοῦτο δὲ καὶ τρόπον ἀνάγκης. τοῦ γὰρ Μπυριγερίου ἀπογνόντος τὰ τῆς εἰρήνης, καὶ μεγάλα χρήματα τοῖς ναυάρχοις καθυπισχνουμένου εἰ ἀφεθείεν, καὶ οὕτω σφῶν μαλακιζομένων, οἱ ἐπιβάται ζηλοτυπήσαντες εἰ μὴ κερδαίνοιεν καὶ αὐτοί, εὐθέως πρωΐας ἄρχουσι μάχης. καὶ πρῶτον μὲν ἀκροβολισμοῖς Ἀμογαβάρους παρακινοῦσιν, ἔπειτα δὲ καὶ εἰς ἀνάγκην τοῦ μάχεσθαι καταστήσαντες κυκλοῦσι τούτους. καὶ πίπτουσι μὲν οὐκ ὀλίγοι ἑξ ἑκατέρων, καὶ τραυματίαι γίνονται πλείους· ἀλλ' ὑπερτεροῦσι B Γεννουῖται, καὶ κατὰ κράτος αἱροῦσι τὰς ναῦς, μιᾶς ἀποδράσης καὶ μόνης. ὁ γὰρ Μπυριγέριος ὡς ἅπαξ τῷ τῶν νηῶν ἡγεμόνι προσῆλθεν, ἐπειδὴ ἄπρακτά οἱ ἦσαν τὰ προβαλλόμενα, τὸ ἴδιον αἷμα ἐκείνῳ προσανετίθει, καὶ εἰσδὺς τὰ τῶν καταστρωμάτων κατώτατα, ἐκείνων ἄνωθεν πολεμούντων, αὐτὸς ἀπόλεμος τὸ παράπαν ἔμενε. τῆς δ' αὖ ἡμέρας, ἥτις ἦν τριακοστὴ πρώτη Πυανεπιῶνος, σταθηρᾶς ἱσταμένης μεσημβρίας, ἣν ὁρῶν C τὸν πορθμὸν ἀναπλεούσας τὰς τριήρεις ὑπὸ κώπαις καὶ συριγμοῖς, πλὴν τὰς μὲν μετ' εὐκόσμου στόλου καὶ μειζόνων φρονηματισμῶν, ἐπιρροιζούντων καὶ τὸν συμβόλων ἐκείνων πρὸς ἄνεμον, τὰς

praeter allatas a legatis conventiones cum imperatore initas, etiam nova necessitas inde orta quod per noctem Mpyrigerium compererant, desperata cum ductoribus classis Genuensis pace, tentasse alienare classiarios ab ipsis: circumvectum enim triremes navarchos singularum magnae pecuniae pollicitationibus delinire studuisse, ut pugna temperarent navesque alio flecterent; neque hoc frustra fecisse: emollire quippe quosdam coeperat. movit ea res cognita vectores aemulatione lucri, indignantes videlicet solis navarchis certam eamque amplam mercedem constitutam, se praedae omnis, si praelio abstineretur, expertibus. quare occupant illucescente vix aurora pugnam invadere. ac primum iaculationibus Amogabaros excitant. deinde cunctantes tamen, spe videlicet promissae a navarchis remissionis, circum amplexi, ne elaberentur, naves ipsorum triremium ambitu suarum, in necessitatem ineluctabilem pugnandi coniiciunt. cadunt non pauci utrimque, plures autem vulnerantur. sed Genuenses superant, cunctis hostium, praeter unam, quae effugit, solam, vi potiti navibus. inter causas cur sint tam facile Amogabari subacti, non postrema forte fuerit Mpyrigerii ducis ipsorum ignavia. is haud procedere quos instruxerat dolos sentiens, et desperata summa rerum, propriae saltem consulere saluti studens, adito summo praefecto Genuensis classis ipsi deditionem sui, vitam pactus, fecit. admissusque ab illo altissimeque sub tabulato navis absconditus, dum in ea superne a discurrentibus per foros militibus pugnabatur, otiose ipse delituit, discriminis plane totius expers. eius igitur meridie diei, quae prima et tricesima mensis Maii numerabatur, spectaculum urbi laetum fuit videre longa serie praeter oram maris evectas nostram, victrices pariter Genuensium et victas captivasque Amogabarorum naves, illas festo insignes ornatu, vexillis speciose volitantibus, non sine sibilo illa leniter impellentis aurae consonoque re-

δ' ἡττηθείσας ἀκόσμους καὶ ἀσυμβόλους, ὑποσαλευούσας μὲν τῷ ῥοθίῳ ὑπὸ κώπαις μετρίαις, τρόπον δ' ἐφολκίων ἐξημμένας τῶν προθεουσῶν προτόνοις μηκίστοις, καὶ φερομένας ἵν' ἂν ἐκεῖναι καὶ ἄγοιεν. ὡς γοῦν τὴν ἀκρόπολιν ἔκαμψαν, ὁδὸν μὲν ἐκεί-
D νην τὴν πρὸς τοὺς οἰκείους ἀπείπαντο, ἄνω δέ που τὰ μέσα τοῦ ἁγίου Φωκᾶ καὶ ἐπίταδε ναυλοχησάμενοι ἀπεπαύοντο. τῇ δ' ὑστεραίᾳ νῆας μὲν ἐκείνας τὰς ἡττηθείσας, οὕτως ὡς εἶχον, ἀντάνδρους πρὸς οἰκείους κατάγουσι καὶ ἐν τηρήσει ποιοῦνται παντοίᾳ, αὐτοὶ δὲ τῷ βασιλεῖ προσκληθέντες τὰ εἰκότα φιλοφρονοῦνται. καὶ τοῖς μὲν ναυάρχοις τὰ τῶν ἀναβολῶν ὡς εἶχον πρὸς βασιλέως φιλοτιμότερον μετημφίαστο, τοῖς δέ γε πλήθεσι
E τὰ εἰς δαιτὸς φιλοτιμίαν ἐδίδοντο. αὐτοὶ δ' ἐφ' ἡμέραις προσμείναντες, μήτε τι τῶν σωμάτων μήτε τι τῶν πραγμάτων δόντες, χρημάτων ἀποδόσθαι ἠβούλοντο. ἀλλὰ καὶ ὑπὸ μισθοῖς μὲν συνεφώνουν ἐπὶ τοὺς κατὰ τὴν Καλλίου στρατεύειν· τέλος δ', ὡς ἐδύκουν, γνωσιμαχήσαντες διὰ τοὺς ἐκεῖ Γεννοῦτας, οἶμαι, ἐξ αὐτῆς συμπαραλαβόντες καὶ Μπυριγέριον συνάμα τοῖς πρωτίστοις αὐτῶν πρὸς τὴν τῶν Λαζῶν ἀνέπλεον χώραν,
P 377 μίαν μόνην τῶν τριήρεων πρὸς τὰ αὐτῶν ἤθη εἰς δήλωσιν ἀπολύσαντες.

morum plausu, has deformes luctu, spoliatas insignibus, claudicanti aegre remigio provectas temereque fluctu impulsas huc illucque, ac vice remuli praecedentibus victricibus annexas rudentibus praelongis, sicque pertractas quo illae cumque ducerent. ut autem cuneum Acropoleos flexerunt, rectam illinc tenere ad suos Galatenses recusarunt viam, sed supra evecti circa medium orae sancto Phocae praetentae, citraque appulsae littori, acquieverunt. postridie naves quidem illas bello captas cum vectoribus earum ad suos perducunt et idoneis eas custodiis sepiunt. ipsi vero victores accitu imperatoris ad eum profecti, quibus par erat significationibus honoris et benevolentiae sunt excepti. ac navarchi quidem conspicui fulgebant missis ad quemque illorum ab imperatore speciosissimis induti vestibus: vulgo autem classiariorum iussu eiusdem large in epulas cibaria vinaque praebebantur. in his remissionibus cum dies aliquot transegissent, non tamen emolliri tanta humanitate potuerunt ut imperatori quidquam de fructu victoriae tribuerent, nec partem ullam praedae ac spoliorum, nec vel ex captivis unum ei donantes. offerebant cuncta illa venalia, non parvo singulis pretio taxato: gratis nihil largituros se profitebantur. hinc invitante ipsos imperatore ut sub pacto mercedis ire militatum adversus Catelanos Callipolim obtinentes vellent, primum de summa pecuniae ipsis ab Augusto hoc nomine pendendae altercatum est; interimque dissensione circa id inter classis duces orta, instinctu, opinor, inquilinorum Galatae Genuensium, qui quodam iam antea, ut dixi, foedere praeoccupati a Catelanis erant, omnes sublatis repente ancoris cursum Lazos versus intenderunt, assumpto secum, cum praecipuis Amogabarorum, Mpyrigerio, una dumtaxat e triremibus ipsorum domum ad suos, ut nuntiaret quae contigerant, remissa.

Βασιλεῖ δ' ἐντεῦθεν φροντὶς ἦν πῶς ἂν μετέλθοι τοὺς κατὰ τὴν Καλλίου, ἐπεί τοι γε καὶ βοήθεια μὲν ἐκείνοις ἠγγέλλετο παραγίνεσθαι, ἠκούετο δὲ καὶ ὡς Πέρσας ἐκ τῆς περαίας καλεῖν βούλοιντο. καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν νόθον δὲ τοῦ Θευδερίχου αὐτάδελφον προσδόκιμοι ἦσαν καὶ αὖθις φαίνεσθαι. οὐ μὴν δὲ (30) ἀλλὰ οὐδ' ὁ νέος ἄναξ Μιχαὴλ ἠμέλει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς B ἀφεὶς τὴν Ἀδριανοῦ καὶ πρὸς τῷ Παμφύλῳ γενόμενος τοὺς ἀμφὶ τὸν μέγαν ἑταιρειάρχην τὸν Δούκαν καὶ τὸν μέγαν τζαούσιον τὸν Οὐμπερτόπουλον καὶ τρίτον τὸν Βοσσίλαν, ἱκανοὺς εἰς πολέμου ἐξάρτυσιν, ἐπὶ τοὺς κατὰ τὴν Καλλίου Ἀμογαβάρους ἐκπέμπει, οἳ δὴ καὶ ἀπὸ Βραγχιαλίου ἐστρατοπεδευμένοι ἕτοιμοι προσβαλεῖν ἦσαν, ἤν που φανεῖεν. οἱ δὲ τῶν ἐντὸς ἀπαλλαγέντες φόβων (οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοὺς περιόντας τῶν σκυλευθέντων ἐντὸς τοῦ C φρουρίου εἴων, ἀλλ' ἐν τῷ κατ' αὐτοὺς καράβῳ ἐλεεινὰ φορτία συνάμια τῷ σφετέρῳ νηησάμενοι πλούτῳ εὐφυλάκτως εἶχον) τὴν μάχην αὐτόθεν σοφίζονται, καὶ πλείστην λείαν ἐξελάσαντες ζώων, ὡς ἂν μηδὲν ὑπειδόμενοι τῶν κακῶν, ἄνετον εἴων. τὸ δ' ἦν ἀπάτη· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἱππεῖς τε καὶ πεζοί, ἀγαθοὶ τὴν τῶν

2. τὴν deerat.

Restabat inde imperatori sollicitudo pellendorum Callipoli hostium; quod qua vi quibusve copiis continuo aggrederetur, haud in expedito erat. intendebat curam, quod auxilia Callipolim tenentibus adventare ferebantur. audiebatur quin etiam cogitare ipsos de advocandis in subsidium ex opposita continente Persis. exercitum quoque navalem cui frater nothus Theuderichi praeerat, mox rursus in nostro mari apparaturum, iactabat fama, (30) caeterum iunior Augustus Michaël, haud et ipse tali articulo cessabat rerum aut negligebat bellum Catelanicum, sed motis ab Adrianopoli strenue castris progressus usque Pamphylum, inde magnum hetaeriarcham Ducam et magnum tzaūzium Umpertopulum, tertio insuper his addito Bossila, satis ad rem bene gerendam et numero et apparatu instructos misit adversus Amogabaros Callipolim occupantes. hi tres imperatorii duces castris a Branchialio aliquantum ulterius promotis parati ad acie decertandum stabant, sicubi hostis apparens pugnae copiam daret. porro Amogabari primum studuerant liberare se periculo quod a Callipolitanis genere Romanis, forte a tergo insurrecturis, dum ipsi contra exterius oppugnantes arcem defenderent, timeri iure poterat. id illi sibi videbantur assecuti nullo prorsus Romanorum intra Callipolim relinquendo. cunctos enim in sua quemque navicula, superimposita ibidem singulorum re domestica et pretiosa praesertim supellectili, salo imposuerunt intra portum, acri iugiter invigilante custodia illi miserandae plane multitudini, cuius et corpora et opes, praeda dominis crudelibus certa, servabatur. ab hac iam parte securi liberos animos ad belli prudenter administrandi rationem indagandam converterunt, tali fraude composita. extruserunt in agrum quasi temere magnam vim incustoditam pecoris, prope collocato in insidiis peditatu equitatuque suorum fortissimo-

P 378 ὅπλων ἕξιν καὶ ὡς ἰδεῖν ἀπρόσμαχοι, ἐνεδρεύουσι. τότε γοῦν τὸ μὲν καθαρὸν τῶν Ῥωμαϊκῶν συντάξεων ἐν ὅπλοις ἦσαν καὶ τὸν πόλεμον προσεδόκων, οἱ δὲ πλεῖστοι περὶ τὴν φανεῖσαν λιχνευσάμενοι λείαν ἐξέθεον ἀσυντάκτως. καὶ εὐθὺς οἱ ἐνεδρεύοντες εὐσυντάκτως ἐς ὅτι μάλιστα καὶ πεφυλαγμένως ἀφώρμων. παρ' ἑκάτερα γὰρ ἑνὸς ἵππου δύο πεζοὶ ἐδοχμίαζον, Ἰταλικοῖς τόξοις καθωπλισμένοι· αὐτοὶ δὲ μετὰ πελτῶν καὶ παλτῶν, ἐπι-
B χωρίων δοράτων, ἃ δὴ τὸ παλαιὸν ἄγγωνες ἐκαλοῦντο, τὸν πόλεμον ἀπεθάρρουν. οἳ δὴ συστάντες μάχην ἔστησαν κραταιάν. καὶ πίπτουσι μὲν ἑκατέρωθεν, τέως δ' ἐπὶ τοῦ προτερήματος γί-
νονται Κατελάνοι, καὶ μέχρι καὶ Μονοκαστάνου τόπον κατατρέχουσι καὶ φονεύουσιν. ἡ δὲ πύστις ἐπὶ διακοσίοις ἵστα τὸν φόνον, πληγέντων καὶ αὐτῶν ἡγεμόνων. τότε βασιλεὺς ἐκ βασιλικῶν ἔξωθεν μηνυμάτων μαθὼν τὸ συμβὰν ἤλγησέ τε σφόδρα, καὶ ἐν μεταγνώσει ἦν τοῦ μὴ παντάπασιν μετελθεῖν Γεννουΐτας
C ἐκείνους, καὶ μισθώμασιν οἷς ἀπῄτουν ἐξικανωσάμενον συμμαχεῖν πείθειν ἐπ' Ἀμογαβάρους, ὡς εἶχον εὐθὺς ὁρμήσαντες, ἀλλ' ὅμως περὶ τὰς δόσεις φειδώ τινα καὶ ὑπερημερίαν ἐνδειξάμενον νῦν ἐπὶ τοῖς ξυμβᾶσιν ἀλγεῖν. ἐκεῖνοι γὰρ ἐν ἓξ χιλιάσιν ἵστων χρυσίου τὸ μίσθωμα ἀπελθεῖν συνόλους καὶ μαχέσασθαι τὴν τα-

5. ἐφώρμων?

rum militum, optime ad praelium instructis. oblatus aciei Romanae conspectus errantis sine apparente praesidio armenti solvit ordines cupidine lucrandi, traxitque plerosque ad abigendam sibi facilem, ut putabant, et paratam praedam. at in eos sic inordinate discursantes impetum ex improviso consurgentes e latebris faciunt Latini equites, duobus hinc inde optime armatis Italico arcu stipati adiutique peditibus, ipsi cataphracti, cum peltis et tragulis, genere illic telorum usitato quae veteri nomine angones dicebantur. hos composite circumspecteque undique irruentes exceperunt paribus animis raptim coëuntes nostri. acre inde committitur praelium, cadentibus utrimque multis. sed victoria Catelanorum fuit; qui nostros caedendo mactandoque insecuti usque ad Monocastanum (id loci nomen) sunt. fama vulgaris numerum occisorum e nostris ad ducentos redigit. inter vulneratos duces fuerunt ipsi. tunc Andronicus citis a Michaële filio de re tota edoctus nuntiis, sero doluit quod non omnia quae vellent large pollicitus Genuensibus illos omnino ad bellum contra Callipolim suscipiendum perpulisset. intervenerat enim quaedam eius in licitatione petitae ab his mercedis parsimonia; qua sublata si quanta poposcerant pro illa militari opera stipendia prompte ac liberaliter donasset, capessituros eos statim fuisse apparebat arduam istam pellendorum Callipoli Amogabarorum provinciam. nunc avare supputando, quodque ipsum offerebat non continuo expedite numeratum, repraesentando, voluntatem ipsis eius aggrediendae rei dempserat; quam si tentassent, haud esset ista, de qua nunc moereret, clades secuta Romanorum. petierant Genuenses expeditionis Callipolitanae sine mora ulla subito post debellatam

χίστην, τῶν περὶ τὸν Μπυριγέριον ἤδη ἑαλωκότων· βασιλεὺς δὲ πέμπων τῷ μέτρῳ μόνῳ ἐπίστευε συμπληροῦν τὸ τῶν ἀπαιτουμένων ποσόν. ὡς δὲ στήσαντες ἐκεῖνοι ζυγοῖς τὸ διδόμενον ἐδοκίμαζον καὶ πολὺ τὸ ἔλλειμμα ἦν, ἐξωργίζοντο καὶ ἄλλως ἐν μεταμέλῳ πως ὄντες, καὶ ἀντεπέστελλον τοὺς μισθούς. Πάτροκλος δ' ἦν τὰ ἐλλείμματα πρόφασις· ὡς γὰρ καὶ ταῦτα βασιλεὺς ἐπλήρου καὶ πέμπων ἐξώτρυνεν, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ λόγου τῶν βουλευμάτων κρουσάμενοι ἰδίας προύτεινον ἐμποριάς, καὶ πρὸς αὐταῖς ἦσαν εὐθέως, καὶ ἀπηλλάττοντο τὴν ταχίστην.

Ὁ δὲ βασιλεὺς τοιαῦτα μαθὼν τοῖς ἰδίοις παρέβαλε τὰ μισθώματα καὶ τριήρεις ἐξηρτύετο, ἀναπαλαίειν τὴν ἧτταν αἱρούμενος. οὐ γὰρ ἰσχὺς ἐπιλελοίπει τῇ βασιλείᾳ, ἀλλὰ τὸ τῆς ἀρχῆς τέλειον ἦν, κἂν ἠσθένουν τὰ ὄργανα καὶ ἀτελεῖς αἱ λόγον ἔχουσαι σώματος στρατιωτικαὶ δυνάμεις, τῆς βασιλείας λόγον ἐχούσης ψυχῆς, τῆς ἐπεισπεσούσης αὐταῖς ἐνδείας ἐφαίνοντο· παρ' ἣν αἰτίαν καὶ παρεφέροντο κἀκ μικρᾶς κινήσεως εἶχον σφαδάζειν, κατὰ λόγον νεογνῶν ζώων, ἃ δὴ τελείας οὔσης τῆς ἐν

5. ἀνταπέστελλον? 16. κἂν P.

et captam Mpyrigerii classem adoriendae pretium sex millia nummorum. imperator pecuniae ad eam solutionem signatae parcens, aurum infectum loco monetae ad ipsos miserat, cura suis data ut explorato per stateram aestimatoque pondere summam ipsis istam conficerent. id lentum pensitandi ac supputandi dum negotium altercatiunculis trahitur, dumque illi queruntur tali commutatione monetae in massam haud levi intertrimento contrahi sibi fructum pecuniae promissae, otium scilicet alia cogitandi habuere; ac suggerentibus contraria fautoribus Catelanorum ut faciliores persuasu essent, indignatiuncula effecit ipsa illa qua movebantur e diminutione sperati praemii. poenitentes igitur ostensae voluntatis portatum ad se mercedis nomine aurum imperatori remiserunt. praetextus autem merus fuit ista quam causabantur ex mutatione monetae in massam emergens in damnum eorum iactura. nam istud quidquid foret detrimenti compensaturum se aliunde Augustus recepit. misitque adeo qui supplementum hoc repraesentarent et negotium absolverent, remoris omnibus abruptis. at, ut dixi, serum id fuit, illis iam alienatis et in diversa consilia deflexis. ergo sua obtendentes mercimonia, quorum rationes maturam ipsorum flagitarent profectionem ad Lazos, vacare nunc sibi aliis attendere praecise negarunt, confestimque solverunt.

Quo imperator comperto, in suos Romani generis destinata Genuensibus stipendia impendit, triremes comparans quarum ope damnum cladis acceptae repararet. non enim summae imperii vis ac robur deerat, sed cum valeret vigeretque quasi caput reipublicae, manus et actionum tunc necessariarum instrumenta languebant, infirmae, inquam, militares Romanorum copiae, quae velut corpus faciebant, cui erat vice animae potestas imperantis principis, nequidquam ipsa operans et satagens, dum conatus illius omnes membrorum reipublicae praecipuorum debilitas et defectus reddebat irritos. debilitas autem apparebat ista, ubi commovere se incipiebant: statim enim sicut animalcula aetatis tenerae, gressum ante

P 379 αὐτοῖς ψυχῆς ἀτελῆ τὰ ὄργανα φέροντα τὴν μὲν κίνησιν πάντως
ἐνδεικνῦσι καὶ τὴν τοῦ κινοῦντος ἐνέργειαν παριστάνουσι, τὰ δὲ
εἰκαίως καὶ ὡς ἔχουσι φέροντα καὶ παραβολώτερον ἄττουσι.
καὶ ταῦτά εἰσι τὰ λεγόμενα παίγνια, ψυχῆς τελείας ἐνέργεια ἐν
B οὐ τελείοις τοῖς σκεύεσι. (31) τῷ τοι καὶ πρῶτον τέως ὁρμὴν
ἰδὼν ἀτακτοῦσαν λαοῦ εἰς νεωτερισμοὺς ἐξεγειρουμένην, ἤν τις
καὶ ἀμηγέπη παρακινοίη, εἰσάγει μὲν καὶ στρατιωτικὸν εἴς τινα
δῆθεν ἀναστολήν, ὅμως δὲ καὶ Μαιμακτηριῶνος πρώτῃ τὸ πρω-
C τεῦον τῆς πολιτείας συνηθροικὼς μακρὰν κατέτεινε δημηγορίαν,
τὰ περὶ τῶν Κατελάνων ἀπολογούμενος, καὶ ὡς ἐξησθενηκυιῶν
τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων ξένους ἀνακαλεῖσθαι ἀναγκασθείη τοῦτο
μὲν Ἀλανοὺς τοῦτο δὲ Ἰταλούς, καὶ ὡς οὐδὲ μόνος καὶ πρῶτος
τῶν ξένων δέξαιτό τινα καὶ τιμήσειεν, ἀλλὰ καὶ Ἰωάννης ὁ Δού-
κας Γουλιελμόν τινα προσλαβόμενος ἐπ' ἀξίαις ἵστα Ῥωμαϊκαῖς,
P 380 καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὸν Ἰκάριον τῷ μεγαλοδουκικῷ τετίμηκεν

6. ἐξεγερουμένην?

vires moliri audentia, concidebant. atque ut in hisce recens natis animantibus ex motu qualicumque illo imbecillo argumentum quidem certum sumitur inditae ipsis et penitus insidentis animae, suis praeditae facultatibus, sed quarum exercendarum instrumentis adhuc destituitur ob fluxam mollitiem nondum roboratorum incremento debito artuum, ita intelligebamus nos sane ex motu actuque in varia micantis exorsa principis subesse utique spiritum imperio: caeterum executione recte praescriptorum vitio invalide obsequentium corrupta ministrorum, res summa nihilominus in praecipiti pendebat, nihil efficacis remedii malis adhibente publicis illa infirma quasi palpitatione enervium reipublicae membrorum, quae illo titubante lapsabunde motu gressum molientia singulis quasi offensabant passibus, nihilque nisi risum hostibus movebant; quippe cursitationum aut affectationum serio agendi tentatarum a parvulis similia earum quas paegnia dicimus, hoc est ludicra puerilia, spectacula sui ludibrio visum oblectantia, dum incepta vana exhibent, nec quidquam satagentis operari animae perfectae in organis imperfectis. (31) ante omnia conspicatus imperator excitatum in effraenes ausus impetum populi, sic tum comparati ut, quisquis in pravum auctor impelleret, additurus eo sese haud reluctanter videretur, praevertendis novitatibus opportunum iudicavit militares copias in urbem inducere. sed et praeter istud quasi fraenum plebeiae inditum contumaciae, kalendis ipsis Iunii, quae postera illuxit dies a debellatis per Genuenses Amogabaris, primis convocatis civium longam explicuit orationem, acta cum Catelanis excusans sua, demonstransque ultima se adactum necessitate, ob redactas in extremam infirmitatem Romanas copias, recte ac prudenter (utcumque bono consilio haud par exitus responderit) exterae supplementa militiae quaesivisse, mercede conducendis auxiliaribus primum Alanorum, deinde Italorum neque id se solum aut primum fecisse, cum et Ioannes Ducas Gulielmum quendam ex exteris assumptum Romanae aulae dignitatibus ornaverit, ac recentiori memoria pater suus Michaël Icarium magni ducis splendi ti-

ἀξιώματι, καὶ ὡς οὐδ' αὐτὸς ἀνίησι σπεύδων ἐπὶ τῷ σῶς εἶναι Ῥωμαίους, εἰ καὶ θεῖον μήνιμα τὰς ἡμῶν, φησίν, ἁμαρτίας μετίρχεται, καὶ ὡς ἡγεμόνων τὰ πλεῖστα κακότητι παραπόλωλε τὰ πολλὰ ἀμελούντων. καὶ πόλλ' ἄττα συννυφάνας τοιαῦτα, τέλος ἐφ' ἡσυχίας μὲν αὐτοὺς διάγειν ἐπέταττε καὶ τοῖς ἔργοις προσέχειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, ἀξίους μόνον ἑαυτοὺς καθιστάντας ἐφ' ὅσον δυνατόν, αὐτῷ δὲ καὶ τοῖς αὐτοῦ τὰ πράγματα ἐπιτρέ- B
ποντας, κἄν που καὶ θορυβηθείη, τὴν ἀταξίαν ἀνείργοντας, καθ' ἣν πολλοὶ δυσχερῶς, ὡς καὶ ἑαυτοὺς ἔχειν εἰδέναι, κατὰ διαφόρους καιροὺς ἀπηλλάχασιν, ὡς μεγίστου πολέμου τῆς στάσεως οὔσης τῆς ἐν ταῖς πόλεσι, καθ' ἣν οὐκ . . . . . καὶ πραγμάτων ἀλλ' εἰρήνης εἶναι καὶ ὁμονοίας ζημίαν, ᾗ τὰ πάντα συγχέονται. ὡς γὰρ τὸ ὑφ' ἑαυτοῖς ἐξαπατᾶσθαι πάντων χείριστον διὰ τὸ καθυ . . . . . σμικρὸν ἀποστατεῖν ἀλλ' ἀεὶ παρεῖναι τὸν C

13. ἑαυτοῦ?

tulo cohonestaverit. sane nulla in parte cessatum a se, nec quidquam unquam praetermissum quo sustineri posse labantem rempublicam salutemque populi constitui spes qualiscumque suaderet. unde non imputari eius negligentiae debere ruinas quae cernerentur rerum: sed irae primum divinae peccata nostra ulciscenti, postea ignaviae incuriaeque praefectorum negotiis, per quas satis constaret pleraque materiam publico luctui praebentia fuisse accepta detrimenta. his ubi similia multa subtexuit, tandem eo collegit summam orationis, ut magnopere cunctis praeciperet aestu animorum compresso quiescere, attendereque suis quemque domesticis rebus, nec temere se in curam publici regiminis ingerere. tantum pro virili sic vivere curarent, ut commutatione morum in melius dignos se prosperiori fortuna, iudicio moderantis humana numinis, redderent, sibi autem, et quibus ad id ministris uti vellet, arbitrium publicae rei gubernandae permitterent integrum, nihil curiose sciscitando super consiliis actorum, aut circa successus in futurum incertos inani divinatione conflictando. neque in ista se quisque viritim continere modestia satis haberent: verum et si quos initium tumultuandi facere cernerent, contra statim insurgendo cohibere conarentur, in eo promptos adiutores habituri quos ad hoc ipsum introduxisset in urbem milites. horum ope fides ipsorum roborata magnam, si quantum par erat anniteretur, a civitate calamitatem averteret, seditionem, qua multos diversis temporibus in malorum extrema devenisse populos partim ipsi meminissent, partim indicio annalium e memoria veteri possent repetere. sic sane haberent, nullam quantumvis cruenti et internecini exteri belli tantam esse perniciem, quae damnis et exitiis civilium certaminum comparata non reperiatur tolerabilior ac levior. numquam enim seditiosis conflictibus aut saluti hominum consulitur aut tutelae domuum ac rerum, sed contra per eos pacis et consensionis civilis, quae sunt prima fundamenta bonorum omnium, iactura irreparabili facta universa in confusionem miserrimam veniunt. ac quemadmodum deceptionum ea longe omnium pessima est qua quis a se ipso decipitur, propter intime atque inseparabiliter admotum decepto de-

ἐξαπατῶντα καὶ πειθοῦς ἀνάγκαις δουλαγωγεῖσθαι τὸν ἐξαπατώμενον, οὕτω καὶ τὸ ὑφ' ἑαυτοῖς πολεμεῖσθαι πόλιν δεινότερον, ὡς ἐντὸς τῶν ὑπεκκαυμάτων ὄντων, εἰς βιαίας ἕτοιμα κακίας ἄναψιν. διὰ ταῦτα καὶ περὶ πλείονος ἐποιεῖτο τὸ τῆς πόλεως ἀστασίαστον, καὶ μᾶλλον ἐν τοιούτῳ καιρῷ καθ' ὃν τῶν ἐκτὸς ἀνεγηγερμένων ἐξ ἀναγκαίου καὶ τὸ ἐντὸς συγκραδαίνεσθαι. ὥστε καὶ ὁρᾶσθαι σφᾶς ἀνεγηγερμένους πρῶτον μὲν τῶν ξυμβαινόντων χάριν ἐκ τῆς στασιώδους ταραχῆς ἐκείνης, ὡς παρακινησομένων ἐκ τῆς τυχούσης προφάσεως, στρατιωτικὰς εἰσῆγε δυνάμεις κατ' ἀναχαιτισμὸν τῶν προσδοκωμένων θορύβων. τότε τὴν ἐνταυθοῖ σφῶν ἀσχολίαν περιττὸν ἄλλως κρίνων καὶ τῶν ἀναγκαίων ὑπερόριον, ἄλλως ἐγνωκὼς ἀσφαλίσασθαι τὴν ὁμόνοιαν, καὶ ἐξ αὐτῆς τοὺς συνειλεγμένους ἐπέταττε χεῖρας ἐπιτιθέντας τοῖς ἱεροῖς εὐαγγελίοις ὀμνύειν ἢ μὴν πίστιν μὲν φυλάττειν εἰς βασιλεῖς, πάντα δὲ διχονοίας τρόπον καὶ στάσεως μήτ' αὐτοὺς ἐνεργεῖν, καὶ τοῖς ἄλλοις, εἴ που καὶ θορυβοῖεν, δυσίν, ὃ λέγεται, χερσὶν ἀντωθεῖν. καί γε ἀνὰ τὴν πόλιν πᾶσαν [ἀνάγκη ἦν τοὺς παρευρισκομένους] εἶδες ἂν παρερχομένους βασιλικούς, καὶ τοὺς παρευ-

2. ἑαυτῆς? 7. ὁρῶν? 12. ἐγνωκότας σφαλίσασθαι P.

ceptorem et propter obnoxiam decepti facilitatem ad succumbendum insuspicabilibus adeo cari ac coniuncti deceptoris fraudibus, ita belli supra omnia capitalissimum genus est, quo cives urbis unius invicem committuntur, quod is exardescens furor faces applicet parate intus et congesto fomiti, unde incendium erumpat universa consumpturum. haec cum ita sint, prae omnibus cupere se ac tamquam optabilium maximum summo studio quaerere tranquillum civitatis concordis statum. qualis cum expeti semper debeat, hoc praesertim maxime necessarium appareat tempore, quo rebus exterius turbatis inevitabile sit non urbem pariter ipsam ipso circum undique titubantium regionum motu ac strepitu concuti; cui si externae impressioni tumultus interior accedat, palam sit cuncta in praeceps irrevocabiliter lapsura. tam lubrico et ancipiti momento, se pro vigilandi officio in communis salutis custodiam intentum, cum animadvertisset inquietum quorumdam aestum in impetus summae rerum exitiales, quin levi praetextu erumperet, vix sese posse continere, necessario advocasse quas cernerent militares intra urbem copias, bonis praesidio futuras, levibus ac parum sanis licentiam sese una simul cum omnibus perdendi fraenaturas. boni consulerent quod esset in commune salutariter decretum; et hoc ipsum indicare ne gravarentur, et fidem, quam erga principes integram animo foverent, profiteri rursum exterius, ea deo teste confirmanda. hic prolato sacri evangelii codice, singillatim citati cuncti qui aderant, ei manum imponere sunt iussi, sancte iurando et sese fidem quam deberent Augusto utrique servaturos, et ab omni dissensione ac turba civili cum temperaturos ipsos, tum alios, si qui forte tumultum inchoarent, utraque, quod aiunt, manu repulsuros. inde a concione propagata per urbem confestim totam eadem renovandi iuramenti cerimonia est, ministris varie imperateriis cum sacro in manibus codice currentibus,

ρισκομένους ὁμνύοντας. καὶ τὰ μὲν ἐντὸς τῆς πόλεως ἐπράττοντο τῇδε.

32. Ὁ δὲ βασιλεὺς Μιχαὴλ οὐκ ἠρεμῶν ἦν τὴν μάχην, P 381
ἀλλὰ πάντα λίθον κινῶν, τὸ τοῦ λόγου, ὅπως τὴν ἥτταν ἀνα-
καλέσηται· οὐδὲ γὰρ ὑπέμενε τὸ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγενὲς καὶ
ἀνδρεῖον ἀκούειν τε καὶ ὁρᾶν τὰ δεινὰ ἅπερ ἔπασχον οἱ ἐλεεινοὶ
Ῥωμαῖοι ὑπὸ τῶν αἱμοχαρῶν Κατελάνων. ὅθεν καὶ πάντα λόγον
ἀφεὶς ἐπισυνάγει τὸ στράτευμα, καὶ καταλιπὼν τὴν Ὀρεστιάδα
περὶ τὴν Ἄπρω πλησίον κατασκηνοῖ, ὡς ἅμα ἕῳ προσμίξων τοῖς B
Ἰταλοῖς· ἐκεῖσε γὰρ πλησίον καὶ αὐτοὶ κατεσκήνουν. τῇ γοῦν
ὑστεραίᾳ συνταξάμενος κατὰ τὸν τοῦ Ἰμέρι λεγόμενον τόπον Ἀλα-
νοὺς μὲν καὶ Τουρκοπούλους ἐν ἡγουμέναις συντάξεσιν ἵστα, περὶ
τὸν Βοσσίλαν τούτους ποιούμενος, ἑπομένους δὲ τοὺς περὶ τὸν
μέγαν πριμικήριον Μακεδόνας διέταττε, καὶ μετὰ τούτους περὶ
τὸν θεῖον αὐτοῦ Θεόδωρον τοὺς ἀντολίηθεν ἀπηρκότας, τὸ Βλα-
χικὸν δὲ καὶ ὅσον ἄλλο ἐκ θελήματαρίων συγκροτούμενον ἦν, καὶ C
αὐτὸ κατὰ τρόπον περὶ τὸν μέγαν ἑταιρειάρχην συνταξάμενος οὐ-
ραγοῦν, αὐτὸς συνάμα καὶ Κωνσταντίνῳ τῷ αὐταδέλφῳ τε καὶ
δεσπότῃ, καὶ τῷ πιγκέρνῃ Σεναχηρείμ τῷ Ἀγγέλῳ· οὐδὲ γὰρ
οὐδ' αὐτὸς λαὸν ἄγειν ἤρεῖτο, ἀλλ' ἀμφιπονεῖσθαι περὶ τὸν ἄνα-
κτα καὶ οἱ πολυωρεῖν τὴν ἀσφάλειαν ἤθελεν. οὕτως ἐκεῖνος τὰς P 382
συντάξεις ἀποτάξας, τὸ οἰκεῖον ἅπαν καὶ μαχιμώτατον προσλα-

et per omnes plateas ac hominum conventicula quoscumque reperissent ad sacramentum adigentibus. haec tunc intra civitatem acta.

32. At imperator Michaël haud cunctabatur in apparatu pugnae quam omnino pugnare decreverat, sed omnem, quod dici solet, movebat lapidem ad nuperam belli offensionem emendandam. non enim sustinebat nobilis eius et fortis animus audire ac videre iniurias atroces quas miseri Romani patiebantur a sanguinariis Catelanis. missis itaque cunctis querelis minisque verborum cogit exercitum, et Orestiade relicta circum castrum Apro dictum, loco illi proximo, figit tentoria tamquam diluculo commissurus cum Italis praelium: nam et ipsi prope tabernacula habebant. postridie igitur instructo progressus agmine, ubi ad locum cui nomen est Imeri pervenit, copias ordinavit in hunc modum. Alanos et Turcopulos in fronte constituit, duce illis praeposito Bossila. post hos Macedonas collocavit, quibus magnus primicerius praeerat. his subiunxit quos ductabat ex Oriente profectos patruus ipsius Theodorus. ultimam in aciem submovit quantum e Blachico genere voluntariisque collectum aderat, ac quantum subesse consueverat magno hetaeriarchae, quem ea die curare extrema illa in parte iussit. ipse Michaël fidos hinc inde habebat stipatores Constantinum despotam fratrem suum et Sennacherimum Angelum pincernam: nam neque hic proprios ducere ordines voluit; sed satagere circa imperatorem et eius saluti ac securitati prospicere maluit. sic Michaël acie instructa, sumpto secum quod habuit fortissimum prae-

βών, τὸν ὕστατον ἀνεπλήρου σύλλογον. καὶ αἱ μὲν Ῥωμαϊκαὶ δυνάμεις εἰς πέντε που τέλη τὰ μείζω συνεποσοῦντο, αἱ δὲ τῶν ἀντιπάλων εἰς τέσσαρα, ὧν ἓν ἦν τὸ τῶν Περσῶν· προσεκάλεσαν γὰρ καὶ Περσικὸν οἱ Κατελάνοι. καὶ δὴ καρτερᾶς γενομένης τῆς μάχης καὶ ἐκ χειρός, ἔνθεν μὲν Ἀλανοὶ ἐκεῖθεν δὲ Τουρκόπουλοι
B συνεκθέουσι καὶ τῇ προηγουμένῃ συντάξει τῶν Κατελάνων προσβάλλουσι. καὶ εὐθὺς πύργος ἦσαν ἐκεῖνοι, μηδὲν μηδενὶ καθυπείκοντες· ἐν ἀσφαλεῖ γὰρ ὡπλισμένοι καὶ τοῖς παρ' ἑκάτερα βάλλουσι πίσυνοι καρτερῶς ἀντεῖχον. οὐ μὴν καὶ εἰσβάλλοντες οἱ προσδραμόντες τὸ λοιπὸν ἐκαρτέρουν, ἀλλ' εὐθὺς παρεκκλί-
C ναντες ἐπὶ θάτερα δόξαν παρέσχον τροπῆς, τῷ μὲν φαινομένῳ καὶ οἷς ἐωρῶντο, ὡς δῆθεν ἀπογνόντες τὴν μάχην, τῷ δὲ βαθυτέρῳ καὶ οἷς ὑπωπτεύοντο, λειποταξίου ἑκόντες εἶναι γραφόμενοι, οἷς ὅτι μὴ τοὺς μισθοὺς ἱκανούμενοι μελέτης ἐρραθύμουν πολεμικῆς. εἰσὶ δ' οἳ λέγουσιν ὅτι καὶ ἀνάπυστον γεγονὸς ἐκείνοις τὸ ἀπὸ τοῦ Τουκτάϊ πρὸς βασιλέα μήνυμα περὶ τῆς αὐτῶν ἀνθυποστροφῆς (δῆλον γὰρ ἦν ὡς ὁ Τουκτάϊς ἐκείνους ὡς ἰδίους καὶ τῆς τῶν Τοχάρων ἀρχῆθεν χειρὸς ἀπῄτει παρὰ τὸν ἄναχτα πρεσβευόμενος) διὰ ταῦτα καθυφέντες τὰς ὁρμὰς ἀρρωστοτέρας

8. ἐνασφαλεῖς P. 17. ὡς ὁ] καὶ ὁ P.

torianae ac palatinae domesticae militiae, novissimum effecit agmen. in totum Romanae copiae quinque maiorum legionum numerum explebant, adversariorum autem dumtaxat quatuor, quarum una Persarum fuit: Persas enim Catelani evocaverant. sub haec acri certamine manu quoque comminus conserto, hinc quidem Alani, inde autem Turcopuli concurrentes, in primos Catelanorum impingunt ordines. excepti ab his intrepide ac firmiter, instar turris videlicet persistentibus, nec quantumvis circum assultantes molirentur, vel uno cuiquam vestigio cedentibus. gravi quippe armatura protecti undique corpora, cum suis ipsi securi tegminibus contemnebant utraque ex parte immissa iacula, tum suorum utrimque dispositorum non defuturis in tempore auxiliis satis fidebant. atque ita sane fortiter obstantes tuebantur locum. caeterum qui praecurrerant Turcopuli et Alani, haud parem primae illi alacritati vividae impressionis urgendi perseverantiam adiunxerunt, sed subito declinantes in partem alteram speciem fugae praebuere, facile opinatis, qui spectabant, desperata ipsos victoria cedere. at quibus erat interiore notitia perspectior horum barbarorum animus, non abs re suspicabantur meditatam eos ad praelium attulisse voluntatem flagitii militaris palam consciscendi, loco ultro deserendo, quoniam haud persolutis sibi retro stipendiis gratuita periclitari militia stultum ducerent. sunt qui addant emanasse ad sensum eorum revocatos sese a Tuctaïne ipsorum principe, qui missis ad imperatorem nuntiis suos ad se remitti postulasset. erant hi videlicet ex gente Tocharorum Tuctaïni subiecta, nec erat obscurum venisse revera legatos ab eo ad Augustum, qui commodatas ipsi olim suas copias repeterent. his illi de causis remittentes impetum ac sponte languescentes in obliqua de-

εἶχον καὶ ἐδοκίμαζον. ἀλλὰ τοῦτο τοῖς κατόπιν ἰοῦσι θελίαν ἐμ-
βάλλει, καὶ ἀπροθύμως εἶχον περὶ τὴν μάχην. ὅπερ ὁ βασιλεὺς
οὐραγῶν θεασάμενος, καὶ περὶ τοῖς ὅλοις ὡς εἰκὸς δείσας, αὐτὸς D
ἠναγκάζετο πολεμεῖν οἰκείῳ σώματι, καὶ γοῦν ἕτοιμος ἦν μετο-
χετεύεσθαι πρὸς τὴν μάχην. ἀλλ' ὁ πρὸς τοῦτο ἵππος ἔκ τινος
δαιμονίου συμβάματος καὶ ἧς οὐδεὶς αἰτίας ἤδει, τῶν χαλινῶν
ἀνεθείς, ῥυτῆρας μὲν εἰς χεῖρας τοῦ ἡνιόχου ἀφίησιν, αὐτὸς
δ' ὡς εἶχε κατὰ πεδίου κροαίνων τῶν ἐχθρῶν γίνεται. ἐπιβὰς
γοῦν ἄλλου καὶ λαβὼν ἀνὰ χεῖρας ὑσσὸν ὅλαις ὁρμαῖς σὺν ὀλίγοις E
τοῖς περὶ αὐτὸν Ἀμογαβάροις ἐπέρραξε καὶ ἀρεϊκὸν θάρρος ἔδειξε,
παραυτίκα τὸν πόλεμον αὐτουργῶν. καὶ κατὰ πρώτην εἰσβολὴν
ἐκείνην εἷς ἤρκεσε τῷ ὑσσῷ προσπαρεὶς καὶ πεσών, καὶ δεύτερος
σπάθης γίνεται παρανάλωμα. ἐν ταὐτῷ δὲ δυοῖν ὁρμησάντοιν
μετὰ γέρρων εὐθὺ βασιλέως, ἐγγὺς τοῦ ἐν χρῷ γενέσθαι, τὸν
μὲν ἔνθεν ὁ πιγκέρνης, τὸν δ' ἔνθεν νέος τις καὶ τῶν βασιλικῶν
παιδαρίσκων δέχονται καὶ τὴν βασιλικὴν περιποιοῦνται ζωήν· P 383
πολλοὶ γὰρ ἅτε βασιλέως ἐκ τῶν σημείων φανέντος ἐπεισφρήσαν-
τες οὔτασον, ὥστ' ἐξικνεῖσθαι καὶ κατὰ τοῦ σώματος τὰς πλη-
γάς, κἂν καὶ βασιλεὺς ἀγχιστρόφους ἐποίει τὰς μετακλίσεις, εἰ

flexerunt. hoc ordinatis post ipsos terrorem iniecit. unde et hi iam obiecti hostibus, segni ipsi quoque sunt certamine defuncti, aut potius maiori ex parte defecti animis detrectabant pugnam. id imperator ab extremo, ubi constiterat, ut diximus, conspicatus agmine, et rei summae discrimen merito metuens, facile vidit ultima sese necessitate adigi ad conatum restituendi manu propria praelii, nec posse defugere quin suum caput, hosti se immiscens, in Martis aleam proiiceret. nec dubitavit, qua erat generositate, quin statim ita faceret. verum inscendere ad hoc volenti paratum sibi equum mira res contigit, quam adscribere ostento divino humanarum rationum inverisimilitudo prudenter aestimantes subigit. equus, simul eum insilire parans Augustus contrectavit, caput excutiens fraenum eiecit ore, subtrahensque sese, habenis in agasonis manu relictis, vage per campum exultabundus ad hostes transiit. nihilo tamen secius Michaël, equo alio strenue conscenso arreptaque manu hasta, toto impetu cum paucis ipsum stipantibus in Amogabaros irruit, obviumque primum hostium hasta transfixum deiecit, mox item alium ense occidit. eo puncto temporis duo ex hostili procurrentes acie, scutis late protecti Persicis, et gladio intento recta imperatorem petierunt; iamque fere contiguum habebant, et quod dicitur, in acie novaculae Michaëlis imperatoris vita versabatur, quando peropportune hinc quidem pincerna, inde autem adolescens ex ephebis honorariis apparere Augusto solitis, amborum excipientes et in se sistentes impetum saluti fuerunt in praesentissimum adducto discrimen principi. nam in eum ex imperialibus, quae conspicue gestabat, agnitum insignibus, post duos de quibus diximus, etiam multi ex hostibus alii passim et vehementer incurrebant, ictus ingeminantes, quorum aliqui perrupta lorica in corpus ipsum perferebant plagam, ut-

μὴ τῶν ἄλλων φυγομαχούντων αὐτὸς σὺν ὀλίγοις ἐν ἀναγκαίῳ κινδύνῳ ἦν καὶ παρακληθεὶς ὑπέστρεφεν. ἀλλ' οἱ μὲν ἐπισπόμενοι οὐκ ἀνῆκαν ἔτι, ὁ δὲ μικρὸν ἀναχωρήσας τοῦ κυδοιμοῦ δάκρυά τε τῶν ὀφθαλμῶν, οἷα λόγος τὸν Ἀγαμέμνονα, ἔρρει, ἕλ-
B κετο δ' ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους τὰς τρίχας, τοῖς τῶν Ῥωμαίων ἐποικτιζόμενος πράγμασι, καὶ ὑποστρέφειν ἐσφάδαζε, κἂν οὐκ εἶχεν ὅλως. ἔλεος δ' ἦν ἐντεῦθεν θεοῦ, καὶ ἔννοιά τις εἰσῄει τοὺς ἀντιπάλους ὡς κατ' ἀπάτην ἀναχωροῦσι καὶ ὡς ἐνέδραις προλοχίζουσιν ἄλλοι, καὶ οὕτως ἀνείργονται τῆς διώξεως. ὅθεν καὶ οὗτοι μὲν τῆς ἐπὶ τὸ πρόσω φορᾶς ἵστανται, ἐκεῖνοι δὲ ἄλλος ἀλλαχοῦ διασπαρέντες περισώζονται. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς κα-
C ταλαμβάνει μόλις τὸ Πάμφυλον. καὶ δὴ τῆς φήμης διαδοθείσης οὐκ ἦν ὅστις τῶν γεωργῶν, ἐν ἀκμῇ καὶ ταῦτα τοῦ θέρους, ἔξω τῆς Κωνσταντίνου ἐναπολέλειπτο, ἀλλ' ἅμα πάντοθεν μυρμηκιὰν μιμούμενοι ἐσκευαγώγουν ἐφ' ἁμαξῶν, θέρη καὶ δράγματα καὶ σωροὺς χαίρειν ἐῶντες. τοῖς μὲν οὖν ἐναντίοις, κἂν ἵστων τὰ ὁρμήματα τότε κατά τινα ἐνεδρῶν ὑποψίαν, ἀλλ' οὖν οὐκ

cumque ille varie declinabundus plerasque petitiones eludere conaretur, obfirmans interim in coepto constantiam nec recedendi cogitationem admittens, quoad omni iam ex parte fugientibus Romanis princeps ab animadvertentibus extremum eius periculum viris fortibus, qui eum pauci circumstabant, crebro admonitus ne secum omnia pessum traheret, necessario denique obsequens consilio recessit, insequentibus tunc quoque irremisse hostibus. vix paulum se hoc cursu a praelio removerat, cum agente ferente generosam eius mentem immensa miseratione rerum Romanarum, inter lacrimas, quod in re simili de Agamemnone memorant, ex ocalis fluentes etiam crines capitis vellebat, aestu animi subinde redeunte ad hosti occursandum iterum impulsus, utique obsecuturus, nisi praeter manifestae in tali fortuna reclamationem prudentiae vis quoque arcentium undique comitum obstaret. atque hic, miserante nos deo, vanus hosti victori obiectus terror est insidiarum a nostris positarum, in quas ipsos videlicet pertrahere artificiosa fugae simulatione cogitarent. haec illos ab ulterius persequendo cohibens causa spatium Michaëli dedit manus eorum evadendi. ac Romani quidem caeteri varie dispersi salutem, ubi quisque potuit, quaesiere. imperator aegre Pamphylum delatus ibi quievit. fama cladis huius late didita, nullus agricolarum, etsi summa, ut tunc erat, aestate vel maxime opera eorum maturis colligendis segetibus rure requireretur, extra Constantinopolim subsistere voluit. longis undique agminibus instar formicarum, domesticam supellectilem plaustris impositam prae se agentes, in urbem ferebantur, securi messium, quas partim in campis nondum desectas falce, partim in areis manipulatim in strues congestas relinquebant, condonantes hostibus, et in lucro ponentes quod barbaricum servitium aut ferrum vel nudi et omnium inopes effugerent. victores barbari, ubi satis discusserunt suspicionem insidiarum quae illos a victos insequendo retardaverat, nec pauca nec levia obvia

ὀλίγα τῶν ἀνηκέστων πράξασι καὶ τὰ προστυχόντα λῃϊσαμένοις ἐκπέμει τὴν Ἄπρω περικαθῆσθαι τῶν εἰσδιδυκότων ἕνεκα, καὶ ἐπειρῶντο πολιορκεῖν· ὡς δ' οὐκ ἤνυτον τὸ παράπαν, ἔγνωσαν ὑπο- D
στρέφειν. Ἀλανοῖς δ' ἅπαξ ἀφεικόσι τὴν πρὸς τοὺς βασιλεύον-
5τας ἔννοιαν σκυλεύειν τὰ ἐν ποσὶν ἔδοξε, καὶ φίλοι μὲν ἐφίσταν-
το, ἐχθροὶ δ' ἀπανίσταντο.

Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεύς, καὶ ὡς εἰκὸς ἐπαλγήσας τῇ συμ-
φορᾷ, τῷ μὲν υἱῷ τε καὶ βασιλεῖ τοὺς παρακλητηρίους ὡς εἶχεν
ἐνεσχεδίαζε, τὸν δὲ Κουτζίμπαξιν ἀπολύει πρὸς Ἀλανούς, ἅμα
10μὲν ἐκείνους ἐγκαθεστήξοντα, ἅμα δὲ καὶ Τουρκοπούλους δουλα-
γωγήσοντα· τῷ γὰρ ὁμοεθνεῖ τε καὶ ὁμογλώσσῳ, καὶ ὅτι συνή- E
θης ἦν Ἀλανοῖς ἐν Νογᾶ, καὶ ὅτι τὴν πρὸς Τουκτάϊν πρεσβείαν
αὐτὸς ἐποιεῖτο, εἰς αἰδῶ πρέπουσαν ὑπηκόοις ἐπαγαγέσθαι σφᾶς
ἐπιστεύετο. αὐτὸς δ' ἐξ αὐτῆς στρατολογεῖν τε καὶ ἐφορμᾶν
15ἠβούλετο μέν, ἐπείχετο δὲ ἐξ ἀναγκαίων πολλῶν ἀντισπώμενος.
διὰ ταῦτα καὶ ἀπὸ γῆς μὲν δυνάμεις ἀποστόλους προσετοιμάζει,
οἷς θαρροῦντες οἱ πρόσχωροι ἀφόβως ἐργάζοιντ' ἂν τὰ τοῦ θέ- P 884
ρους, Ἀμογαβάροις δὲ τέως ἀνακωχὰς διδοὺς ὡς αὐτίκα κατα-

12. *Νογᾷ* P.

crudeliter vastandis exempla passim avarae feritatis ediderunt. arcis deinde Apro dictae oppugnandae ex eo ipsis consilium natum est, quod in eam se recepisse multos e praelio cognoverant, unde praeda refertam arbitrabantur. coplis ergo admotis cum egregie repulsi parum proficerent, nec plus ex perseverantia sperarent, soluta obsidione reverti statuerunt. interim Alanis semel amissa erga imperantes benevolentia passim obvia diripere ac licenter latrocinari bonum factu visum est. ergo et isti, cum ut amici haberentur, hostes se feris maleficiis monstrabant.

His Andronicus cunctis cognitis, et quem par erat ex clade accepta dolorem et sentiens et profitens, filio quidem Augusto consolatorias quam primum scripsit, Cutzimpaxim autem dimisit ad Alanos, sperans revocaturum eos ad officium, simul et Turcopulos deliniturum, quibus esset generis et linguae communione commendatus, Alanis etiam familiaris ex eo jam tum tempore, quo militiae cum ipsis societatem Nogae communis ducis auspiciis habuerat; praetereaque legatione functus ad Tuctaïnem erat: unde credebatur auctor idoneus futurus suadendae ipsis emendationis ostendi ab his coeptae contumaciae et reditus ad frugem meliorem, resumendo, quod decet subditos, erga principes obsequio. ipse autem imperator senior conscribere confestim exercitum et impetum in hostes facere cupiebat quidem, retardabatur autem necessariis plurimis in diversa trahentibus. illud continuo expedivit, quod instantius urgebat, propter fugam tali tempore perniciosam ex agris rusticorum. paravit videlicet terra submittendas copias, illis dum segetes meterent et caetera aestate consueta in procuratione annonae opera exercerent, securitatem allaturas requisitam. Amogaberis indutias velut quasdam indulgebat interim, sed

δραμούμενος συναχθεισῶν τῶν δυνάμεων, ἔπειτα ἐν τρισὶ καὶ δέκα ναυσὶ Γεννουΐτας ἐκ τῶν Λαζῶν ὑποστρέψαντας συμμαχῖν ἐπεχείρει πείθειν. ἀλλὰ τοσοῦτον τῶν βουλευμάτων ἐδέησεν ὥστε καὶ ἐξ αὐτῶν δύο ναῦς τὰς καλλίστας ἐκπλεῦσαι ἀγούσας πρὸς Ἰταλῶν ἤθη καὶ Μπυριγέριον. οἱ δ' ἐν ταῖς λοιπαῖς Γεννουΐται τὸ ἐμπορικὸν προϊσχόμενοι ἀπαίρειν καὶ αὐτοὶ ἡτοιμάζοντο. μόλις ἀξιώσεως χάριν ἐκλέγονται δύο, μισθοῦ νομισμάτων ἑξακισχιλίων, πλὴν ἐπὶ ῥητοῖς, ὥστε ὑφ' ὅρκῳ βεβαίῳ δύο μῆνας ἐκδουλεῦσαι τῷ βασιλεῖ, συμπράττοντας τοῖς λοιποῖς καὶ πολεμοῦντας ἐς ἅπαν ὡς ἐχθροῖς βασιλέως τε καὶ τοῦ περιφανοῦς σφῶν ξυνεδρίου. οἱ δ' ἐν ταῖς ἐπιλοίποις ἐννέα ὡμολόγουν τῷ βασιλεῖ καὶ αὐτοὶ ἐπιστῆναι δωρεάν, καὶ ἐφ' ἡμέραις προσκαρτερήσαντες κατά τινα τῶν ἐχθρῶν δειλίαν πρᾶξαι καὶ ὑπὲρ τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων πειράσασθαι, κἀντεῦθεν ἀναχωρεῖν, κἂν εὐοδοῖεν κἂν μή. ταῦτα διαπραξάμενος βασιλεύς, πῶς ἂν τὸ ἐντεῦθεν τῶν ἐχθρῶν περιγένηται, βουλευόμενος διεσκόπει.

P 385 33. Οὐ μὴν δὲ καὶ οἱ ἀνὰ τὴν Ἀδριανοῦ ἐγκεκλεισμένοι Κατελάνοι, περὶ ἑξήκοντα ὄντες, οἳ καὶ τοῦ Καίσαρος ἐκποδὼν γεγονότος ἔπειτα ὅρκοις δουλαγωγηθέντες ἐγκατεκλείσθησαν, οὐδ'

quas breves fore minaretur, affirmans se statim atque congregasset copias, in illos infestum incursurum. post haec reversos e Lazis Genuenses cum navibus tredecim ad armorum secum societatem ineundam est pellicere conatus. sed tantum abfuit ut id ei consilium succederet ex voto, ut duas continuo naves omnium optimas viderit expediri ab iis in Italiam, reportaturas illuc Mpyrigerium ad sedes ipsorum. qui autem supererant in aliis navibus Genuenses, ad solvendum et ipsi comparabantur, obtendentes ita sui mercimonii rationes poscere. aegre tandem multis precibus in magna parte gratiae impetratum est, ut duae naves imperatori militaturae segregarentur e classe reliqua, mercede pacta sex millium nummorum, idque sub conditione diserte stipulata et iureiurando inviolabili firmata, haud ultra menses duos illas imperatori servituras, sed isto bimestri dumtaxat spatio imperatoriae istas accensendas classi, navigaturas et citra exceptionem pugnaturas ullam adversus Catelanos et Amogabaros uti hostes imperatoris et perillustris senatus ipsorum. aliorum quae supererant novem navium vectores polliciti sunt substituros se ad dies aliquot gratis, et ad terrorem hostibus incutiendum speciem praebituros quasi militantium auspiciis Augusti, quin et si se interim aliqua offerret occasio rei bene gerendae, collaturos pro virili operam adiuvandis Romanis, salva semper integra libertate quando vellent abeundi, sive aliquid effectum iam esset sive non. his sic transactis imperator totus erat in disquirenda ratione victoriae de hostibus reportandae.

33. Inter haec ne ipsi quidem custoditi Adrianopoli Catelani circiter sexaginta, quos interfecto Caesare deditionem vita salva iureiurando pactos illic carcere conditos diximus, aut prorsus ignorarunt quid impe-

αὐτοί γε τὸ περὶ τὸν βασιλέα ἀνάπυστον γεγονὸς τὸ παράπαν ἠμέλουν, ἀλλὰ φήμης διαδοθείσης ὡς κατὰ κράτος ἡττηθέντων τῶν ἡμετέρων καὶ οἱ τοῦ γένους αὐτῶν μέχρι καὶ αὐτῶν ἴασιν, B ἀρήξοντες σφίσι, ῥήξαντες τὰ δεσμά, ἐπεὶ ἐκφυγγάνειν οὐκ εἶχον δυσανοίκτου ὄντος τοῦ πύργου ἵνα καὶ ἐγκαθίδρυντο, ἄνω που ἀνερρηφότες κατὰ τὸ ὕπαιθρον ἐκεῖθεν παρακειμέναις πέτραις ἠκροβολίζοντο καὶ τοὺς ἐπιόντας ἠμύνοντο, σκοπούμενοι καταπίπτειν μετ' ἀσφαλείας. ἀλλ' οὐκ ἦνυτον τὸ παράπαν, τῶν πολιτῶν ἐκείνῃ πῃ περιστάντων. ὅθεν καὶ ὀλίγων φυγομαχησάντων καὶ ἑαυτοὺς παραδόντων, οἱ λοιποὶ μέχρι καὶ αὐτοῦ θανάτου ἐνεργέστερον ἐπολέμουν καὶ βάλλοντες ἐτιτρώσκοντο. τέλος ὕλην παντοδαπὴν συμφορήσαντες οἱ πολῖται πῦρ ἐνιᾶσιν ὡς καταφλέξοντες καὶ πύργον καὶ τοὺς ἐν τούτῳ. καὶ τὸ μὲν ᾖρετο μέγα, οἱ δὲ τῇ φλογὶ ἐνειλούμενοι οὐδ' ἐς βραχὺ τοῦ εὐτόλμου καθυφείκεσαν λήματος, ἀλλὰ πρῶτον περιδυόμενοι ἐσθῆτας, κατὰ πυρὸς βάλλοντες, τὸ πῦρ οἷον ἠμύνοντο, ἔπειτα κατ' ὀλίγον κρατυνομένου τοῦ φλέγοντος ἀνηλίσκοντο ἐς αὐτὸ πηδῶντες ἑκόντες, φιλήμασιν ἀλλήλους ἀφοσιούμενοι καὶ σταυρῷ φραττόμενοι. δύο δέ τινες ἐξ αὐτῶν, ἀδελφὼ καὶ γένος καὶ γνώμας,

4. ἀρήξοντες] ἀρήξαντες P. 6. ἀνερρηχότες?

ratori contra suam ipsorum gentem pugnanti accidisset, aut ea uti notitia ad sibi quoque per se consulendum neglexere, siquidem cum fama late pervagans fusorum fugatorumque magno praelio Romanorum a suis contribulibus ad ipsos quoque pervenisset, audacia confestim inde sumpta sua primum ipsi vincula rupere. quoniam autem ne sic quidem effugere valebant, turre intra quam erant clausi cum muris solidissimi operis nec effringi manu facilibus, tum valvis securissime obstructis ineluctabiliter exitum negante, superato eius fastigio, ubi subdivale patebat spatium, inde repertas illic petras in nostros deiiciebant, sic studentes praevertere ne descensus ex eo loco ipsorum, in quo quam securissime liceret adornando interim industria magna satagebant, a custodibus inferne repugnantibus prohiberetur. verum Adrianopolitanis ad tumultum accurrentibus iuvantibusque custodes, parum ipsis suus aut prorsus nihil quantuslibet conatus proficiebat. unde paucis qui demissi ex alto frustra, undique ambiti, fugere contenderant, denique sese dedere coactis, reliqui pugnare usque ad mortem, qua solent desperati ferocia, perrexerunt. et iaculabantur illi quidem noxie: caeterum undique et ipsi telis appetiti vulnerabantur. procedente in longum certamine, pertaesi morae cives strue circum undique materiae congesta ignem subiiciunt, ut turrim simul cum ea inclusis combusturi. exarsit luculentum incendium, cuius involuti licet flammis Amogabari, ne vel minimum quidem de generosa pugnandi audacia remisere, sed principio quidem exuentes se vestibus eas in ignem indignabundi ac velut flammam ferire studentes iaciebant, deinde paulatim aestu se corroborante consumebantur, ultro in globos flammarum insilientes, postquam mutuis sibi osculis vale dixerant et signo crucis manu formato sese muniverant. duo inter hos invenes, et sanguine fratres et

στερρῶς περισχόντες ἀλλήλους καὶ τὰ ἔσχατα περιπτυξάμενοι, ἅμα μὲν οἴκτῳ ἅμα δὲ καὶ ἀρεϊκῷ ἐπαρθέντες λήματι, τοῦ πύρ-
E γου καταπεσόντες ἐξ αὐτοῦ διαπεφωνήκεσαν. παῖς δ' ἐκεῖνος συνῆν, καὶ ἐπεὶ ἀργὸς ἦν ἐκ φιλοίκτου δειλίας καὶ δῆλος ἦν μένων τὴν αὐθεντίαν, εὐθὺς ἀφειδοῦντες ἐκεῖνοι καὶ περισχόντες τὸν νεανίαν ἐρρίπτουν κατὰ πυρὸς εὐθαρσῶς, ὡς οὐχ ἥκιστα σώσοντες ἢ ἀπολοῦντες. καὶ ταῦτ' ἔδρων ἐξ ἀπογνώσεως τοῦ ὅλως
P 386 περιγενέσθαι· οὐδὲ γὰρ ἐκ τοῦ ἀντιπάλου σφίσι τε καὶ τοσαύτῃ πόλει ξυνέβαινε τὸν ἀγῶνα εἶναι.

B 34. Ἀνδρέας δὲ Μουρίσκος, ὃν καὶ βεστιάριον πρὸς βασιλέως καταστῆναι ἐν τοῖς πρόσθεν λόγοις ἐλέγομεν (οὕτω γὰρ ὁ τῆς δαπάνης χορηγὸς τοῖς ἐπὶ τῶν νηῶν ὀνομάζεται), ὕπαρχος τοῦ στρατιωτικοῦ πάλαι γενόμενος, ἐν δυσὶ ναυσὶ Τενέδῳ προσσχὼν καρτερῶς ἐπολιόρκει τὸ ἐκεῖσε φρούριον. καὶ ἤδη μὲν οὗτος ἐπίδοξος ὡς ἁλώσων ἦν, Γεννουῖται δὲ τυχόντες ἐκ παρόδου
C σφίσι τε ἐκοινολογοῦντο, καὶ τὸν ἅπαντα λόγον ἐν τούτοις ἵστων, ὡς εἰ μὲν κατασχεῖν τὸ φρούριον θέλοιεν αὐτῶν μεσολαβούντων, ἀκονιτί γε λήψαιντ' ἄν, εἰ δέ γε τῶν ἐντὸς ἐς ἅπαν περιγενέσθαι, οὐκ ἂν ἀναιμωτὶ τὸ σύνολον ἀπαλλάξειαν. καὶ ὅπῃ σφίσιν ἐπιχειρητέα ἐς τὴν πρᾶξιν εἴη, διεπυνθάνοντο. ξυμφέρον δὲ τό γε

3. αὐτῆς? 4. μέλων P.

animo, arcte se invicem complexi, generoso pariter et miserabili ausu se pessum ex alto deiicientes, lapsu statim contriti exspirarunt. inter adhuc superstites caeteros puer fuit animo, ut cessans solus demonstrabat, imbelli, et quem appareret servitutem turpem leto emptae libertati, si copia daretur, praeferre paratum. hunc, haud parcentes illi, circum plures correptum, tamquam mori fortiter docentes, in ignem coniecerunt, servare se illum potius quam perdere, quantum ex vultu sic agentium se prodebat, arbitrantes. huc illos perpulit desperatio salutis, in quam illes coniecerat iniquissima conditio certaminis, a paucis undecumque circumclusis adversus plenam populosamque ipsis infensam temere suscepti civitatem.

34. Andreas autem Muriscus, quem vestiarium ab imperatore fuisse constitutum in libris superioribus diximus (sic enim qui praebet expensas his qui sunt supra naves nominatur), qui vicarius summi praefecti classis iam pridem extitisset, cum duas quas ductabat naves appulisset Tenedum, arta obsidione cinctam fortiter oppugnabat arcem illic sitam, adeo ut brevi capturus putaretur. ea forte vice rerum praetereuntes illac Genuenses cum obsidentibus sermones contulerunt, huius ferme sententiae. aiebant, si se uti sequestris vellent in tractando cum obsessis, arce ipsos citra laborem ac discrimen potituros: sin ad vi expugnandos quos oppugnarent obfirmarent animos, haud sine suo id assecuturos sanguine. quare percontantes utro modo fieri voti compotes mallent, audierunt, quod pronum erat, satius esse ipsis cum pace ac placide rem transigere. tunc Genuenses colloquio cum insulae incolis habito facile illis per-

μετ' εἰρήνης ἀπηλλάχθαι δόξαν, αὐτοὶ τοῖς ἐνῳκηκόσι τῇ νήσῳ ἐπίκοινα βουλευσάμενοι τὰ μὲν σώματα σφῶν ἐπὶ ταῖς ἰδίαις ναυσὶν ἐπιβήσαντες περιεποιήσαντο, κενὸν δὲ τὸ φρούριον ἀφιᾶσι. D καὶ μέγα τι ἐφημίσθη τοῦτο, ὡς αὐτὴν Καλλιούπολιν κατασχύν-
5των· ἐς τόδε δμως καὶ μόνον ἀπεκρίθη τὸ φημιζόμενον.

Οὐδὲν δὲ τέως ἐνεώχμωσε καὶ τὸ περὶ τῆς Αὐγούστης φημισθὲν Εἰρήνης, ἥτις ἐπὶ δυσὶν ἤδη χρόνοις Θεσσαλονίκῃ παραμείνασα τὰ πρὸς αὐτῆς καὶ τῶν παίδων διώκει, εἰς ἐπιγάμους ὁρμῶσα συμβάσεις. τὸ δ' ἦν τῶν εἰς τὰ τῇδε ἀπτομένην συμ- E
10μαχικὸν ἐπάγεσθαι ἔκ τε Βελεγράδων Ῥωμαίων κατήκοον καὶ πλεῖστον ἄλλο Τριβαλλικὸν ξενικόν. ἀλλ' οἱ αὐτοὶ ἦσαν καὶ τὰ αὐτὰ ἔπραττον πάλιν οἱ ἐναντίοι. τέως δὲ ἐκεχειρία ἦν τῶν πολέμων, ἐξ ἐγγίονος τῶν κατ' Ἄβυδον στενῶν τῶν βασιλικῶν τριήρεων πλεουσῶν κατὰ κωλύμην τῆς ἔωθεν τῶν Περσῶν περαιώ-
15σεως. οὓς οὐδ' αὐτοὶ προσεποιοῦντο, ὡς ἐλέγετο, Ἀμογάβαροι, ἵνα γοῦν δυνατὰ σφίσιν εἴη ἄγειν καὶ φέρειν οὓς φθάσαντες P 387
διεπέρασαν, κατὰ τὸ αὐτοῖς ἀρέσκον, τῇ καθ' αὐτοὺς πληθύϊ δουλαγωγουμένους, εἰ καὶ πολλοὶ τὴν περαίαν διακατέχοντες, ἰοῖς τιτυσκόμενοι, τῆς ἠϊόνος ἀπήρτων τοὺς ἡμετέρους, ἤν τί που

fuasere ut e loco quem tueri ad extremum nequirent, salvi cum suis rebus incolumesque ultro decederent. quare illis in suas acceptis naves vacuam arcem obsessoribus reliquerunt. ambitiosis celebratum famae praeconiis id factum est, adeo ut qui propenso, ut fit, favore vera fictis cumulabant, etiam adderent Callipolim a Genuensibus subactam. quod longe a vero abfuit, toto demum societatis Genuensis operae pretio ad arcis unius Tenedensis procuratam deditionem redacto.

Nec plus novi subsidii rebus imperatoris attulit rumore iactatus magno apparatus Irenes Augustae; quae duobus iam annis Thessalonicae suis et filiorum negotiis ordinandis intenta morabatur, inter quae non postrema illi cura erat splendidorum utiliumque suae domui nuptialium foederum tractandorum. haec porro illic degens dicebatur inivisse consilium cogendi copias imperatori submittendas, partim Romanas e subditis imperio Belegradensibus, partim auxiliares exteras e gente Triballica. caeterum hisce spebus cunctantibus, imperii hostes iidem qui prius erant eademque agere pergebant, nisi quod nunc laxamentum belli contigit modicum, repressa paulisper licentia hostili per admotas propius angustis faucibus Abydi triremes imperatorias, causa prohibendae, quae illic parari ferebatur, traiectionis ex Oriente Persarum; quam ne ipsos quidem cupere aut sibi utilem putare Amogabaros fama erat, veritos ne quibus e gente Persica evocatis fidis hactenus et obsequiosis auxiliaribus in agendis ferendisque miseris Romanis utebantur, quod maiori gentis alienae numero circumdati haud impune sibi viderent fore, si quid attentare per contumaciam auderent, iidem adiuncti suis popularibus iusto exercitu transgressis obtemperare iam iis dedignarentur, quibus se haud inferiores potentia confiderent. interea vero cuncta illa ora littoralis Asiae Persicis longa ordinatis serie praesidiis insessa infesta sane nostris erat, si quo

καὶ ἐγχειροῖεν ὅπῃ παρατύχοι ὁρμίζεσθαι ἢ μὴν ὑδρεύεσθαι. πᾶσαν γὰρ ἠϊόνα διηνεκῶς ξυνέβαινε Πέρσαις κατέχεσθαι, πλὴν
B τῶν ὅσον κατ' Ἀτραμύτιον καὶ Φώκαιαν ἦν, ὃ δὴ τῷ Μανουὴλ Ζαχαρίᾳ κατεῖχετο, οὐ τόσον χωρίων ἰσχύϊ ὅσον τῷ τῶν περὶ ἐκεῖνον Ἰταλῶν ὄντων εἰς πόλεμον θράσει πεφυλαγμένον. τῷ τοι καὶ ἀτημελημένας τὰς ἑκατέρωθεν νήσους ὁρῶντες οὗτοι ἐπιμαχωτάτας κειμένας τοῖς τολμησείουσι ξυμβαλεῖν (οὐδὲ γὰρ σφίσιν ἀπόδραστα ἦν τὰ ἐς κίνδυνον σφῶν ἁλωμένων) πέμψαντες βα-
C σιλέα ἠξίουν ἢ αὐτὸν ταῖς νήσοις τὸ ἀδῄωτον προνοεῖν, ἢ αὐτοῖς ἐπαγγεῖλαι τὰ ἐς φυλακήν, ἀνέντα καὶ τὰς ἐκεῖθεν εἰσπράξεις, αἷς εἴη ἂν χρᾶσθαι ναῦς ἐξαρτυομένοις εἰς τὴν τῶν ἐπιτιθεμένων ἀνταγώνισιν· ἐκείνοις γὰρ καὶ πρὸς χρόνον ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ τὸν τόπον ἐδίδου πρὸς ἐργασίαν στυπτηρίας ἐπιτηδείως ἔχοντα. οἳ δὴ καὶ τὴν πόλιν καταλαβόντες βασιλέως εὐμενοῦς ἐτύγχανον ἐς ὃ πρᾶξαι σφίσι τὸ κατὰ βούλησιν, εἰ καὶ ταῦτα ἐν ἀναβολαῖς ἦν ἔτι.

D 35. Τότε καὶ ἡ πάλαι συζυγεῖσα τῷ Σμιλτζῃ καταλαβοῦσα τὴν πόλιν, ὡς ἐλέχθη τὸ πρότερον, τὰς μετὰ τοῦ βασιλέως ἐπιγαμίας κατησφαλίζετο. ἃ δὴ μαθὼν Ὀσφεντίσθλαβος,

appellere aut aquandi gratia excendere tentarent, statim repulsis immissione iaculorum. tantum illa pars littoris quae ad Atramytium et Phocaeam pertinet, Persica militia vacabat, quod eam in potestate haberet sua Manuēl Zacharias, non tam locorum munitione quam fama virtutis Italorum, quos ille manu promptos animisque paratos ad quidvis audendum secum habere ferebatur. atque hic idem Manuēl cum suis, negligi videntes insulas utrimque Phocaeae, quam obtinebant, adiacentes, et defectu praesidiorum patere latrocinils expositas, facillime expugnabiles cuivis modo invadere audenti, ac simul intelligentes, si eas occupari ab hostibus contingeret, haud sibi effuginm restare, nec recusare tunc ipsos posse quin servituti succumberent, missis ad imperatorem legatis eum orarunt ut aut ipse provideret iis insulis necessariam securitatem a depraedari eas tententium incursibus, aut sibi eam ipsis curam committeret, remissis quae inde imperiales ministri solerent exigere vectigalibus, quibus ipsi usuri essent ad naves armandas prohibendis hostilium classium in eas littora excensionibus necessarias. nimirum iam a multis retro annis imperator Michaël, Augusti nunc imperantis pater, istum illis locum dederat aluminis praeparationi aptum, quo cum expellendos se viderent, nisi prospiceretur defensioni vicinarum insularum, iure ad imperatorem recurrebant, ad quem spectaret sua beneficia tueri ac clientibus imperii consulere. itaque talia postulantes legati ubi ad urbem pervenere, facilem ad concedendum quod poscebant imperatorem repererunt, quamquam et horum utcumque decretorum executio tracta dilationibus pendebat adhuc.

35. Hoc porro tempore, quae uxor olim Smiltzae fuerat, cum ea ante in urbem advenisset, prout dictum est superius, de iis quae tractatura cum imperatore venerat, ipso assentiente, connubiis convenit. quod

ζητῶν καὶ αὐτὸς λιπαρῶς κῆδος ἐκ βασιλέως, καὶ ἤδη τὸν Ἐλτι- P 388
μηρῆν ἀπογνοὺς ὡς πρὸς βασιλέα καὶ αὐτὸν ἀποκλινοῦντα, γαμ-
βρόν γε ὄντα Σμιλτζαίνης, πέμψας δύο φρούρια τῶν καλλίστων,
Ὑάμπολιν καὶ Λαρδαίαν, ἃ δὴ Ῥωμαίους ἀφελόμενος πρότερον
5 ἐδίδου κατὰ χάριν Ἐλτιμηρῇ θείῳ γε πρὸς πατρὸς ὄντι, δι' ὁμο-
λογίας καὶ αὖθις ἀναλαμβάνει καὶ φρουροῖς εἰσαχθεῖσι κατασφα-
λίζεται, ἐπίδοξος ὢν καὶ τοῖς λοιποῖς ἐγχειρήσων. ἡ γὰρ ἀπο-
τυχία τοῦ βασιλικοῦ πρὸς αὐτὸν κήδους τὰς ὁρμὰς ἐκείνῳ παρώ- B
τρυνεν, εἰ καὶ ὕστερον καιροῖς ἰδίοις καὶ τοῦτο γεγόνει. καὶ ὡς
10 πάλαι Βουλγάρων ὄντα τὰ χωρία ἐσφετερίζετο. ἐῴκει δὲ τὸ δαι-
μόνιον Ῥωμαίους καὶ κατὰ δύσιν εἰσπραττόμενον δίκας ὧν ἐμφα-
νῶς οὐχ οἷοί τ' ἦσαν εἰδέναι πλημμελημάτων, εἰ καὶ ὁ τῆς πό-
λεως ἱερεὺς τὰς τῶν εἰσπραττόντων ἐργολαβίας ἐπῃτιᾶτο, ὧν
οὐδ' αὐτῷ ἐς ἅπαν, ὡς τοὺς πάντας εἰδέναι, οὐ μετὸν ἦν, καὶ
15 μᾶλλον ἐπὶ τοῖς τῆς ἐκκλησίας πράγμασιν. οὐδὲν γὰρ ἦν ἐλλει-
φθὲν τῶν προτέρων ἐκείνων ὅπερ οὐκ αὐτὸς ἔχων, καὶ αὐτὰ δὴ C
τὰ τῶν ἀξιωμάτων προνόμια ἀκριβῶς αὐτοῖς ἐνεργούμενα, ὡς
ἀπαυανθῆναι τελέως τούτοις καὶ τὰς τιμάς, πτωχῶν μὲν πολυω-

4. καὶ] καὶ τὸν P.

cum rescivisset Osphentisthlabus, qui et ipse instanter sed frustra, affinitatem sibi cum domo Augusta ex imperatore quaesierat, desperans iam se tenere suis fidum partibus Eltemerem posse, quippe quem inclinare versus imperatorem noverat utpote generum Smiltzaenae, duas arces ex optimis, Hyampolim et Lardaeam, quas a se Romanis prius ereptas deinde in gratiae pignus donaverat Eltemerae suo patruo, missis ad eum qui poscerent, certis conventionibus iterum recepit et praesidiis impositis sibi asseruit. nec dubitabatur quin porro pergeret in eo genere conari, vindicando sibi quas posset Romanas arces illius limitis, tamquam olim ad Bulgaros iure quam optimo pertinentes. nam illum ad quacumque posset ratione nocendum Romano imperio instigabat sensus acer repulsae quam ab imperatore tulerat ambiens honorem, quem tamen serius est suis postea temporibus adeptus, necessitudinis nuptialis cum domo Augusta. videbatur autem haec ita disponens divinum numen a Romanis quoque tractus Occidui hactenus barbaricae vexationis immunis poenas repetere scelerum ipsis occultorum, quae ne sinus quidem animi scrutando intelligere manifeste poterant, quando quove modo conscivissent, quamtumlibet urbis antistes mancipum et redemptorum Augustalium ex illa ipsa gente concussiones in suos populares praetextu exigendorum tributorum avare ac crudeliter exercitas criminaretur, iis causam imputans irae coelestis, paris ipse tamen, id quod omnes norant, haud expers culpae, maxime in ecclesiasticis possessionibus et proventibus. nihil enim iam erat istius generis é prioribus illis depeculationibus reliquum, quod non ipse usurparet, usque ad ipsos dignitatibus ecclesiasticis sustinendis addictos olim census, adeo ut ad incitas redacti qui sacrorum honorum titulos gererent, obsolescerent prorsus et pudenda illuvie sorderent. et rapinis ille quidem istiusmodi curam mendicorum alendorum obtendebat, haud anim-

ρίαν προὔσχετο, τιμίους δ' ἄνδρας καὶ αἰδοῦς ἐπιεικῶς ἀξίους παρ' οὐδὲν ἔχων, μηδὲν ἐκείνοις ζωῆς προνοῶν, ἀλλὰ καὶ ἀναλγήτως ὡς ἐνῆν προσφερόμενος ἐκ πικροῦ καὶ ἀτενοῦς ἤθους, πτωχεύειν ἐποίει, ὧ συμφορᾶς οὐχ οἵας τ' ἐνεγκεῖν ἐλευθέροις ὅλως, πανταχόθι τῆς πόλεως. τῷ γὰρ ἤθει πικρῷ γε ὄντι ὁ τῶν πάλαι
D ξυμπεσόντων κατὰ μνήμην συντακεὶς κότος κοινὴν Ἐριννὺν ἀντικρυς ἐποίει τὸν ἄνθρωπον, μηδ' αὐτοῦ βασιλέως ὅλως δυναμένου μεταβάλλειν τὸ ἦθος, εἴ πού γε καὶ οἰκτίζοιτο. ὁσημέραι γὰρ ἀναφορῶν πρὸς αὐτὸν γιγνομένων οὐδὲν τὸ παράπαν ἠνύετο. καὶ ὡς εἰκὸς κατενεῖτο καὶ πρότερον ταῦτα πράττειν θέλων, εἰ
E καὶ παρὰ πολλῶν καὶ μεγάλων τῷ βασιλεῖ πλησιαζόντων κατεκωλύετο. νῦν δ' ἀλλὰ τῶν μὲν ἐξ ἀνθρώπων γενομένων, τῶν δ' ἐκποδὼν ἐκόντων, τῶν δὲ καὶ κατ' ἐπήρειαν ἀπαλλοτριωθέντων καὶ βασιλέως καὶ πόλεως, αὐτὸς τὸ κατ' ἔθος πικρὸν ὡς εἰκὸς θελητὸν ῥᾳδίως ἐξήνυε, μηδενὸς τὸν κρατοῦντα τολμῶντος νύτ-
τειν. καὶ ὥσπερ ἂν εἰ θεοῦ ἀργοῦντος, κατὰ τὴν δημώδη παροιμίαν, τινὰ πράττονται, οὕτω καὶ βασιλέως ἀργοῦντος, δικαιω-

6. κότος] εἰκότως P. 9. γενομένων P.

advertens multiplicare se hoc modo mendicorum numerum in eumque compingere viros natalium et dotium splendore magna diguos reverentia, quos omni vitae tolerandae facultate destitutos relinquebat, ne id quidem solatium indulgens miseris, ut eorum quas palam cerneret aerumnis condolere videretur. crudum enim et immitem pro sua caetera rigidae indolis acerbitate obvertere perseverabat vultum atque obtutum iis ipsis, quos e splendida fortuna spoliando compulerat ad victum sibi mendicato quaeritandum (o contumeliam libere natis et educatis prorsus intolerandam!) passim per vicos plateasque civitatis. tantum videlicet abfuerat a minuenda molliendaque vel paululum duritie antiqua, ut qua se quondam flagrasse ob eam invidia meminerat, eam quasi iam ulcisci studens, indeque accensus indignatione saeviori, Furiam plane quandam et communem Erinnyn se praeberet vice hominis; nec eum imperator, utcumque calamitates publicas miseratus, deflectere ab immani rigore posset, querelis ad hunc quotidie obtestationibusque multorum dira patientium sine ullo prorsus effectu delatis. intelligebantque qui statum praesentem rerum cum superiori comparabant prudentius, quod nunc Athanasius licentius quam antea grassaretur, haud esse indicium auctae nunc ipsius maleficae voluntatis, sed cum pari semper eius atrox animus inclementia ferretur, cohibitum illum quadamtenus antea praesentia et monitis magnatum plerimorum propria nobilitate ac principis familiari gratia ipsi quoque verendorum; quales cum modo non adessent, partim morte subtracti, partim voluntario secessu alio delati, partim damnis acceptis alienati a principe propteresque sponte aula et urbe digressi, ipse nunc solutis omnis respectus habenis libere totam exerebat innatae inhumanitatis feritatem, nemine iam qui auctoritate polleret aliqua de his interpellare Augustam audente. itaque sicut, iuxta populare verbum, deo cessante ac quasi dormitante quaedam aguntur, ita nunc feriante ac connivente Augusto

μάτων προϊσχομένων θεοῦ, οἷς οὐδ' αὐτὸς ἄνθρωπος γεγονὼς ἐχρήσατο, ταῦτ' ἐγίγνοντο. καὶ ὅτι μὲν δι' ἁμαρτίας ἡ παραχώρησις, πρόδηλον· πλὴν ἀλλ' ὁ πρὸς τὸ κολάζειν κληθεὶς φο- P 389
βείσθω τὴν πρόσκλησιν, ὡς οὐδὲν ὅλως τῶν ἀγαθῶν ἀγγέλων κολάζειν τοὺς εἰς θεὸν ἁμαρτάνοντας. ἀλλ' ὡς ἔοικε, μέλον ἦν θεῷ κοινῇ καὶ τοὺς ἐντὸς κυρῆσαι τοῖς χαλεποῖς, εἰ καὶ μὴ ὁμοίως τοῖς προστιμῶσιν ἐχρῶντο μηδὲ τὰς κολάσεις ὑφίσταντο τὰς αὐτάς, ὡς ἐκεῖ μὲν πολεμίων ὄντων τῶν ἐπιτιθεμένων, ἐν- B
ταῦθα δ' ἰδίων, κἀκεῖ μὲν εἰς σῶμα τοῦ κινδύνου περιισταμένου, ἐνταῦθα δὲ καὶ εἰς ψυχὴν διαβαίνοντος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον ἀγέσθω, εἴθε δέ γε καὶ ἄμεινον· ἡμῖν δ' αὖθις ἐκτέον τῶν ἐφεξῆς.

7. ὁμοίοις?

hae impune secureque immanitates exercebantur, specioso commendatae obtentu, exequendarum dei iustificationum, quibus ipse qui sic ageret, quantumvis, ut homo, nihilo quam homines caeteri minus obnoxius, in se ipso tamen minime uteretur. atque hanc illi quidem propter peccata nostra nos ita conculcandi licentiam ex alto concessam, non est dubium. caeterum qui ad alios castigandos a deo vocatur, timeat praeiudicium infamis ministerii, peccantium in deum cruciandorum; quippe ad quod rei solum et mali, non autem boni adhiberi angeli consueverint. verum uti apparet, id curabat deus ut Romani aeque omnes, imi summi, ecclesiastici laici, intra urbem et extra degentes, plecteremur malis in genere dissimili vix disparis gravitatis. licet foris quidem haec ab hostibus, intus a civibus inferrentur, noxa illic in corpore haerente, hic etiam penetrante usque ad animae intimum. sed ista quo deo visum fuerit aguntor. utinam autem reflectantur in melius. nostra porro deinceps reddatur opera reliquis, prout sunt gesta, referendis.

H.

Ἤδη μὲν οὖν τοῖν βασιλέοιν τῷ μὲν εἰκοστὸν καὶ τρίτον τῷ δὲ P 393
δωδέκατον αὐτοκρατοροῦσι ξυνέβαινεν ἐξανύεσθαι, καὶ τὰ μὲν κατ' ἀνατολὴν καὶ ἐς τόσον ἐνόσει ἐκ τῆς τῶν Περσῶν ἐπιθέσεως ὥστε καὶ ἀνηκέστως ἔχειν δοκοῦντα παρεῶσθαι τὸ ξύμπαν, καὶ

16. παρεώφται P.

VII.

Ambobus iam imperatoribus, seniori quidem tertium et vigesimum, iuniori autem duodecimum annum imperii evolvi contigit, quando regiones quidem Orientales adeo a Persarum incursionibus laborabant, ut velut desperatae curationis ac prorsus conclamatae negligerentur, et quae inde

ἀποπροσποιεῖσθαι τὰ περὶ ἐκείνων λεγόμενα οἷς οἵοις τ' ἦν ἀκούουσιν ἂν ἐξιᾶσθαι, τὰ δὲ κατὰ δύσιν, ἔνθεν μὲν Ὀσφεντίσθλαβος τὰ Ἐλτιμηρῆ κατήκοα, οὐδὲν ἐπευλογούμενος ὅτι μὴ τὴν ἐς βασιλέα οἱ ἀπόκλισιν αἰτιώμενος, ἄγων καὶ φέρων τὰ πάντα ἐξελῃΐζετο, μηδ' αὐτῶν τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀπισχόμενος, ἐκεῖθεν δὲ Ἀμογάβαροι τῷ καθ' αὑτοὺς κρατυνόμενοι θράσει ἐξ ὑπογύου κατὰ τὴν μάχην εὐημερήσαντες οὐδὲν ὅτι τοῦ ἐντὸς ποταμοῦ Μαρίτζης, οὕτω πως ἐπιχωρίως λεγομένου, ἀδεὲς εἶασαν καὶ ἐν κατάστάσει. εὐέφοδος δὲ καὶ ὁ κατὰ Θρᾴκην ἔκειτο τόπος, καὶ τοῖς προσοικοῦσιν ὅσα δὴ καὶ τὸν περὶ ψυχῆς τρέχουσι κατήπειγε τὸ μεταναστεύειν, τὸ πάντ' ἔρημ' ἦσαν τῶν ἐνοικούντων, πλὴν οἷς ἀφροντιστοῦσι κινδύνου σκυλεύειν καὶ φωρίοις ἀποζῆν ἐξ ἁλαστορίας εἴθιστο. ὁ μέντοι γε βασιλεὺς Μιχαὴλ τὸ Διδυμότειχον ὑπεισδύς, οὔ τι ἑκούσιός γε, ἀλλ' οὐκ ἦν ὅλως πρὸς ἡδονὴν τοῖς στρατιώταις ἐπισπέσθαι οἱ ὀκνήσει ἰσχομένοις, τὰς ἐκ τοῦ πολέμου τρώσεις ἐθεραπεύετο. βασιλεὺς δ' ἀπογνοὺς ἐντεῦθεν τὴν πρὸς Κατελάνους μάχην, ἄνδρας ὅλως δυσθανατῶντας καὶ τὸ ζῆν ἐν πεττοῖς ὡσανεὶ τιθεμένους, ἄλλως ἔγνω τὰ κατὰ τούτους

8. ἀπολογούμενος? 11. τὸ πάντ'] ὥστε πάντ'? 14. ἦν] ἂν?

tristia nuntiabantur, ab iis qui rebus praeerant quasi nihil ad ipsos pertinentia reiici solerent ad alios, si qui uspiam forent, quibus facultas non deesset malis cognitis remedium adhibendi. in Occiduo vero tractu hinc quidem Osphentisthlabus terras Eltemerae subiectas, nihil aliud praetexens nisi eius inclinationem ad imperatoris partes, agebat ferebatque hostiliter diripiens, ac ne Romano quidem abstinens limite; inde autem Amogabari successu nuper pugnae prospero in audacia confirmati nihil in regione, quanta patet citra fluvium vulgo Maritzam dictum, aut securum a terrore aut intactum a vi saeva integrumque sinebant. limes quia etiam finitimae Thraciae nullo praesidio munitus ad arcendam horum vim, si vellent irrumpere, expositam eam totam istorum iniuriis provinciam praebebat, cogebatque sui periculi conscios eius incolas certam necem matura fuga praevertere. quod cum streaue fieret a cunctis, vasta et habitatoribus vacua cuncta erant per Thraciam, solis ibi remanentibus, quibus antea periclitari latrocinando solitis velut familiare institutum nefaria professio placebat rapto ac per scelera vivendi. porro imperator Michael Didymoticho, quam arcem subierat, clausum sese continebat, haud ille quidem volens: sed erumpere gestientem necessario sistebat, quod militibus alacritas et animus deerat ipsum sequendi, si prodiret. nempe hi fracti animis ob acceptas clades ignava desidia torpebant; unde is nihil tunc agere aliud valens accepta bello vulnera per otium curabat. hoc Augustus senior comperto desperavit rem geri a suis manu cum fiducia successus prosperi contra Catelanos posse, homines eo difficiliores occisu quo se promptius ad necem offerunt. quod enim nihilo cunctantius vitas in praelio quam in ludo calculos in aleam iaciant, ut abundant ad quidvis aggrediendum audacia, ita nihil non quod susceperint ista intrepiditate perficiunt. igitur aliam a periculis aperti Martis incundam sibi de-

μεταχειρίσασθαι, καὶ μάλισθ' ὅτι ἠγέλλετό οἱ Πέρσας μὲν καὶ αὖθις, ἢν νηῶν τύχοιεν, ἀντιπερᾶν ὁρμᾶσθαι, εἶναι δὲ ταύτας, ἢν βασιλεὺς θέλοι, τὰς βασιλέως ἐκείνῃ πῃ σαλευούσας καθ' ὃν καὶ λέλεκται τρόπον, ἐπεῖτοι γε καὶ δι' ὑποψίας Ἀμο- E
6 γάβαροι γενόμενοι τῆς ἐπὶ τὴν Καλλίου σὺν αὐτοῖς εἰσόδου διεκωλύοντο. αὐτοὺς δὲ Κατελάνους γνωσιμαχοῦντας εἰς τὴν μετὰ τοῦ βασιλέως εἰρήνην ῥέπειν, ἤν τις τὰ πιστὰ σφίσι διδοίη. ἔτυχε δὲ καὶ γραμματεὺς τοῦ Καίσαρος, Ἰάκωβος τοὔνομα, ἄλοὺς ἐπὶ Τενέδου γραφὰς παρὰ τοὺς ἐν Σικελίᾳ κομίζων, ὃν ἐπαναχθέντα
10 πρὸς βασιλέα βασιλεῖ πληροφορεῖν ξυνέβαινεν, ὡς ἢν μή γε καὶ P 394
ἄλλοι προστεθεῖεν σφίσι Σικελίηθεν ἀναχθέντες, τὰς ὁρμὰς αὐτοὶ ὑποκλώμενοι ἕτοιμοί εἰσιν εἰρηνεύειν. τὸ γοῦν ἐκεῖθεν ἴέναι τινάς, ὅσον τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ συνεργοῦντος εἰ ἐπισταίη, ἁλόντος ἀνακεκόφθαι. εἶναι δ' ἐντεῦθεν εὐχερὲς αὐτοὺς μετελθεῖν καὶ
15 τὸ τῆς εἰρήνης προβεβλῆσθαι σχῆμα βασιλεῖ τὰ μὴ μάχιμα ἐπαγ-

5. γινόμενοι P.

crevit rationem eorum a se ac suis violentiae avertendae. et causae commodum aderant cur sperari posset eos non gravate compositionis mentionem admissuros. primum enim abducendi ab iis auxiliares Persas facultas offerebatur, siquidem hos novae sub Catelanis militiae taedebat, nec dubitabatur quin, si copia navium ad traiectum in Asiam ipsis suppeteret, redituri statim ad suos forent. posse autem, si vellet imperator, commodari eis ad istum usum imperatorias naves, in illo tunc mari, quo dictum modo est, morantes. adeo autem palam graviterque a Catelanis dissidere admixtos iis Persas fama erat, ut hos illi ab ingressu secum ipsis hactenus communi liberoque urbis Callipoleos novissime arcere coepisse satis constaret. quin et de Catelanis ipsis sciri, pugnare illos invicem sententiis de summa rerum suarum, nec paucos ipsorum ad consilium inclinare ineundae pacis cum Augusto, si eius secure tractandae facultas offerretur. super haec isto ipso articulo rerum peraccommodate ad spes tales lactandas contigit capi quendam apud Tenedum, Iacobum nomine, qui paulo prius a commentariis Caesari Rontzerio fuisset, ac post eius necem missus a Catelanis in Siciliam ad auxilia ipsis illinc evocanda literas inde referebat, cum quibus deductus ad imperatorem est. his ille visis, auditoque captivo, magnopere in hac persuasione firmatus est, despondere Catelanos animum, nec suis praesentibus fidere viribus satis, ut bellum a Romanis sustinere se confidant posse, nisi externis auxiliis roborentur; qualia cum e Sicilia, unde petierant, intercepto illuc misso tractatore non expectaturos ipsos verisimile sit, apparere non alienos a consiliis pacis fore. quam in sententiam Augustum Iacobi quoque huius, intime consci status ipsorum, affirmatio trahebat, aientis sibi commissum usi id negotium fuisse: se iam capto antequam responsis perlatis conveniri de re tota potuisset, fractam hanc prorsus nec ultra processuram negotiationem esse. addebat videri sibi facile iam fore induci Catelanos ad tractandum disquirendasque communiter utilis utrimque conventionis vias, modo imperator nec ipsum se propendere ad belli consilia non gravaretur

B γέλλοντι· πέμπειν δὲ τοὺς πιστοὺς ἐς τὰ μάλιστα σφίσι δόξαντας, καὶ οἷς ἦν ὡς ἥκιστα διαψεύδεσθαι ὑπειλῆφθαι. ταῦτ' ἄρα καὶ βασιλεῖ τοὺς λόγους ἀποδεξαμένῳ, τὸ μὲν αὐτῷ ἐπιστέλλειν τὰ τῆς εἰρήνης συνάμα καὶ ἄλλοις διαπρεσβεύσασθαι, ὅσον τῶν ὀνησίστων, τοσοῦτον οὐκ ἐχέγγυον ἐκ τῆς πρὸς τὸ γένος οἰκειότητος κατεφαίνετο, ἄλλως δὲ τὰ τῆς γνώμης κατασφαλισαμένου, οὐδὲν ἐμποδὼν ὑπετόπαζε τῷ τούτοις ἐπιχειρεῖν αὐτοῦ γε πρε-
C σβεύοντος. ὅθεν καὶ ὅρκοις προκατελάμβανε, καὶ σὺν αὐτῷ τὸν τῶν Λατινικῶν ἑρμηνέα Κορόνην ἐξαποστέλλων ἐκέλευε τὴν ταχίστην ἰέναι καὶ τὰ τῆς εἰρήνης πειρᾶν ὡς οἷόν τε διαπράττεσθαι. καὶ δὴ παραγενόμενοι οὐ πολλῷ ὕστερον σφίσι συνάμα καὶ τισιν ἄλλοις τρισίν, καθημένων δ' ἔν τινι τῶν φρουρίων καὶ μηνυτῇ χρησαμένων, οἱ ἐν τῷ φρουρίῳ Καλλιουπόλεως Κατέλανοι ὁμήρους δόντες κατὰ πίστιν τοῦ μή τι παθεῖν ἐκείνους ἀνήκιστον,
D ἵππους πέντε πέντ' οὖσιν ἐξαποστέλλουσιν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐς αὐτοὺς

3. τὸ] τῷ P.

ultro monstrare, missis ad eos hominibus maxime fidis, quorum promissa quin secuturis certo effectibus deinde sancirentur, nulla posset ratione dubitari. hac imperator oratione Iacobi penitus in animum admissa, praeterquam plane assensus ei est incubuitque omnino in voluntatem pacificationis cum Amogabaris tentandae, etiam cogitare coepit de isto ipso talis auctore consilii in eius exequendi sequestrum et ministrum adhibendo, quibusdam illi ad hoc additis sociis. ac peridoneus is quidem, pro peritia Catelanicarum rerum, si par erga res imperii studium ac fides non deforet, ad eiusmodi negotium futurus videbatur. timere tamen cogebat consanguinitas eius et intima necessitudo cum hostibus, ne omnia in favorem suorum unice trahens aliquod fortasse rei Romanae grave damnum importaret. verum contra istam formidinem confirmavit imperator facile animum, autumans vel aliorum sibi fidissimorum interventu collegarum vel caetera sua vigilantia praecavendum omne incommodum eiusmodi. minime igitur periculosum arbitratus et hunc in parte legationis ad pacem Catelanis proponendam mittendae censeri, dummodo sibi fidem ad id recte agendum obstringeret, ius ab eo iurandum exegit et accepit, eoque sic religione praeoccupato deinceps securus comitem ei adiunxit Corenen quendam, quo Latinarum literarum interprete utebatur. his duobus tres insuper alii sunt additi. qui omnes mandatis ab imperatore onerati urgentibus etiam atque etiam negotii commissi quam maxima possent arte atque industria gerendi, confestim itineri se dare rectaque ad Catelanos celeriter se conferre iussi sunt. admoverunt se illi Callipoli primum, quam proxime tutum fuit; admissique in illic sitam imperatorium castrum inde miserunt indicatum Catelanis habere se quae ipsis proponerent imperatoris, a quo mitterentur, nomine, paratos ad ipsos accedere, modo missis obsidibus suae ipsorum securitati caveretur. aequa et impetrabilia peti visa sunt. mittuntur ergo Callipoli postulati obsides, in castro Romano custodiendi, quoad in potestate Catelanorum missi ab imperatore perstitissent, in pignus fidei qua nihil ipsos passuros acerbum Catelani promittebant. mittuntur et equi quinque pro numero legatorum,

γένωνται· πλὴν ἑκάστῳ συνεπωχεῖτο ὄπισθεν ὁ φυλάξων τὸν ἐπιβάτην, τῷ μὲν δοκεῖν, μή πως ἐξ ἐφόδου τις ἐκπηδήσας τῶν Κατελάνων ἄχαρί τι δράσοι τὸν πρεσβευτήν, τῷ δὲ βαθυτέρῳ, ὡς ἂν μηδὲ καιρὸν διδόντες σφίσι προμαθεῖν τι περὶ ἐκείνων ἔκ τινος περιεργίας ἐπερωτήσασιν. (2) οἳ καὶ ἐπιστάντες ἔλεξαν P 395 τάδε. "βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ἡμέτερος μὲν δεσπότης, σφῶν δ' ὑμῶν κλήτωρ, τάδ' ἐπήγγειλεν ὑμῖν. χρεὼν ἀνδράσι θεοῦ μὲν τιμᾶν αἱρουμένοις δίκην, βασιλεῖ δ' ἐς τὰ μάλιστα μεμνῆσθαι χαρίτων δικαίοις οὖσι, μὴ ὅ τι βουλομένοις ἂν εἴη σφίσιν, ἀλλὰ καὶ ὅ τι συνενέγκοι ἂν ἐς τὸ μετὰ ταῦτα σκοπεῖν. τὸ μὲν γὰρ ἀβούλου καὶ πρὸς τὸ παραυτίκα μόνον ἀφορώσης γνώμης, τὸ δὲ τὴν εἰς τὸ μέλλον πρόνοιαν ἀταμίευτον οὐκ ἐᾷ κεῖσθαι. καὶ B ὑμῖν τοίνυν, εἰ μὲν τὴν ἀρχὴν τὰ τῶν ἐχθρῶν ἑλόμενοι ἐς τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐσβαλεῖν ἔγνωτε, οὐ δικαίως ἂν νεμεσᾶν ἔχοι τις· μηδὲ γὰρ ἀνθρώποις ἀσύνηθες τοῦτ' εἶναι, καὶ μᾶλλον ὅτε καὶ τὰ γένη διαλλάττοιεν, οἷς ἔνι μὲν σπονδαῖς χρῆσθαι, ἔνι δὲ καὶ ὁμόσε ταῖς μάχαις ἰέναι. ἐπεὶ δὲ ξύμμαχοι προσκληθέντες τὰ

cum militibus totidem, quibus erat mandatum ut a tergo imperialium missorum eodem cum ipsis equo veherentur. ratio inexpectatae praescriptionis allegabatur securitas legatorum, quos sic custos adhaerens ab insultibus forte obviorum hominum sui generis, ab agnitis e veste Romanis haud facile temperaturorum manus, defenderet. sed praetextus hic fuit. vera enim, ut qui penitius introspiciebant iudicarunt, causa eius facti erat, ut per affixos ipsis arbitros legati prohiberentur explorare circumspiciendo percontandoque statum Callipolis praesentem curiosius quam tutum tali tempore Catelanis in arce una illa summam rerum habentibus videretur. (2) illi introducti haec dixerunt. "imperator Andronicus, noster quidem dominus, vester autem vocator, haec nos vobis dicere mandavit. convenit viris dei vereri iustitiam ultro professis, principi autem supremo maxime, gratos se praebere bene meritis, non solum quoniam ita deliniunt et sibi magis devinciunt eos quibus rependunt acceptam gratiam, sed vel si praesens fructus eius facti nullus foret, quoniam id esse in posterum conducibile, qui recte iudicant praesentiunt, ipsa eventuum experientia semper deinde suffragante. porro praesentibus dumtaxat attendere inertis est animi et ad boni prosecutionem infirma incertaque languescentis voluntate. prospectus vero futuri, et verisimiliter expectandorum praesumpta solicitudo successuum, campum late detegit oculis exploratricis providentiae, eique longe consulenti nullas umbras aut caecas latebras, quibus suspicio subesse insidiarum possit, nihil obscurum ac non clare perspectum esse sinit. ac vobis quidem si a principio hostilem in nos animum professis susceptus deliberate fuisset impetus terras Romanorum manu armata invadendi, queri iuste nemo posset. haud insuetum est etenim hominibus, praesertim origine divisis et generum diversorum, dissidere sententiis committique odiis, arcanosque istos sensus conatibus expromere invicem infestis. iure quippe communi genti cuivis licet aut pacem cum alia colere aut bello eandem oppugnare. postquam autem ad auxiliandum nobis bellantibus vocati hostes vos statim iniuriis atrocibus,

τῶν ἐχθρῶν, οὐ δέον ὄν, ἐκ τοῦ ἐξαίφνης ἀνθειλισθε, πῶς ἂν
C μὴ θέλων τις ὑμῖν νεμεσᾶν ἐκφύγοι τὸ νεμεσᾶσθαι; μνήσθητε
γὰρ πρὸς ἐκείνους χεῖρας ἀνταίροντες, ὑπὲρ ὧν κινεῖν ὅπλα πρὸς
τοὺς σφίσι πολεμοῦντας μεγάλων ὡμολογήσατε τῶν μισθῶν. πῶς
δὲ δίκαιον καὶ νόμιμον, κειμένων εἴτε θείων εἴτε καὶ ἀνθρωπίνων,
θέσθαι μὲν ἐν ἀλογίᾳ τὰ ὁμωμοσμένα, μεγάλων δὲ χρημάτων ὧν
εἰς ὑμᾶς ἐδαπανήσαμεν, τὰς καθ' ἡμῶν ὁρμὰς ἀντιδοῦναι; τί
δ' ὑμῖν καὶ ἀποκριθείη ἐς τὸ μετέπειτα ὄνομα; συμμάχους ὀνο-
P 396 μάσειέ τις; ἀλλ' αἱρετέα τὰ τῶν ἐχθρῶν ὑμῖν ἔδοξεν. ἀλλ'
ἐχθρούς; καὶ τίς ἂν καὶ τίνας μεγάλων μισθῶν ἐπὶ σφετέρῳ πο-
νήρῳ προσκαλεῖσθαι δέξαιτο; ἀλλὰ συμμάχους μὲν τὸ πρῶτον,
πολεμίους δ' ἐσέπειτα καταστάντας; καὶ τί γ' ἄλλο ὑμῖν τις ἐπι-
καλοίη δεινόν, εἰ σύμμαχοι ἐπιστάντες, πολλῶν καὶ ταῦτα τῶν
ἀναλωμάτων, ἔπειτα ἐσπείσασθε μὲν τοῖς ἐχθροῖς δι' οὓς προσε-
κλήθητε, μετ' αὐτῶν δὲ τὴν ἡμετέραν λῃΐζεσθε; τί δὲ καὶ ἀπο-
λογούμενοι Χριστιανοὶ Χριστιανοὺς τὰ ἀνήκεστα δρᾶτε, τῷ μὴ
B ἐς ἀναβολὰς θέσθαι, κακοὶ δόξαι ὥσπερ αἱρούμενοι; τί γὰρ τῶν

13. πολλοῖς P.

quod nefas est, polliciti socios, monstrastis, quomodo qui vos arguere noluerit, meritam ipse iudicii parum aequi et malo faventis reprehensionem non incurrat? conscientiam hic provoco vestram, utique recordantium vos manus in eos ipsos violentas iniecisse, contra quorum hostes arma moturos, magnis in hoc auctorati mercedibus, receperatis. cui autem videri iustum queat et legibus seu divinis seu humanis consentaneum, nullam quidem pactorum iuratorum rationem ducere, pro ingentibus autem pecuniae summis, quas in vos impendimus, impetus in nos hostiles rependi a vobis? quonam vero vos deinceps apto appellare nomine licebit? an socios quis dixerit? sed vobis isti vocabulo praeeligere acerbitatem hostilis nominis placuit. hostes igitur vocemus? sed obstat quod, cum nemo utique mercede magna hostes ad sibi nocendum conduxerit, vos accitos a nobis et largis auctoratos stipendiis hostes dici contra rationem omnem est. forte distinguens aliquis tempora, prius socios fuisse vos, deinde mutatis animis factos esse hostes dicet. atqui ad vestram nihil hoc quidem foedius memorari contumeliam queat. quid enim vobis obiici odiosius vel ab amarissimis obtrectatoribus possit quam fide vos fracta, quam amicis oppigneraveratis, maximis in sinus per manus illorum vestros largitionibus effusis, repente depravata voluntate foedus quidem icisse cum hostibus contra quos vocati suppetias eratis, coniuncta vero cum iisdem hostibus opera et ira terras amicorum, ad quos iuvandos veneratis, qui ampla vobis numeraverant stipendia, pari furore devastasse. agite proferte, si quid habetis in excusationem vestram, quo videamini vel in speciem defendere facinus hoc vestrum, quo Christiani Christianos vehementissimis afficitis iniuriis; nisi non recusatis quin statim, citra ulteriorem inquirendi moram, crudeles perfidique iudicemini, quod esse ultro elegistis. quid enim mali non a vobis actum est? nonne

κακῶν οὐκ εἴργασθε; οὐ χώρας ἠνδραποδίσασθε; οὐκ ἄνδρας ἐκτείνατε; οὐ νήπια καὶ πρεσβύτας ἀνθρώπους οἰκτρούς, τὰ μὲν ἀνηλεῶς διεχρήσασθε, τοὺς δὲ πᾶσαν ἰδέαν βασάνων διενεγκεῖν ἀναγκάσαντες ἔπειτα ἐκποδὼν ἔθεσθε; τί ὑμῖν τοῦ πράκτορας τοσούτων γενέσθαι κακῶν αἴτιον; Καῖσαρ ἀπώλετο. ἀλλ' οὐχ ἡμῶν γε θελόντων, οἶδεν ὁ πάνθ' ὁρῶν ὀφθαλμός· ἀλλ' οἷς ἐντέτροφε μῖσος τὸ κατ' ἐκείνου ἔκ τινων παλαιῶν μνημάτων, C τούτοις καὶ μόνοις αὐτόβουλον εἴργασται τὸ πραχθέν. τὸ παθεῖν οὖν ἐκεῖνον τὰ χείριστα, ὡς οὐχ ἡμῖν μετὸν ὅλως εἰς ζημίας δόκησιν, σφίσιν αὐτοῖς εἰς ἐκδίκησιν περιγράφετε. καὶ μὴν παῖς ἦν ἡμῖν ἡ ἐκείνῳ συνοικοῦσα, ὥστ' ἂν καὶ συγγνωτέα ἐδόκει, ἦν πού τί οἱ καὶ πεπλημμέλητο. καὶ τὸ οὕτω τὰ πεπλημμελημένα μετέρχεσθαι τοῖς τῶν Ῥωμαίων ἤθεσιν ἥκιστα χωρητέα. καὶ τοῦτ' ἦν ἴσως εἰ προῦπτον ἦν τὸ ἀδίκημα. ἦν δὲ μηδὲν ἔχοι τις ἐγκαλεῖν ὡς καὶ αὐτοῖς ἡμῖν βουλομένοις εἰδέναι ἂν εἴη, πῶς ἂν D

4. τοῦ] τοὺς P.

vos totas provincias pueris et mulieribus servitum abductis, viris trucidatis, desolastis? nonne in iis parvulos et senes invalidos, turbam miserabilem, illos quidem immanissime transfixistis discerpsistis, hos autem, ut thesauros videlicet proderent, crudelissimis prius tormentis excruciatos, enecastis? quid vos autem impulit ad tam execrabilia patranda? Caesar periit. sed nobis quidem haud volentibus. scit qui cuncta videt oculus dei. at manu illorum qui longa in eum ex antiquis offensionibus ira in animo nutrita, oblatam veteris doloris ulciscendi occasionem incautum opprimendo arripuere. illi hoc soli facinus proprio consilio, libera voluntate suscepere; his unis aequum est eius invidiam criminis adscribi, non autem nobis, praeterquam inconsciis, etiam illo ipso scelere violatis. nostrum, inquam, quod inscils et invitissimis nobis Caesar passus est, nostrum ipsorum et quidem grave reputamus damnum, gratum ideo habituri si poenis per vos, qui potestis, condignis afficiantur auctores caedis, nostrae quoque domui funestissimae, per quam orbati genero sumus. scitis enim nostram fuisse filiam illius coniugem. quae tam arta necessitudo facile suspiciones diluit nostrae cuiusdam ab eo aversionis ob nonnulla praecedentia dissidia. quis enim, cui mores perspecti sint nostri, non facile intelligit, etiam si quid ab illo molestiae accepimus, paratos magis nos futuros ad venia impertiendum tam intimum affinem quam praecipites ad rapiendam ex eo perfidia et crudelitate cumulatam ultionem, a qua Romani propria generis lenitas immane quantum abhorret? hinc patet neque si manifesta praecessisset in nos Caesaris iniuria, debuisse quemquam suspicari de nobis tantam in eum saevitiam; unde quivis prudens perspiciat quanto incredibiliorem illam sit consentaneum haberi, cum eo quidem tempore quo Caesar oppressus est, nullam ei nobiscum intercessisse controversiam, nihil nos quod illi succenseremus habuisse, vobis quoque ipsis, si volueritis inquirere, constare manifesto queat. sed fingite nos adeo feros ut sine causa ludibunde in familiarium prorumpamus caedes: etiamne tam imprudentes opinabimini, ut ultro attentemus

αἱρετέα ἡμῖν τὰ μὴ ξυνοίσοντα ξυνέβαινεν εἶναι; χωρὶς δὲ τούτων, τοῖς μὲν οὐκ ἔχουσιν ἂν ὅπῃ τραπεῖεν, ἤν πού τι τῶν ἀβουλήτων παρά τινων γένοιτο, ἐκείνοις ἂν ξυμβαίη καὶ παρὰ τὰ οἰκεῖα ἤθη παρατολμᾶν. οἷς γὰρ σφίσιν ἐν στενῷ κομιδῇ τὰ τῆς ἐκδικήσεως, ἐπιχειρητέα καὶ τὰ ἥκιστα ἂν ἐς ἅπαν συνήθη· φέρει γὰρ εἰς καιρὸν ταῦτα τὸ ἀπογνῶναι καὶ τὸ τῶν δρασιόντων
E ἀσθενὲς καὶ ἀμήχανον τοῦ καὶ τὰ συνήθη παραβαίνειν. καὶ ὧν πραττομένων ἡ μέμψις ἐφῆπται, αἰτιάσαιτ' ἄν τις δικαίως· οἷς δ' ἐν ἰσχύϊ τὸ μετελθεῖν ὡς βούλοιντ' ἄν, τὸ αἱρετὴν αἰσχύνην περιβαλέσθαι σφίσιν ἑαυτοῖς πῶς οὐκ ἀβούλητον; τῶν μὲν οὖν πεπραγμένων οὐχ ἧττον ξυγγνώμονας εἶναι χρή, ἢ ἐκδικητὰς βούλεσθε γίγνεσθαι, τοὺς οὐκ ἂν εἰ μὴ αἱροῖντο κακοὶ φαίνεσθαι καὶ ἐκσπόνδων χείρους ζημιωθησομένους τὸ σύνολον. εἰ δ' οὖν, ἀλλ'
P 397 ἐκ τῶν φθασάντων σκεπτέα ἂν εἴη ὑμῖν ὁπόσοις, δέον παρ' ἐχθρῶν πλουτεῖν, ἐκ τῶν ἡμετέρων ἐξωλβίσθητε. καὶ ἀφίημι

7. τὰ] εἰς τὰ P.

quae minime conducibilia, immo maxime damnosa nobis ipsis futura clare provideantur? cui autem queat esse dubium gravi nostra pernicie cecidisse Caesarem, in quo tot spes futuri, tantos effusos in eum ornandum sumptus, tam necessarium gravissimo nostro tempore praesidium imperii uno momento perdidimus? praeter hoc, ad plane nos omni suspicione procuratae necis Caesari purgandos efficacissimum apud recte iudicantes argumentum sit, quod in istiusmodi immania ruere consilia eorum est qui passi a quopiam quod non vellent, quo se vertant non habeat, omni destituti facultate desideratae sibi satisfactionis, aut prosequendae apud potentiores viis legitimis, aut per se palam iusta potestate usurpandae. nam tales, urente intus iniuriae dolore, ultra morem interdum ac fas efferri ad conatum quamvis iniustae ultionis, exemplis, quam esset optandum, crebrioribus cernitur, quod hos efferare soleat desperatio iuris aut honoris imminuti alia ratione reparandi. quibus vero, qualis nostra dei beneficio conditio est, quibus, inquam, auctoritas et vis ad manum prompta suppetit contumeliarum, si quas accepimus, legitima et inculpata ratione vindicandarum, hos nemo sane sapienter aestimans autumaverit, probrosis potius pudendisque quam rectis et honestis ultro malle modis uti rei aut dignitatis quoquo modo detractae reponendae. maneat igitur ex his evictum evidenter non nisi per iniquissimam calumniam imputari nobis posse partem aut conscientiam ullam sceleris interficiendo Caesare patrati; vosque nihil fere minus grave, quam quod ulcisci velle videmini, conscituros crimen, si poenas illius caedis ab iis repetere pergatis, quos in illam consensisse, cum id facere nequiverint nisi non solum iurata foedera perfidiosissime violando, sed etiam capitalissima ultro in se ipsos stultissime attrahendo infortunia, perspicuum ratione utenti cuivis est nullo posse pacto verisimile videri. nunc ad vos vestraque acta referre orationem convenit, considerareque ex gestis huc usque quantum vos, quos ditescere ex damnis hostium par erat, ex nostris, sociorum, ut loquebamini, vestrorum, e Romanorum, inquam, quibus defendendis evocati veneratis, avarissime iniuria vestra direptorum praedis spoliisque locupletati hactenus fueritis. praetereo quae contra ius fasque usurpastis nulla

ὅσα ἠλογηκότες τῶν εἰς Ῥωμαίους σπονδῶν καὶ συνθηκῶν ἠνδραποδίσασθε· ἀλλ' ὁπόσους ἡμῶν διδόντων ἢ καὶ ἐκκεχωρηκότων λαμβάνειν ἀπώνασθε. τὸ γὰρ τῶν συμμάχων σχῆμα, καὶ τὸ ἔτι δοκεῖν τῶν ἡμετέρων ὑπερπονεῖν, ὡς λαμβάνοντας διετίθει τοὺς οὐδὲν ἧττον διδόντας, κἂν τις καὶ ἄκων εἶναι ἐδίδου προσαφαιρούμενος. τούτων μνήσθητε, καὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ὁμολογίας αἰδεσθέντες αἷς ἐμπεπίδωσθε, Καίσαρα μὲν πρόφασιν τοὐντεῦθεν ἀπόθεσθε, ἔννοια δὲ εἰσίτω ὅπῃ γῆς προσκαθήμενοι ταῦτ' ἐργάζεσθε, καὶ εἰ ἀκίνδυνα σφίσιν αὐτοῖς τὸ ἐς νέωτα ἔσται. ἡμῖν μὲν γὰρ καὶ ἐς τόδε δόκησιν παρασπονδήσεως, ὡς ἥκισθ' ἡμῖν πρέπουσαν, ἀποκλίνουσι μαλακώτερον τὰ τῆς μάχης ἐπικεχείρηται· δεινὰ γὰρ τὰ ξυγκείμενα ἀπραχτεῖν πείθει καὶ τὰ δεινότατα πάσχοντας, καὶ πάσχουσίν ἐστι καταφυγὴ ἡ τῶν διομωμοσμένων αἰδώς, ἤν τις καὶ μέμφοιτο. ὑμῖν δὲ ὅποι περιστήσεται τὰ τῆς τόλμης, οὐκ εἰς μακράν, εἰ μὴ παύσησθε, εἴσεσθε.

2. ἀϊδόντων P. 12. πείθειν?

ratione habita societatis cum Romanis initae: illa solum nunc recordari vos velim, quae nobis conniventibus aut permittentibus accepistis. diu enim nos verecundia foederis et nomen amicitiae vobiscum dissimulare coëgit, dum rapinae vestrae narrarentur, iudicium doloremque de his nostrum, nosque ita gerere, quasi crederemus iure acquiri, sociorum tunc adhuc nomen gerentibus et militare nostro imperio visis, quae illi non a libenter dantibus accipiebant, sed vi aut minis extorquebant ab invitissimis miserrimisque Romanis. ista, inquam, sola computari a vobis postulo, quae longo illo nostri silentii vestrae licentiae patrocinantis tempore, depraedationibus rerum, captivitatibus hominum, in lucra vestra congessistis. ex his reperietis in eam vos auctos opulentiam, ut et quaestuosissimum vobis fuisse foedus nobiscum ictum fateri debeatis, et nostrae admirari constantiam fidei in illo inter tot ac tam vehementes rumpendi causas tam perseveranter observando. unde patebit manifesto unam allegari causam posse cur deinde palam defeceritis a nobis, quod nihil reveritis antiquas nobiscum conventiones vestras ultro ac ludibunde vobis prosilire collibuerit in apertum earum et iniquissimum contemptum. desinite igitur allegare necem Caesaris. praetextus hic merus et vanissimus est. illud cogitate potius, in eamque vestra causa curam ingredimini, ubi tandem terrarum considentes talia non dubitetis agere, et num vos putetis impune ad extremum tam infanda scelera laturos. nec vestram in hoc genere confidentiam alat experientia successuum parum vobis, ex quo nos oppugnatis, adversorum. nondum enim in vos uti totis nostris voluimus viribus, religione adhuc quadam iuratae vobis olim amicitiae cohibiti. grave quippe ac turpe adeo foedifragae perfidiae crimen existimamus, ut pro eius a nobis amolienda vel levi et vana specie ne maxima quidem damna recusaverimus paciscl. remissius ergo hactenus bellando adversum vos egimus, minus reputantes quid vos mereremini quam quid nos deceret. deinceps vobis clare denuntio, nulla nos nimis iam a vobis rupti manifeste foederis verecundia tardabit; atque adeo quantam in perniciem rerum ac capitum vestrorum vestra ista, nisi eius temere ruentis impetum

ἀλλ' ὅμως χρὴ καὶ προαναστέλλειν λέγοντας· οὕτω γὰρ καὶ τὴν τοῦ ἐσαῦθις λελεῖφθαι ἡμῖν λόγον συγγνώμης παρὰ τοῖς τὰ δίκαια κρίνουσι δόξαν ἀποισαίμεθ' ἄν, καὶ προσέσται τὸ δίκαιον αὖθις, τὰς δίκας λαμβάνειν, ὑμῶν διδόντων καὶ ἀκόντων, σὺν ἀρήξει θεία προαιρουμένοις, ἐπείπερ ἄρχειν τῆς μάχης οὐ κατε-
κνεῖτε. δεῖ γὰρ τὴν τοῦ παρασπονδεῖν δόκησιν ἐς ἅπαν ἐκκλίνειν.
D ὃ γὰρ ἐπὶ τοσούτοις δεινοῖς τὴν ἀρχὴν ἐς εἰρηνικὰς ἀξιούμενος καὶ μὴ θέλων, ἐκεῖνος καὶ τὴν τοῦ παρασπονδεῖν τὴν ἀρχὴν δόκησιν δικαίως ἂν ἀπενέγκαιτ' ἄν. τοῖς γὰρ ἐπιοῦσι τὸ πρῶτον, οὐ τοῖς ἀμυνομένοις τὸ ἄδοξον τοῦτο πρόσρημα περιστήσεται, ἤν
πού τις ἀδικῶν τὰς συνθήκας τὴν ἄμυναν προσκαλοῖτο. δυοῖν οὖν ἑλέσθαι θάτερον ἀναγκαῖον ἴσως καὶ οὐκ ἀπὸ τοῦ τῷ παρόντι καιρῷ πρέποντος, ἢ πάντα λαβόντας πρὸς τὰ ὑμέτερα ἐπανήκειν ἤθη, ἢ πάντ' ἔχοντας ἡμῖν προσφοιτᾶν, ὡς ἐπὶ μισθοῖς καὶ αὖ-

2. ἐλελεῖφθαι P. 6. δεῖν P.

sistitis, praecipitet audacia, cito sentietis. ultimum hoc, ut exitium praeverteremus vestrum, vobis si posset fieri ad frugem revocandis, experiri monitum placuit. quod ipsum pignus habetote nondum prorsus obsepti ad nostram gratiam reditus, si eam vel sera promereri poenitentia velitis. in quo potestis agnoscere reliquias meae veteris aegre abrumpentis se a vobis et adhuc in vos pronae voluntatis. quo vituperabilior, iudicio aeque arbitrantium, vestra censebitur durities, si nunc quoque oblatam a nostra maiestate tam graviter laesa veniae tam benignae conditionem aspernabimini; minusque miseratione digna vestra videbitur calamitas, cum nec, quod deo iuvante faciemus, meritas a vobis poenas exegerimus, bello iam sine ulla dubitatione iustissimo, postquam id primi vos lacessere nobis ultro impugnandis non estis veriti, nulla sumpta cura colore saltem, ut oportuerat, aliquo velandae nefariae transgressionis pactorum iuratorum. cuius ne ulla tergiversatione declinare vobis probrum liceat utcumque conantibus, extremum hoc ad eam ineluctabiliter evincendam accedet argumentum, e recusatione oblatae nunc a me, si resipiscere velitis, veniae ducendum. quis enim non eum manifeste reum iniuste illati ab initio belli habeat, qui nec idoneam allegare ullam eius susceptae causam quiverit, et ab iis quos voluntarius impugnet invitatus ad redintegrationem gratiae superbe id pergat aspernari? arma ergo nostra, quibus post longam patientiam ultum denique ibimus perfidiam foedifragae rebellionis vestrae, nemo tam iniquus reperietur qui arguere possit infractionis initorum vobiscum foederum. nam iis qui primi pacta infringendo vim intulerint, non illis qui vim sic illatam aut necessaria defensione repellere aut legitima ultione vindicare sint conati, probrosum illud et odiosum foedifragorum vocabulum adiungitur. totaque invidia malorum et calamitatum e tali bello secutarum iis solis imputatur, qui provocaverunt violandis iniuste conventionibus. quod superest, duarum vobis optionem conditionum fero, quarum alteram eligi a vobis, si rebus vestris in harum praesenti statu consulere salutariter velitis, plane arbitror necessarium, nempe ut aut praedis quas congessistis vobiscum omnibus ablatis domos vestras repetatis, aut haec ipsa ut vobis iam propria spolia servantes ac-

θις ἐσομένους, τῇ τῶν Ῥωμαίων ὑπηρετεῖσθαι ἀρχῇ. οὕτω γὰρ E
κατ' ἄμφω καὶ ἐπὶ βεβαίῳ τῆς κτήσεως συμβαίη ἂν τὰ πάντα
κεκτῆσθαι, καὶ τὸ εἰς ἄγαν τὰς σπονδὰς ἠμελῆσθαι ἥκιστ' ἂν
δόξειε. καὶ ὅπαι ποτ' ἂν προσχωρήσητε, τὴν τῆς ἐν ἀσφαλεῖ
συμμαχίας δόξαν οὐκ ἐς ἅπαν ἀποβεβληκότες εἴητε, ἐπεὶ τίν' ἔχει
λόγον ἐφισταμένους ἀμύντορας, ἔπειτα ἐπίκλημ' ὅ τι τύχοι προ-
βεβλημένους ἐχθρῶν καθίστασθαι τὰ πικρότατα; εἰ δὲ καὶ μι- P 398
σθοφορίας, ὡς πέπυσμαι, προτενεῖτε, αἰδὼς καὶ μόνον τὸ λέ-
γειν. τίνων σπουδασμάτων χάριν καὶ πόνων; καλά γε ἐς Ῥω-
μαίους, καλὰ καὶ δίκαια μεγάλους ἐφέλκειν μισθούς. τὸ πράτ-
τειν γοῦν ταῦτα ὁμολογοῦντες ἐχθρῶδες εἶναι τοὺς ὑπὲρ τούτων
μισθοὺς ὡς σύμμαχοι ἀπαιτήσετε; καὶ ποίαν ἄρα ἀγνωμοσύνης
οὐχ ὑπερβαλεῖσθε ὑπερβολήν; ἃ γὰρ ὑπὲρ Ῥωμαίων πεπρᾶχθαι
σφίσιν ἡμῖν ἔδοξε, καὶ ὑπὲρ τὸ δίκαιον ἔμμισθ' ἂν εὕροιτ' ἂν B
σκοπούμενοι· τὰ δὲ κατ' αὐτῶν πεπραγμένα τόσον ἐφέλκειν μι-
σθοὺς δίκαιά εἰσιν ὅσα καὶ δίκας αὐτῶν ὑποσχεῖν δίκαιοι ἂν λο-
γισθείητε. χρεὼν οὖν ἐντελεχέστατα βουλευσαμένοις ὅπῃ δοκεῖ
ποιητέα εἶναι, ταῦθ' ἑλέσθαι, ὡς ἡμῖν γε τὸ ἀπὸ τοῦδε λόγος

5. ἔχειν P. 6. ἀφισταμένους P. 12. ἀγνωμοσύνην P.
16. ὅσον?

cedatis denuo ad nos, et nova conventione ineunda sub pactis statutae mercedis nostris deinceps vos militaturos auspiciis profiteamini. hoc enim utrovis modo certa vobis et per nostram iam cessionem iusta continget possessio istarum opum iniuria partarum; et ignominiosum praeterea dedecus neglectorum a vobis foederum sic purgasse quodammodo videbimini. quod ni facitis, quocumque vos continget ire, odia in vos hominum concitabit eo prius delata vestrae foederum transgressionis infamia. quodsi super ista quae raptu licet acquisita condonare vobis parati sumus, alias etiam, retro videlicet debitorum stipendiorum nomine, pendi vobis e nostro aerario pecuniae summas petieritis, quod vos audio velle facere, id profecto adeo pudendum vobis est, ut si vestri vos honoris cura tangit aliqua, sedulo abstinere vel a prima rei talis mentione debeatis. enimvero quorum, quaeso, recte factorum, quorum laborum, cuius operae Romanae reipublicae navatae mercedes reposcitis? an hostilium illarum grassationum, quibus vos in Romanos usos ipsi quoque fatemini, praemia nunc uti nihilominus sociis vobis rependi aequum ducitis? quod quam ingrati ac scelerati animi non transcendat hyperbolem? nam si quid vobis videmini pugnando unquam pro Romanis meruisse, huius et ipsi vobis estis conscii iusto etiam ampliora stipendia tulisse; ut iam qui recte calculos posuerit, nihil aliud nos debere vobis nisi poenas inferre patratorum in nos scelerum clare perspiciat. optimum ergo fuerit, his cunctis attente consideratis, prudenter statuere quid consilii vobis deinceps capiendum, in quam agendi viam ab hoc velut cardine deliberationem inflectendam arbitremini. hoc vobis ultimum de his decernendi tempus est. nam nisi quae proposuimus accipitis, nullam in posterum scitote collo-

οὐδεὶς πρὸς ὑμᾶς, ἢν πῇ γε ἄλλως ἢ ὡς ἡμῖν ἀνδάνῃ γνοίητε." οἱ μὲν οὖν πρέσβεις τοσαῦτα εἶπον, ἐκεῖνοι δὲ τοὺς λόγους ἐνδε-
C ξάμενοι οὐδὲν ὅ τι πρὸς εἰρηνικὰς ἐδόκει σπονδὰς ὑπεκρίνοντο, ἀλλὰ πλήρεις κορύζης Ἰταλικῆς λόγους ἐξέφερον. καὶ τέλος "ἢν βουλομένῳ βασιλεῖ εἴη" ἔφασκον "ἐνσπόνδους ἡμᾶς ἀπαλλάσ-
σεσθαι, παρεκτέα μὲν τοὺς μισθοὺς ὧν δεδουλεύκαμεν, ἀπολυ-
τέα δὲ καὶ τοὺς ἡμετέρους, τούς τ' ἀλλαχοῦ καὶ τοὺς κατὰ πό-
λιν, αὐτούς τε καὶ νῆας, Γεννουΐτας πείσαντι, ἐξωνητέα δὲ καὶ
τοὺς ἵππους τιμῆς δικαίας, ἔτι δὲ καὶ τὰ ἀνὰ χεῖρας σκῦλα καὶ
αἰχμαλώτους. καὶ οὕτως ἀφέντες ὑμῖν πολεμεῖν τὴν ταχίστην
D ἀπαλλαξόμεθα. ὡς ἡμῖν μὴ οὐχὶ τοῦ βίου τὴν ἀρετὴν ἀνταλ-
λάττεσθαι, ἣν αἵρεσις ἀμφοῖν κέηται, αἰδὼς καὶ πόνος οὐχὶ μι-
κρός." ταῦτ' εἰπόντες, καὶ τὴν πρεσβείαν ἐξ αὐτῆς ἀποπέμ-
ψαντες, ἐρασταὶ πραγμάτων ἀτόπων ἐκτόπως ἦσαν.

P 400 3. Ξυνηνέχθη δὲ καὶ τι ἐπὶ τῷ σφῶν ἐς μάλιστα ἀγαθῷ, ὃ καὶ αὐτίκα ὡς λέξων ἔρχομαι. οἱ μὲν οὖν μετ' αὐτῶν Πέρσαι μερῖται τῶν σκύλων ἐκείνοις γενόμενοι τῆς ἴσης ἠτέμβοντο καὶ παρὰ δύο ἓν λαμβάνειν ἐδικαιοῦντο, τὰς ἐπ' ἴσων ἐν πᾶσι μερί-
δας τὰ συγκείμενα ἔχοντες. Ἰταλοὶ δὲ ἱππεῖς σφᾶς αὐτοὺς παρὰ

12. αἵρεσιν ἀμφοῖν κέηται P.

quendi vos nobiscum habituros copiam." haec ut fuerant ab imperatore scripta, legati Catelanis cuncta recitarunt. quibus illi auditis nihil esse pacati reposuere, sed voces Italico fastu et arrogantia plenissimas. per quas iracunde ac minaciter debacchati satis, illud ad extremum pro ultima et irrevocabili voluntatis ipsorum declaratione subiecere. "si velit imperator placatos nos benevolosque e terris suis recedere, persolvat retro debita stipendia pro tempore quo ipsi militando servivimus; emittat custodia liberosque reddat nobis quotquot nostri ab ipso et suis in urbe aut uspiam alibi detinentur; naves nostras a Genuensibus captas, impetratas aut redemptas ex iis qui ceperunt, nobis restituat; equos nostros, quos navigaturi relinquemus, iusto numerato pretio emat; pro praeda et spoliis, quae in manibus habemus, tum praeterea pro lytro captivorum quos servamus, aequa aestimatione taxatam pecuniam rependat. haec ubi fecerit, desinentes bello vos persequi statim abibimus. sin noluerit, sic habeat, in parte magna probri ac dedecoris pudendi numeraturos nos, si optione oblata vitae ignave ac precario servandae aut fortiter bellando moriendi, vel tantillum cunctaremur in praeoptanda saluti virtute." his dictis, dimissaque confestim legatione, sua se improbitate involverunt, nihil pensi habentes demonstrare palam placere ipsis quae prave fecerant, et abundare nefariam voluntatem adhuc peiora faciendi.

3. Ad horum porro rationes peraccommodatum mox contigit quippiam, quod modo referam. qui cum ipsis erant Persae in divisione spoliorum fraudati aequa parte fuerant. cum enim pacti essent praedam partam communiter aequa ipsis et Latinis portione sortiendam, ita ut ex duobus paris pretii unum ipsis competeret, Itali cavillantes sibi ut equi-

πείζους ἐκείνους τοὺς πλείστους συνέκρινον, καὶ ἄλλ' ἄττα δι-
καιολογούμενοι, δεινὰ ποιούντων ἐκείνων εἰ τῶν ἴσων στεροῖντο, B
ἠμέλουν ἐς ἄγαν. ὅθεν καί τισιν ἐκείνων ἀντιπερᾶν ἐδόκει, καὶ
τῶν τινὶ Ῥωμαίων προστυχόντες ἐν ῥηταῖς ὁμολογίαις καὶ ὅρκοις
συνεφώνουν αὐτοὶ μὲν διδόναι ἄξιον τὸ πορθμεῖον, ἐκεῖνος δὲ
ἀκακουργήτως διαπερᾶν. ἀλλ' ἐκ τοῦ αἰφνηδὸν περαιουμένοις ὁ
Ἀνδρέας Μουρίσκος ἐφίσταται, καὶ μέσον τοῦ πορθμοῦ προστυ-
χὼν τοὺς μὲν Ῥωμαίους περιποιεῖται, Πέρσας δὲ ὡς ἂν μὴ ὢν
αὐτὸς ἐπώμοτος ἔργον μαχαίρας ποιεῖται. τοῦτο γνωσθὲν Πέρ- C
σαις τῆς ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἤθη ἀφίξεως καὶ λίαν ἀνείργει, καὶ οὕτως
ἐσαῦθις πρὸς Ἰταλοὺς κλίναντες σὺν αὐτοῖς τὰς Θρᾳκικὰς κατα-
τρέχουσι χώρας. ἀλλ' ὁ μὲν Μουρίσκος βασιλεῖ παραγεγονώς,
ἅμα δὲ καὶ τῶν τριήρεων τῆς ἐπὶ τῷ πορθμῷ ἀσχολίας ἀπαλλα-
γεισῶν, ἐκεῖνος μὲν τὴν τοῦ ἀμηραλῆ ἀξίαν παρὰ τοῦ κρατοῦν-
τος λαμβάνει· Ἰταλοὶ δὲ καὶ Πέρσαι, ἐπεὶ οὐδεμία τῶν βασι-
λικῶν τριήρεων ἐκεῖσέ πῃ προσεκώχευε, τὰ πιστὰ ἐπὶ τῷ φρου- D
ρίῳ τῷ τῆς Καλλίου σχόντες, ὀλίγους τινὰς κατὰ φυλακὴν ἀφέν-
τες ὅλαις ὁρμαῖς τὰ προστυγχάνοντα ἐξεληΐζοντο, ἄνδρας κτεί-
νοντες, τὰς δ' ἐν ἡλικίᾳ γυναῖκας καὶ παῖδας ἀνοικτὶ ἐξανδραπο-

tibus plus quam illis plerisque peditibus in partitione deberi, quantum collibuerat sumpserant, particula dumtaxat, quantulam sat fore quaestuoso ipsis sibi faventium arbitrio statuerunt, in Persas socios, uti nihil plus quam gregarios, aspersa. sic se iniuste ac contumeliose defraudari non ferentes Persae de hac iniuria et quibusdam aliis multum, sed frustra querebantur, surdis ad omnia, et quidquid laesi obtenderent, susque deque habentibus secure ac superbe Catelanis. hinc natum Persarum nonnullis consilium retro se, unde venerant, trans mare referendi. ergo cum forte occurrente navarcho quopiam Romano clam transigunt ut se taxato naulo, et certis conditionibus in quas utrimque iureiurando dato est conventum, trans fretum innoxie ac fide bona deportaret. dum sic traiiciunt, medio in cursu navem qua vehebantur Andreas Muriscus invadens occupansque Romanos quidem in ea repertos servavit, Persas autem, ut quibus nulla ipse sacramenti religione cavisset, gladio peremit. nuntiatum id Persis reliquis apud castra Catelanorum similia revertendi consilia versantibus, longe hos deinceps ab eiusmodi cogitationibus avertit, coactosque ad patienter tolerandam qualemcumque conditionem peregrinae militiae, cui essent insolubiliter impliciti, perpulit ad coniungendam denuo cum Italis militarem operam, Thracicis communiter regionibus incursandis. sub haec Muriscus remissa triremibus freti custodiendi taediosa ipsis ac publice salutari statione cum iis Constantinopolim rediit, ubi benevole exceptus ab imperatore praemium rei bene gestae Ameralis dignitatem tulit. verum Itali ac Persae recessu animadverso triremium, quarum ipsis fuerat vicinia terrori, nihil iam deinceps arci Callipoleos imminere periculi cernentes, paucis suorum uti iam suffecturis ad eius custodiam ibi relictis, effuso impetu obvia sunt cuncta depopulati, viros quidem occidentes, adultas vero mulieres et pueros immisericorditer servitum abdu-

διζόμενοι καὶ χρήματα μυρία συλλέγοντες, ζώων αὐτῶν καὶ τῶν
P 401 εὐώνων πραγμάτων παρορωμένων. λήϊα δὲ καὶ θημονίαι μυρίαι, τὰ μὲν παρηβηκυίαις ἔφριττον ταῖς ἀθέραις, αἱ δὲ ἀτημελημέναι κείμεναι καθωρῶντο.

B 4. Οὐ μὴν δὲ καὶ Ἀλανοῖς ἑτέρωθεν, ἔτι δὲ καὶ τοῖς ἐξ ὑπογύου Χριστιανοῖς Τουρκοπούλοις, οἳ δὴ καὶ οὐ πολλῷ πρότερον χρόνῳ ἐκ τῶν βορείων βασιλεῖ προσεφοίτησαν, οὐδ' αὐτοῖς ἀλώβητον διετηρεῖτο τὸ ἔνσπονδον, ἀλλὰ μίαν μὲν εἶχον τὴν γνώμην ἀποστατοῦντες, ἑκάτεροι δὲ τὰ ὀχυρώτατα κατασχόντες, οὐδὲν ὅπερ οὐ καταθέοντες ἐξηφάνιζον. καὶ οἱ μὲν Τουρκόπου-
C λοι ἄλλῃ πῃ ὠχύρουν τὰς μετοικίας, ὁπόθεν ὡς ἐξ ὁρμητηρίου ἐκθέοντες δεινὰ Ῥωμαίους εἰργάζοντο· Ἀλανοῖς δὲ Κουτζίμπαξις, καθὼς ἐρρέθη τὰ πρότερα, ἐπιστὰς ἄλλως ἢ ὡς ἐπ' ἀγαθῷ Ῥωμαίων, ἦ καὶ ἀπέσταλτο, δόξαν παρεῖχεν ποιεῖν. ἦρξε γάρ οἱ τοῦ ἐπὶ τῷ δοκεῖν Ἀλανοῖς ἐκθύμως ἀποστραφῆναι τὰ βασι-
D λέως καὶ δὴ καὶ πιστεύεσθαι ἢ τοῦ Τουκτάϊ πρὸς βασιλέα καὶ περὶ αὐτοῦ ζήτησις, καὶ ἐπεὶ συνάμ' ἐζητοῦντο αὐτός τε καὶ Ἀλανοὶ ὡς ἀρχῆθεν τῇ τῶν Τοχάρων ἀρχῇ προσήκοντες, αὐτοῦ γε καὶ μᾶλλον σὺν ἑτέροις ἄρχουσι παρὰ βασιλέως πρὸς ἐκεῖνον

14. ἐπέσταλτο P. 15. τοῦ ἐπ' ἴσων δ.?

centes, pecuniae autem immensos congerentes cumulos, adeo ut animalia et caetera utcumque magno et facile vendibilia, ultro in manus incurrentia, nec tollere curarent, ditiori pleni praeda; qua etiam ex causa segetes in campis maturae struesque manipulorum in areis, illae perire defectu metentium, hae neglectae iacere passim cernebantur.

4. Aliunde porro neque Alanis neque Turcopulis recens ad Christianam traductis religionem, qui non multo ante haec tempore e Septemtrionalibus tractibus ad militiam imperatoris advenerant, fides et in observatione foederis initi perseverantia constabat: verum pari utraque gens consilio defecit palam a nostris, et munitissimis locis occupatis erumpentes inde nihil tutum aut securum per circuitum sinebant, incursionibus infestis late cuncta corrumpentes. ac Turcopuli quidem alibi sibi receptacula munierunt, unde ut ex arce procurrentes ingentia Romanis inferebant mala. Alanis vero Cutzimpaxis, ut est prius dictum, superveniens brevi dedit occasionem opinandi, haud istum cum iis congressum ad procuranda Romanorum commoda, ad quod mittebatur, fuisse collatum. coeperunt enim statim ab hoc audito Alani animosius quam antea partes imperatoris aversari, prae se ferentes certo credere iam se, id de quo prius dubitaverant timide dumtaxat suspicando; persuasum, inquam, plene iam habentes, missum a Tuctaïne ad imperatorem Cutzimpaxim ad repetendos suos antiquos milites Alanos, eosque secum postliminio reducendos ad terras Tocharorum, ad quos pertinerent et quorum dudum auspiciis mi-

πρεσβεύοντος. ταῦτ' Ἀλανοὶ ὡς πρὸς αὐτῶν ἐκ τοῦ τύχης καὶ αὐτομάτου γεγονέναι δόξαν καὶ λίαν ἀποδεξάμενοι, ὑποποιοῦνται παντοίως τὸν πρεσβευτήν. καὶ ὁ τέως ἐξημερώσων σφᾶς βασιλεῖ ὅλος, ὡς δόξαι, ἐκείνων γίνεται, καὶ ἐς τοσοῦτον οἱ- E
κειοῦται σφίσιν ὥστε καὶ ἄλλην τὴν τοῦ πρωτεύοντος ἐκείνων Κυρσίτη ἀδελφὴν ἀγαγέσθαι ἐς σύζυγον. ἥ ..... Ἀλανοὶ τὰς τῆς Νεάδος σκοπιὰς καταλαβόντες τόπον διαρκῶς ὀχυροῦσι ταῖς κατὰ σφᾶς ἁρμαμάξαις, αἷς δὴ καὶ διεκομίζοντο. γύναια δὲ καὶ παιδάρια καὶ πᾶσαν ἄλλην περιουσίαν ἐκεῖ συγκλείσαντες,
ἐντεῦθεν αὐτοὶ ὡς ἐπὶ βεβαίῳ τῆς ἱδρύσεως ἐξορμώμενοι τὰ πάν- P 402
δεινα διετίθουν Ῥωμαίους, μόνον δὲ φειδωλοὶ περὶ τὰς σφαγὰς ἦσαν. καὶ ταῦτ' ἠκούετο εἰργασμένος Κουτζίμπαξις, εἰ καὶ ὁ κρατῶν ἐπ' ἐκείνῳ ἔτι πληροφορούμενος οὐδ' ὅλως τὰ τῆς φήμης παραδεκτέα ἡγεῖτο· καὶ γὰρ κἀκεῖνος περιεβουκόλει τὰς ἐλπίδας
τῷ βασιλεῖ, ὡς οὐκ ἐπὶ πονήρῳ Ῥωμαίων ταῦτα πράττοι, ἐξ ὧν ἠκούετο πρός τινας τῶν τοῦ βασιλέως ἀπολογούμενος. ἐτέ- B
ρωθεν δὲ κατ' ἀνατολὴν καὶ ὁ Ἀτταλειώτης ἀποστατῶν ἐκηρύσσετο, καὶ γράμματα ἀφικνούμενα τὴν ἀποστασίαν ἐδήλουν. ταῦτα μὲν οὐ λίαν, ὡς ἐῴκει, ὠδύνα τὸν βασιλέα, τὰ δὲ κατὰ

2. δόξαντα? 4. ὅλως P.

tavissent. advenisse is nuntius in tempore visus est Alanis, quando eos multis de causis Romanae societatis taedium ceperat. itaque cum rem ipsam exceperunt avide, tum eius ad se missum negotii ministrum omnibus demereri officiosae benevolentiae declarationibus studuere. nec segnis ille aut parcus fuit in exhibenda mutua gratia. unde qui ad deliniendos imperatori exacerbatos Alanorum animos utilis conciliator accessisse sperabatur, brevi totus in eorum transisse partes haud dubiis est compertus indiciis, utique qui eo usque se illis agglutinaverit, ut sororem Cursitae primas apud ipsos obtinentis aliam uxorem duxerit. hinc iam palam imperio rebelles Alani loco potiti situs inaccessi, quem Neadis speculas vocant, eum quantum satis fore visum est muniunt, plaustrorum quae plurima trahebant, continua serie velut vallo circumdatum. tum inclusis ea munitione mulieribus et parvulis caeteraque supellectili, inde ipsi ut ex secura sibi ad receptum arce prodeuntes, omni hostilitatis genere Romanos infestabant, nisi quod parcebant sanguini minusque caedium edebant. et haec videlicet Cutzimpaxis transegisse cum Alanis tandem audiebatur, quamvis necdum credente imperatore; qui praeoccupatus magna opinione fidei eius viri ac benevolentiae erga se sincerae, assentiri non sustinebat talia de illo memorantibus. ad quod aliquid artis etiam ipse adhibebat Cutzimpaxis, spem etiamnum imperatoris nuntiis submissis lactans, et ad quosdam ipsius familiares defensiones facti sui scriptitans, quibus affirmabat nihil in hoc actum a se quod in ullum incommodum rei posset Romanae redundare. altera vero ex parte in Orientali tractu rebellasse Attaleotam palam praedicabatur; ostendebanturque inde allatae literae id citra ullam dubitationem asserentes. sed id novum vulnus haud multum, ut apparebat, dolebat imperatori, desperata dudum salute re-

δύσιν διὰ φροντίδος ποιούμενος οὐκ ἀνίει, καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ τοῦ στρατιωτικοῦ τοῦ περὶ τὸν βασιλέα Μιχαὴλ διασκεδασθέντος, καὶ διὰ ταῦτα μηδὲν ἔχων ἐκεῖνος πράττειν, τὸν πατέρα καὶ βασιλέα πέμπων ἐξώτρυνεν, εἰ δυνατά οἱ εἴη, αὐτὸν ἐκστρατεύειν
C ἐκεῖνον καὶ κατὰ δύσιν περί που Ῥαιδεστὸν καὶ πρόσω στρατοπεδεύεσθαι. ὁρμὴ δ' ἦν πρὸς τοῦτο, ὁπόθεν δέ οἱ δυνάμεις συγκροτηθήσονται σκοπουμένῳ (οὐδὲ γὰρ ἐκ τοῦ κοινοῦ ταμιείου ταύτας γενέσθαι ἐπιτελεῖς διὰ τὴν τῶν χρημάτων ἀπορίαν, ὡς ἔλεγον, δυνατὰ ἦν) ἡ ἐκ τῆς πολιτείας ἐκαραδοκεῖτο ἐθελουσία συγκρότησις. ὅθεν καὶ συνεκρότουν οἱ πλείους, καὶ συνελέγοντο χρήματα. ἀλλ' οὐκ ἦν πρὸς τοιαύτας χρείας ἀρκούντων τὸ συναγόμενον, καὶ ἠμελεῖτο τὸ ξύμπαν.

D 5. Ἐν τούτῳ καὶ φάμουσος τόμος πλήρης χλεύης ῥιπτεῖται. καὶ οὐ γὰρ ἄλλως τῷ τολμῶντι ῥίπτειν ὑπείληπτο εἰς χεῖρας δεδόσθαι τὸν τόμον τῷ βασιλεῖ, ἢν μὴ ἐν αὐτοῖς τοῦ τῶν ἀνακτό-
P 403 ρων ἄλλο τις λαθὼν ἐκτεθείη ἐπὶ τὸν αὐτὸν θρόνον οὗ εἰώθει καθέζεσθαι βασιλεύς, τοῦ ἀμφικεφάλου ὑπεντεθειμένου οἱ, πολλὴν τοῦ λαθεῖν πρόνοιαν ποιησαμένου τοῦ θεῖναι τολμήσαντος. ὡς δὲ ὁ τοῦ κοιτῶνος προκαθήμενος ὁ Χατζίκης εἰωθὼς ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον εἰσήει τὰ τῆς καθέδρας διευθετεῖν, φιλοκαλῶν συνή-

gionum Orientalium unice intento in Occiduas conservandas. cui eum instantem curae acriter pungebat quod exercitum Michaëlis Augusti plane illic constabat fuisse dissipatum. quam ob causam ipse Michaël crebris et urgentibus literis patrem Augustum obsecrabat ut quam primum posset fieri, veniret eo ipse cum exercitu et circa Rhaedestum pauloque ulterius castra metaretur. nec deerat Andronico impetus ad eam expeditionem capessendam: tantum aestuabat animo, unde copias ad hoc idoneas cogeret. nam quantum in aerario tum pecuniae reperiebatur, haudquaquam ad stipendia iusto exercitui numeranda suffecturum ex vero affirmabant intime conscii. restabat spes in voluntaria collatione civium, qua is defectus suppleretur. rogati non frustra multi, quod poterant, conferebant; dabaturque non indiligens opera colligendis his symbolis summae ad praesentem usum necessariae conflandae. sed immane quantum a modo requisito res aberat. itaque totum sensim negotium taedio curantium et desperatione perficiendi neglectum evanuit.

5. Inter haec famosus libellus plenus irrisione iacitur. eum qui iacere ausus est, cum aliter non speraret in manus imperatoris, quod cupiebat, venturum, ipse furtim in intima palatii conclavia penetravit, simulans se alium, et in ipso, ubi considere Augustus solebat, throno deposuit; multam in aditu et recessu, capite videlicet diligenter obrupto, ad latendum curam adhibens. ut autem eo paulo post, prout erat saepe solitus, praefectus cubiculi Chatzices subiit, familiari ministerio sedile principis adornaturus, in quo solebat esse diligens, incurrit in libellum; quem a non alio quam ipso Augusto relictum illic autumans, et veritus ne arcana contineret quae minime is vellet cognosci a quoquam, vi curio-

θως τὸν δίφρον προστετυχήκει τῷ τόμῳ, δόξαν οἱ πρὸς βασιλέως αὐτὸν τεθῆναι ἄτ' ἀπόρρητά τινα περιέχοντα, μηδὲν πολυπραγμονήσας, μὴ ἀναγνούς, ὡς εἶχεν ἐξ αὐτῆς, οὕτως ἐγχειρίζει τῷ βασιλεῖ. καὶ δὴ ἔδοξε μὲν ἐκ τοῦ παραυτίκα ἀγνῶτ' ἐγ- B
χειρίζων ξένον τι καὶ φροντίδος ἄξιον ἐργαζόμενος, εἰ ὃν βασιλεὺς οὐκ ἤδει τεθέντα, ὡς θέντι οἱ παρέχοι. τέως δὲ λαβὼν βασιλεὺς καὶ τὴν ἀρχὴν διελθών, τὸ πᾶν τῆς γραφῆς ὡς ἐκ κρασπέδου τὸ ὕφασμα κατενόει, κἀντεῦθεν μεταξὺ τοῦ θέλειν γνῶναι καὶ μὴ ὡς τὸ εἰκὸς γιγνόμενος δεινὰ ἐποίει καὶ ἐν ἀμηχάνῳ ἦν. εἰ γὰρ πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι φύσει ὀρέγονται, ὡς καὶ ἡ τῶν αἰσθήσεων ἀγάπησις μαρτυρεῖ, τὸ περὶ ἑαυτοῦ, βασιλέα καὶ C
ταῦτα ὄντα, εἰδέναι, ᾧ ἔνι μὲν καὶ κολακείας ἐνεδρευούσης παρὰ μηδενὸς ἀκούειν τὰ δοκοῦντα ξύμφορα, ἦν οἱ παρὰ γνώμιης εἶεν, ἔνι δὲ καὶ κράτος ἰσχύος ἐξ ἀξιώματος τὸ θελητὸν ἐς ἅπαν ἐξομαλίζειν, μηδενὸς ἀντιξοοῦντος διὰ τὴν ἐκ συνηθείας ὑποστολὴν τοῦ μὴ δοκεῖν βασιλεῖ προσκρούειν, πῶς οὐ μανθάνειν κἀκεῖνον τὸ πρᾶγμα γλίχεσθαι παρεσκεύαζεν τὸν τοιαῦτα τολμῶντα; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν παρατηρήσει ἐτίθει ἀνίχνευτον τὸν δεδρακότα.

10. ἡ deerat.

sitati facta convolutum, ut erat, nec vel coniectu intus oculi libatum, quam potuit celerrime imperatori tradidit in manus. in quo ille videri potuit quasi sedulitate nimia peccasse, scriptum ignotum et forte ingratum reddens principi, quod ei occultari quietis ipsius interesset, tamquam videlicet ab ipso positum; quod nec verum esset, nec sine argumento aut testimonio idoneo credi a prudente ministro debuisset. utut sit, explicato Augustus volumine, et primis raptim oculo versibus decursis, genus et argumentum scripti totum intellexit, velut ex lacinia de panni universo contexta aestimans. hinc illum acris incessit cupido noscendi scriptoris, quo in disquirendo cum parum proficeret, indignans ringensque angebatur. si enim omnes homines natura scire desiderant, ut quam ex usu sensuum percipiunt delectatio testatur, mirum non est imperatorem tam incensa tunc fuisse punctum curiositate cognoscendae rei ad se pertinentis intime, hominis qui sibi primus diceret quae a nullo umquam audisset. non enim praesentis vece auctoris in principum aures nisi laudes ac praeconia perferuntur, circa thronos utique ipsorum adulatione subsidente, liberasque longe monitiones arcente, dum omnes illic certatim obsecundant dominantis nutibus, cunctaque sua ad eius quaevis indicia voluntatis sensa statim et obsequia inclinant, nemine frontem adversam opponere sustinente aut, quod temerarium et audenti exitiosum censetur, potentiori coram obniti. ista igitur novitas rerum furtivae huic inditarum chartae Andronicum stimulabat in cupiditatem sciendi quisnam hic tandem esset non modo censor audax sed etiam amarus irrisor sui. at isto ipso sese indiciis efferente principis studio is qui conscius sibi erat ancipitis facti, ad sese cautius scilicet abscondendum incitabatur; quod et ex voto assecutus omnes sese investigantium indagationes semper incognitus elusit.

D 6. Οἱ δὲ Ἀμογάβαροι, ὡς πολλάκις ἤδη προείπομεν, ἐκθέοντες πανταχοῦ καὶ τὰ δεινὰ Ῥωμαίους τιθέμενοι περικαθίζουσι φρούριον περὶ τὸν Σιγὸν ποταμόν, Μάδυτον ἐγχωρίως λεγόμενον. ὀχυρὸν δὲ ὄν, ὡς εἰκός, οὐ δυνατὸν ἦν αὐτοῖς κρατηθῆναι. πολιορκήσεις δὲ καθ' ἑκάστην ποιοῦντες καὶ μηχανάς, τὰ πάντα μάταια διεφαίνοντο. ἐπεὶ δὲ μὴ ἀνυστὰ τοῖς Ἰταλοῖς ἦν, λιμῷ τὸ φρούριον ἔγνωσαν πολιορκεῖν. χρόνου τοιγαροῦν τριβομένου ὁ λιμὸς ἐντὸς κραταιῶς ἐπήρχετο, ὥστε καὶ τῶν ἀπηγορευμένων τοὺς ἐποίκους ἅψασθαι λόγος. τέλος γοῦν ἀπορίᾳ συσχεθέντες ἐφ' ὁμολογίαις τοῦ μή τινας ἤδη φονευθῆναι, ἄλλως δὲ ὡς ἐκείνοις ἀρεστὸν χρήσασθαι, τὸ φρούριον ἤδη παρέχουσιν. εἰσελθόντες οὖν ἅπαντας ἐξοίκισαν, ἄλλους ἀλλαχοῦ διασπείραντες. αὐτοὶ δὲ ὡς ὁρμητηρίῳ τούτῳ χρώμενοι ἐξέθεον πανταχοῦ τῆς Θρᾴκης, τὰ πάνδεινα ἐργαζόμενοι.

P 404

B

C 7. Ὁ δὲ Μπυριγέριος, ὡς ἤδη προείπομεν, Γεννουΐταις κρατηθεὶς καὶ εἰς Τραπεζοῦντα ἀναχθεὶς ὡς αἰχμάλωτος, ἔπειτα πάλιν κατεχθεὶς μετ' αὐτῶν, καὶ δύο μῆνας προσμεινάντων τριήρεων δύο μισθοφορίαις τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὸ στενὸν Καλλιουπόλεως, τελεσθείσης δὲ τῆς τῶν δύο μηνῶν προθεσμίας ἀπάγεται μετ' αὐτῶν πρὸς τὴν Γέννουαν. τῶν δὲ Κατελάνων πρότερον τριήρεων πρεσβευσάντων περὶ τούτου, οὐδὲν ἤνυσαν.

6. At Amogabari, ut saepius iam antea diximus, quoquoversum excurrentes et Romanos dire vexantes, obsidione cingunt arcem Sigo amni adsitam, vulgo Madytum vocatam. verum haec adeo munita erat ut frustra omnis esset oppugnantium labor, utcumque illi quotidianis assultibus, machinis quin etiam adhibitis, nihil omitterent quod ei vi subigendae posset utile videri. quare tandem decreverunt, quos expugnare armis nequirent, fame debellare. diu ergo circumsidentes, omni adita commeatibus obsepto, eo penuriae Madytenses redegerunt ut iam res quoque foedas et naturae humanae fastiditas, vertere in cibum dicerentur. processu temporis cum crescente necessitate spes subsidii deficeret, desiderunt se obsessi, solam vitae incolumitatem pacti, caeteris omnibus obsidentium arbitrio permissis. sic Madyto Amogabari potiti, quotquot illic reperere, foras eiecerunt, alios alio dispergentes. de caetero ex arce illa valido suorum insessa praesidio erumpentes, cum securi fiducia regressus, omnem late Thraciam assiduis et saevis incursionibus vastabant.

7. Mpyrigerius autem, ut superius diximus, a Genuensibus captus et Trapezuntem delatus in vinculis, rursus inde reversis quae illum portabant navibus relatus, per duos menses in freto Callipolis perstitit, ubi mercede conductam ab imperatore naves duae Genuenses stationem habuerunt. illo quod pepigerant spatio transacto, teneri non potuere quin abirent, versus Genuam dirigentes cursum, et illuc perinvitum Mpyrigerium ducentes, Catelanis necquidquam conatis impetrare liberationem eius. nam horum ad id missae legationes ad navarchos Genuenses plane successu caruere.

8. Ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς τοῖς ἄλλοις οἷς εἶχε καὶ ὡς δυνατὸν ἐσπούδαζε ταῦτα θεραπεύειν, καὶ τὰ τοῦ πατριαρχοῦντος Ἀθανασίου θεραπεύειν περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο. διὰ τοῦτο παντοίως μετήρχετο τὸν πατριάρχην Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον ὁμονοῆσαι τοῖς πραχθεῖσιν ἐπὶ τοῦ πατριάρχου Ἀθανασίου. ὁ δὲ οὐ μὴ μόνον συνῄνει τοῖς πραχθεῖσιν, ἀλλὰ προφανῶς ἀπεσχίζετο. ἐπεὶ δὲ οὐκ ἦν ἄλλο τι ἐκεῖνον ὁρᾶν καθ' ἑαυτὸν ποιμενάρχοῦντα καὶ μᾶλλον δόξαν ἐπὶ συνέσει καὶ ἀγχινοίᾳ ἔχοντα, πρὸς τὰ οἰκεῖα τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας χρησάμενον πλῷ ἴέναι ἠπείγετο. καὶ ὃς ἐξ αὐτῆς συσκευασάμενος, ἐπειδὴ οὐκ ἦν δυνατὸν αὐτῷ ἐπ' Ἀλεξανδρείας τῷ τότε, ἐπὶ Βενετικῆς τριήρεως ἐς Κρήτην ἐστέλλετο· ἐκεῖ γὰρ ἔγνωστο αὐτῷ κατὰ τὸ τοῦ Σινᾶ (Σιναΐτης γὰρ ἦν ἀρχῆθεν) παραγενέσθαι μετόχιον. ὅμως γε μέντοι μεταξύ που διερχόμενος εἰς τὴν κατ' Εὔβοιαν Μάκρην, ὁ λόγος εἶχε, κατήντησεν. ἃ δὲ τούτῳ συνέβη περιπλανωμένῳ, μετ' ὀλίγον ῥηθήσεται. ὁ δὲ πατριαρχεύων Ἀθανάσιος τὰς ἐκείνου ἐκ χρυσοβούλλων μονάς, τήν τε κατὰ τὸν Ἀνάπλουν τοῦ ἀρχιστρατήγου καὶ τὴν ἐντὸς τοῦ εὐεργέτου Χριστοῦ, χειρωσάμενος, τοῦ βασιλέως ἀφιέντος σφραγῖδα ἰδίαν, καὶ καθηγούμε- D P 405 B

8. Porro imperator inter opem eius exposcentia undique multa, quibus mederi pro viribus studebat, haudquaquam negligebat curam sui cari suscepti patriarchae Constantinopolitani Athanasii. ergo ei consulere quam efficacissime cupiens, variis ambiebat officiorum artibus ibi cognominem Alexandrinum patriarcham, eblandiri ab hoc satagens ut tandem reconciliari se sineret Constantinopolitano, evectionemque ipsius in thronum et acta caetera probaret. hactenus quippe ille non modo assensus istius promotioni non fuerat, sed et ab illo se palam abscissum tenebat. verum Alexandrino invicta in praeiudicato usu ac sensu pertinacia omnes istius generis invitationes eludente, imperator, qui nec alia ratione posset cogere hominem aliunde ac sine suo beneficio patriarchatu illustris sedis insignem, et alioqui vereretur quidquam decernere severius in virum prudentiae atque ingenii fama percelebrem, ad ultimum illud consilium descendit eum amovendi ex urbe, ubi exemplo nocebat, urgendo ut ad suam ecclesiam quam primum navi se conferret. ad hoc ille sese expedire haud gravate visus est; convasataque supellectili, quoniam Alexandriae tunc petendae copia non fuit, conscensa triremi Veneta solvit Cretam versus: ibi enim cum esse domum sciret Sinaïtae monasterio, unde ipse prodierat, subiectam, in ea diversari constituerat. sed in eo cursu delatus obiter in Euboeam longam variis illic est casibus iactatus, et occasione horum erroribus itinerum multis implicitus, quos post paulo referemus. nec cunctatus est Constantinopolitanus Athanasius discessu aemuli proficere quam potuit plurimum, siquidem quae Alexandrinus loca dono Augustorum bullis aureis sancito in urbe possederat, nempe monasterium archistrategi ad Anaplum et aliud intra urbem Christi Euergetae, continuo invasit, revulsis etiam Alexandrini, quae abiens concessu imperatoris impresserat, sigillis, pro iisque sua ipsius signacula substituens, ac prae-

C νον ἐπ' αὐταῖς καθίστα. ὕστερον δὲ καὶ τὴν τῶν Ὁδηγῶν μονὴν οὕτως ἔδρα, αὐτὸς ἐπιστάς, αὐτὸς καταστήσας ἐκ χειροτονίας ἡγούμενον, αὐτὸς καινουργήσας καὶ τὴν ἀναφορὰν τοῦ ἰδίου ὀνόματος, τότε χηρευούσης ποιμένος τῆς Ἀντιοχείας, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τούτων ὡς καὶ τῶν ἄλλων ἐξουσιάζειν, καὶ τὰ δυνατὰ καὶ εὔπορα καρπίζεσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτως εἶχε.

D 9. Συνέπεσε δὲ ἐντεῦθεν δεινά φρουρίῳ τινὶ κατὰ τὴν Μυσίαν τὴν ἐν τῷ Ὀλύμπῳ, τὰ Κουβούκλεια λεγομένῳ. ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἐν τῷ φρουρίῳ ἐπιθεμένων τῶν περὶ τὸν Πέρσην Ἀτάρην ἐν χρῷ κινδύνου ἐγένοντο, ἀμηχανοῦντες μόνον σύμφορον ἐνενόουν τὴν ἐκ Λοπαδίου ἀρωγήν· ἐκεῖ γὰρ διῆγεν ὁ Μακρηνὸς σὺν ὀλίγοις τισὶ καὶ τοῖς περιοῦσιν Ἀμογαβάροις, οὓς φθάσας
P 406 ὁ Καῖσαρ ἀπέστειλεν ἐπὶ φυλακῇ τῶν ἐκεῖ. πέμψαντες οὖν βοηθεῖν ἠντιβόλουν τῷ Μακρηνῷ. πέμπει ἑξήκοντα Ἀμογαβάρους ὡς πιστοὺς τοῖς Ῥωμαίοις, οἵτινες δὴ παραγεγονότες πρότερον Πέρσαις κατὰ τὸ λεληθὸς κοινολογησάμενοι, καὶ τὰ πιστὰ δόντες καὶ λαβόντες, ἢ μὴν αὐτοὺς μὲν ἐπ' ἀγαθῷ τῷ ἰδίῳ συμπράξειν, ἐκείνους δὲ πρὸς Λάμψακον ὡς περαιωθεῖεν διασώσασθαι, εἰσελθόντες δὲ τὸ φρούριον οὐδὲν ἦν δεινὸν ὅπερ εἰς τοὺς ἐποίκους

positos a se pendentes iis coenobiis imponens. paulo post idem fecit et in Hodegorum monasterio, per se illud ipse adiens, ipse ordinationis propriae praepositum praeficiens; quin et de novo illic usurpans, ut vacante tum forte Antiochena sede, cuius iuri praesulis id erat coenobium subiectum, suum illic nomen inter sacra recitaretur. ita ille hic ut alibi iurium securus pro arbitrio cuncta dispensabat, quoad posset, ad se trahens universa, et reditus opimos ad fructum proprium vindicans. atque haec quidem sic se habebant.

9. Post haec autem acciderunt mala gravia cuidam arci Mysiae in Olympo sitae, cui Cubuclea nomen est. cum enim eius incolae acriter oppugnarentur ab exercitu Persae Ataris, et in extremum iam periculi venissent, unam sibi superesse spem auxilii viderunt a Lopadio, ubi Macrenus dux Romanus cum paucis sui generis degebat, habens secum et quosdam Amogabaros ex his quos olim Caesar Rontzerius ad id castrum custodiendum miserat. orarunt ergo Macrenum legatione supplici ne se in summo discrimine despiceret, sed quo posset auxilio servaret. Macrenus delectos sexaginta ex Amogabaris, fidos eos et benevolos Romanis, quales se ferebant, credens, ire suppetias Cubucleensibus iussit. hi primum profecti ad Persas clam cum illis convenerunt, fide data et accepta, se ingressos in arcem obsessam pro virili aanisuros ut Persis traderetur, vicissim autem velle perduci Persarum opera se salvos Lampsacum, unde traiicere ad suos possent. ab hoc arcano colloquio intra munitiones Cubucleensium ut socii admissi nihil immanis hostilitatis omiserunt quo nos in miseros longe aliud expectantes indigenas vel inquilinos loci vario prae-

οὐκ ἐποίησαν. καὶ τέλος τοὺς ἐντὸς κατασφάξαντες φύλακας, B
τοὺς ἐποίκους πάντας ἐξελάσαντες, προδιδοῦσιν ἐπὶ ἀπωλείᾳ
τοῖς Πέρσαις τὸ φρούριον. αὐτοὶ δὲ σὺν ἐκείνοις ἀψάμενοι τῆς
ἐπὶ Λάμψακον, ἐντυγχάνουσι πλήθει Ῥωμαίων καθ' ὁδὸν ἄλ-
λους ἀλλαχοῦ φεύγοντας, καὶ τούτους ἐξανδραποδισάμενοι σὺν
ἀγρᾳ πλείστῃ καὶ μεγίστῳ ἑρμαίῳ τὸν Ἑλλήσποντον περαιοῦνται.

10. Ἐντεῦθεν καὶ ἀμφοτέρωθεν ἐστενῶσθαι τὸ Βυζάν- C
τιον ἐκινδύνευεν, ἐξ ἀνατολῆς τε καὶ δύσεως, ὥστε ἀπόγνωσις
καὶ ἀπορία πλείστη Ῥωμαίοις συνέπεσεν. ὁ δέ γε πατριάρχης
Ἀθανάσιος πρὸς τούτοις καὶ τῷ λαῷ ἐπεγκαλεῖν ἐγκλήματα διηνε-
κῶς οὐκ ἀπώκνει, ὡς δῆθεν τὰς αἰτίας τῶν συμβαινόντων ἐντεῦ-
θεν ἐπερχομένας ἐκ τῆς τοῦ λαοῦ πλημμελείας. διὸ καὶ συχναὶ D
λιτανεῖαι παρ' ἐκείνου μετὰ μοναχῶν καὶ κληρικῶν καὶ παντὸς
πλήθους ἐπετελοῦντο, καὶ συχνάκις ἐπαιτιῶτο ποῖ μὲν μοναχοῖς
ποῖ δ' ἱερωμένοις ποῖ δὲ λαϊκοῖς, καὶ πρόστιμα πολλάκις καὶ
φόβους καὶ ζημίας ἐπιτιθείη τοῖς ταλαιπώροις καὶ ἄλλως κακῶς
ἔχουσι. καὶ ἐπὶ τούτοις ἥ τε φιλενδειξία καὶ τὸ οἴεσθαι τὴν φθο-
ρὰν ξυμβῆναι ἐκ τῆς τῶν προτέρων ποιμένων, καὶ μᾶλλον τοῦ E
μετ' αὐτὸν Ἰωάννου, ἀτημελησίας, τὸ προσηνὲς καὶ ἀγαθοθε-
λὲς οὕτω καλοῦντος, τὴν δ' ἐς τὸ κρεῖττον ἐπάνοδον ἐκ τῆς αὖ-

14. καὶ] *εἰ καὶ?*

textu grassarentur. ad extremum capto tempore, quotquot illic supererant, praesidiariis occisis cives electos produnt Persis, ab iis crudeliter mactandos, arcemque iisdem iuxta pacta condonant. ipsi deducente praesidio Persarum iter ingressi versus Lampsacum, plurimos Romanorum huc illucque fugientes variis obiter locis captos servitum abducunt; ac cum alia diversi generis praeda immensa, ingenti potiti sceleris praemio, Hellespontum transfretant.

10. Per hunc modum Constantinopolis ab utraque parte, contineata Orientali et Occidua, dum premitur, angustias sensim ad extremas periclitabatur redigi, eo plerorumque moerore Romanorum ut in summa inopia consilii parum a desperatione ultima abessent. et erat isto velut quodam unguis in ulcere zelus acerbus Athanasii patriarchae, qui nullum faciebat finem incusandi populum, causas, ut aiebat, suis sceleribus deo praebere non cessantem immittendarum cladium tantarum. in earum porro piacula culparum crebrae litaniae celebrabantur ab eodem, praesentibus una monachis et clericis, cum frequentis conventu populi. nec preces indicere contentus obiurgationibus amaris suppliciisque saeviebat, nunc monachos criminans, nunc sacerdotes, nunc laicos, saepe terrores iis mulctas et id genus sensu acria in poenam sat aliunde infelicibus imponens. in his ille ferebatur sive ostentandi sui prurigine, sive opinione qua sibi persuaserat pessum ire omnia propter priorum patriarcharum, maxime autem Ioannis Cosmae qui sibi successisset, negligentiam (hoc enim traducebat nomine ad gratificandum pronam et benevolam viri eius indolem), restitutionem autem cunctorum in melius a sua ista instanti acrique

τοῦ σπουδαιοτριβήσεως προσδοκᾶσθαι. ὃ δὴ καὶ μᾶλλον εἰς τοὐναντίον συνέπιπτεν, ὡς ἐπὶ τοῖς ὅλοις ἐπὶ τούτου τὰ Ῥωμαίων ἐφθάρθαι, ὅσον εἰς διέγερσιν τῷ οὕτως αὐτονομοῦντι. ὥστε
P 407 καὶ ἐν μιᾷ λιτανεύσας κατ' αὐτὴν ἡμέραν ἑσπέρας, ἀπὸ τῆς τῶν κυνηγῶν λεγομένης πύλης μέχρι καὶ τῆς τοῦ Προδρόμου μονῆς, πᾶσαν τὴν ὑπώρειαν ἐκείνην τὸ πῦρ ἐπιλαβὸν ἐπημάθυνε, πλοῦτον δ' ἐκεῖνον ὅσον ἐμπορικὸν καὶ πᾶσαν ἄλλην πολυτέλειαν εὐγενῶν εἰς τὸ μηδὲν ἀπηκόντισεν· ὃ δὴ καὶ πρότερον ἐπὶ τῆς αὐτοῦ πατριαρχείας ἐγένετο. ταύτῃ τοι καὶ διελοιδοροῦντό τινες ὡς διὰ τὴν ἐκείνου λιτανείαν γεγενῆσθαι τὴν τοσαύτην πυρπόλη-
B σιν. ὁ δὲ τὴν ἐκείνων πρὸς τὰς ἱκετείας ῥαστώνην καὶ τὸ ἐρραστωνευμένον τοῦ βίου καὶ ἀμελὲς ὑπὲρ πᾶν ἄλλο τῆς θεομηνίας κατῃτιᾶτο. ὁπότεροι δὲ τοῦ ἀληθοῦς κατηυστόχουν, λέγειν οὐκ ἔχω. ἀλλ' ἀφορμαὶ τῶν δικαστηρίων τῷ πατριάρχῃ ἐντεῦθεν ἐσχεδιάζοντο, οὐ μόνον πυρποληθέντων τῶν ἐν ταῖς ἐμπορίαις συμβολαίων γραμμάτων, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλοὶ τῆς νυκτὸς ξυνδραμόντες ἐκείνης τὰς οὐσίας τῶν ἀνθρώπων ἐξεφόρουν διαρπάζον-

17. ἐκείνοις P.

diligentia expectari. quae quidem expectatio in contrarium potius vertit, cum hoc eius demum patriarchatu res summa Romanorum prius concussa plane iam irreparabiliterque conciderit, ipsa etiam huius secura legum et pro libitu ruente gubernandi forma impulsum ei pro sua parte addente ad ruinam et in praeceps omnia trudente. nec temere rapi forte queat in huius rei signum et specimen fructus istarum litaniarum, quod quadam dierum, qua illas ipse praesens magno ambitu obiverat, ferale sub vesperam exarsit incendium, quo a porta Cynegorum dicta usque ad monasterium Prodromi, totus ille urbis quam late patet frequentissime habitatus clivus flamma grassante deletus est, redacta in cinerem ac plane perdita illa opulentia illic congesta mercium e longo advectarum, illa magnificentia superbarum aedium, pariter una cum pretiosissima supellectili splendide in iis diversantium nobilium familiarum; qualis et antea calamitas sub eius patriarchatu contigerat. inde non defuere qui Athanasio coram in os ipsi exprobrare non dubitarent praeclaras istas eius litanias facem fuisse luculentam quae tantam istam urbis partem inflammando corripisset. quibus ille reponebat non litanias, sed ipsorum qui sic murmurarent, in ea precatione ac caeteris piis officiis rite persolvendis ac fungendis supinam socordiam causam incendii fuisse. addebat impetu hinc capto ardentes invectivas in reliquam eorum dissolutam voluptatibus et negligentem rerum divinarum vitam, e qua super omne aliud ira dei vindicis in nos saeviendi causas duceret. utri horum rem acu tetigerint, definire nequeo. caeterum occasiones litium ad densius deinceps constipandum patriarchae forum hinc extitere, non solum quoniam consumptis syngraphis et chartis plurimis apud aedes igne consumptas mercatorum confusae necessario sunt debiti et soluti rationes, sed etiam quia nocte illa plures concurrentes specie commodandae operae exportandis in tutum rebus ab igne periclitantibus furta multa fecerant, aliena in domos proprias portata deinceps

τες· ἡ γὰρ πᾶσα κρίσις ἀρχῆθεν τῷ πατριάρχῃ προσανετίθετο, C
τοῦ βασιλέως ἐνδόντος, τῷ μὲν φαινομένῳ διὰ τὸ καθαρὸν τῶν
λημμάτων, τῷ δ' ὑπονοουμένῳ τὸ ἀπὸ πάντων αἰδοῖον καὶ φο-
βερὸν περιποιοῦντος τῷ κρίνοντι, ὡς ἐντεῦθεν ἐκ πρωΐας μέχρις
ἑσπέρας ὀχλαγωγεῖσθαι τὸν ἱερέα, ὄχλου μυρίου ἐπὶ τὴν μονὴν
τοῦ μεγάλου λογαριαστοῦ (ἐκεῖ γὰρ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον διῆγεν)
παδὸν συντρέχοντος.

11. Πρὸ δὲ τοῦ ἁλωθῆναι Μάδυτον πολιορκουμένην ὑπὸ P 408
τοῦ Φαρέντα Τζιμῆ, ἐφίσταται ἀμηράλης Ἀνδρέας Μουρίσκος
ἀποσταλεὶς παρὰ βασιλέως σιταρχήσων τὸ φρούριον λειποσιτοῦν,
συνάμα δύο ναυσίν· καὶ δὴ ἐπιστὰς μόλις εἰσάγει τὸν σῖτον. ἐκεῖ-
θεν δ' αὖθις περί που τὴν Ἴμβρον ἐχώρει· ἔτυχε γὰρ μαθὼν ὡς,
ἀνάγονται δύο νῆες ἐκ Σικελίας Ἀμογαβάροις, καὶ προκαταλαβεῖν
τὸν ἐκείνων ἔσπευδε δρόμον. αἱ δὲ ἐξ ἀφανοῦς διαδρᾶσαι καὶ B
τῷ πορθμῷ ἐπιστᾶσαι κατὰ τὴν Καλλίου χειροῦνται μὲν ἐξ ἑφό-
δου θατέραν τῶν τοῦ Μουρίσκου ἐκοντὶ προσσχοῦσαν τῷ τὴν
πολεμίαν ὑποτοπάσαι εἶναι τὴν τὸν Μουρίσκον φέρουσαν. οἱ δὲ

ut propria servantes. inde igitur natae controversiae Athanasio diiudicandae veniebant. nam ius omne arbitriumque quaestionum forensium ab initio secundi patriarchatus Athanasio in solidum cesserat, indulgente Augusto ob eam quidem, ut videri volebat, rationem, quod a notissima eius abstinentia puram et nullius suspectam acceptionis munerum expectandam esse iurisdictionem crederet: sed non latebat perspicaces alia occultata profundius istius attributionis causa. nempe imperator hominem palam exosum, quem a popularis insultibus invidiae et querelis increbescentibus omnium aegre tota vi sua defenderet, efficere hac ratione studebat ut plerique venerarentur et timerent, uti eum a quo supremam auctoritatem obtinente iudicandi suas saepe pendere fortunas intelligerent. quam spem ipsum quoque apparebat Athanasium sequi, dum assiduitate constantissima usque a primo mane ad noctis crepusculum turbis sese trudentibus altercantium compressus sacrae fastigium dignitatis ad cognitionem recularum vilium demittere pontifex sustinebat, immensa semper populi lites sequentis multitudine ad monasterium magni logariastae (ibi enim plerumque degebat) perpetuo eam ob rem affluxu concurrente.

11. Prius, porro quam caperetur Madytus obsessa a Pharenda Tzime, Andreas Muriscus ad eius viciniam se contulerat imperatoris iussu cum navibus duabus, commeatus, si qua posset, importaturus in arcem illam alimentorum penuria laborantem. et hactenus quidem consilium successit, ut, aegre licet, tandem tamen aliquam frumenti copiam Muriscus in id castrum immitteret. quo facto cum ad Imbrum recessisset, cognito illic duas adduci Amogabaris e Sicilia naves, harum studio praeoccupandarum eo qua veniebant cursum intendit. illae autem inobservatae longius quam nostri crederent processerant. adeoque in fretum iam evectae prope Callipolim occurrunt improviso non advertenti et festinanti ulterius Andreae. hic forte contigit nautas alterius Murisci navium ultro se admovere hosti non agnito, quod navem conspicati Siculam illam esse ipsam crederent qua dux ipsorum Amerales vehebatur. haud pari errore delusi Sicili,

ὡς ἕτοιμον θήραν αὐτανδρον περισχόντες τὴν ναῦν, πάντας, δίχα τινῶν τῶν θαλάσσῃ ἀποκειλάντων, ἔργον ποιοῦσι μαχαίρας, μόνον τὸν ναύαρχον περιποιησάμενοι· ὁ γὰρ ναύαρχος θεῖος ἦν
C τοῦ Μουρίσκου. ἐκεῖνοι δὲ μόλις τῷ σώματι διαπλεύσαντες, τὸ πραχθὲν ἐπιστάντες Τενέδῳ ἀγγέλλουσι τῷ Μουρίσκῳ· πλὴν καὶ τὸν τῶν νηῶν φόρτον δηλοῦσιν, ὡς κώπας τοῖς Κατελάνοις διακομίζοιεν. ταῦτα γνοὺς Μουρίσκος, καὶ ὡς κατάσχεσιν ἐπύθετο καὶ ἑτέρας νηὸς ἦν προαπέστειλε βασιλεύς, δεινῶς ἤλγε, καὶ διενοεῖτο, ὡς ἔδειξε, τοῖς μετ' αὐτοῦ τὰ μὴ πρόσφορα. ἐπειδὴ
D γὰρ αὐτός τε καὶ οἱ ἐκ βασιλέως πεμφθέντες Ῥωμαῖοι ἐν δυσὶ καὶ μόναις ναυσὶν ἐπώκελλον, τῶν λοιπῶν ἁλωμένων, ἀπάρας σὺν αὐτοῖς ἐκεῖθεν καὶ τῇ Προικοννήσῳ προσσχών, γυμνοῖ ξύμπαντας τῶν ὅπλων Ῥωμαίους οὓς εἶχεν ἐντὸς συμμάχους, γυμνούς τε καὶ ἀνόπλους ἀφεὶς ἰέναι τε παραγγέλλει πρὸς βασιλέα καὶ δηλῶσαί οἱ τὰ γεγονότα. ταῦτ' ἐπιστάντες ἐκεῖνοι, πλὴν μόλις
E καὶ μετὰ βίας, Γεννοϊτικῶν ἑπτὰ φανεισῶν νεῶν, αἷς θαρρήσαντες καὶ αὐτοὶ συνεκπλέουσι καὶ τῷ βασιλεῖ ἀγγέλλουσιν ὡς οὐδ' αὐτὸς Μουρίσκος, εἰ μὴ νῆες ἀρκεταὶ πρὸς ἀντιπαλάμησιν ἐπισταῖεν τῶν ἐναντίων, οὐ πρόθυμος ἂν εἴη ἐς τὴν βασιλικὴν δουλείαν, τὴν πειρατικὴν περιπλάνησιν καὶ τὰ ἐκεῖθεν κέρδη περί

paratam strenue arripientes praedam, navi Romana sunt potiti, nostroque illic repertos occiderunt, praeter quosdam qui iactu in mare praecipiti gladii aciem fugerunt, et navarchum sponte a victoribus servatum. hic erat Murisci patruus. illi autem quos se in aquam iniecisse diximus, solo manuum remigio aegre tandem nudis corporibus salvi Tenedum appulsi, rem illic gestam Murisco nuntiarunt, praetereaque significarunt, quid Siculae naves oneris haberent, et ut remos atque id genus arma nautica, triremibus scilicet instruendis, apportarent Catelanis. his Muriscus cognitis, simul etiam audiens aliam e missis ab imperatore navibus captam et ipsam fuisse, in gravem deiectus moerorem est, anxiumque sic animum per varia versans consilia in eo denique acquievit, quod minime conducibile, ut eventus monstravit, comitibus ipsius foret. cum enim tam ipse quam qui sub eo missi ab imperatore Romani militabant, in duas iam solas relictas, caeteris ab hoste occupatis, contrusi naves essent, cum his solvens inde Proeconnesum appulsus spoliat armis Romanos omnes, et nullo instructos viatico dimittit, ire ad imperatorem iubens et ei narrare quae acciderant. pervenerunt hi tandem ad Augustum, aegre quidem, et diu quaesita in urbem transfretandi facultate. sed apparentibus commodum septem Genuensium navibus, exorato in eas ascensu, deportati eo denique imperatori exposuerunt quid ipsis accidisset, eique nuntiarunt nolle amplius Muriscum ipsi servire, nisi et naves ipsi darentur idoneo numero ac robore ad pugnandum cum spe verisimili victoriae contra classem hostilem mox potentissimam futuram, et eaedem sibi naves cum plena potestate permitterentur ducendi eas quocumque vellet late per maria ad excursiones piraticas, qualium a se olim actarum lucrum exper-

πλείστου ποιούμενος. ἀλλ' οὐκ ἀπώνατο τῶν τοιούτων δὴ βουλευμάτων, ἀλλ' ἐπεὶ δύο νῆας ἐξαρτυσάμενος περί που τὸν τῆς P 409
Ἑλλησπόντου πορθμόν, μαθόντες οἱ ἐναντίοι περὶ τούτου, σὺν οἷς Φίλιππος ἀρχὴν ὁς ἐκείνων, ὅσον τάχος ἐπ' ἐκεῖνον ἐξήλαυνον, καὶ περί που τὸν Ἀρτάκην τῶν Κυζικηνῶν ἐπίνειον κατὰ τὸ Ἀλώνιον συμβαλόντες ἐφ' ἱκανὸν διεμάχοντο, καὶ περιεγένοντο τοῦ Μουρίσκου, τῶν περὶ ἐκεῖνον ἀπειρηκότων. καὶ γίνεται φόνος πολύς, αὐτοῦ μόνου Μουρίσκου περισωθέντος ἐκ παλαιᾶς B
φιλίας Φιλίππου· κἀκεῖνος γὰρ πάλαι ποτὲ ὑπὸ Μουρίσκου ἁλοὺς κατὰ θάλατταν πειρατεύοντος ἔτυχεν εὐμενοῦς, ὥστε καὶ ὠνῆς ἀπεμποληθῆναι μετρίας. διά τοι ταῦτα καὶ αὐτὸς ἐκείνου ὡς ἥκιστα ἔτυχεν ἀχαρίστου, ἀλλὰ μικρῶν τριῶν χιλιάδων χρυσίου ἀπεμπόλησε τοῦτον πρὸς Τένεδον θείῳ ἐκείνου ἐκεῖ παρόντι. Ἀμογάβαροι δὲ ταῖς τόλμαις ἀναθαρρήσαντες οὐκ ὀλίγους τῶν C
περὶ Ἀτίκην Περσῶν συμμάχους διεπεραίωσαν, περί που χιλιάδας δύο. ἐπιμιξάντων καὶ Ῥωμαίων ἐξ ἀνατολῆς, ἀθροῦν γεγονότες πλῆθος ἐξώρμησαν. καὶ τὰς μὲν δυσχωρίας τοῦ Γάνου

tus ingens fraudari eo per causam angustae ac sterilis circum suburbana littora navalis militiae haud se in posterum pati diceret posse. caeterum non longus huic suorum consiliorum fructus constitit. nam ex quo renuntiavit, quo modo diximus, obsequium Augusto, armatis sumptu suo duabus navibus, in iis dum opperitur in Hellesponto transitum commodum in aequor plenum ubi more suo ac quaestu veteri piratam ageret, conspicati eas adversarii, secum habentes appulsas recens e Sicilia naves quibus Philippus quidam praeerat, cursum confestim in illas expediunt. et summa celeritate insecuti deprehendunt circum Artacen Cyzicenorum navale, ubi prope Alonium pugna committitur diu anceps, acriter Murisco resistente, quoad huius militibus animos despondentibus Philippus superavit, et caede ac strage circum Muriscum edita non parva cum ipsum cepit, tum ambas eius naves suis adiungens victor est reversus. nec quidquam eo tempore vitam Murisco nisi Philippi gratitudo servavit. meminerat hic enim alias se in mari captum a Murisco eodem, piraticam tunc factitante, tractatum ab ipso humaniter fuisse brevique liberum dimissum, lytro non magno. ergo parem illi modo gratiam rependere Philippus voluit, non multo post redimi eum apud Tenedum sinens a patruo eius illic forte reperto, tribus aureorum parvorum millibus. per hunc successum Murisci metu Amogabari soluti, fidentius iam commeantes in Asiam, Persas illic non paucos sub duce Atina merentes, certis in suas partes conditionibus attractos, freto traiecto ad sua castra deportarunt. hi caeteris adiuncti, qui iam illic erant, suis popularibus, Persarum fere duum millium numerum explebant. quibus multi quoque mixti Orientalis olim tractus incolae Romani, nunc omnium inopes eoque qualemcumque oblatam vivendi conditionem amplectentes, copias in formidabilem multitudinem Amogabaricas auxerunt. hac usi opportunitate in rem suam duces illius gentis praeterquam saltus et inga praerupta montis Gani validis suorum

καὶ λίαν διεφυλάττοντο, τὰ πέριξ δὲ καὶ διαδραμόντες ἀπὸ γοῦν Καλλίου μέχρι καὶ Τζουρουλοῦ, τὸ ἐντὸς ἅπαν κακῶς διετίθουν, κτείνοντες παμπληθεὶ ὡς εἰς χιλιάδας πίπτειν, ζῶα καὶ βοῦς ἀροτῆρας ζευγίτας ἀνδραποδίζοντες, καὶ ταῦτα ἐν καιρῷ ἀρότου,
D ὅτε οἱ μὲν ἐσφάττοντο, ὅσοι δὲ καὶ ἔφθασαν προσφυγόντες, ἐν- 5
τὸς τῆς πόλεως παρεδύοντο. αὐτοὶ δὲ τὰ μέγιστα τῶν κακῶν εἰργασμένοι, ἐπεὶ ἀποκεκλεισμένην Ἡράκλειαν ἤκουον (ἔφθασαν γὰρ οἱ τῇδε τῷ ἀπογνῶναι τὴν ἀσφάλειαν, καὶ μᾶλλον παρὰ τῶν ἡγεμόνων ἐξοτρυνόμενοι, καταβαλεῖν μὲν ὅσον ἴσχυσαν τοῦ πο- 10
λίσματος, πυρὸς δὲ τὰ πάντα θέσθαι δαπάνημα, κατὰ Σηλυ-
βρίαν δ' ἐγκλεισθῆναι), ὡς εἶχον εὐθὺς Ῥαιδεστῷ προσβάλλουσι. καὶ ὅσον μὲν ἐκτὸς προκατέλαβον, ἀνοικτὶ κτείνουσιν ὡς κεῖσθαι
E πεσόντας ἐκ τῶν τριῶν ἐκκλησιῶν μέχρι καὶ αὐτοῦ Ῥαιδεστοῦ παμπόλλους ἀνθρώπων, τὸν δὲ πύργον πολλῶν ἐγκλεισθέντων περικαθίσαντες ἤθελον ἐξελεῖν. καὶ ἐπεὶ ἀδύνατα ἦν σφίσιν αἱ- 15
ρεῖν μαχομένοις, καθ' ὁμολογίας ἐπειρῶντο χειροῦσθαι. ἀλλ' οὐδ' οὕτως εἶχον· ταύτῃ τοι καὶ ἀπογνόντες ὑπέστρεφον.

P 410 12. Τότε καὶ τῆς Αὐγούστης Εἰρήνης ἐπαναζευγνυούσης ἐκ Θεσσαλονίκης καὶ σταθμοῖς βασιλικοῖς ὡσεὶ δέκα ἐξανυούσης

1. γοῦν] τῆς?

praesidiis insessa nostris invia fecerunt, etiam ex abundante turba varias conflatas manus quoquoversum emittentes, cuncta quae circa Ganum sunt usque Tzurulum saevis incursionibus vastabant, trucidantes passim obvios, ut pluribus cadaverum millibus strati post horum transitum campi apparerent, greges armentaque abducentes, ne bobus quidem arantibus parcendo, quos ab opere abstrahebant licet publice utili et ob anni tempus opportuno. hinc magna scilicet consternatio miserae plebis per cunctas illas regiones erat, cunctis qui necem evadere potuerant in urbem confugientibus, ac intra eam quoque terrore durante illic in latebras se abdentibus. porro barbari editis immanibus toto illo tractu inauditae crudelitatis exemplis, ubi se exclusos spe senserunt Heracleae, prout destinaverant, occupandae (quoniam Heracleenses desperatione securitatis, et maxime praefectis urgentibus, urbis ipsi suae quantum manu potuere postquam diruerant, reliquis igne subiecto intra Selybriam se concluserant) toto impetu Rhaedestum aggrediuntur. ac exteriora quidem omnia per circuitum eius oppidi primo incursu occupant, sine misericordia trucidantes, ita ut a tribus ecclesiis ad ipsas usque Rhaedesti portas strages ingens obtruncatorum plurium iaceret; turrim autem numeroso insessam praesidio exorsi oppugnare, utcumque summam in hoc contentionem adhibebant, frustra erant. itaque desperata expugnatione per vim apertam, pellicere obsessos ad deditionem conditionibus offerendis conabantur, nihilo feliciore incepto. quare omisso vires ipsorum excedente negotio, unde venerant, reverterunt.

12. Hac vice rerum Augusta Irene Thessalonica Constantinopolin revertente, ac iam decem circiter diebus eo itinere progressa, sed ea

τὰ τῆς ὁδοῦ, ἀγγελθὲν βασιλεῖ πέμψας ἀπήγγειλεν ὑποστρέφειν· μηδὲ γὰρ ἀνυστά οἱ πρὸς τὴν ἐπάνοδον εἶναι, τῶν κατὰ δύσιν πραγμάτων ἐκ τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπιθέσεως συγχεθέντων. αὐτὸς δὲ ὡς δυνατὸν ἀντιπαλαμώμενος πρὸς τοσαύτην κακίαν (ἔφθασαν γὰρ καὶ τὸ Ἐξαμίλιον, φρούριον οὕτω λεγόμενον, προκατασχόντες οἱ Τοῦρκοι, οἷς δὴ συνῆν καὶ ὁ Ῥομοφόρτος Κατελάνος), ὁ δὲ βασιλεὺς παραπέστειλε τὸν ἐπὶ τοῦ στρατοῦ Μαρούλην, παραδοὺς δυνάμεις ὅσας ὁ καιρὸς ἐσχεδίαζε, καὶ περί που τὴν Ἄπρω περικαθῆσθαι διετάττετο. οἷς δὴ ὁ Ῥομοφόρτος ἐν ἀπορρήτοις ὡς δῆθεν πέμπων τὴν πρὸς βασιλέα ἅμ' ἰδίῳ λαῷ περί που διακοσίους ποσουμένῳ καθυπισχνεῖτο ἀπόκλισιν, πλὴν χιλιάδων χρυσίου τόσων ἀποσταλεισῶν ἐφ' ᾧ τοὺς περὶ αὐτὸν δουλαγωγηθῆναι καὶ τοὺς Πέρσας ἁπαξάπαντας προχειρίσασθαι· καὶ εἰς πέντε χιλιάδας τὸ δοθησόμενον ἵστων. ὁ δ' ἐπὶ στρατοῦ πέμπων σὺν ἄλλοις δωρήμασι διεπυνθάνετο πῶς ἂν πάντας δια-

6. Ῥοκοφόρτος?

lentitudine qua solent reginae procedere, imperator re audita misit ei obviam qui a se magnopere monerent ut cursum reflecteret, differretque in urbem reditum tali tempore ipsi periculosum: nam ob incursiones hostiles tanta esse perturbatione confusum Occiduum tractum universum, ut nulla spes esset illac eam transire secure posse. porro ipse adversus tam vehementes insultus hostium quantam poterat opponens contentionem resistendi, postquam cognovisset Turcos in paulo ante ab ipsis occupata Examilii arce stativa habere, ubi cum iis erat Romofortus quoque Catelanus, Marulem ex magno archonte ducem exercitus creatum iussit, attributis ei quantas expedire pro tempore potuit, modicis copiis, circa locum Apro dictum castris munitis considere. ad hunc isto haerentem loco Romofortus nuntiis clam missis indicat cogitare se transfugium ad imperatorem cum iis quos ex sua gente secum haberet peculiariter obnoxios: nam de Turcis, quibus precario praeesset, spondere nihil posse. erant autem quos certo confideret se adducturum, circiter ducenti. sed antequam accederet, cupere se nobili et rei Romanae in primis utili facinore specimen et quasi pignus fidei ac virtutis suae Augusto dare, Persis omnibus, qui contra Romanos in Occidua continente militarent, funditus delendis. verum ad hoc egere aliquot millibus nummorum, ut ea pecunia perpelleret Turcos sibi quadamtenus parentes ad pugnandum in Persas socios, quod iis ostenso praemio facile persuadendum confidebat, licet a rursus obliganda imperatori fide adeo videret abhorrentes, ut eo illos umquam assensuros plane desperaret. accepit credule propositionem Marules, et quo magis inclinaret sic iam affectum Romoforti animum, munera ipsi per submissos ad ulterius tractandum non parva obtulit. his distinctius inquirentibus de summa quam posceret, ille respondebat haud minorem esse debere quinque aureorum millibus, pretio non magno, si cum promissi operae pretii utilitate ingenti compararetur. facile in hoc conveniebat Marules; sed prius percontabatur qua demum ratione rem quam pollicebatur oppido difficilem perfecturum se confideret. ad ea ille

χειρίσαιτο· ὁ δ' ἔφασκέ οἱ τοὺς ἡμίσεας ἔξω που στεῖλαι, καὶ τοὺς ἐναπολειφθέντας ἐρήμην ἀποκτεινύναι, κἀκείνους ἐκ διαD δοχῆς. ὁ δὲ δεῖγμα τοῦ τοιούτου ἀπήτει πρὸς πίστωσιν. καὶ δέχεται δὴ κεφαλὰς ἀνδρῶν ἀποσταλείσας παρ' ἐκείνου ὡς δῆθεν Περσῶν. καὶ ἠπάτησεν ἄν, εἰ μή τις γυνὴ μίαν τῶν κεφαλῶν P 411 ἀριδήλως ἐγνώρισεν τοῦ ἰδίου ἀνδρός, ἐξ ἧς τὰς λοιπὰς Ῥωμαίων εἶναι κατὰ τὸ εἰκὸς ὑποτοπήσαντες πείρας ἐκείνης ἀπέσχοντο.

A 13. Ὁ μέντοι γε βασιλεὺς λιμῷ καὶ πολιορκίᾳ καὶ τὰ κατ' ἀνατολὴν φρούρια ταλαιπωρεῖσθαι πυνθανόμενος, τὸν μὲν λιμὸν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν μεγίστων μονῶν τὸ περιττὸν τῶν σίτων ἐκλέγων, στέλλων τοὺς διακομίσοντας κατὰ θάλασσαν, ὡς ἦν θεραπεύειν ἠπείγετο, τὴν δὲ τῶν Τούρκων καταδρομήν, τὰ αὐτὰ τῷ Κάνι τῶν Τοχάρων Χαρμπαντᾷ ἃ δὴ καὶ τῷ Καζάνῃ διαπρεσβευόμενος, ἠξίου κατὰ συμμαχίαν πέμποντα στρατὸν �ανB στέλλειν. μικρὸν ὅσον, καὶ πρέσβεις ἐκεῖθεν ἀφίκοντο, καὶ ἀγγελίαι ὡς περὶ μ' χιλιάδας ἀνδρῶν μαχίμων ἤδη καθητοιμάσθησαν, ὧν τὰς κ' φθάσας ὁ τοῦ Χαρμπαντᾶ αὐτανέψιος ἄγει

persuasurum se aiebat parti dimidiae Persarum ut alio abirent, praeda quam illic diriperent ostensa, cuius eos sciret avidissimos: iis sic digressis in residuos cum suis cunctis una iunctis Latinis et Turcis improviso ruiturum, interfecturumque haud dubie universos; tum in alios illos similiter moturum, parique exitio paucos nec opinantes affecturum. his ultro addebat sese, si Marules vellet, in arrham promissae operae iam nunc missurum aliquot capita Persarum clam a se occisorum. ad quod huic assentienti paulo post adfuerunt a Romoforto capita recens secta quorundam hominum, quos ipsi fuisse Persas affirmarent, afferentes; qua specie inductus in fraudem esset minus cautus dux noster, pecuniaeque iacturam damno insuper maiori mox ab insidiis perfidorum, transfugii obtentu cladem nobis novam molientium, cumulasset, nisi forte reperta illic Romana mulier unum e capitibus allatis sui viri a Catelanis nuper capti certissimo sibi agnitum, eiulatibus cuncta miscens, esse deieraret; unde suspicione orta reliqua quoque capita Romanorum esse malaque fide Romofortum agere, damnosus cum deprehenso iam proditore tractatus abruptus est.

13. At imperator fame et obsidione arces per Orientalem tractum laborare audiens, fami quidem succurrere conatus est frumento supra usum abundante necessarium e maximis quibusque urbis Monasteriis corrogato, ministrisque tradito idoneis, qui illud mari quo erat opus deferrent. Turcorum vero incursionem coërcere studuit missis legatis ad novum Canis Tocharorum Charmpantanem, qui eadem a se illum rogarent quae iam impetrasset ab ipsius decessore Cazane, nempe ut sibi subditos populos ac satrapas vetaret terras imperatoris Romanorum sibi amici ac foederati hostiliter infestare. ac retulerant paulo ante reduces legati pronum se ad annuendum postulatis reperisse Charmpantanem. iamque is adeo audiebatur in eam rem exercitum conscripsisse non minorem quadraginta millibus exercitatorum bello militum; quorum viginti millia eiusdem Charm-

περί που τὸ Ἰκόνιον· μεθέπεσθαι δὲ καὶ τὰς λοιπὰς οἱ πρέσβεις διεβεβαίουν, εἶναι δὲ μὴ πλέον σφίσι τοῦ μαθεῖν τὴν τοῦ βασιλέως θέλησιν, ὅπου καὶ ἐπὶ τίνας προσβάλλοιεν ἀμυνόμενοι τοὺς ἀλάστορας. καὶ ὁ μὲν κρατῶν ἐν τούτοις ἦν, καὶ δῶρα καὶ C πρέσβεις πρὸς ἐκείνους ἐξητοιμάζετο· ἀγγέλλεται δὲ καὶ φήμη προστρόπαιος, ὡς κατείληπται Ἔφεσος παρὰ τοῦ Περσάρχου Σασᾶν, ὃς γαμβρὸς ἅμα καὶ θεράπων τοῦ Καρμανοῦ Μανταχίου ὢν ἐκείνου μὲν ἐκ πολλοῦ ἀπεστάτησε, καθ' ἑαυτὸν δὲ δυνάμεις ἄγων ὑπὲρ ἐκεῖνον ἐκραταιοῦτο. καὶ δὴ προεάλω μὲν παρ' αὐτοῦ τὸ ἐκεῖσε τῶν Θυραίων φρούριον, λιμῷ πολυημέρῳ P 412 τοὺς ἐκεῖ παραστησαμένου· ἐπεὶ δ' αὖθις ταύτης χάριν τῆς αἰτίας ἐξ ὁμολογίας τοῦ μή τι τῶν ἀνηκέστων τοὺς ἀνθρώπους παθεῖν συγκατείληπται καὶ ἡ Ἔφεσος, σκεύη μὲν ἐκεῖνα τὰ τῷ ναῷ ἀφιερωμένα τοῦ ἠγαπημένου τῷ Χριστῷ καὶ παρθένου, χρημάτων τε ἄπιστον πλῆθος διεφορεῖτο, μετῳκίζοντο δὲ καὶ οἱ πλείους B τῶν πολιτῶν ἐπὶ τὸ τῶν Θυραίων φρούριον, δέει τοῦ μή τι παθεῖν ἐκ δόλου τοὺς Περσάρχας ἄχαρι ἐπιθεμένων ἐκείνων, ἢν καιρὸς διδοίη. ἄλλους δὲ πλείστους ἔργον μαχαίρας ἐποίουν ἀνοικτὶ σφάττοντες.

14. Ταῦτ' ἀγγελλόμενα, καὶ πρὸς αὐτοῖς ἕτερ' ἄττα C δεινὰ καθ' ἡμέραν, δεινῶς ἀλύειν ἐποίουν τὸν βασιλέα. οὐ μὴν

pantanis fratris filius ducere nuntiabatur, perveniisseque iam circum Iconium. reliquos mox secuturos legati affirmabant. esse porro his mandatum ex imperatoris nutu pendere, quidquid ille significasset exequendo, veniendo quo vocasset, in eos movendo quos indicasset e satrapis suo imperio infestis. dum haec imperator audiens et legatos et munera quae in occursum tam opportunis auxiliaribus destinet exquirit, turbat ecce gratulationem eius fama sane feralis, nuntians captam Ephesum a Persarcha Sasane, qui gener simul et servus Carmani Mantachiae cum esset, ab illo quidem iampridem defecerat, propriis autem auspiciis copias ductans adeo se opibus firmaverat, ut frustra iam, si tentaret antiquus herus, retrahere fugitivum conaretur. atque ab hoc iam antea coacta ad deditionem longa fame fuerat arx illic sita Thyraeorum. postquam autem pari famis necessitate subigente dedita eidem Ephesus quoque est, sub conventionibus tamen prius stipulatis nihil saevum in deditos statuendi, vasa illa pretiosissima in templo dilecti Christo et virginis discipuli consecrata, cum opum illic conditarum infinito numero, inde asportabantur. translati etiam a victoribus sunt in Thyraeorum arcem plerique civium, metu ne ab iis captato forte postmodum tempore in novos dominos dolo insurrecturis Persarchae improviso circumventi molesti aliquid paterentur. alios plurimos gladio Persae interemerunt immisericorditer mactantes.

14. Hi tam tristes nuntii cum aliis aliunde quotidie nihilo laetioribus periatis gravi quidem moerore imperatorem affligebant, non tamen deli-

δ' ἐς τέλος κατέπιπτεν, ἀλλὰ καὶ αὐτός, ὅσον εἶχεν, οὐκ ἔληγεν ἀντιπαλαμώμενος, καὶ τέως τὸ ἐγκόλπιον κακὸν ὑπὲρ τἄλλα ἔθελεν ἀνασπᾶν. τὸ δ' ἦν Ἀμογάβαροί τε καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς Πέρσαι, οἷς δὴ καὶ οἱ ἄνω ῥηθέντες ὑπὲρ τοὺς χιλίους ὄντες
D Τουρκόπουλοι προσεχώρησαν. ἐπειδὴ γὰρ συνάμα Ἀλανοῖς ἀφεστήκεσαν, ἐκεῖνοι μὲν κατ' αὐτοὺς ἦσαν, καὶ δόξαν ἐκ πολλῶν ἐδίδουν, εἰ μὴ ἱκανῶς πρὸς βασιλέως μισθοῖντο, ἀποχωρεῖν πρὸς Ὀσφεντίσθλαβον. ταῦτα γὰρ Κουτζίμπαξις ἐπανήκων πρὸς βασιλέα διεβεβαίου· πρῶτος δὲ τῶν ἱερομάγων τοὔνομα τοῦτο ἐξελληνίζεται. οἱ δὲ Ἀλανοὶ μαθόντες ὡς Τουρκόπουλοι ἀπέκλινον πρὸς Καλλιούπολιν ἅμα γυναιξὶ καὶ παισίν, αἴφνης
E ἐπεισπεσόντες κατὰ τὴν πρὸς βασιλέα δῆθεν χάριν, γυναῖκας ἐκ πολλῶν ὀλίγας καὶ παῖδας περισχόντες πρὸς τὸν κρατοῦντα ἀπέστελλον. ταύτῃ τοι καὶ τῶν ἐχθρῶν κρατυνομένων, ὡς καὶ ἐξελαύνειν καὶ κατατρέχειν τὰ λοιπὰ τῆς Θρᾴκης ἠγγέλθαι, οἱ μὲν τοῖς προαστείοις ἐγκατῳκημένοι τῆς πόλεως ἀπαίροντες πρὸς τὴν πόλιν ἐσκευαγώγουν, βασιλεὺς δὲ καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἐπιχειρῶν
P 413 ἐφ' ᾧ τοὺς ἐχθροὺς ἐπίσχοι, καὶ πρὸς Γέννουαν πέμπει πρεσβείαν, ἀξιῶν ἐκεῖθεν ἀναχθῆναι στόλον νηῶν κατ' ἐντελεῖς τοὺς μισθούς, καὶ ἅμα ἦρι πρὸς τάδε ἀφῖχθαι.

ciebant eius animum, qui perstabat erectus pertinaci spe, nec cessabat intendere conatus ad mala undique ingruentia quam posset efficacissime repellenda. et princeps quidem eius cura laborabat in excutienda sibi e sinu intestina peste urbi minantis e proximo tumultus, coniuratis simul Amogabaris cum Persis, ad quos memorati prius Turcopuli numero supra mille se aggregaverant. postquam enim hi Alanos imitati se ab aliis abiunxerant, perstiterunt sic aliquandiu in suo ipsorum arbitrio, nemini alteri obtemperantes, quando multorum opinio non inverisimilis, ut res apparebant, fuit eos, nisi ab imperatore praeoccuparentur promissione stipendiorum quanta ipsi peterent, ad Osphentisthlabum accessuros. id enim fore, revertens ad imperatorem affirmaverat Cutzimpaxis; quod nomen si Graece interpreteris, primum hieromagorum sonat. verum Alani certiores facti Turcopulos Calliopolim versus iter intendere ductis una secum uxoribus et liberis, in eos improviso irruentes, quasi ut gratificarentur imperatori, paucas e multis mulieres et pueros sic captos ad Augustam miserunt. caeterum adiunctione Turcopulorum Catelani adeo tunc roborati sunt, ut confestim inde nuntiarentur incursando agere ferreque quidquid in Thracia reliquum erat. qua perculsi fama incolae iam ipsi suburbiorum Constantinopolis, ne illam quidem securam rati stationem, convasantes palam intra urbem se condebant. at imperator multa iam frustra expertus alia ad hos tam importunos hostes coërcendos, appulit denique animum ad consilium mittendi legatos Genuam, qui suo nomine regarent mitti suppetias inde ad se armatam classem, mercede a se ampla et recte solvenda suis auspiciis militaturam, quam ita tempestive vela facere orabat ut veris huc initio posset occurrere.

15. Ἐν τοσούτῳ δὲ καί τις τῶν διαπεραιωθέντων Περ- B
σῶν, Ἰσαὰκ Μελήκ, σατράπης ὢν καὶ πολλοὺς ἄγων, πέμπων
πρὸς βασιλέα κρυφηδὸν παρὰ πᾶσαν τῶν Κατελάνων αἴσθησιν
ἠξίου περὶ σπονδῶν, ὡς αὐτόθεν ἀποστατήσων Ἀμογαβάρων,
καὶ ὅσα τοῖς τοῦ βασιλέως συνοίσει πράγμασι κατὰ τὸ δυνατόν,
ὡς ἔχει, διαπραξόμενος, ἢ γοῦν αὐτόθι μένων, εἰ δυνατὸν ἦν,
ἢ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀντιπέραν σὺν ἰδίῳ λαῷ γενόμενος. βασιλεὺς δὲ C
τῶν δεινῶν ὁσημέραι πληθυνομένων καὶ μὴ ἐώντων ἄλλο τι βου-
λεύεσθαι ἢ τὸ χείρω ποιεῖν τὰ τῶν ἐχθρῶν κατά τινα σύνεσιν
(ἄλλως γὰρ ἀντιπράττειν καὶ πολεμεῖν οὐδ' ὅλως ἦν) ἀσμένως
προσίετο τὴν πρεσβείαν, καὶ ἀντιπέμψας διά τινος Πέρσου, μὴ
φωραθείη δῆθεν τὸ μελετώμενον, δοῦναι μὲν εἰς γυναῖκα τὸ τοῦ
παλαιοῦ ἐκείνου Μελὴκ θυγάτριον τῷ Περσάρχῃ καθυπισχνεῖτο,
παρέχειν δὲ ὅσα τε κατὰ προῖκα καὶ ὅσα κατ' ἄλλην φιλοτιμίαν D
τὰ ἱκανά. ἀλλὰ τούτων ὁσημέραι διαγγελλομένων, καθ' ὑποσχέ-
σεις τοῦ καὶ αὖθις προσχωρεῖν τοὺς ἀποστατήσαντας Τουρκοπού-
λους αὐτοῦ γε συμπράττοντος, εἰ μόνον πέμποιντο αἱ τούτων
γυναῖκες, πλὴν μετ' ἀσφαλείας τοῦ μήτι παραβῆναι κατ' ἀπά-
την τῶν συγκειμένων, ὡς γοῦν ταῦτ' ᾠκονόμηντο καὶ ἤδη ἐπέμ-
ποντο, φωρᾶται τοῖς Ἀμογαβάροις τὸ δρᾶμα, καὶ Ῥομοφόρτος E
τὸν Περσάρχην εἰς κρίσιν ἄγει, καὶ ὅσοι συνεμελέτων αὐτῷ τὰ

6. διαπραξάμενος P. 16. ἀποστήσαντας P.

15. Inter haec quidam e Persis qui in tractum Occiduum traiecerant, Isaacius Melecus, eius gentis satrapa et multos sub se habens, misit clam ad imperatorem, sine ullo Catelanorum sensu, qui rogarent ut se ipsi conciliari cupientem et foedus cum eo inire admitteret. offerebat autem se statim relicturum Amogabarorum partes, et quidquid ad res et rationes imperatoris expedire intelligeret, pro virili acturum, sive illic ubi erat, si fieri posset, persistendo, sive in adversam cum suis copiis transfretando continentem. his imperator auditis, reputans malis quotidie ingravescentibus non aliam aliunde spem remedii ostendi, quando exhaustae opes imperii facultatem negabant iusti exercitus rebellibus opponendi, quam a procuranda, si qua posset arte confici, debilitatione atque imminutione potentiae hostilis, perlibenter excepit legationem, et remisso ad Melecam Persa quodam fido, ut res tutius lateret, promisit se illi daturum in uxorem antiquioris illius Meleci filiam, adiecturumque dotem amplam, nec in caeteris, quoties foret opus aut ipse cuperet, suam munificentiam requisiturum. et procedebat feliciter tractatio missis ultro citroque quotidie commeantibus; quorum quidam a Meleco nuntiavit ipsi videri posse Turcopulos a societate Catelanorum abscindi et dato idoneo fidei pignore Romanis conciliari, si suae ipsis mulieres, quas captas ab Alanis imperatori deditas dictum est, ab hoc illis redderentur. his facile annuente Augusto et mulieribus iam missis, deprehenditur ab Amogabaris arcana molitio. quare Romofortus ad iudicium Persarcham citat,

τῆς ἀποστατήσεως. τοῖς δὲ μὴ ἔχουσιν ὅλως ἀπολογεῖσθαι, ἓν εἰς ἀπολογίαν προυτείνετο, τὸ ἀπατᾶν ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν θέλειν τὰς συζύγους τοὺς Τουρκοπούλους. πλὴν ὑπονοηθέντες ἐντεῦθεν τὰς εἰς αὐτοὺς πληροφορίας τῶν Ἀμογαβάρων ἀπέλυον. ὅθεν καὶ ἐξ αὐτῆς ἀντιπερᾶν ἐγνώκεσαν τὸν Περσάρχην. αὐτοὶ δὲ κατὰ νώτου λιπόντες τοὺς Πέρσας, περί που τὰ τῆς Μαδύτου μέρη, ἔνθεν μὲν ταῖς παρ' αὐτοῖς τριήρεσι χρώμενοι τὸ προστυχὸν ἐληΐζοντο τρόπον πειρατῶν κατὰ θάλασσαν, κατὰ δὲ ξηρὰν ἔθεον παμπληθεί, καὶ προσδόκιμοι ἦσαν προσβαλεῖν καὶ πόλει· προσετόλμων δὲ καὶ πρὸς βασιλέα πρεσβείαν πέμπειν, καὶ ἀξιοῦν διδόναι μὲν τοὺς μισθούς, συνωνεῖσθαι δὲ καὶ τὰ σκυλευθέντα, καὶ οὕτω μετ' εἰρήνης ἐπὶ νηῶν πέμπειν αὐτοὺς εἰς τὰ ἴδια. ἐπεὶ δὲ ταῦτ' οὐκ ἐχώρουν γίνεσθαι, ἄπρακτα τὰ τῇδ' ἦσαν, μόναις δὲ ταῖς πρὸς θεὸν ἱκετείαις ἤλπιζον σώζεσθαι, ὡς συχνὰς ὁ πατριαρχεύων παμπληθεὶ διεπράττετο. τέως δὲ καὶ τὸ τοῦ Κοσμιδίου φρούριον, δεδιότων μὴ ἐπιστάντες κατάσχοιντο, ἐκ μέρους κατήρειπτο, καὶ ξενικὰς δυνάμεις ἔκ τ' Ἰβηρίας (κἀκεῖ γὰρ ἀποστέλλων βασιλεὺς περὶ συμμαχίας ἠξίου) ἔκ τε Γεννούας ἀπεξεδέχετο. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὰ ἐντὸς ἐσάπαξ ἀσφαλῶς εἶχον τῷ βασιλεῖ, ἀλλ' ἔνθεν μέν τις τῶν ἐπιῤῥήτων ἐκ δύ-

P 414

B

eosque omnes quos defectionis cum eo cogitatae suspicio contingebat. his causam difficilem, exitu sane ancipiti, dicentibus cum non occurreret quid aliud verisimiliter allegarent, in eo consenserunt ut affirmarent non vere deficere se voluisse, sed ostentanda falso eius rei voluntate ab imperatore retrahere uxores Turcopulorum. fidem invenit apud Amogabaras plausibilis excusatio. atque ità magno defuncti periculo coniurati, Persarchae Meleco persuaserunt velocem in Asiam traiectum, quem is clam administrare eo commodius potuit, quod quasi soluti iam cura Catelani, Persis a tergo relictis circa partes Madyti, hinc quidem triremibus conscensis mare latrocinantes infestabant, inde autem terrestribus copiis late praedabundi regiones incursabant, ipsi quoque urbi formidati, auxia eorum expectatione solicitae, quando et ausi sunt nova imperatorem legatione superbe lacessere, qua petebant solvi sibi plane stipendia retro debita, tum quae rapta in manibus haberent, alia ipsorum arbitrata taxanda pecunia redimi; ils peractis praeberi sibi ab imperatore naves, et sic cum pace in patriam remitti. ni haec fierent, internecinum ad extremum denuntiabant bellum. haec cum admitti nullo modo possent, palam erat cunctis spem conventionis nullam superesse. quare in sola fiducia divini auxilii precibus exorandi salutis publicae facultas et ratio pendebat, haud segni ad id officium patriarcha, qui maximis crebro conventibus solitas suas litanias iterabat. interim autem periti rerum bellicarum, ut defendi satis posset arx Cosmidii verentes, deseri et ex parte subverti suasere. imperator autem copias auxiliares ex Iberia et ab urbe Genua, unde poposcerat, expectabat eo cupidius, quo ne interiora quidem urbis

σεως, ἱερωσύνης περικτᾶσθαι δόξας ἀξίωμα καὶ πρὸ χρόνων προσχωρήσας ἐκεῖθεν τῷ βασιλεῖ, ὁ τοιοῦτος Δριμὺς τοὐπίκλην, C ὄνομα θεὶς ἑαυτῷ ὡς δῆθεν ἐκ τοῦ γένους τοῦ Λάσκαρι καταγόμενος, ὑπήρχετο τοὺς πολλοὺς καὶ τὴν ἐκ βασιλέως ἀποστασίαν οἰκονομῶν οὐκ ἀπώκνει, ἔπεμπε δὲ λόγους καὶ γράμματα καὶ πρὸς αὐτοὺς Ἀμογαβάρους, τὴν κατὰ βασιλέως μάχην σφίσι δολερῶς ὑπανάπτων· ἐκεῖθεν δὲ ὁ εἰς ἀξίαν τοῦ δομεστίκου προχειρισθεὶς τῶν σχολῶν (ὁ Κατελάνος δ' οὗτος ἦν καὶ πρώην ἀμηραλῆς) συνάμια τῷ ἐκ δύσεως Μυζάκῃ, ὃν ἐπὶ στρατοῦ εἶχεν ὁ ἄναξ, πολλά τινα κατὰ Ῥωμαίων ξυνέρραπτον, πρὸς Ἀμογα- D βάρους πέμποντες καὶ τὴν μάχην ὡς μάλιστα ἐξοτρύνοντες. ταύτῃ τοι κἀκείνους φωραθέντας ποινή τις ἀξία λαμβάνει τετυχηκότας δικαστηρίου κεκλεῖσθαι ταῖς φυλακαῖς. δύξαντας δέ τι κἂν μέρει τοὺς σχιζομένους μετέχειν ἐκείνῳ τῶν βουλευμάτων ἅμα πάντας, πλὴν τῶν μὴ δυναμένων κινεῖσθαι, μὴ μόνον τοὺς τοῦ Μωσελὲ μονῆς ἀλλὰ καὶ τῆς πόλεως ξυνέπιπτε μετοικίζεσθαι, καὶ ταῦτα καιρῷ χειμῶνος καὶ κρύους.

16. Ἡμῖν δὲ οὐδὲ τὸ κατὰ τὸν πάπαν Ἀλεξανδρείας σι- P 415 γητέον. ἔτυχε μὲν οὗτος συνάμια τοῖς περὶ αὐτὸν κατὰ τὴν Εὔβοιαν, ὡς ἀνωτέρω μοι εἴρηται, παρά τινι τῶν δημοτικῶν μι-

sat sibi tuta sentiebat propter subodoratas quorumdam machinationes proditorum. nimirum quidam cognomento Drimys, qui olim famae parum bonae dudum ex Occiduo tractu ad imperatorem accesserat, sacerdotii dignitatem se adepturum ratus, nomen in urbe sibi fecerat, iactans sese ortum e stirpe Lascaris, et multorum studiis sic sibi conciliatis haud cessabat quoad posset cunctos ad rebellandum adversus imperatorem concitare. missis quin etiam ad Amogabaros et nuntiis et literis, eos fraudulentis promissis incitabat ad urgendum quod coepissent bellum et summa vi Augustum oppugnandum. aliunde vero in dignitatem domestici scholarum promotus Catelanus, memoratus pridem nobis Ameralis nomine, coniunctis consiliis cum quodam ex Occiduo tractu Myzace, quem alias imperator ducem exercitus habuerat, multa malitiose contra Romanos miscebant, Amogabaros et ipsi ad quam maxime iis nocendum adhortantes. deprehensa tandem clare utraque coniuratio est, auctoresque iudicio convicti poenae carceris perpetui subiecti sunt. ac cum inter has ventilandas causas quaedam indicia manassent suspicionem moventia adversus schismate discissos quasi et ipsi Drimy aut Myzaci adhaesissent, quotquot eius factionis non modo in monasterio Mosele dicto, sed et alibi uspiam intra urbem erant, iis exceptis qui per aetatem aut morbum moveri nequiverunt, abire alio coacti sunt, idque perincommodo tempore hiemis et gelu.

16. Nobis vero ne res quidem Alexandrini papae reticendae hic sunt. erat ille cum suis, ut est a me dictum superius, Euboeae, conducto illic

σθοῦ ξεναγούμενος· ἐπεὶ δὲ καιρὸς διῆλθε καὶ οὐδὲν ὅλως συνέμιξε
τοῖς ἐκεῖ, εἰς ὑποψίαν καθίσταται, καὶ μᾶλλον φρερίοις ἐκ ζη-
λοτυπίας διὰ τὸ σέβας, οἳ καὶ ἐπιστάντες, ἅμα καί τινες τῶν
B δυναστευόντων, τὴν ἐνδημίαν ἀνέκρινον. ὡς δὲ πλέον οὐκ εἶ-
χον μανθάνειν ἢ τὴν ἐκ παρόδου καταγωγὴν καὶ τὴν εἰς εὔκαιρον
γενησομένην αὖθις ἐκεῖθεν ἀναγωγήν, τέως περὶ τῆς δόξης ἀνέ-
κρινον, καὶ ὅπως ἔχοι πρὸς τὴν αὐτῶν ἐκκλησίαν, καὶ οἷς εἰς
ἁγιασμὸν χρῶνται ἀζύμοις, μετὰ πολλῆς ἠρώτων τῆς ἐπιθέσεως.
ὡς δ' οὐκ ἦν αὐτὸν περὶ τούτων ἀποφαίνεσθαι, ἐκεῖνοι δίκαιον
εἶναι καὶ πρέπον πατριάρχην γε ὄντα λέγειν αὐτὸν τὰ τῆς γνώμης
C σφοδρῶς κατήπειγον· εἰ δ' οὖν, ταῖς οὐ καλαῖς ὑποψίαις δο-
κεῖν ἐνέχεσθαι. τοῦτο ἐφ' ἡμέραις ποιοῦντες, ἐπεὶ οὐδὲν ἤνυ-
τον, τέλος θάτερον δυοῖν ποιεῖν ἐδικαίουν, ἢ λαμβάνειν τὴν ἐξ
ἐκείνου περὶ αὐτῶν ὁμολογίαν, καθὼς ἦν βουλητὸν σφίσιν, ἢ
κατακαίειν αὐτόν τε καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὡς περὶ τὴν ἐκκλησίαν
αὐτῶν ἁμαρτάνοντας. ὥριστο τοίνυν ἡμέρα, καὶ λαὸς ἤθροιστο,
D καὶ λιπαρῶς ἀνέκρινον πάλιν. ὁ δ' οὐδὲν παρὰ τὰ πρότερα ἔλε-
γεν· εἶναι γὰρ ὁδίτην, καὶ μὴ ἀνάγκην ἔχειν μή τινος συνεστώσης
συνόδου λέγειν. καὶ ἐπεχείρουν κατακαίειν. κἂν καὶ εἰς ἔργον

7. τὴν deerat.

hospitio diversans. cum vero longo ibi moratus tempore, plane segregatus viveret, communione commercioque omni cum indigenis constanter abstinens, suspectus esse coepit, praesertim Freriis zelo religionis instinctis, quod eum abhorrere a sacris ipsorum cernerent. hi ergo secum ductis quibusdam e magistratibus aut primoribus loci adeunt hominem, et quamobrem eo venisset, ad quid ibi haereret, interrogant. ubi autem nihil exprimere ab eo potuerunt aliud nisi se ut peregrinum viatorem meritorio interim uti diversorio, quoad expectata sibi adveniat opportunitas itineris quo intenderet prosequendi, ad ritum illi et res sacras examen transtulerunt, exquirentes quid de ipsorum ecclesia sentiret, et an probaret quod illic in usu erat, confici eucharistiam in azymis? de quo ut sententiam suam promeret vehemente instantia flagitabant. verum illo pari constantia negante super his pronuntiare, illi nihilo minus urgebant, aientes nec aequum nec conveniens esse patriarcham de re ad dogma vel religionem pertinente interrogatum silere. minabanturque, si obstinaret in tacendo, se id interpretaturos in partem sequiorem. sic instando ubi dies frustra multos insumpsissent, demum denuntiarunt alterum horum sibi certum esse facere, aut audire quae vellent ex eo, scilicet profitente proba sibi et legitima videri sacra ipsorum, aut ipsum et eius una comites vivicomburio punire tamquam blasphemos in ecclesiam ipsorum. ei peragendae rei dicta dies aderat, conveneratque ad spectaculum iam populus. tunc Freri cum proceribus eadem iterum instantissime a patriarcha exprimere contendebant, illo pariter solita tunc quoque se involvente pertinacia tacendi, alleganteque in itinere se esse, non in synodo, ubi sententiam de dogmate dicere suam deberet. ergo illi ad comburendum, uti decreverant, reca-

προύβη τὸ μελετώμενον, εἰ μή γέ τις ἐξ ἐκείνων σταθεὶς τὴν βουλὴν ἔλυε· μηδὲ γὰρ εἰς συνοῖσον τῷ γένει τούτων γενέσθαι τὴν πρᾶξιν, ἀλλ' ἀνάγκην εἶναι μεγάλου τινὸς τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν καὶ ἱκανὴν συγγένειαν ἔχοντος ζητηθῆναι τὸν φόνον τούτου ἀπὸ τῶν ἐκεῖ καταιρόντων τῆς αὐτῶν φύτλης, οἳ δὴ κατὰ χρείαν ἐμ- E
πορείας τοῖς κατ' Αἴγυπτον τόποις ἐφίστασθαι μέλλοιεν. ταῦτ' εἰπὼν ἔδοξε πιθανός, καὶ τὸ χείριστον ἐκεῖνο σκέμμα ὡς ἀράχνης ἱστὸς διελύετο. διωρίαν οὖν ἡμερῶν τῷ πατριάρχῃ διδοῦσι τῆς χώρας ἐξελθεῖν, μεθ' ἃς εἰ ἐπιμείνοι, δέχεσθαι τὸν κίνδυνον ἐδικαίουν. ὡς δ' οὐδὲν ὑφίστατο οὐδὲ τὴν ἐγγύην ἐδίδου, εἰς δέκα πάσας τὰς ἡμέρας περιστῶσι καὶ ἀπολύουσιν. ἀλλ' οὕτως P 416
ἀλύουσι τούτοις, ἐπεὶ πρὸς ταῖς Θήβαις ἦσαν, μαθὼν ὁ τοῦ τόπου ἄρχων καὶ μέγας οὕτως φημιζόμενος κύριος κακὸν ἀπάντημα γίνεται· κατασχὼν γὰρ εἱρκταῖς παραδίδωσι ταῖς ἀφαλεστάταις, καὶ τιμῆς δισχιλίων νομισμάτων ἠβούλετο ἀποδόσθαι. ὕστερον δὲ μετὰ καιρὸν χρησίμου φανέντος τοῦ πατριάρχου τῷ κατέχοντι νοσηλευομένῳ, ἐλευθερία τοῖς κατακλείστοις δίδοται. καὶ περὶ B
τὸν Ἁλμυρὸν δεχθέντες ἐκεῖ που καὶ κατεσκήνουν, εὐμενῶς τῶν τοῦ τόπου κυρίων αὐτοὺς ὑποδεξαμένων. ἡμῖν δ' ἐφεξῆς ἑκτέον τῆς ἱστορίας.

santem respondere accingebant iam sese; perfecissentque quod destinaverant, nisi quidam in medio status admonuisset damnosum id ipsis et universo ipsorum generi factum videri fore. nam hominem qui Alexandriae fuisset in patriarchalem promotus sedem, consentaneum esse ex magna illic et potente ortum familia; unde non esset dubitandum quin aut sua sponte aut concitati a viri cognatis perillustribus Alexandrini, tam crudelem sui patriarchae necem male multandis eius auctoribus summa vi ulcisci conarentur, cuius rei aut damnorum saltem ingentium Euboeensibus inferendorum occasio ipsis deesse non posset, nundinantibus his frequenter commerciorum causa circa portus et littora Aegypti. haec ille dicens recte monere visus est, totumque illud turbidum consilium momento est instar telae aranei disiectum. spatium ergo dierum certorum patriarchae praefiniunt, intra quod nisi e terris ditionis ipsorum excederet, suo periculo ibi moraturum declararunt, nec illi, nisi vades daret idoneos, incolumitatem praestare magistratus. ita ille, nihil conatus contra excipere aut in conquirendis fideiussoribus satagere, post decem dies, in quas ipsi solas erat securitas promissa, solvit Euboea. deinceps eidem comitibusque eius per illas oras vagantibus contigit Thebas adire, magno ipsorum infortunio. nam loci princeps, vulgo dictus magnus dominus, securissimae cunctos traditos custodiae dimissurum se negabat nisi nummorum duum millium persoluto pretio. tandem tamen cum forte accidisset negrotanti magno domino nescio quid utilis officii a patriarcha exhiberi, libertas carceratis data est, in digressu hinc exceptis ab accolis Almyri, prope quem et ipsi amnem fixis tentoriis manserunt, perlibentibus locorum dominis. sed in orbem deinceps nobis historiae nostrae redeundum est.

C 17. Μοναχός τις Ἱλαρίων, νέος ὢν καὶ κατὰ τὴν τῆς Περιβλέπτου μονὴν ἐνασκῶν, ἐπεὶ κατ' Ἔλεγμοὺς ἐγεγόνει πεμφθεὶς ἐπὶ ταῖς τῆς μονῆς χρείαις (ἦν γὰρ τὸ κτῆμα τοῖς ἐκείνων μετοχίοις ἁρμόζον) ὁσημέραι τε τὰς ἐκεῖθεν ἐκστρατείας ἑώρα Περσῶν, ὡς πάντα μὲν τὰ ἐκεῖ ληΐζεσθαι, ἐπιχρᾶν δὲ καὶ τοῖς κατ' Ἔλεγμούς, καὶ τολμητίας ὢν ἄλλως καὶ ἐμπειρίαις πολεμικαῖς οὐκ ἀπάδων, τὸν ἐκεῖσε συλλέγων λαὸν καὶ προσβάλλων τοῖς D ἐπιοῦσι Πέρσας κακῶς διετίθει καὶ τὸν τόπον πολυωρῶν οὐκ ἀνίει. ἀλλ' ἡ πολιτεία εὐθὺς καὶ ἡ ὀφειλομένη σεμνότης καὶ ἡ κατ' ἀρετὴν οἱ κυρία καὶ μόνωσις πρῶτον μὲν τὸν αὐτοῦ καθηγούμενον, μετέπειτα δὲ καὶ πατριάρχην πείθει μαθόντα ἐμβριθῶς καὶ δι' ἐπιτιμημάτων σφοδρῶν ἀπείργειν τῆς πείρας τὸν μοναχόν. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ προστιμᾶν ἐδέδοκτο τοῖς μεγίστοις διὰ τὸ τόλμημα, γνοὺς ἐκεῖνος βασιλεῖ προστρέχει. ὁ δὲ καὶ δέχεται καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν διακυβερνᾷ, οὐ μὴν δὲ καὶ τὸν πατριάρχην P 417 ἐκείνῳ εἶχεν ἐξευμενίζεσθαι. ἐν τοσούτῳ τοῦ καιροῦ τριβομένου καὶ τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ἀμελουμένων, ἐπισυνίστανται Πέρσαι καὶ ἐπιθέμενοι αἰφνηδὸν πλεῖστον φόνον ἐργάζονται, ἐκείνων φυλαχθέντων καὶ μόνων ὁπόσοι καὶ παρεβύθησαν τῷ φρουρίῳ. ταῦτα γνοὺς βασιλεύς, καὶ ἐπαλγήσας τῇ συμφορᾷ, εἶχε μὲν

17. Monachus quidam Hilarion florentis aetatis in Peribleptae monasterio vitam religiosam exercitans, cum missus Elegmos versus ad curanda illic sita hospitium et praedia ad ius modo memorati pertinentia coenobii, videret inde uri quotidie omnia incursionibus Persarum, aspirareque inultos barbaros usque ad citimam viciniam oppidi Elegmorum, iuvenis aetate ferox, audax indole, nec militaribus, si adfuisset institutis, functionibus ineptus, collecta indigenarum manu secure grassantes aggressus Persas male illos plerumque multabat, sicque locum defendens intactum iniuriis hostilibus praestare pergebat, quando fama rei perlata in urbem religionem praepositis incussit, quasi contra fas sinerent sacrae professionis hominem, alienum a sanctitate sui habitus, a solitudine quam nomine polliceretur, a lenitate instituti suscepti propria, armorum et ductus turbae militaris exercere ministerium. ea res ante omnes praefectum Peribleptae, mox et de his edoctum patriarcham movit ad obiurgandum iuvenem vehementius, severeque sub interminatione poenarum gravium ei denuntiandum ne ullam deinceps partem bellicae administrationis attingeret. haud satis ille se morigerum monitis talibus praebebat, praesenti aliud necessitate suadente. quare cum intelligeret irritatos eius contumacia praepositos in eo esse ut sibi comprehendi iusso acria infligerent supplicia, confugit ad imperatorem, qui eum libenter admisit et apud se detinuit, frustra interim satagens ei placare patriarcham. dum haec mora longe ab Elegmis Hilarionem tenet, nemine illic interim tutelae locorum invigilante, contigit Persas improviso irrumpentes magnam illic caedem facere, trucidatis cunctis qui se abdere intra munitionem sat mature nequivissent. percalsus atroci nuntio Augustus, cladique indolens, recte

ἀνενέγκαι τὴν αἰτίαν ἐφ' οὓς καὶ δίκαιον ἦν ἀνενέγκαι· ἀλλ' ὅμως τὸ περιὸν τῆς εὐλαβείας, καὶ ὅτι ἐδόκει ζητεῖσθαι συντήρησις B τάξεως μοναχῶν, ἀμελεῖν ἐποίει, καὶ τὰ τῆς θεραπείας ὡς ἐνῆν διεσκόπει, εἰ [γὰρ] καὶ ἄπρακτα πάντα κατὰ πεπραγμένων ἐφαί- νετο. μόλις λιπαρῶς τῶν περιλειφθέντων ἀξιούντων βασιλέα περὶ τοῦ Ἱλαρίωνος, ἐνδυναστεύει τὸ τῆς ἀνάγκης, καὶ πεμφθεὶς ἐπὶ πατριάρχην μόλις ἀνίεται. καὶ αὖθις ἐπιστάς, ὅσον ἦν, τὰ ἐκεῖσε διησφαλίζετο· τὸ γὰρ πέριξ ἅπαν τοῖς Πέρσαις κατείληπτο, C καὶ Προῦσα τὰ δεινὰ τὰ πρὸς ἐκείνους διδοῦσα τέλους ὀνόματι, σκιὰν εἰρήνης οὐκ ἐν εἰρήνῃ παρὰ τῶν Περσῶν ἀντελάμβανεν.

18. Ἀλλ' ἰδού γε ἅμ' ἦρι μακραὶ νῆες περί που τὰς ἐν- D νεακαίδεκα ἐκ Γεννούας ἐφίστανται, πλὴν οὐ καθὼς διαπρεσβευόμενος βασιλεὺς πρὸς αὐτοὺς ἠξίου. ἀλλ' ὁ μὲν κρατῶν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ τῆς συμμαχίας μόνῳ μετεκαλεῖτο τὰς ναῦς, οἱ δὲ σκέψει διδόντες τὸ ἀξιούμενον καὶ τὸ πολὺ τῶν ἀναλωμάτων ἐκλογισάμενοι, ὑποτοπάζοντες δὲ καὶ ταῦτα, μή πως βασιλεὺς ἐν τοσούτῳ ἄλλως πως τοὺς ἐχθροὺς μετέλθοι, ἢ κατὰ μάχην στρα- E τεύμασιν ἢ κατ' εἰρήνην χρήμασι, καὶ οὕτως ἄπρακτα σφίσι τὰ

quidem potuerat eam imputare culpae illorum, quorum esset superstitiosa morositate factum ut tam necessarium praesidium tam extreme periclitanti loco subtraheretur: sua tamen eum religionis abundantia, respectusque monasticae sanctitatis adeo abhorrentis a tractatione armorum, diu detinuit a vero et unice utili malo huic remedio adhibendo. quaesivit ergo modos alios eius incommodi levandi. sed quidquid moliretur, nihil proderat. interea conclusorum intra Elegmos, solo illic muri obiecta vitam tuentium, increbescebant apud Augustum quotidianae infimaeque preces remitti ad se Hilarionem flagitantium, cui haud amplius invidiae ferendae se parem imperator negans, allegata patriarchae ineluctabili potentia victricis legum necessitatis, aegre tandem impetravit ut eo sinente rediret unde retractus erat Hilarion. reversus Elegmos ille fiduciam incolis, securitatem agris, quanta maxima sperari tali tempore poterat, reddidit. nam circumquaque cuncta a Persis occupata tenebantur, Prusa ipsa calamitatibus subacta ingentibus emere a Persis, numerato immani pretio, tributi nomine umbram pacis pro vera, quam mendacibus promissis ostentarant, pace.

18. At ecce primo vere naves longae circiter novendecim e Genua superveniunt, verum non quales imperator per legatos poposcerat, bellicas universas, sed prout deinde consultantes super eo postulato Genuenses suis accommodatius rationibus censuerant, onustas mercibus et ad quaestuosarum negotiationum compendia instructas. sumptus enim quos absumeret ingentes numerosa classis ad bellicos dumtaxat usus adornata, illi reputantes, veritique insuper ne vehementer ex longo incumbens imperator ad pacem cum suis hostibus qualemcumque quomodolibet faciendam, interim dum ipsi classem ei molirentur, praeoccuparet bellum conventione aliqua dirimere, quod si accideret, suae illis expensae periissent,

καθ' αὑτοὺς φανείη, πρὸς τῷ καὶ τὰς ἐξόδους παρέχειν τὸν βασιλέα ἐνέχεσθαι ἐξ οὗπερ καὶ τῶν ἰδίων ὅρμων ἀπολυθήσονται,
P 418 ὡς αὐτοῖς ἐστὶ σύνηθες, ἐμπορικὰς ταύτας εὑρόντες πρὸς ταῖς ἐξόδοις καὶ πλείστῳ λαῷ ἱκανουμένας ἀποστέλλουσι, παραγγείλαντες σφίσιν, εἰ βασιλεὺς προσκαλοίη συμμάχους, πάσης ἄλλης ἀσχολίας ἀνωτέραν τὴν συμμαχίαν θέσθαι, ὁμολογήσαντες αὐτοῖς ἐκεῖθεν καὶ τὰς μισθοφορίας τῶν συνήθων ἐλαττουμένας χάριν τὴν πρὸς βασιλέα. συνέπραττε δέ τις ἐκείνοις ταῦτα Γενουΐτης Σπίνουλος, τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν καὶ δεσπότην Θεόδωρον εἰς γαμβρὸν ἤδη λαβὼν ἐπὶ θυγατρί. ὁ γὰρ βασιλεὺς καὶ
B πατὴρ τὸν μετὰ τὸν Ἰωάννην πολλοστὸν τῷ χρόνῳ Δημήτριον δεσπότην καταστήσας εἰς Λαγγιβαρδίαν ἐξέπεμπεν· ἡ δὲ μήτηρ ὡς μεῖζω ἐξέκρινε τὸν Θεόδωρον, καὶ ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἀντ' ἐκείνου τοῦτον πρὸς τὸν τοῦ ἀδελφοῦ κλῆρον ἀποκαθίστα, τὴν τοῦ μαρκεσίου τιμὴν ληψόμενον, ἐπεὶ ἐκεῖνος μὲν ἐξ ἀνθρώπων
C ἐγένετο, τὸν δὲ βασιλέα οἱ ἐκεῖ πέμψαντες ἠξίουν διά τινος τῶν ἰδίων τέκνων, καὶ μᾶλλον τοῦ τῷ χρόνῳ τῶν λοιπῶν προφέροντος Ἰωάννου, κατά τινα κληρονομίαν δικαίαν ἐκείνου ἄπαιδος τελευτήσαντος, τῶν κατ' αὐτοὺς ἀντίσχεσθαι. ὃ καὶ γεγονὸς ὕστε-

decreverunt haud sibi aedificandas de novo bellicas naves: sufficere quippe ad fidem quam legatis imperatoris dedissent liberandam, ex praesenti copia servientium mercimoniis navium delectas plusculas eo mittere, quarum pars ubi exoneratae forent, imperatori, si opus haberet, navaret militarem operam, aliae notos ipsis et iam pridem usu commercii pervios illorum tractuum adirent portus. tantum iis imposuerunt simul cum onere maiorem solito militum numerum. mandarunt autem praefectis ita ornatae classis solventibus, ut quando pervenissent Constantinopolim, siquidem imperator ipsorum imploraret auxilium, cunctis aliis omissis se promptos exhiberent ad eum bello iuvandum, pacti quidem de more stipendia militibus ab Augusto pendenda; quae tamen iubebant moderatius taxari, remittique de consueta classiariorum mercede aliquid in gratiam imperatoris. horum auctor consiliorum et quasi sequester totius conventionis fuit tunc quidam Spinulus, qui filium imperatoris despotam Theodorum generum iam sibi, data ei in matrimonium filia, fecerat. nam imperator pater, postquam despotam creasset Demetrium suum filium natu minimum, secundum a Ioanne, eum in Longobardiam miserat: mater autem ad eam sibi avitam cernendam hereditatem Theodorum praerogativa maioris aetatis censens magis idoneum, hunc Thessalonica recta misit in Italiam, legitimum heredem declaratum bonorum et principatus sui fratris, sumpturum illic eo titulo marchesii dignitatem. huic collocaverat filiam Spinulus: sed ut quae secuta sunt obiter adtexam, praematare is obiit sine prole mascula. unde marchionatus istius subditi rogarunt imperatorem ut sibi principem daret e suis ex Irene filiis quempiam, nominatim autem exposcebant Ioannem, cui ius moribus ipsorum peculiare competere aiebant, ut natu maximo, ad succedendum in locum defuncti absque prole virili fratris sui primogeniti. id factum est postea, et de-

ρον, ἐκεῖνοι κατ' Ἰταλοὺς τὸ πᾶν τὸν δεσπότην μετασκευάσαντες οὕτως ἠγάπων ὑποκλινόμενοι πρὸς ὑπακοήν. ἀναχθεισῶν τοιγαροῦν τῶν νεῶν, προηγούμενον τῶν ἄλλων ἐκείνοις ἦν τὸ τοῦ βασιλέως μανθάνειν θέλημα, ὡς πραξείουσιν ἃ ἂν αὐτὸς ἐπιτάττοι. ὁ δὲ τὴν μετ' εἰρήνης διάλυσιν, εἰ δύναιτο, τέως τῆς μάχης πολέμου ἐτίθει πολλῷ περὶ πλείονος, εἰ καὶ χρήματα δαπανᾶν μεγάλα ξυμβαίη· τὴν μὲν γὰρ ἀναιμωτί, τὴν δὲ πολλῶν πεσόντων κατὰ πόλεμον γίνεσθαι. ἐπεὶ δὲ κἀκεῖνοι πολλάκις πέμποντες ἠξίουν τὰ κεχρεωστημένα λαμβάνειν καὶ ἀπαλλάσσεσθαι (τὰ δ' ἦσαν, ὡς ἐκεῖνοι ἐβρενθύοντο, περί που τὰς τριακοσίας χιλιάδας τοῦ νομιζομένου χρυσίου), καὶ γὰρ τότ' ἦσαν ἐξ ὑπογύου καὶ οἱ πεμφθέντες εἰς τοῦτο πρέσβεις, ὧν δὴ προυξέτεινον μὲν Γεννουῖται, οἱ αὐτοὶ δὲ καὶ τὰ τῆς πρεσβείας πρὸς βασιλέα διηυθέτουν, μὴ δυναμένων ἐκείνων βασιλεῖ ἐμφανίζεσθαι. διὰ δὴ ταῦτα προσιέμενος ὁ κρατῶν τὴν πρεσβείαν, τοὺς μὲν ἐν ταῖς ναυσὶ παρακατέχειν οὐκ εἶχεν ὁρμῶντας πρὸς Εὔξεινον διὰ

5. τῆς διὰ μάχης καὶ π.?

spota Ioannes illuc profectus prorsus se ad mores et usum Italorum transtulit, eo fructu accommodationis istius, ut ea deliniti Longobardi sese sub principis peregre appulsi, velut si esset indigena, imperium ultro inclinarent studiosis obsequiis. verum haec postea. nunc autem appulsis, uti dixi, Constantinopolim Genuensibus cum classe navarchis nihil fuit antiquius quam, prout in mandatis acceperant, exquirere quid vellet imperator, exhibereque se ipsi paratos ad prompte agendum quod iuberet. ille non dissimulavit sic se animatum, ut bellum finire compositione pacata quam praelio et cruenta victoria haud paulo expetibilius duceret, etiamsi conventio ista magnis esset pecuniae profusionibus emenda. rationem a sua naturali clementia sumptam allegabat, quod nimis carum videretur quidquid parari oporteret pretio vitae hominum multorum, quot in acie praelio commisso cadere foret necesse, proptereaque praeoptare incruentam, quantumvis aliunde damnosam, pacem. sic a belli alea tentanda videntes aversum imperatorem duces classis Genuensis, indeque intelligentes nihil esse quamobrem illic morarentur, orarunt Augustum ut, si ei videretur, debitis retro Genuensi reipublicae pecuniis, sibi iussis eas exigere, recte numerandis, pergere cursu coepto se sineret. summam porro istam exaggerantes ascendere iactabant ad trecenta millia nummorum aureorum. et erant in classe quidam peculiariter delegati ad disceptandas cum imperatore, si dubitare illum aut cunctari contingeret, prout tunc accidit, rationes huius nominis. quare cum ducibus per internuntios tractantibus (exscendere quippe ac naves ipsis creditas deserere officio et periculo prohibebantur) respondisset Andronicus plus petere ipsos quam debere se putaret, litis deinceps sequendae longae haud sibi esse otium causantes, expositurus se in terram quos huius proprie causae instructos tractatores ducerent reposuerunt: se vero ipsos quo negotia instantia vocarent, statim vela facturos. libenter se quos memorarent legatos admissurum respondit imperator; ac quos retinere non poterat,

τὰ φορτία διαπλωΐζεσθαι, τέσσαρας δὲ μόνον τριήρεις ἐπὶ ὑπη-
τοῖς μισθοῖς παρακατασχών, ἐφ' ᾧ διατηροῖεν τὰ τῆς Ἀβύδου
στενά, ἅμα μὲν κωλύειν τοὺς διαπεραιουμένους Πέρσας, ἅμα δὲ
καὶ τὰς πειρατικὰς ἐπέχειν, ἤν που φανεῖεν, τὰς δ' ἄλλας ἀπέ-
P 419 λυε, πλὴν ἐπὶ ῥηταῖς ἡμέραις εἴκοσιν, ἵν' ἤν μὲν ἐν τῷ μεταξὺ
ξυμβιβάζοιντο, εἰ δ' οὖν, συμμαχοῖεν τότε κατὰ τὰ δόξαντα.
καὶ οἱ μὲν ἀπέπλεον, ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκλεξάμενος πρέσβεις πρὸς
Ἀμογαβάρους ἀπέστελλε, τάξας καὶ ὃ ἦν βουλομένῳ οἱ δοῦναι
χρυσίον, εἰς ἑκατὸν χιλιάδας ποσούμενον, εἰ δ' οὐ πείθουσι,
προστιθέναι καὶ πλέον. οἱ γοῦν πρέσβεις ἐπιστάντες οὐδὲν ἤνυ-
τον· ἔτυχον γὰρ παμπληθεῖ πρὸ ἡμερῶν ἐκεῖνοι τῆς Καλλίου ἐκ-
στρατευσάμενοι. οὐδὲ γὰρ ἠρέμουν τὸ σύνολον κακουργοῦντες.
B καὶ δὴ τῆς βουλῆς ἐκείνοις ἐνδοιαζομένης, τοῖς μὲν ἐδόκει διελ-
θόντας τὸ μεταξὺ Βραγχιαλίου καὶ πόλεως, καὶ τὸ οἰκούμενον
ἐρημώσαντας, τέλος τῇ πόλει προσσχεῖν καὶ προσκαθημένους
ἀπαιτεῖν τοὺς μισθούς. εἰ οὖν λάβοιεν τούτους· εἰ δ' οὖν, τὸ
δόξαν ἐπιτελεῖν. τοῖς δέ, καὶ μᾶλλον Τουρκοπούλοις διὰ τοὺς
οἰκείους αὐτῶν κατεχομένους παρ' Ἀλανοῖς, ἐπ' ἐκείνους πρότε-

festinantes Euxinum versus ob urgentes opportunitates distrahendarum, quibus oneratas naves traherent, mercium, eo quo intendebant caeteros omnes navarchos passus est solvere, quatuor exceptis, quos cum totidem, quas ductabant, triremibus, navare sibi operam voluit certa mercede constituta custodiendis Abydi faucibus et impediendo per fretum traiecta Persarum tutaque a piratis, si qui ea maria infestare tentarent, ora illa praestanda. caeterum his denuntiavit velle se abstinere ipsos a vi hostibus inferenda usque ad diem a praesenti vicesimum, ne tractatum quendam iam institutum pacis intempestiva forte praelii commissio disiiceret. post eum terminum, si conventio non coalesceret, tum sane arma expedirent virtutemque monstrarent. sic pleraeque appulsarum Genoa navium, quatuor relictis, ulterius navigando sunt provectae. imperator autem delectos legatos ad Amogabaros misit, cum mandatis offerendi eis a se, si bello abstinerent, centum aureorum millia: sin ea perpelli summa non possent, potestatem legatis dabat ad eam, quantum ipsis videretur, plus pollicendo adiungendi. hi profecti Callipolim legati nihil egerunt, non repertis illic, prout speraverant, gentis primoribus. causa fuit quod paucis ante diebus plerique duces cum parte copiarum maxima inde moverant: non enim patiebantur sibi mora ignava perire occasionem damna quam possent maxima universis quam latissime paterent subiectis imperatori terris inferendi. quamquam in summa consiliorum de ratione belli haud plane consentiebant, quibusdam censentibus traiiciendum ipsis ad eum locum esse qui Branchialium et urbem interiacet, vastataque dehinc tota illa regione urbi denique ipsi copias admovendas; obsidione circum undique munita, mittendos ad imperatorem qui debita ipsis olim stipendia solvi continuo poscerent, ni faceret, civitatis oppugnationem minarentur, irrevocabiliter deinde scilicet acturi quod constituerant. aliis praevertendum videbatur aliud: opinabantur enim (in qua maxime sententia Turcopuli erant propter captivos e suis detentos ab Alanis plurimos)

ρον εἶναι ἐδόκει, ἱκανῶς καὶ τῶν ἐφοδίων ἐφ' ἁμαξῶν ἔχοντας. καὶ γὰρ καὶ Ἀλανοὶ ἅπαξ βασιλέως ἀποστατήσαντες, πέμποντες πρὸς Ὀσφεντίσθλαβον ἤδη κραταιωθέντα (οὐδὲ γὰρ Ἀγχιάλου C αὐτῆς, ἤδη δὲ καὶ Μεσημβρίας, ἀλλ' οὐδ' αὐτῆς Ἀγαθοπόλεως καὶ τῶν πέριξ ἀπέσχετο, ἀλλὰ καὶ τούτων ἦν ἐγκρατὴς ἐξ ὁμολογίας) ἠξίουν πέμπειν Βουλγάρους, ἦν πῃ καὶ πρὸς αὐτῶν, ἐρχομένων κατ' αὐτῶν, ὁρμῷεν Ῥωμαῖοι ἐφέξοντας. ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ χιλίους, ὡς ἡ φήμη εἶχε, ποσούμενοι ἐξεπέμποντο. οἷς καὶ θαρρήσαντες Ἀλανοὶ πολλὴν τὴν ἐκεῖ καταδραμόντες καὶ ληϊσάμενοι, πρὸς Ὀσφεντίσθλαβον προσεχώρουν ἅμα γυναιξὶ D καὶ τέκνοις. ὧν χάριν ὑπεραλγοῦντες Τουρκόπουλοι (οἱ γὰρ αὐτῶν οἰκεῖοι παρ' ἐκείνοις ὄντες συνεξηλαύνοντο) πείθουσιν Ἰταλοὺς καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς Πέρσας Ἀλανοὺς καταλαμβάνειν πρότερον σπεύσαντας· εἶναι γὰρ καὶ παρ' ἐκείνοις οὐκ ὀλίγην λείαν διεβεβαίουν, ἣν φθάσαντες ἐκ Ῥωμαίων περιεβάλοντο, καὶ τάχ' ἂν αὐτοῖς ἐκ τοῦ ῥᾴστα προγενήσεσθαι περιγενόμενοι τῶν Ἀλανῶν. ταῦτ' ἔλεγον Πέρσαι, καὶ ταῖς βουλαῖς περιῆσαν· πλὴν E

6. πῃ κατ' αὐτῶν ἐρχομένων πρὸς αὐτόν? 16. προσγενήσεσθαι περιγενομένοις?

tunc opportunius esse adversus Alanos proficisci; ad quam expeditionem se satis habere commeatuum, plaustris secum exportandorum, aiebant. Alani quippe postquam ab Augusto pariter et ab Amogabaris defecerant, communes amborum hostes, inclinare ad Osphentisthlabum Bulgarum, iam satis, ut putabant, opibus ad ipsos protegendos firmatum, coeperant. hic quippe Anchialum iam ipsam et Mesembream occupaverat; quin nec ab ipsa temperabat Agathopoli vicinisque circum illi pagis, quibus cummaxime subigendis tum intentus erat, aut potius, ut recentissimi ferebant nuntii, cum iis iam universis et civitate illa ipsa tractatu stipulato de deditione transegerat. ab hoc igitur Alani missis legatis petierunt praefici sibi duces Bulgaros, quorum ductu militaturos se spondebant, et prohibituros transitu Romanos, si forte infestas immittere copias in Bulgariam conarentur. concessum id illis: venerunt enim ad eos ab Osphentisthlabo missi praefecti, mille admodum, ut ferebatur, milites secum Bulgaros ducentes. horum adiunctione audaciores iam Alani facti prodire in campum non dubitarunt, depraedantes subiectam regionem; qua demum late vastata se cum uxoribus et liberis ad Osphentisthlabum contulere. huius Alanorum itineris certiores facti Turcopuli valde doluerunt elabi sibi hostes e manibus et spem praecidi omnem captivos e sua gente plurimos et valde caros, quos illi vinctos trahebant, amplius recuperandi. ergo Italos et Persas secum militantes adeunt, facile fore aientes Alanos praeda onustos in via longa et difficili notis praevertendo compendiis deprehendere, nec arduum tum fore vincere improviso circumventos, sed et idem quaestuosissimum cunctis ipsis futurum, spolia illa multa et pretiosa, quae Romanis erepta aveherent, amplum victoriae praemium inter sese divisuris. ita illi alios quidem spe lucri ac praedae in suam sententiam non frustra conabantur attrahere: ipsos autem cura potissimum movebat

γάρ τινων ὀλίγων πᾶσαι αἱ γυναῖκες σὺν τέκνοις τῶν Τουρκοπούλων παρ' Ἀλανῶν κατείχοντο. διὰ ταῦτα ἑπομένους εἶχον καὶ τοὺς λοιπούς. ἀλλὰ καὶ ἱκανοὶ ἐάθησαν. πλὴν γάρ τινων ὡς αἱ σύζυγοι πρὸς τὴν πόλιν παρ' Ἀλανῶν ἀπεστάλησαν τὰς σπουδὰς ἐπικρατούντων . . . . . ἀποστατήσαντας πρότερον τοῖς
P 420 λοιποῖς πόνοις . . . . . διὰ τοὺς οἰκείους, καὶ διὰ ταῦτα προεχθέουσι τούτοις ἑπομένους εἶχον καὶ τοὺς λοιπούς. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἱκανοὶ ἐάθησαν παρὰ τῇ Καλλίου καὶ τῇ Μαδύτῳ (καὶ αὐτὴ γὰρ πρὸ μικροῦ σὺν φόνῳ πλείστῳ αὐτοβοεὶ διὰ τὴν σιτοδείαν ἡλίσκετο, καθάπερ μοι εἴρηται) ἐφ' ᾧ φυλάττοιντο τῶ πολίσματα.

B 19. Ἅμα δὲ τούτοις προσταττομένοις, ἐπεὶ οὐκ ἦν ἀντιτάττεσθαι τοσούτῳ πλήθει τοὺς ἡμετέρους, οἳ δὴ ἐν μέρει μὲν περὶ τὸν ἐπὶ τοῦ στρατοῦ Μαρούλην ἐν μέρει δὲ περὶ τὸν βασιλέα τοῖς ὀχυροῖς κατεστρατοπεδεύοντο, πέμψας ὁ βασιλεὺς τὰ πέριξ τῆς πόλεως ἀπανίστα, καὶ ταῦτ' ἤδη καιροῦ δρεπάνου οὐκ ἄπο
P 421 καὶ θερισμοῦ. οὐ γὰρ ὀλίγον φόνον εἰργάζοντο ἐφιστάμενοι. ὅθεν καὶ φήμη ἦν ἐκείνους αὐτοὺς λέγειν, ἐρωτωμένων παρὰ τῶν ἰδίων πόσους ἄρα ἐν τοῖς ἐνιαυτοῖς ἐκείνοις πεφόνευκεν ἕκαστος, καὶ λεγόντων, ὡσεὶ πέντε χιλιάδας τοὺς πεσόντας συμποσωθῆναι. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς ταῦτα· ἐκεῖνοι δ' ἐφ' ἁμαξῶν σκευάς τε

3. ὡς] πᾶσαι? caeterum cum manifesta sit loci διττογραφία, aut illud πλὴν γάρ — ἱκανοὶ ἐάθησαν (E 1 — 4) eximendum, aut hoc (E 4 — A 3). 12. πραττομένοις? 20. ὡς εἰς?

coniugum cum parvulis, quas ferme universas (paucis illis videlicet exceptis quas in urbem missas diximus) Alani abducebant, ab illa servitute liberandarum. ergo Turcopulos pro studio acriori praecurrentes caeteri quoque persuasi subsecuti sunt: non omnes tamen: relicti sunt enim ideneo numero qui Callipolim interim tuerentur et Madytum. nam et haec paulo ante fame longa debilitatam, infesto assultu, non sine caede maxima ceperant, prout est a me superius memoratum.

19. Dum haec ita varie parantur, Romanae copiae tanto maiori hostilium multitudini sese contra in campo haud valentes opponere, partim sub duce Marule partim sub Augusto iuniore, locis se situ inaccessis, valida etiam munitae circumvallatione continebant. imperator autem senior urbem tenens emittebat inde qui segetes in agris falci iam maturas, ne prodessent hostibus, ut opinio erat, adventantibus, corrumperent. quamquam vel si nullus adversarius veniret, perituras nihilominus illas fuerant defectu colonorum qui colligerent: tanta enim erat rusticae plebis prioribus incursionibus strages facta, ut ex responsis hostium, interrogatorum quot quisque trucidasset, eliceretur quinque saltem agricolarum millia non magno loci et temporis spatio videri ferro hostili caedidisse. atque istam tunc quidem imperator belli sustinendi rationem inierat, pro tempore arbitratus consultissimam. Turcopuli autem cum aliis, quos ab

ἰδίας καὶ τὰ ἐφόδια φέροντες (λόγος δὲ καὶ ταύτας ὑπὲρ τὰς τετρακοσίας εἶναι) ὅλῳ ῥυτῆρι ὁμόσε τοῖς Ἀλανοῖς ἤεσαν. καὶ δὴ περί που τὰς εἰσβολὰς τῆς τῶν Βουλγάρων ἐπικρατείας καταλαβόντες, μάχην στήσαντες κρατερὰν Ἀλανοῖς καὶ αὐτοῖς ταῖς καθ' ἑαυτοὺς ἁρμαμάξαις ὠχυρωμένοις ἐμάχοντο. ἀλλὰ πολλοὶ μὲν ἐκείνων στήσαντες τῆς ἀγενοῦς φιλοζωΐας εὐκλεῆ θάνατον ἀντηλλάξαντο· αὐτοὶ δὲ πολλοὺς ἀποβαλόντες, καὶ μᾶλλον τοῦ Περσικοῦ, τέλος τῇ μάχῃ εὐημερήσαντες, ἐξαναλωθέντων τοῖς Ἀλανοῖς τῶν κούφων βελῶν κἀκείνων εἰς φυγὴν τραπέντων, πολλὴν λείαν ἐξηνδραπόδισαν. καὶ τὰς ἐν ἡλικίᾳ γυναῖκας καὶ λάφυρα ληϊσάμενοι ἐς ἡμέρας ἑλαφυροπώλουν. εἰσβαλεῖν ἐντεῦθεν καὶ ἐς Ὀρεστιάδα ἐκ τοῦ αἰφνηδὸν ἔγνωσαν, ἵνα γεγονότες πρῶτα μὲν ἐξ ἀτασθαλίας τόσης ἀμπέλους μὲν κατέκλων, λήϊα δὲ μήπω παρηβηκότα πικρῶς ἐξεθέριζον. ἐντυχόντες δὲ καὶ τῷ κατ' αὐτὴν ἐμποριῳ πυρποληθέντι τῇ προτεραίᾳ καὶ παρὰ τῶν ἐποίκων πρὶν αὐτοὺς εἰσβαλεῖν, καὶ ἐκ τοῦ ῥᾷστα κατασχόντες, ἐκεῖθεν κατὰ τοῦ ἄστεος, ὡς εἶχον, ἠκροβολίζοντο. ἀλλ' οἱ ἀμφὶ τὸν πυγκέρνην Ἄγγελον καί γε τὸν Σκουτέριν Χοῦμνον προτερήσαντες τῆς μάχης εἰσῆλθον τὸ ἄστυ, καί που περὶ τοὺς πεντήκοντα καὶ

iis diximus in consilii persequendi Alanos societatem tractos, summa festinatione post eos ibant, commeatibus et propria cuiusque supellectili plaustris una ductis impositis. plaustra porro ista fama erat quadringentorum numerum excedere. pervenerant iam Alani praeeuntes usque ad confinia et primos ferme aditus Bulgariae, cum eos qui persequebantur assequuntur. ibi praelium sane acre commissum est, Alanis pariter e plaustris, qualium et ipsi magnam habebant copiam iisdemque pro vallo utebantur, diu fortissime resistentibus. sed et multi eorum extra munitionem in aequo stantes ignavo vitae amori gloriosam eo die mortem praeoptarunt. nec ii inulti cecidere: multi quippe ex Amogabarica quoque acie caesi sunt, praesertim Persae: nam in hos belli vis maior incubuit. tandem exinanitis pharetris Alanorum, nec iis sagittas iam, quibus sunt exercitatissimi mittendis, quas in hostem iacularentur habentibus, sors fieri melior Amogabarorum coepit, quos fassi victores fuga passim effusa versi Alani sunt, multam et opulentam rerum ac corporum relinquentes praedam. qua hostes sublegenda, congregandisque ac partiendis inter se captivis, maxime mulieribus florentis aetatis, dies aliquot insumpserunt. decreverunt inde improviso adoriri Orestiadem, quando eorum tanta extitit rabies, ut toto eius urbis territorio vineas diffractis avulsisque pessundarent vitibus, segetes autem nondum plane maturas, sic ut erant acerbae, demeterent. irruentes inde in suburbium commutationibus rerum venalium addictum, emporiumque ex eo vocatum, cui pridie cives ipsi ignem iniecerant, ne integrum occuparetur ab hostibus veriti, eo facile potiti totis inde viribus urbem oppugnabant, telis maxime in propugnatores iactis. at pincerna Angelus et Scuteris Chumnus paulo prius quam esset oppugnatio coepta, collectis secum ferme centum quinquaginta illic

ἑκατὸν ἀπωκηκότας ἐξ ἀνατολῆς καταλαβόντες ἐκεῖ σὺν τούτοις, ὡς δυνατόν, τὴν ἐνδεχομένην ἐπιμέλειαν ἐποιοῦντο καὶ ὡς εἶχον τοὺς ἐπιόντας ἠμύνοντο. οἱ δὲ ἐφ' ἡμέραις ὀκτὼ σφοδρῶς ἐπιτιθέμενοι οὐδὲν τῆς καθ' ἡμέραν μάχης ἠφίεσαν. ἀπαιτοῦντες δὲ καὶ τὰ τοῦ Καίσαρος ὁστᾶ καὶ τοὺς ἔτι περιόντας τῶν Κατελάνων, ὅσοι τῶν ἁλόντων τοῦ Ῥοντζερίου φονευθέντος Καίσαρος
E κατελείφθησαν, περί που τοὺς εἴκοσιν ἐναπολειφθέντας, εἰ καὶ τὸ ἄστυ παραδοῖεν, ἔφασκον μηδὲν ἄχαρι πείσεσθαι. ὡς δ' ἐπὶ μηδενὶ τοὺς ἐντὸς πειθηνίους εἶχον, ἐνεργέστερον ἐπολιόρκουν. καὶ τὰ μὲν πρῶτα τὴν τοῦ Βαρέως οὕτω πύλην καλουμένην, πῦρ ἐνιέντες, πυρπολοῦσιν εἰς τέλος· ὡς δ' ἔνδοθεν καὶ αὕτη τῷ ἐκ πετρῶν τειχίσματι περιεφράγνυτο, ἀμηχανήσαντες ἑλεπόλεις ἱστᾶσι. καὶ μηχάνημά τι πολιορκικόν, προωθουμένην εὐκινήP 422 τως ὑπότροχον κλίμακα, βύρσαις βοῶν δι' ὅλου κεκαλυμμένην, ἐξετοιμάσαντες φέροντες πρὸς τοῖς τείχεσιν ἵστων, καὶ τοὺς ἐπιβησομένους ἐξώρυνον. ἦν δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ὁ Φαρέντα Τζιμῆς σημαίαν ταῖς χερσὶ φέρων καὶ ἐξ ἄκρας κορύζης ῥῆξ μὲν Σικελίας φημιζόμενος, εὔελπις ὢν καὶ ἐπὶ τῇ ἁλώσει ὅσον οὔπω τοῦ ἄστεος. ἐκ χειρὸς τοίνυν καταστάσης τῆς μάχης καὶ ἀναρριχωμένων ἤδη τῶν θερμοτέρων, οἱ ἐντὸς ἀντιπαλαμώμενοι, κίονα

repertis ex Orientali continente profugis, cum his ingressi Orestiadem ei tuendae pro virili attendebant, fortiter repellendis assultibus hostium. qui post dies octo acerrimae sed prorsus irritae oppugnationis, pelliciendis ad deditionem quos expugnare nequivissent, has conditiones offerebant. rederentur sibi ossa Caesaris Rontzerii, et viginti circiter, quot adhuc in vivis servari ferebantur, ex profectis cum eo quando est oppressus, Catelanis comitibus: urbem praeterea traderent. ea si fierent, pollicebantur nemini Orestiadensium quidquam se de caetero molestiae illaturos. ubi autem surdos ad omnia obsessos repererunt, ad vehementiorem se oppugnationem accingentes ante omnia portam, cui a *bary* seu *gravi* nomen erat, igne iniecto consumunt totam, aditu per id ostium iam patente ipsis libero futuro, nisi cives praeoccupassent murum intus e lapide structum ipsis opponere. hoc illi viso desperantes illac ingressum, ad machinas moliendas animum appellunt. constructam ergo turrim intus scala perviam, subiectis rotis mobilem et taurino exterius corio undecumque protectam, muris admovent; conscensurosque in illam milites, ac per eam summa pinnarum urbis occupaturos ad rem strenue gerendam, adhortantes et praemia pollicendo animant. eminebat inter hos hortatores Pharenda Tzimes vexillum gestans manibus, quem arroganti ludibrio circumstantes Siciliae regem praedicabant. huius ea cernebatur confidentia contumacis oris, ut facile sentires quasi de iam capta ipsum sibi civitate applaudere. manu igitur ad muri viciniam machina promota, ac fervidioribus quibusque iam super eam ascensu strenuo superatam stantibus, defensores muri longam et praegravem ad hoc in id fastigium ante sublatam deorsum columnam devolventes turrim subito casu afflictam deiicient,

μακρὰν ὑπαναβιβασάμενοί τε καὶ προσαράξαντες ἐκ τοῦ αἰφνηδόν, B
τὸ μὲν μηχάνημα κατασπῶσι, πάντας δὲ τοὺς ἐκεῖ μεταχειριζομένους φθορᾷ προσεπέλασαν. καὶ οὕτω μὲν ἀπογνόντες τῆς ἀπαναστάσεως ἅπτονται, οὐκ ὀλίγους ἄνδρας ἀρειϊκοὺς ἀποβαλόντες. κἀκεῖθεν Παμφύλου πειρῶνται, κἀκεῖ τὰ ὅμοια δράσαντες καὶ παθόντες ἐπὶ τὴν Καλλίου βαδίζουσιν. Διδυμοτείχου καὶ λίαν ἀπέσχοντο· καὶ γὰρ ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἐκεῖθεν ἐξώρμησε καὶ περὶ τὴν Μόρραν διέτριβε.

20. Πρὶν δ' αὐτοὺς ἐκεῖ παραγγεῖλαι, ἐπεὶ καὶ αἱ ἐκ C
Γεννούας νῆες ἐκ Τραπεζοῦντος καὶ τῶν ἄνω τόπων κατάρασαι προσέσχον τῇ Κωνσταντίνου καὶ ἤδη ἐπ' οἴκου ἔμελλον ἀποπλεῖν (οὐδὲ γὰρ ἐδόκει τῷ βασιλεῖ παρακατέχειν σφᾶς κατὰ συμμαχίαν· αὐτοῖς μὲν γὰρ οὐκ ἦν κατὰ γῆν πολεμεῖν, Ἀμογάβαροι δὲ κατέθεον τὴν μεσόγειον), τέως δ' ὅπερ ἦν αὐτοῖς δυνατὸν καὶ τῷ βασιλεῖ χρήσιμον κατεφαίνετο, βασιλέα τε ἠξίουν ὅπερ ἂν βούλοιτο προστάττειν. ὁ δὲ ἐκ παρόδου προσσχεῖν τῇ Καλλίου P 423
προσέταττε καὶ πεῖραν προσάξαι, κἀκεῖνοι ὑφίσταντο, παρά τινων εὐαριθμήτων φυλασσομένῃ, καί τι γενναῖον, εἰ δυνηθεῖεν,

16. post προστάττειν posuerim quae infra non suo loco leguntur, κἀκεῖνοι ὑφίσταντο. 17. καὶ ante πεῖραν deerat.

cunctosque in ea repertos obterunt, alios quoque universos, qui circum magno undique numero satagebant, pari ruina involventes. isto Amogabari successu denique persuasi haud suarum esse virium expugnationem urbis talis, soluta inde obsidione abeunt, non paucis viris fortibus amissis. inde profecti Pamphylum tentant. sed hic quoque post acta similia paria passi, Callipolim iter intendunt, ne prima quidem vicini Didymotichi oppugnandi cogitatione admissa: illinc enim erupisse cum manu valida ad eos, si eo viam attentarent, priusquam admovere se possent; caedendos Michaëlem Augustum acceperant, hac ipsa expectatione circum Morrham considentem.

20. Priusquam autem Amogabari Callipolim revertissent, appulere Constantinopolim reduces e Trapezunte ac locis superioribus Genuensium naves, quas eo profectas diximus. hae cum iam essent in procinctu solvendi domum versus, quoniam imperator terrestribus, non maritimis egens auxiliis, utique adversus Amogabaros mediterranea vastantes (Genuenses autem exscendere ac bellum terra gerere se negabant posse), eas detinere ad sibi militandum non duxit operae pretium, duces earum Augustum in digressu salutantes, ei se officiose promptos obtulerunt ad navandam, si quam iuberet, militarem operam. ille ostendit gratum sibi *facturos*, si priusquam vela facerent in Italiam, obiter admoverent se Callipoli, et quae illic se offerret rei bene gerendae occasio, captarent: sibi enim nuntiari paucos ibi praesidiarios relictos, et fortasse non magno conatu capi arcem illam posse. si quid tale reperiretur et ipsis brevi tempore facinus edere aliquod memorabile contingeret, tum sane magna apud *se* gratia, pari sibi ipsis gloria, exiguae morae facile reparabili

διαπραξαμένους ἔπειτα ἀποπλεῖν. ὡς γοῦν προσέσχον, μάχην συστήσαντες τὸ μὲν ἐμπόριον πυρπολεῖν ἐπιχειροῦσι, πῦρ δ' ἐναύσαντες καί τινα τῶν νηῶν ἐφορμῶσαν τῷ λιμένι καταφλέξαντες τὸ μέρος, οὐδὲν πλέον ἤνυσαν. εἶτα καί τινα τῶν ἰδίων εὐγενῆ γεννάδαν ἀποβαλεῖν κατὰ πόλεμον, πληγῆναί τε καὶ τὸν Μουρί-
B σκον ἀμηραλῆν. ὡς δὲ τῷ ἄστει ἐπεχείρουν, μοῖρά τις τῶν πολεμίων φανεῖσα, πολύν τε στήσαντες τὸν κονιορτὸν κἀντεῦθεν δόξαντες εἶναι τὸ σύμπαν τῆς στρατιᾶς, δειλίαν ἐμβάλλουσι μαχομένοις ἐκ τοῦ ἐξαίφνης. καὶ διὰ ταῦτα, οὐκ ὀλίγα καὶ τῶν λαφύρων ἐκεῖνοι λαβόντες καὶ πρύμναν κρουσάμενοι, ἀπελύοντο πρὸς τὰ ἴδια ἤθη.

C 21. Βασιλεὺς δὲ καὶ αὖθις πέμπων ἐπείρα μετ' εἰρήνης τῷ λαβεῖν χρήματα ἀπαλλάττεσθαι πείθειν. ἀλλ' οὐκ ἔπειθε διαπρεσβευόμενος· τοὺς γὰρ αὐτοὺς ἀντέπεμπε Ῥομοφόρτος τὴν εἰρήνην ἀπεροῦντας, εἰ μὴ τὰ καὶ τὰ γένοιτο, λέγων ἅπερ δὴ καὶ προείπομεν. ἦσαν δὲ καὶ πρέσβεις ἐξ Ὀσφεντισθλάβου πρὸς Ῥομοφόρτον, σπονδὰς ζητοῦντες καὶ τὴν ἀδελφὴν Ὀσφεντισθλά-
D βου, τὴν τοῦ Τζακᾶ τοῦ φονευθέντος σύζυγον, ἐγγυωμένους πρὸς γάμον ἐκείνῳ, ὥστε ἔχειν ὁμαιχμίαν κατὰ Ῥωμαίων· καὶ τούτοις ὁ Ῥομοφόρτος συγκάταινος ἦν. τῶν δὲ ποῦ βασιλέως

5. γεννάδα P. 6. τὸ ἄστυ P. 10. ἀπέλυον τὰ πρὸς P.
18. ἐγγυᾶντες?

parta dispendio, patriam lucro et honore auctiores repeterent. assensi haud illibenter Callipolim infesti tendunt, primoque impetu conantur emporium arci proximum incendere. ac flamma illi quidem eo iniecta etiam navem e multis unam in portu stantibus ex parte combusserunt. sed ardorem instantius urgendi refrigeravit caedes ab hoste resistente interim facta cuiusdam inter ipsos viri fortis et stirpe praenobilis, vulnus praeterea Murisco inflictum Amerali. tamen deinde urbem ipsam adorti oppugnare territi sunt visa procul nube pulveris ingenti, quod esse indicium putarunt adventantis in ipsos Amogabarici exercitus universi. non erat id quidem verum: nam partis dumtaxat cuiusdam hostilium copiarum redeuntis Callipolim istum pulverem fuisse signum est postea compertum. tamen hic error desperationem perpetrandi coepti Genuensibus incutiens referre pedem coëgit, spoliisque non paucis inde ablatis domum versus cursum reflexere.

21. At imperator rursus tentandos de pace Amogabaros ratus, misit qui eis suadere conarentur ut accepta pecunia migrarent alio. sed nihil profectum est: nam per hos ipsos legatos renuntiari Romofortus imperatori iussit frustra illum sperare conventuram sibi umquam cum ipso pacem, nisi prius haec et haec faceret. enumerabat autem eadem quae ante retulimus. aderant autem et ab Osphentisthlabo ad Romofortum legati, qui eum ad foedus secum contra Romanos ineundum invitarent oblata in coniugem Osphentisthlabi eiusdem sorore, vidua Tzacae nuper occisi. ad quae Romofortus facile consensit. interim in urbem reversi

πρίσβεων ἐς πόλιν παραγγειλάντων, καὶ ἀγγελλόντων ὡς καί τι-
νες τῶν Περσῶν διαπερῶεν ὑπὲρ τετρακοσίους (καὶ τοῦτο γὰρ
ἐβρενθύετο Ῥομοφόρτος, ὡς εἴη τὰ δυνατά οἱ ὁπόσους θέλοι
διαπερᾶν τοὺς κατὰ Θρᾴκην αἰγιαλοὺς κατέχοντι ὡς ἂν μηδὲν P 424
μηδ' ὅλως παρὰ τῶν τοῦ βασιλέως νηῶν κωλυθησομένων), παρ-
αυτίκα μοῖρά τις καὶ μάλιστα τῶν Περσῶν εἰς τὰ τοῦ Γάνου
στενὰ ἐσβαλόντες αὐτοβοεὶ τὸν αὐχένα κατέσχον, καὶ πολλὴν
λείαν ἐξ Εὐδημοπλατάνου λῃσάμενοι, τοὺς πολλοὺς φονεύσαντες,
ἀρτύναντες ἑαυτοὺς ἐντεῦθεν καὶ τὸ ἀσφαλὲς σχόντες ἐκ τοῦ
φρουρίου τοῖς λοιποῖς ἐνεργέστερον ἐπεχείρουν. ἐκεῖθεν καὶ ἕως
Ῥαιδεστοῦ, τὰ πρὸς τὰ ὧδε κατά τε πλάτος Βιζύης καὶ πρόσω, B
ἅπαντα τὸν τοσοῦτον τόπον ἀνθρώπων παντελῶς ἐρημώσαντες
τοῖς ἐκείνων καρποῖς ἐνετρύφων· πελάγει γὰρ λῃΐων κυματίζοντι
προσιτυγχάνοντες, ἐξ αἰχμαλώτων τοὺς ἀμητῆρας ἐπιστήσαντες,
μυρίον διεφόρουν πλοῦτον, ἁμάξαις καὶ ζώοις διακονούμενοι.
βασιλεῖ μὲν οὖν ἐδόκει καὶ βουλευταῖς ἐκ πολλοῦ πέμπειν διὰ
ταῦτα καὶ καταλείειν τὰ ἄνω καὶ πόρρω που Σηλυβρίας· ἔτι δὲ
πολλῶν αἰτιῶν χάριν ὤκνουν καὶ ἀνεβάλλοντο τὴν ἐγχείρησιν. ἐς
τοῦτο δ' ἀπεκρίθη τότ' οἶμαι καὶ ὄψις ὀνείρου φανεῖσά τινι τῶν C

qui missi ad tractandum cum Amogabaris fuerant, praeter caetera Romoforti responsa etiam rem obiter compertam imperatori retulere, Persas videlicet supra quadringentos ex Asia traiicere ut se Amogabaris coniungerent. id quod aiebant congruere cum eo quod coram ipsis Romofortus inter alia iactasset, sibi esse facile quot vellet ex Orientali continente in a se possessa Thraciae littora transportare, ne quidquam illud impedire conaturis quantislibet imperatoris navibus. hac porro rerum vice pars quaedam Amogabarici exercitus e Persis maxime conflata, artis faucibus Gani montis impune penetratis, iugum ipsius primo impetu occupant; et arce illa, postquam eam sibi valido praesidio imposito asseruissent, freti, ad subiectam inde regionem populandam, orsi ab Eudemoplatano, excurrerunt, multos occidentes, praedam immensam corradentes. quin et talis loci ad receptum ipsis tuti fiducia ulteriora palam ausi tentare, inde usque Rhaedestum et huic citeriora, in latum vero usque Bizyam et ultra, totum illum tam vastum terrae tractum, nullo ibi hominum vivo relicto, desolarunt, frugibus et proventu reliquo agrorum, illic sane tunc opimis, ipsi se ingurgitantes. undabant enim pro anni tempore ac terrae feracitate per hos campos immensa visu aequora expectantium falcem segetum, quas sibi Persae demetere coactis quos magno habebant numero captivis, inaestimabiles inde opes plaustris et iumentis ibidem usi repertis avexerunt. quibus imperatori nuntiatis, decrevit is tandem exequi quod ipsi dudum eius consiliarii suaserant, hactenus multis, ut fit, causis intercurrentibus dilatum, mittendo qui flamma iniecta maturas segetes, hosti alioqui profuturas, corrumperent circa Selybriam et longe superius, quantum tuto posset fieri. tunc eventu perpetratum apparuit praesagum quod-

ἐκ τῆς τάξεως τοῦ παλατίου χρόνοις τρισὶ πρότερον ἢ ταῦτα γενέσθαι· Πέρσαι γὰρ ὀχούμενοι καμήλοις καθ' ἑῷον αἰγιαλὸν ἀπὸ Σκουταρίου καὶ τὸ ἐπέκεινα ἵστασθαι τὸ ὄναρ ἐδείκνυ, ἐξαίφνης δὲ κατ' αἰθέρα τὰς καμήλους πετομένας καὶ τοὺς ἐπιβάτας φερούσας πρὸς τὴν ἀντίπεραν γίγνεσθαι. καὶ ταῦτ' ἐπράττετο μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος, ὅτε βασιλεὺς Μιχαὴλ ταῖς σφῶν ἀτασθαλίαις προσκόπτων, ὀλίγους περὶ αὐτὸν ἔχων τοὺς συναναβάντας
D ἀπὸ δύσεως ἐκ προσπαίου, πέμπων πρὸς τὸν πατέρα ἐκχωρεῖσθαί οἱ τὴν πρὸς ἐκείνους ἀφίππευσιν, εἰ μὴ ἄλλως καὶ αὐτόθεν θέλοι ξυμμαχεῖν, ἐζητεῖτο· τὴν γὰρ χώραν ἤδη προνενομεῦσθαι, καὶ ἄρδην φανερὰν εἶναι ἀπολουμένην, ἣν μή τις ὑπέρσχῃ. ἀλλ' ἡ περὶ ἐκεῖνον ὀλιγοχειρία ἐμποδὼν ἦν, καὶ μέλλησις προμηθὴς σπουδῆς ἐπικινδύνου τὸ τηνικάδε κρεῖττον ἐδόκει.

P 425 Ἄλλο δέ τι μᾶλλον ἐπραγματεύετο. (22) ὡς γὰρ ὁ Πέρσης Ἰσαὰκ (τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα), ὃν καὶ τὰ πρότερον ἱστορεῖμεν τοῖς Ἰταλοῖς κατὰ δύσιν συνόντα πέμπειν παρὰ τὴν ἐκείνων πρὸς βασιλέα αἴσθησιν, καὶ σπονδὰς πρὸς αὐτὸν συντίθεσθαι θέλειν κατά τι γαμικὸν κῆδος τὸ ἐπὶ τῷ τοῦ Μελὴκ θυγατρίῳ, καὶ φωραθέντα μετ' εἰρήνης καὶ αὖθις ἀντιπεραιωθῆναι
B πρὸς Ἰταλῶν συνάμα καὶ τῷ ἰδίῳ λαῷ, — ὡς γοῦν καὶ αὖθις

2. Πέρσας γὰρ ὀχουμένους? 10. προνενομῆσθαι P.

dam somnium ante annos retro tres cuidam ex ordine palatinorum oblatum. viderat is inequitantes camelis Persas ad Orientale littus a Scutario ad ulteriora longe loca extensos stare; mox autem subito ferri per aërem volando camelos cum suis sessoribus eosdem, et in oppositam pervenire continentem. acta haec sunt mense Iulio, quando Augustus Michaël tot tantarumque cladium suis subditis ipso otiose praesente illatarum convicium non ferens, paucos secum habens qui cum eo nuper ex interiori Occiduo tractu ascenderant, misso ad patrem nuntio peposcit permitti per eum sibi cum exiguo quem haberet equitatu in hostes irruere, ni mallet ipse sibi mature suppetias accurrere: nam serum deinde auxilium fore, ubi universa regio, quod si vel tantillum cessaretur, mox futurum apparebat, destructa excisaque irreparabiliter fuisset. caeterum paucitas comitum Michaëlis obstitit ne ipsi per Andronicum tam periculosa excursio liceret: visum enim sapienter est cunctandum potius, nec committendum ut intempestivo generositatis aestu Augustus iunior tantam temere aleam iaceret, praesertim cum in alio quopiam maiori praesentium malorum remedio machinando pater eius nunc cummaxime satageret.

22. Etenim Persa Isaacius nomine, quem superius retulimus misisse clam Amogabaris, quibuscum tunc militabat, ad Augustum, qui se ad eius partes velle transire dicerent, omninoque facturum, si ei, prout fuerat oblatum, uxor daretur Meleci filia, tunc detecto arcano tractatu ab Italis fugisse inde in Asiam cum suis copiis, is, inquam, ex Orientali tractu, in quo tunc erat, novos ad imperatorem miserat nuntios, qui

πέμπων ἀντολίηθεν οὗτος κατήπειγε τὰς σπονδάς, ὑπισχνούμενος πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα τοῖς Ῥωμαίων συνοίσοντα πράγμασιν, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐχθροὺς καὶ πρώην ἀποστατήσαντας Τουρκοπούλους ἐκ μηνυμάτων τῶν πρὸς ἐκείνους προσάξεσθαι, ἢν μόνον γυναῖκες ἐκείνων ἐπισταῖεν καὶ τέκνα τὰ παρὰ τῶν Ἀλανῶν πρὸς πόλιν ἀποσταλέντα, βασιλεὺς ἐξ ἅπαντος θέλων τὰς C τῶν Ἰταλῶν δυνάμεις ἀρρωστοτέρας ἐγκαθιστᾶν δέχεται τὴν πρεσβείαν, καὶ φιλανθρώπους τὰς ἀποκρίσεις διδοὺς πῶς ἂν κατὰ τρόπον ταῦτα καταστήσειε διεσκέπτετο. οὐδὲ ἡμῖν ἴσως χεῖρον προαναλαβεῖν καὶ δηλῶσαι περὶ τοῦ καιρίου, τίνος μὲν Μελὴκ θυγάτριον, ὅπως δὲ κατὰ πόλιν ἐν τοῖς Ῥωμαίων ἤθεσι προσέκυρσε διαιτᾶσθαι. Ἀζατίνης μὲν οὖν σουλτὰν ἐκεῖνος περὶ οὗ ἐν τοῖς προτέροις λόγοις ἐλέγομεν, ἔτι τῆς Περσίδος καθε- D στώσης, ἐπεὶ ἐκποδὼν ἦν αὐτῷ ὁ πατὴρ Ἰαφατίνης, οὗ δὴ καὶ Πέρσαι κατήκουον, εἰς διαφορὰς μεγίστας πρὸς τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Ῥουκρατίνην καθίσταιο· διημφισβήτει γὰρ τῆς ἀρχῆς ἐκεῖνος καὶ διετέλει μαχόμενος, ὡς καὶ εἰς Τοχάρους ἀποκλῖναι ἤδη τοῖς Περσῶν ἐπιχειροῦντας πράγμασι, καὶ τὰς ἀρκούσας δυνάμεις ἐκεῖθεν λαβὼν τὰ δυνατὰ τἀδελφῷ ἐπεισφρεῖν. καταταχού- μενος δ' ὑπ' ἐκείνων Ἀζατίνης ἔγνω κατὰ σπονδὰς προσχωρεῖν E

foederis prius propositi clausulam urgerent, et a se pollicerentur, si hoc fieret, acturum ipsum multa Romanae rei tali tempore valde conducibilia. inter caetera vero Turcopulos, qui nuper ab Amogabaris deficere conati perpetrare inceptum nequivissent, per se plane, quo nosset ad id efficaci modo, abducendos ab hostium partibus et imperatori reconciliandos. datam quippe ab iis sibi recens fuisse per arcanos internuntios fidem serviendi Augusto, si per eum ipsis redderentur uxores eorum cum liberis ab Alanis in urbem missae. haec imperator audiens, cum facile videret nihil sibi tali rerum statu expetibilius esse quam imminui ac debilitari quomodocumque cervicibus imminentes Amogabarorum copias, Isaaci legatis perhumana responsa reddidit. interimque cum iis suisque consultabat quonam optime ac citissime modo posset id perfici negotium. non erit autem hic abs re ex retro acta nos memoria repetendo quidpiam docere, quaenam haec et cuius Meleci filia fuerit, de qua nunc Isaacio isti collocanda tractabatur, quove casu contigerit educari eam in urbe et ad mores Romanorum institui. Azatines ille Sultan, de quo in prioribus multa libris scripsimus, Perside adhuc ipsi subiecta perstante, postquam est e medio sublatus pater ipsius Iaphatines, cui Persae libenter obediebant, gravibus commissus dissensionibus est cum Rucratine suo germano. vertebatur enim inter ipsos controversia de principatu, quem hic pertinere ad se contendens vi etiam armisque vindicabat, inclinans, ideo quod illinc auxilia speraret, in partes Tocharorum, qui iam invadere Persidem coeperant. ab his instructus copiis quae facile sufficerent ad fratrem, praesertim imparatum, opprimendum, toto in eum ruebat impetu, adeo ut Azatines suorum hostium vim, celeritate quae cursum omnem suum prae-

τῷ προβεβασιλευκότι τῷ Λάσκαρι. ὁ δ' ἐκεῖνον καὶ ὑποδέχεται προσενεχθεὶς φιλανθρώπως καὶ τιμᾷ τοῖς προσήκουσιν, οὐ μὴν δὲ ὥστε καὶ παρακατέχειν δεῖν ἔκρινεν, ἀγωνιῶν περὶ τῆς σφετέρας, μή πως ταῖς πρὸς τὸν Ῥουκρατίνην συμμαχίαις οἱ τέως ἀλ-
P 426 λοτρίως τοῖς Πέρσαις ἔχοντες Τόχαροι κατοικειωθέντες ἐγκρατεῖς μὲν αὐτῶν γένωνται, τοῖς Ῥωμαίων δὲ πράγμασι προσβάλλειν ἔχοιεν ἐξ ἐγγίονος. ταύτῃ τοι καὶ τὴν περὶ αὐτὸν συγκαθίσας βουλὴν ἐπήγγελε βουλεύεσθαι περὶ τῶν προκειμένων, ἑνὸς ἀπισχομένους καὶ μόνου, τοῦ τὸν Ἀζατίνην παρακατέχεσθαι· τὴν γὰρ βουλὴν εἶναι ταύτην ἀπίστου μὲν πρὸς βασιλέα, ἐπὶ πονήρῳ
B δὲ καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων βουλεύειν προαιρουμένου, ὅμοιον ἄρα ποιοῦντος καὶ λέγοντος ὥσπερ εἴ τις τὸν θρηγὸν καταλύειν ἐβούλευε τῶν ὀχυρωμάτων καὶ θέλων ταῦτα διατηρεῖν. ὡς γοῦν οὕτως ἀπείρητο βασιλεῖ μὴ παρὰ Ῥωμαίοις τὸν Ἀζατίνην

11. βασιλεύειν P.

verteret se insequentium, effugere aliter nequiret quam se recipiendo sub tutelam imperantis tunc Romanis Lascaris. excepit hic eum benevole, ac quantis par fuit humanitatis et honoris significationibus coluit, non tamen ut putaret illum apud sese retinendum, veritus periculum ex eo imminens rei Romanae. reputabat enim fieri facile posse ut iam ante praevalida in Perside Tocharorum factio, societatis modo cum Rucratine initae illicio Persis hactenus ei fortiter obsistentibus fucum faciens, ad fictam illos conciliationem attraheret, cuius deinde fiduciae indormientes ipsos plane subigeret; ac tum conspirantes Persae cum Tocharis, praetextu Rucratinis iurium et specie ulciscendorum qui eius aemulum hospitio foverent, Romanum e vicino irrumperent limitem, bellum intersecinum imperio moventes. adhibito ergo imperator perhumaniter Azatine cum suis, hortatus eos est ad disquirendum inter sese quid tali rerum cardine iniri consilii utilis ad fortunam afflictam extorris principis sublevandam posset. in quo aiebat non recusaturum se quascumque sibi auxilii officiique ad istud delegarent partes. unum modo necessaria ex causa deprecari, ne a se petendum existimarent ut residere Azatinem in suo comitatu pateretur. exitiale id utrisque, ipsis videlicet et sibi, consilium futurum, quippe unde secutura provideretur ingens calamitas imperii, cuius opibus ipsi utique iuvari nequirent, nisi salvum ipsum incolumeque perstaret. his locis, ut tum erant tempora, fateri sese ipsis, exteriis quasi vallum esse Romanae securitatis foedus dudum contractum, hactenus illaesum, cum finitima Perside. huius infringendi manifestum esse plausibilem obtentum datum iri Rucratini et Tocharis, exoso ipsis apud Romanos principe servando. unde clare perspici quam foret haec imprudens sententia; cuius auctores arcem, quam invictam et aeternum firmam prae se ferrent cupere, suaderent tamen nudari omni exteriori munimento, et septi ac clathrorum accessum arcentium ctunctis obstaculis amotis viam ab ipsis eius defensoribus hosti ultro pandi aequum ducerent ad intimum contactum extremi, quo unice tegitur, muri. tali oratione vel persuasit vel perpulit Azatinem Augustus Lascaris ad perfugium alibi quaerendum.

κατέχεσθαι, καὶ ἡ βουλὴ συνεφώνει, ἐπανέζευξε μὲν αὖτίκα καὶ αὖθις ὁ προσχωρήσας, οὐ μὴν δὲ καὶ βασιλικῆς ἀπήλαυσε βοηθείας ὥστε περιγενέσθαι τοῦ ἀδελφοῦ. ὡς δὲ καὶ αὖθις ἐκεῖνος ἐνεργέστερον ἐπολέμει καὶ οὐκ ἦν παραμένειν τὸν ὑστεροῦντα, ἐπεὶ καὶ ἐκποδὼν ἤκουε τὸν Λάσκαριν γεγενῆσθαι καὶ ἐπὶ τῶν ὅλων καταστῆναι τὸν Παλαιολόγον, ἐχέγγυον ἔχων ἐκεῖνος τὴν C πρὸς τὸν βασιλεύσαντα συνήθειαν προσχωρεῖ καὶ αὖθις ἐκείνῳ τευξόμενος συμμαχίας. ἀλλὰ πολὺ τῶν ἐλπίδων ἐψεύσθη· ὁ γὰρ βασιλεὺς τοῦ πρὸς Τοχάρους κήδους δεύτερα πάντα τὰ τοῦ σουλτὰν τιθέμενος, τὸν μὲν Τοχάρων ἄρχοντα Χαλαοῦ, τὸ ἐκ σπερμάτων σκοτίων θυγάτριον τὴν Μαρίαν πέμπων, κηδεύει, εἰ καὶ τούτου ἐν τοσούτῳ ἐξ ἀνθρώπου γεγονότος ὁ Ἀπαγάς, ἀδελφὸς ὢν ἐκείνου ἐπὶ τῆς ἀρχῆς τεταγμένος, τὴν Μαρίαν ἠγάγετο. τὸ δὲ σουλτὰν κατὰ πόλιν ἔχων ἤδη Ῥωμαίοις ἁλωμένην D περιεβουκόλει ἀλλαχόθεν αὐτῷ τὰς ἐλπίδας. ὁ δὲ μὴ ἀγνοῶν τὰ βουλεύματα, καιροῦ δραξάμενος, ὡς ἐλέγομεν ἐν τοῖς προτέροις, Ἄϊνοθεν φεύγει, καὶ ξὺν Τοχάροις τοῖς κατὰ θύσιν, ἅμα δὲ καὶ τῷ τῶν Βουλγάρων ἄρχοντι Κωνσταντίνῳ, τὴν φυγαδείαν διατίθεται ἀνὰ τὰ τοῦ Εὐξείνου βόρεια. πολλοῖς δὲ χρόνοις ὕστερον, ἐκποδὼν γεγονότος ἐκείνου, ὁ ἐξ ἐκείνου Μελὴκ τὸν Εὔξεινον διαπεραιωθεὶς πρὸς Καστάμονα γίνεται. καὶ ἤδη Τοχάροις E

nec tamen continuo discedentem a se prosequi auxiliis validis destitit; quorum ope, caeteris suis praesidiis adiunctis, fuit deinde cum fratri praevaleret Azatines, et extortum ipsi paternum denuo possideret imperium. verum eo iterum ferocius etiam quam olim apparatiusque rebellante, cum stare in recuperato solio nequiret viribus haud dubie Azatines inferior, audiens is Lascari defuncto praesidere suprema potestate Romanis rebus Palaeologum, fretus quadam contracta sibi cum eo quondam adhuc privato necessitudine familiaris amicitiae, ad novum imperatorem convolat, quin esset ab eo impetraturus auxilia non dubitans. quamquam sua illum in hoc quidem large fiducia fefellit. nam imperator Palaeologus Michaël, foedus cum Tocharis longe Sultanis amicitiae praeoptans, spes huius et vota posteriora cuncta suae isti destinationi habuit, quam eo promovit usque ut filiam suam notham Mariam principi Tocharorum Chalaŭ connubio sociandam miserit; quo inter apparatum nuptiarum fato functo, frater ipsius idemque in principatu successor Apagas Mariam uxorem duxit. Sultanem porro Michaël in urbe iam e Latinis recepta honorifice secum habens variis sed vanis astute lactabat spebus; qui eius artes quo spectarent non ignorans, arrepto, ut in libris prioribus memoravimus, tempore ex Aeno arce fugit, et deducentibus Tocharis, tum in Occiduo militantibus tractu, simulque Constantino principe Bulgarorum, tutum nactus est receptum in partibus borealibus Euxini. multis vero post annis, isto Azatine mortuo, filius eius Melec Euxino traiecto Castamone constitit, ubi reconciliatis sibi obsequio Tocharis favore horum

ὑποκλιθεὶς τὴν πατρικὴν αὐτοῦ καὶ παππῴαν λῆξιν ἐπανασώσασθαι οἱ διεπειρᾶτο. ἀλλ' Ἀμούριος ἐμποδὼν ἐγίνετο, καὶ μαχόμενος οὐκ ἀνίει, μέχρις οὗ κατισχυθεὶς ἅμα γυναικὶ ᾧ τοιοῦτος παραγεγονὼς πρὸς τὴν κατὰ Πόντον Ἡράκλειαν βασιλεῖ προσχωρεῖν ἔγνω. καὶ παραγεγονὼς κατὰ πόλιν, ὅπως τοὐντεῦθεν ἐκδημοῦντος τοῦ βασιλέως τότε πρὸς Νύμφαιον, αὐτὸς ἀφεὶς τὴν
P 427 σύζυγον κατὰ πόλιν, ὑφ' ὁδηγοῖς τοῖς τοῦ βασιλέως τὴν πρὸς ἐκεῖνον διήρχετο φέρουσαν, καὶ ὅπως ἐξ Ἀτραμυττίου λαβὼν τὰς βουλὰς ἀπέδρα, καὶ ὅπως τὰ καθ' αὑτὸν διῴκησεν, ἐρρέθη τὰ πρότερα. ὕστερον δὲ καὶ ἡ σύζυγος ὑποστρέφει, ἐκείνου μὲν ἀξιοῦντος, βασιλέως δ' ἐφιέντος. τὸ δὲ κόριον ὡς ὅμηρον καταλείπεται. ἤδη μὲν οὖν τὸ τοιοῦτον ἐτέθραπτο κατὰ πόλιν ἐπὶ συχνοῖς τοῖς χρόνοις ὑπὸ βασιλικῷ σιτηρεσίῳ, καθὼς ἄρα καὶ ὁ
B Μελὴκ Κωνσταντῖνος, τῶν τοῦ σουλτάνου υἱῶν ἕτερος, καὶ αὐτὸς παρὰ Ῥωμαίοις ἐγκαταλέλειπτο, ὃς δὴ καὶ βαπτισθεὶς ἐκθύμως προσετετήκει τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἤθεσιν. αὐτὸ δὲ τὸ τοῦ Μελὴκ ἐκείνου θυγάτριον μαθὼν Ἰσαάκ, Μελὴκ φημιζόμενος καὶ αὐτός, πρὸς γάμον καὶ αὖθις ἥτει. ἐζήτει δὲ καὶ τὸν θεῖον ταύτης Μελὴκ προβληθῆναι πρὸς βασιλέως σουλτάν, κἀκεῖσε καὶ αὐτὸν πεμφθῆναι, καὶ οὕτως υἱοποιηθέντα καὶ αὐτὸν Ἰσαὰκ βασιλεῖ τὰ

paternam avitamque ditionem recuperare conabatur, obstante vehementer Amurio, cum quo longo et sibi ad extremum infelici collisus bello, denique victus, Heracleam Ponti cum uxore se contulit; unde confugiendum sibi ad Andronicum imperatorem statuens Constantinopolim venit. ubi cognito diversari Nymphaei tum Augustum, coniuge in urbe relicta, iis se adiunxit quos ad ipsum ad se perducendum certior de illius adventu factus imperator ei obviam miserat. ut is dehinc consilio repente capto Atramytio fugerit, utque inde res suas administraverit, dictum a me iamdudum est. longo post tempore uxor, ipso postulante, concedente Augusto, ad eum reversa sua est, sed filia in obsidem relicta, hac de qua nunc sermo est, educata hinc in urbe multis annis, victu ipsi large ab imperatore suppeditato. quem ipsum in modum et Constantinus Melec, Azatinis Sultanis alter filius, et ipse relictus apud Romanos ac veleus baptizatus, caritatem in res nostras educatione contraxisse visus est, eius haud disparem quam conscia origo et affectus e stirpe inolitus natis civibus erga patriam inspirat. istam igitur in urbe servari Meleci Azatinis nati filiam Melec ipse quoque dictus Isaacius audiens, in praemium et auctoramentum navandae quam pollicebatur imperatori operae dari sibi ab eo coniugem petiit, profitens talis connubii necessitudine se deinceps semper sic affixum Augusti obsequiis, quasi non in generum duntaxat sed et in filium adoptatus ei foret, istiusque necessitudinis officium serviendo quam posset efficacissime Romanis expleturum. rogavit item praeterea ut patruum huius ipsius quam in sponsam optabat virginis, cum cuius modo meminimus Melecum, imperator in Sultanis dignitatem pro-

πρὸς Ῥωμαίων κατὰ τὸ δυνατὸν ἐνεργεῖν. ταύτῃ τοι καὶ βασι-
λεὺς ἐνασμενίσας τῇ κοινοπραγίᾳ τοῦ Πέρσου, τὸ μὲν σουλτὰν C
ἐγκαθιστᾶν τὸν Μελὴκ καὶ θεῖον τῆς κόρης οὐκ ἐδοκίμαζε τέως,
τὸ γύναιον δέ, καὶ μεγάλην ἐξετοιμασάμενος προῖκα, σὺν αὐτῷ
διαποντίους εἰς Πηγὰς πέμπει, ἵνα δὴ καὶ ἐπήγγελε καθημένους
τὰ συμφωνούμενα καθιστάνειν σὺν τῷ καὶ τῆς πόλεως Πηγῶν
τὸν Μελὴκ ἡγεῖσθαι. πλὴν δ' ἀλλὰ καὶ συχνὰ τῶν ἀκατίων
ἐκεῖσέ πῃ παρεσκευάζετο, διαπερᾶν, εἰ θέλοιεν, Πέρσας. ὅτε
δὴ καὶ περικαθημένων σὺν Πέρσαις τῶν Ἰταλῶν τὸν τοῦ Ῥαιδε-
στοῦ πύργον, διανοουμένων ἐξελεῖν καί οἱ χρωμένους ὁρμητηρίῳ D
τοῖς περὶ τὴν Θρᾴκην πράγμασιν ἐφεδρεύειν, βασιλεὺς πέμψας
τριήρεις δύο ἐπειρᾶτο μετάγειν ἐκεῖθεν τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν, ὡς
διαμενούντων καὶ μόνων τῶν ἐνεργῶν κατὰ πόλεμον. καὶ δὴ
ἐπιστᾶσι τοῖς βασιλέως ἐμποδὼν ἔστησαν Πέρσαι κατὰ στόμα
διακινδυνεύοντες· εἶτα μαθόντες τὴν περὶ αὐτοὺς τοῦ βασιλέως
προμήθειαν καθυφῆκαν τέως καὶ ἐκόντες φυγομαχοῦσιν ἐῴκεισαν. E
καταταχήσαντες δ' ἐν τοσούτῳ οἱ τῶν τριήρεων πολλοὺς τῶν
ἀχρήστων ἐκεῖθεν κατάγουσι, καὶ οὕτω διαφορήσαντες ἐρωστο-

moveret. verum Andronicus de caetero perlibenter admittens propositiones Persae, haud putavit opportunum eo rerum statu Melecum constituere Sultanem. at puellam ipsam, magna ei dicta dote, una cum isto ipso suo patruo mari perduci curavit Pegas, ubi considere ipsos voluit, et ea de quibus inter se ac Melecum Isaacium convenerat administrare; quod ut fieret facilius, eiusdem Pegarum urbis praefecturam Meleco attribuit. sed et naviculae quam plurimae ibidem comparabantur, usui futurae deportandis ex Occidua continente Persis, ubi eis, prout spondebat se facturum, persuasisset Isaacius retro in Asiam traiicere, quando Latino exercitu, cooperantibus auxiliis Persicis, circumsidente Rhaedesti turrim (cuius loci potiundi magna Italos cupiditas incesserat, eum situ peropportunum ratos ad reliquam cum occupandam excurrendo, tum postquam usurpassent, continendam in potestate inde Thraciam) imperator missis eo triremibus duabus conabatur ex illo praesidio extrahere turbam per aetatem aut sexum bello inutilem et alimentorum absumptione damnosam, quo illius solicito consortio liberi milites expeditius et efficacius possent tutelae castri, cuius foret iactura Romanae rei plurimum exitialis, attendere. ad id exequendum cum se admovissent littori trierarchae imperatorii, obviam forte habuere illic ad ostii defensionem oppositam Persicam cohortem, quae saue fortiter exscendere tentantibus obstabat, quoad significato in aurem quibusdam ex illo corpore, ac per eos in alios vulgato, quid ad eos, quo dudum cuperent, transferendos benevole ipsis pararet imperator, inflexi illi remiserunt de repugnandi pertinacia, ultroque, sed quasi fugere vi compellerentur, tamen retenta certantium specie recedentes, locum nostris dedere feliciter exequendi quae destinaverant. festinarunt quippe triremium vectores eo brevi fugae Persarum momento pleramque partem imbellis multitudinis e Rhaedesti extractam turri ad sese recipere, quam avehentes residuos obsessos haud paulo con-

τέρους τοὺς περικλείστους κατέστησαν, ὥστε καὶ ἐξιόντας ἐκ πο-
δὸς διώκειν τοὺς ἐπιόντας. οἳ καὶ δυσχρηστούμενοι ἐπὶ τούτοις
τὰ μέχρι Σηλυβρίας καὶ ἐπὶ ταδε κατατρέχουσι, καὶ κακῶς διετί-
θουν οἷς ἅρα καὶ ὑστεροῦν συνέβαινε φρουρίοις ἐγκατακλείεσθαι.

P 428 23. Τούτοις δὲ γενομένοις ὁ πατριαρχεύων Ἀθανάσιος ἐπιδαψιλευόμενος οἷον τὰ τῆς πρὸς θεὸν ἐξοσιώσεως, δὶς μὲν καὶ τρὶς τῆς ἑβδομάδος τὰς λιτὰς ἐποιεῖτο, βαρυτέρας δὲ τὰς προστιμήσεις τοῖς κατά τι προσκόπτουσι διετίθει. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ἐς πλέον εὐσεβείας ἥκειν δοκῶν, στήλην μὲν ἐκείνην πατριαρ-

B χῶν τῶν τριῶν Γερμανῶν, τὴν ἐπὶ δεξιᾷ εἰσιοῦσι τῶν ὡραίων πυλῶν ἱσταμένην, διὰ τὸν ὕστερον τὸν ἐξ Ὀρεστιάδος μετατεθέντα, ὅτι τῇ πρὸς τοὺς Ἰταλοὺς εἰρήνῃ αὐτὸς ἐκεῖνος πρεσβεύσας συνήργησε, κατασπᾷ, στήλην δὲ βασίλειον ἐκ χρυσονήματος διεσκευασμένην κατ' ὀξὺν πέπλων, ἣν ἐκεῖνος βασιλεῖ Μιχαὴλ

P 429 πατριαρχεύων ἀνήρτα τῶν πρὸς τῇ δύσει μέσον ἐρυθρῶν κιόνων, κατά τέ τι κλεϊσμὸν τοῦ νέου ἐκεῖνον Κωνσταντῖνον φανῆναι

16. τι] τινα?

firmatiores ad diutius animosiusque resistendum reliquerunt. cuius novae alacritatis praesens tunc quoque edidere specimen acri statim eruptione in oppugnatores facta, non sine horum damno. quibus adversis obsidentes irritati successibus, solatium suo dolori quaesiere manibus late praedatoriis spargendis, quae cuncta usque Selybriam ultraque ad vicinam urbis cruentis incursionibus vastarent, omnes male multando quos reperissent segniores in mature se condendo intra muros arcium eius tractus.

23. Interim dum haec gererentur, patriarcha urbis Athanasius, quasi ostentans religionis abundantiam, bis et ter in hebdomade preces celebrabat, graviores quoque solito multas poenasque iis qui offendissent quomodolibet infligens. quin et eximium se quoddam sublimioris pietatis specimen editurum ratus, tabulam illam pictam imaginibus Germanorum trium qui patriarchatum urbis diverso tempore gesserunt, ab eorum ultimo, ex Orestiadensi sede in Constantinopolitanam translato, in monumentum positam ad dexteram ingredientibus per speciosas fores, sustulit in eius qui posuerat ignominiam, cui se ferebat eo nomine infensum quod is legatione obita paci Graecorum cum Latinis conciliandae fuisset cooperatus. effigiem insuper imperatoris Michaëlis Palaeologi, titulo et habitu inclyti illius prisci Constantini, quam cum idem Germanus, dum esset patriarcha, filorum subtextu aureorum exprimi curasset in velo figurae desinentis in acumen, id postea velum publice appenderat in Occidua magni templi parte inter duas illic sitas e porphyro columnas, inde quoque detraxit, suae adversus utriusque memoriam, Michaëlis videlicet ac Germani, obsequens irae. nam huius quidem opus erat monumentum istud, in illius autem commendationem excogitatum et erectum fuerat a Germano, significare studente Michaëlem urbe recuperata reparataque, quam antiquus Constantinus condidisset, eidem praeterea fortitudine ac pietate similem, actis simul et virtutibus promeritum ut recte in imperio vocari novus Constantinus posset, praesertim cum Constantini appellatio-

Ῥωμαίοις εἰς τὸ τοῦ πανευκλεοῦς Κωνσταντίνου σχῆμα μεταλλάξας ἵστη. καὶ ἅπερ τῶν προτέρων τιμῆς ἡμερῶν τοῦ πατριάρχοῦντος κατὰ σχῆμα διετηρήθησαν, ὕστερον μεταγνόντων οἷον κατά τιν' ὀλιγωρίαν μετηλλάττοντο, ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος. ἐκεῖνος δὲ καὶ θεῖα εἰς τὰ πάντα δικαιώματα μιγνύων, τοῖς πολλοῖς ἀνέδην ἐπέχρα, αὐτοπροσκοπίτης ἐγγὺς φαινόμενος, καὶ πᾶς πρὸς τὸν κρατοῦντα λόγος ἐξ εὐλαβείας ἠπράκτει, καὶ B εἱρκταὶ καὶ καταγνώσεις τοὺς κατά τι προσκόπτοντας διεδέχοντο. τὰ δὲ τῆς κοινῆς ἐκκλησίας εἰς ὀλίγον γε περιίσταντο, ἐξορισθέντος μὲν τοῦ Ἀλεξανδρείας, ἀλλοτριουμένου δὲ καὶ τοῦ τῆς Θεοπόλεως διὰ τὴν τῶν Ὁδηγῶν μονήν, ἣν που δὴ καὶ καταθῆναί τις ἠλπίζετο, τοῦ δ' Ἱεροσολύμων Ἀθανασίου ἐκποδὼν κἀκείνου γενομένου διὰ τὰς ἐκεῖθεν κατ' αὐτοῦ φήμας, ἃς δὴ Βρουλᾶς τις ἐκ Ῥωμαίων, καὶ Καισαρείας τῆς Φιλίππου ἐπίσκοπος, βα- C σιλεῖ καὶ αὐτῷ προσελθὼν πατριάρχῃ καὶ ἀνενέγκας, πεμφθεὶς συνάμα καὶ τοῖς ἐκ βασιλέως πρέσβεσι κατελέγχειν ἠπείγετο· οἳ καὶ ἐπιστάντες Ἱεροσολύμοις τὸν μὲν πατριάρχην ἐξωθοῦσι, τὸν

6. ἀπέχρα P. 11. κατασταῖναι?

nem praesago quodam omine iam olim adhuc puer et privatus accepisset, atque has quidem imagines Athanasius toto tempore prioris sui patriarchatus, et transacto huc usque spatio secundi, stare in loco ac spectari passus erat: nunc autem quasi damnans in hoc sese vituperabilis tolerantiae, quam emendare poenitentia par esset, velut fortuito interlapsu tegulae, statim mutato consilio amovendas nunc absondendasque decrevit. idem autem divinas, ut loqui solebat, iustificationes ad promiscuum suae asperrimae censurae in omne indiscriminatim genus et hominum et rerum odiosissimum exercitium allegans, in obvios aeque cunctos saevus ac respecturum securus irruebat, offendendi occasiones prope studiose ac data impense opera quaerere visus et captare. nec erat cuiquam ab eo tali modo vexatorum in recursu ad Augustum spes ulla posita. nam hic veneratione sui patriarchae constrictus ingenti, partem pietatis vel maximam putabat in cunctis ei obnoxie morem gerere. carceres ergo et ignominiosae damnationes in quantulocumque deprehensos lapsu certo ac subito quoslibet excipiebant. commune porro concilium ecclesiae, ne quis ad id synodo coacta suam referri causam aut querimonias posse confideret, in paucissima redactum capita paene nullum erat, exterminato utique Alexandrino patriarcha, Antiocheno alienato propter Hodegorum monasterium, Hierosolymitano quoque, cui et ipsi nomen fuerat Athanasius, nuper exauctorato propter allatas ex illis partibus in urbem accusationes eius per quendam Brulam nomine, ex Romanis oriundum, Caesareae Philippi episcopum; qui convento de criminibus quae deferebat imperatore ipsoque patriarcha, redire iussus unde venerat cum imperatoris legatis ad explorandum coram itane se res haberent uti accusator dixerat, hi, ut ipsis est visum, plene convicti de veritate delatorum, profecti Hierosolymam patriarcham quidem extruserunt sede, Brulam autem in Aeliae

δὲ Βρουλᾶν παρὰ τὴν τοῦ βασιλέως θέλησιν (τὸν γὰρ βασιλέα ζῆλος μόνος κατήπειγε ἐξετάζεσθαι τὰ ἐγκλήματα) ἐπὶ τοῦ τῆς Ἁλίας θρόνου, φέροντα καὶ ταῦτα μύσος ἀφορισμοῦ, ὡς ἐλέγετο, φέροντες ἐνθρονίζουσι. καὶ λοιπὸν ἀπηρτημένου κἀκείνου
D ὄντος, μόνος ὁ πατριαρχεύων συνάμα τῷ προσκομίζοντι, ἀπηρ- 5
τημένου τοῦ Ἀλεξανδρείας καὶ τοῦ Θεοπόλεως ἤδη, ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἐμνημονεύετο. ἀρχιερεῖς δὲ οἱ μὲν ἀπεδήμουν, καὶ τοὺς ἐπιδημοῦντας ἀποδημεῖν κατηνάγκαζε. τοὺς δὲ τοῦ κλήρου τιμίους, οὓς δεινῶς ὑφεώρα, τοὺς δὲ προσαφαιρούμενος καὶ τὰ σιτηρέσια ἀπρακτεῖν ἐποίει. ἦν δὲ καὶ τοῖς κατά τι προσκόπτου- 10
σιν εἰς αὐτὸν ἡ ἐκ βασιλέως ἀποστροφὴ ἀπαραίτητος, θέλοντος
E ἐκεῖνον εὐλαβείας τρόποις ἐξ ἅπαντος συνιστᾶν. καὶ πολλοί τινες εἰρκταῖς ἐδίδοντο ὡς μήτε τινὰ παράκλησιν ἔχειν μήτε μὴν ἐκ τοῦ τυχόντος ἐλευθεροῦσθαι, ὡς καί τινας ἀποδράντας τῶν μονα- χῶν, ἐπεὶ οὐκ ἦν σφίσιν ὅπου ἄρα καὶ προσφύγοιεν, προσφυγεῖν 15
τοῖς κατὰ τὴν περαίαν φρερίοις. τὸ προτεινόμενον τοῖς εὐθύ- νουσιν ἡ κακουχία, ἵνα γοῦν ἀλλ' οὕτως σωθεῖεν. καὶ τοῦτο

11. ἐπιστροφή?

throno collocarunt, per vim id attentantes et contra imperatoris voluntatem, qui solo instinctu religiosi, ut putabat, zeli delata examinari crimina aequum censuerat, non autem excommunicatum prius hominem, qualis Brulas deprehensus postea est, in sacra illa sede constitui. novo igitur etiam ipso patriarcha Hierosolymorum Brula propter anathema suspenso, cum et antea, ut est dictum, suspensi pariter fuissent Alexandrinus et Theopolitanus, nullius iam alterius e sacris publice diptychis recitabatur nomen nisi Athanasii Constantinopolitani solius patriarchae, et qui sacram tunc oblationem celebrabat, sacerdotis. episcopi autem versari alias in urbe soliti plerique ultro abierant; si qui vero adhuc comparerent, summa vi facessere inde compellebantur. e primoribus vero cleri quosdam quidem patriarcha gravium suspectos habebat criminum, quosdam autem subtractis alimentis cessare ab officiorum exercitio cogebat. tantundem porro erat gratia excidisse apud patriarcham et imperatoris ipsius indignationem incurrisse: nam quoscumque quomodocumque exosos haberet Athanasius, eosdem Andronicus pietatis suae putabat esse irrevocabiliter et immisericorditer persequi. unde multos passim contingebat in ergastula compingi, et ibidem sine ulla consolationculae admixtione, citra ullam expectationem aliquando successurae liberationis, ad desperationem adigi. unde monachorum nonnulli ex ista infelici sorte nacti effugium furtivum, cum nullum asylum viderent inter nostros tutum, profecti ad Frerios in Peraea degentes eorum protectione utebantur. atque in his mirum erat, contra omnem iustae ac canonicae animadversionis formam, non emendationem aut salutem ex hac secuturam delinquentium videri esse pro scopo propositam punientibus, sed aerumnam ipsam ac miseriam eorum in quos animadverteretur. quae si quis suis momentis aestimet, verissimum profecto per haec comprobari deprehendet illud

ἦν ἄντικρυς τὸ τοῦ Διοδώρου πατρός, τὸ κακοποιεῖν τινὰς βα-
ϑέως, ὅταν δικαίωμα ϑεῖον μίξωσιν. ἀλλὰ γὰρ παράδοξόν ἐστιν P 490
οὐκ εἰ γέγονέ τι τῆς συνηϑείας ἔξω, ἀλλ' εἰ μὴ πᾶν ἐστὶ τὸ γι-
γνόμενον ἐν ἐλπίσι πρὶν ἢ καὶ γενέσϑαι. ἡ μὲν οὖν περὶ τὸν πα-
τριαρχοῦντα τοῦ βασιλέως αἰδώς, καὶ τὸ συγκεχωρηκὸς ἐφ' ἅπα-
σιν ἐκ πληροφορίας οὔτι μικρᾶς, ὡς ἐδόκει, ὡς καὶ στολαῖς
ἀγάλλειν ταῖς λαμπροτάταις συνάμα πλείστοις τοῖς εἰς τὸν ναὸν
ἀναϑήμασιν, ἐς ὅτι πλείστης φιλοϑείας εἶναι ταῦτα καὶ φιλοκα- B
λίας τοῦ βασιλέως πιστεύεσϑαι, καὶ ὑπακούειν ἑτοίμως ἐς ὅ τι
δὴ καὶ διαμηνύσειε, καὶ ἁπαντᾶν συχνάκις ἐν ἑορταῖς ἐξάλλους
καὶ πολυταλάντους τὰς στολὰς φέροντα, ἠρεμεῖν ἐκεῖνον οὐκ εἴα,
ἀλλ' ὁσημέραι ὑπανοιγνὺς δικαστήρια τὰς κρίσεις ᾐϑέτει, ὡς
καὶ τύπους ἀρχαίους μεταλλάττειν κατὰ τὸ δόξαν συμφέρον καὶ

Diodori patris antiqui dictum, quosdam tum exitiosius nocere, cum animadversioni suae divinarum iustificationum allegationem immiscuerint. caeterum mirabile est non quidem in hoc homine nihil apparuisse secundo patriarchatu a prioris acerbitate diversum, sed ab iis qui rursus illum talem experti promoverunt, non fuisse provisum, et citra ullam dubitationem priusquam evenisset expectatum, haudquaquam illum ab usu natura et consuetudine inolito deflexurum. in hoc autem nunc ipsum magis magisque confirmabat insigniter eminens et continuis se observantiae favorisque propensissimi quotidie liberalius efferens obsequium promptum ad omnia veneratioque demississima imperatoris. hic enim alta quadam eius viri meritorum virtutum gratiaeque apud deum intimae existimatione praeoccupatus, summam sibi religiosae pietatis laudem constituebat in nullo fine aut modo faciendo ipsius officiis et beneficiis ornandi. quare illum subinde munerabatur stolis splendidissimis pretiosissimi textus; addebat una plurima donaria votiva, quae circum aras appenderentur, monumenta in templo conspicua devotionis pariter et magnificentiae donantis eximiae, eademque veluti pignora patriarchae futura paratissimae sibi ad nutus omnes, quidquid praecipere aut indicare libuisset, efficacis Augusti voluntatis. accedebat ostentata studiose ab eodem obedientia in occurrendo quoties a patriarcha vocaretur ad quaslibet functiones sacras. quod factitabat praesertim in festis, cum cura peculiari honorandi invitantem, accedendo ad eum in vestitu ac cultu exquisitissimi splendoris. ex quibus signis palam demonstratis cum non magis ipse patriarcha quam omnes omnis generis homines sentirent addictissimum et esse et irrevocabiliter futurum Andronicum Athanasio, inde consequebatur, ut hinc quidem universi ordines sub patriarchae tyrannide gementes de mali huius levamento, quod aliunde quam ab Augusti potestate nequiret expectari, desperarent, ipse autem patriarcha experientia sui pleni in principis animum dominii non parum in dies quidlibet attentandi imperiosiusque ac inexorabilius opprimendi quoslibet feram licentiam augeret. itaque haud unquam furorem remittens horribile quotidie tribunal aperiebat, miseris citandis quos sine misericordia damnaret. in quo pensi nihil habebat, esset quod agebat necne a regulis antiquis et forma canonica dissentaneum. confidentissime quippe pro arbitratu innovabat immutabatque cuncta, prout iudicabat accommodatum ad, quam informatam dudum animo mordicus tenebat, religionis et ecclesiasticae disciplinae prorsus enormem ideam. igi-

εὐλαβὲς, καὶ ἄλλους μὲν καθιστᾶν ἐν ἄλλοις, μοναχοὺς δὲ μονοφαγίαν κατ' ἐννάτας δι' ἔτους ἀσκεῖν, δίχα μέντοι σαββάτου
C καὶ κυριακῆς. ὅθεν δὴ καὶ τρία ἐκ τοῦ ἀκολούθου τὰ μεῖζω ταῦτα πλημμελεῖσθαι ξυνέβαινε, πρὸς τῷ καὶ πατέρων τύπους ἀρχαίους ἀλλάσσεσθαι, οἶμαι, τοῖς ἀμελεστέροις, λαθροφαγίαν ἀπληστίαν τε καὶ ὑπὲρ τὸ δέον τοῖς ἑστιωμένοις δείλης ὀψίας, καὶ τρίτον τὸ παραθεωρεῖσθαι τὰς θυσίας τὰς μυστικὰς τοῖς ὀψὲ σιτουμένοις. ἀγλευκὴς δὲ τοῖς πᾶσιν ἐδόκει καὶ ἄχαρις, τὸ περὶ τοὺς νόμους ἐπιεικὲς μηδ' ὄναρ εἰδώς.

P 431 24. Ὁ μέντοι γε βασιλεὺς τῷ δυσχερεῖ πανταχόθεν τῶν πραγμάτων ἀντιπαλαμώμενος πέμπει μὲν τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ Κασσιανὸν καὶ ἐξ ἀξιώματος μέγαν πριμικήριον ἀνὰ τὰ μέρη τῆς Μεσοθινίας, ἐφ' ᾧπερ καὶ ὡς ἔχοι ἂν τάχει καθιστᾶν· ὃς καὶ καιρὸν διατρίψας ἐν τοῖς ἐκεῖ φρουρίοις, ἐπεὶ ἔδοξε τῇ βουλῇ φό-
B ρους ἐκλέγειν ἐκ τῶν κτηματικῶν τοὺς συνήθεις, ἵν' εἶεν οὗτοι τῷ ἐκεῖ στρατιωτικῷ εἰς μισθούς, ἐκεῖνος ἢ καταδημαγωγῶν τὸν λαόν, ἢ καὶ ἄλλο τί οἱ δόξαν, τὸν εἰς τοῦτο πεμφθέντα Βαρδαλῆν κατασχὼν πολλαῖς ταῖς πληγαῖς ἱμάσσει, καὶ μᾶλλον ὅτι φθάσας Βαρδαλῆς προσήγγειλε βασιλεῖ τὰ χείριστα κατ' ἐκείνου,

tur alios amovebat, alios praeficiebat officiis, citra respectum ullum. monaches vero severissime cogebat toto anno ieiunare, semel in die nec hora prius nona comedendo, exceptis sabbato et dominica. unde multas minus robustae virtutis imbecillitas humana subigebat in tria quaedam non parum abhorrentia a scitis patrum labi piacula, primum ad clam usurpandas comestiones furtivas, deinde ad excedendum in his, licentia secreti per tenebras nocturnas, debitae modum temperantiae, denique ad irreverenter assistendum mysticis mane celebratis sacrificiis, quae scilicet nocturnis ingurgitati comessationibus pleni adhuc crapula obirent, immane quantum indecenti et a forma ecclesiastica antiqua degenerante ministerio. horum tamen patriarcha securus omnium, pergebat instituta via, cunctos fastidiose despiciens, nemini non stomachose acerbus obvio, benignae accommodationis legum ad infirmitatem hominum, quam epiikian vocant, ne per somnium quidem unquam visus cogitationem ullam admisisse.

24. Caeterum imperator adversis undique ingruentibus, qua vi atque industria poterat, occurrens misit in partes Mesothiniae generum suum Cassianum, vocabulo dignitatis qua insignitus erat magnum primicerium dictum, ut res illic laborantes quo posset modo sustentaret. is cum in arcibus eius tractus aliquanto fuisset tempore moratus, interimque decretum exisset imperatorii consilii, quo agrorum illic possessores tributa pendere consueta iubebantur, quae in stipendia militantium in ea provincia copiarum expendi deberent, vel demereri volens populum, vel nescio quid aliud secutus, profectum illuc ad id vectigal exigendum Bardalem comprehensum multis plagis affecit, infensus huic maxime, quod acceperat graviter infamatum se ab eo fuisse apud Augustam, cui Bar-

δεξάμενος τοὺς λόγους παρ' ἄλλου, ὡς κῆδος πρὸς τὸν Πέρσην συνιστᾶν αἱρεῖται καὶ κοινοπραγίαν πρὸς ἐκεῖνον κατὰ τῶν βασι- C
λικῶν πραγμάτων συντίθεται. ταύτῃ τοι καὶ προσταττόμενος ἀπαντᾶν, ὃ δὲ δυσελπιστῶν περὶ οὗ τὴν πρὸς τὸν βασιλέα φέ-
ρουσαν ἀναβάλλεται. προσεταιρισάμενος δὲ καὶ λαὸν στρατιω-
τικόν, πέμπων καὶ ζητῶν ἀσφαλείας πίστεις πρὸς βασιλέως, ἄνε-
τος ἠλᾶτο. ἐπεὶ δὲ τῇ Χηλῇ ἑαυτὸν ἐνεπίστευε καὶ τὰ πιστὰ
τῆς ἀσφαλείας ἐκεῖθεν εἶχεν, ὡς ᾤετο, Χηλῖταί τινες κατὰ πόλιν P 432
εὑρεθέντες συντάττονται βασιλεῖ ἢ μὴν κατασχεῖν ἐκ δόλου τὸν
φυγαδίαν καὶ παραδοῦναι τοῖς ἄξουσιν. ὃ καὶ γίνεται τὴν ταχί-
στην· ὡς γάρ τις τῶν εὐνούχων ἐπὶ τούτῳ ἐπέμπετο, αὐτὸς μὲν
ὑπὸ τῶν καταστρωμάτων τῆς νηὸς ἐκρύπτετο, ἐκεῖνοι δὲ ἅτε
συνήθεις εἰσελθόντες τὸ φρούριον κοινοῦνται τὸν λόγον κρυφη-
δὸν καὶ τοῖς ἄλλοις, καὶ μεσούσης ἡμέρας μετὰ δεῖπνον ἐπιστάν-
τες ἅμα, τῶν συντηρούντων διεσπαρμένων, περισχόντες δε-
σμοῦσι καὶ ἅμα παρὰ τὸν βασιλέα φέρουσι δέσμιον. βασιλεὺς δὲ B
πρὸς ἐκεῖνον μηδὲν ἀξιώσας εἰπεῖν, συνάμα τῷ Κοτανίτζῃ τοῦτον

dales tamquam auditum ex alio retulerat convenisse iam Cassianum cum principe Persarum de affinitate inter eos contrahenda, promittente ipso transfugium et communem operam in oppugnando imperio Romano. quapropter accersitus ab imperatore in urbem fuerat, et iussus omissis omnibus se sistere. verum ille vix sperans purgare se satis apud Augustum posse, iter sibi periculosum moras nectens primum differebat; deinde postquam vulgus militum beneficiis et spebus ita demeruisse visus est, ut in omni sibi fortuna fidum fore non temere confideret, iam audacius responsans misit ad imperatorem, qui nomine suo peterent caveri prius ab eo, fidei pignoribus idoneis, nihil sibi damni ex hoc ad ipsum accessu proventurum; quo denuntiato, quasi iam solutus officio parendi, liber securusque vagabatur. quoniam autem postea impetrato in arcem insularem Chelen aditu exceptus illic est ea benevolentia civium, ut se tutum loco tali de caetero putaret, forte tunc Constantinopoli reperti Chelensium quidam non dubitarunt imperatori promittere, freti cognationibus et clientelis suis, sese dolo comprehensum fugitivum his tradituros quos ipse ad eum retrahendum mitteret. et praestitere quod receperant. cum iis enim ad hoc ire quidam iussus e palatiis eunuchis, ubi navis Chelen appulit, ipse quidem sub tabulato delituit, Chelenses autem ingressi ad suos intra munitionem, communicatoque clam amicis et necessariis consilio, his probantibus et pro virili iuvare promptis, sub meridiem facta manu Cassiani diversorium petunt. acquiescebat ille post prandium, nihil minus quam quod parabatur metuens; satellitesque ipsius ac custodes corporis varie dispersi erant, prout res aut remissiones quemque vocarant suae. ergo coniurati Cassianum facile correptum alligant, coniectumque in navem reversi curriculo in urbem imperatori vinctum tradunt. porro Augustus nullo eum dignatus verbo in eundem ubi Cotanitza detinebatur compegit carcerem, occasione sic agendi ex eo du-

καθειργνυσιν, ἐπεὶ ἔφθασεν ἐκεῖνος γράψας πρὸς τὸν ἴδιον συμπένθερον τὸν ἐπὶ τοῦ κανικλείου, ὁμοίαν ἀποστασίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῷ Κοτανίτζῃ, εἰ μὴ συμπαθοῖτο, προσαπειλούμενος. καὶ ἔδοξε μὲν τότε ζημιωθεὶς ὁ κρατῶν τῶν στρατηγῶν τὸν κράτιστον, ὅμως γε μέντοι φροντίζων οὐκ ἀνίει οὐδ' ἐς βραχὺ πῶς ἂν διοικοίη τὰ καθ' ἑαυτὸν οὕτω πονήρως ἔχοντα.

C 25. Ἔνθεν τοι καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἑῴους Ἴβηρας πρεσβείαν στείλασθαι κατὰ συμμαχίαν ἐκ πλείστου διανοούμενος, πέμπει τοὺς συγκαλέσοντας, ἐπεὶ κἀκεῖνοι ἕτοιμοι ἁπάντῶν ἦσαν ἅμα σὺν καὶ ἐπὶ μόνοις ἵπποις καὶ δαπάναις ταῖς ἀρκούσαις προσαμύνειν τοῖς Ῥωμαίων πράγμασιν. ὅθεν καὶ μετ' οὐ πολὺ Χατζίκης τις τῶν τῆς Ἰβηρίας μεγιστάνων προσελθὼν βασιλεῖ ἐφ' ᾧπερ καὶ τὴν πρὸς Ῥωμαίους κατιστήσαιτο κοινοπραγίαν, ἐπείπερ οὐ συνέβαινον σφίσιν αἱ συμφωνίαι, ἄπρακτος ὑποστρέφει. τὸ δὲ P 433 πρὸς τὸν Χαρμπαντᾶν κῆδος καὶ λίαν ἐξητοιμάζετο. καὶ τὰ τῆς Νικαίας μέρη κακούμενα πυνθανόμενος, τὴν οἰκείαν αὐτοδέλφην Μαρίαν, τὴν καὶ δέσποιναν τῶν Μουγουλίων θρυλλουμένην, συνάμα λαῷ τῷ ἀρκοῦντι πέμπει πρὸς Νίκαιαν. ἀπήγειλε δὲ καὶ αὐτὴν καθημένην τῇδε καθιστάνειν τὸ πρὸς τὸν

18. ἐπήγγειλε?

cta, quod Cassianus ad suum consocerum canicleo praefectum antea scribens minatus fuisset se, nisi mitius ab imperatore tractaretur et sane haberetur dignitatis ratio, haud minus periculosa et noxia rei Romanae, quam olim Cotanitza, defectione rebellaturum. existimabatur Cassianus Romanorum tum ducum omnium scientissimus rei bellicae; unde pro caetera infelicitate sua imperatori contigit talis viri usuram tali tempore perdere. ille tamen non remittens solicitudinem satagebat, ne ad momentum quidem cessans, in ordinandis, qua commodius posset, rebus suis ita omni ex parte turbatis ac plene deploratis.

25. Unde et cum dudum agitasset animo de mittenda legatione ad Iberos Orientales, qua eos ad belli societatem secum ineundam invitaret, experiendum nunc denique putavit, destinatis illuc qui auxiliares inde copias evocarent. audiverat enim parates eos ad Romanis militandum sine stipendio, modo equi solum ipsis et alimenta, quantum sat esset, praeberentur. tamen cum paulo post Chatzices quidam, unus ex Iberorum primoribus, ea ipsa de re tractatum venisset ad Augustum, quod de conditionibus foederis convenire inter ipsos nequivisset, re infecta rediit ad suos. proniori spe successus affinitatis cum Charmpantane contrahendae negotiatio procedebat, adeoque strenue incumbebatur in apparatum destinati connubii proximum. urgebant enim ad maturandum nuntii ad imperatorem appellentes crebri, regiones circa Nicaeam bello infestari Persico ferentes. igitur sororem propriam Mariam, quae titulo dominae Muguliorum passim honorabatur, cum idoneo comitatu deduci Nicaeam curat, mandans ipsi ut illic considens ex proximo suum cum Charmpantane coniugium promoveret, nec prius quam re perfecta desisteret, tumque daret

Χαρμπαντῶν κῆδος καὶ τὰ τῶν Περσῶν δουλαγωγεῖν ὡς οἷόν τε πράγματα.

26. *Οὐ μὴν δὲ καὶ οἱ ἀνὰ τὴν δύσιν Τοῦρκοι τὸ παράπαν* B
ἠμέλουν, ἀλλὰ τὸν τοῦ Γάνου κυριεύσαντες τόπον καὶ τὸ τοῦ
ἁγίου Ἠλιοῦ περικαθίζουσι φρούριον, καὶ τοὺς κατ' αὐτοὺς οὐ-
λαμοὺς δίχα τεμόντες ἐκεῖ τοὺς ἐντὸς ἐκάκουν, ἕως οὗ συντακέν-
τες ἐκεῖνοι τῇ πολυημέρῳ λειψυδρίᾳ, ὡς καὶ τὰ φύλλα τῶν δέν-
δρων λείχειν καὶ θύοντες ζῶα ἀπορροφᾶν τοῦ αἵματος ἐπὶ πλεί-
στοις ἡμέραις, πολλοὺς δὲ καὶ ἀποθανεῖν, ἔγνωσαν ἑαυτοὺς προ-
διδόναι καὶ φρούριον. πλὴν οὐκ ἐθάρρουν τοῖς Πέρσαις διὰ τὴν C
ἀλλοτρίωσιν τοῦ σεβάσματος, καὶ πέμψαντες Ῥομοφόρτον ἐπε-
καλοῦντο. καὶ ὃς παρῆν, καὶ βίᾳ μὲν μόλις δ' ὅμως οἱ περὶ
αὐτὸν τὸ Περσικὸν ἐξελάσαντες, τὰ πολλὰ δικαιολογούμενον πρὸς
αὐτούς, καθ' ὁμολογίας προσχωροῦντας μετὰ τῶν θείων εὐαγ-
γελίων δέχονται, καὶ ὅσον τὸ ἀφ' αὑτῶν φιλάνθρωπον τὴν δια-
γωγὴν παρέχουσι. τοῦτο ποιοῦσι καὶ ἐν τῷ πύργῳ τοῦ Ῥαιδε-
στοῦ. ἐπὶ πολὺ γὰρ διετέλουν τῷ φρουρίῳ ποιούμενοι προσβο-
λάς, ἀλλ' οὐκ ἤνυτον. τέλος καὶ μηχάνημα ἐπιστήσαντες πε- D
τροβόλον νυκτὸς τὰ πολλὰ κατηκόντιζον τὰς βολάς, ὡς ἐπιρρι-
φῆναι πέτρας περί που τὰς ἑκατὸν καὶ πολυταλάντους· πεντη-

quam posset operam exarmandae Persarum in Romanos irae, ipsisque viri auctoritate revocandis ab imperio vexando.

26. Qui vero in Occidua continente bellum in nos gerebant Turci, haud segnes feriabantur, sed Gani iugo superato arcem cui a Sancto Elia nomen est obsidebant, divisisque bifariam copiis obsessos utrimque adeo premebant, ut illi tandem longa siti enecti (nam aquae penuria cogebantur ardori faucium levando arborum folia lingere, et occisis animalibus ligurire sanguinem; nec alio per dies plurimos potu victitarant, unde et multos mori contigit) decreverint se ipsos et arcem dedere. sed Persis ob diversitatem religionis se credere veriti, destinato ad Romofortum Christianum Latinum quodam e suis, ostenderunt, si suas admovere propius copias vellet, se suaque ipsius potestati permissuros. accessit Romofortus, et huius exercitus, quamquam haud facile, tandem tamen Persicum vi expulit, multa expostulantem et frementem quod parata sibi praeda per socios vocatos extorqueretur e manibus. tum Romoforto pacti certas conditiones, utrimque manu sacris evangeliis imposita iuratas, obsessi deditionem fecerunt. nec fides tum in Latinis desiderata est, humane siquidem, quod promiserant, tractarunt, et quo transferri poposcerant, tuto perduxerunt. hoc illectus successu Romofortus turrim etiam Rhaedesti subiicere sibi voluit. et huic ergo munitioni copiis admotis longo institit tempore, crebris oppugnans assultibus, at semper irritis. tandem elata contra super altum aggerem balista petras in muros per eam iaculabantur diu noctuque, sed nocte frequentius, adeo ut noctis unius spatio centum circiter numerati iactus sint saxorum prodigiosae

κονταμναῖαι γὰρ τὰ πολλὰ ἔπιπτον, εἰ καὶ διὰ τὸ ὀλίγιστον τοῦ φρουρίου αἱ πλεῖσται ἠστόχουν καὶ ἔξω ἐπέρρητον τὰ πεμπόμενα. οὐ μὴν δὲ καὶ ἀζημίωτοι ἔμενον, ἀλλὰ πολλάκις ὑπὲρ τριακοσίους
P 434 οἱ ἐντὸς ὄντες εὐθαρσῶς ἐξελαύνοντες σφίσιν ἐπέρραττον καὶ τὰ πολλὰ ἐζημίουν, ἕως οὗ κατισχυθέντες καὶ οὗτοι προσχωρεῖν καθ' ὁμολογίαν ἱκέτευον. ἀλλ' οὐκ ἔπειθον· ἐπώμοτος γὰρ ἦν Ῥομοφόρτος, ἐπεὶ πολλοὺς ἀπέβαλε τῶν ἰδίων, ἢ μὴν καὶ θέλοντας προσχωρεῖν μὴ δέχεσθαι, καὶ μᾶλλον τοῦ πύργου σαθρωθέντος ταῖς συνεχέσι τῶν λίθων βολαῖς αὐτοῦ μηχανήματος. τὸ γὰρ τοῦ ἁγίου Ἡλίου φρούριον χειρωσάμενος φιλανθρώπως
B προσηνέγκατο τοῖς οἰκήτορσι, καὶ φρουροὺς ἐμβαλὼν ἐκείνος πρὸς Ῥαιδεστὸν γίνεται, ἐξελεῖν διανοούμενος καὶ ἀνοικτὶ φονεύειν. οἱ δὲ προσελιπάρουν θερμότερον, καὶ ἑαυτοὺς παρεδίδοσαν καθ' ὁμολογίας τοῦ σωθῆναι, ἐκ χειρὸς ἤδη τῆς μάχης οὔσης καὶ τοῦ κινδύνου ἐπηρτημένου. κἂν ἐκινδύνευον, ἢν μή τις τῶν ἐπισκόπων συμπαρὼν σφίσι καὶ σὺν αὐτῷ ἄλλοι τὸν βάρβαρον ἱκετεύουσι μὴ ἂν τόσον ἐργάσασθαι φόνον. ἅμα δέ γε καὶ συμβουC λεύουσιν; ὡς ἐλέγετο, τοὺς τοῦ βαρβάρου θυμοὺς κολακεύον-

2. ἐπέρρητον] ὑπερίπταντο? 9. αὐτοῦ] ἀπὸ τοῦ?

gravitatis, quippe quae quinquaginta minarum singula fere pondus aequarent. sed turris exiguitas interdum per tenebras fallebat collineantium aciem; unde ab utroque latere multa intacto castri corpore cadebant. nec indemnis Latinis obsidio erat: nam praesidiarii turris trecentis plures audacter interdum in eos erumpebant maleque multabant, quoad denique debilitati diffisique viribus et hi sunt compulsi descendere ad pacta, orarequeque Romofortum ut certis conditionibus abire se sineret incolumes. id ille ferociter renuit: indignans enim quod ea obsidione multos suorum amisisset, iuraverat se obsessos, quantumvis vellent rogarent, numquam ad compositionem admissurum. in qua eum maxime sententia firmabat, quod latera videbat obsessae turris multis iam locis hiantia ob labes quas petrae muris per balistam impactae intulerant; unde brevi se vi potiturum castro sperabat. quoniam autem pactione constrictus coactus fuerat cum praesidiariis arcis Sancti Heliae nuper captae humaniter praeter genium se gerere, prosecutus etiam praesidio abeuntes, quo secure ad destinatum deducerentur, in Rhaedestinis, quos oppugnatum inde statim venerat, constituere volebat exemplum illustre sui adversus Romanos odii, cunctis iis immisericorditer necandis. adversus hoc obsessi iam redacti ad extrema infimis precibus certabant, vitam saltem ac miserum spiritum indulgeri sibi, portas statim, si hoc promitteretur, aperturis, suppliciter orantes. diu surdis ad haec irati victoris auribus, periclitabantur Rhaedestini repulsae ipsis exitiali subiacere, nisi quidam quem secum habebant episcopus, et cum hoc alii, pro eis apud barbarum deprecatores intervenissent. hi pro ecclesiasticae lenitatis officio monebant haud deo probatum iri Christianorum per Christianos caedem fieri tantam. adiungebant interesse sua ipsius, mansuetudinis apud arcem Heliae partam famam hic quoque tueri. ubi enim non uno iam experimento compertus

τες, ὡς εὐθίκτως καὶ ἄλλοι προδοῖεν ἂν ἴσως ταῖς φιλανθρώποις ἐκ φήμης μετεωρισθέντες ἐλπίσι. ταῦτα λέγοντες τῇ δεινότητι τῶν λόγων μόλις τὸν βάρβαρον κατεργάζονται. καὶ τὰ μὲν χρήματα ἀφαιρεῖται, γυμνὰ δὲ τῶν ἐνόντων τὰ σώματα καταλείπει, ὥστ' εἰ μὲν μένειν θέλοιεν, κηδεμονίας τινὸς ἀξιοῦσθαι, εἰ δ' οὖν, ἀλλ' ὡς ἔχουσιν ἐξ αὐτῆς ἀπαλλάττεσθαι. προῆγε δὲ τὰς δυνάμεις, ἀπὸ ῥυτῆρος ἐλαύνων, καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ φρούρια. φήμη δ' ἵκετο συμπεριάγειν καὶ τὸν ἐπίσκοπον (Παυίου δ' οὗτος ἦν) καὶ τὰ πολλὰ καὶ αὐτὸν ἐφιστάμενον συνεργεῖν τοῖς ἐχθροῖς, ἐφ' ᾧ προδιδοῖεν αἱ πόλεις. καὶ διὰ ταῦτα ὡς εἰκὸς καὶ παρὰ τῆς ἐκκλησίας ἐκεῖνος ηὐθύνετο, καὶ ἡ δίκη πατριάρχου γράμμασιν ἐδηλοῦτο τῷ καταδικασθέντι. ἐκεῖνος δὲ πρὸς τὴν φήμην καὶ τὰ τῆς ποινίμου δίκης ὑπεραλγήσας, καιροῦ δραξάμενος φεύγει, καὶ τὴν ταχίστην τῷ βασιλεῖ παραγίνεται. D

27. Βασιλεὺς δὲ ταῖς ἀπὸ τῶν ξενικῶν ἐλπίσι μετέωρος P 435 ὢν τὴν ψυχήν, ὅμως καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ πολλὰ ἐτεχνᾶτο ὑποσπόνδους ἐκ τιμημάτων προσάγεσθαι τοὺς ἀλάστορας. Γεν-

increbuisset lenem et exorabilem Romofortum esse, aliae tractus istius arces facile adducerentur ad ei se dedendas. ne igitur successus, gloriae sibi magnae ac quaestui futuros, intempestivo gratuitae immanitatis opprobrio corrumperet, tamquam ei benevole consulentes, dum blande obsecrarent, vix tandem eloquentia et gratia exarmarunt ferociam viri, persuadendo ipsi ut spoliatis omni pecunia et supellectili deditiis viva sonum et libera corpora relinqueret. impetratum insuper et illud, ut si qui Rhaedestinorum manere in loco sub victoris potestate ultro eligerent, illic ut subditi cura dignarentur aliqua, sin aliud mallent, statim quocumque luberet migrare sinerentur. inde Romofortus pronas ad fortunae obvium favorem habenas laxans, circumferebat exercitum per arces reliquas finium illorum, subigendis iis imminens, in quo tentando non inefficaci uti opera ferebatur episcopi cuiusdam, quem circumducebat. Paniensis hic erat, de quo fama perlata in urbem est cooperari eum victoriis Latinorum, suadendo Romanis eius tractus ne sese et quas custodirent arces aut urbes dubitarent iis tradere. in quo culpam admittere merito visus est ecclesiastica animadversione dignam. reus igitur citatur literis ad eum missis patriarchae, cum denuntiatione, nisi vadimonium sisteret et satisfaceret, poenae canonicae, debitae hostium fautoribus, incurrendae. hoc ille perculsus nuntio, dolens ob infamiam contractam et supplicii gravitatem intentati metuens, occasione arrepta fugit e castris Romoforti, et festinanter imperatorem adiit.

27. Hoc statu rerum imperator, etsi expectatione peregrinae, quam accersere satagebat, militiae suspensum habebat animum, tamen ex se quoque, si qua posset comminisci, malorum remedia exquirens, non abhorrebat a tentanda de novo reconciliatione ferocium illorum et immanium Amogabarorum, certus non parcere impensis etiam magnis, si largitionibus pecuniae ad pacis illi consilia inflecti se siperent. tales mente cogitationes Augusto versante, forte accidit venire tunc primum ad Ge-

νουῖται μὲν οὖν οἱ κατὰ πόλιν ἄρτι πρώτως παρὰ τοῦ σφῶν συνεδρίου ἀββᾶν δεξάμενοι (δηλοῖ δὲ ἡ φωνὴ τὸν ἡγούμενον, ἔχει δ' οὗτος τὴν τοῦ δήμου προστασίαν, ὡς παρὰ Ῥωμαίοις ὁ πραί-
B τωρ τοῦ δήμου πάλαι) Ἀμογαβάροις ἤθελον διαλλάττεσθαι· οὐδὲ γὰρ εἶχον ἄλλως τὴν κάτω διαπλωΐζεσθαι κατὰ τὰς αὐτῶν πραγματείας θάλασσαν. ταύτῃ τοι καὶ τὰ τῆς πρεσβείας ὁ ἀββᾶς ἀνεδέχετο. καὶ βασιλεῖ γνωσθέν, ἐπεὶ στρατὸν βάρος ἔχοντα οὐκ εἶχε πέμπειν, ἀλλά τινα τῶν ψιλικῶν ταγμάτων περὶ τὸν μέγαν ἑταιρειάρχην ἦσαν τὸν Δούκαν, οὓς ἦγεν ὢν ἐπὶ τοῦ στρατοῦ πρότερον, ἦν πῇ ποτε κρυφηδὸν καὶ ἐξ ἐνέδρας προσβάλλοιεν
C (οὐ γὰρ ἦν φανερῶς ἀντιτάττεσθαι), διὰ ταῦτα οὐκ ἦν ἀποδέ-χεσθαι Γεννουΐτας πρὸς ἐχθροὺς τῶν Ῥωμαίων εἰρήνην συντίθε-σθαι θέλοντας. ἔνθεν καὶ πρῶτον μὲν πέμψας ἀναστέλλειν ἐπει-ρᾶτο τὸ βούλημα, ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, εἶναι μὲν καὶ πάλιν οὐδὲν ἧττον σφᾶς φίλους καὶ βασιλεῖ καὶ Ῥωμαίοις, ἐφ' οἷς καὶ ὅρκους ἀπαιτούμενοι τοὺς παλαμναιοτάτους ἐδίδοσαν, ἢ μὴν καὶ αὖθις ὑπὲρ Ῥωμαίων ..... καὶ ὅρκους ..... ἑτέραν βουλὴν

nuenses Constantinopoli degentes destinatum iis regendis ab ipsorum metropolis senatu magistratum supremum, quem dicunt Abbam, voce praefectum aut praepositum sonante. hic praeditus auctoritate in populum est eius simili quam olim apud Romanos praetor populi habebat. huius occasione adventus, consultantes de rebus suis Galatini Genuenses uno assensu convenerunt necessario sibi faciendam cum Amogabaris pacem: aliter enim quam iis per ea loca praevalentibus in compositionem secum adductis, liberas ipsis ac securas non fore navigationes Euxinum versus ad emporia illarum partium, e quorum commerciis spes ac rationes mercaturae, cui potissimum vacabant, magna ex parte penderent. eo consensu et rei verisimilitudine ipsius Abbas motus legationem ei paci tractandae per se obeundam ad Amogabaros suscepit. indicatum id consilium imperatori est tum maxime, ut dictum est, intento excogitandis modis resistendi Amogabaris. exercitum enim iustum, quem iis opponeret, nec habebat ad manum nec unde cogeret suppetebat. tantum quidam levis armaturae ordines supererant; quos magnus hetaeriarcha Ducas exercitus totius, antequam dissiparetur, dux, reliquas adhuc habebat, ad usum furtivarum dumtaxat excursiuncularum: haud enim palam ostentare ex adverso frontem tam multis tam paucos belli ratio aut communis prudentia sinebat. haec cuncta secum imperator reputans primum experiundum putavit, ecquid revocare Genuenses a consilio pacis Amogabaricae posset. misit ergo qui eam dissuaderent; quibus cum esset responsum a Genuensibus necessariis se causis ad eam tentandam conventionem trahi, nec fraudi eam Romanis aut imperatori fore, quibus amici et fidi esse ut antea non desisterent, postquam indemnem in loca ipsis opportuna transitum ab hostibus Romanorum pepigissent, prout suorum rationes mercimoniorum flagitabant. post quae rogati ut saltem iurisiurandi fide interposita caverent se non adiuturos adversus rem Romanam Amogabaros, aut quidquam hoc toto in negotio acturos abhorrens ab obsequio imperatori a se debito et ad extremum uti hactenus exhibendo, illi haud ea-

ὁ κρατῶν προσανετίθει τῷ ἡγουμένῳ καὶ τὴν παρ' αὐτοῦ πρεσβείαν πρὸς Ἀμογαβάρους, ἐφ' ᾧ ἐθέλοιεν χρημάτων μεγάλων D
καὶ τιμῆς τῆς προσηκούσης καὶ κυβερνήσεως, ὡς καὶ ἀναδοχῆς ἀξιοῦσθαι τοὺς βασιλεῖ δουλεύειν θέλοντας, διαλύεσθαι. καὶ
5 ταῦτα προσαναθεὶς τῷ ἀββᾷ ἐκπέμπει· καὶ τῇ μεταξὺ διημερεύσει ἀνακωχῇ ἦν, εἰ καὶ ἄλλο τι ἐσκευαγώγει πρὸς πόλιν, καὶ ὁσημέραι λαὸς καὶ ζῶα ἐντὸς τοῦ ἄστεος ἐπληθύνετο, ὡς καὶ τὰ περιττὰ τῶν ζώων σφαγῇ καὶ μαχέλλῳ δίδοσθαι. ἀλλ' ὁ μὲν
ἀββᾶς ἐπιστάς, καὶ ἐφ' ἡμέραις τὰ τῆς πρεσβείας μεταχειρίζων, P 436
10 οὐδὲν ἧνυσε πλέον, οὔτε ἄπρακτος ὑποστρέφει, πολλά τε καὶ ἀτάσθαλα καὶ γε μὴ οἷά τ' ἂν γενέσθαι ἀπαιτοῦντος τοῦ Ῥομοφόρτου. ἐβούλετο γὰρ καὶ τόπους καὶ σώματα καὶ φρούρια ἀπεμπολεῖν πρὸς βασιλέα μεγάλων χρημάτων, καί γε προσαπῄτει καὶ τὰς μισθοφορίας. εἰ δ' οὖν, ἄλλας χώρας σπεύδει λαβόντα κα-
15 τέχειν, καὶ ἄλλον ἐπιβάλλεσθαι ὃν ἂν δύναιτο τρόπον ἀντιπάλων, καὶ ἐς τέλος διαμάχεσθαι διετείνετο. ταῦτα καὶ ὁ κατὰ τὸ Μά- B

10. οὔτε] ἀλλ'? 14. σπεύδειν?

ctanter sibi suisque capitibus horrenda sunt imprecati, si secus facerent. tum demum imperator procinctum iam ad iter versus Amogabaros Genuensem Abbam suum quoque ad eosdem legatum instituit, dans in mandatis ut eorum primoribus a se offerret pecunias plurimas, honores et praefecturas illustres, affinitates quin etiam, et quidquid a se optare maximum possent, si suorum eos qui vellent imperatori militare, ut prius, constitutae pactione mercedis id libere sinerent facere. his Abbae commendatis eum dimittit. interimque sibi quadam expectatione successus ex eo tractatu prosperi blandiens in quibusdam quasi curarum induciis paulisper acquievit, non tamen placide, obstrepente utique continuo et magis semper magisque increbescente tumultu concursantium trepide in urbem, Amogabarici belli terrore, rusticorum, greges armentaque prae se agentium sua. unde animalibus et plebe inopi cunctae iam urbis viae refertae visebantur. minuendusque necessario esset pecoris extra pascua macrescentis numerus, ingenti bestiarum esui humano aptarum multitudine in macellis quotidie mactanda. at Abbas multis diebus apud Amogabares commissa tractando moratus, quod res quidem attineret Genuensium suorum, non sine operae pretio rediit, de pace autem cum Romanis nihil prorsus impetravit, multa improba et facultatem modumque omnem excedentia flagitante Romoforto. petebat enim ut ex se ac suis, priusquam e locis emigrarent quae tenerent, numerata pecunia imperator oppida urbes arces singulas, praetereaque quotquot Romani generis captivos in custodiis servarent, redimeret. iubebat item reddi ad exactum militibus stipendia cuncta retro debita. ni haec fierent, denuntiabat se, praeter quas iam occupassent urbes et arces, reliqua pariter loca subacturos, neque ullum hostilitatis in Romanos exercendae omissuros genus, atque in istis proposito et conatu bellandi ac praeliandi perseveraturos ad extremum irrevocabiliter. similia respondit Madyto, ubi erat, alius dux La-

δντον Φαρέντα Τζιμῆς πέμπων ἀπέλεγεν· εἰ γὰρ ἡμερώτερον οὕτος παρὰ τὸν Ῥομοφόρτον τοῖς Ῥωμαίων πράγμασιν. ἐκεῖνος ἅμα Τούρκοις καὶ τοῖς ἰδίοις, ἔτι δὴ καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἀποστατήσασιν ἐξ ἀνατολῆς, οἳ δὴ καὶ κουρᾷ τριχῶν καὶ γενείου Ἀμογαβάροις ἐξοικειοῦντο, οὔπω καλῶς τὰς ἀποκρίσεις τοῦ ἀββᾶ δόντος, διατάξας τὴν στρατείαν κρότῳ κερῶν μέχρι καὶ τῆς πόλεως ἤλαυνε. καὶ ἦν ἐντεῦθεν βλέπειν σκευαγωγοῦντας τοὺς ἔξω
C καὶ αὐτοὺς δὴ τοὺς ἐν περαίᾳ κατῳκημένους, ὡς νύκτα καὶ ἡμέραν ἀνὰ τὰς τῆς πόλεως πύλας συνθλιβομένους δυσχερῶς διεκπαίειν αὐτοὺς καὶ ζῶα παντοῖα, καὶ πολλοὺς ἀνὰ τὰς τῆς πόλεως κεῖσθαι ῥύμας ἀφεμένους τῶν ἔργων. τότε ὁ μὲν πατριαρχεύων ὁσημέραι τὰς λιτανείας ἐντὸς τῆς πόλεως ἐπεδαψιλεύετο, βασιλεὺς δ' ἐπαμηχανῶν τοῖς φημιζομένοις, ὅτι καὶ οὐκ ὀλίγος ἐπίπρακτο φόνος, οἷς ὑστερεῖν συνέβαινε τῶν ἐπὶ τῆς πόλεως ἅπτεσθαι, (αἱ γὰρ δυνάμεις ἐπιλελοίπασιν) ἢ θεῷ τὴν δίκην ἀνατι-
D θέναι καὶ παρ' ἐκείνου ζητεῖν τὴν τοῦ ἐκκεχυμένου ἀδίκως ἐνδίκη-

1. εἰ] εἶχε?

tinorum Pharenda Tzimes, excusans per missum privatim ad imperatorem se, si mitius quam Romofortus agere cum Romanis vellet, praeterquam in sese potentiorem concitaret, etiam nihil in summa profecturum, quoniam quae Romoforto propriae parebant copiae, triplici genere constantes, Turcorum Amogabarorum et transfugarum in eius castra ex Orientali continente Romanorum, qui tonsura capillorum et rasura barbae sese Amogabaris similes fecerant, ut ex ea esse gente viderentur, istae, inquam, adeo numerosae ac fortes copiae, abunde, se quantumlibet cessante, sufficturae forent ad bellum atrox in imperatorem continuandum. vixdum ea tristia responsa redux Abbas Augusto reddiderat, cum duces Amogabarorum ordinato exercitu iter recta Constantinopolim pronuntiarunt, processeruntque statim, instructam promoventes aciem solito lituorum et cornuum cantu. fama eius expeditionis momento sparsa, videre passim erat quotquot degebant extra urbem festinatione maxima vasa colligere, cumque suis quosque sarcinis trudere se in portas urbis aegre turbam consternatorum in fugam capientis. unde et traiecto multi freto, aliique neque in adversa se tutos continente rati, aditum tentabant intra muros Peraeae, sua quoque prae se agentes animalia, ac dense simul cum iis confertim penetrabant. strataeque cernebantur viae passim urbis ac plateae otiosa iacentium multitudine rusticorum, intermissis agri operibus male illic feriantium. his malis patriarcha non alidd quam consuetum ipsi remedium adhibebat suarum litaniarum, iis tunc instantius quotidie intra urbem frequentandis. imperator autem exanimatus diris nuntiis (nam caedes obiter ferae crebraeque ab Amogabaris factae memorabantur, una his consolatiuncula admixta, quod iis ne pervenirent Constantinopolim, quo iter intenderant, aliquid obstitit) his, inquam, attonitus imperator indiciis aliis super alia ingruentibus cladium, destitutas copiis, unum quod erat reliquum tenebat, ut deo ultionem earum iniuriarum reservaret, peteretque ab eo quam solus posset sumere vindictam effusi in-

σιν αἵματος ὅμως δὲ καὶ τὰ δυνατὰ οἱ πρὸς τὸ παρεστὸς οὐκ ἠμέλει ποιεῖν. τῷ γὰρ Δούκᾳ καὶ μεγάλῳ ἑταιρειάρχῃ ἐξ ἀξιώματος συχνότερον πέμπων ἐπέσκηπτε κατ' ἴχνος ἡρέμα τοῖς ἀλάστορσιν ἕπεσθαι, ἐπεὶ οὐ δυνατὸν ἦν κατὰ πρόσωπον παντὶ τῷ συστήματι ἀντιτάττεσθαι. ὅθεν καὶ οὗτος μὲν ἐμπίπτων πολλάκις ἐξ ἀφανοῦς τὸ οὐραγοῦν ἐζημίου, ἐκ δὲ Τζουρουλοῦ οἱ ἐντὸς ἀναθαρσήσαντες ἀνδρικώτερον προσβάλλουσι Ῥαιδεστῷ καὶ κακῶς τοὺς ἐκεῖ δρῶσι, πρὸς τῷ καὶ λείαν ἱκανὴν περιβαλέσθαι. ὃ δὴ καὶ γεγονὸς δῆλον, ὡς ἔδειξε, τοῖς ἐχθροῖς, οἱ δὲ πρὸς τὸ τυχὸν λαβόντες ὀπισθόπους τὴν πορείαν πεποίηντο. οὐ μὴν δ' ἀλλὰ οὐδ' οἱ καθ' ἑῶ τῆς περάας Τοῦρκοι καλῶς ἀπηλλάττοντο, ἀλλὰ πολλάκις προσέβαλλον καὶ πολλοὺς κακῶς ἐποίουν εἰς τρυγητὸν ἐξιόντας, ὥστε καὶ τοὺς ἐν τῷ Ἱερῷ ἀναγκαζομένους, ἐπεί ποτε καὶ ἐντὸς ἐκεῖνοι λαθόντες ἐγένοντο, εἰ καὶ αὖθις φοβηθέντες ἐξῆεσαν, οὐχ ἱκανοὶ τὸ πλῆθος ὄντες κατέχειν τὸ φρούριον, καταβολαῖς τεταγμένων τελῶν τὰς σπονδὰς ὠνεῖσθαι. τοῖς δὲ καὶ κατὰ τὴν Μηλέαν τραχυνομένοις καὶ πολλοῖς ἐν αὐτῷ συστᾶσι τὸ ἐκεῖ μάχιμον ἐμπίπτει καὶ ἐπὶ τοῦ προτερήματος γίνεται, ὡς τῆς

E

P 437

que sanguinis. non negligebat tamen administrare ex usu praesenti, quod poterat. Ducam enim, magnum hetaeriarcham titulo dignitatis vocitatum, crebris admonuit nuntiis ut a tergo ex occulto et protecte vestigiis exercitus Amogabarici versus urbem tendentis insisteret; et quoniam ad ei se ex adverso opponendum vires idoneas non haberet, imminendo a dorso, quadam illis respiciendi cura, moram saltem aliquam ac solicitudinem inficeret. his ille mandatis obtemperans improviso identidem carpebat postremum agmen ex tuto irruens; qua ratione saepe illi contigit non modica inferre Amogabaris damna. sub hoc tempus qui intra Tzurulum erant, ex recessu exercitus Amogabarici sumpta fiducia, forti erumpentes manu Rhaedestum nuper ab hoste occupatum adoriuntur, et castro potiti repertos illic male multarunt, haud parvae praeterea compotes praedae, quam hostes ex rapto congesserant. id nuntiatum exercitui versus urbem, ut dictum est, eunti novi eius ducibus consilii occasionem dedit: retro cedendum enim putaverunt, differendamque in tempus aliud oppugnationem urbis. interim nec qui continentem Orientalem dudum infestabant Turci vim crudelem remittebant, sed multis nunc cummaxime assultibus tentabant arces, multosque caedebant ad vindemiam necessario ex urbibus prodeuntes. itaque qui castrum dictum Hierum nostri tenebant, coacti sunt pacem facere cum barbaris tributi pendendi pactione. quippe Turci clam semel in eam arcem penetraverant, non tamen idoneo numero ad eam occupandam; unde territi retulerunt pedem. verum hoc eventu Hierenses admoniti et de voluntate hostium ipsos invadendi et de sua impari eis repellendis, ubi maiori multitudine redissent, potentia, optimum factu putarunt cladem certam conventione qualicumque praevertere, securitate vivendi nummorum impendio redimenda. Meleam quoque arcem qui tenebant nostri, vicinia barbarorum aspere premebantur, plurimis eorum in proximo stationes habentibus: sed quod illic erat robur militiae Romanae,

αὐτῆς σχεδὸν ἡμέρας φήμας ἀγαθὰς τὸν πρατοῦντα καὶ ἀμφοτέρωθεν δέξασθαι. ἔδοξε δὲ ταῦτα τῶν συχνῶν ἐκείνων λιτανειῶν
B τοῦ πατριαρχεύοντος κάρπωμα, καὶ ἦν ἐντεῦθεν τοῖς γεωργοῦσιν ἐξιέναι κατὰ σπορὰν τῶν καρπίμων, εἰ καὶ αὖθις ἔνθεν μὲν ἡ τῶν ἐχθρῶν προσδοκία καὶ ὁ ἐκεῖθεν φόβος, ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ κεκωλῦσθαι σπείρειν, οὕτω τῆς περὶ τὸν βασιλέα δοκιμασάσης βουλῆς ὡς μὴ τοῖς ἐχθροῖς ἐς νέωτα σπείρειν, ἀριστοτέρας τὰς ὁρμὰς σφῶν ἐπόλει, καὶ οὐκ ἀπεθάρρυνν τοὐμφανὲς τὴν ἐξέλευσιν. διὰ ταῦτα καὶ τὰ τοῦ ἀρότου ἠπράκτουν, καὶ λιμὸς ὁ βαρύτατος ἠπειλεῖτο τοῖς ἡμετέροις, κἂν τοῖς ἐχθροῖς βαρείας χεῖ-
C ρας ἐφεῖναι τούτων προσεδοκᾶτο, μηδὲ τούτοις σπείρουσι. πλὴν Ὀσφεντίσθλαβος μὲν τῆς εἰρήνης ἐδίψα, καὶ κῆδος πρὸς βασιλέα συντιθέναι ἤθελεν, καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν πατριαρχεύσαντα Ἰωάννην (ἐκεῖ γὰρ κἀκεῖνος συνεάλω Σωζοπολίταις) μεσίτην πρὸς βασιλέα περὶ τῶν ζητουμένων προυβάλετο. βασιλεὺς δὲ ὑπερτιθέ-
μενος ὅμως τῆς ἀνάγκης ἥττᾶτο, καὶ πέμπων τὴν εἰρήνην ποιῶν κατὰ τὸ αὐτῷ βουλητὸν ἐδοκίμαζεν. ἐκεῖνος γὰρ ἐν τῶν θυγα-
D τρίων τοῦ βασιλέως Μιχαὴλ ἐζήτει λαβεῖν· ἃ δὲ προὔφθασε τῶν

7. σπείροιεν, ἀρρωστοτέρας? 11. τούτων] τοῦτον?

in eas Persicas irruentes copias de iis victoriam retulerunt. cuius utrinque successus, et Hieri pactione redempti et Meleae vi liberatae, lustos ambos uno die nuntios imperator accipiens, fructum hunc tandem apparere incipientem esse credidit crebrarum illarum patriarchae litaniarum. inter haec vero appetente sementis tempore cultores agrorum hinc quidem exire urbe gestiebant ad necessariam rure operam vocati: inde autem eodem hostium terrore, quo fuerant intra urbem compulsi, ne rursus eo pergerent unde vix salvi evaserant, pari exitii periculo nunc quoque illic perdurante, tenebantur. pendenti sic in ancipiti sententiae momentum in cessandi partem imperatoris auctoritas addidit. is enim censens sementem cessuram in commodum hostium, qui campi domini segetes olim maturas essent in potestate habituri, consultius existimavit non periclitari rusticos de vita in opere sibi et Romanis inutili, barbaris dumtaxat profectura. ita est in hunc annum frumenti satio praetermissa, nostris inde in magno famis metu versantibus; quam una consolatio temperabat e spe debilitationis ipsorum hostium proventu messium deficiente securturae. nam ipsos haud daturos per se operam agris seminandis confidebant; unde fiebat verisimile difficultate annonae graviter laboraturos. caeterum Ospheutithlabus pacem sitiebat, admoveri familiae Augustae affinitatis necessitudine cupiens. ergo habens in potestate Ioannem expatriarcham cum Sozopolitis captum, eum interpretem suorum apud imperatorem desideriorum misit. cunctatus aliquandiu ad eam propositionem Augustus est: vincente tamen tandem negandi consilium necessaria tali tempore minacedorum imperii hostium cura, misit qui assensum ad eius quaesita suum afferrent. petebat autem dari sibi coniugem unam e filiabus Michaëlis Augusti iunioriâ. quae autem occupaverat Romana oppida reddere ab-

πολεμάτων κατασχεῖν, οὐκ ἀπέλυε μέν, ὅμως γε μέντοι τοῖς νέοις καὶ ὁμοζύγοις διενοεῖτο ταῦτα διατηρεῖν. βασιλεὺς καὶ ἄλλως θέλων πράττειν τὸ συνάλλαγμα ἐκεῖνον ἀνέβαλλε. καὶ ἐν τοσούτῳ ἐκεῖνος μετέωρος ὢν τὸν ἐκεῖσε στῖφον διαπλώϊζεσθαι καθυφίει, καὶ οὕτω Ῥωμαῖοι ἐσιταρκοῦντο, καὶ φάρμακον ἦν τοῦ λιμοῦ τὸ πραττόμενον.

28. Τὰς δὲ δυνάμεις οἱ Ἀμογάβαροι ἀεὶ κατὰ Θράκην P 438
ἐκίνουν, καὶ τοῖς κατ' αὐτὴν φρουρίοις προσέβαλλον, καθὼς καὶ Βρύσει τῇ λεγομένῃ· ἀλλὰ ταῖς ἔνδοθεν ἀντοχαῖς οὐκ εἶχον ὅ τι ποιοῖεν. μᾶλλον μὲν οὖν καὶ προσεζημιοῦντο ἀφιππευόντων ἐπὶ σφᾶς ἐκείνων, καὶ περιγενομένων πολλάκις τῷ ἀκμῆτας προσβάλλειν καὶ κραταιότερον διαμάχεσθαι. ἐκεῖθεν τοίνυν οἱ ἀμφὶ P 439
τὸν Φαρέντα Τζιμῆν ἐπὶ Βιζύης προῆγον, ἅμα Πέρσαις πλείους γενόμενοι. καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν μέγαν τζακούσιον τὸν Οὐμπερτόπουλον, πλείους τῶν διακοσίων ὄντες ἱππεῖς, ὀλίγοι τὴν πρὸς πολλοὺς οὐκ ἐθάρρουν ἀφίππευσιν καὶ τῷ φρουρίῳ ἐγκεκλεισμένοι παρέμενον. ἀλλὰ τὸ ἐκεῖ πλῆθος λῆμα λαμβάνει ἀρεϊκόν, καὶ περισιάντες τὸν ἄγοντα ὅῆλοι ἦσαν, εἰ ἐκχωροίη ἐκεῖνος, πολε-

6. λοιμοῦ P. 10. ἐφιπ.? 11. περιγιγνομένων?

nuebat, causans liberis se ex destinato coniugio suscipiendis, et ipsis ex imperatoris domo futuris, illa servare. nec factum nec facti ratio satis Andronico probabatur; volebatque omnino aequiori conditione contrahi. itaque responso differendo negotium extrahebat, haud tamen spem praecidens, cunctatione Romanae tunc rei perutili. nam Osphentisthlabus interim, dum pendet in ambiguo conventionis ab ipso tractatae successus, frumentum quo abundabat Bulgaria inde asportari plenis navibus Constantinopolim permisit. quod praeterquam opportunum penuriae iam illic prementi subsidium, etiam formidatae in futurum fami quasi antidotus ac praesumptum in tempore fuit remedium.

28. Copias porro suas Amogabari incessanter per Thraciam movebant, circumferentes bellum in arces eius regionis, quas singillatim oppugnabant. inter has unam, cui Brysis nomen est, adorti acri eorum qui erant intus defensione redigebantur ad inopiam consilii, nihil invenientes quod proficeret ad votum, quin et damnis interim non mediocribus affecti. erumpebant enim in eos e castro equites, et plerumque superabant, quod et iuvenes robusti erant et summa contentione decertabant. inde igitur recedens Pharenda Tzimes Bizyem promovit suas copias, Persis obiter adiunctis numerosiores quam ad Brysin steterant. magnus illic tzaüzius Umpertopulus equites sub se habebat plures ducentis, sed quibus comparatione tanto maioris multitudinis hostium, impares sese ad iis aequo campo contra standum sentientibus, animus haud erat prodeundi; quare se clausos munitione continebant. longe diversis vigebat sensibus vulgus plebis Bizyensis, Martium spirans et impatientiam praeliandi cum vincendi fiducia ostentans. ergo praesidii ducem frequentes circumstabant,

B μησείοντες. ὁ δὲ τῷ σφῶν θράσει καὶ τῇ πολυχειρίᾳ καταγηγενθεὶς (εἰς χιλιάδας γὰρ συνεπλήρουν τὸ πεζικὸν) τοὺς ἱππεῖς συντάξας ἅμα τόξοις ἐξήλαυνε. σῶφρον τοίνυν ἦν τὴν φαχίαν κατέχειν καὶ προμηθέστερον διακινδυνεύειν ἐκεῖθεν ταῖς ἀναχωρίαις βοηθουμένους· ἐπεὶ δὲ μοῖρά τις σφᾶς προσῆγεν ἀπολου-
5 μένους, ἀφέμενοι ταύτης ἐπ' ἀγχωμάλου τῆς ἐκεῖ πεδιάδος ἱππεῖς ἅμα πεζοῖς παρετάττοντο. καὶ δὴ τῶν πολλῶν προλοχιζόντων, τῶν Περσῶν σόφισμα, ἱππεῖς μὲν τὰ πρῶτα ἐπαράττουσι
C τοῖς φανεῖσιν. ἀλλ' οὔπω καλῶς ὤφθησαν κατὰ στόμα κινδυνεύοντες, καὶ ὁ λόχος ἐμφανὴς ἦν, καὶ δειλίᾳ συσχεθέντες ἀνὰ
10 κράτος ὑπέστρεφον φεύγοντες. καὶ μυρίῳ πλήθει προσπαίσαντες τῶν πεζῶν ἐλεινῶς, ποιμνίων δίκην, κατέσφαττον, ὡς πεσεῖν πολλοὺς αὐθωρόν, ὅτε καὶ περὶ τῷ φρουρίῳ οἱ ἐντὸς δείσαντες καὶ γυναῖκας αὐτὰς εἰς ἄνδρας μετασκευάσαντες κατὰ φυλάκων δῆθεν εἰς δεῖγμα ἐπὶ πύργους ἐφίστων, μέχρις οὗ βασιλεὺς
15 ἀκούσας καὶ περιαλγήσας τῇ συμφορᾷ, πέμψας τοῖς προσήκουσι

3. σώφρων P. 8. τῶν] τὸ? 14. κατὰ] ἀντὶ?

orantes ut erumpere in hostem se sineret. ille deceptus tam alacri significatione audaciae, simul etiam numero eorum fretus (nam aliquot peditum millia ex his videbat posse confici), armat illos et ordinat, praeposito in fronte armato arcubus equitatu. ita omnes emittit, pro sua ipsis militari prudentia magnopere praecipiens ut in lata, quam monstrabat, crepidine rupis eminentis hostem operirentur, indeque circumspecte ac vitato quam possent providentissime circumventionis periculo praelium inirent. ita ille sapienter, sed inutiliter. illi enim, quasi fato quodam suo perituros in paratum exitium urgente, temere omissa loci superioris securitate ultro in subiectam, equites simul peditesque, descendentes planitiem, aequo se campo instructae hostium aciei obiecere. illic eos expectabant delitescentes more ipsorum in insidiis copiae Persicae auxiliares Latinarum. tegendo tamen dolo turmae quaedam apparebant; in quas simul nostri equites fecerunt impetum, statim e latebris insidiatores exurgentes horrendam inevitabilis undique periculi faciem ostendere nihil minus opinantibus. unde hi subito despondentes animos retro consternati refugerunt. iter erat fugae nullum aliud quam acies conferta sequentium peditum nostrorum. per eam ergo incitati fugacium equi dum rumpunt aditum, contigit stipatam multitudinem miserabiliter conculcari ac velut agnos in ovilibus lupo irruente mactari: nam multos ipsa hora primus hic nostrorum impetus occidit; reliquos superveniens hostilis acies delevit. quo luctuoso perculsi spectaculo qui intra Bizyam stabant, iure metuentes ne victores, arbitrati nullo iam (quod vere ita erat) praesidio defendi arcem, eam undique insilientes facile caperent, istam ipsis demere opinionem studuerunt mulieribus virili veste indutis et armatis e pinnis procul turrium idoneo tutandae urbi ostentandis numero. ea falsa specie lucrifactum est spatium admonendi de Bizyae periculo imperatoris. quo ille audito, et clade videlicet tanta deplorata, submisso novo praesidio

τὸ φρούριον κατωχύρωσεν. ὁ δέ γε πατριάρχης, καὶ ἀρχιερεῖς D
καὶ τοὺς τιμίους τοῦ κλήρου ἐκποδὼν ποιησάμενος, καθηγουμέ-
νοις μονῶν ἐχρᾶτο συνέδροις εἰς κρίσεις, καὶ τούτοις μὲν τὰ ἐκ-
κλησιαστικὰ συνδιέφερεν. οἷς δή, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῖς μοναχοῖς
ἅμα πρεσβυτέροις καὶ τῷ λαῷ, ἑκάστης ἑβδομάδος συνελιτάνευεν,
τετρεμαίνειν ἀξιῶν καὶ περὶ αὐτῆς τῆς πόλεως, καὶ πρόσθε παί-
δων καὶ γυναικῶν ἵστασθαι δεομένους θεοῦ. δέησις μέντοι δι-
καίων καὶ λαοῦ ἁμαρτία ἀντιταλαντεύειν τὰ ἡμέτερα ἔδοξαν, ὡς E
ἃ μὲν ἐζημίωντο, ἐξ ἁμαρτίας καὶ ζημιοῦσθαι, ἃ δὲ ἦσαν, ἐκ
τῆς τῶν δικαίων δεήσεως περισώζεσθαι. καὶ τὰ μὲν τῆς θείας
ὀργῆς δῆλα ἦσαν καὶ ἐωρῶντο· ὁπόθεν δὲ καὶ τίσι τοῖς πλημμε-
λήμασιν ἐξεκαίετο, ἐπιεικῶς ἄδηλον ἦν, ἄλλων ἄλλα αἰτιωμένων.

29. Τότε καὶ Ἰσαὰκ Μελήκ, ᾧ δὴ καὶ κατὰ Πηγάς, πό- P 440
λιν παραθαλάσσιον, ἡ νυμφαγωγία ἠτρέπιστο, συγκείμενον σφίσι
τοὺς πέραν Πέρσας διαπερᾶν καὶ οὕτω τοὺς γάμιους διατελεῖσθαι,
παραλαβών τινας τῶν τῆς αὐτοῦ δυναστείας αἱρετιστῶν, τὰ στενὰ
τοῦ Ἑλλησπόντου ἔδει διαπερᾶν καὶ αὐτοπροσώπως Πέρσας δου-
λαγωγεῖν. μέντοι γε καὶ πορθμείου τυχών, συνάμα τισὶ διαπε-

illud oppidum munivit. patriarcha interim episcopis et illustrioribus e clero quibusque per artes et iniurias varias qua eiectis qua ultro abire compulsis solus iam reliquus, praepositis monasteriorum assessoribus in conventibus et iure dicundo utebatur, paratoque illorum assensu de rebus cunctis ecclesiasticis pro libitu statuebat. cum iisdem greges una trahentibus subiectorum cuique monachorum, adhibitis simul presbyteris et populo, singulis hebdomadis litanias celebrabat, adhortans ut pro urbe iam periclitante soliciti divinam ei opem exorare conarentur; curarent etiam patresfamilias excitandis ad idem domesticis, ut mulieres ipsorum et liberi pro se quisque in orationibus perseverantes deo pariter propitiando intenderent. caeterum preces iustorum et peccata populi quasi paribus et neutro neutrum exuperantibus momentis quodam in aequilibrio res nostras suspendebant, ita ut quae damna quotidie ingruerent, propter peccata inferrentur, quae adhuc incolumia durarent, precibus iustorum crederentur servari. ac gravem quidem in nos flagrare iram numinis, manifestissimis et nulli non clarissime perspectis experimentis constabat. unde autem et quibus scelcribus illa inflammaretur, admodum erat obscurum, aliis alia culpantibus.

29. Tunc Isaacius Melecus, cui ad Pegas urbem maritimam sponsae deductio praeparabatur, in eo erat ut iuxta conventa Persas ex Occidua continente in Asiam reduceret, et sic nuptias ipsi promissas in praemium celebraret. sincero igitur animo pacta exequendi, sumptis secum quibusdam magnae apud gentem Persicam existimationis viris, quorum auctoritas valitura putaretur abducendis a societate Latinorum popularibus ipsorum, cum iis occasionem traliciendi commodam nactus in litus Occiduum ex Asia transfretavit. persuadereque aggressus quod volebat

ραιωθεὶς πείθει Πέρσας, καὶ μᾶλλον οἷς αὐτὸς φίλτατο, Ἀμο-
B γοβάρων ἀποστατεῖν. οἳ καὶ θαρρήσαντες παραυτίκα τοῖς ἄγουσι
τῶν Ἰταλῶν ἐπιτίθενται, καὶ δόλῳ πτείναντες ἀνὰ κράτος ἐπ' αἰ-
γιαλοὺς ἐφυγομάχουν, ὡς ταῖς τοῦ βασιλέως ναυσὶ περαιωθησό-
μενοι. ὃ δὴ γνωσθέν, ἐκθυμότερον ἢ ὡς ἔδει ἐλάσαντες Ἀμο-
γάβαροι προσβάλλουσι φυγάσιν ἐκείνοις. κἂν τῆς Εὐδήμου μά-
χης συστάσης πίπτουσι μὲν καὶ τῶν Ἰταλῶν οὐκ ὀλίγοι, ἀλλ' ὅ-
μως ὑπὲρ τοὺς διακοσίους τῶν Περσῶν πεσόντων κατὰ κράτος
C σφῶν αὐτοὶ περιῆσαν. ὡς δὲ καὶ αὖθις Πέρσαι πρὸς ἐκείνους
ἀπέκλινον, οὐ πρότερον αὐτοῖς ἐνεπίστευον τὰ τῆς συμμαχίας,
πρὶν ἂν παραδοῖεν, οὐχ ὅπως τὸν Ἰσαὰκ Μελήκ, ἀλλὰ καὶ τὸν
σφῶν ἐξηγούμενον Ταχαγτζιάριν, ὃς ἰδίως ἦγε τοὺς Τουρκοπού-
λους, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τρίτον αὐτὸν τὸν αὐτάδελφον τοῦ Ἰσαὰκ
Μελήκ, ὡς φανέντι οἱ προστεθέντας. ὧν καὶ προδοθέντων τὸν
μὲν Ἰσαὰκ φιτρῷ καὶ ξίφει διεχειρίσαντο, οὐ μόνον αὐτὸν ἀλλὰ
καὶ τὸν αὐτάδελφον, τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἐν τῷ φονεύειν κατὰ
P 441 γῆς ἐπαλλάξαντες ὡς ἅμα τὴν τομὴν γενέσθαι καὶ ἀμφοτέρων.
εἶτα δὲ περιδύσαντες τὸ βασιλικὸν πρὸς ἐκεῖνον χρυσόβουλλον ἐπὶ
μάλης εὗρον ἐξηρτημένον, ὅπερ ἀναγνόντες σύναμα καὶ ἄλλους

18. ἐπὶ] ὑπὸ?

Persis illic militantibus, et sua apud sibi obnoxios et comitum apud alios gratia cito voti compos est effectus, ab omnibus facile impetrans ut ab Amogabaris deficerent. id illi confestim audenter sane sunt facere aggressi: ducibus enim suis Italis insidiati, eos astu circumventos occiderunt, moxque pro se quisque strenuo cursu fugam armati, et ulcisci obsistentes parati, versus maris littora intenderunt, ubi quaedam illos opperiebantur imperatoris naves, quibus tuto in Asiam deportarentur. id simul atque cognoverunt Amogabari, repente ira ingenti consurgentes institere summa vi fugacibus. deprehensos acri adorti praelio cadunt caedunatque vicissim, tandem tamen non paucis suorum amissis, sed Persis longe pluribus, nempe supra ducentos interfectis, haud dubie superiores evadunt, Persasque rursus in suam potestatem rediguut. hi cum aliud non possent, iterum inclinabant ad militandum Amogabaris, ut antea. verum ipsos hi admittere se velle in socios negarunt, aut omnino iis fidere, nisi prius sibi traderent non modo Isaacium Melecum, sed ipsorum quoque praefectum Tachantziarin, qui proprie Turcopulos ductabat, quin et tertium Isaaci Meleci germanum, quo maxime viso ad defectionem inducti putabantur. his traditis, Isaacio quidem iusso collum cippo apprimere caput gladio absciderunt; nec illum solum, sed et eius fratrem ferro pariter in cervicem impacto peremerunt, deiectis simul in terram capitibus amborum, quod uno tempore fuerat utrique ictus inflictus. truncos inde spoliantes imperatorium diploma munitum aurea bulla super humerum Isaaci pendens sub veste reperiunt; quo lecto in eo observant nominatim invitatos magnis praemiis propositis ad transeundum in partes im-

τοῖς τῶν κατὰ θύσιν ἐξηγουμένοις Περσῶν εὕρισκον, κἀθ' ὑποσχέσεις εἰ ἀποστατοῖεν μεγάλας, καὶ τὸ τοῦ Ταχαγτζιάρι ὄνομα· ἐφ' οἷς ἐκεῖνοι εἰς ἀπόλογον καταστάντες προφάσεις ἐπλάττοντο τὰς σφᾶς ὠφελούσας. ταύτῃ τοι καὶ τὸν φόνον μὲν ἀνεῖχον, φυλακαῖς δ' ἐδίδουν ταῖς ἀσφαλεστάταις. ὡς γοῦν καὶ αὖθις τὰ πεστὰ πρὸς Πέρσας λαβόντες καὶ δόντες ἔμελλον ἐπὶ Τζουρουλοῦ B ἐξελαύνειν, οὐκ ἄλλως συμπροάγειν σφίσιν ἤθελον οἱ Τουρκόπουλοι, εἰ μή γε τῆς εἱρκτῆς ὁ σφῶν ἐξηγούμενος Ταχαγτζιάρις ἀπολυθείη. καὶ γέγονε τοῦτο, μιᾶς γνώμης συνόλων, ὡς ἐῴκει, γενομένων, ὅτε καὶ δοξάντων εὐθὺ τῆς πόλεως ἐλαύνειν καὶ αὖθις οἱ ἐκτὸς ἐσκευαγώγουν, οὓς ἡ ἀρότου χρεία παραμένειν κατήπειγεν. ἀλλ' ἐκεῖνοι Τζουρουλῷ προβαλόντες ἐπὶ τοῦ ὑστερήματος ἐγεγόνεισαν, τῶν ἐντὸς ἀντεχόντων. Ταχαγτζιάρις δὲ νυκτὸς συνάμα πλείστοις τῶν Τουρκοπούλων ἀπὸ ῥυτῆρος ἤλαυνον C πρὸς Τζαράπην ἐπὶ Ἄπρῳ, καὶ προσεδέχθησαν ἐπιστάντες προϋπηργμένων ἐκ μηνυμάτων τῶν ὁμολογιῶν τῆς αὐτομολήσεως. οἱ μέντοι γε τῶν Περσῶν ἀπολειφθέντες ἐν Τζουρουλῷ, μαθόντες τὸ δρᾶμα, εὐθὺς ἀνὰ κράτος ἐπ' αἰγιαλοὺς ὡς διαπεραιωθησόμενοι φεύγουσι τῷ ταῖς ναυσὶ τῶν Ἰταλῶν χρήσασθαι. οὐ μὴν

16. ἐκ] εἰς P.

peratoris, praeter duces omnes Persas in Occiduo tum tracta militantes, etiam Tachantziarin. unde iniecta cunctis illis solicitudo est se viritim, ut quisque optime potuit, a cogitati transfugii suspicione purgandi. rationes ergo certatim ad id aptas congerentes allegabant, non prorsus inutiliter. per has enim impetrarunt dilationem caedis, contentis in praesens Amogabaris in custodias omnes condere securissimas. sic reconciliata sibi Persica militia, et ei vicissim ipsi quoque Latini placati ac iam denuo fidentes, cum vellent copias contra Tzurulum ducere, Turcopuli negarunt se ituros, nisi dux ipsorum Tachantziaris prius custodia liberaretur. concessum hoc illis est, ita ut universae iam copiae concordes et ad quidvis uno animo agendum satis ipsis paratae viderentur. hinc rursus didita fama est totum illum exercitum recta in urbem processurum; ex quo nova incessit trepidatio rusticos sementis causa faciendae rure hactenus moratos, ut convasarent ipsi iam quoque, seque ac sua intra urbis moenia conditum currerent. verum Amogabari tunc quidem oppugnationem Tzuruli aggressioni urbis praevertendam rati oppido se isti admoverunt, haud quali speraverant successu: valida quippe Tzurulensium defensione repulsi damna non parva patiebantur. hic capto tempore Tachantziaris cum plerisque Turcopulorum noctu aufugit, ad Tzarapen arci Apro dictae praefectum cursu contento se conferens. et admissus a praesidiariis intra castrum illud, facta prius idoneis indiciis fide veri transfugii ad partes Romanorum. Persae autem relicti ad Tzurulum, fuga Turcopulorum cognita, subito et ipsi versus littora fugiunt, ubi stare sciebant naves Italorum vacuas, quibus vi occupatis traiicere in Asiam se sperabant posse. hac ipsorum Itali perfidia comperta retro fugitivos in-

δὲ ἄλλα καὶ Ἰταλοὶ τὴν χλεύην μὴ ἐνεγκόντες κατόπιν διώκουσι.

P 442 Καὶ ἔδοξαν ἀγαθὰ ταῦτα Ῥωμαίοις, (30) καὶ μᾶλλον ὅτι καὶ Φαρέντα προσδόκιμος ἦν ἀποκλίνειν πρὸς βασιλέα ἐπὶ μεγάλαις ταῖς ὑποσχέσεσιν. ἀλλ' ἐκεῖνος ἤδη προσποιούμενος τὴν προσχώρησιν, Μπυριγερίου ἐκ τοῦ αἰφνηδὸν ἐπιστάντος ἐπὶ μεγίστου καράβου καὶ πολλοὺς τῶν ἱππέων ἐν αὐτῷ φέροντος, ἀσθενέστερος μὲν ἐγίνετο ταῖς ὁρμαῖς, ὅτι γε καὶ ἐκ Σικελίας
B ἐπαγγελίαι πρὸς Θευδερίχου συχναί τε καὶ μέγισται πρὸς ἐκείνους ἦσαν, εἰ ἐπιμένοιεν. ὅμως γε μέντοι οὐ δῆλος ἦν τὰ πρὸς βασιλέα προϋπηργμένα ἐξαθετῶν. καὶ πέμπων προηγουμένως μὲν περὶ τῆς ἀδελφῆς τοῦ βασιλέως τῆς Ἀσανίνης τὰ πάνδεινα διεμήνυε, προσαγγέλλων ὡς αὐτὴ πρὸς αὐτοὺς πέμπουσα τὸν οἰκεῖον αὐτῇ Κανναβούριον ἐξοτρύνει κατὰ βασιλέως ἐκ τῶν ὑπὲρ
C τοῦ Καίσαρος μηνιμάτων πάλαι. ὃ δὴ μαθὼν βασιλεὺς καὶ ζητήσας, καὶ ἐκ μέρους καταλαβὼν ὃ κατέλαβεν, δι' ὀργῆς ἐποιεῖτο τὴν αὐταδέλφην καὶ πέμψας ἐγκαθείργνυ τοῖς ἀνακτόροις, εἰς ἐντελεστέραν ἐξέτασιν τὰ κατ' αὐτὴν ἀναρτῶν. ἐκεῖνος δὲ τοὺς ἀνακομίσοντας αὐτὸν πρὸς βασιλέα πέμπων ὡς δῆθεν ἐζήτει, καὶ δύο ἐπὶ τούτῳ τριήρεις ἐξαπελύοντο. οἳ καὶ ἐπιστάντες ὥρμησαν

sequuntur, gratulantibus Romanis hostes suos civili invicem discidio commissos.

30. Sed et maior iis erat gaudendi causa, quod Pharenda Tzimes expectabatur mox in partes imperii transiturus, pellectus ad hoc ab Andronico ingentium promissione praemiorum. atque ille quidem fide, ut apparebat, bona profectionem ad Augustum adornabat suam, quando ecce improviso supervenit Mpyrigerius in nave maxima, multos secum equites adducens. hoc Tzimes appulso lentius iam administrare negotium visus est, consilio, ut est verisimile, priori novis spebus concusso: afferebant enim Mpyrigerii comites ingentes e Sicilia pollicitationes Theuderici, adhortantis ut bellum quod coeperant urgerent, missurum se quippe mox illis auxilia praevalida. nondum tamen prorsus larvam Pharenda deposuit, lactare adhuc imperatorem pergens sui propinqui expectatione accessus. quin ut haerere cummaxime sese iam conventis et Augusto bene velle luculentius ostenderet, indicavit ei per fidos a se missos Asanis viduam, eius sororem, clam ipsi nocere quam posset gravissime: venisse quippe ab illa ad se aliosque Latinorum duces missum isti fidissimum matronae Cannaburium, ad omnes in imperatorem concitandos; cui se infensam ferret ob necem olim illatam Caesari suo genero. ictus inopinato imperator indicio, inquisivit de re, ac partim ita esse ut nuntiabatur comperit. quare iratus sorori custodiri eam in palatio iussit, quoad plenius explorasset quidquid hic latebat, de causa ista iudicium suspendens. interim hoc quasi novo pignore de fide Pharendae certus, misit qui eum ad se venire, ut aiebat, cupientem honorifice deducerent. duae ad id profectae triremes in navigium, de quo diximus, Mpyrigerii forte inci-

ἐπὶ τὰν τοῦ Μπυριγερίου κάραβαν ὡς αἰρήσοντες. ἀλλ' ὁ Τζιμῆς D
πέραυας περιεποιεῖτο τὴν ναῦν, ἴδιον λέγων εἶναι τὸν ἐν τούτῳ
λαόν· μὴ χρῆναι δὲ πολεμεῖν τὴν πρώτην οἷς καταλλάττεσθαι
ἄρχοντας, ἀλλὰ σφῶν ἐξελθόντων προσβαλεῖν, εἰ θέλοιεν, ἕω-
5 θεν. ταῦτ' εἰπὼν ἐξηπάτα, καὶ χηλοὺς ὡς οἰκείους θησαυροὺς
μετά τινος στιβαδίου ἐξαποστέλλων τὰ πιστὰ ἐδίδου τοῖς λόγοις
ἐξ ὧν ἔπραττε δῆθεν. ἀλλὰ νυκτὸς ἱκανωθέντος πλείοσι πολε-
μάρχοις τοῦ καράβου, τὸ μὲν ἐπ' ἐκείνῳ σκέμμα τῶν ἡμετέρων
μάταιον ἐντεῦθεν ἦν, καὶ οὐκ ἐπεχείρουν τὸ σύνολον, αὐτὸς δὲ E
10 ἔδειξε μὴ ὑγιὴς ὢν τὰς πίστεις. καὶ διὰ ταῦτα ὑπόπτως καὶ
περὶ τῶν χηλῶν ἔχοντες ἀνοιγνύουσι, καὶ τὸν δόλον εὑρίσκουσι
φανερόν· ἄμμος γὰρ καὶ πέτραι τὰ πληρώματα ἦσαν, καὶ οὐδὲν
ἦν τὸ παράπαν ἀμφίβολον τοῦ μὴ φενάκην εἶναι τὸ πᾶν ὃ ἐκεῖνος
ἔλεγέ τε καὶ ἔπραττεν. ὅθεν καὶ κενοὶ πρὸς βασιλέα ὑπέστρεφον. P 443
15 Ἄλλος δέ τις ἐκείνων Φαρεντζανέζας, αὐτάδελφος τοῦ κα-
τασταντος δομεστίκου τῶν σχολῶν, Ἀμογαβάρου καὶ τούτου,
προσχωρεῖ βασιλεῖ σὺν πεντήκοντα· ὃν καὶ προσδεξάμενος ὁ αὐ-
τοκράτωρ τοῖς προσήκουσιν αὐτόν τε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἔστελλεν.
ὡς καὶ πρέσβεις ἐκ Ῥόδου ἐξαποστεῖλαι πρὸς βασιλέα φρερίους
20 ἐπὶ τῶν βασιλέως νηῶν, ἀξιοῦντας ἐκχωρηθῆναι σφίσι τὸ φρού- B

14. ἀπίστρεφον P.

dentes illud expugnaturae circumsteterant, nisi occurrens Tzimes suos esse diceret illius vectores navis, negans idcirco convenire initium exequendae reconciliationis a praelio cum reconciliandis conserendo ducere. caeterum se nocte inde suos extracturum. postridie mane posse illos navem illam iam suis amicis vacuam, si vellent, capere. haec loquens, ut cautius falleret, quasi ultro dans pignora Romanis suae benevolentiae sincerae, arcas aliquot sane graves in ferculo constipatas quodam, quibus claudi suos thesauros diceret, ipsis in triremi deponendas tradit. ea illi tanta velut arrha confirmati nefas putarunt de viri dictorum veritate dubitare. verum nocte insecuta centurionibus aliquot cum manipulis eorum in Mpyrigerii navigium introductis, id ita munitum postridie apparuit, ut elapsam sibi de manibus eius expugnandi occasionem sero iam trierarchae imperatorii sentirent, iidemque non sine causa suspectarent fraudem in eo quandam Pharendae versatam. cui suspicioni cum occurreret memoria pignorum datorum, subiit quosdam cura explorandi quid lateret in cistis traditis. has igitur ubi aperuissent, arena plenas et lapidibus reperiunt. ergo cubilibus iam ipsis perfidiae deprehensis, nihil dubitantes amplius quin nefariam proditionem pacificae conventionis obtentu Tzimes machinaretur, spei ac votorum irriti trierarchae ad imperatorem redierunt.

Alius tamen quidam ex ista gente, Pharentzanezas, frater eius qui constitutus fuerat domesticus scholarum, Amogabarus et ipse, transfugit ad imperatorem cum sociis quinquaginta. excepti ab eo cuncti sunt benevole ac munifice tractati. unde sumptis animis Rhodo inhiantes Frerii ipsis impositos imperatoris navibus legatos ad ipsum miserunt, per quos

ριον, ὡς μετ' ἀγάπης οἰκεῖν καὶ εἰς ὑποταγὴν τοῦ βασιλέως λογίζεσθαι, μαχομένους ἐκεῖθεν Πέρσαις, καὶ βασιλεῖ τριακοσίους τῶν ἀρίστων πολεμάρχων συγκροτοῦντας, ὅπου ἄρα καὶ προστα-
C χθεῖεν. (31) οὐ μὴν δὲ καὶ βασιλεὺς ταῦτα τούτοις ἐπείθετο, ἀλλὰ προσετοιμάσας καὶ αὖθις τὰς νῆας ἐπὶ Ῥόδου πέμπει τὰς δυνατὰ προσαρήγων Ῥοδίοις.

Τοῦ δ' αὐτοῦ μηνὸς Βοηδρομιῶνος κατὰ τὴν καινὴν κυριακὴν καὶ ὁ φυλακίτης Μελιτηνιώτης θνήσκει, τῇ ἐξ ἀρχῆς ἐπιμένων γνώμῃ ὥσπερ καὶ ὁ Βέκκος, μηδὲν πλέον πρὸς βασιλέως ἀξιώσας ἢ τὸ ἐπί τινι τῶν περὶ τὴν πόλιν ἀοικήτων νήσων ἀπαχθὲν τὸ ἴδιον σκῆνος ταφῆναι. ὃ καὶ γέγονε. καὶ εἰς τὴν Πλάτην ἐκκομίζεται καὶ εἰκαίως θάπτεται. μόνος δὲ τῇ φυλακῇ ὁ Μετοχίτης ἐγκαταλέλειπτο, μηδὲν καὶ αὐτὸς ἐνδιδοὺς ἔτι ὧν ἐξ ἀρχῆς ἐξείχετο.

P 444 32. Ἀμογάβαροι δὲ τὰ πολλὰ τῷ λιμῷ προυταλαιπωροῦντες (οὐδὲ γὰρ σπείρειν ἤθελον), ἅμα δὲ καὶ τῆς ἐκ τῶν θνησκόντων δυσωδίας μὴ ἀνεχόμενοι, Ῥαιδεστὸν καὶ Πανία καὶ τὰ τοῦ Γάνου καταλιπόντες παμπληθεὶ κατὰ τὴν τοῦ Καλλίου γίνονται. ἐκεῖ τοὺς ἐς φυλακὴν αὐτάρκη λιπόντες ὅλῳ ῥύτῆρι ἐπὶ Αἶνον καὶ Μεγαρίσιον γίνονται, ὅπου καὶ ἐξ ἀνάγκης καὶ ἐν-
B δείας προσβάλλοντες καὶ ῥιψοκινδύνως μαχόμενοι οὐδὲν ἧττον παρὰ τῶν προσχώρων ἐζημιοῦντο. καὶ πύστις ἦν πιστευομένη

orabant condonari sibi arcem eius insulae, in qua concorditer habitarent, eius imperio subiecti; quod si annueret, offerebant trecentos e suis experientissimos rei bellicae, ut non pugnare solum, sed praeesse aciebus et ductare exercitus perite possent. hos pollicebantur a se ituros ad Augustum, et quocumque vellet destinare, ad rem contra Persas manu et consilio gerendam profecturos. (31) non tamen haec illis imperator assensus est: quin et rursus paratas naves Rhodum misit, pro virili Rhodios adiuvans.

Eodem mense Aprili, ea die quae nova dominica vocatur, vetus hospes carceris Meliteniotes moritur, in prima sua, ut et Veccus, permanens sententia, nihil amplius imperatorem precatus nisi ut in aliqua desertarum insularum cadaver suum sepeliri mandaret. quod et factum est: nam in insulam Platen deportatum corpus eius ibi est tralatitie humatum. solus vero in carcere Metochita remansit, nec ipse quidquam adhuc remittens in iis quae a principio decreverat.

32. At Amogabari fame vehementer pressi (non enim seminare craverant) et morientium inde vulgata lue plurimorum foetorem non ferentes, Rhaedesto et Paniis, ac quaecumque ad Ganum tenebant, locis relictis, prono cursu ad Aenum et Megarisium se transferunt. ubi ob penuriam nihilo secius urgentem coacti aleam iacere certaminis, iniquo etiam loco pugnam lacessendo, ne sic quidem malis suis medebantur, non parvis ab illarum incolis partium damnis affecti. tunc fama increbuit ex opi-

ἐνίοις, καὶ τοῖς δοκοῦσι τῶν ἀκουόντων, ὡς τοῦ ποταμοῦ τῆς Μαρίτζης τὸ πολὺ τοῦ ὕδατος πρὸς θάλασσαν ἀποπτύσοντος καὶ βατοῦ ποσῶς γενομένου ποσὶ πρὸς Βολερὸν διαπεραιωθήσονται. ὅθεν καὶ πολλοὶ προφθάνοντες ἐξῴκουν ἐκεῖθεν καὶ τοῖς φρουρίοις ἐγκατεβύοντο, ὡς προνομῆς τύπον ἔχειν καὶ ὃν τόπον οὔπω τινὶ προενόμευσαν.

33. Ἑτέρωθεν κατ' ἀνατολήν, καὶ μᾶλλον περὶ τὴν C Νίκαιαν, δυσφόρως εἶχον τὰ πράγματα, τοῦ Ἀτμὰν κλονοῦντος τὰ τῇδε, καὶ μᾶλλον ὅτι ἡ αὐταδέλφη τοῦ βασιλέως Μαρία καὶ τῶν Μουγουλίων οὕτω πως δέσποινα ὀνομαζομένη ἐπιστᾶσα Νικαΐᾳ ἐξ ὑπερτέρου φρονήματος τῷ Ἀτμὰν προσεφέρετο, καὶ εἰς τὸν Χαρμπαντᾶν ἐπεγκαλεῖν δήλη ἦν ἀπειλοῦσα. καὶ γέγονε ταῦτα, καὶ μυριάδες τρεῖς, ὡς ἡ πύστις εἶχε, περί που τὰ ἑῷα μέρη Περσίδας ἐξεπέμποντο. καὶ πρὸς βασιλέα τὰ μήνυτρα ἔφθανον, καὶ βασιλεὺς πέμπων ἐπολυώρει σφᾶς συχνοῖς καὶ μεγαλο- P 445 πρεπέσι φιλοτιμήμασιν. οὐδὲν δὲ ταῦτα γωθέστερον τὸν Ἀτμὰν ἐποίουν καὶ περὶ τὰς πράξεις ὥσανεὶ προμηθέστερον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον παρώτρυνον, ὥστε καὶ Νικαΐᾳ προσβάλλοντα ἐκσπᾶν

2. ἐκποπτύσαντος? 11. τὸν P. 13. πίστις P. *ibid.* που] οὗ P.

nione verisimili multorum, a viris etiam prudentibus, ubi audierunt, facile credita, eos velle traiicere Maritzam amnem, sed quod scirent eum quo magis appropinquaret mari, eo altiori turgere alveo, loca de industria quaerentes fonti eius viciniora versus Bolerum tendere, ubi quadamtenus vadosus ferebatur, ut eum illic pedibus transirent. hoc qui circa tractus illos habitabant cognito, passim consternati deserebant domos, se suaque abdentes intra munitas arces, non alio quam maturae fugae praesidio tutos se futuros arbitrati a gravissimis malis, quae ab horum nota crudelitate non immerito timerent. ita nondum ullis vastata hostibus regio, vana trepidatione discursantium huc et illuc incolarum, eam praeferebat speciem quasi cummaxime a pabulatoribus magni exercitus passim diriperetur.

33. Aliunde per Orientem, et maxime circa Nicaeam, malo sane loco res erant, Atmane cuncta illic agente ferenteque, praesertim ex quo soror imperatoris Maria, Muguliorum domina vocitata, Nicaeae residens alto Atmanem despicere supercilio visa est, accusaturam se illum apud Carmpantanem fidenter comminata. nec minae fuerunt vanae: nam a compellato per Mariam Carmpantane triginta, ut fama fuit, armatorum millia ex interiori Perside versus Orientalem Romaniae limitem missa sunt. cuius indiciis rei mature ad imperatorem praemissis, studuit ille obviam venientibus mittere qui quam gratus sibi foret illorum adventus cunctis demonstrationibus benevolentiae et xeniis magnificis testarentur. sed nihil horum Atmanem terruit aut segniorem ad destinata exequenda reddidit. quin et aucto ex his impetu incumbere vehementius ad coepta strenue perpetranda videbatur. itaque infestum exercitum Nicaeae admovens agros primum circum undique vastavit, vineis excidendis, segeti-

μὲν ἀμπελῶνας, ἀφανίζειν δὲ λήϊα, καὶ τέλος προσβαλεῖν Τρικοκκίᾳ τῷ τῶν Νικαίων ἐπιτειχίσματι, καὶ περικαθίσαντα σὺν πλήθει παντὶ τῷ περὶ αὐτὸν τῶν Περσῶν πολλὰ μὲν παθεῖν ἐξ ἐκείνων ἀρειμανίων ὄντων καὶ μᾶλλον ῥυτήρων τόξων ἀρχῆθεν,
B τέλος δὲ τοὺς τάφρους, οἷς ἐθάρρουν, σταυροῖς ἀναχώσαντα καὶ πέτραις καὶ δένδροις καὶ χώμασιν αὐτοὺς παραστήσασθαι, καὶ φόνον μὲν πολὺν ἐξεργάσασθαι, ἑαυτῷ δὲ τὰ πιστὰ δοῦναι, ὡς γε ἐῴκει, πρὸς τὴν τῶν Τοχάρων, εἰ ἐπιστῶσιν, ἐπίθεσιν.

Θέρους δὲ ἦν ἀκμή, καὶ αἱ μὲν τοῦ βασιλέως νῆες περί που δέκα μετὰ τοῦ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ Μαρούλη πρὸς Θάσον ἐξαπεστέλλοντο. καὶ γὰρ ἐπιστὰς τῇ νήσῳ δυσὶ ναυσὶ πρότερον ὁ τοῦ Μανουὴλ Ζαχαρίου πιστοτάτου τῇ βασιλείᾳ θείου ἀνεψιὸς
C ἀπιστότατος, καὶ πειρατοῦ τρόπον ἐπιχειρήσας, αἱρεῖ τὸ φρούριον. ὃ δὴ καὶ ἀνακτίσας ὡς ἐχυρῷ ἐχρᾶτο φρουρίῳ, καὶ ἀπὼν διὰ τῶν οἰκείων κατεῖχε. καὶ διὰ ταῦτα βασιλεὺς ἐξαποστείλας τὸν ἐπὶ τοῦ στρατοῦ σὺν ναυσί, πρὸηγούμενον μὲν αὐτοῖς τὴν ἐπὶ τὴν νῆσον προσεδρίαν ἐπανετίθετο, ἐφ' ᾧ καὶ τὸ φρούριον παραστήσαιντο, ἐπέσκηπτε δὲ πολυωρεῖν καὶ πρὸς Ἄϊνον διὰ τοὺς

5. ἀναχώσαντες P.

bus corrumpendis; mox oppugnare aggreditur Tricocciam, arcem in Nicaeae vicinia munitissimam et velut propugnaculum eius civitatis. arta igitur id castrum, omnibus circum suis copiis dispositis, obsidione cingit. obtinebant eam arcem praesidiarii fortissimi et ex longo exercitatissimi arquitae; unde ab his summa vi repugnantibus multa et gravia pati damna milites Atmanis contigit. tamen hi trans omnia obstacula pergentes usque ad fossam processerunt profundam et latam, qua obsessi magnopere fidebant. at eam Persae decussatim connexis e trabibus super eam quasi pontem suspendentes, tum petras desuper, arbores, terrae cumulos et ruderum, mole ingenti devolventes, consequuntur tandem, et per illam sic constratam insilientes in muros Tricocciam vi ceperunt, caede immani repertorum intus edita. ea in munitione a se instaurata et praesidio sibi fidissimorum praevalido insessa perfugium habere se tutum ac paratum adversus omnes casus belli, quod imminere ipsi diceretur a Tocharis suppetias Augusto venientibus, Atman credidit.

Aestas porro erat summa; et imperatoris naves circiter decem, duce illis praeposito qui exercitui praefuerat, Marule, Thasum versus iussae solverunt. causa mittendi fuit, quod Manuël patrui vel avunculi Zachariae imperio fidelissimi nepos ex fratre aut sorore perfidiosissimus, in eam paulo ante insulam piratae ritu duabus navibus irrumpens, arcem in ea sitam occupaverat, denuoque diligentius munitam ut iam suam habebat, absens quidem ipse, sed vicaria sibi fidorum illic degentium potestate regens. hos ut inde pelleret, et imperio restitueret iniuste usurpatam insulam, quem nominavi, cum exercitu navibus vecto imperator ducem misit. ille, ut erat iussus, exposito in Thasum milite, illic immorans arcem amissam recuperare conabatur. fuerat autem illi praeterea impera-

Ἀμογαβάρους, ἐπεὶ καὶ οἱ περὶ τὸν Τζυμῆν, ὡς ἐλέγομεν, ἐπὶ τὴν Αἶνον γενόμενοι ἐπολιόρκουν καὶ ἐνεργέστερον ἐπεχείρουν, ὥστε καὶ ἀνορύττειν ἐκ μέρους τἀκείνης θέμεθλα, εἰ καὶ πέτρα D συμφύτῳ προσαράξαντες οὐκ εἶχον ὅ τι καὶ πράττειν. τέως δὲ καὶ οἱ ἔνδον, ἐνὸς τῶν τέχνην ὀρύττειν ἐχόντων προσφυγόντος ἐκείνοις, ἀνώρυττον ἔνδοθεν ἀντικρύ, καὶ προτερήσαντες αἴφνης τὸ ἀνορυττόμενον προσάξαντες τοὺς ἔξωθεν ἐκεῖ συνέσχον καὶ ἐξηφάνισαν. σιτηγεῖσθαι δ' ἤθελον, ὅτι καὶ λιμοῦ ἐκινδύνευον γίνεσθαι παρανάλωμα. ὅθεν καὶ μικράς τινας νῆας ἐξετοιμασάμενοι ἐς τὸ πέραν κατήπειγον τῆς Μαρίτζης, ἐφ' ᾧπερ ἐκ Βολεροῦ σιταρκοῖντο. αἷς δὴ καὶ κατὰ θάλασσαν ἐντυχόντες οἱ τοῦ E ἐπὶ τοῦ στρατοῦ ἐπὶ τὴν ἐπ' αὐτὰς ἐπέσπευσαν ὁλῳδιν, λιχνευσάμενοι πρὸς τὸ θήραμα. τάχ' ἂν καὶ κατηυστόχουν τῆς ἄγρας εἰς τέλος· εἰ γὰρ ὑφειπότων τούτων τῆς ἑλκυσίας ἐκεῖνοι ἀνωΐστως καὶ εἰσέτι τὸν ποταμὸν παρήλλαξαν, καὶ ἐπὶ τῶν πέραν τόπων ἐς ὅσον ἦν ἀποτέρω ἐγένοντο, τάχ' ἂν φθάσαντες οὗτοι ἐντὸς ἀφύκτων ἀρκύων εἶχον ἐκείνους, μηδὲν ὠφεληθησομένους, εἰ καὶ P 446 τῇ χέρσῳ προσήραττον, ἀδυνάτου ὄντος ἐπανασώζεσθαι πρὸς

tum ut Aeni arcis ab Amogabaris obsessae, quoad inde posset, tutelae prospiceret. nam Tzimes cum suis, ut nuper dicebamus, versus Aenum profecti eam munitionem oppugnabant, omni ope subigere satagentes, adeo ut cuniculis sub humum ductis ipsa eius penitus emoliri fundamenta contenderent. in quo magnus illis occurrit labor, quod petram subtus perpetuam repererunt ferramentis haud facile forabilem. tamen cum inceptum perseveranter instando proveherent, opportune obsessis accidit transfugere ad ipsos peritum quendam subterraneorum istiusmodi molitorem operum, cuius suasu ductuque contrarium et ipsi cuniculum effodiunt, quo progressi usque ad hostes caeca illa progredientes via nec opinato deprehensos interemerunt, labore ipsorum irrito reddito. istud obsidentium incommodum aggravabat penuria commeatuum, et hinc metus ne fame perirent. huic ut obviam malo irent, naviculas expediunt quibus in adversam Maritzae amnis delati ripam e Bolero et agris circumsitis alimenta corraderent, eisdem postmodum scaphis in castra ipsorum deportanda. talem ipsos traiectum administrantes forte conspicati nostrorum quidam classiariorum, e mari fluminis alveum ingressi, ruunt statim cupidi venatores in praedam visam; quam ne caperent nihil eis magis quam nimia obstitit aviditas. si enim lentiori pedetentim progressi remigio cymbas hostiles, quibus fluvium oblique secantibus, quippe cum non adversum recta littus sed aliud multo remotius peterent, longus erat per amnem cursus emetiendus, evehi a ripa, unde solverant, paulo latius sivissent, deprehendissent utique illas in medio, et nec opinantibus supervenientes, quasi retibus undique inevitabilibus conclusas, cum suis universas vectoribus in suam potestatem redigissent, nisi si quae, nihil profuturo ipsis effugio, in littus impactae ulterius vectores suos in hostilem

τοὺς ἰδίους διὰ τὸ μεταξὺ ἐμποδὼν κεῖσθαι τὸν ποταμόν. νῦν δ' ἀλλὰ λιχνευσάμενοι οἱ ἡμέτεροι ἐμφανεῖς ἦσαν ἐκείνους καταδιώκοντες πρὶν παραλλάξαι τὸν ποταμόν. ὅθεν καὶ ἐν στενῷ τῆς σωτηρίας ἐλθόντες, ἐπεὶ οὐκ ἦν σφίσι πρὸς τὰς τοῦ βασιλέως μάχεσθαι, προσαράττουσι τῇ ξηρᾷ, καὶ τῇ χέρσῳ πιατεύσαντες ἑαυτούς, τινῶν ἁλωκότων συνάμα ταῖς ναυσίν, οἱ πολλοὶ σώζονται. οἱ μὲν οὖν ἔργον μαχαίρας, αἱ δὲ πυρὸς ἐγένοντο παρανάλωμα.

Γίδας δέ τις ἀνεψιὸς Θευδερίχου τοῦ κατὰ Σικελίαν ἐξάρχοντος, ἀκουσθὲν ὡς οὐδὲν ὅλως οἱ τῶν Ἀμογαβάρων ἐξάρχοντες συμφωνοῦντες ἑνὶ τὴν σφῶν ἡγεμονίαν πιστεύουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν ὑπὸ τὸν Φαρέντα Τζιμῆν ἐθέλουσι τάττεσθαι, οἱ δὲ σὺν αὐτῷ τῷ Φαρέντᾳ τὴν ἡγεμονίαν τῶν ὅλων Μπυριγερίῳ προτρέπουσι (καὶ γὰρ οὗτος αὖθις ἐπανῆλθε, καθὼς ἐν τοῖς ἄνω λόγοις ἐλέγομεν, οὐκ οἶδα πῶς ἐκ Γενούας ἀποδράς), οἱ δὲ πρὸς τὸν Ῥομοφόρτον τασσόμενοι τῶν λοιπῶν οὐδὲν ἐπαίουσι (μηδὲ γὰρ αὐτὸν Ῥομοφόρτον τὸ ὑπὸ τὸν Μπυριγέριον τάττεσθαι κατα-
D δέχεσθαι), (34) διὰ ταῦτα ὁ τοιοῦτος παρὰ Θευδερίχου συνάμα μακραῖς ναυσὶν ἑπτά, ὡς ἡ φήμη εἶχεν, ἐξαποστέλλεται.
P 447 οἱ δὲ τὸν τοῦ ῥηγὸς Σικελίας Ματέρκα Φαρέντε ταῦτα πράττειν ἐφήμιζον. οὐκ οἶδα δὲ εἰ Γίδας ὢν κατ' ὄνομα κρεῖττον τῶν

1. ἐκ ποδῶν P.

exponerent regionem, certo perituros in loco infesto, unde regressus ipsis ad suos amne praealto interfluente prohiberetur. praepropere igitur sese nostri ostendentes, et scaphas insecuti Amogabarorum nondum emensus dimidium spatium latitudinis alvei, eos impares resistendo coëgerunt respicere unde solverant, et naviculis in ripam a suis insessam reflectendis saluti propriae consulere. ita plerique isto sunt periculo defuncti, paucis duntaxat ipsorum et cymbis aliquot captis per nostros, qui homines quidem gladio, cymbas autem igne absumpsere.

Inter haec Gidas quidam, e Theuderici dominantis in Sicilia fratre natus, missus a patruo ad Amogabaros est eorum inter sese, si posset fieri, conciliandorum gratia. audierat scilicet Theudericus laborare dissensione civili Catelanorum res, dum supremum imperium partium plerique ipsorum deferunt Pharendae Tzimi. nec pauci alii, Tzimo ipso assentiente, ductum exercitus totius attribuunt Mpyrigerio, qui, ut superius diximus, abductus Genuam, inde nescio quomodo elapsus, rursum eo redierat. diverse ab his cunctis sentiebant proprie subiecti Romofortes: hi enim duci suo praefectorum copiarum universam deferri aequum censebant, nec ipsi, nec Romofortus, subiici Mpyrigerio sustinentes. (34) eas se compositurum controversias Theudericus ratus, si aliquem e sua cognatione, cui nemo ipsorum parere recusaret, ad Amogabaros mitteret, Gidam hunc ad eos destinavit cum septem longis navibus, vel, ut alii dicebant, Matercam Pharentem proprium filium, sive re vera hic venerit, sive Gidas, ut se venerabiliori titulo commendaret, se natum e

υἱῶν τοῦ ῥηγὸς ὑπεκρίνετο, ὡς ἔξωθεν περιπαλεῖσθαι τὸ τοιοῦτον ὄνομα κατά τι σέμνωμα μέγιστον. ὅμως μὲν οὖν ἐλθόντος κἀκείνου, οὐδὲν ὅλως οἱ πάντες συνεφώνουν ὑπ' αὐτῷ τάττεσθαι, καὶ μάλιστα Ῥομοφόρτος, ὑπερηφανῶν ὅλως καὶ μεγαλιζόμενος, εἰ χώρας ἧς αὐτὸς διὰ σπάθης ἦρξε, καὶ δυναστείαν ἑτέρῳ παραχωροίη ἐξ ὑπογύου φανέντι. καὶ οὐ τῇ τῶν λοιπῶν βουλῇ συννπήγετο, ἀλλὰ καθ' αὑτὸν στρατηγεῖν ἠβούλετο. πύστεις τὸν βασιλέα κατελάμβανον καὶ ὡς οὐδ' αὐτὸς Γίδας ἔτι προσμενεῖ, οὕτως ἀσυμφώνως ἐχόντων Ἀμογαβάρων. τέως, ὁπόσον ἦν, τοὺς περὶ Τζιμῆν κατεμάλασσεν ὁ κρατῶν μείζοσιν ἢ κατ' αὐτοὺς ὑποσχέσεσι, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἐφάπαξ ἀσυμφωνίαν ἐντεῦθεν συνίστα, καὶ τὰς καθ' ἡμῶν συνθεσίας τούτων ὡς τὸ εἰκὸς ἀνέβαλλεν. ὅσον γὰρ ἦν τὸ ἀπὸ μεθόδου καὶ ξυνίσεως, οὐδὲν οἱ καὶ ἐνελέλειπτο, βαθυσκέμμονι ὄντι, εἰ καὶ δυνάμεσιν ἐνελέλειπτο, ἐπικλᾶν ἐς ὅσον γε καὶ ἐνεδέχετο τὰς τούτων ὁρμάς. ὅθεν καὶ τὰ κατ' ἀνατολὴν οἷον ἐς τριβὰς ἐτίθει,

Theuderico simulavit notamque filii regis istius sibi appellationem sumpsit. utut sit, opinio tunc quidem increbuit, fama late dissipante, advectum his navibus regis Siculi filium. caeterum spe ista sua Theudericus falsus est: nam ne huic quidem ab eo misso subiicere se omnes Amogabari voluerunt. contumacissime inter caeteros id relecit Romofortus, sublato renuens supercilio, et glorianter disserens rem esse ne auditu quidem primo tolerabilem, quas ipse arces ac regiones manu ac ferro quaesisset propriis, alienae hominis modo peregre appulsi obnoxie cedere potestati. ergo vel si cuncti ad Siculum inclinarent caeteri, solum se haud acquieturum est superbe professus, nec concessurum ulli, quod et meritus et idoneus teneret ac tenere porro vellet, supremum in suas copias imperium. horum inter Amogabaros rumor discidiorum perlatus ad Augustum non parvo ipsius solatio est. nam et hinc intellexit non perstiturum in hisce partibus Gidam, tanta atque offensum contumelia, et spem inde concepit in partes attrahendi proprias alicuius istorum discordium inter sese ducum Latinorum, si artibus eo ac promissis anniteretur. ad id ergo se accingit, secundum talium industriarum ingenium illuc applicans, nihilque, ut solebat, sibi reliqui faciens ad summum conatum sustentandae consiliis et artificiis reipublicae labantis, cui subvenire armis et manu nequiret. submisit itaque certos homines ad Tzimem, qui eum novis ostensis quam magnificentissimis emollire praemiis ac quasi Attalicis conditionibus tentarent. in quo sic rationes subducebat, reputans haud poenitendam talem fore operam, vel si tractatus successu careret ad extremum. praesentem enim extare incepti fructum, quod sic foverentur simultates iam sibi suspectorum invicem et fomites inter eos odiorum ventilarentur; qui nunc modus restaret unicus frangendi formidolosam illam, quamdiu conspiraret unanimis, et Romanae rei nunc prorsus exitialem gentis efferae potentiam. huic negotio ita totum imperator animum advertit, ut quasi pepigisset cum Persis Orientalem irrumpentibus limitem certas indutias, nihil de illis interim coërcendis cogitaret, reputans se postmodum facile recuperaturum quae occupassent, ubi liber iam Latino

ὡς αὐτίκα ἐφεξόμενος τῶν ἰδίων, ἦν γε καὶ ἐπιεικῶς ὁρμήσει.
D τὰ δὲ κατὰ δύσιν καὶ λίαν ἐπολυώρει, ἐξανασπᾶν ἐφιέμενος τὸ οἷον κακὸν ἐγκόλπιον. ταύτῃ τοι καὶ Ἀτμὰν ἐπὶ πλεῖστον ταῖς ἐλπίσιν ἀπαιωρούμενος, οὐδὲν ἦν τῶν περὶ Νίκαιάν τε καὶ Πύθια καὶ πάντα μέχρι καὶ θαλάσσης, ἅπερ οὐ κατέσχεν.

P 448 35. Οἱ δὲ τῆς ἐκκλησίας πρωτεύοντες, καὶ ὡς ἤδη προείπομεν, ὑφορώμενοι, οἱ δὲ ἐν οὐδενὶ λογιζόμενοι, καὶ οἱ ἔχοντες οἰκονομίας ταύτας ἀποστερούμενοι καὶ αὐτῶν ὀφφικίων (ὅταν γάρ τις ἐν οὐδενὶ λογίζηται, κἂν ὀφφίκιον ἔχῃ, εἰς οὐδὲν αὐτῷ χρησιμεύει), ἀλλὰ καὶ τῶν προσόδων ἀποστερούμενοι, καὶ ὀνυδιζόμενοι ἀμέλειαν, καὶ καθ' ἑορτὰς μεθ' ἱματίων ἀπανθᾶν προσταττόμενοι, ἐπιμέλειαν δὲ ζωῆς παρὰ τοῦ πατριαρχεύοντος
B οὐδὲ κατ' ὄναρ ἔχοντες, οὕτω γοῦν πάσχοντες τῷ βασιλεῖ προσανέφερον, καὶ μᾶλλον περὶ τῆς προσόδου αὐτῶν. ὁ δὲ βασιλεὺς οἷον ἐπικαμφθείς, καὶ πατριάρχην μετακαλεσάμενος, εἰς κοινὴν τοῦτο σκέψιν θέμενος, ἐσκόπουν περὶ τούτου. ὁ δὲ πατριάρχης τὴν τοῦ καιροῦ δυσκολίαν προεβάλλετο. τέλος συντάξατο δοῦναι ἑκάστῳ ἀνὰ ἓξ τῶν νομισμάτων, ἄλλῳ δὲ ἀνὰ
C ὀκτώ. ὁ δὲ βασιλεὺς οὐδὲν ἔλεγεν εἶναι· ὀλίγον γὰρ καὶ ταῦτα

9. τις] τι P. 19. ὀλίγοι P.

bello vel modicis illuc expeditionem susciperet copiis. curae autem ipsius impendebantur omnes in comminiscendam, si posset, rationem tumultuum tractus Occidui componendorum. miro enim ardebat desiderio eximendi sibi velut e sinu propinquum et intime admotum malum. quo Atmaan observato spebus elatus maioribus cunctas iam libere in partes grassationem extendit suam, eo successu ut nihil circa Nicaeam et Pythia, nihil in universa inde ad mare usque patentibus tractibus prorsus esset non ab ipso occupatum.

35. Primores autem ecclesiae, alii, uti superius diximus, suspecti, alii nullo numero habiti, alii curationibus privati quas prius habuerant, ex quo ipsorum, quorum titulos gestabant, officiorum iactura sequebatur (ubi enim quis nullo numero habetur, et si obtineat officium, id nihil illi prodest), sed et reditibus privati, praetereaque obiurgati ac lacerati probris quasi negligerent quae agere debuerant, indeque severis edictis comparere cum vestibus ad celebrationes festorum iussi, victus autem necessarii subministrationem a patriarcha ullam ne per somnium quidem habentes, haec, inquam, patientes querelas de his suas ad imperatorem detulerunt, in eo maxime insistentes, ut sui eis proventus, unde possent vivere, redderentur. talia imperator audiens, velut miseratione inflexus quadam, advocato patriarcha communem super his cum eo deliberationem instituit. allegabat patriarcha, ne ablatos restitueret ecclesiasticis reditus, difficultates communium temporum. demum eo descendebat ut dari unicuique ipsorum curaret alii sex, alii octo nummos, proportione habita differentium inter eos graduum dignitatis. ad quod contra excipiebat imperator nihil hoc esse: nam ne dignam quidem videri tam exiguam summam quae vel saecularibus offerretur: quanto minus sufficiat ecclesiasti-

βιωτικοῖς. ὅμως τούτου γεγονότος οὐδὲν οὐδεὶς ἐλάμβανεν. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ μέσου νυκτὸς ἐγγὺς παρὰ τὴν ἐκκλησίαν ἁπάντων ἠναγκάζοντο, καὶ διὰ μέσου τῆς ὑμνῳδίας ὁμιλῆσαι μηδένα μηδενί, μήτε εἰς ἀριστερὰ κλῖναι μήτε εἰς δεξιά, ἀλλὰ ἀκλινεῖς ἵστασθαι, καθὼς ὁ τῶν ἱερῶν κανόνων βεβαιοῖ λόγος. διὰ ταῦτα γοῦν ἀμελῶς εἶχον καὶ σπανίως ἀπήντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ ὡς εἰπεῖν ἀπεσχίζοντο. ὁ δὲ πατριάρχης γραφὰς ἀποστέλλων D αὐτοῖς μετεκαλεῖτο, καὶ μᾶλλον ἔλεγεν ἀναγνωσθῆναι ταύτας μέσον τῆς συνόδου τῶν ἡγουμένων (μετὰ τούτων γὰρ τὰς συνόδους ἐποίει) ὡς δῆθεν εὔλογα λέγων. ἀναγκαζόμενοι οὖν οἱ τῆς ἐκκλησίας πρωτεύοντες ἀποστέλλουσι γράμμα τῷ πατριάρχῃ ἔχον ἐπὶ λέξεως οὕτως. "ἄνωθεν ἡ τοῦ θεοῦ ἐκκλησία, παναγιώτατε δέσποτα καὶ οἰκουμενικὲ πατριάρχα, οὐχ εὗρε θεσμοὺς καὶ τά- E ξεις, ταύτας ἐφύλαττε μέχρι σοῦ· καὶ οἱ κατὰ καιρὸν πατριαρχεύσαντες καὶ εἷς ἕκαστος τῶν τοῦ κλήρου τῆς ἁγίας τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας κατὰ τὸ στοιχοῦν τῆς ἀρετῆς καὶ τοῦ χρόνου P 449 βαθμὸν εὕρισκον. ἡμεῖς δὲ σμικρολογίαν καταγνωσθείημεν καὶ βαρυκάρδιοι ὀνειδισθείημεν, ὅτι ἀφέντες τὰ μείζω ζητεῖν ζητοῦμεν τὰ ἐλάττω καὶ οὐδὲν εἰς ψυχὴν χρησιμεύοντα; οὐ ζητοῦμεν ἡμέτερα, δέσποτα, ἀλλὰ τὰ τοῦ θεοῦ καὶ τῆς ἐκκλησίας. αὕτη

5. τῶν deerat. 13. οὐχ] οὐς?

dis? persistens nihilominus patriarcha in sententia offerri sacris hominibus pensiunculas istas iussit. sed nemo eorum quidquam tale voluit accipere. sic istos nihil a priori levatos inopia, cogebat nihilo secius imperiosissimis mandatis patriarcha intempesta hora, paulo scilicet post noctem mediam, somno abrupto in ecclesiam occurrere, ibique tam severo silentio toto hymnodiae tempore perstare, ut quemvis interim alteri quidpiam insusurrasse pro piaculo acriter vindicando haberetur. stare autem toto illo tempore iubebat immobiliter erectos, numquam neque in sinistram neque in dexteram vel tantillum inclinato corpore. sic enim aiebat a sacris canonibus praecipi. hac illa tam arta constringi disciplina non ferentes, remittebant sese, ac raro conveniebant in ecclesiam, velutque pro abscissis a patriarchae communione se gerebant. at eos ille minacibus missis revocabat literis, hasque ipsas ad iguominiam illorum in medio coetu praefectorum monasteriis (cum his enim suas celebrabat synodos) iubebat recitari, ostentanda per hunc modum fiducia irreprehensibilis suae in tam aspero regimine rectitudinis. huiusmodi die vexationibus primores ecclesiae fatigati epistolam tandem ad patriarcham mittunt Ms plane conscriptam verbis totidem. "superiori tempore dei ecclesia, sanctissime domine et oecumenice patriarcha, non invenit has leges, neque ordinationes istas observavit usque ad te, sed qui pro tempore patriarchatum gerebant, et unusquisque clericorum sanctae dei magnae ecclesiae, pro virtutis profectu praerogativam temporis et gradum aetati debitum reperiebant. nos autem pusillanimitatis nimium querulae damnamur, et nobis exprobratur gravitas cordium, quod omittentes quaerere maiora minora quaeramus et nihil ad animam utilia. non quaerimus nostra, domine, sed quae dei sunt

ἡ τάξις τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ κλήρου, ἣν ἡμεῖς εἰς τὸ ἀκριβὲς
εἰδότες, ταύτῃ ἐνεγηράσαμεν. καὶ καθ' ἑκάστην ἄλλοι καὶ ἄλ-
λοι προσήρχοντο καὶ προσεδέχοντο, οὐ μάταιοι ὄντες καὶ φαῦλοι,
B ὅτι ἐξ νομισμάτων κατ' ἐνιαυτὸν δουλεύειν ἀπέστησαν, οὐ μὰ
τοὺς ἱεροὺς θεσμούς, οὓς οἱ πατέρες παρέδοσαν· ἀλλὰ τῇ χάρι-
τος φυλαττόμενοι δυνάμει πάντες ἐκεῖνοι καὶ πατριάρχαι καὶ ἀρ-
χιερεῖς ἦσαν, καὶ διδάσκαλοι κοινοὶ καὶ φωστῆρες τοῖς ἐκκλησια-
στικοῖς ἐμπρέποντες ἀξιώμασι, τίμιοι καὶ βασιλεῦσι καὶ ἄρχου-
σιν, ἔχοντες ἐλευθερίαν προηγουμένως, ὡς δὴ αὐτῶν γινομένων
τῶν τῆς ἐκκλησίας ἁπάντων. καὶ οἱ κατὰ καιροὺς τῆς ἐκκλησίας
C προστατοῦντες τοὺς τοῦ κλήρου μέλη αὐτῶν ἐλογίζοντο. νῦν δέ,
ἀλλὰ τί; ἀλλ' ἔχει τις προβάλλεσθαι τὴν τοῦ καιροῦ δυσκολίαν,
ὡς καὶ πολλάκις ἡ ἁγιωσύνη σου. ἀλλὰ μετὰ πάντων τῶν Ῥω-
μαίων καὶ ἡμεῖς, καὶ ὡς ἕκαστος ἔτυχεν ἔχων οὕτω καὶ ἡμεῖς·
ἀλλὰ· μόνοι ἡμεῖς δυστυχοῦμεν. καὶ οὐχ ὅτι ἀπορεῖ ἡ ἐκκλησία·
ἀλλὰ καὶ εὐπορεῖ, ὅσον οἴδαμεν. ἀλλ' ὅτι ἀπαιτούμενοι κατὰ
πυριακὰς καὶ ἑορτὰς ἁπάντων μεθ' ἱματισμῶν ἡμεῖς καὶ καθ'
ἑκάστην σχολάζομεν καὶ οὐχ ἁμαρτάνομεν εἰς τοῦτο. ἀλλ' ὅμως
D καὶ εἰς τοῦτο ἀπολογούμεθα. οἴδαμεν γὰρ τοὺς μεγίστους ἄν-
δρας ἐκείνους τοὺς πρὸ ἡμῶν, ὧν καὶ τοὺς τόπους ἡμεῖς ἐφθά-
σαμεν, ὅτι οἴκοι ναοὺς ἔχοντες καὶ ἱερεῖς τὰ τῆς ἀκολουθίας αὐ-
τῶν ἐξετέλουν, ἐσχόλαζον δὲ καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ, ὡς

et ecclesiae. hic ordo est ecclesiae ac cleri; quem nos exacte scientes in eo consenuimus, ad quem uti esse noverant tenendum et alii accessere aggregantes se nobis, eumque usu comprobarunt, handquaquam idcirco stulti et mali quod mercede sex numorum toto anno servire abnuerint. non, per sacras leges quas patres tradiderunt: sed gratiae custoditi virtute omnes illi et patriarchae et episcopi erant, et magistri communes, et luminaria ecclesiasticis, ornati dignitatibus, venerabiles imperatoribus et principibus, pleno ex vi possessae potestatis iure praediti constituendi pro libito de rebus et personis ecclesiae, cunctis ex eorum arbitrio pendentibus. et qui variis temporibus praefuerunt ecclesiae, eos qui e clero essent, membra sua ipsorum reputabant. nunc autem quid? forte obtendere volet quispiam difficultates praesentium temporum, prout saepe fecit sanctitas tua. verum in Romanorum omnium numero censemur nos quoque; et quo iure quave conditione quisque illorum est, ea et nos esse convenit. atqui haud ita est. nos enim soli miseri necessarii victus inopia premimur. neque hoc inde est quod egeat ecclesia: illa enim etiam abundat, quantum novimus. an id pati merito dicemur, quia requisiti quot dominicis et festis praesto adesse cum vestibus, nos quotidie vacamus? verum in hoc non peccamus. excusationem quippe facti eius affirmus idoneam. scimus enim viros magnos, quorum in loca successimus, sacella domi habuisse et sacerdotes qui sacra pro ipsis ministeria et ordinis ipsorum officia peragerent. inde ipsi vacabant prout vellent, convenientes in ecclesiam quando dumtaxat cuique videretur, pro viribus et

εἶχεν ἕκαστος δυνάμεώς τε καὶ προαιρέσεως. αἱ δὲ ὑπηρεσίαι ἐκείνων αἱ τῶν ὀφφικίων ἐκείνων ἦσαν ἐνέργειαι, τοῦ μὲν ὡς οἰκονόμου, τοῦ δὲ ὡς σακελλαρίου, τοῦ δ' ὡς χαρτοφύλακος, καὶ σκευοφύλακος ἄλλου, καὶ καθεξῆς τῶν λοιπῶν. ξένον οὖν εἰ E
ἐκείνων ἀφαιρεθέντες τὰ μὴ προσήκοντα ἀπαιτούμεθα. τέως δὲ καὶ συχναὶ γραφαὶ τῆς ἁγιωσύνης σου εἰς τοῦτο ἀναγκάζουσιν ἡμᾶς εἰς ὅπερ οἱ πατέρες ἡμῶν νηπιόθεν ἡμᾶς ἐδίδαξαν καὶ οἱ παιδαγωγήσαντες. εἶτα δὲ καὶ πολυετὴς οὗτος χρόνος, καθ' ὃν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ προσεδρεύομεν καὶ σχολάζομεν μεθ' ἱερῶν
ἐνδυμάτων. ταῦτα ζητησάσης τῆς ἁγιωσύνης σου πράττομεν, οὐ τόσον δι' ἐντολὴν πατρικὴν ὅσον καὶ ἡμῖν αὐτοῖς περιποιούμε- P 450
νοι τὴν τιμήν. ἀληθὲς δὲ ὑπ' ὀλίγον ἠμελήσαμεν. καὶ ἡ αἰτία οὐκ ἀφ' ἡμῶν. ἐπειδὴ ἐπέστη ἡ ἁγιωσύνη σου, ὥσπερ ἂν μὴ εἶχεν ἡ ἐκκλησία κλῆρον, οὕτως ἦρξω πρὸς ἡμᾶς διατίθεσθαι,
μὴ φροντίζων ἡμῶν τὸ σύνολον, μήτε μείζονος μήτε ἐλάττονος. καὶ πρὸς τοιαύτην ἀκυβερνησίαν τὰ πολλὰ τῆς προσεδρείας κατημελήσαμεν, ὅτι οὐκ ὀφφίκιον ἐνηργεῖτο, οὐδὲ ἄλλο τι, ἡ πρόσοδος ἡ τιμὴ ἢ ζωή, ἐκεῖθεν ἐφαίνετο. διὰ τοῦτο προσεδράμομεν B
εἰς τὸν κοινὸν εὐεργέτην ἡμῶν τὸν βασιλέα τὸν ἅγιον. καὶ ὁπόθεν ἐνεποδίσθη ἡ ἀπεκεῖθεν εὐεργεσία ὁ θεὸς οἶδεν. ὅμως δι-

affecta singulorum. ministeria porro quae obire per se ipsi publice deberent, officiorum quorum titulos gerebant, functiones erant, puta oeconomi illius, huius sacellarii, alterius chartophylacis aut custodis sacrae supellectilis, et sic de caeteris. mirum igitur et novum est nos istarum dudum commissarum nobis curationum auctoramentis et exercitio privatos cogi iam ad alia quae ad nos non pertinent ministeria. nunc autem crebrae illae obiurgatoriae literae sanctitatis tuae adigunt nos ad minutas observatiunculas, quales a nobis olim parvulis patres ac paedagogi scuticae minis exprimebant. atqui iam senuimus, maiori aevi spatio in assidua ecclesiae dei celebrandae et frequentandae perseverantia consumpto, assistendo quoties oportebat cum sacro vestitu publicis ritibus. tamen ista inusitata nunc exigente a nobis sanctitate tua paremus, et facimus non solum ob reverentiam paterni tui mandati, sed cura etiam honoris nostri et amore laudis eius quae talia praestantibus competit. verum quidem est nos istam paululum interdum remisisse diligentiam, aliquoties ab his cessando. sed causa eius rei a nobis non est, nec nostrae culpae imputanda. est autem haec. ex quo praeest tua sanctitas, quasi non haberet ecclesia clerum, sic te nobiscum gessisti, nullam plane curam ostendens aut rationem habens cuiusquam nostrum, maioris aut minoris. haec praetermissio tuae in nos providentiae cessationem suasit nostrorum obsequiorum et remissionem assiduitatis in ministrando nostrae pristinae, quoniam neque ex usu officii nobis adempto quidquam emolumenti percipimus, neque aliud undepiam subsidium apparet, stati proventus aut honorarii nomine, unde vitam toleremus. propter hoc recurrimus ad communem benefactorem et dominum nostrum imperatorem sanctum: a quo autem impedita sit quam inde speraveramus beneficentia, deus scit.

τάξω διδόναι τὸ ἥμισυ τῆς φόρας. καὶ ὁ βασιλεὺς ὀλίγον εἶναι διέκρινεν. ἀλλὰ τί κἂν τοῦτο γίνεται; ἢ ἐν λόγῳ τινὶ ἐσμεν ἢ ἐν τιμῇ; ὁπόσην δὲ κακοπάθειαν ἔχομεν, ὁ Θεὸς μαρτυρήσει καὶ οἱ ἐλεοῦντες ἡμᾶς. εἶτα τί ἔδοξε τῇ ἁγιωσύνῃ σου ἡμᾶς ἐπισκέψασθαι, καὶ τοῦτο μετὰ πικρίας; ὀνειδιζόμεθα γὰρ ὡς
C καιροσκοποῦντες Μαρτίους καὶ Σεπτεμβρίους. καὶ ἐπὶ τούτοις ἡ θρυλλουμένη δόσις τὰ ἔξ ὑπέρπυρα ἢ καὶ ὀκτώ. αἲ αἲ, δέσποτα, τί πρὸς ταῦτα διανοεῖται ἡ ἁγιωσύνη σου; θαῦμα μὰ τὴν ἀλήθειαν, ὅπερ εἰς ἡμᾶς διαπράττει. ὅτε καιρὸς δόσεως, ἡ ἀνάγκη τῶν πραγμάτων, ἡ βία καὶ τὸ δυσχερὲς τοῦ καιροῦ καμινέτωσαν, ταλαιπωρείτωσαν· κοινὴ γὰρ ἡ δυσχέρεια. ὅτε δὲ καιρὸς δουλείας, ἀπαιτεῖς ἡμᾶς οὕτως δουλείαν ὥσπερ εἰ εἴχομεν ἱκανῶς τῶν οἰκονομιῶν ἡμῶν. ὅταν δὲ ἀπαντήσωμεν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, πρῶτον ἀμειδὲς ἦθος καὶ ἀπροσήγορον λαμβάνο-
D μεν. τέως δὲ εὐχὴ ἀνεθῆναι τῶν δυσχερῶν καὶ τὸν ἅγιον βασιλέα ἡμῶν. καὶ τότε ἀναδραμούμεθα πρὸς τὸ θεῖον κράτος αὐτοῦ, καὶ ὅπερ ἂν νεύσῃ ἡ ἁγία ψυχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τοῦτο καὶ γενήσεται· εἰ δὲ καὶ οὕτως ὁρίσῃ δουλεύειν ἡμᾶς, οἱ καταδεξάμενοι προσκυνήσουσιν. ἡμεῖς δὲ πλέον οὐκ ἔχομεν λέγειν πρὸς τὴν σὴν ἁγιότητα, εἰ μὴ ὅτι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ

tamen praecepisti dari nobis dimidium pensionis. quod imperator parum esse iudicavit, merito sane: non enim per hoc tam exiguum in meliorem reponi conditionem possumus, aut gradui convenientem nostro recuperare dignitatem; quin nec a probro in quo sumus ac despectu vindicari. quanta autem ex inopia extrema patiamur, testari deus, qui novit, poterit, et quidam hominum, quibus contigit nostras aerumnas intuspicere, non sine acri miserationis sensu. deinde quid ita visum est sanctitati tuae animadvertere in nos, idque cum acerbitate. exprobratur enim nobis quasi avide expectemus Martios et Septembres. et super his decantata largitio: sex Hyperpyra, vel etiam octo. heu heu, domine, quid super his cogitat sanctitas tua? mirum est, per veritatem, quod erga nos agit. dum venit tempus statae largitionis, allegatur aut necessitas negotiorum aut vis aut difficultas temporis. tum additur, pergant ergo conflictari, perdurent in miseria: communi quippe omnes aerumna premimur. quando autem adest hora ministerii, tunc ita servitium a nobis exigit, quasi eius auctoramenta et idoneas mercedes, solitas scilicet olim nobis subministrari pensiones, nunc cummaxime haberemus. cum autem occurrimus in sacram aedem primum torvo vultu, obtutu truculento despicimur. sed et praeclare secum agi dominus ipse noster Augustus putaverit, si ei fronte forte amoeniori excipi contingat. at vovemus nos quidem ac precamur liberari eum aut saltem levari quibus nunc premitur incommodis. tunc enim recurremus iterum ad sacram eius maiestatem, et quidquid innuerit anima eius sancta, illud fiet. vel si tam dura ut hactenus servire in posterum quoque nos conditione decreverit, qui hoc in praescriptum admittent, insuper etiam adorabunt. de reliquo non habemus nunc quid amplius dicamus sanctitati tuae, nisi et in dei ecclesia

ἐγεννήθημεν καὶ ἐτράφημεν καὶ ἐγηράσαμεν, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πάλιν μενοῦμεν καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν δουλεύσομεν. ἡ δὲ σὴ ἁγιωσύνη οἶδεν ὅ τι ποιεῖ, ὅτι καὶ ἐὰν καὶ τι ἐναπολειφθὲν ᾖ τῶν ἡμετέρων οἰκονομιῶν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν, καὶ αὐτὸ περισυνάγει ὁ τῶν σῶν δικαίων ἔφορος. καὶ τοῦτο καλόν; πλὴν δὲ τοῦτο μόνον παρακαλοῦμεν, ὅτι ἐπεὶ τὰς σὰς γραφὰς τὰς πρὸς ἡμᾶς συνοδικῶς προστάττεις ἀναγινώσκεσθαι, καὶ οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν οἱ ἡγούμενοι ἐπιψηφίζονται ἡμῖν τὰ ἀρεστὰ τῇ ἁγιωσύνῃ σου, ἵνα ἀναγνωσθῇ καὶ αὕτη ἡ γραφὴ ἡμῶν, καὶ ὅ τι ἂν διακρίνωσιν ὡς Χριστιανοί. καὶ ἄλλο πιέζει ἡμᾶς δεινότερον, τὸ ἐπὶ τοσούτοις χρόνοις ἀπροβιβάστους διαμένειν ἡμᾶς. ἔδοξε τοῦτο ὑμῖν, καὶ ἔστω. ὅπου ἡ ζημία πίπτει, ὁ συνετὸς οἶδεν. τὸ δὲ καὶ τῶν προσόδων τῶν ὀφφικίων ἡμῶν στερεῖσθαι καὶ ἀπὸ λιμοῦ ἀποθνήσκειν, ποῖος κανὼν τῆς ἐκκλησίας ἢ ποῖα τῶν πατέρων πρᾶξις ἢ ποῖα δικαιώματα δίδωσιν; ὅμως ἔστω καὶ τοῦτο. πλὴν ἵνα μὴ αὐτοφόνται γενώμεθα, τὰς τῶν Χριστιανῶν περιθρεξόμεθα θύρας καὶ ἀπαιτήσομεν, καὶ μολοβροί, οἴμοι, οἱ τῆς ἐκκλησίας τρόφιμοι ἐκ τῶν Χριστιανῶν θυρῶν τραφησόμεθα, πλατεῖ τῷ στόματι ἐκτραγῳδοῦντες, ὡς εἰκός, τὰ ἡμέτερα. παρακαλοῦμεν ἡσυχάζοντες. καὶ μὴ ἐκ τῶν σῶν γραφῶν παροτρυνώμεθα, καὶ ταῦτ' ἀδικούμενοι. τέως δὲ δουλεύειν μὲν μέλλομεν κατὰ δύναμιν,

13. λοιμοῦ P.

nos natos et educatos fuisse, in eadem etiam senuisse, porroque in ea permansuros usque ad finem, et quoad nostra facultas ac vires ferent, servituros. tua vero sanctitas scit quid faciat. nec ignorat, si quid nostrorum proventuum ab hostili adhuc vastatione immune permanserit, tamquam tuum colligi a procuratore iurium tuorum. hoc autem num aequum est? caeterum hoc saltem oramus, ut quoniam quas scriptitas nobis censorias epistolas praelegi iubes in plena synodo, et fratres nostri praepositi monasteriorum suis comprobant suffragiis quaecumque sanctitati libet tuae dicere de nobis, nostra haec quoque recitetur epistola illis audientibus, et ea intellecta iudicium de causa nostra ferant, ea rectitudine quae Christianos decet, nihil tribuentes praeiudiciis aut acceptioni personarum. aliud praeterea pungit nos gravius, quod iam tot annis nulla cuiusquam facta promotio est. sic vobis visum est. perferatur et hoc. quo damnum eius omissionis recidat, prudens quivis intelligit. privari autem nos proventibus nostrorum officiorum et fame emori, quis canon ecclesiae, qui usus patrum, quae iustitia permittit? verum et istud quoque toleretur. tamen ne nostrae ipsi, quod non licet, mortis auctores simus, cursabimus mendicando circum Christianorum ostia, misera panis frusta conquirentes. et nunc lurida mendicabula, eheu! olim alumni ecclesiae, sordidum victum in ostiis Christianorum precario impetrare conabimur, hianti lamentantes ore summam infelicitatem nostram. oramus autem ut in eo saltem miserrimo statu pacem ex te habeamus quiescentes, nec tuis infestemur literis, in cumulum tot aliarum, quibus opprimi-

τὸν δὲ μισθὸν ἡμῶν θαρροῦμεν ὡς, εἰ θεὸς θέλοι, οὐκ ἀπολέ-
C σομεν, κἂν κάλαμον συντετριμμένον κατεάγειν οὐκ ἀποκνεῖς καὶ τοῦ καιροῦ θριμύτερος γίνεσθαι. ἐχρῆν δὲ οὐχ οὕτω τοῦ ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου πιστευόμενον πνεύματος. ταῦτα ἡμεῖς βιασθέντες εἴπομεν, πλὴν ὡς Ῥωμαῖοι καὶ ἐν Χριστῷ ἀπελεύθεροι, 5
οὐ καταδουλούμενοι τὴν ἐλευθερίαν. καίτοι γε Σευήρου καὶ Ἀντωνίνου ἀσεβῶν βασιλέων ἀντιγραφαὶ καλῶς ἔχουσαι καὶ ἐπὶ τοῖς εὐσεβέσι κατέχονται, ὡς μὴ ἀναγκάζεσθαι παρὰ δύναμιν τοὺς
D δούλους κἂν ὁπωσδήποτε. εἶτα τὰ δικαιώματα τοῦ θεοῦ ὡς ἐπ' ἐκκλησίας ἱσταμένους ὅλους ἐστηλωμένους εἶναι θεῷ δεῖ, μηδὲν 10
πρὸς ἀλλήλους, κἂν ἀναγκαῖα παρεμπέσοι χρεία, τὸ οἱονοῦν ὁμολοῦντας, καὶ τοῦτο ἔπρεπε καὶ ἡμῖν γίνεσθαι, δέσποτα; εἰ κατὰ μοναχοὺς καὶ ἡμεῖς, ὡς ἐκεῖνοι ἐκκλησιαζώμεθα, ὥστε μὴ καλῶς ἐπιφώσκειν τὴν ἡμέραν καὶ ἀπολύειν, μηδέ τινας τῶν ἔξω προσ- 15
E λαὸς καὶ πλῆθος καὶ κώδωνες, καὶ οὐκ ἔστι τὸ ἐνεργούμενον πᾶν προσευχή, ἀλλ' ἔστι καὶ καλλιφωνία καὶ ἀναγνώσματα καὶ καθέδρα καὶ ἄνεσις διὰ μέσου, καθ' ἃ ἄλλους μὲν ἔξεστι καὶ λέγειν καὶ πράττειν τὸ παριστάμενον ὡς ἀναγκαῖον. οὐδὲ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἄλλους τοὺς οἰκονόμους ἔχομεν, ὡς ἐντεῦθεν ἀπολυομένους τρα- 20
πέζαις ἑτοίμαις ἐφίστασθαι, ἀλλὰ τυχὸν ἐκ διαλειμμάτων κατὰ

mur, iniuriarum. de caetero serviemus nos quidem quantum poterimus: mercedem vero nostram confidimus, si deus voluerit, nos non amissuros, etiam si tu calamum contritum confringere non cunctaris, et isto hoc ipso aerumnosissimo tempore asperior nobis sis. atqui non sic oportebat agere hominem qui credi dignus esset a bono et hominum amante instinctus spiritu. haec nos summa vi adacti diximus, nempe ut Romani et in Christo liberi, nec cuiusquam obnoxiam respectui libertatem enuntiandi quae sentimus retinentes. enimvero Severi et Antonini, gentilium licet imperatorum, praescripta extant bona et a Christianis quoque principibus ut salubria retenta, quibus vetatur ne a servis opera supra vires exigatur, aut cuiuscunque sortis mancipia contendere cogantur ultra quam valent. quae autem istae sunt quas allegas iustificationes dei, quibus scilicet ut obtemperes, a nobis exigis ut stemus in ecclesia erecti, immobiles, instar columnae defixi, nihil hiscentes ad nos invicem, quantumvis urgens cuiquam inciderit necessitas verbulum socio insusurrandi? utrum et hoc decuit te nobis iniungere, domine? si legibus monachorum teneri nos aequum censes, sit ita sane; celebremus ergo quo illi ritu ecclesiasticas vigilias. ubi primo diluculo dies coeperit albescere, a choro dimittamur; neminem, dum preces nocturnas peragimus, sinamus externorum in templum ingredi. nunc nobis a nocte media ad meridiem standum est, obiectis oculis populi in concursu multitudinis excitae tintinnabulorum sono. nec vero quod tanto continuo spatio in ecclesia fit, oratio solum est. sunt vices illic officiorum. est quando modulate cantantur quaedam; est cum aliquid audiendum pronuntiatur a lectore; est denique sedendi tempus;

τὸ εἰκὸς φροντίσομεν. μὴ οὖν κατὰ τὴν ὑψηλὴν ταύτην δὴ καὶ P 452
μεγίστην καὶ τοὺς χθαμαλοὺς ἡμᾶς καὶ βιωτικοὺς ἔχειν θέλε, καὶ
εἰς κατάγνωσιν ἀμελείας τίθει τὰ τῆς ἀνάγκης. ἀτονήσομεν γάρ,
πίστευσον. καὶ ἐὰν μέλλωμεν ἐντεῦθεν κατακρίνεσθαι, πλέον
μὴ ζητείτω ἡ ἁγιωσύνη σου εἰς ἑτοίμην κατάγνωσιν. καλὸν τά-
ξις, καλὸν προσευχή, καλὸν εὐλάβεια, καλὸν τῶν ἀγαθῶν ἕκα-
στον. ἀλλὰ τί ταῦτα τοῖς κυμαγωγουμένοις ἡμῖν διὰ τὴν ψῦξιν
τῆς ἀγάπης, ὡς ὁ κύριος ἔφησεν; ἔστ' ἂν τὸ σκάφος σώζηται,
τότε χρὴ καὶ ναύτην καὶ κυβερνήτην σπεύδειν πρὸς σωτηρίαν τοῦ
κλυδωνιζομένου, ὅταν δ' ἡ θάλασσα ὑπὸ τῶν κυμάτων καὶ συμ-
φορῶν περιγένηται, μάταιος ἡ σπουδή. ὅπως δὲ κατηντήσαμεν
νῦν, καὶ τὰ ἡμέτερα καλύβια μαρτυρήσουσιν. ταῦτα γοῦν
προσαναφέρειν μέλλομεν τῷ ἁγίῳ ἡμῶν δεσπότῃ καὶ βασιλεῖ. καὶ B
εἰ μὲν διακρινεῖ ἡ ἁγία αὐτοῦ βασιλεία πάσχειν ἡμᾶς τοιαῦτα,
ἴσως ὑποστησόμεθα καὶ μὴ θέλοντες· τοῖς γὰρ ζωῆς καὶ τιμῆς
ἀναξίοις οὐκ ἀποθύμιος οὐδὲ ὁ θάνατος. εἰ δέ τι καὶ φιλαν-
θρωπευθείημεν χάρις μὲν θεῷ, χάρις δὲ καὶ τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ.
κεφάλαιον τῶν λόγων. ἢ ὡς κληρονόμους δυσωπήθητε, καὶ

est et inserta illic contentioni quaedam remissio, per quam conceditur dici aqique quod praesens forte usus popescerit. non enim nos alios a nobis ministros rerum familiarium habemus, quorum opera, ubi choro excesserimus, mensas instructas domi reperiamus. itaque subsecivas e ministerio tam longo particulas liberi temporis necessariae curae corporum recte impendimus. ne igitur ad tuam istam institutionem vitae austerae, sublimis et longe humanum supergressae modulum, nos humi repentes saeculares velis exigere per omnia; et cum severis istis iudiciis causas nostras absentium expendes, ne prius nos condemna negligentiae, quam necessitatis rationem habueris. sic enim tibi persuade. utemur et in posterum ut prius remissione necessaria, utcumque nos eo deinde nomine a te damnatum iri expectemus. itaque si tibi certum est deinceps ut hactenus infirmitati nihil compati, exere iam nunc mucronem censurae iudicialis in crimina nondum licet patrata; nec aliud quaerat tua sanctitas ad nos iam nunc damnandos ob ea quae mox certo, quippe inevitabiliter, peccabimus. pulcher ordo, bona oratio, honesta religio, nulla non bonarum rerum commendabilis est. sed quid haec nobis, vitae solicitae ac egentis necessariis, fluctu agitatis, idcirco quod, sicut dixit dominus, caritas refrixit. quoad scapha natat adhuc nec depressa nec fracta, nautam et gubernatorem sane convenit satagere, conarique quantum valet ad salutem periclitantis asserendam. ubi navem mare obruerit fluctibus, ubi iam vita aerumnis oppressa in profundum absorpta, stulta sit omnis contentio servare quod iam periit studentium. quo malorum extrema nunc denique omnium inopia devenerimus, testabuntur tuguria nostra funditus exinanita, e quibus reliquias ultimas absumptae longa fame vel pauperti-nae supellectilis delaturi sancto nostro domino imperatori sumus, in specimen miseriae infra quam nihil sit. at siquidem sacra eius maiestas, intellecto ad quas simus incitas redacti, dignos qui patiamur talia, cunctis perpensis, nos iudicaverit, acquiescemus animo, utcumque natura re-

φροντίδα θέσθ' ὅπως καὶ εἰς τὸ λοιπὸν στρατολογοίμεθα ταύτην δὲ τὴν πνευματικὴν στρατείαν, εἰ ὀρέγεσθε, πλὴν κατὰ τὸ ἐνδε-
C χόμενον τῆς δυνάμεως, καὶ μὴ ἀναγκαστῶς οὕτω καὶ μετ' ἐπιταγμάτων μειζόνων· πολλῷ γὰρ ἐλλεῖπον πρὸς τὰς ἐπιταγὰς καὶ τὸ δοθησόμενον οἴδαμεν. ἢ ὡς κατασαπεῖσιν ἤδη τῇ τοιαύτῃ στρατείᾳ καὶ ἀποτάκτοις τὸ γράμμα δότε τὸ τῆς ἀφέσεως. κἂν τι τότε καὶ διδῶτε πρὸς σιτισμόν, μὴ ὡς μισθὸς λογιζέσθω, ὡς προσαπαιτεῖσθαι μεγάλας καὶ τὰς δουλείας, οὐ κατὰ χρείαν τόσον, ὡς οἰόμεθα, ἢ κατ' ἐπήρειαν, ἀλλ' ὡς προϋπηργμένων πόνων τε καὶ καμάτων πολυχρονίων ἀντέκτισις. πάντως δέ γε καὶ τὸ ἀπόλεμον γῆρας ἐν τοῖς τιμίοις διὰ τὰ φθάσαντα."

P 453 36. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον εἰς δεῖξιν μετρίαν τῶν καταλαβουσῶν τοὺς τῆς ἐκκλησίας παραλυπήσεων. ἡμῖν δὲ πόνος ἄλλως εἰς τέλος τοὺς καταλύσαντες τῆς ἱστορίας λόγους. πλὴν ἀλλ' εὐχόμεθα πάλιν καὶ τὰ βελτίονα. καὶ εἰ θεὸς βραβεύει, οὐκ ἂν τὴν χεῖρα ἐφέξομεν τοῦ μὴ προθύμως τὰ τῆς ἐπα-

2. δὴ? 14. εἰς τέλος τοιοῦτο καταλύσασι τοὺς τῆς? 16. ἂν deest.

pugnante, et sortem boni consulemus, quae nobis obtigit, pessimam: nam qui vita et honore indigni iudicantur, iis neque mors recusanda est. quodsi aliquid miseratus indulgebit nobis, gratias primum deo, mox beneficae principis humanitati debitas reddemus. summam dictorum in haec colligimus. si nos ut ecclesiae filios participandae maternae hereditatis ius habentes agnoscitis, curate sultis suppeditari necessaria nobis huic tolerandae ac continuandae, in quam dudum scripti sumus, spirituali militiae: sed et huius necessarias functiones ne arbitrariis aggravetis auctariis. ne plus imponatis quam ferre possumus; ne imperiis nos scribae et dominante obterentes supercilio ingenuitatem conculcando deprimatis nostram in pudendam necessitatem mancipatus servilis. etenim his quae praestare nos paratos profitemur, satis scimus haudquaquam debita proportione responsura quae dabuntur stipendia; ut his esse contenti debeatis. quodsi nostra uti effetorum et aevo enervium iam militum in sacris hisce castris uti deinceps opera renuitis, eia igitur dimittite, cedo libellum exauctorationis date, bonam emeritis repraesentate missionem. si quid sic ablegatis unde victitemus adieceritis, non ut stipendium reputetur, ex quo ulterioris ministerii onus nobis praestandi, vobis exigendi ius pendeat; unde titulum habere vos putetis iterum nobis acerbe iniungendi servitia incongrua, non tam ad usum publicum, ut putamus, ullum quam ad nostram contumeliam pertinentia. sed si quo abeuntes donativo prosequemini, sit id longorum grata quaedam remuneratio laborum: nam et in bello senium post vitam honorata militia expensam, clementi ducum iudicio, dignum honorario censetur, recordatione certaminum olim exantlatorum.

36. Haec describere operae pretium est visum, ut essent vel exiguum specimen aerumnarum quas tunc ecclesiastici ab Athanasio patriarcha peracerbas passi sunt. nobis autem iam hic cursus in porta est, et laborem alia nostrum vocant, historia, quam scribendam susceperamus, in finem destinatum aliquando perducta. verum, siquidem accincturi nos alias ad rerum gestarum narrationem sumus, optamus, et a divina be-

ναλήσεως καθόσον εὐπορούμεν συντάττεσθαι. δεινὸν γὰρ εἰ συμφορὰς μὲν ὑπέστημεν γράφειν ταύτας καινάς, θεινὰς δὲ καὶ P 454
τῷ πόσμῳ, θεινὰς δὲ καὶ ἡμῖν, ἀπογναρκοίημεν δὲ εἰ θεὸς διδοίη
τὰ καλά, καὶ ταῦτα τοῦ βασιλέως ἀπὸ τῆς εἰς θεὸν μεγίστης ἐλ-
πίδος καὶ πίστεως προσδοκῶντος τὰ βελτίονα, μηδὲ αὐτοῦ τὸ
παράπαν ἐπινυστάζοντος, ἀλλ' ὡς δυνατὸν ἀντιμαχομένου πρὸς
τὰ παγχάλεπα. νῦν δὲ ἐπιεικῶς φηλίζονται καὶ τὰ βελτίω, καὶ
ἔνθεν μὲν ὡς ἐγγὺς τρισμύριοι Τόχαροι πεμφθέντες παρὰ τοῦ B
Χαρμπαντᾶ μεγάλην, καὶ ὡς οὐκ ἤλπισέ τις ἀναστολὴν ἐργάζε-
σθαι ἄρχονται τῶν Περσῶν, ὥστε καὶ ὅσα φρούρια Ῥωμαίων
ἐαλώκεσαν πρότερον, ἀνὰ δὲ τὰ ὀχυρὰ τοῦ Ὀλύμπου παραβυ-
σθῆναι. ἐκ δύσεως δὲ Ἀμογάβαροι ἀφέντες ἃ κατεῖχον, τὸν
ποταμὸν περῶσι Μαρίτζαν, ἐς ὃ τάκεῖ διελθόντες ἀπαλλαγεῖεν,
ὡς ἄν τε καὶ δύναιντο, καὶ ὡς μὲν οἴκαδε, ὡς δὲ ἔλεγον, ἐφ' ᾧ
προσβάλλοιεν Ἄθῳ, εἰ τέως αὐτοῖς ἀναιμωτὶ τὰς ἐν τῷ μεταξὺ
κλεισωρείας διελθεῖν γένοιτο. ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῆς φήμης· C

nignitate, non desperantes fieri voti compotes, petimus suggeri nobis felicius ac saltem minus luctuosum, hoc quod hactenus obtigit, scriptionis argumentum. et sperabatur hoc articulo rerum quaedam in melius commutatio publicae fortunae. quae si contigerit, haud retrahemus manum, prompte occursuri desiderlis revocantium ad provinciam semel utcumque gestam commendandi memoriae pro modulo facultatis nostrae, quae viderimus evenire non indigna notitia posterorum. illiberale quippe nec consequens fuerit nos, postquam ultro taedium devoraverimus consignandi monumentis illa tot exposita libris hisce, mundo acerba, Romano imperio funesta, urbi huic nostrae et ecclesiae luctuosa, prosperiora deinde, quando successerint, nolle nec invitatos attingere. vertat modo, qui facile potest, scenam hanc feralem, et conversione rotae meliora deus tandem propitius reducat tempora: haud cunctantes occurremus ad fausta posteritati nuntianda; qualium non semper defuturam huic aevo copiam licet augurari ex perseveranti spe ac fide longanima imperatoris, cuius haud fractus adversis animus et fidenter expectat commutationem sortis publicae, et ei pro virili procurandae sedulus insistit, nusquam indormiens, sed toto conatu generosae virtutis infestis contra ingruentibus obluctans casibus. sane hoc tempore quaedam pro tristitia praeteritorum satis laeta sermonibus celebrabantur. nam hinc quidem triginta circiter millia Tocharorum a Charmpantane in auxilium imperatori missa plane magnam, etiam supra quam sperari verisimiliter potuerat, Persis per Asiam grassantibus inferre trepidationem coeperant; qua illi perculsi non solum se continebant a novis incursationibus et oppugnationibus tentandis, sed et multa loca prius invasa, et quotquot arces Romanorum ante occupaverant, passim relinquebant, sese intra Olympi montis inaccessa tesqua, arto transitu, et praeruptis hinc inde munita rupibus, recondentes. ex Occidua vero continente Amogabari nuntiabantur, dimissis quae tenebant, Maritzam fluvium traiicere, animo per ulteriores illi amni regiones recedendi, quam citissime possent, in patrias ipsorum, ut quidem audiebatur, ut autem ipsi dicebant, proposito invadendi urbem Atho sitam in monte cognomine Macedoniae, si tamen ipsis incruente penetrare

ἐκεῖνοι δὲ ἀπάραντες ἀπὸ τῆς Αἴνου, Ῥωμοφόρτος σὺν τοῖς Τούρκοις, Μπυριγέριος σὺν Φαρέντᾳ Τζιμῇ καὶ Γίδας, ἔχθραν δὲ πρὸς ἀλλήλους ἔχοντες, ἀλλ' οὕτω μὲν ἀπελθόντες κατήντησαν εἰς Κασάνδρειαν, κἀκεῖ πρὸς ἀλλήλους διετεχνάζοντο. ὁ γὰρ Ῥωμοφόρτος σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν Τούρκοις ἐχθραίνων ἦν Μπυρι-
D γέριον, Φαρέντα Τζιμῆν καὶ Γίδαν, κἀκεῖνοι σύμπαντες τούτῳ. ὁ δὲ Ῥωμοφόρτος συνεὶς τὴν ἐπιβουλὴν ἐνέδραις τὴν μάχην ἐπίστευσεν, καὶ πόλεμον προσαράξας κατὰ κράτος νικᾷ, ὡς πεσὼν μὲν Μπυριγέριον, τὸν δέ γε Φαρέντα ἀκλεῶς ἁλῶναι, εἶτ' αὖθις ἀπολυθῆναι παρὰ τοῦ Ῥωμοφόρτου. ὁ δὲ Φαρέντα Τζιμῆς ἀπογόνους τοῖς ὅλοις, ὥσπερ τις πλανήτης καὶ αἰχμάλωτος αὐτομολεῖ τῷ δομεστίκῳ πρὸς Ξάνθειαν· ὃ καὶ μόλις γνωσθὲν περι-
E σώζεται. οἱ μέντοι γε παρὰ τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ πεσόντας προσέπεσον Ῥωμοφόρτῳ, καὶ οὕτω πρὸς Θετταλίαν ἀπῆρεν. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὅπῃ θεῷ φίλον, ἀγέσθω. ἄγοιτο δὲ κατ' ἐλπίδας χρηστάς, καὶ ὡς ἡ τοῦ κρατοῦντος ἔχει πεποίθησις. ἡ μέντοι γε συνόλη ἱστορία τῶν δεκατριῶν λόγων περιέχει χρόνους δέοντος μόνου πεντήκοντα, καθ' ὃν καιρὸν καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος τὸν αὐτὸν τῆς ἡλικίας παρίππευε χρόνον.

13. *μένοντοιγε* P.

contingeret angustias faucium per quas illuc necessarium est iter. ac talia quidem fama ferebantur. caeterum illi motis ab Aeno castris, Romofortus cum Turcis, Mpyrigerius cum Pharenda Tzimo, et Gidas, infensi licet invicem, iunctis nihilominus copiis, communi comitatu Cassandream pervenerunt. ubi considentes, pro eo quo clam in sese mutuo ardebant odio, intenderunt animos machinandis in sibi suspectos dolis, quoad in vim apertam discidium erupit, commissis palam factionibus. nam Romofortus cum suis Turcis iram hostilem, nec ipsam bene dissimulatam, coquebat adversus Mpyrigerium, Pharendam Tzimem et Gidam; hique vicissim haud satis tegebant voluntatem Romofortum insidiis circumventum opprimendi. quod hic intelligens, aleae Martis spem credere atque ancipiti discrimine fraudum occultarum invadendo palam praelio semel defungi duxit consultius. quod et illi e sententia successit: plenam enim de adversariis, in eos irruens, victoriam retulit, adeo ut Mpyrigerius quidem ea pugna ceciderit, Pharenda vero Tzimes primum ignominiose captus, post a Romoforto liber dimissus, desperata summa rerum, ut erro et captivus quispiam, ad domesticum prope Xantheam transfugerit; a quo negre aegritus servatur. qui praelii carnificinae superfuere, ad partes Romoforti se adiunxerunt. sicque ille cunctos sub se habens unus iam dux in Thessaliam movit. verum haec qua deo cordi fuerit ferantur. utinam autem illi placeat secundum spes nostras meliora sibi despondere ornas cuncta dirigere, ac quo vota et fiducia constans principis nostri dudum incumbunt. historia haec universa tredecim librorum, annos complectitur uno minus quinquaginta, aequaeva exacte Andronico imperatori: nam is quo illa desinit tempore, pariter undequinquagesimum aetatis agebat annum.

PETRI POSSINI

E SOCIETATE IESU

OBSERVATIONUM PACHYMERIANARUM

AD HISTORIAM RERUM
AB ANDRONICO PALAEOLOGO SENIORE
IN IMPERIO GESTARUM

LIBRI TRES.

I. GLOSSARIUM.

II. NOTAE.

III. CHRONOLOGICUS.

PETRI POSSINI E S. I.
OBSERVATIONUM PACHYMERIANARUM
LIBER I.
GLOSSARIUM.

Ἄγγωνες p. 544 v. 8. telum eius simile quod Medis olim P 457
familiare Xenophon in Cyri paedia παλτόν appellavit, cum usurparent postea bellis contra Graecos aut alios populos Orientales Franci, ἄγγωνα ipsi vocabant; unde et res et nomen Graecis recentioribus innotuit. non enim illud τὸ παλαιόν nostri hoc loco Pachymeris ad ultimam vetustissimae Graeciae aut florentium P 458
Athenarum memoriam referendum est, sed ad saeculis aliquot anteriores Pachymere Byzantinae Graeciae scriptores. ex quibus et Suidas et Eustathius istiusmodi teli descriptionem hauserunt. prior sic loquitur: ἄγγωνες ἐπιχώρια δόρατα παρὰ Φράγκοις. quem ut vides Pachymeres descripsit, Francos tantum non memorans, quod Italos ibi ante nominatos iis synonymos duceret. revera enim a sacrarum praesertim expeditionum in Terram Sanctam temporibus Asiani Francorum vocabulo transmarinas omnes Europae nationes comprehendebant. Eustathius quoque ad Odyss. τ sub initium Ἄγγον (lege Ἄγγων) εἶδος δόρατος Φραγγικοῦ οὔτε λίαν μικροῦ, φασίν, οὔτε μεγάλου, οὗ τὸ πλεῖστον σιδήρῳ περιέχεται, οὐ κατὰ τὸ παρὰ Λυκόφρονι σίγυμνον· ἐκεῖνο γὰρ ὁλοσίδηρον. *Angon species hastae Francicae neque nimis parvae, ut aiunt, neque magnae; quae fere tota ferro comprehenditur, in hoc dissimilis memorato apud Lycophronem sigymno: hoc enim telum est totum ferreum.* videtur auctor Etymologici existimare nomen hoc ab ἀκοντίζειν ductum, ut quoniam istiusmodi pila non longi manubrii non modo manu quassa vibrataque hostem comminus admotum foderent, sed et habili brevitate ad iaculationem apta eminus in remotos mitterentur, ἄγγωνες dicta sint. verba eius scriptoris haec sunt: ἄγγωνες δοράτια οὐ λίαν σμικρά,

ἀλλ' οὐδὲ μεγάλα, ἀλλ' ὅσον ἀκοντίζεσθαι ὅπου δεήσοι. sed vanum, opinor, sit quaerere originem vocabuli Francici in lingua Graeca.

ἀγρωτίδες p. 269 v. 7. casas rusticas ac tuguria aestiva messorum manipulos in areis terentium, opinor, intelligit; quas a fundamentis avulsas eluvie, et quod fere tabulis ac materia constarent, torrente abreptas significat innatantes aquis, quoad impactae moenibus urbis allisu dissiparentur. agi autem potissimum de temporariis tabernaculis circum areas frugibus plenas positis ad custodiam congestarum illic in moles frumenti spicarum, quas excuti et ex iis granum secerni, opera multorum continenter dierum laborem exigente, oportebat, suadet temporis articulus sub extremum Augustum et adiuncta mentio *ἔργων αἰζηῶν ἀνδρῶν operum iuvenum virorum*, hoc est valentium messorum. *ἔργα* enim universim opera rustica circa fruges vocantur, extenso etiam eius vocis significatu ad fructus ipsos istis laboribus paratos; quo sensu etiam Psalm. 127 2 labores manuum suarum manducare homines, nempe agricolae, dicuntur. corroborat autem coniecturam, quod mox Pachymeres in membro periodi respondente his verbis, *αἰζηῶν ἀνδρῶν ἔργα*, subiungit *τὰ δ' ἀφανίζεσθαι ταῖς προχώσεσι*, disiecta et disperdita ista opera dicens cum molibus aut metis frumentariis, struibus videlicet aggestis manipulorum tritici ac frugum caeterarum, quae solent per aestatem in areis extare. favet his coniecturis epitome in hunc locum Vaticana, quam vide recitatam in hoc glossario infra verbo *προχώσεις*. quod huc pertinet, admoneo satis rarum videri vocabulum *ἀγρώτιδες* cum *ω* scriptum: nam vulgo *ἀγρότης rusticus* scribitur. sed fortasse noster ex usitato eadem notione verbo *ἀγροιώτης*, crasi quadam, hanc vocem formaverit; aut etiam in mente habuerit et scriptioni suae, ut interdum solet, inseruerit locum poëtae cuiusdam. certe haec cuncta, praesertim vero *αἰζηῶν ἀνδρῶν ἔργα*, poëtici styli saporem habent.

ἀδήριτον p. 152 v. 2. vocem *ἀδήριτον* hic usurpat su-
P 459 ctor in notione ab Hesychio observata, dum *ἀδηρίτῳ* pro synonymis copulat *ἄμαχον*, *ἀκαταμάχητον*, *invictum ineluctabile*. quare verbum *διέφερον*, quod mox subditur, nullum eorum elegantium significatuum hic obtinet, quibus insignitur in plerisque disertorum operum libris, sed simpliciter sonat *ferebant*.

ἀλλαγαί p. 496 v. 2. *τοῦτον βασιλεὺς μετ' εὐμενείας δέχεται καὶ ἀλλαγαῖς ἀγάλλει.* p. vero 498 v. 4 de Mpyrigerio sic scribit: *καὶ ἐκυδνοῦτο ταῖς συχναῖς ἀλλαγαῖς.* Hesychius *ἀλλαγήν* exponit *ἀμοιβήν*. sed eam generalem notionem his nostri locis haud quadrare nemo non videt. multo minus contentus quispiam esse possit ea quam Eustathius *παρεκβολαῖς* ad Iliad. ε p. 531 ed. Rom. annotat his verbis: *αἱ δὲ ἱστορίαι σταθμοὺς οἴδασι λέγειν καὶ τὰς ὡρισμένας, εἴτ' οὖν τεταγμένας, ἐνοδίους*

ἀναπαύλας τοῖς εἴτε ἱππεῦσιν εἴτε πεζοδρόμοις, ἃς καὶ ἀλλαγὰς ἔλεγόν τινες. in quam sententiam duo Meursius testimonia allegat, alterum Basilicon Eclog. 58 ἐάν τις παρελάσῃ μίαν γοῦν ἀλλαγήν, τὸ τετραπλάσιον τῆς τοῦ ζώου τιμῆς διδότω, alterum e glossis veteribus, σταθμὸς ζῶον δρομικὸν (forte legendum σταθμὸς ζώων δρομικῶν) ὃς λέγεται νῦν ἀλλαγή. verum nihil hinc elicio quod declarationi duorum quae proposui locorum sufficiat. reperio ἀλλαγάς praeterea vestes dici speciosiores, ornatus potius in festo aut pompa quam necessitatis aut usus civilis gratia sumi solitas. Codinus lib. de Offic. c. 10 n. 7: ἔπειτα ὁ πατριάρχης, μᾶλλον δὲ οἱ πατριάρχαι εἰ παρόντες εἰσίν, ἐνδεδυμένοι τὰς ἀλλαγὰς αὐτῶν. agit de pompa diei Palmarum. vestes quoque imperatori eadem solemnitate usitatas n. 3 vocaverat ἀλλάγματα, uti et n. 4 vestimenta τῶν ἀρχόντων principum aut praecipuorum magistratuum, apparere cerimonia tali splendido habitu ex more debentium, ἀλλάγματα pariter dixerat. videtur haec appellatio derivata e sacris literis, ubi vestimenta quaedam insigniora comparata potius ad speciem quam ad vulgarem usum חליפות a verbo חלף *mutare* dicuntur IV. Reg. v. 5 et 22. Isaiae vero 3 22 et Zachariae item 3 4 vocantur כחלצות, ad quae omnia loca Hieronymus *mutatoria* interpretatur. duobus vero prioribus locis septuaginta seniores ἀλλασσομένας στολάς pro חליפות reddunt: Genesis vero 45 22 (de quo loco mox agemus) ἐξαλλασσούσας στολάς. haec nos movent ut initio propositis historici nostri locis munera pretiosarum vestium ab Andronico honorandis hospitibus *impensa* dicī ἀλλαγάς putemus. sane perantiquus mos principum caros advenas donativo splendidarum vestium demerendi, iam inde a Iosephi Aegypto praepositi temporibus est celeber. ille quippe loco modo memorato Genes. 45 22, dum se agnoscendum fratribus praebuit, *singulis eorum* (verba sunt S. Hieronymi vulgatae auctoris) *proferri iussit binas stolas. Beniamin vero* (utique germano prae caeteris dilecto) *dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis.* in historia quoque Augusta Romanos imperatores munerari solitos pretiosis vestibus quos vellent honorare, de Alexandro Severo refertur a Lampridio, de Probo a Flavio Vopisco. quem olim morem in aula Constantinopolitana *Orientalium* Caesarum viguisse, praeterquam hi Pachymeris loci indicant, etiam potest intelligi ex consuetudine Turcarum illic hodie regnantium; quos in admissionibus legatorum insigniamve personarum donativis talibus *vestarum*, ut vulgo vocant, passim uti compertum est. et Andream igitur et Mpyrigerium Pachymeres, dum ἀλλαγαῖς ab Andronico honoratos scribit, significat lonis pretiosarum et speciosarum vestium non semel cultos. haec hactenus scripseram, quando forte in locum incidi paraphrastis Vaticani quo declaratur ipsum in eadem mecum de potestate vocis ἀλλαγή sententia fuisse, siquidem is illa verba Pachymeris

p. 542 v. 10. *τοῖς μὲν ναυάρχοις τὰ τῶν ἀναβολῶν, ὡς εἶχον, πρὸς*
P 460 *βασιλέως φιλοτιμότερον μετημφίαστο*, sic exprimit: *οἱ ναυάρχοι Γεννοῦνται τιμῶνται παρὰ τοῦ βασιλέως ἀλλαγαῖς ἱματίων λαμπρῶν.* ita ille; in quibus non temere suspicor vocem quidem ipsum *ἀλλαγῶν* ex hisce quae modo tractamus Pachymeris locis accepisse, quid autem ea suo iudicio valeret, demonstrare studuisse adiunctione ad illam exegetica *ἱματίων λαμπρῶν.* non omittatur ad extremum, hinc fortasse originationem duci plausibiliorem posse vocabuli *ἀλλάγιον* ea quam priori nostro Glossario haesitabundi proponebamus. quid si enim *ἀλλάγια* putemus dicta fuisse collegia seu corpora militum *ἀλλαγῇ* simili, hoc est veste, utentium? quae communio facile coalescere inter eiusdem nationis armatos potuit. certe id convenisse proprio praesertim imperatoris *ἀλλαγίῳ* nominatim ab Acropolita memorato, sive *τάξει*, quam idem vocem pro illius alterius synonyma ponit, verisimillime cogitabitur ex usu quoque hodierno distinguendi certo genere coloris, insignis habitus aut peculiaris chlamydis certos ordines militum, principi nomine ipso ac singulari delectu addictorum. post haec omnia scripta animadverti locum alium huc pertinentem nostri auctoris, quem vide p. 81 v. 9.

ἀλληλένδετα p. 93 v. 18. ita optime omnium Barberinus codex, cum Allatianus *ἀλληθενδεκτά* scribat, Vaticanus autem *ἀλληλενδοτά*, ille vitiosius, hic propinquius vero. notum est *δετόν* vinctum et nexum sonare, a *δέω ligo.* est ergo *ἀλληλένδετον invicem nexum*, ut sit *ἰσοδύναμον τῷ ἀλληλόπλοκα* mox posito, aptissima notione ad loci sententiam, ut lector oculatus statim cernet.

ἀμαγείρευτοι p. 88 v. 4. qui vocarentur hoc loco *ἀμαγειρέντοι* cum foret divinare necessarium in silentio scriptorum, non occurrit quod verisimilius dicerem quam quod in interpretatione posui, sic nempe vocatos eos qui postquam in aliqua parte ministerii aut praefecturae coquinae Palatinae diuturnam probassent operam, inde emeriti promovebantur in speciosiora officia, ut hic Nicolaus ad episcopatum, quamquam ne *ἀμέσως* manus e culina sordidas ad aras ferret, professione prius monastica purgatus videri potuit, nomen ex ea sumptum, Neophyti, cathedrae Prusensi honestius inferens. etsi autem in Graecis originibus culinae hic Palatinae nulla indicatio est, res tamen ipsa prudenti coniecturam suggerit, talem intelligi oportere, hoc ipso quod culina memoratur. nam id per se tam vile ministerium nisi e principali domo splendoris aliquid accipiat, obsoletius obscuriusque per se sit quam ut in scripto publico recte ostentetur. praeterquam favorem principum, sine quo iste Neophytus non promoveretur in episcopatum urbis illustris, pronum aestimatu est non alia gratia huic aspirasse quam ex commendatione intimi ministerii olim regnantibus impensi. congruit autem analogia, ut mis-

sionem nactus bonam a coquinariis imperatori exhibendis obsequiis sic ἀμαγείρευτος vocetur, ut ἀστράτευτος dicitur qui bonam a militia missionem emeruit.

Ἀμογάβαροι p. 393 v. 9. haec prima quod meminerim, in hac historia mentio est Amogabarorum, quos alibi noster, nempe P 461
p. 416 v. 3, sic dictos putat quod originem traherent ex Avaris sive Avaribus, Borealibus videlicet Asiae populis circa Caucasum sedes habentibus. sed ea historici suspicio est plane inverisimilis: quid enim Avaribus Hamaxobiis ex Scythico genere cum hisce Catelanis esse commune potuit ex Sicilia profectis, quo prius ex Hispania transierant? plausibilius hi nomen duxisse videri poterant a promontorio Tarraconensis Hispaniae, quod Ptolemaeus Ἄβαρον *Auarum* vocatum scribit. reperio apud Marianam, l. 12 c. 17 de rebus Hispaniae, *Almogaraves* illic appellatos veteranos milites e gente Maurica. horum multos admixtos Catelanis subsidio missos Friderico bellum in Sicilia gerenti a fratre ipsius rege Aragoniae arbitror, et hos bello Siculo pace facta terminato, duce Rogerio Brundusino, quem noster Rontzerium vocat, Constantinopolim venisse. itaque pari licentia qua Fridericum in Theuderichum, Rogerium in Rontzerium, Pachymeres deformat, etiam in *Amogabaris* balbutierit, sic eos pro *Almogaravis* nominans. habet ea vox haud dubium linguae Arabicae Mauris familiaris characterem. itaque placet, quam vir pererudituſ mihique amicissimus Dominicus Magrius e patrii Melitensis idiomatis usu et domestica notitia suggerit, originatio vocis huius. sit is Africanos *Algharbi* Melitae vocari, quod vocabulum *Occidentales* sonat, quoniam ab Occasu Melita Africam respicit. inseritur autem inter primam et secundam syllabam vocabuli *Algharbi* particula *mo* latinae praepositioni *ex* aequivalens, quoties designare opus est aliquem ex Africa sive alia regione Occidua profectum: talis enim illic *Almogharbi* dicitur, hoc est *qui ex Africa* sive *Occiduo tractu* venerit. nec est incredibile ex etymo eiusmodi in Hispania quoque nomen istud inolevisse: nam Mauros omnes certum est ex Africa traiecisse in Iberiam, et ex huius Occiduis partibus in caeteras dominatum extendisse, unde isthic quoque recte *Almogharbi* dici potuerint, aut vocabulo in popularem sonum detorto *Almogabari* seu, prout Mariana scribit, *Almogaraves*, Mauri milites ex Africa et Occiduis tractibus venientes. postquam haec scripseram, vidi quae Petrus d'Outremannus noster, in notis ad c. 3 libri sui de excidio Graecorum, circa vocem *Amogabari* tradit. ea nihil mutandum in iis quae supra posui suadent. indicandum tamen locum putavi studioso lectori, ut eo, si ipsi videbitur, adito, eligat ex omnibus pro arbitrio quae magis probaverit.

ἀμφιδρόμια p. 282 v. 6. οὐδὲ γὰρ εἰκὸς — καὶ εὐλογεῖν. perobscurum de more auctoris hunc locum, qui Graeca

inspiciet, reperiet, ni fallor. mihi quidem haud parum negotii dedit, quoad omnibus pensatis quam interpretatio exprimit exsculpsi sententiam. caeterum ἀρχαιολογία hic notanda in verbo ἀμφιδρόμια, quod noster ex suo mutuatur Hesychio, sic scribente ἀμφιδρόμια ἡμέρα ἀγομένη τοῖς παιδίοις, ἐν ᾗ τὸ βρέφος περὶ τὴν ἑστίαν ἔφερον τρέχοντες κύκλῳ, καὶ ἐπετίθεσαν (forte corrigendum καὶ ἐπετίθουν) αὐτῷ ὄνομα ὅτε ὑπὸ τῶν οἰκείων καὶ φίλων δῶρα ἐπέμπετο. paulo distinctius Suidas, qui nomen hoc singulare femininum facit. ἀμφιδρομία, inquit, ἣν πέμπτην ἄγουσιν ἐπὶ τοῖς βρέφεσιν, ἐν ᾗ ἀποκαθαίρονται τὰς χεῖρας αἱ συναψάμεναι τῆς μαιώσεως, τὸ βρέφος περιφέρουσι τὴν ἑστίαν τρέχοντες, καὶ δῶρα πέμπουσιν οἱ προσήκοντες ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον πολύποδας καὶ σηπίας, τῇ δεκάτῃ καὶ τοὔνομα τίθενται. hoc est: *Anphidromia, quam diem celebrant quintam a natis infantibus, qua purgant manus quae obstetricationi operam dederunt, infantem circum focum gestant currentes, et dona mittunt propinqui, polypodas plerumque ac sepias; decima vero nomen imponunt.* ex his apparet cerimoniam veterem aptare studuisse Christianis ritibus Pachymerem: et forte is voluit isto verbo baptismi
P 462 panegyrim exprimere. ego tamen coniecturae docti lectoris divinationem istiusmodi relinquens, satis habui quintam ab ortu diem exprimere, quotam voce ἀμφιδρομία, cui synonyme consonant τὰ ἀμφιδρόμια, designari Suidam retuli docentem.

ἀνάγωγος p. 337 v. 13. vocis ἀνάγωγος quae hic usurpatur notio repetenda ex Hesychio est, apud quem legimus: ἀνάγωγος ὑβριστής, ὁ μὴ τῆς διούσης ἀγωγῆς τετυχηκώς.

Ἀναξαγόρεια χρήματα p. 150 v. 4. πάντα δ' ἀνέτρεπον καὶ συνέχεον διὰ τὴν νομιζομένην ἀκρίβειαν, κατὰ τὰ Ἀναξαγόρεια χρήματα. sic duo codd. optimi concorditer B et A. Vaticanus interpolator, pro suo more obscura transiliendi, sic tantum habet: καὶ πάντα ἀνέτρεπον καὶ συνέχεον διὰ τὴν νομιζομένην ἀκρίβειαν. habuit autem in animo haec scribens Pachymeres initium celebris operis ab Anaxagora de rerum natura scripti, recitatum a Diogene Laertio in eius vita his verbis: πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ· εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε. *omnes res erant simul. deinde mens veniens ipsas ornate disposuit.*

ἀποσκίπτω. huius quoque nusquam alibi a tot diligentissimis vocabulorum collectoribus reperti verbi aliquam in hoc minus obviorum censu fieri mentionem aequum est; cuius praeteritum infinitivi passivi noster usurpat dum sic scribit, p. 269 v. 10: μὴ τῆς φορᾶς ληγούσης πρὶν ἂν ἀπεσκίφθαι τῷ τείχει τῆς πόλεως. *non cessante impetu priusquam illiderentur muro civitatis.* agit de casis rusticorum eluvione avulsis et torrente abreptis. quod verbum vulgo scribitur σκήπτω, alias per ι scribi solitum, non obscura vestigia supersunt in vocibus inde derivatis, σκίπων, quam Hesychius exponit βακτηρία ῥάβδος, et σκιπίων, quam ium

olim Latini arripuerunt, scipionem baculum dicentes. quin et ipsum, sed ἐπενθέσει τοῦ μ auctum reperitur verbum σκίμπτω Hesychio saepius memoratum: nam apud hunc legitur σκίμπτει σκίμπτεται, χαλεπαίνει, ἐρείδεται, ἐπιπίπτει, et σκίμψαι ἐμπαγῆναι, ἐμπελασθῆναι, denique ut alia omittam, σκιμφθῇ ἐγγίσει προσπελάσει. bene habet, dicet aliquis: sed τὸ ἀπὸ τῷ σκίμπτεσθαι praepositum significationem in contrarium vertit. huic ego sic occurro ut ultro confitear plerumque στερητικὸν esse τὸ ἀπό in compositione verborum aut nominum. sic ἀπανθεῖν est *deflorescere*, ἀπάξιος *indignus*, ac similia passim obvia sexcenta. in quibus iuvat obiter memorare vocem ἀπαρτιτόκος elegantissime compositam ab auctore pulcherrimi epigrammatis ab eruditissimo Octavio Falconerio descripti e basi marmorea nuper effossa et cum notis eiusdem doctissimis editi. sustinebat olim ea basis signum Aesculapii, repraesentans illum ut infantem recens natum. unde primum distichon sic habet:

τὰν παιδὸς καλλίσταν εἰκὼ τάνδε θεοῖο
Παιᾶνος κούρου ματρὸς ἀπαρτιτόκου

ἀρτιτόκον, hoc est *recens enixam*, Aesculapii modo nati genitricem vere appellare Nicomedes epigrammatis scriptor non potuit, quoniam eam sciebat nunquam peperisse, utique non ignorans vulgatissimam et constantissime creditam fabulam, qua quaecumque tandem fuerit mater Aesculapii (nam alii Coronide, Arsinoë alii natum autumant) prius mortua quam pareret asseritur, ex illius vero statim exsecto utero vivum puerum Aesculapium extractum. quare is merito vocatur κοῦρος ματρὸς ἀπαρτιτόκου *filius matris non puerperae*, quippe quae illum dumtaxat alvo conce- P 463
perit et formaverit, enixa in lucem numquam fuerit, morte partum praeoccupante. inest ergo sine dubio in compositione vis negandi τῷ ἀπό: sed non semper. nam ad v. 773 Iliadis β, ubi legitur de Achille κεῖτ' ἀπομηνίσας, sic annotat Eustathius: ἐν μὲν τοῖς ἑξῆς ἀπομηνῖσαι τὸν Ἀχιλλέα ὁ ποιητὴς ἐρεῖ, τουτέστιν ἀποθέσθαι τὴν μῆνιν· ἐνταῦθα δὲ εἰπὼν ὅτι ἐν νήεσσιν ἔκειτο ἀπομηνίσας Ἀγαμέμνονι, τὴν ἐπιμονὴν δηλοῖ τῆς μηνίδος. κεῖται γὰρ ἡ ἀπὸ πρόθεσις ἀργή, ὡς καὶ ὅτε τις λέγει ἀπομνημονεύειν χάριτος, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἀπομνημόνευμα. οὕτω δὲ καὶ τὸ ἀπαντᾶν ἀδιάφορον πρὸς τὸ ἀντᾶν. *in consequentibus dicet poeta Achillem* ἀπομηνῖσαι, *hoc est deposuisse iram. hic vero dicens quod is in navibus iacuerit* ἀπομηνίσας *Agamemnoni, perseverantiam irae significat. praepositio enim* ἀπό *hic otiosa iacet, sicut et quando quis dicit* ἀπομνημονεύειν χάριτος *recordari se gratiae; unde est et nomen* ἀπομνημόνευμα. *eiusdem formae ac notionis verbum* ἀπαντᾶν *occurrere, idem valens ac simplex* ἀντᾶν etc. doctrinam huius magistri ad rem ego meam conferens aio in hoc nostro verbo ἀποσκίμπτεσθαι τὸ ἀπό vacare, et idem valere compositum ac simplex, σκίμπτειν καὶ ἀποσκίμπτειν, nisi si quam maioris

impetus emphasim compositio adiiciat, ut cum ἐκλιτεσθαι sit solum ἐπιπλῆττειν *incidere*, ἀποκλιμτεσθαι sit vehementer incidere, hoc est, ut vertimus, *illidi*,

ἀρματοφυλάκιον p. 135 v. 11. ἐν τῷ πάλαι ἁρματοφυλακίῳ. nimirum in veteri armamentario. unde confirmantur quae in Glossario priori de notione vocis ἅρμα apud Graecos posteriores notavimus; quibus addo testimonium veterum Glossarum Iuris, ubi legitur ἅρμα παρ' Ἕλλησι μὲν τὸ ζεῦγος βοῶν, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις τὴν καροῦχαν, σημαίνει καὶ ὅπλον.

ἀρχή. omisi annotare in Glossario priori notionem peculiarem vocabuli ἀρχή, usurpatam vol. I huius historiae p. 17 v. 6, ubi sic scribitur: τῆς ἀρχῆς ἐγγύθεν οὔσης ἀνθεξούσης ἑτοίμου πρὸς ἅπαν τὸ ἀντιστησόμενον. sententia loci exigit ἀρχήν hic vocari aulam sive comitatum imperatoris, aut urbem imperii sedem.

Αὐγουστεῶνος αὐλαία p. 196 v. 1. agit de concursu multitudinis ingentis quae forum aut plateam propylaeo templi S. Sophiae contiguam impleverat studio visendae cerimoniae inaugurationis Michaëlis a patre Andronico in imperii collegam assumendi, et solemniter coronandi. a congregata tali occasione turba confertam stipatis corporibus et se arte comprimentibus fuisse ait Αὐγουστεῶνος αὐλαίαν, quod utrumque vocabulum declarandum est. incipiamus a priori. non videtur dubium quin Αὐγουστεών forum sit idem quod Codinus Παρεκβολαῖς περὶ τῶν πατρίων τῆς Κωνσταντινουπόλεως docet vocatum fuisse Αὐγουσταῖον a Constantino, cum antea στρατήγιον diceretur. verba Codini sunt ἐν τῷ στρατηγίῳ λεγομένῳ φόρῳ, ἔνθα ποτὲ οἱ στρατηγοῦντες τὰς τιμὰς αὐτῶν ἀπεδέχοντο, ἑαυτὸν ἐπὶ λιθίνης ἀνέγραψε στήλης . . . . . καὶ τὸν τόπον ἐκάλεσεν Αὐγουσταῖον. *in foro strategio dicto, ubi militares magistratus suos honores accipiebant, suam ipsius statuam lapideae columnae imposuit . . . . et locum Augustaeum nominavit.* ita Codinus iuxta editionem Georgii Douzae anno 1596. aliter tamen eundem, ut apparet, locum
P 464 Meursius recitat, verbo γουστεῖον, ex Codini Originibus Constantinopolis referens forum istud Ἀνγουστεῶνα denominatum, cum antea γουστεῖον vocaretur, hoc est ὑποπώλιον. de foro eodem haec habet Procopius l. 1 de Aedificiis c. 2: ἀγορά τις ἀπὸ τοῦ βουλευτηρίου ἐτύγχανεν οὖσα, καλοῦσι δὲ Αὐγουσταῖον τὴν ἀγορὰν οἱ Βυζάντιοι. hoc est ex interpretatione Maltreti: *pro curia forum est, dictum Byzantiis Augustaeum.* fuisse hoc forum, quod Pachymeris narratio exigit, prope templum S. Sophiae, suadetur ex iis quae scribit Petrus Gillius de Topogr. Constantin. l. 2 c. 17 his verbis: *Procopius forum quod Constantinopolitani Augustaeum nominant, declarat ante regias situm fuisse columnis circumdatum. nunc nomen non modo amisit, sed ne forum quidem extat, totum fere exaedificatum. regiae dudum deletae sunt. fuisse tamen Augustaeum ubi nunc cernitur aqua*

saliens, non longe a Sophiae angulo ad Occasum vergente, assequor ex stylobata paulo ante extante columnae Iustiniani a Turcis sublatae, quam Procopius tradit Iustinianum in Augustaeo foro, Zonaras in aula ante aedem Sophiae excitasse. Suidas addit Iustinianum, cum Sophiae templum condidisset, purgasse aulam et marmore stravisse, appellatam prius Augustaeum forum. hactenus Gillius. Suidas verbo *Αὔγουστος* meminit *ὀψοπωλίου εἰς αὐγουστεῖον μετωνομασμένου.* sed videtur agere de loco veteris Romae sic dicto, nempe de foro Augusti. verba eius sunt: *οἱ ῥεγεωνάρχαι καὶ σεβαστοφόρα ἐχόρευον ἐν τῷ αὐγουστείῳ, οἷον ἐν τῷ ὀψοπωλίῳ, εἰς τιμὴν Τιβερίου. τὸν δὲ τοιοῦτον τόπον οὕτως ἐκάλεσαν ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου.* ita Suidas, continue subiungens *ἔστησε δὲ καὶ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος εἰς τὸ ἀσκεπὲς τῆς δάφνης στήλην τῆς ἑαυτοῦ μητρός, ἐξ ἧς ὠνόμασε τὸν τόπον Αὐγουστεῖον.* forte vult significare Constantinum studentem novam quam condebat Romam veteri per omnia similem facere, fori etiam Augustei, cuius apud antiquam Romam dudum visi meminisset, simulacrum eadem appellatione Byzantii fecisse, et locum prius Strategium vocatum, erecta ibi matris suae Augustae statua, Augustaeum nuncupasse. atque hinc forte repetenda ratio fuerit cur Codinus et Procopius forum hoc Constantinopolitanum *Αὐγουσταῖον* per *αι* scribant, Suidas vero forum antiquae Romae *Αὐγουστεῖον* per *ει*, nimirum quod hoc a nomine imperatoris Augusti appellationem sumpserit, ex quo iuxta analogiam formari debuerit *αὐγυστεῖον*, illud vero ex Augusta Helena denominatum cum *αι* scribi debuerit. utut sit, positae in hoc Constantinopoli tanto foro a magno Constantino praeter propriam statuam etiam alterius statuae matris suae Helenae, meminit quoque Codinus loco superius indicato; in quo videtur successio temporis fuisse, ut primo suam matrem honoraverit simulacro illius illic erecto et loco ex ea nominato, deinde signum quoque se ipsum referens ibidem extare voluerit. porro lapsu temporum invaluisse ut locus prius dictus *αὐγουσταῖον*, postea aetate Pachymeris vulgo vocitaretur *Αὐγουστεών*, ex hoc istius Historici testimonio recte, ut opinor, colligimus.

Restat videndum quid *αὐλαίαν* idem vocet. *αὐλαία* Suidae est *τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα*, proscenium, velum obiectum oculis spectatorum mimis operam dantium. Hesychius praeter istam notionem aliam etiam subiicit voci huic, dum scribit: *αὐλαία ἐν αὐλῇ διατρίβουτα.* disquiratur ergo quid sit *αὐλή*; quod vocabulum in huius ipsius mentione loci usurpant et Zonaras, et Suidas supra citati a Petro Gillio. Athenaeus (lib. 5 *δειπνοσοφιστῶν* p. 189 ed. Commelini anni 1597) ad versum Aristarchi

Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή

sic disputat de significatu vocis huius. *ἔτι τοίνυν οὐδ' ἡ αὐλὴ ἁρμόττει ἐπὶ τοῦ οἴκου. ὁ γὰρ διαπνεόμενος τόπος αὐλὴ λέγεται.*

praeterea vox αὐλὴ aedibus non congruit: apertus enim perflatusque locus αὐλὴ dicitur. notat hunc locum animadversor Athenaei, censura, ni fallor, parum digna caetero eius acumine critico. sic scribit c. 8 l. 5. *haec Athenaeus: sed quam ista levia? . . .. quid enim vetat per αὐλὴν et palatium intelligere.* et paulo post: *e contrario affirmamus nos Διὸς αὐλὴν Homerum appellasse Iovis palatium. sic enim loqui observamus antiquis-*
P 465 *simum poëtam, et quod in primis ad rem facit, summum Homeri imitatorem Aeschylum, cuius est illud in Prometheo vincto: ὅσοι τὴν Διὸς αὐλὴν οἰχνεῦσι.* hactenus Casaubonus, quem sane miror id ipsum pro argumento allegare quod eius causam unice iugulat. itane vero? ex eo quod Homerus et Aeschylus *Διὸς αὐλήν* memorent, sequitur eos aliam Iovi habitationem assignasse quam qualem *αὐλῆς* vocabulo exprimi contendit Athenaeus, intectam et aura perflabilem? quin potius ex Iovis, qui Aether ipse est iuxta illud Ennii *aspice hoc sublime candens quem invocant omnes Iovem;* ex Iovis inquam natura prudens quivis Homeri et Aeschyli lector intelligat tale utique illi assignari diversorium qualis ipse est, sine murorum lateribus, sine tecti fastigio, patens omnem in partem atque perflabile. quis legens apud Virgilium *annosasque domos avium*, aut de Aristaeo intra fluenta Penei amnis admisso *iamque domum mirans genitricis et humida regna*, subiiciat animo aedes ad humanum usum lapide ac caemento structas, tectas laquearibus, et non potius *domus* vocabulum utrobique accipiendum putet consentanee ad conditiones rerum quarum est illic mentio, volucrum in ramis arborum, Nympharum sub aquis degentium? equidem inde potius suspicor sola terrarum patentia, superne intecta loca dici ὕπαιθρα, subdialia, sub Iove frigido posita, quod *Διός Iovis* ipsius habitaculum eiusmodi esse vulgo existimetur. quare nihil in adductis a Casaubono video quod me moveat ad fidem negandam docenti verum significatum vocis *αὐλὴ* antiquissimo grammatico, haud paulo, ut est verisimile, perspectiorem habenti nativam potestatem vocabulorum linguae propriae, in cuius sit meditatione accuratissime versatus, quam recte credi de ullo recenti queat quantumvis diligenti literatore. illud potuerat elegantius illustrator Athenaei in eius interprete culpare, quod in illo Aristarchi versu Latine reddendo vocabulum Latinum *atrium* tamquam Graeco *αὐλὴ ἰσοδυναμοῦν* adhibuerit. atrium enim, prout erudite demonstrat Famianus Nardinius in sua Roma Antiqua l. 3 c. 13, plane contrariam *αὐλῇ*, hoc est, ut vidimus, loco *ὑπαίθρῳ* et sine murorum obicibus perflabili, notionem apud Latinos veteres habuit, significans nimirum partem aedium structis omni ex parte lateribus murorum et laqueari superne imposito protectam. unde Ausonius in Mosella *laqueati* adiunctum *atrio* aptat; et Apuleius describendo atrium regiae Psyches, *summa* eius *laquearia citro et ebur*

curiose cavata sustineri ait *aureis columnis*. sed et usus apud veteres attributi atrio tectum illud fuisse demonstrant. illic enim ex Plinio l. 35 c. 2, Polybio l. 6, Iuvenale Sat. 8 et aliis, imagines maiorum servabantur, quas in loco aëris iniuriis exposito non est verisimile relinqui solitas. ex Servio ad primum Aeneidos in atriis coenabatur, ad quod subdivalis locus, noctu praesertim, ineptus est. ibidem ex eodem Servio ad 11 Aeneidos senatus interdum habebatur. ibi, ut docet Corippus l. 3 de laudibus Iustini minoris, legati gentium exterarum ab imperatoribus admittebantur. illic denique, ut ex concordi testimonio evangelistarum Marci Lucae Ioannis constat, ignis excitabatur; unde etiam Isidorus vocis etymon repetendum putat, *atrium* existimans dictum *quasi ab igne et fumo atrum*. nihil horum commode loco aperto ac perflabili fieret. sed haec obiter. ad orbem instituti redeamus, definiamusque quid *αὐλαίας* verbo designare Pachymeres hoc quem tractamus loco voluerit. equidem non dubito quin is *αὐλαίαν* ab *αὐλῇ*, iam expressa notione intellecta, deflexerit, ac studuerit indicare subdivalem aream Augustaei fori, spatium videlicet extra laterales hinc inde porticus in medio purum ac late vacuum, quod densa tunc multitudo compleverit.

αὐτοπροσκοπλίτης p. 615 v. 6. agit de Athanasio patriarcha consueta sibi atque innata morositate cunctos sine discrimine offendere nihil pensi habente. divinanda est origo et notio huius vocabuli mihi quidem alibi non lecti. unde autem verisimilius duci putem quam a *προσκοπή* voce ecclesiastici usus ex epistolis Pauli notissima? ad Cor. 2 c. 6: *μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπὴν nemini dantes ullam offensionem*, ex qua idem sanctus apostolus appellativum alibi format *ἀπρόσκοπος*. ad Cor. 1 c. 10 32: *ἀπρόσκοποι γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ θεοῦ*. ut ergo significet Pachymeres Athanasium non modo non cavisse, ut oportuerat, ne actis a se aliud spectante, bono etiam animo, contingeret aliquos offendi, sed ita se gessisse ut paene videretur de industria quaerere ac captare occasiones offendendi omne genus hominum, eum *αὐτοπροσκοπλίτην* hoc loco vocat. P 466

Βλαχικόν p. 106 v. 4. congruunt quae hic Pachymeres de gente Blachica scribit, cum iis quae prius Anna Comnena in Alexiade de Blachis scripserat, l. 8 p. 227: *καὶ ὁπόσοι τὸν νομάδα βίον εἵλοντο, Βλάχους τούτους ἡ κοινὴ καλεῖν οἶδε διαλεκτος*. de quibus iuverit videre quae in nostro Glossario primae Alexiadis editioni subiuncto pridem annotavimus.

Βοηδρομιών. etsi semper alibi Pachymeres hoc vocabulo mensem Aprilem indicat, tamen, propter rationes a me l. 3 Observ. c. 6 n. 9 allatas, necessario dicendum est eum p. 624 v. 12 hoc nomine designasse Martium mensem. nec novum est variare

illum in nomenclatione mensium: vide quae verbo *Λῆναιών* et verbo *Μαιμακτηριών* hoc ipso Glossario notamus.

βοῦτζον p. 399 v. 3. quid sint hoc loco *βοῦτζα* quaeritur. puto idem quod *βουτζαί* et *βουτζία*, vocabula dudum explicata a Meursio, dolia videlicet vinaria lignea rotunda, qualium liquore vacuorum et terra oppletorum usus est frequens in subitis obvallationibus; quas Galli hodie *barricades* vocant, quia dolia vinaria *barricas*, sive, ut solent scribere, *barriques*, appellant. Italis eiusmodi dolia *botte* dicuntur, voce propius accedente ad sonum *butzi*, cuius significatum obtinet et fortasse origo est.

γλυκὺς ἀγκών p. 44 v. 8. in huius enarratione adagii dissident invicem grammatici sententiis contrarie commissis. Zenobius cent. 2 n. 92, Anonymus Vaticanus cent. 1 n. 55, Eustathius ad Iliad. *κ* p. 791 ed. Rom. contendunt per antiphrasim dici
P 467 de re molesta. Suidas contra iudicat cent. 4 n. 94. sic enim scribit: *γλυκὺς ἀγκὼν οὐ κατ' ἐναντίωσιν ἡ παροιμία. ἀλλὰ βουλόμενος εἰπεῖν, ᾧ γλυκέα ἤθη ἐχρήσατο Πλάτων ὁ κωμικὸς ἐν τῷ Φάωνι. γέρων δ' αὐτῷ ὑπόκειται ἐρῶν αὐλητρίδος, ᾧ χρυσοῦν ἀνάδημα . . . . ὦ γλυκὺς ἀγκών.* Suidae Pachymeres accedens facilem ad quidvis cuivis gratificandum Cozyleni episcopi animum hac formula expressit.

δεῖξις p. 524 v. 14. quid sit hoc loco *δεῖξις*, diu quaesivi. nec vulgaris notio ostensionis vel ostentationis, nec peculiaris quam notat Plutarchus Convivalium sermonum l. 8 quaest. 15, docens sic vocari speciem aut partem quandam *ὀρχήσεως saltationis*, huc quidquam faciunt. aliquando suspicabar *δεῖξιν* vocatum campum quendam suburbanum urbi Adrianopoli, in qua tunc diversabatur imperator Michaël, exercitum, ut solet fieri, in castris habens suburbanis loco *δείξις* vocato positis, ad quae se ille tum forte contulisset cum nuntiatus est adventus Caesaris. nec abluderet usus praepositionis *ἀνά*, quae saepe aequivalet Latinae *per* et locum per quem itur denotat. sic Homerus habet *Ὀδυσ. ξ*: *χῶρον ἀν' ὑλοέντα per locum sylvosum*, et alibi *ἀνὰ στρατόν per exercitum*. aliorum quoque scriptorum classicorum testimonia in promptu. sed figere sententiam in coniectura mera non sum ausus, donec auctoritas me doceret idonea locum ita nominatum prope Adrianopolim fuisse. illud in hoc dubio quod minus inverisimiliter sequerer se unum obtulit, novatum in usu vocis huius hic aliquid agnoscere ex posteriorum militari disciplina temporum. nempe Franci, qui per Asiam sacri belli causa diu militaverant, census militum, quales maxime solvendorum cuique stipendiorum occasione a duce ipso supremo rege aut imperatore celebrantur, *montres* hodieque vocant, quasi diceres *ostensiones*, quibus scilicet unusquisque militum ad nomen citatus se ostendit atque exhibet. manifestum autem est, si quis vocem Gallicam *montre* Graeco vocabulo velit reddere, non aliud aptius repertu-

rum nomine δεῖξις. res autem ipsa narrationi aptissime congruit, ut dicatur imperator ex urbe in vicina castra census militaris et solutionis stipendiorum causa prodiisse, ibique repertum cum ei nuntiatus accessus ad eum novi est Caesaris.

δεφενδεύειν p. 175 v. 7. δεφενδεύειν plane pro *tueri, protegere, defendere* ponitur. nec nunc primum hoc verbum e Latio transit in Helladem. Glossae Basilicorum δεφενδεύεται explicant ἐξκουσεύεται, ἐκδικεῖται. sed haec defensio iudicialis est patronorum aut advocatorum reos excusantium, aut ab iis crimina obiecta refellendo depellentium. magis huc facit declaratum iisdem glossis vocabulum δεφένσορες in hunc modum: οἱ μετὰ τοὺς κουρσῶρας ἤτοι προμάχους ἐπακολουθοῦντες πρὸς ἐκδίκησιν αὐτῶν. utitur et alibi noster hoc verbo, nempe l. 3 c. 18 sub finem, sic scribens: καὶ γὰρ καὶ τὰς τῶν Ἰταλῶν (οἰκίας) χρεὼν ἦν δεφενδεύειν. *etenim et domos Italorum defendere imperatorem oportebat.* hoc est, ab iniuria tutas praestare, et vindicare si quid fuisset in eas contra ius factum. agit de domibus Genuensium Galatae permissu imperatoris habitantium; quas cum Veneti flamma iniecta corrupissent, multa iis per imperatorem indicta damnum reparare sunt compulsi.

διακινήσιμος p. 50 v. 13. τῇ γὰρ δευτέρᾳ ἑβδομάδος P 468
μετὰ τὴν ἀναστάσιμον, ἣν δὴ καὶ διακινήσιμον λέγουσιν. legebatur in ms mendose, opinor, τῆς γὰρ δευτέρας, quasi referretur ad ἑβδομάδος. quod a recto aberrat: non enim meminit secundae cuiuspiam hebdomadis, sed feriae secundae hebdomadis Paschalis, quae feria diem resurrectionis domini ἀμέσως sequitur, ita ut in δευτέρᾳ intelligatur ἡμέρᾳ, et dum τὴν ἀναστάσιμον appellat, non ἑβδομάδα subintelligat sed ἡμέραν aut ἑορτήν, hoc est dominicam ipsam Paschae, quam Vaticanus paraphrastes vocat hoc loco κυριακὴν νέαν, diem nimirum quam fecit dominus. Graeci enim hebdomadem quae incipit a die statim sequente diem Paschae, τὴν διακινήσιμον nuncupant, uti et eam quae inchoatur postridie octavae Paschae nominant ἑβδομάδα τοῦ Θωμᾶ, quod illi quoque, ut Latini, in missa octavae Paschae recitent evangelium in quo narratur Thomae apostoli correctio et confessio; cuius hebdomadae Thomae in hac quoque nostra historia fit mentio l. 6 c. 13, recte siquidem Iacobus Goar O. P. in Euchologio p. 933 haec verba τῇ πέμπτῃ τῆς διακινησίμου vertit *feria quinta post Pascha.* ut autem illic πεμπτή feriam, sic hoc loco δευτέρα non hebdomadem, ut monui, sed hebdomadis diem indicat, feriam videlicet secundam, qua fuerit edictum, de quo hic agitur, promulgatum. ex his confido apparituram necessitatem emendationis loci huius a me factae. restaret excutienda diversitas scripturae in voce διακινήσιμος, quam alii διακαινήσιμος, nonnulli etiam διακενήσιμος scribunt. nos codicibus adhaeremus nostris sic constanter, uti repraesentamus, scribentibus. idque sufficere

nunc quidem ducimus: nec enim vacat aut tanti est in ratione talis appellationis aut etymo vocis indagando conflictari.

διασωσταί p. 307 v. 18. agit de Alanis Noga sublato, cui militaverant, ultro se offerentibus Andronico, qui eos velut divinitus missos accepit, summam eis rei militaris permittens, adsciscens in locum copiarum Romanarum, adeo ut delectis ex isto genere qui equitatu operam navaturi viderentur, detractos propriis equitibus equos assignaverit, ipsos quoque Romanos horum barbarorum obsequiis mancipans. nam cum esset iampridem in Orientali equestri militia usitatum ut cataphractis equitibus adessent in praeliis quidam pedites, qui eos, si forte, vulneratos aut alio casu periclitantes iuvarent servarentque, tales istis ministrare homines Romanos iussit. hoc genus equestrium ministrorum noster hoc loco *διασωστάς*, quasi dicat *conservatores*, vocat. *δεκοτάτους* sive *διακοτάτους* appellaverat Mauricius recitatus a Rigaltio in Glossario, sic continuo eorum officium describens: *οἱ παρακολουθοῦντες τῇ τάξει καὶ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τραυματίας γενομένους ἀνακομίζοντές τε καὶ περιποιούμενοι.* adiungit hic eruditissimus Rigaltius loca varia Constitutionum Leonis de hoc genere subsidiariorum multa docentia. horum in uno ex Constit. 8 § 15 dicitur istos asseclas et adiutores equitum olim *deputatos* dictos, Leonis Augusti tempore appellari solitos *σκρίβωνας scribones*. in altero ex Constit. 12 § 52 noto glossam hanc *τοὺς λεγομένους δεκοτάτους, τοῦτ' ἔστι τοὺς ἐπιμελητὰς τῶν τραυματιζομένων στρατιωτῶν*. praescribit deinceps ibidem Leo quaedam circa numerum et delectum horum deputatorum, iubens constitui ad omne *signum* (Graece *βάνδον*, nempe turmam aut alam equitum sub uno vexillo merentium, quales Galli *cornettes* vocant)
P 469 octo aut decem ex deputatorum ordine *ἐλαφροὺς καὶ γοργοὺς ἄνευ ὅπλων agiles et strenuos sine armis*, qui debeant turmas quibus inserviunt intervallo centum pedum retro insequi, ut in praeliis periculose saucios aut quocumque casu delabentes ex equis milites colligant, recreent, deportent in tutum. tum iis solvi praecipit pro quolibet servato milite nummum unum. § vero 54 idem Leo imperat in usum istorum deputatorum addi ephippiis militarium equorum scalam geminam ad laevam, ut harum altera deputatus, quoties opus fuerit ad subsidium equitis periclitantis, adiuvari possit ad scandendum in equum. verba Leonis sunt: *πρέπον ἐστὶν ἵνα ὁ δεκοτάτος τὰς δύο σκάλας εἰς τὸ ἀριστερὸν μέρος τῆς σέλας ἔχῃ.* addit denique eosdem deputatos debere *καὶ εἰς φλάσκια ὕδωρ βαστάζειν διὰ τοὺς πολλάκις λειποθυμοῦντας τραυματίας*, circumferre aquam in lagenis, unde revocent ad sensum saucios saepe ex dolore vulnerum aut iactura sanguinis deliquium patientes. obiter observo ex hactenus relatis: quod hi *deputati* Leonis imperatoris tempore, ut ipse testatur, *scribones* dicebantur, quae affinis notionis vox est *actuario*, satis indicat et hos

ex actuariorum genere fuisse, qui multi, prout ostendimus in ea voce primo nostro Glossario, castra olim Romana sequebantur. ac quod ibi diximus medicos quoque, chirurgos et *νοσοκόμους* universos eo vocabulo pariter censeri, confirmat Leo idem Augustus Const. 3 § 15, dum his *δεκοτάτοις* medicorum partes clare tribuit, sic de illis scribens: *οἵτινες παρακολουθοῦντες τῇ παρατάξει τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τραυματίας γινομένους ἀναλαμβάνονται ὡς ἰατροὶ καὶ περικοιοῦνται.* hinc istos hoc loco noster vocat *διασωστάς servatores*, seu *δεκοτάτων* vocem usitatam, quod alienae esset originis, vere Graeca mutans, ut solet in nominibus mensium et occasionibus similibus (nam et quas *σκάλας* modo descripto loco Leo imperator dixit, stapedas designans, Pachymeres vol. I p. 411 v. 16 *κλίμακας* maluit dicere), sive quod forte tunc sic usus invaluisset, ut qui *δεκοτάτοι* appellati fuerant, tum vulgo audirent *διασωσταί*. caeterum hos *διασωστάς* solitos fuisse, saltem Pachymeris tempore, interdum armari et militarem praestare operam tuto deducendis per vias infestas viatoribus, docet nos locus ex p. 429 v. 16 huius historiae, ubi refertur Rontzerium magnum ducem, cum Magnesia Constantinopolim Cannaburium quendam mitteret, Nostongo provinciae illic praefecto mandasse ut ei *διασωστάς* e suis copiis comites daret, quorum tutus praesidio secure iter istud conficeret: *πέμπει πρὸς τὸν Νόστογγον παρεγγυῶν ἱκανῶσαι διασωσταῖς ἐκ τοῦ στρατιωτικοῦ τὸν ἀποστελλόμενον.* additque mox historicus Nostongum ostendere affectantem abundans gratificandi duci magno studium, plus quam rogabatur fecisse: obivisse enim ipsum cum suis praetorianis id officium, et Cannaburium in urbem perduxisse.

διβάμβουλον p. 186 v. 8. quid dicatur hoc loco *διβάμβουλον dibambulum*, eo mihi diligentius est quaerendum, quo doctissimorum hominum editae hactenus de huius vocabuli notione sententiae a vero aberrare vel ex hoc ipso historici nostri testimonio manifeste deprehenduntur. eruditissimus Iacobus Pontanus noster in Latina, quam sine Graeco contextu solam edidit, interpretatione Chronici Georgii Phrantzis protovestiarii, l. 3 c. 19 p. 197 ed. Ingolstad. an. 1604, referens ritum quo patriarcha Constantinopolitanus eius dignitatis inire possessionem erat solitus, inter alia haec habet: *secundum haec patriarcha cum lampadibus ad diababula sive atrium descendebat.* ita ibi. recte porro, ut opinor, Meursius in Glossario verbo *Διβάμβυλον*, et ex eo verba ipsa describens Mathias Martinius in suo Lexico Philologico verbo *Monobambulum*, pro *diababula* dibambula illo Phrantzae loco rescribi debere putaverunt. non recte autem, P 470
quantum arbitror, glossema illud, *sive atrium*, pro vera vocis eius expositione receperunt. sic enim uterque scribit; *Μονοβάμβυλον simplex conclave palatii secretius, in quo congregabatur clerus patriarcham novum electurus. Codinus eius meminit:* ὁ

δεύτερος ὀστιάριος κρατῶν τὸ μονοβάμβυλον. *ante hoc erat aliud, in quod promiscue conveniebant omnes qui cuperent scire quem clerus patriarcham creasset; et illud* διβάμβυλον *dicebatur.* ita illi ambo; et hoc continue probant prolato, quem supra descripsi, Phrantzae aut potius Pontani loco. sed in hoc utrumque falli non diffitebitur, qui attenderit quam ridicule diceretur a Codino δεύτερος ὀστιάριος κρατῶν τὸ μονοβάμβυλον, *secundus ostiarius manu tenens Monobambulum*, si Monobambulum atrium esset, quale utique *manu tenere* (hoc enim est κρατεῖν) nemo unus potest. unde manifestum est ex mente Codini Monobambulum fuisse rem aliquam manu gestabilem. ac paritate argumenti idem erit statuendum de Dibambulo, quod eiusdem formae ac generis esse gestamen debuisse et ratio communis etymi et series ipsa narrationis Phrantzae, et ut ad rem meam redeam, hic Pachymeris locus tantum non evidentissime demonstrant. quem enim quaeso possent sensum tolerabilem habere verba haec nostri auctoris, *patriarcha pastorali baculo ab imperatore accepto, honoratur et dibambulo*, si *Dibambulum* atrium esset exterius? quidnam igitur hic significare Pachymeres voluit verbo *Dibambulum*? idem sine dubio quod alias clarius expressit, dum refert (vol. I p. 112 v. 10 sqq.) solicitos antistites eo quod Arsenius e patriarchio in monasterium sponte profugus scripto expressam abdicationem dare rogatus recusasset, ut aliquid haberent scriptae cessioni sequivalens, ab eo repeti curasse βακτηρίαν καὶ λαμπαδοῦχον *baculum et candelabrum*, rati si ea reddidisset per quae investitus patriarchatu fuerat, hoc ipso satis indicaturum sedi se renuntiare, ac liberam synodo facturum ad novam patriarchae electionem procedendi potestatem. hic necessario de antiqua forma inaugurationis episcoporum repetendum e monumentis ecclesiasticis aliquid est. primum autem admoneo consuetudinem ecclesiae Latinae, ut in aliis plurimis, sic in hoc a Graecae usibus discrepasse. S. Bernardus serm. in Coena Domini: *variae sunt*, inquit, *investiturae secundum ea de quibus investimur. verbi gratia investitur canonicus per librum, abbas per baculum, episcopus per baculum et annulum simul.* ita ille. ecclesia Graeca duo quidem et ipsa coniunctim adhibuit symbola in conferenda electis pastoribus et sponsis ecclesiarum episcopalis possessione dignitatis, quae similiter responderent duobus memoratis titulis *pastoris* et *sponsi*. at in primo dumtaxat cum Latinis Graeci convenientes, in posteriori lampadem sponsis praeferri solitam ex evangelica parabola et usu Orientalium nationum, ad nuptialem ceremoniam accommodatissimam, annulo praetulerunt, quem tamen Occidentalis ad id potius adhibuit ecclesia, ut populari ferte gentium Europaearum mori congruentius coniugalis necessitudinis signum. quidquid porro circa hoc in consuetudine Latinorum fuerit, Asianos quidem episcopos lampadis praelationem an-

spicatos dignitatem, praeterquam indicant quae alias notavi Observationibus vol. I p. 638, etiam adstruit Codini locus de Officiis c. 1 in sexta Pentade, ubi agens de ordinationibus episcoporum solitis a patriarcha celebrari (id enim indicant illa eius verba *εἰς τὰς χειροτονίας*, explicantia quid primus et secundus ostiarii proprii sibi quisque ministerii gereret in ea ceremonia) sic scribit: *ὁ πρῶτος ὀστιάριος κρατῶν τὰς θύρας .... ὁ δεύτερος κρατῶν τὸ μονοβάμβυλον:* primus videlicet ostiarius interim dum patriarcha, aut alii eius concessu episcopi, novum episcopum intra presbyterium sive *βῆμα* consecrarent, fores soleae manu tenebat, ut statim eas panderet atque perfecta intus solitis ritibus inauguratio fuisset. tunc enim produci novus antistes et ostendi populo debebat. quia vero prodire is bemate debebat praevia lampade, ad hanc illi praeferendam secundus ostiarius accinctus stabat, *κρατῶν τὸ μονάμπουλον* vel ut alia est lectio, *τὸ μονοβάμβυλον*, manu te- P 471
nens gestamen cui erat inserta lampas una. nam *μονάμπουλον* a *μόνη ἄμπουλλα*. quid sit autem *ἄμπουλλα* docent Aëtii verba illa l. 7: *ἄμπουλλαν ὑέλινην πλήσας ἐλαίου ampullam vitream ubi repleveris oleo.* est ergo *ἄμπουλλα lampas*, et *μονάμπουλον* instrumentum portatile cui esset una lampas indita. verum ubi patriarcha Constantinopolitanus inaugurabatur, satis prudens quivis intelligit aliquid illi praecipui honoris supra episcopos haberi debuisse. nimirum huic prodeunti ad populum non *μονάμπουλον* aut *μονοβάμβυλον* praeferebatur, sed quod noster hic docet auctor *διβάμβουλον*. de hoc vocabulo quid nos doceat Codinus, videamus. is libro de Officiis c. 10 de festis, dum explicat quomodo pompa instrueretur qua imperator ad celebrandum Christi natale venire admittique in ecclesiam solebat, ait paratum adstitisse *lampadarium cum dibambulo aureo in manu.* verba sunt Codini: *λαμπαδάριος κρατῶν τὸ χρυσοῦν διβάμβουλον.* quid ita vero, nisi quia hunc praeire oportebat processuro per templum Augusto? quodsi, ut vidimus, *μονοβάμβουλον* gestamen erat lampadem unicam insertam habens, quid restat nisi ut *διβάμβουλον* intelligamus aut *lucernam* fuisse *bilychnem*, qualis meminit Petronius in nuper edito fragmento Traguriensi, aut instrumentum aliud bifidum in duobus hinc inde protensis ramis geminas lampades ardentes habens. sane opportunissime ad hanc rem admonet Balsamo imperatori, quando in solemnitatibus accedebat ad ecclesiam, duplicem lampadem praeferri consuevisse; ministrum quoque gestatorem eius duplicis lampadis *lampadarium* vocatum. igitur quod Codino *dibambulum aureum* dicitur, vas est iuxta Balsamonem gemina lampade insigne. quare his auctoribus non sane iam reformido falsi dicam impingere Latino Phrantzae, *dibambula* per *atrium* exponenti. utinam copia inspiciendi daretur archetypi contextus. quaesivi diu et solicite, sed frustra. confido tamen in Graeca, si uspiam extet, oratione nullam pror-

sus reperiendam *atrii* mentionem. et quod Phrantzes *dibambula* in plurali posuit, significare puto voluisse gemina candelabri brachia, quorum suam unumquodque sustineret lampadem. quis enim neget perapte cadere sensum istum in haec verba *cum lampadibus ad dibambula?*

Opponi adversus haec posset ex modo laudato Balsamone, singularem imperatoris fuisse praerogativam praeviis duabus per ecclesiam incedere lampadibus, qualis nec patriarchae ac ne ipsi quidem imperatrici tribuebatur. his enim tradit Balsamon singulas tantum praeferri solidas lampades. ad hoc duplex responsio mea est. prior: non omnia quae primis auspiciis ineundae dignitatis quibusdam magistratibus legitime dabantur, eadem itidem quotidiano vitae usu tribui. quot ceremoniae imperatoribus, regibus, aliis principibus inaugurandis adhibentur, quas nefas est ultra illum diem repeti? sic et in patriarchis Constantinopolitanis institutum fuisse potuit ut prima dumtaxat ordinatione dibambulo honorarentur, reliqua vita cum prodirent per ecclesiam, non nisi monobambulum ipsis praeiret, ut multis hodie episcopis primo ingressu in urbes suas umbellae honorem dari videmus, qui postea negatur. altera: satis magnum esse discrimen inter Balsamonis et Pachymeris aetatem. nam centum fere annis Balsamon Pachymere antiquior est. eo autem intervallo multa constat in magistratuum ecclesiasticorum et saecularium praerogativis et honoribus fuisse immutata. unde pronum est creditu ab imperatoribus schismaticis, suum Constantinopolitanum thronum ad invidiam et depressionem etiam omnium primi Romani ambitiose attollere certantibus, facile isto spatio concessum ut, cum antea unius praelatione lampadis patriarchae honorarentur, deinceps bilychni quoque lucerna (qui erat antea solis Augustis reservatus honos) ante ipsos portata conspicui ambularent in ecclesia, tam prima potestatis usurpatione quam deinceps. eligat igitur aequus lector utrum malit, an aetate quoque Balsamonis
P 472 Constantinopolitanos patriarchas in prima consecratione usos Dibambulo, in reliquo, etiam solemnitatum magnarum, per ecclesiam incessu Monobambulo contentos; an neutrum dum Balsamon scriberet concessum ipsis, utrumque, aut saltem prius, ante hanc editam a Pachymere historiam Byzantinis fuisse antistitibus per suos principes indultum. confirmatur prior responsio ex eo quod ait Balsamon, episcopis praeter patriarcham et paucos eximie honoratos, ut Cypri et Bulgariae archiepiscopos, fuisse caeteris negatam in processu per ecclesiam, solemnibus etiam diebus, unius praelationem lampadis; qua tamen illos in prima saltem inauguratione fuisse cohonestatos vix potest ob superius dicta dubitari. quidni ergo sic dicatur de patriarcha quoque, in prima illi inauguratione dibambulum concessum; in reliquis ceremoniis monobambulum dumtaxat. superest ut veriloquium vocem ista-

rum μονοβάμβουλον et διβάμβουλον inquiramus. puto equidem e Latina voce *obambulus* deduci, et ut rem ita nomen in aulam Romae novae e veteri migrasse. in aulam dico, non in ecclesiam. nam praelationes lampadum episcopis usque ab Apostolicis in Asia usitatas temporibus scio. Augustis quidem ignem praelatum prius Romae quam Constantinopoli fateri necesse est, cum iam Commodi aetate solemne Romae esset ignem Augustis praeferri. Herodianus l. 1: *Λουκίλλα ἦν τῷ Κομμόδῳ πρεσβυτάτη πάντων ἀδελφή. αὕτη πρότερον Λουκίῳ Βήρῳ αὐτοκράτορι συνῴκει .... ἀλλ' ἐπεὶ συνέβη τὸν Λούκιον τελευτῆσαι, μενόντων τῇ Λουκίλλῃ τῆς βασιλείας συμβόλων, Πομπηϊανῷ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐξέδοτο. οὐδὲν ἧττον μέντοι ὁ Κόμμοδος ἐφύλαττε τὰς τιμὰς τῇ ἀδελφῇ· καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου καθῆστο ἐν τοῖς θεάτροις καὶ τὸ πῦρ προεπόμπευεν αὐτῆς.* en Herodianus Augustis Romae imperantibus tanto ante Constantinum et uxoribus eorum ignem quaqua incederent praelatum docet, et (ut hoc obiter admoneam) solus docet, ne miremur ab uno interdum auctore scripto notata reperiri quaedam olim usu vulgatissima ideoque quod tunc essent notissima literis scribentium non expressa. sic fuisse in usu quondam et pretio quendam honorem *bisellii* vocatum (quem est verisimile situm fuisse in praelatione *sedis geminae* aliquibus eximie concessa) ex una nuper exscripta et vulgata constat per virum doctissimum Chimentellium Pisani marmoris inscriptione, reliquis ea de re vetustatis monumentis silentibus. unde nec si primus et solus Pachymeres istam de qua nunc agimus dibambuli vocabulo designatam geminae lampadis ante patriarcham Constantinopolitanum praelationem memoriae prodidisset, mirari prudens lector aut suspectam unius habere fidem propterea deberet. sed quod coepimus agamus de origine vocis *dibambulum*. credo equidem ministrum qui lumen imperantibus Romae praeferret vulgo dictum *obambulum*, quin et instrumento aut vasi quo is igni portando uteretur eandem quoque appellationem accommodatam usu populari; et translata per Constantinum e Roma vetere in novam sede imperii, nomen idem Latinae originis Graecis literis signatum. ac cum forte postea excogitati gradus essent in participatione huius honoris, ita ut fax aut lampas unica ante quosdam portaretur, ante alios duplex, explicatam istam differentiam vocibus Graeca forma compositis, ita ut instrumentum unicam gerens lampadem *monobambulum*, geminas habens *dibambulum* vocaretur. dicet aliquis commodius *dibambulum* dictum videri posse quasi *dibampulum* ab *ampulla*, mollito p in b. atqui si hoc esset, *monambulum* ex analogia formari debuisset. agnoscamus ergo in voce *monobambulum* veram tam *monobambuli* quam *dibambuli* originem Latinum vocabulum *obambulum*. haec mea circa *dibambulum* coniectanea, ut soleo meo iudicio diffidere, cum aliis discutienda obtuli viris eruditis, tum doctis-

simo et mihi amicissimo Dominico Magrio theologo ecclesiae Viterbiensis; qui rem adeo probavit ut statim, quae dudum scripserat in suo Onomastico ecclesiastico duabus iam editionibus vulgato, quaeque in tertia, in qua nunc praelum laborat, decre-
P 473 verat ponere de notione vocis *dibambulum* opinioni Meursii et Martinii consentanea, in meam sententiam refinxerit.

Hactenus de his scripseram, cum forte incidit in meas manus historia Graeca concilii Florentini, auctore, ut nuperus editor vocat, Sylvestro Sguropulo: alii Syropulum dictum volunt. in hoc ego libro reperi luculentam confirmationem coniecturae de *dibambulo* meae, quam tacitam transmittere praevaricari sit narrat is scriptor c. 17 sect. 3 p. 62, cum esset patriarcha Constantinopolitanus in procinctu desideratae sibi navigationis in Italiam ad concilium illic celebrandum et concordiam ecclesiarum statuendam, voluisse, repugnante Syropulo et aliis quibusdam in schismate et odio Latinorum obfirmatis, portari secum vasa sacra omnia sanctae magnae ecclesiae: *πατριάρχης παρεκελεύσατο ἑτοιμασθῆναι καὶ τὰ ἱερὰ σκεύη πάντα τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, δυσχεραινόντων δὲ ἡμῶν* etc. ea occasione, cum sacra illa vasa recenserentur in sarcinas liganda, quae ipsorum aevo aut longo usu passa quippiam fuerant, reconcinnata ac restaurata sunt; in quo dum elaborant artifices, contigit offerri eis tria *ῥιπίδια*. Creygtonus inscite *pyxides* vertit. *ventilabra* enim illa vox sonat, aut ut auctor antiquus vitae S. Petri Cavensis apud Henschenium die 4 Martii c. 4 scribit, *flabella*. verba eius hic ponam, quia usum *τῶν ῥιπιδίων* in sacro indicant: *cum Teresini in ecclesia S. Ioannis missas (S. Petrus Cavensis) celebraret, et quidam flabelli ministerium negligenter exhiberet, lampadem impulit et oleum super altare fudit.* erant nempe *ῥιπίδια* laminae tenues in alarum formas extensae, quae circa Christi corpus, dum in altari stabat, a ministris movebantur. istiusmodi instrumenta tria e pretioso fusa metallo, sed contusa aut maculosa ideoque reparationis egentia, haudquaquam fuere, ut alia, in priorem reficta et elimata figuram, verum in unicum conflata *dibambulum*. *ἀντὶ τοῦ ἑδράσθῆναι καὶ εὐτρεπισθῆναι, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ εὐτρεπίσθησαν . . . . εἰς διβάμβουλον μετεσκευάσθησαν, τῆς μορφῆς τῶν ἐξαπτερύγων ἀποπτάσης ἢ ἀπελασθείσης, εἰπεῖν, ἐξ αὐτῶν. priori forma in iis sculpta Cherubinorum sex alis instructorum avolante aut inde, ut sic dicam, expulsa.* en ergo ex relatione Syropuli, tres laminas argenteas simulacris Cherubinorum celatas, in unum conflatas *dibambulum*. restat videre quid tandem rei esse *dibambulum* existimaverit, immo certo scierit, et ex publica tunc omnium notitia innuere satis habuerit Syropulus idem. intelligitur id ex quadam ipsius auguratione inde captata; quam his verbis mox explicat: *καὶ ἀντὶ τοῦ θεῖα ἐναποτίθεσθαι τραπέζῃ, ὡς ἱερὸν ἀνάθημα, τὸ δὲ λαμπαδοῦχον περιάγεσθαι ᾠδὴ πρέπει,*

καὶ ὡς ἔτυχεν ἀποτίθεσθαι καὶ διπτεῖσθαι προοίμιον, εἶπεν ἄν τις τοῦτο τῆς ὅσον οὔπω γενησομένης παρατροπῆς τοῦ καθαροῦ καὶ ἀκιβδήλου τῆς ἐκκλησίας δόγματος. haec sonant. ex ista conflatione trium ventilabrorum ex argento formis Cherubinorum celatorum, in unum dibambulum, consecutum esse ut illa materia exciderit honore quo dignata prius fuerat, insidendi sacrae mensae et ex ea speciem augustam ostentandi circum venerantibus, deiecta vero fuerit in usum longe viliorem, quippe facta candelabrum huc illucque portabile et deponi aut proiici ubivis solitum. quam rem Syropulus, qui negotium conciliationis ecclesiarum Graecae ac Latinae nec suscipi unquam voluisset nec perpetratum admisit, in omen rapuit mox secuturae perversionis puri et sinceri ecclesiae dogmatis; qualem evenisse, sancita, unanimi Orientis cum Occidente consensu, in sacro Florentino concilio doctrina processionis Spiritus Sancti ex patre filioque, hic pertinax in haeresi et schismate scriptor temere ac blaspheme non veretur affirmare. illud tamen haec eius impia divinatio mihi affert commodi, ut ex ea manifeste appareat *dibambulum* aliud nihil quam λαμπαδοῦχον, instrumentum lampadibus gestandis in pompa praeferri patriarchae solitum, quale is processuro in Italiam sibi, quo maxime augustam rerum suarum speciem praeberet Latinis, curasse ut quam speciosissimum mole ac forma pararetur, hinc intelligimus; unde in id unum materia quae tribus altaris vasis suffecerat, est impensa. et pertulit revera suum istud sic fusum P 474
cusumque *dibambulum* Iosephus Constantinopolitanus patriarcha Florentiam, idque ibi solemni suo ad papam accessu ostentare studuit. audiatur idem Syropulus c. 24 sect. 4 p. 99: εἶτα διεμηνύσατο ὁ πατριάρχης τῷ πάπᾳ ὡς βούλεται καὶ ἰδεῖν αὐτόν, καὶ ἵνα τάξῃ ἡμέραν καθ' ἣν ἀποδέχεται τοῦτο ποιῆσαι. *deinde significavit patriarcha papae velle se ipsum visere, rogans ut diem admissioni assignaret.* Paulo post ἐπιστάσης οὖν τῆς ἀποταχθείσης ἡμέρας, *cum praestituta dies advenisset,* ait Syropulus patriarcham inter caetera quae ad pompam sui versus papae palatium processus commendandam providit, iussisse ut sibi *dibambulum* et *dicanicium* praeferrentur: ἐπέταξε δὲ ἵνα κατέχωσι καὶ τὸ διβάμβουλον καὶ τὸ δικανίκιον ἔμπροσθεν αὐτοῦ. est δικανίκιον *dicanicium* aliquid simile baculis illis aut contis argenteis specie clavarum (vulgo *massae* vocant) quas praeferri videmus S. R. E. Cardinalibus, dum solemniter incedunt; qualium Graecis patriarchis usitatorum meminit Chronicon Constantinop. his verbis: ἰδίαις χερσὶ δέδωκεν αὐτῷ δικανίκιον πολλοῦ ἄξιον, ἤτοι ῥάβδον ἀργυρᾶν περικεχρυσωμένην. *propriis manibus dedit ipsi dicanicium magni pretii, sive virgam argenteam circumauratam.* motam vero pergens Syropulus fuisse refert patriarchae controversiam de praelatione *dibambuli* et *dicanicii*, dicente illi magno chartophylace ὅτι ἐνταῦθα οὐδὲν ἀνήκουσι προηγεῖσθαι ταῦ-

τα, καὶ εἰ ὁρίσεις, καταλειφθείτωσαν. *haec hoc loco praegestari nihil attinet; quare, si tibi videtur, relinquantur.* contra tamen tendente patriarcha, convenit ad extremum solius dibambuli praelationem omitti. ὅμως ἀφῆκε τὸ διβάμβουλον. candelabri bifidi praegestatio, tamquam ab usu in Italia recepto nimis aliena, vel aliam quamlibet ob causam, ultro a patriarcha remissa est: *dibambulo* domi relicto. potuitne clarius adstrui a me prius tradita διβαμβούλου notio? tamen hoc mihi Syropuli suffragium eripere Creygton interpres conatur: quo successu, videndum modo restat. ille priori ex indicatis locis, c. 17 sect. 3 p. 62, verba illa τὰ δὲ (hoc est τρία ῥιπίδια) εἰς διβάμβουλον μετεσχευάσθησαν sic vertit: *sed hae . . . tres pyxides in unam, sed eandem et geminam ampullam prodiere.* idem porro in notis ad eum locum docet: *dibambylum* esse a Latina voce *ampulla*, sonareque *ampullam biguttarem gemino ore seu epistomio superne hiantem.* debuerat autem addere quem usum tale vas habuerit, aut quam ob causam ituro in Italiam patriarcha instrumentum eius formae tam solicite paratum fuerit, tribus etiam sacris ex altari vasis in id conflatis: contentus erroris damnare Gretserum Iesuitam, quod lib. Comment. in Codin. 3 c. 1 p. 217 *dibambylum cum lampade confundit.* id vero Gretsero falso imponitur. is enim ibi tantum dicit sibi alias non displicuisse διβάμβουλον dici *aureum contum cui lampas imponebatur, sed se in alia mente nunc esse.* qui etsi non mutasset sententiam, dici non posset eum *confudisse dibambylum cum lampade.* aliud enim est *lampas*, aliud *contus gestans lampadem.* quodsi contus intelligatur bifidus duos quasi ramos protendens, quorum quisque in summo habeat loculum capiendae lampadi aptum, veram διβαμβούλου expressisset Gretserus formam; et si audiret suum Syropulum Creygton, idem ipse sentire debuerat. sic enim non laboraret in divinando quorsum is λαμπαδούχου *instrumenti lampadibus gestandis accommodati* mentionem v. 35 faciat, ponens id vocabulum tamquam synonymum διβαμβούλου. at nihil mirabilius est quam quod omnium horum oblitus Creygton, dum c. 24 sect. 4 p. 99 iterum illic memoratum a suo Syropulo διβάμβουλον interpretatur, *aestivum papilionem* id appellat. et Notarum p. 18 hunc locum indigitans sic scribit: διβάμβουλον *in hoc loco omni dubio procul velum significat umbratile. . . . illud enim velum dum, ut umbram arceat, a conto longiori supra capitis fastigium explicatur, incurvum et cameratum fornicem repraesentat, dum rursus ad contum reducitur, ventrosam lagunculam aut ampullam.* in his non quaero cur dicatur *umbella*, sive, ut Creygton loquitur, *aestivus papilio*, *umbram arcere*, cum *soli* potius ar-
P 475 *cendo* et umbrae faciendae comparatum eiusmodi instrumentum sit. illud etiam atque etiam explicare Creygtonum ne gravetur, rogo, qua tandem ratione metallum *trium pyxidum* conflari in

unum *aestivum papilionem* sive umbellam potuerit. sed omnia haec arbitranda aequo et erudito lectori permittantur: interim dum, quae multa nos vocant alia, prosequimur.

διωρία p. 389 v. 8. videri posset διωρίαν hic dici duarum horarum spatium, sicut *trihorium* (Ausonio poetae usurpata vox) tres horas indicat: sed non est ita. nam glossae veteres universim exponunt διωρία *intercapedo spatium*. et Suidas: διωρία ἀνακωχή, quod probat adducto statim loco ex quodam, ut apparet, historico: δόξαν δ' ἐπανεῖναι τὴν πολιορκίαν, καὶ διωρίαν βουλῆς τοῖς στασιασταῖς παρασχεῖν. *cum autem esset visum remittendam oppugnationem urbis et spatium deliberandi seditiosis dandum*. ergo et in hac reliqua historia noster aliquoties διωρίαν pro mora et spatio, quo cessatur aut deliberatur, ponit, ut p. 497 v. 12: ἐν διωρίαις ἐτίθει τὰ κατ' ἐκεῖνον. utitur et hoc vocabulo S. Abbas Nilus in epistola iuxta editionem nostram 150 p. 159 (in posteriore et longe pleniore Allatiana est 213 l. 3 p. 396, inscripta Rodomino, cum in archetypo unde descripsi Mediceo codice olim legerim ego et ediderim Rhodonymo). ibi ergo haec loquentem facit sanctus pater peccatorem impoenitentem in iudicio supremo: οἴμοι πῶς ἑκουσίως ἀπώλεσα τὴν διωρίαν τοῦ παρελθόντος χρόνου! *hei mihi, quod volens passus sum effluere in vanum spatium transacti temporis ad poenitentiam concessum!*

ἐγκλητεύειν p. 370 v. 9. an ἐγκλητεύειν reperiatur apud alium Graecum auctorem, dicant qui omnes me diligentius legerunt. mihi, etsi alibi non occurrerit, non fuit dubia eius notio, utique recordanti ἔγκλητον δίκην vocari litem de cuius iudicio provocatum sit; et forum in quo ex provocatione disceptatur, ἔγκλητον δικαστήριον.

ἔκφανσις p. 113 v. 8. verba haec referuntur ex tomo Gregorii Cyprii Constantinopolitani patriarchae. εἰ δὲ καὶ παρὰ τῷ θεολογικωτάτῳ Δαμασκηνῷ τὸ διὰ λόγου εὕρηται προβολεύς, οὗ τὴν εἰς τὸ εἶναι καθαρῶς τοῦ πνεύματος πρόοδον ἡ λέξις δηλοῦν βούλεται ἀλλὰ τὴν εἰς ἀΐδιον ἔκφανσιν. cum saepius paucis his versibus repetatur vox ἔκφανσις, semel tantum codex noster eam exprimit addito ν, alias ἔκφασις scribens. unde verebar equidem corrigere tot loca indicio unius, nisi animadvertissem codicem Vaticanum constanter ἔκφανσιν scribere. inde intellexi sic revera scriptum a Pachymere, more utique recepto aliorum, etsi nonnusquam ἔκφασις quoque legitur. sed maioris momenti fuerit notionem scrutari vocis huius. vulgo video a summis theologis Graeca Latine reddentibus ἔκφανσιν, ἐκφαντορίαν, ἐκφαντορικὸν πνεῦμα enuntiationis significatu declarari. non reprehendo. iure tamen meo visus mihi sum posse hoc nomen ducere ab ἐκφαίνω, quatenus sonat *eluceo*, ut ἔκφανσις recte vertatur *explendescentia*. quod commodius ad subiecti loci sententiam, ni fallor, accidit.

P 476 *ἐνικανόω* p. 103 v. 13. huius verbi satis in libris quos viderim rari notionem e paraphraste Vaticano sumpsi, totum hunc locum sic reddente: *ἑκατὸν πεντήκοντα χρυσίνους αὐτοῖς ἐδωρήσατο.* sic ille coniungens quae auctor discreverat, centum aureos Vecco, quinquaginta Meliteniotae suppeditatos memorans. cui quatenus simpliciter donandi significatum vocabulo *ἐνικανοῦτο* subiicit, adhaereo defectu melioris auctoris; interim tamen suspicans assignationem annuae pecuniae istas summas aequantis, duobus exulibus in alimenta et usus vitae caeteros praebendae, isto vocabulo indicatam a Pachymere; ut dicere voluerit, cum eatenus nihil constituisset imperator de victu captivis duobus suggerendo, tunc per Alexandrinum patriarcham et logothetam ipsis assignari e fisco curavisse annuas pensiones, Vecco quidem aureorum centum, Meliteniotae vero quinquaginta.

ἐννατίζειν p. 519 v. 7. codex optimus Barberinus in contextu habet *ἐννεατίζειν*: sed meliorem, ut opinor, idem lectionem in margine suggerit, *ἐνατίζειν*, pro quo Vaticanus *ἐννάζειν* exhibet. nos ad marginalem lectionem probam illud ex duabus aliis contulimus, ut *τὸ ν* geminaremus. cum enim hoc verbum, ut mox ostendemus, formetur, ab *ἐννάτη*, quod frequentius per duplex *ν* scribitur, rectius putavimus *ἐννατίζειν* quam *ἐνατίζειν* dici. etsi nos non fugit scriptionem *τοῦ ἐνάτη* pro *ἐννάτη* non modo ut probam defendi ab Eustathio ad Iliad. *β* p. 223 ed. Rom. sed etiam ad Iliad. *θ* p. 712 commendari tamquam *λογίοις* eruditis usurpatam, ut dent locum ingeniosae traiectioni literarum, qua *ἔνατον* in *νέατον* mutetur: *nonum* quippe per *ἔνατον* signatum, cum sit ultimum in numeris simplicibus, *νέατον* idem quoque est: haec enim vox sonat *novissimum*. at mihi quidem haud placet haec argutia, quae vocabulum ab origine sua divellit. si enim *ἔνατον* quasi *νέατον* dictum est, iam hoc numerale nomen a suo numero *ἐννέα* non derivabitur; quod absurdum videtur. utut sit, scriptum a Pachymere *ἐννατίζειν* cum *ν* duplici, ex scriptura contextus et Vaticani codicis non temere, ut puto, auguror; existimoque usitatum in monasteriis hoc verbum ad indicandam refectionem corporis semel in die dumtaxat, nec prius hora ab ortu solis nona, usurpatam; quod diebus religioso ieiunio sacratis tantum olim fiebat. nunc vero Athanasius patriarcha ita quotidie fieri iubebat *μονοφαγίαν δι' ἔτους ἐξακριβούμενος.* nimirum qui ad necessariam observantiam monastici instituti pertinere duceret toto anno nonnisi semel in die comedere, idque non ante horam a meridie tertiam, a solis ortu nonam, sic per monasteria fieri quotidie iubebat. *ὡς καὶ ἐννατίζειν ἀεί* hoc est; ita ut inde sequeretur semper monachos hora dumtaxat nona ieiunium solvere, etiam festis domini et Paschalibus. legitima videlicet in coenobiis iam olim, quo die ieiunabatur, refectionis hora nona erat; prout demonstrare possem multis testimoniis veterum, nisi

eum laborem praeoccupasset Rosweidos noster in Onomastico ad Vitas Patrum, verbo *nona hora*, quem vide. in confirmationem hactenus dictorum noster hic idem auctor inferius p. 618 v. 1, quasi explicans quid prius vocasset ἐννατίζειν, ait Athanasium coëgisse μοναχοὺς μονοφαγίαν κατ' ἐννάτας δι' ἔτους ἀσκεῖν: *monachos ieiunare quotidie per totum annum, semel tantum in die, idque non ante horam nonam comedendo* *).

ἐξαγώνια p. 284 v. 20. etiamsi vulgo grammatici ἐξαγώνια dici censeant quasi ἔξω ἀγῶνος, quae sint extra certamen, nihil ad causam attinentia, ἀπροσδιόνυσα, videor mihi tamen vel ex hoc nostri loco non temere suspicari, significari eo vocabulo quae Latini *subsecivа* vocant, ultra mensuram rectam excedentia in partitionibus agrorum. cum enim agrimensio per lineas fiat invicem ad rectos angulos sectas, saepe in campis obliquae figurae contingebat abundare spatium aliquod extra angulum ἔξω γωνίας, quod ἐξαγώνιον Graeci, Latini, ut dixi, subsecivum vocarent, saepe per haec vocabula utrique tropo quodam indicantes res accessorias nec praecipue intentas, sed quae auctarii loco ad primarias accumulentur, sicut istae subsecivae agri partes alteri confinium colonorum addebantur. πάρεργα Graeci aliter appellant, quibus praecipue intentum designans respondet τὸ προύργου, quod et hic noster usurpat. P 477

ἐξάντης p. 265 v. 19. scio ἐξάντην vulgo putari dictum quasi ἔξω ἄτης, *sine noxa, incolumem, indemnem.* cuius notionis in Phaedone Platonis exempla leguntur. sed non quadraret ad loci sententiam interpretatio, quae istis vocabulis hic uteretur. non enim ideo vocabant Bulgari ad regnum Michaëlem Constantini regis quondam sui filium, quod eius cum spe successus inchoandi negotii tempus nunc esse putarent, cum adversa stirpi Constantini potentia Tocharorum in Bulgariae confinio dominantium staret incolumis: sed id volunt significare, infirmam esse modo illam minusque quam prius formidabilem, unde occasionem offerri non aspernandam censebant Michaëlis in paterni regni possessionem reducendi. nec abludit ab origine ac veriloquio iam

*) Post haec scripta reperi verbum ἐννατίζειν hoc ipso quem hic exposui significatu usurpatum a S. Theodoro Studita in Laudatione funebri S. Platonis monachi, quae ms. servatur in cod. Vaticano 1660. in ea oratione paulo ante medium referuntur haec verba Antonii monachi, qui discipulus et minister fuerat S. Platonis dum adhuc viveret: ἄρτος φησὶ τῷ πατρὶ καὶ κύαμος πρὸς λαχάνοις καὶ ἀκροδρύοις, ἢ καθ' ἡμέραν ἐννατίζουσα ἀνέλαιος διατροφή, πλὴν κυριακῆς καὶ ἑορτῆς, καθ' ἃς εἰσέθει ὁμοτράπεζος εἶναι τῇ κοινῇ ἀδελφότητι. ubi vides ἐννατίζουσαν διατροφήν vocari, refectionem hora nona sumptam. hoc enim totum testimonium sic Latine sonat: *panis (inquit) patri, et faba cum oleribus ac teneris fustigiis stirpium, quotidianum erant sine oleo alimentum, nona non prius hora sumi solitum; nisi dominica esset aut festum: quibus diebus communi cunctis fratribus mensa consueverat vesci.*

indicato vocis huius haec secunda notio. nam ἐξάντης ex vi etymi proprie sonat eum qui ex gravi noxa primulum emergere incipit et ἔξω ἄντης esse. itaque votum est febre laborantis et morbo periclitantis sontico, illo versu expressum quem recitat Etymologici auctor, ὦ Ζεῦ γενέσθαι τῆσδέ μ' ἐξάντην νόσου. *da Iupiter evadere me periculum huius morbi.* iam porro sanus esse dicitur, cuius remittens aut penitus cessans febris spem rediturae valetudinis relinquit integram. cuius rei quia somnus in acute febrientibus interdum signum est, discipuli dormire languentem Lazarum a Christo audientes aiunt Ioan. 11 12: κύριε, εἰ κεκοίμηται, σωθήσεται. *domine, si dormit, salvus erit.* ergo cum, quem Hippocrates ἐξάντην dicit, Galenus ὑγιῆ *sanum* interpretatur, sic intelligendum putarim, ut malo defunctum et febre purum velit dicere: nam et hi dicuntur ὑγιαίνειν, licet ad plenum robur integri vigoris nondum confirmati sint, sed adhuc debilitatem imminutarum morbo virium sentiant. ac forte more suo Hesychii glossas in animo habuerit Pachymeres haec scribens, ubi legerat: ἐξάντης ὁ τῆς νόσου ἔξω ὤν. qui autem e morbo recens emergit, debilis videlicet imbecillisque adhuc est, quales tum videri poterant Tocharorum Bulgaris finitimorum opes, utpote qui paulo ante bello inter se civili, ducibus hinc Tuctaï inde Noga, ad internecionem usque conflixerant, secuta inde miserrima desolatione totius ipsorum regionis, et paucis admodum ipsorum Tzacam fugientem in Bulgariam secutis, nuper illic oppressis praevalente Osphentisthlabo. unum superest dubium, cur Pachymeres in secundo casu ἐξάντης scribat: nam in primo accipi non potest, cum tribus mox adiunctis femininis genitivis coaptetur φανείσης Τοχαρικῆς ἐξουσίας. an error hic agnoscendus et ἐξάντους rescribendum, contra fidem
P 478 codicum optimorum B et A? nam Vaticanus hoc de more omisit. an potius existimandum, e nominativo feminino ἐξάντη patrium hunc casum a nostro duci? quod vereor ut analogia et recta grammaticae ratio permittat.

ἐπιτύμβιον p. 66 v. 5. agit de Nicandro Larisseno irridente Andronicum olim episcopum Sardensem, postea monachum, sed per ambitionem e vita monastica reversum ad dignitates; quibus subita conversione sortis eiectus, multis quos irritaverat ludibrium debuit, in primis Nicandro isti eius opera episcopatu pulso. qui ut Andronico exprobraret ambitiosam eruptionem e statu monastico, monachicum ei ἐπιτύμβιον iniecit, ipso statim reiiciente. non reperio alibi hanc vocem, sed manifeste docet hic ipse locus capitis tegmen monachorum proprium sic dictum; unde et cucullum Latine reddidi, et mox in repetitione rei eiusdem ecclesiasticis usurpatam scriptoribus pro cuculli synonyma caputii vocem adhibui. videri possit cucullum monasticum ideo dictum ἐπιτύμβιον quod cum vestis ipsa sit quasi sepulcrum monachi, cucullus extet velut apex ac fastigium tumbae.

ἐσκαμματισμένος p. 115 v. 11. quid sit hoc loco *ἐσκαμματισμένος* minus mirum est ignotum mihi esse nusquam alibi tale vocabulum nacto, cum ne Vaticano quidem paraphrastae vocis huius potestas perspecta fuerit, prout apparet ex eo quod *ἐσκαμματισμένος* viri nomen intelligit distincti a Moschampare, huius videlicet in chartophylacis officio successoris. sic enim ab eo hic locus redditur: *συμβὰν δέ τι καὶ περὶ τὸν ἐσκεμματισμένον χαρτοφύλακα καὶ Μοσχάμπαρα. ἔχοντες οὖν οὗτοι καὶ τὸν Πεντεκκλησιάτην ἐνεκότουν τῷ πατριάρχῃ.* ita ille, tres ponens, ubi satis manifeste duorum tantum auctor meminit, Moschamparis exchartophylacis et Quinqueecclesiensis antistitis. nam cum nominasset *ἐσκαμματισμένον χαρτοφύλακα*, mox exponens quis is esset et quam ob causam *ἐσκαμματισμένος* diceretur, parenthesim inserit qua docet Moschamparem officio chartophylacis, prius quam haec fierent quibus se narrandis accingebat, decessisse, hoc ipso indicans *ἐσκαμματισμένον χαρτοφύλακα* hic a se positum pro exchartophylace sive chartophylace exauctorato. quid *σκάμμα* sit et quid *τὰ ἐσκαμμένα*, nemini est ignotum non plane peregrino in Graecorum librorum lectione. quid autem hic comminisci verisimilius possumus quam vel finxisse Pachymerem verbum *σκαμματίζειν* ex nomine *σκάμμα*, vel id verbum aut apud auctorem nobis incognitum repertum aut usu vulgari sermonis Byzantini tunc tritum suae historiae inseruisse. excogitari porro duplex potest notionis talis huic participio *ἐσκαμματισμένος* hoc loco inditae ratio. prior quia tabularium ecclesiasticum, cui custodiendo praepositus erat chartophylax, credibile est in loco septis circumdato fuisse servatum. septa autem *ἐσκαμμένα*, et *σκάμμα* locus fossa et vallo circumclusus dicitur; unde *σκαμματισθείς* aut *ἐσκαμματισμένος* dicatur, qui septo ecclesiastici archii excesserit iure amisso illic praesidendi post chartophylacis officium amissum. est praeterea *σκάμμα* magis proprie locus certaminis. Hieronymus ad Pammachium: *cur tu omissis super quibus pugna est, de scamm*ate *et loco certaminis egrediens, in peregrinis et longe alienis disputationibus immoraris?* sic sanctus doctor; ex quo liquet usitatissimo significatu *σκάμμα* dici septum intra P 479 quod certant athletae, quod Galli *champ-clos* vocant. hinc altera ducitur causa cur a Pachymere Moschampar chartophylax dici *ἐσκαμματισμένος* potuerit. commiserat enim is sese cum Vecco in celebri illo colloquio l. 1 c. 35 narrato, contra eum disputans, sed infelici successu: nam quae dixit adeo valide sunt a Vecco retusa, ut ab ipso patriarcha, cui tunc Moschampar militabat, reprobata sint. quare quod victis athletis et septo pulsis convenire videbatur *ἐσκαμματισμένου* sive *ἐξωσθέντος ἐκ σκάμματος* vocabulum, adaptaverit hic noster Moschampari.

σύφυής. vol. I p. 32 v. 3 sic Pachymeres, causam morbi quo gravi et longo laboravit imperator Ioannes Lascaris indicans,

scripsit: τὸ δ' ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐκ ζέσεως φυσικῆς ἐγκαρδίου. ὅθεν, οἶμαι, καὶ τὸ εὐφυὲς ἐκείνῳ καὶ ὑπὲρ τὸ προσῆκον ἦν. haec ego in hunc modum verteram: *origo eius verisimiliter imputabatur naturali effervescentiae cordis; quam et causam ei fuisse reor ruboris in vultu flagrantis.* super his edita iam priori parte illa Pachymerianae historiae convenit me vir et dignitate illustrissimus et ingenio ac eruditione praestans, idemque humanissimus ac mei longe supra meritum amans; et mirari se dixit quod τὸ εὐφυές, quo vulgo ingenium, industria, bona indoles, in classicis auctoribus signatur, ego ad vultus ruborem contulerim. huic ego gratiis prolixe habitis, et ex vero significata docilitate mea ad obtemperandum recta monentibus, ostendi quid secutus a nota vocis eius notione deflexissem. et ille me audito, innuere non est gravatus sibi satisfactum. quia vero eruditis quoque aliis lectoribus simile quidpiam occursu eius loci venturum in mentem est credibile, quae illi respondi, palam hic exponere operae pretium putavi. non me latet εὐφυές adaptatum homini plerumque sonare τὸ δεξιὸν τοῦ νοῦ καὶ εὖ πεφυκὸς πρὸς τὸ μαθεῖν, industriam et facilitatem quandam acris ingenii. sed et scio Hesychium εὐφυῆ explicare per ὡραῖον formosum. formae autem partem in vultu quis neget ruborem esse? et quid aliud ad formam pertinens ἐκ ζέσεως φυσικῆς ἐγκαρδίου *ex naturali fervore cordis*, quam ruborem hic dici existere verisimiliter comminisci potui? recte Eustathius ad Iliad. β p. 172 ed. Rom. ῥητέον ὡς διττὴ ἡ φυή, ἡ μὲν κατὰ τὰ ἐντὸς ... δεξιότης οὖσα σωματικὴ καὶ εἰς ταυτὸν ἥκουσα τῷ κάλλει .... ἀφ' ἧς καὶ πρόσωπον εὐφυὲς .... καὶ αὐτὴ μὲν ἡ κατὰ σῶμα φυὴ ... ἑτέρα δὲ κατὰ νοῦν, ὅθεν καὶ εὐφυὴς ὁ εὖ ἔχων εἰς τὸ εἰδέναι. vides hic clare distingui duplicem vim verbi εὐφυής, quarum ad mentis acrimoniam una, ad corporis ac vultus speciem pertineat altera. iuxta priorem nequaquam hic Pachymerem locutum suadet, quod sit inconsequens promptitudinem ingenii nimiae ac morbosae cordis effervescentiae tamquam proprium effectum assignare, praesertim cum mox addat rem plane contrariam, nempe *fuliginem ex isto cordis incendio sursum in cerebrum perlatas rationis in Ioanne Augusto usum perturbasse.* haec enim est sententia verborum illorum: οὐ στέγοντος τοῦ μορίου τὸ πάθος κἀντεῦθεν ἐκτρεπομένου τοῦ εἰκότως, ὡς μηδὲ χρησίμους πολλάκις ἀναπίμπειν τῷ ἐγκεφάλῳ τὰς ἀναπνεύσεις. quin et dum reputo Pachymerem lectione antiquitatis plenum potius in scribendo respicere quid apud auctores viderit quam curare quid minus ipso tritus in veteri eruditione lector intellecturus statim sit, in animo, cum haec chartae illineret, habuisse simul illos Homeri versus Iliad. δ τοῖοί τοι Μενέλαε μάνθην αἵματι μηροὶ εὐφυέες, simul Plutarchi ex libro πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ locum hunc de iuvene progresso iam in studio virtutis: ἀλλὰ καὶ προσαγορευθεὶς

ὑφ' ἑτέρου ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ (φιλοσόφου) φράσειεν ἂν εὐφυὴς νέος, ὥστ' εἰπεῖν μειδιάσας καὶ ὑποπλησθεὶς ἐρυθήματος, P 480
οὗ τίς τοι θεός εἰμι, cum in primo cruentam rubedinem, in altero verecundum ruborem faciei, coniuncta cum vocabulo εὐφυής videret, illud in sua scriptione posuisse, animo indicandi conspicuum ardorem vultus flagrantis, qualem in Ioanne Lascari ex cordis inflammatione, ut credebat, ortum observaverat.

Ζευξίππου φυλακή vol. I p. 519 v. 9. agit de Latinis captis ad Bellagrada, quos Constantinopolim ductos et illic ostentatos plebi, deinde ait historicus in hunc quem vocant τῆς Ζευξίππου Zeuxippi carcerem fuisse conclusos. nullum vidi idoneum auctorem qui fuisse Constantinopoli carcerem sic dictum doceat. Procopius l. 1 de Bell. Pers. p. 70 ed. Reg. et l. item 1 de Aedif. p. 23 βαλανεῖον *balnei publici* meminit quod ὁ Ζεύξιππος vocaretur. Nicephorus item Callisti l. 9 c. 9 p. 697 ed. Paris. δημόσιον λουτρὸν περιφανές τε καὶ μέγιστον, *publicum lavacrum conspicuum et maximum*, τὸν Ζεύξιππον fuisse nominatum tradit. Thermas a Severo conditas has ferunt in templo Διὸς Ζευξίππου Iovis equos iungentis seu curru subiunctis equis tracto vehentis, quod Ζευξίππου vox indicat, fortasse sic dicto quia tali specie Iupiter olim in eo templo effictus videretur. ex veteri porro illo fano vocabulum recentiori Thermarum aedificio ei adiuncto adhaesisse apparet. estque id verisimilius quam quod alii suspicantur, a Zeuxis pictoris tabulis, quales illic prostarent, locum nominatum. statuis enim et signis fuisse videtur insignior quam tabulis: vide quae de loci eius ornatu exquisitissimo collegit e veteribus Petrus Gyllius l. 2 de Topog. Constant. c. 7, ubi prolixum exhibet catalogum statuarum illic erectarum. frequentari solitum concursu curiosorum indicat Nazianzenus orat. 25, ubi Zeuxippum propterea vocat novam Ierusalem, quod templo a S. Helena in Calvaria condito et nova Ierusalem vocato splendore ac magnificentia non cederet. quare solus Pachymeres articulo fem. generis τῆς Ζευξίππου φυλακήν dixerit, non plane comperi. suspicabar posterioribus temporibus, collapsa aevo parte antiquarum balnearum (nam ante hos centum annos nulla restare vestigia Zeuxippi testatur Gyllius) rudera in στοάν *porticum* efformata, iuxta quam spatiis vacuis septo circumdatis multitudo haec captorum bello Latinorum, quam urbis ordinarii carceres minus caperent, conclusa tunc fuerit; et haec a nostro τῆς Ζευξίππου (subaudi στοᾶς) φυλακή vocata. sic hodie apud Algerium, ex veteri *Iol caesaria* deformatum nomen, a piratis capti custodiuntur in balneo, *nel bagno*, prout ab expertis didicimus.

ζυγὸν εὐαγγελίου τιθέναι p. 146 v. 12. agit de ordinatione Athanasii patriarchae Constantinopolitani, in qua quaerendum ad intelligentiam huius loci, quid sit *iugum sancti evan-*

gelii ponere. docet id nos ritus ordinationis episcoporum apud Graecos, qui extat in Euchologio p. 302, ubi diserte traditur completo Trisagio celebrantem episcopum ascendere in crepidinem sacrae mensae, ibique illi offerri a praesentibus tribus episcopis ordinandum a dextris celebrantis; a sinistris autem adstare chartophylacem, qui celebranti chartam offert, in qua scriptum sit *ψήφῳ καὶ δοκιμασίᾳ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων καὶ τῶν ὁσιωτάτων πρεσβυτέρων, ἡ θεία χάρις ἡ πάντοτε τὰ ἀσθενῆ θεραπεύουσα καὶ τὰ ἐλλείποντα ἀναπληροῦσα προχειρίζεται τὸν δεῖνα τὸν θεοφιλέστατον πρεσβύτερον ἐπίσκοπον τῆς θεοσώστου πόλεως* P 481 *τῆσδε. εὐξώμεθα οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ ἵνα ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸν ἡ χάρις τοῦ παναγίου πνεύματος.* hoc est *suffragio et approbatione dei amantissimorum episcoporum et sanctissimorum presbyterorum, divina gratia, quae ubique infirma curat et deficientia supplet, promovet N. dei amantissimum presbyterum episcopum a deo servatae civitatis N. oremus igitur pro eo, ut veniat super eum gratia sanctissimi spiritus.* ubi chartam hanc celebrans accepit, archidiaconus audientiam indicit, clamans *πρόσχωμεν attendamus.* mox celebrans quae scripta sunt in charta pronuntiat, intelligibili cunctis voce. post quod ut praecepto orandi pro ordinando pareant, tam qui sunt intra cancellos presbyterii quam qui extra, pariter acclamant *κύριε ἐλέησον domine miserere.* tunc celebrans evangelii volumen explicat et sic apertum imponit capiti et collo eius qui ordinatur, adiutantibus in eo et aliis episcopis: *ἀναπτύσσει τὸ εὐαγγέλιον ὁ ἀρχιερεύς, καὶ ἐπιτίθησι τῇ κεφαλῇ καὶ τῷ τραχήλῳ τοῦ χειροτονουμένου, συνεφαπτομένων καὶ τῶν ἄλλων ἀρχιερέων.* en quid sit *ζυγὸν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου τιθέναι*, quod hic noster memorat, cerimoniae ordinationis partem illam obire qua sacer evangelii codex explicatus ponitur supra caput et collum eius qui ordinatur ad modum iugi *ζυγοῦ*. porro in codicis apertura curiosa superstitio captabat omen ex verbis in oculos adstantium incurrentibus visu primo diducti voluminis; cuius vanitatis exemplum hic Pachymeres recitat, prout in ordinatione Athanasii contigit.

Θεμέλιον p. 306 v. 8. quid vocet hoc loco Pachymeres *Θεμέλιον πρῶτον*, exponit mox in versu per illa verba *πρώτη βάσις.* est ergo ex eius mente *Θεμέλιον σελήνης πρῶτον* primus a synodo novilunii processus, hoc est *νουμηνία* et verum mensis lunaris initium. idcirco autem non otiose id notatur, quod plerumque in mensibus, quales sunt Romani, solaribus contingat plenilunium, et neomeniam ad menses diversos pertinere. ostendemus autem libro harum Observationum 3, ubi defectionis huius lunaris calculos dabimus, contigisse illam die 14 Ianuarii anno Chr. 1302. unde est consequens *νουμηνίαν* quae praecessit hoc plenilunium eclipticum in ipsas Ianuarii kalendas incidisse. nam 14 lunae die plenilunia fiunt. exprimere igitur noster hic voluit

lunae menstruum cursum allegoria quadam aedificii: quia enim substructionis initium fundamentum est, Graecis dictum θεμέλιον, recte transferri posse id nomen putavit ad significandum initium motus, quo luna statim a puncto coitus cum sole ad novum circuitum sese incitat. forte autem κυριολογίαν quandam auctor posuit in voce μήν, ut per eam alioqui totum τριακονθήμερον spatium triginta, et si quid excurrit, dierum indicare vulgo solitam, hic proprie intellexerit kalendas ipsas sive primam mensis diem; ita ut, cum dicit μῆνα δὲ Ληναίῳ πρώτη βάσις ἵστατο μήνης, indicare quod dixi voluerit, mensem lunarem eo anno cum civili paria inchoando fecisse, ac primo ipso Ianuarii primum inivisse lunaris periodi diem. quod ex tabulis hodieque astronomicis verissimum deprehenditur.

ἴκταρ p. 43 v. 4. iterum p. 155 v. 10. Hesychius τὸ ἴκταρ exponit ἐγγύς *prope*. idem docet Eustathius ad Odyss. ψ et uterque recitat usurpatum Platoni 9 de Rep. adagium, οὐδ' ἴκταρ βάλλει, de iaculatore infelici, qui non solum non ferit scopum sed ne prope quidem accedit. ad hanc huius vocis notionem co- P 482
gitatam in his locis Pachymeri interpretationem utrobique meam accommodans, haud aberrasse me ab auctoris sententia confido. adiiciam obiter quod in mentem venit, etymon vocis Latinae *instar* non aliunde videri quam ab hac Graeca ἴκταρ repetendum. est ἴκταρ, ut monet Hesychius, ἀπὸ τοῦ ἱκνεῖσθαι, quod sonat *pervenire*, ex ea origine accommodatum ad significandam imitationem seu expressionem formae, quae tantum non pervenit et abest proxime a vera similitudine archetypi, ut recte instar illius possit haberi. grammatici, et in his novissime accuratissimus Vossius, frustra, ni fallor, conflictantur in extundendo Musis invitis veriloquio vocis huius e verbo *instare*. habemus ex eo quod subiicio etiam literam n, ex ν τοῦ ἱκνέομαι. cappa vero facile credi potest ob euphoniam sublatum aut in s emollitum in vocabulo Latino *instar*. sic opinabar: iudicent οἱ τοιαῦτα δεινοί, quorum arbitriis obnoxius et libens stetero. antequam desino, admoneo tertium uti verbo hoc Pachymerem, p. nimirum 290 v. 1: οὐδ' ἴκταρ ἄξιον κρίνουσα τὸ συνάλλαγμα de Augusta matre Ioannis despotae huius matrimonium cum filia Chumni praefecti canicleo, licet id Andronicus pater despotae optaret, impar dignitati filii ducente. sed et alter occurrit locus p. 502 v. 2: τὸ μὲν ὅσαπερ ἦτουν διδόναι, οὐδ' ἴκταρ βάλλων οὐμενοῦν ἐδοκίμαζε. significat ne prima quidem cogitatione tenus venisse in mentem imperatori dare Catelanis stipendia flagitantibus quantum pecuniae poposcerant. vide etiam p. 480 v. 15.

ἱπνὸς ἅγιος p. 80 v. 11. vulgata notione ἱπνός furnus est, aut etiam fimetum et receptaculum sordium. hinc in aedibus sacris locus in quem res sacrae putredine inutiles consumendae proiiciuntur Graecis, ut hic docet noster, ἱπνὸς ἅγιος dici-

tur. memini et alicubi legere δεξαμενήν vocatum. Latini *piscinam* appellant.

ἰχνηλάτης. hoc verbum priori a me Glossario tractatum repono, ne lectorem lateant quae Claudius Maltretus illic a me scripta legens de suo contulit ad rem illam illustrandam, auro contra non cara. "*Texeira* (inquit) Lusitanus in historia Persidis l. 1 c. 35 meminit regis cuiusdam *Resere Anuxiron* vocati. is nimirum est *Choeroes Anasuranus* tui Symeonis Seth. addit Texeira eius regis tempore delatos ex India in Persidem libros duos philosophicos, quorum uni nomen fuit *Celilah*, alteri *Vuademana*. unum nimirum librum divisit in duos, pro duplici nomine duorum interloquutorum primae dissertationis. כלילה *celilah* apud Schindlerum p. 861 significat arabice *corona*, in voce *vuademana* primum v coniunctio est ו. secunda syllaba *va* est verbum וא *va*, *ingressus*, vel quid ex eo derivatum. reliquae tres syllabae *demana* videntur esse a דָּמָה *dama*, *observavit*, unde cum adiuncto נ *Nun heemantico* nomen formatur significans *observatorem gressuum*, ἰχνηλάτην videlicet ac *vestigatorem* tuum. Symeon Seth ait initio primi Prolegomeni *Choroen Anasuranum* fuisse filium *Davidis*. meus Procopius eundem asserit *Cabadis* filium. liceat suspicari exscriptores libri Seth Δαβίδ pro Καβάδ vitiose posuisse: nam in tota historia regum Persicorum nullus reperitur *David* dictus. puto etiam eos errasse in nomine Perzoes traiectione literarum, cum *Perozes* recta scriptio sit: nam hoc nomen Persis usitatum reperitur. quare corrigendum quoque puto Ammianum Marcellinum lib. 19, dum *Pirosen* pro *Perozen*, ut opinor, scribit. totum locum ita et le-
P 483 gerem et interpretarer pace doctissimi Valesii: Persis Saporem et *Xahan-xa* et *Perozen* appellantibus, *regum regem*, et *dissipatorem*, supple hostium, a פרץ *parats* Hebraeo. unde Baal peratsim dictus locus ubi *divisit dominus inimicos Davidis*. 2 Sam. 5 20." Haec Maltretus, quibus addo quod amici Florentia scribunt, nempe illic in celeberrima Ducis Magni Medicea bibliotheca servari exemplar Graecum huius eiusdem libri, cum indicio temporis, quo is est e barbarica in Graecam translatus lingua. asseritur enim id factum iussu Alexii Comneni, quem constat imperium Orientale tenuisse ab anno Christi 1080 ad 1118. nec abhorret ab hac chronologia aetas Symeonis Sethi, quippe quem illustriss. Leo Allatius diatriba de Simeonum scriptis p. 181 floruisse testatur sub imperatore Michaële Duca; cuius imperium cum ab anno Christi 1071 ad 1078 pertinuerit, facile potuit florentis tunc aetatis Sethus vitam ad multos inde annos propagasse et consequenter diu vixisse sub Alexio Comneno.

καβαλλαρικαὶ τιμαί p. 498 v. 16. agit de comitibus Mpyrigerii Tentzae, quorum aliquos docet ab imperatore equestribus fuisse honoribus affectos. intelligit, opinor, equestrem

dignitatem certis formulis et publica cerimonia ipsis ab Andronico Augusto honorifice collatam. quod in historiis aevi citerioris crebro factitatum a regibus legimus, puta cum manu sua calcaria nobilibus sibi caris induunt, aut torquem in collum iniiciunt, insigne honorarium equestris dignitatis.

κάκη καὶ κάκην ἐπιλύειν p. 128 v. 4. *μηδ' ἐπιλύειν τὴν κάκην.* ita codex uterque Barberinus et Allatianus, quae Vaticanus omittit. in hoc loco notanda praesertim vox *κάκην* cum accentu in priori syllaba, longe ideo diversa a feminino adiectivi *κακός*, quod semper *κακή* cum gravi in ultima scribitur. nec antiquis ignota est haec differentia. enarrat Hesychius quendam locum innominati auctoris, in quo visebantur haec verba *τῆς ἐμῆς κάκης*, voci *κάκης* ut synonymam subiiciens vocem *κακουκίας* (rescribe *κακουχίας*). Eustathius quoque *παρεκβολαῖς* ad Iliad. *ν*, ad illum versum 634 *ἦν ἐμὲ λωβήσασθε κακαὶ κύνες*, agnoscit vocabulum *κάκη* diversum a *κακή*, sic annotans: *κάκη γὰρ οὐ μόνον ἡ κακία, κατὰ τοὺς περὶ Πλάτωνα, ἀλλὰ καὶ ἡ δειλία.* denique antiquus grammaticus auctor opusculi cui titulus est *ὅσαι λέξεις πρὸς διάφορον σημαινόμενον διάφορον δέχονται τόνον*, inter vocabula pro accentus diversitate significatum mutantia recenset *κάκη*, vocabulum aliud sonans quam *κακή*. restat nunc statuendum quam huic voci notionem hoc loco subiiciat Pachymeres. alias observavi pendere illum ex Hesychio. Hesychius autem, ut modo monui, *κάκην* per *κακουχίαν* exponit. resciamus autem licet ex eodem Hesychio quae sit apud ipsum vis huius vocabuli. *κακουχία*, inquit ille, *ἀσθένεια, ἀμέλεια, ἀθεραπευσία.* est ergo Hesychio *κακουχία* non quaelibet infirmitas, sed incurata et neglecta. quid ergo hic sibi volunt Ephesinus, et Cyzicenus episcopi, negantes declarandum esse orthodoxum Gregorium Cyprium priusquam iudicium subierit, et secus facere dicentes fore *ἐπιλύειν τὴν κάκην solvere plagam incuratam?* hoc, opinor, volunt: tam perperam id actum iri, quam inconsulte medicus chirurgus vulnus altum nondum coalitum aut cicatrice obducta persanatum solveret fasciis et pro plane curato dimitteret ac temere iactaret. hunc sensum adstruunt duae illae, quas continuo subiungunt, proverbiales item locutiones, *ἄλλα* P 484
κεύθοντας ἄλλα βάζειν. alia occultantes alia effutire, et *οἰκονομοῦντας ἀνοικονόμητα excusantes inexcusabilia*, quae in parem sententiam facile coëunt pro conditione argumenti subiecti.

κάμπος μαινομένου p. 314 v. 2. campi Latinum nomen Graeci recentiores suis literis eadem notione scripserunt. exempla dat Meursius. nec dubium videtur quin hic de campo quodam et planitie agatur, forte interiore ditioni Romanae et distante a limite, usque in quam tamen licenter excurrendo barbari penetrarint. quis proprie hic locus inter Orientales imperii

regiones fuerit, et cur *μαινομένου κάμπος furentis campus* appellatus, nondum reperi, etsi repererim in actis S. Platonis Ancyrani martyris elegantissime Graece scriptis, quae manu scripta servantur in bibliotheca Vaticana, fuisse prope Ancyram locum, qui *κάμπος* vocabatur, in quo sanctum eius martyris corpus a Christianis sepultum est, ubi et idem amputato capite martyrium consummaverat. haec enim illic leguntur: *τὸ δὲ τίμιον καὶ ἅγιον λείψανον τοῦ μακαρίου Πλάτωνος, λαβόντες οἱ Χριστιανοί, κατέθεντο ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, τῷ ἐπιλεγομένῳ κάμπῳ.*

κανικλεῖον p. 193 v. 7. quid esset *κανικλεῖον*, nusquam satis explicatum occurrit. vereor autem ut possim credere Pontano arcem id et monasterium fuisse Constantinopoli aienti, notis ad c. 14 l. 1 historiae Cantacuzeni, ubi de hoc ipso Nicephoro Chumno, quem Pachymeres hic ait canicleo praepositum fuisse ab Augusto, quemque prius p. 164 v. 17 dixerat ex quaestore creatum ab eodem mysticum, Cantacuzenus consentanee nostro haec scribit: *καὶ ὁ ἐπὶ τοῦ κανικλείου Νικηφόρος ὁ Χοῦμνος, σοφὸς ἀνὴρ καὶ θαυμάσιος ἐν φρονήσει, πολλῆς τε ἀπολαύων βασιλέως εὐνοίας τε καὶ τιμῆς. et qui canicleo praeerat Nicephorus Chumnus, sapiens et mirae prudentiae vir, in primis carus imperatori magnique ab eo habitus.* arcem fuisse Constantinopoli canicleum vocatam non memini legere, monasterii eius nominis meminit obiter Zonaras in Alexio Comneno, dum ait Comnenos fratres urbe capta iam securos evocasse matrem et coniuges e monasterio caniclei in Palatium. verba Zonarae sunt: *ἤδη δ' ἐν ἀσφαλεῖ γεγονότες οἱ Κομνηνοὶ καὶ τὴν μητέρα σφῶν καὶ τὰς ὁμευνέτιδας ἐκ τῆς μονῆς τοῦ Κανικλείου πρὸς τὰ βασίλεια μετεστείλαντο.* tamen id monasterium, quo abstractas e templo S. Sophiae, in quod asyli iure confugerant, matronas Comnenorum Botaniates transtulerat, ut idem Zonaras mox ait, Anna Comnena rem eandem referens l. 1 p. 54 vocat *γυναικείαν μονὴν τῶν Πετρίων, muliebre monasterium Petriorum*, quod et ait situm fuisse *prope Ferream τὴν ἀγχοῦ τῆς Σιδηρᾶς διακειμένην.* suspicor *κανικλεῖον* aedes fuisse in quibus asservabantur scripturae publicae et ubi expediebantur imperatoria diplomata, quale Romae visitur palatium cancellariae, monasteriumque illud Petriorum proprie vocatum ex eius domus publicae ac notissimae vicinia indicatum et denominatum a Zonara fuisse, praefectum autem caniclei vocatum, quem cancellarium dicimus, cui esset tabularii regii custodia et chartarum imperatoriarum expeditio commissa, amplum iam et celebris in aulis omnibus splendoris officium. auctorem habeo Radevicum l. 1 de Gestis Friderici imperatoris c. 47. *unus*, ait, *de servis palatii, caniclinus videlicet, quem nos cancellarium dicere possumus.* sic ille, melius, opinor, quam Guntherus, qui metri forte commoditatem secutus *caniclinum* interpretatur *camerarium.*

Graeci cognominis usu
hic caniclinus erat. nobis camerarius idem
esse potest.

est in eadem sententia Spelmannus in Archaeologo, verbo *cancellarius* et *caniclinus*. videtur idem confirmare Nicetas l. 2 in Alexio, dum de officio praefecti canicleo scribit, existimatum P 485 id fuisse summae apud imperatorem aut sub imperatore potestatis. verba eius sunt: *παρὰ βασιλεῖ δύνασθαι τὰ πάντα ὀλόμενος τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ κανικλείου ὀφφίκιον.* quod cui magis quam *magni*, ut nos loquimur, *cancellarii* officio conveniat, non video: hoc enim qui exercet, mens veluti et manus est principis. *κανικλειόν* uno vocabulo, *canicleonem*, isto fungentem magistratu virum appellatum affirmat Gregentius. agens enim de quodam *Herba*, probato et caro imperatori, qui et hunc e sacro fonte susceperat, ait eum a favente ipsi Augusto cooptatum in senatum et factum *ὑπεκκλησίονα hypecclesionem*, *qualem*, ut addit, *Romani patricium et canicleonem appellant.* *ἕνα τῆς συγκλήτου τοῦτον ἀπέφηνε, ὑπεκκλησίονα αὐτὸν ποιήσας, ὃν οἱ Ῥωμαῖοι πατρίκιον καὶ κανικλείονα προσαγορεύουσι.* ubi obiter habemus non memoratum alibi magistratus huius nomen *ὑπεκκλησίονα*. de etymo vocabuli huius, nisi est a Latina voce *cancelli*, unde *cancellarium* merito Spelmannus deducit, rationem originis explicans, amplius quaerendum puto.

Κάνες p. 456 v. 11. de voce *Κάνις* aut, ut alibi noster scribit *Κάνης*, dixi quaedam Glossario priori. iis nunc haec habeo quae addam. animadverti in Chronico Arabico Abulpharagii, unde universam imperii Tocharorum Mogulici chronologiam, quatenus ad Pachymerianae historiae illustrationem pertinet, inferius libro harum Observationum 3 c. 7 digeram, animadverti, inquam, duplicem in usu Orientalium gentium affinis soni vocem fuisse supremae indicativam potestatis, quarum altera communis Tocharis cum Praesteiannensibus et Sinensibus, alia Mogulensium fuit propria. voces hae sunt *Chan* et *Kaan*. priore insignitus legitur qui ultimus ei praefuit imperio quod presbyteri Ioannis appellabatur; ex cuius eversione Mogulicum ortum est. refert enim Abulpharagius extremum illum *Ioannem* fuisse proprio vocabulo *Ung-Chan* appellatum. hunc qui occidit eiusque occupavit solium *Tamuiinus* primum dictus, novo deinde adscito *Gingis* nomini *Chanis* nomenclationem ut regui indicem addidit, Ginhiz-Chanes nuncupatus. huius filius et haeres prius vocatus *Ogtai*, *Kaanis* in auspiciis regni vocabulum accepit, quod et illustre reddidit gestis rebus victoriisque clarissimis. inde factum puto ut quidam eius posterorum nomen illud pro regni insigni usurparent. dico quidam: non enim omnes, cum qui Kaani huic ipsi *ἀμέσως* successit eius filius Cayuchus, non *Kaanis* sed *Chanis* appendicem in imperii notam privato nomini adiunxerit,

vocatus constanter Cayuch-chan. primus qui Cayucho decedenti suffectus est, Munkakaus non *Chanis* sed *Kaanis* epitheton adscivit. Munkakao mortuo et eius successione incerta propter Kublai et Aribugae candidatorum imperii per duodeviginti annos bella civilia, *Hulacu* frater Munkakai, missus dudum ab eo ut pro se praesesset Occiduis imperii tractibus, etsi, numquam rite lectus aut inauguratus imperator, haud obtinere videretur verum ius regni Mogulensium, tamen quia de facto tali potestate fungebatur, ab Abulpharagio aliquando appellatur *Hulacu il Chan*. hoc vero mortuo, ubi legitimis suffragiis gentis collocatum in Mogulensium solio Abakam Hulacu filium retulit, semper illum deinde *Alaka-il Chan* Abakam Chanem nominat, ut emphasim αὐτοκρατορικῆς monarchiae in voce *Chan* non dubiam agnoscat. Casanen deinde, quem Pachymeres celebrat principum veterum in paucis illustrium ambitiosum aemulatorem, facile crediderim *Kaanis* secundi suae gentis longe clarissimi monarchae cognomen potius optasse quam *Chanis*, quod in reges quoque suae gentis non laudatissimos vulgatum et in aliis insuper populis usitatum noverat. etenim Sinarum rex, quem *Kaan*
P 486 vicit et ad necem ultro sibi consciscendam adegit, *Altun-Chan* nominatus traditur. haec cum ita sint, Pachymeres, uti et multi alii scriptores, ex *Chan* et *Kaan* unicam conflarunt appellationem, Tatarorum, ut putant, peculiarem principum, cum tamen sit, meo iudicio, verisimilius vocem quidem *Kaan* propriam gentis Mogulicae fuisse, *Chan* autem Sinensibus saltem et Praesteiannensibus, fortassis etiam et aliis interioris Asiae gentium dynastis tribui praeterea fuisse solitam.

κάραβος p. 211 v. 16. Hesychius κάραβον a Macedonibus dici ait πύλην. haec sola e multis huius vocis notionibus huc quadrat, dum ea pro natura subiectae rei significatos putemus exitus paludis sive canales certis locis defossos et hinc inde tignis alte fixis munitos ad aquam corrivandam. horum capita extantia tignorum primum devinxisse invicem validis funibus Philanthropenus hic narratur, deinde instravisse transversis tabulis, tum hoc plano pro fundo usus turribus tollendis, e quibus arcem oppugnaret. non me latebat cum haec scriberem κάραβον navem quoque significare. nam et alibi hanc usurpatam a Pachymere vocem sic sum interpretatus. ideo tamen mihi minus verisimile visum est, id vocabulum isto loco a nostro historico in hac vulgari notione usurpatum, quod naviculas, quantumlibet inter se vinctas, innatantes stagno, parum solidum fundum existimarem poliorceticis machinis sustinendis, prout factum illic narratum exigit. quia tamen exempla non desunt βοσύνων, *obsidionalium turrium*, et machinarum id genus, ἁλιπόλεων, navibus impositarum in oppugnationibus littoralium arcium; si cui prudentiori me lectori praeferenda videretur simpli-

cior et magis obvia loci eius expositio, interpretationem illam meam in hunc modum refictam hic habeat: pro hisce Graecis Pachymeris verbis p. 211 v. 15 *ἐπισχὼν τοὺς τῆς λίμνης καράβους συνδεῖ σχοίνοις, καὶ ξύλα μέγιστα ἐνιεὶς ἐπ' ἐκείνων κατασκευάζεται μόσυνας;* haec in Latina versione substituantur: *arreptas, quae in stagno repertae sunt, cymbas, funibus colligat; et lignis super eas constratis maximis, turres in eo tabulato, et machinas construit.* atque hanc ingenue fateor, nunc mihi verisimiliorem videri sententiam; ex eo praesertim quod Pachymeres statim addat *τὰ δ' ἄλλα πλοῖα πληρώσας.* ista enim *aliarum navium* mentio satis indicat, putasse ipsum: *καράβους* quoque, quos paulo ante memoraverat, ex eodem *πλοίων*, sive navigiorum genere esse.

καρπός p. 146 v. 18. vox *καρπός* hic in notione qualem alibi nuspiam observaveram ponitur, folii paginam indicans, metaphora nimirum populari, quali vulgo in Gallia scapus chartae vocari solet *une main de papier.* est *καρπός* iunctura brachii cum manu, *ἄρθρον χειρὸς καὶ βραχίονος*, ut loquitur Aristoteles 1 de part. animal. apparet tamen volam ipsam seu palmam et mediam planitiem concavae manus *καρπόν* etiam dici. nam Homerus Iliad. σ choreas describens iuvenum cum virginibus manibus invicem consertis saltantium, tali videtur significatu *καρπόν* usurpare, dum scribit

ἔνθα μὲν ἠΐθεοι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι
ὠρχεῦντ', ἀλλήλων ἐπὶ καρπῷ χεῖρας ἔχοντες.

si enim alter in alterius carpo manum habebat, ut ait, non utique brachii iuncturam carpum dicit, sed palmam et volam, qua teneri et stringi solet manus se invicem saltando trahentium. habet autem quandam speciem volae extensae pagina, ut fundamentum translationis non desit, usitatae tunc forte vulgari sermone, etsi rarius in libris reperiatur. aliquando putaram *καρπόν* hic reddi posse *articulum* aut *capitulum*, comma scilicet primum in oculos incurrens libro aperto, quod potest interdum esse ex media aut infima pagina. sed id dici nequit hoc loco. satis enim noster indicat omen de quo agit, captari solitum ex verbis in capite sive principio paginae occurrentibus. alioqui enim non omnes convenissent in animadvertendo malo augurio ex verbis iisdem: fieri enim potuisset ut tres episcopi, qui cum celebrante cooperabantur in illa apertione et impositione codicis evangelici, non in eandem omnes paginae partem oculos coniecissent. hae me causae impulerunt ad *καρπόν* hoc loco *paginam* interpretandum.

κάστρον. ad ea, quae dudum notavi Glossario vol. I p. 571 *περὶ κάστρου* sive *εἱρκτῆς λήθης*, de castello sive carcere oblivionis, addam hic quae suggessit Pater Claudius Maltretus Soc. Iesu, datis ad me post illa lecta humanissimis literis. "*dudum* (inquit) *hasc notaveram ad c. 5 l. 1 Procopii de bello Per-*

aico, de castello oblivionis: huius arcis mentionem faciunt in
P 487 vita S. Ioannis Eleemosynarii Leontius et Metaphrastes apud Bollandum Mens. Ian. tom. I p. 508 et 525. de eodem agunt Cedrenus ed. Reg. p. 346, auctor Miscellae l. 17 p. 510, Theophanes p. 220, Agathias l. 4 ed. Reg. p. 138. accuratius caeteris Theophylactus Simocatta, cuius verba ad calcem huius capitis commodius reddam. simile quoddam habuisse castellum videntur Graeci imperante Andronico seniore, cui Nicephorus Gregoras l. 9 p. 200 ed. Basil. datam fuisse dicit optionem malletne monasticum habitum induere aut aliud subire malum; quae postrema verba aut caedem innuebant, inquit Gregoras, aut exilium, aut *βιαίαν ἀπαγωγὴν εἰς τὸ τῆς λήθης φρούριον* violentam abductionem in castellum oblivionis. Leunclavius in Pandectis historiae Turcicae p. 445 ed. Reg. n. 128 castellum illud Bosphoro fuisse appositum ex Gregora coniicit. at nusquam Gregoras eius situm designat. *de castello vero Persico oblivionis dicto, postquam ostendi tragicam Arsacis historiam a Procopio narratam, eandem referri ab Ammiano Marcellino l. 17., sic notavi ad illa verba mei Procopii:* Arsacem in castellum oblivionis detrudi. verba Theophylacti Simoc. quae me redditurum promisi supra, hic accipe ex l. 3 c. 5. *φρούριον (Γιλιγέρδων ὄνομα αὐτῷ) ἐνδοτέρω τῆς Μηδικῆς ᾠκοδόμηται ἐν χώρᾳ ἐπιλεγομένῃ Βιζακοῦ, οὐ πόρρω Βενδοσαβείρων τῆς πόλεως. πρόσεστι δὲ τούτῳ καὶ τις εἱρκτή. λήθην δὲ ὀνομάζουσι ταύτην οἱ βάρβαροι.* hinc nos videtur abducere Ammianus Marcellinus, cum ait Arsacem *exterminatum fuisse in castellum Agabana.* at hoc ipsum, mea quidem sententia, illius est carceris nomen ex duobus coalitum cum articulo. proxime ad origines accedet qui ita scripserit, *Hagoba-nas* vel *Hagoba-nasa.* etenim *Gob*, et Chaldaice *goba* vel *gubba*, quod toties in c. 6 Danielis occurrit, foveam et lacum significat. utroque autem vocabulo Scripturae Sacrae interpretes carcerem bene septum et praealtis parietibus munitum designant. carcer in quem Ioseph coniectus fuit, fovea dicitur Sap. 10 13, a LXX *λάκκος*, et Gen. 41 14 *ὀχύρωμα* munitio. haec est Chaldaici potestas nominis גבא vel גוב. alterum vero a verbo נשה progenitum *oblivionem* sonat. originem quoque nominis *Giligerdon* mihi videor in eo deprehendisse quod subiicit Simocatta, arcem illam fuisse addictam custodiendis bello captis, quos rex intentius asservari vellet. *gili* vel *geli* deduco a verbo גלה, quod valet *captivum abduci.* est autem *gerd*, nisi fallor, idem ac *geder*, Latine *septum*, a verbo גדר *gadar*, unde nomen *Gades*, et *Γάδειρα*, quod Hesychius *περίφραγμα* interpretatur. subscribit Avienus v. 914, cum ait

barbara quin etiam Gades hinc lingua frequentat:
Poenus quippe locum Gadir vocat undique septum.

ex illo fonte transmarino fluxisse arbitror voces Gallicas *garde*,

garder, leviter transpositis literis, ut fit in ultima parte nominis *giligerd*, quod, nisi me fallit coniectura, *captivorum septum* significat." haec verbis totidem Maltretus noster, cuius specimen notarum doctissimarum, sed nondum editarum, in Procopium, qui dudum typis Regiis cum eius accurata et eleganti interpretatione prodiit, vidisse hac occasione non pigebit lectores eruditos.

καταφλᾶν p. 240 v. 10. nusquam alibi hoc verbum legisse memini. intellexi autem quid significet ex eo quod Hesychius verbum *φλᾶν* exponat *μαλάσσειν πληγαῖς*, *plagis subigere*. Eustathius ad illum versum Iliad. *α καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο φηρ-* P 488
σὶν ὀρεσκῴοισι, contendit *Ἀττικῆς* esse *διαλέκτου* permutationem *θ* in *φ* et iuxta illam dici *φήρ* pro *θήρ*, *φλάω* pro *θλάω*. quod si recipitur, iam patet quid sit *φλάω*, *pertundo* videlicet ac *perfringo*. quare *καταφλᾶν* hic a nostro positum istam notionem impetu quodam ex praepositionis adiectione roborabit, ut intelligi debeat expressus vehementissimus ictus, qualis erat vasti molaris tormento eiaculati, aut ut hodie, suppositis in vicem veterum ballistarum tubis aeneis praegrandibus, globo ferreo ignea vi fulminato. Vaticanus paraphrastes ignoti verbi quasi contagionem perhorrescens, totam cui erat insertum transiliit sententiam, omnemque ballistae ac explosorum per eam molarium indicationem conscio silentio absorpsit, sic plerumque defungi solitus.

κατατροποῦμαι p. 528 v. 6. agit de magno primicerio iussu Augusti Michaëlis Catelanos Calliopolim tenentes oppugnante, non sine aliquo interdum successu praelii secundi, quo illos funderet fugaretque. non alibi quam apud Suidam reperitur hoc verbum *κατατροποῦμαι*. Suidas autem notionem eius non exprimit, sed tantum accusativo iungi monet. ex hoc Pachymeris loco habemus activi esse significatus, et fundere ac fugare aliquos recte dici Graece *κατατροποῦσθαί τινας*.

κερασβόλοι κύαμοι p. 519 v. 5. agit de Athanasio patriarcha, duritiei immanis et inexorabilis homine. hunc comparat fabis ex iis ortis, quae cum in terram a serente iacerentur, bovis cornu tetigerint: tales enim ferebantur adeo durae nasci, ut nulla coctura ad mollitiem esui opportunam subigi possent, meminit huius ut antiquae et celebris fabulae Theophrastus l. 4 c. 14, his eam verbis pro superstitione frivola traducens: *ὃ δὲ λέγουσιν οἱ πολλοὶ διότι τὸ κερασβόλον ἀτέραμον γίνεται, μήποτ' ἄγαν εὔηθες ἦ· σκληρότερος γὰρ ὁ λίθος, πρὸς ὃν πολλάκις προσπίπτει τὰ σπέρματα· κἂν μὴ προσκόψῃ, μηδὲ βουσὶν ἀροτριᾷ τις, οὐδὲν ἧττον ἀτέραμον γίνεται. quod autem vulgo dicitur, cur cornu contactum incoctile fit? videndum an non reiiciendum pro vano et nugatorio videri debeat. durior quippe quam cornu*

est lapis, in quem saepe incidunt, dum e manu iaciuntur in terram semina. et videmus, quae ad cornu non offenderint, ac ne opera quidem boum iis serendis adhibita fuerit, nihilominus incoctilia nasci. caeterum ex hoc qualicumque vulgari dicto iam olim invaluit ut homines immorigeri et ductu legum inflexibiles κερασβόλοι dicantur. Plato l. 9 de Legibus: *ἀνεμέσητον δὴ φοβεῖσθαι μή τις ἐγγίγνηται τῶν πολιτῶν ἡμῖν οἷον κερασβόλος, ὃς ἀτεράμων εἰς τοσοῦτον φύσει γίγνοιτ' ἂν ὥστε μὴ τήκεσθαι, καθάπερ ἐκεῖνα τὰ σπέρματα πυρί, νόμοις οὕτοι καίπερ οὕτως ἰσχυροῖς οὖσιν ἄτακτοι γίγνωνται.* haec sic vertit Serranus: *minime indignandum est, si vereamur ne quis civium ita proiecta audacia nobis nascatur, vel cornu minabundus atrox nimirum et ferus, ut quasi legumina coctu praedura, ita illi adeo indomito sint et refractario ingenio, ut vehementissimarum robustissimarumque legum igne liquefieri nec perdomari possint.* ita ille. atqui κερασβόλος non valet hic *cornu minabundus.* ego locum sic interpretarer, iudicium, utra sit melior versio, aequo et perito lectori permittens. *nec reprehensibile fuerit vereri ne civis existat nobis quispiam velut cornu contactus, qui eo usque indomabilis nascatur, ut sicut illa id passa legumina negant igne posse subigi, sic isti a legum vi quantumvis valida intacti perdurent.* hunc locum Platonis videtur potissimum in animo habuisse Pachymeres haec scribens. sed totam hanc rem magis illustrat Plu-
P 489 tarchus hoc argumentum quasi ex professo tractans l. 7 convivalium sermonum quaest. 2. ac factum quidem ex communi opinione verum ponens, causam eius comminiscitur minime superstitiosam. nempe ait legumina aut semina quae, ut solet dici, dum in terram iaciuntur in cornua impingunt boum arantium, non ex eo contactu qualitate affici maligna, qua deinde fiat ut quae inde germinaverint durae cocturae sint, sed quod ea offensione repercussa alio resiliant quam quo manus serentis destinabat, in sinum nempe sulci, ubi statim terra tegerentur: nunc vero in campi superficiem temere effusa, ibi exposita frigori ac reliquis aëris iniuriis relinquantur, unde non nisi sero et aegre pullulent sequioris etiam naturae fructus ac contumaces ad cocturam. de caetero idem agnoscit usitatam inde translationem ad praefracti homines ingenii κερασβόλων verbo designandos, *δῆλον γάρ*, inquiens, *ἦν ὅτι τῶν σπερμάτων τὰ προσπίπτοντα τοῖς τῶν βοῶν κέρασιν ἀτεράμονα τὸν καρπὸν ἐκφύειν νομίζοντες, οὕτως τὸν αὐθάδη καὶ σκληρὸν ἄνθρωπον ἐκ μεταφορᾶς κερασβόλον καὶ ἀτεράμονα προσηγόρευον. liquet enim, ab opinantibus ea semina quae in boum cornua inciderunt fructum edere durum et coctu difficilem, fuisse inde vocabulo translato hominem praefractum et contumacem ateramona et kerasbolon dictum.* ita Plutarchus. vide etiam haec eadem confirmantes Plinium et Suidam: nam nobis testimoniorum abunde iam est.

κλοβός. ἐπιφερόμενος — ἀδελφὸν ἐν κλοβῷ — p. 165 v. 2. ita codd. B et A. Vaticanus solum habet ἐπιφερόμενος καὶ τοὺς κατακριτους δεσμίους τὸν ἀδελφὸν καὶ τὸν Στρατηγόπουλον, vocem κλοβοῦ, ut reliqua solet quae non intelligit, omittens; in quo non solum mutilat sententiam auctoris, sed corrumpit et pervertit, faciens ut affirmare Pachymeres videatur, quod potius apparet ipsum studiose negare voluisse, nempe Constantinum Porphyrogenitum a fratre Augusto vinctum abductum non minus quam Strategopulum, cum inter eos historicus discrimen habitum ponat huiusmodi, ut Strategopulus quidem ligatus deportatus fuerit, Constantinus vero pro reverentia natalium vinculis quidem caruerit, sed in septo clathrato aut cavea, velut carcere portatili, sit gestatus. consideranda nobis deinceps est vox κλοβός, quam alii κλουβόν, alii κλωβόν scribunt. eam recte interpretatur hic noster εἱρκτὴν φορητήν, *carcerem portatilem*, definiens. est enim, ut glossae veteres docent, κλωβὸς *cavea*; unde est diminutivum κλωβίον recensitum a scholiaste Oppiani inter instrumenta piscatoria. igitur vehiculum quoddam aut cellam vel lecticam gestatoriam clathratam hic significari vocabulo κλοβοῦ apparet, quo tuto deportatus sit Nymphaeo Constantinopolim, citra vincula, Porphyrogenitus, septo prohibitus effugere, utcumque catenis liber. reperio tamen ad mulierum usum, quas clausas haberi ad sexus honorem pertinet, adhibitum carpenti genus κλουβόν nuncupatum, cancellis videlicet munitum. id docet Ioannes Tzetzes, dum Chiliade 5. p. 90 ed. Basil. an. 1545 de avia sua memorat, pari eam fuisse honore dignatam cum alia primaria femina, in eundem cum illa κλουβόν, hoc est muliebre carpentum cancellis clathratum, impositam. istam enim, ni fallor, habet sententiam ille Tzetzis versus

ἰσοτιμῶν καὶ τῷ αὐτῷ κλουβῷ συνεμβιβάζων.

κομμέρκιον p. 448 v. 14. commercium Latinam vocem Graecis hoc loco scriptam literis auctor adhibet, ex multo scilicet cum Genuensibus Latinis usu Graecis quoque Byzantinis usitatam.

κόκκοι. in priori Glossario quod dixi ad hoc vocabulum, confessio potius fuit ignorantiae meae quam vocis propositae declaratio. lux deinde mihi quaedam a coecis affulsit. coniecturam inde ductam hic obnoxie propono prudentis iudicio lectoris, et de re ipsa et de suspicione mea plenum ei arbitrium tribuens. cum legerem in hac secunda historiae Pachymerianae parte, l. 4 c. 2, saepius memorari τυφλοὺς μοναχούς, in eam opinionem sum ingressus, eosdem illic significari qui vol. I p. 489 v. 16 κόκκοι μοναχοί a Pachymere vocantur. certe toto illo capite exempla excoecationum crudeliter multis illatarum congeruntur multa; post quae subdit auctor sub finem capitis v. 16 κόκκους δὲ μοναχοὺς καὶ τοὺς κατ' ἐκεῖνον ἐῶ, ubi relativo ἐκεῖνον indigitari vel P 490

καιρόν, tempus nimirum prius illud exorientis Arseniani schismatis, vel ipsum eius schismatis causam aut praetextum expatriarcham Arsenium, credi poterit. comparat enim tacite historicus duo tempora, quibus similem impotentiam saeviendi Michaël imperator ostenderit, prius exorientis sub patriarchatu Iosephi Arsenianae factionis, auctoribus maxime monachis; in quos ideo impulsu Iosephi, iussu Augusti Georgius Acropolita immaniter grassatus ulciscendo sit, χαλεπῶς αἰκιζόμενος, δαίρων, κρεμαγνύων, μαστίζων, omni crudelitatis et ignominiae genere caedens ac dehonestans venerabiles populo professores vitae religiosae, ex celebri praesertim monasterio, Pantepoptae dicto, quos et postquam male mulctaverat exulatum amandabat. tunc excoecatos fuisse istos antesignanos Arsenianae partis, quos convincere et ad concordiam reducere conatus longo post tempore Andronicus est, prout refert noster eius historiae p. 462 v. 5, equidem crediderim, cum id alibi narratum ab eo distinctius non legam. puto autem istos tali causa et tempore privatos oculis monachos, vol. I p. 489 v. 16. a Pachymere indicatos, populari nomine, quo a suis Arsenianis pertinaciter in sententia haerentibus vulgo appellabantur, κόκκοι μοναχοί, cum laude ac commendatione tamquam confessores celebrari ab his solitos, vocabulo videlicet Latino *coeci*, ut alia multa per id tempus, Graecae plebis usu frequentato et expresso Graecis literis; ut forte legendum illic sit καῖκοι, aut iuxta scripturam multis Latinorum usitatam κοῖκοι, quod propius a κόκκος aberit. *coecum* enim per diphthongum oe a multis Latinorum, vocabulum τυφλῷ Graeco respondens, scribi in non paucis hodieque, ut non dicam plerisque, etiam antiqua exaratis manu, cernitur libris. qua occasione non verebor dicere forte istam emendationem, utpote accommodationem ad etymum, scriptionem esse. video accuratissimos grammaticos multum se contorquere in disquirenda origine vocis *coecus*. Isidorus, Perottus, Decembrius, relati a Vossio in suo accuratissimo Etymologico, *caecum* per ae scribentes a *carendo* aut *capiendo* dictum autumant, quod nimirum *careat* aut *captus sit* oculis, quod ut longe petitum, nullus non emunctioris paulo naris transmittat lector. Martinius postquam a Graeco καίειν *urere* caecum videri formatum proposuit, sicut τυφλόν a τύφω *accendo* (neutiquam in hoc ipsi assentiente Graeco Etymologista), deinde longe prudentius fatetur *caeci* originationem plane caecam et occultam esse. quid si autem *coecum* per oe scribamus, et eius sic scripti vocabuli veriloquium accersamus a Graeco κοέω, quod est νοέω, ut sit κοϊκός idem quod νοϊκός, qui acie solum mentis videat, intuitu oculorum carens? sane Eustathius παρεμβολαῖς εἰς Ἰλιαδ. ξ p. 736 ed. Rom. vocem comicam κοάλεμος exponens, ἤγουν (inquit) ἐν τῷ κοεῖν, ἤτοι νοεῖν ἀλώμενος. ergo κοεῖν νοεῖν est; ut κοϊκόν *coecum* primi Latini profecti a Graecia κατ' εὐφη-

μισρόν privatum lumine oculorum vocare potuerint, quasi ad consolandam calamitatem hominis principe corporeorum sensuum orbati; quo genere solatii recreasse coecum Didymum magnus P 491
olim Antonius legitur, negans grave illi esse debere, quod destitueretur instrumento corporeo videndi communi homini cum culicibus et infimis insectorum, cum mente valeret aemulante perspicacem intelligentiam immortalium mentium, praesertim cum ingeniosiores et acutiores plerumque caeteris in operationibus mentis luce cassi oculorum experientia probentur; unde et Democritum aiunt, quo philosopharetur felicius, ultro sibi videndi sensum ademisse. sed haec nimis multa extra rem nostram. hoc quippe solum significare volui: seu vox Latina *coecus* per oe seu *caecus* per ae scribatur, et cuius ea demum cumque sit originis, mihi videri probabile monachos quosdam passim celebres visu orbatos, a Constantinopolitana plebe, ex frequenti convictu commercioque Latinorum multa in suam vocabula linguam transferente *καίκους* sive *κοίκους μοναχούς* dictos, idque vulgare verbum expressisse vol. I p. 489 v. 16. Pachymerem, licet eius librarii, codicum quos vidimus descriptores, in eius scriptura verbi leviter erraverint, *κόκκους* pro *καίκους* aut *κοίκους* scribentes. reperio apud Hesychium *καίλους οὐρανοὺς Ῥωμαῖοι:* an magis mirum *coelos* vocem Latinam a Graecis ad idem quod Romane sonat significandum usurpatam, quam *καῖκον* ab iisdem dictum *τυφλόν*, quoniam sic Latini vocant? et hic etiam nota abusum scriptionis, dum *καῖλον* tamquam ex Latino *caelum* Graece scribitur, quod omnino scribi debuit Latine, *coelum*. est enim manifeste a Graeco *κοῖλον cavum;* ut minus te moveat, si, quod monuimus, increbuerit usus scribendi *caecus*, cum sit rectius *coecus*.

κουβουκλείσιος p. 480 v. 5. agit de honore habito corpori post longum tempus incorrupto reperto cuiusdam monachi, quem *κουβουκλείσιον* dicit, hoc est, ex eo genere qui exquisitioris religionis causa perpetuo inclusi cella permanebant; qualium cum sit creberrima in ecclesiasticis historiis mentio, lucrifacere operam possum demonstrandi tales extitisse exemplis quae passim occurrerent colligendis. tantum dico, quos inclusos Latini vocant, hic a Pachymere *κουβουκλεισίους* dici, quasi clausos cubiculo: nam *κουβουκλεῖον* Graeci posteriores, voce a Latinis mutuata, *cubiculum* appellarunt, ut dudum observavit Meursius. eosdem *ἐγκλείστους* nominatos intelligimus ex epistola S. Abbatis Nili, l. 2 96 in editione nupera Leonis Allatii *τοῦ πάνυ*. ea inscribitur *ΦΙΛΟΤΙΜΕΝΩι ΕΓΚΛΙΣΤΩι*. ita oportuit in ms archetypo legi, nisi error est typographi: sed ausim quovis pignore contendere *ἐγκλείστῳ* scriptum a Nilo. agit enim manifeste cum homine, qui sponte inclusus degeret; quem et arguit quod parum consentanee tali professioni viveret. describam tan-

tum verba quaedam, quae hoc evidenter probant. sic incipit: *εὖ γε τῶν ὑμετέρων κατὰ τὴν ἀναχώρησιν ἀριστευμάτων. εὖ γε τῶν ὑμετέρων κατ' ἀρετὴν τροπαίων. ὑπέρευγε τῆς ὑμετέρας κατὰ τὸν ἐγκλεισμὸν ματαίας καὶ σκηνικῆς καὶ κατεσχηματισμένης διαγωγῆς.* vides in his claram mentionem *ἀναχωρήσεως secessionis a congressu hominum*, et *διαγωγῆς κατ' ἐγκλεισμόν instituti vitae intra clausuram se continentis.* obiurgat autem hunc quod ex fenestella cubiculi intra quod clausus durabat, et trans obducta illi clathra, audiebatur cupidissime ac loquacissime negotiando tumultuans, quin et iracunde convicians nonnumquam manus per crates ad pulsandos rabiose obvios emittens, ut ursus e cavea. verba haec sunt: *τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ θερμῶς ἐμπορευομένων, καὶ τῶν τὰς μυρίας δίκας καὶ τὰς ποικίλας λογομαχίας ἐν Πραιτωρίοις πλεκόντων, οὐδὲν δοκεῖς διαλάττειν, πραγματείας παντοίας ἐπινοῶν, κράζων μετ' ὀργῆς καὶ βρύχων, ἀπὸ τῆς γαλεάγρας καθυβρίζων καὶ σκώπτων καὶ λοιδορῶν, διαμεμφόμενος τοὺς παρατυγχάνοντας, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τὰς ἰδίας χεῖρας προσφέρων διὰ*
P 492 *τῆς θυρίδος, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς τύπτων.* paulo post huius cellam inducit lamentantem ob immanitatem et acerbitatem feri huius, quem velut in vivario clausum detineret. deinde ipsum affatur: *εἰπέ μοι, παρακαλῶ. τί κεκέρδακας τῷ οἰκιδίῳ κατακλεισθεὶς dic mihi amabo te quid lucratus es domuncula te includens? τί ὤνησας τὴν σαυτοῦ ψυχήν, τοῖς τοιχαρίοις τὸ σῶμα ἐγκεκρυφώς; quid profuisti animae tuae, corpus tuum intra muros arctos abscondens?* haec dubium non relinquunt quin haec epistola inscripta fuerit *Philumeno Incluso.* porro permagnum iam olim inter Graecos Byzantinos fuisse numerum istorum cellis inclusorum, inde intelligimus quod anonymus scriptor vitae S. Mariae iunioris in Vatic. cod. 800, qui se vixisse indicat sub Basilio Macedone, circa Christi annum 875, in duas quasi notissimas et copiosas species monachorum genus universum dividat, sic de S. Maria iuniore scribens: *μοναχοῖς, τοῖς τε ἐν σπηλαίοις καὶ τοῖς ἐν οἰκίσκοις ἑαυτοὺς ἐγκλείουσιν, ἐχορήγει τὰ πρὸς τὴν χρείαν. monachis, sive in speluncis sive in domunculis se ipsos includentibus, quae opus erant praebebat.* huc facit quod S. Theodorus Studita de S. Platone monacho in eius pereleganti Oratione funebri, nondum edita, sub finem scribit: *μεθ' ἡσυχαστῶν ἡσυχαστὴς ἔννομος, μετὰ καθηγητῶν καθηγητής, ἔνθεσμος, μετ' ἐγκλειστῶν, οὐ μόνον ἐγκλειστός, ἀλλὰ καὶ ὑποστακτήτης, ὃ καὶ σεβάσμιον.* ubi clare vides inter species monachorum *ἐγκλειστούς* recenseri. in quo et obiter notanda toni diversitas, ad quam ut emendatiorem refingi volumus eam qua sumus usi, *ἔγκλειστον* cum acuto in antepenultima scribendo.

κουμούνιον p. 539 v. 12. scio vocem *κουμουνίου* usurpari in concilio Florentino pro eo quod Gallice dicitur *communauté*, sonans complexionem omnium ordinum ac civium urbis

ac reipublicae cuiusvis. quales collectiones universae cum nequeant simul intervenire conventibus, certos homines destinant qui loco ipsarum adsint. et hi vocantur in actis Florent. synodi τοποτηρηταὶ τῶν κουμουνίων. hoc loco ea vox videtur significare certum numerum lectorum suffragiis populi consiliariorum, qui praescripto spatio temporis praeesse regimini reipublicae debeant. ait enim noster Andronicum offensum Genuensibus quod ii quemdam male multandum curassent, exclusisse ipsos urbe, versarique solitum in eius comitatu legatum quendam aut magistratum eorum a conspectu amovisse, de facto tamen ipso nondum iudicando aut iudicari per Genuenses postulando, quod eius iudicium reservaret novo *communio*, hoc est collegio magistratuum delecto ad regiminis administrationem. istiusmodi quippe novum concilium aut collegium praefectorum regimini iam designatum mox initurum possessionem gubernationis rerum audiebat.

κτητορικὸν δίκαιον p. 198 v. 4. agit de corpore protovestiarii Constantinopoli mortui, quod ait portatum Nicaeam, quia ius ibi sepulturae is haberet dotali ratione partum, uxore ipsius patronatum in id monasterium obtinente, quod maiores scilicet eius aut ipsa totum vel ex parte fundassent. hoc videtur hic dici κτητορικὸν δίκαιον ἀπὸ τῆς συζύγου. κτήτορες Hesychio sunt κτισταὶ *conditores*, seu, ut vulgo loquimur, *fundatores*; unde ius, quod ex *conditu* sive *fundatione* fundatoribus competit, recte κτητορικὸν δίκαιον dici potuit. saepe autem ecclesiastico usu inter alia honoraria, quae fundatoribus ecclesiae monasterii aut sacri cuiusvis loci competunt, est ius sepulturae in iis locis.

λεπάς p. 53 v. 14. hoc proverbium tomo priori a se usurpatum, et illic a nobis declaratum in Glossario, eo aptius et elegantius hic adhibet Pachymeres, quod istud Prodromi monasterium, a quo se divelli aegre sinebat Theodorus Cyzicenus, fortiter abducere conantibus obluctans, Petrae cognomen habebat. idem enim, ut videtur, est cum illo quod superius p. 44 v. 15. μονὴ τοῦ Προδρόμου τῆς Πέτρας, *monasterium Prodromi Petrae*, appellatur. P 493

λίκνος p. 19 v. 13. λίκνος, vulgo cuna, videtur hic dici genus lecticae aut ferculi, quo gestaretur senex decrepitus, nempe *gestatorium*, vox usurpata Suetonio in Claudio: *solitus in gestatorio ludere.*

Ληναιών p. 306 v. 3 sqq. τοῦ δ' αὐτοῦ ἔτους — Ἑκατομβαιῶνα λέγουσι. et infra

μῆνα δὲ Ληναιῶ πρώτη βάσις ἵστατο μήνης.

habes in his Pachymerem secutum auctoritatem interpretum Hesiodi, dum carmen apud ipsos pangeret, Ianuarium vocasse Ληναιῶνα quasi sic ille mensis ab Atheniensibus nominaretur, cum re vera iuxta exactiorem, ut putat, sententiam Romanorum Ia-

nuarius Atheniensibus Hecatombaeon dictus sit. iam pridem in Observationibus ad priorem Historiae Pachymerianae partem l. 3 c. 1 demonstravi hanc historici nostri opinionem et illi singularem et falsam esse, nisi solum velit primum anni Attici mensem Ἑκατομβαιῶνα dictum, quemadmodum primus anni Romani mensis Ianuarius dicitur. hoc enim sane verissimum. illud autem falsissimum, Ianuarium Ἑκατομβαιῶνι respondere, ita ut temporibus indicandis alterum illorum vocabulorum usurpari tamquam aequivalens alteri queat, quod consentanter, sed singulariter et mendose, Pachymeres facit. hic videndum solum est quinam sint illi quos hic memorat, ἐξηγηταὶ τοῦ Ἀσκρηθεν ποιητοῦ *enarratores Ascraei poetae*. habemus Hesiodum mere Graece cum mere Graecis scholiis, editum Venetiis an. Chr. 1537 opera Victoris Trincaveli, cuius in libri folio 68, ad illum eius poetae versum

μῆνα δὲ Ληναιῶνα καὶ ἤματα βούδορα πάντα,

Moschopulus sic annotat: κατὰ δὲ μῆνα τὸν Ληναιῶνα, ὅστις ἐστὶν ὁ Ἰανουάριος. folio postea 71 Proclus alter scholiastes, varia disputans de vocabulis mensium, propendet eodem. denique folio 73 Ioannes Tzetzes diserte scribit Ληναιῶνα ἤτοι τὸν Ἰανουάριον, ὡς ληναιὸς παρὰ Ἴωσι καλεῖται. videmus hinc quosnam innuat Pachymeres, nempe Moschopulum Proclum et Ioannem Tzetzen. quid significat autem cum se ἐκποιήσαντα κατ' αὐτούς memorat? an se, cum puer illorum ludum frequentaret et versus quos recitat de lunari deliquio compositos ut scholasticum pensum illis magistris redderet, isti eorum in his opinioni adhaesisse? an potius, cum privatim Hesiodum legens horum adhiberet scholia, et interim subortus ipsi esset impetus meditandi carmen imitatione vatis quem commentaretur, obvio argumento lunaris defectionis, noluisse in eo recedere a sententia scholiastarum Hesiodi, utcumque minus sibi probata? suspicari, opinor, liceret alterutrum, si Moschopulum Proclum et Tzetzen eo constaret simul omnes tempore vixisse quo potuisset dare ipsis puer operam Pachymeres in ludo literario. cui ne nos implicemus disquisitioni non necessariae, secundam potius viam tenebimus, nisi si quis malit suspicari Pachymerem, apud qualescumque magistros daret operam literis, quod ii vulgo celebrium istorum Hesiodi interpretum sententiam eo poëta enarrando sequerentur, illam dicis causa et perfunctorie in versibus iuxta ipsorum dictata scriptis amplexum fuisse.

P 494 λογαριαστὴς τῆς αὐλῆς p. 296 v. 12. παρῆγε δὲ καὶ μάρτυρα λεγομένων τὸν τότε λογαριαστὴν τῆς αὐλῆς Ἄγγελον. mox illum ait fuisse ὀφφικίῳ τετιμημένον *honoratum officio*, hoc est magistratu honorifico insignem. huius munus Codinus c. 5 n. 84 his verbis exprimit: ὁ τῆς αὐλῆς λογαριαστὴς λογίζεται τοὺς ἐν τῇ αὐλῇ εὑρισκομένους πάντας ζογάτορας, εἰ λείπει τινὶ ἀπὸ τῆς

φόγας αὐτοῦ, ἢ ἐξεδούλευσεν ὑπὲρ ὧν ἐρογεύθη. hoc est interprete Gretsero nostro: *logariastes aulae numerat et computat omnes milites qui in aula stipendia merent; et dispicit numquid alicui de stipendio desit, aut num plene satisfecerit pro stipendio quod accepit.* meminit huius officii saepe alibi Codinus. erat et alius Logariastes magnus memoratus eidem non semel, ut c. 2 n. 40. ab hoc prior distinguitur adiuncto aulae vocabulo. quod a Codino scribitur c. 5 n. 61 de Logariaste aulae, οὗτος οὐκ ἔχει τι ὑπερηρέτημα νῦν, *carere nunc functione*, facile quadrat in haec aut paulo posteriora his temporibus quibus vixisse Codinus putatur sub Cantacuzeno aut cum illo, hoc est principatu Andronici Iunioris, huius Andronici, cuius historiam Pachymeres hoc opere tradit, nepotis et aliquando collegae. cum enim ex his quae saepe superius noster questus est de neglecta solutione pensionum militibus decretarum, quas φόγας Codinus et alii vocant, intelligatur sensim inductum sub Andronico seniori morem primum sero nec integre solvendi quod constitutum militantibus erat, deinde, ut apparet, prorsus negandi, locum amplius non habuit functio Logariastae aulae, si eius erat, ut est dictum, providere ut integre pensiones istae pro modo navatae operae numerarentur. potuit tamen nomen et honor huius magistratus retineri, quod hic noster indicat, etsi iam tum forte, si Codinus, cuius aetas est incerta, sub Andronico seniore scripsit, eius ministerium, ὑπηρέτημα, cessasset.

Μαιμακτηριών p. 382 v. 19. cave putes hoc ut aliis locis huius historiae priori nostro Glossario indicatis *Μαιμακτηριῶνα* Iunium dici. repugnat manifeste character feriae. nam certissimum est annum quo hic narrata geri contigit, fuisse Christi 1304, qui sine ulla controversia cyclum solis numeravit 25. quia vero bissextilis fuit, duplicem habuit indicem dominicae literam, E et D, quarum prior usque ad 28 Februarii diem, reliquo inde tempore posterior in usu fuit. mense igitur Iunio, si eius meminisset hoc loco Pachymeres, oporteret in Kalendario ad latus vigesimae primae diei literam B indicem sextae feriae, quando D primam designat feriam, signari. atqui contra, ut palam cernitur, D litera, character videlicet dominicae ipsius, vigesimam primam Iunii diem insignit. non igitur de Iunio hic sermo. vidit hoc quisquis est auctor paraphraseos Vaticanae. nam is etsi alibi semper *Μαιμακτηριῶνα* Iunium reddit, sic praeter morem hunc locum παραφράζει. ἡμέρᾳ μὲν οὖν παρασκευῇ εἰκοστῇ πρώτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς etc. caeterum hic argutior in odoranda vocis *Μαιμακτηριών* ancipiti notione quam felicior in una vera ex pluribus discernenda fuit. nec enim Iulio mensi character hic congruit ut 21 diem litera B insignem habeat. nota haec propria sextilis sive Augusti mensis est, et quidem solius inter omnes anni menses. unde non videtur dubitandum quin quem alibi

Ποσειδεῶνα noster appellare consuevit, hoc loco *Μαιμακτηριῶνα* dixerit. sane ipse innuit non ex propria se hic sed ex aliena loqui sententia, dum hunc mensem non absolute *Μαιμακτηριῶνα* vocat, sed eum qui iuxta Athenienses sic appelletur; quemad-
P 495 modum idem p. 306 v. 7 scribit Ianuarium, quem nimirum ipse, ut c. 1 l. 3 Observationum tomi prioris ostendimus, Hecatombaeonem iudicat debere appellari, Lenaeonem iuxta Athenienses a quibusdam dici, non recte suo quidem iudicio, quamquam ipse aliquando eorum auctoritatem secutus fuisset. simile quiddam hic intelligendum, etsi auctor pro suo more obscure ac dimidiate res exprimendi clare utique non indicat, sed absolute videtur dicere Augustum Atheniensibus Maemacterionem esse, cum tamen satis appareat id illum non credidisse plane ita se habere. etenim si sic censeret, non tam saepe alibi *Maemacterionis* vocabulo Iunium, Augustum vero *Posideonis* indicasset.

μαμάκουθος. δεύτεραι φροντίδες καὶ φίλων τῶν λοιπῶν ὑπομνήσεις suggerunt hic aliquid quod addam ad olim a me notata ad hoc verbum. occurrit mihi deinde forte legenti Tzetzen huius enarratio vocabuli Chiliade 4 his versibus:

ταυτὸν τῷ βλιτομάμμοντι μαμμάκυτος σημαίνει,
ἤτοι μωρὸν συγκρύπτοντα μάμμαν τε καὶ τὸν ἄρτον.
μωρέ, φησὶ γὰρ προφανῶς, σύγκρυπτε τὸ μάμμαν σου.

origini hic indicatae vocis *μαμμάκουθος ἀπὸ τῆς μάμμης* consentanee scribit Phavorinus in Lexico: *μαμμάκουθοι ἀντὶ τοῦ μαμμόθρεπτοι.* Henricus Stephanus in Thesauro *μαμμοθρέπτους* dici putat pueros mollius et indulgentius educatos, quales illi sunt qui ab avia pro senum more tenerius nepotulos amante nutriuntur. eiusmodi cum inertes et voluptarii esse soleant, hinc adhaesisse putat vocabulo *μαμμόθρεπτος* similem dissolutionis et *ἀκολασίας* infamiam ei quam Latini usu antiquo affixerunt verbo *nepos.* ita ille; ex cuius sententia nullam stultitiae ac hebetudinis mentis, sed solum luxuriei indicationem contineret vocabulum *μαμμόθρεπτος*, atque adeo non aequivaleret *τῷ μαμμακούθῳ*, prout docet Phavorinus; cui tamen, ut opinor, tutius creditur enarranti suae linguae origines quam tanto recentiori Grammatico, quantumvis accurato, Stephano. multo igitur melior illa vocis *μαμμόθρεπτος* expositio est quam suggerit S. Augustinus Concione 2 in Psalm 30, ad illa verba v. 15: *ego autem in te speravi domine. si attendis*, inquit, *adhuc hominem, et eum quaeris imitari et ex illo pendere, adhuc lacte vis nutriri et fis* mammothreptus, *quales dicuntur pueri qui diu sugunt, quod non decet.* notum autem est experientia, cuius assignant causam medici, pueros qui non ablactantur tempestive, adolescere bardos ac stupidos, et quales describuntur ab Aristophane *βατραχοις*, fol. 123 p. 2 ed. Graeca Florentinae anni 1525. *ἀβελτεροτεροι, κεχηνότες, μαμμάκυθοι*, stulte hiabundi et salivam ore

defluere sinentes, quod 1 Sam. c. 21 13 ut insaniae signum ponitur. Galli hodie vulgari sermone tales indicant verbo τοὺς πεχηνότας exprimente, *badaux*. sed de his plus satis.

μαρκούτζας. quod in priori Glossario suspicabar μαρκούτζας legendum vol. I p. 282 v. 8, comprobat Maltretus noster, cuius e literis ad me datis haec describo: "in verbo Μαρμούτζας praefero tecum exemplaria quae μαρκούτζας scribunt, cum eius vocabuli sic scripti origo Arabica faveat sententiae illic indicatae Pachymeris. מר *mar* enim Arabibus *vir* sonat, et קצי *kutzi* longinquus, sive ex longinquo profectus advena.

μεσιτεύοντες p. 208 v. 7. ex multis historiae huius lo- P 496
cis, et aequalium Pachymeri scriptorum, observandum semel, ad huius et aliorum intelligentiam locorum, μεσιτεύοντας illa tempestate Constantinopoli dici eos solitos, qui gratia et existimatione in primis pollentes apud principem instrumenta illi praecipua regiminis universi erant, cuncta fere per illos aut eorum suasu interventuve gerenti. ministros quaedam Europae aulae hodie tales κατ' ἐξοχήν et antonomastice appellant, functionemque ipsorum absolute ministerium. eiusmodi fuit apud Andronicum huius historiae argumentum primo Theodorus Muzalo l. 1 c. 1 et 2, deinde Chumnus praefectus caniclei, l. 2 c. ultimo, l. 4 c. 7 et alibi. quos Pachymeres μεσιτεύοντας, videtur Cantacuzenus et Phrantzes μεσάζοντας vocare; de quibus vide quae annotat Pontanus noster in Prolegomenis ad Phrantzen. ad ea quae hic scribo refingi velim quae priori Glossario notavi verbo μεσάζων. illud etiam adiungo, unde non parum confirmantur hactenus dicta, eos qui ad istud principale ministerium promovebantur, dici consuevisse ἀποκατασταθῆναι ἐπὶ τοῦ μέσου, ut videre est apud hunc nostrum auctorem in titulo c. 32 l. 2, ubi τὸ μέσον nomen est officii huius; quod illic Latine reddidi *curam primariam principalium negotiorum*.

Μέπε. de Mepe Iberiae memorato in Glossario vol. I ex p. 216 v. 15 sic admonet Claudius Maltretus noster: "quid si suspicemur principem Iberiae Mepe dictum a Pachymere additione Graecis citerioris aevi usitata τοῦ μ ante π. sic enim illi scribunt μπάλλα *palla*, μπαρουνία pro *baronia*, μπασίας bassa, μποτέστας potestas, et alia multa apud Meursium. potuerit ergo dynasta Iberorum illis vocari פֶּחָה *peheh* et contracte *pe*, quae vox ducem ac principem indicat, et a Pachymere, solemni istorum τοῦ μ praepositione, *Mpe* nominari, unde vitio exscriptoris *Mepe* fluxerit."

μονοκελλικόν p. 390 v. 6. quid dicatur hoc loco μονοκελλικόν, libentius discerem quam aggrediar docere. multa enim diu quaerenti, parum quod satisfaceret occurrit. res ipsa locum totum expendentibus persuadet hoc μονοκελλικόν pertinere ad genus προνοιῶν pensionum seu annuorum censuum e fisco prae-

bitorum; qualia nunc auctoramenta, gravissimo reipublicae tempore, remitti a ius habentibus ad illa conferrique ad militem novum conducendum, decrevisse imperatorem refert historicus hoc loco, addens tamen exceptum fuisse *μονοκελλικόν*, quod salvum possidentibus maneret. quid aliud suspicer quam ita vocatam partem pensionum praecise necessariam ad victum diurnum; quo privari pensionarios utique non oportebat. *κέλλα*, ex Latino *cella*, penum non raro significat, apothecam quotidiani alimenti. quidni ergo *μονοκελλικόν* demensum intelligatur cuique auctoratorum e fisco descriptum ad alimenta; praeter quod istae plerumque pensiones abundabant ad ornamenta et minus necessarias expensas. saepe legi apud Ciceronem in Verrinis dari solitum a provincia magistratibus Romanis ei regendae missis *frumentum in cellam* aut pecuniam unde id emerent, hoc est, ut opinor,
P 497 unde mensam sibi et familiae quotidianam instruerent. pensionum igitur fiscalium quidquid cuique abundaret supra mere necessariam vitae tolerandae annonam, conferri ad delectus habendos iussum, sola victui quotidiano sic auctoratorum parte suffectura relicta, quam hic *μονοκελλικόν* dici autumem. quod si cui haud placet, aliud suggerat.

Μουγούλιος p. 620 v. 17 et p. 637 v. 10. quos plerique Latinorum *Tartaros*, Graeci passim et Arabes *Tataros*, Pachymeres *Tocharos* (Plinium secutus, qui l. 6 c. 17 inter Scythicas gentes diserte Tocharos recenset; non longe abludente Strabone, qui libro 11 eosdem Tacharos appellat), eos dixerat iam vol. I idem historicus noster, p. 344 v. 15, sese ipsos vocare *Mugulios* consuevisse. *Mogulenses* constanter appellat Gregorius Abulpharagius in accuratissimo Chronico arabice scripto sub idem tempus, aut non multo superius quam suam hanc historiam Pachymeres commentaretur. quin et Aytonus eiusdem aevi scriptor c. 16 Historiae suae Orientalis, quae Latine extat, *Mogli* eosdem vocitatos memorat. quod nomen Leunclavius indicat proprie designasse aliquot singulares populos (septem ab Aytono numerantur) communi Tocharicae aut Tataricae gentis appellatione censitos, ita ut adiuncto quodam inter se discernerentur, quemadmodum in Gothis Ostrogothis Visigothis fieri videmus. nam, ut is scriptor ait, *Sumogli* dicebantur accolae Tatari amnis, quae vox ipsorum lingua *Mugulios aquaticos* significet; ac sic alii aliis differentiis ad notitiam insignibantur. huius porro peculiaris speciei Tocharorum, quae Muguliorum vocabulo generalem Tocharicae aut Tataricae gentis nomenclationem contrahebat, proprium fuit illud imperium quod ab anno Christi 1202 per centum et quod excurrit annos late per Asiam et partem Septentrionalis Europae magnis victoriarum successibus inclaruit; cuius quia saepe noster meminit, breve specimen damus c. 7 l. 3 harum Observationum. Gingizchanes videlicet, auctor eius imperii, ex

illa Tocharorum parte stirpem trahebat, ut innuit Abulpharagius, quae peculiari *Mogulensium* appellatione noscebatur. certe, quod idem disertissime affirmat, Mogulensium concordi electione et delato unanimiter obsequio idem Gingizchanes primam suam et, ut sic dicam, originariam potentiam accepit, transmisitque in posteros. non est incredibile habitasse hos populos in regione antiquitus *Megala* vocata, quam in confinibus Mediae prope Elymaidem collocat Plinius l. 6 Nat. Hist. c. 26, ubi suspicari licet mutationem irrepsisse aliquam, qualis in translatione ex una in aliam linguam nominum peregrinorum fere semper intervenit. *Mogola* sane aut *Mugula* facile a Graecis omnia ad sui origines idiomatis trahere solitis (ut in *Byrsa* pro *Bosra*, in *Axino* et *Euxino* pro *Ascenez*, et aliis sexcentis cernimus) in *Megala* potuit deformari, quod ex his, ut alia pleraque, sumpserit Plinius. equidem arbitror maximum hodie ac potentissimum imperium *Mogolis* superstitem istius *Mogolae* appellationem servare. ferunt enim illud conditum a Baburxa magni Tamerlanis pronepote. Tamerlanem autem se genus a Mogulensibus antiquis principibus duxisse haud vane gloriatum, satis est verisimile. nam etsi hunc vilissimo genere, patre pecuario natum in Sogdianis montibus Turci praesertim historici Ottomanicis principibus adulantes scripserint, ad infamandam eius memoriam qui Baiazetem bello victum ac captum dira usque ad mortem custodia tenuisset, tamen Alhacenus Arabs, qui ei comes individuus expeditionum omnium adhaesisse dicitur et ideo merito creditur res eius prae caeteris perspectas habuisse, in eius quam scripsit vita testatur illum, cum inclarescere stupendis facinoribus circa Christi an- P 498
num 1390 coepit, non ex privata et sordida fortuna, sed ex avito, quem haereditario iure crevisset, Samarkandae principatu in eam claritatem emersisse: fuisse quippe illum oriundum e regio Tatarorum, hoc est Mogulensium, imperatorum sanguine. quod innuens Bizarus l. 9 fatetur a nonnullis in literas relatum fuisse Tamerlanem filium (hoc est unum e posteris) magni Chami Tatarorum; et diserte Aliarabius et Ahmedus historici Arabes, ab Eduardo Pocockio laudati in supplem. Chronici Abulpharagii p. 5, Tamerlanem e Gingizchane primo imperii Mogulensium conditore stirpem duxisse affirmant. porro licet, ut Chalcondiles l. 3 et Heroldus in continuatione Belli Sacri l. 6 c. 5 docent, mortuo Tamerlane (quod contigit anno Chr. 1402) vastissimum eius imperium brevi discerptum est infelicitate aut imprudentia successorum eius, ex huius tamen stirpe memoratus paulo ante Baburxa, Sadruchi aut Paianguris, filiorum Tamerlanis, nepos, dynastiam obtinuisse haereditariam inter Mogoles gentem Scythicam a chronologis recentioribus traditur; indeque contractis copiis vicinos primum Parthos sive Patanas debellasse, felicibusque inde progressibus usque ad constituendum transmitten-

dumque stirpis suae posteris Mogolicum hodie florens imperium profecisse, adamato, prout suspicatu pronum est, potissimum isto nomine, quod id Gingizchanidum regum maiorum suorum olim inclytam vocabulo Mogulensium principum potentiam, e veteri repetitam memoria, praesentibus obiiceret. haec de Muguliorum vocabulo Tocharis a Pachymere tributo hic duxi memoranda; quae ad illustrandum hunc nostri historici locum non parum esse utilia aequus credo lector iudicabit.

νά p. 341 v. 11. *ὁ δ' ὅρκος ἰδιωτικῶς πως οὕτως ἐξενεχθεὶς "νὰ ἦμαι δοῦλος τοῦ Χριστοῦ, οὐ μὴν εἰμὶ μεθ' ὑμῶν, εἰ μὴ τὰ γένοιτο."* cum autem dubitaretur an hoc esset vere iuramentum, consultus ipse Ioannes Cosmas patriarcha, qui haec dixerat, quid censeret, respondit in hunc modum p. 350 v. 14: *ὅπερ ἐφθεγξάμην ἀπὸ παραλυπήσεως τῶν ἀδελφῶν μου, οὐχ ὡς ὅρκον λογιζόμενος εἶπον, ἀλλ' ἁπλῶς ἐκ συνηθείας τοῦτο λέγειν, νὰ ἦμαι δοῦλος τοῦ θεοῦ* etc. et antea similia attulerat vulgaris sui usus verba illa: *νὰ ἔχω τὸ ἔλεος τοῦ θεοῦ, νὰ εἰμὶ δοῦλος τοῦ θεοῦ, νὰ ἀποθάνω ἐν μετανοίᾳ.* in his *νά* non videtur plane usurpari in notione hodie trita in vulgari idiomate Graecorum (nam huius linguae Graecae corruptae lexicographi *νά* exponunt *ἰδού en ecce*), sed videtur potius usu quodam peculiari Ioannis Cosmae positum pro *vaí utique, certe.* illi autem qui iurasse illum per haec verba crediderant, *νά* pro *νή* videntur intellexisse: *νή* enim ut notum est, lingua veteri Graeca iurandi adverbium est. posset etiam videri Cosmas in aliqua ex recitatis formulis, puta illa *νὰ ἀποθάνω ἐν μετανοίᾳ* posuisse *νά* pro *εἴθε utinam.*

Νέα p. 145 v. 19. suspicabar hic *νέαν* dici, ut assolet, per compendium subintellecta voce *πύλην.* sed deterruit, quod Petrus Gillius, ubi urbis Constantinopoleos portas enumerat, l. 1 c. 20, nusquam meminit ullius portae quae *νέα nova* diceretur. potuit et subintelligi aliud substantivum femininum, puta *μονή* aut *ἀγορά*, *monasterium* vel *forum:* sed cum *μονὴν* aut *ἀγορὰν νέαν* vocitatam Constantinopoli fuisse alibi non legerim, divinare non ausus, in interpretatione nomen ipsum *Νέαν Neam* velut loci noti proprium retinui, donec aliud quod sequerer certius occurreret.

P 499 *ξενώνων* p. 283 v. 8. videntur hic *ξενῶνος συνήθη νομίσματα* dici eleemosynae ab imperatore suggeri patriarchae solitae, ut eas impenderet in excipiendos hospitio peregrinos et in alia egentium solatia; quam in rem sumptum fere annuum mille aureorum imputari consuevisse rationibus patriarchae ex occasione docet hic noster. non omittam admonere haud recte intellectum hunc locum videri a paraphraste Vaticano, dum eum sic exprimit: *καὶ τὰ συνήθη τοῦ ξενῶνος νομίσματα πέμπων· ἐκοίει γὰρ κατ' ἔτος βασιλεὺς ἐλεημοσύνην χρυφίως, εἰδότος τοῦ πατριάρ-*

χου, εἰς χιλιάδας πολλὰς ποσουμένην. haec qui contulerit cum contextu auctoris, facile discrepantias notabit.

οἰκονομίαι p. 163 v. 2. agit de ecclesiasticis a Saba monacho vexatis, in quorum eum *οἰκονομίας* irruisse detinendo et repetendo proventus, tamquam illi iure illos percipiendi excidissent crimine perduellionis, in quod illos incurrisse aiebat, habens iam tum ipsos pro convictis et damnatis. ex his videtur colligi *οἰκονομίας* hic vocari quas vulgo *praebendas* aut *beneficia* dicimus, iura varia percipiendarum portionum ex reditibus ecclesiae certis clericis aut sacerdotibus ratione functionum aut ministeriorum ipsis demandatorum competentia. sic opinabar. tamen ne quid praeiudicarem, ipsam *Oeconomiarum* vocem interpretando retinui.

Ὁδηγοί p. 85 v. 17. agit de arca intra quam erat conditum Arsenii corpus; quam paulo ante *κιβώτιον* vocavit, et fuisse repositam dixit *περὶ τὰ δεξιὰ τοῦ βήματος a dextris altaris*, hic autem ait, feria tertia cuiusvis hebdomadis, concurrenti de more populo ad cultum Hodegorum subaperiri consuevisse arculam istam; hoc est, ut opinor, modice reserari, ut obtutibus intuentium per rimas aut clathra ossa intus reposita paterent, non contrectationi. hic ante omnia disquirendum est quidnam hic *Ὁδηγοί* dicantur, et quis hic eorum usitatus tertiis feriis popularis cultus. cogor micare in tenebris, qui de his in Graecorum libris nihil invenerim. diu et attente circumspectis omnibus, nihil verisimilius video quam solitam feriis tertiis Constantinopoli plebem veneratum ire SS. Angelos. nam hos *Ὁδηγῶν* indicari vocabulo ex Chrysostomi liturgia colligo, in qua diaconus sic voce sublata pronuntiat: *ἄγγελον εἰρήνης πιστὸν ὁδηγόν, φύλακα τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἡμῶν, παρὰ τοῦ κυρίου αἰτησώμεθα angelum pacis, fidelem ducem, custodem animarum et corporum nostrorum, a domino postulemus.* cui respondens chorus acclamat: *παράσχου κύριε, praebe domine.* ad hunc locum sic annotat Cabasilas c. 34: *εὐχόμεθα περὶ τοῦ φύλακος ἀγγέλου οὐχ ἵνα ἡμῖν τότε δοθῇ (δέδοται γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἑκάστῳ τῶν πιστῶν ἄγγελος) ἀλλ' ἵνα ἐνεργὸς ᾖ καὶ τὰ αὐτοῦ ποιῇ καὶ φρουρῇ καὶ πρὸς τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἡμᾶς ὁδηγῇ. oramus super custode angelo, non ut nobis detur (datus enim est a principio unicuique fidelium angelus) sed ut intente operetur et quae sui sunt muneris agat, custodiat nempe ac in rectam nos viam dirigat.* haec ibi; ex quibus pa- P 500
tet quam frequens Graecis indicatio custodum angelorum per vocem *ὁδηγῶν* fuerit. est autem et illud antiquae in ecclesia traditionis hodierno experimento notissimae, ut feria tertia cuiusvis hebdomadis cultui angelorum assignetur. existimo igitur solitum Constantinopoli populum tertiis feriis ad venerationem angelorum concurrere. quem autem in locum? indicat hic Pachymeres concursum hunc factum ad partem dexteram aree maximae

in templo Sanctae Sophiae: ibi enim, ut dixit, collocatum fuerat feretrum aut theca ossium Arsenii quondam patriarchae, quam occasione concursus istius tali die solitam relinqui apertam ait. non vana, opinor, coniectura fuerit electum hunc locum in quo potissimum residere angelos crederetur, ex eo quod Luc. 1 11 *stans a dextris altaris incensi apparuisse Zachariae angelus dicitur*; unde in illam tamquam legitimam et sacris oraculis declaratam angelorum sedem ac quasi stationem populi angelos venerantis devotio ferretur. quo pertinet dictum Hilarii Can. ult. in Matthaeum, affirmantis significatum scissione veli, quae in morte Christi contigit, discessum angelorum a custodia synagogae et sacrorum Iudaicorum, quibus excubabant ad velum templi consistentes, hoc est prope altare incensi, quod intime admotum velo erat sancta sanctorum operienti, ut notissimum est. verba sunt Hilarii: *veli honor cum custodia angeli protegentis auferatur*. superest ut rationem lectori reddam emendationis ex coniectura necessariae. in duobus codicibus optimis B et A (nam V hunc locum funditus omittit) *πρὸς τὴν τῶν ὁδηγῶν* scribebatur; quae sane lectio intricata est. quorsum enim istud *τήν* pertinet, aut quam rem indicat, cum nulla occurrat ei generi conveniens e prius aut post memoratis? solent veterum istiusmodi descriptores librorum certa vocabula compendiariis notis pingere. multa in hoc utroque talia visuntur, ubi passim *ἄνος* pro *ἄνθρωπος*, *οὐνός* pro *οὐρανός*, ut sexcenta omittam similia. putarim ergo hic *τήν* compendiarie scriptum pro *τιμήν*, vocabulo iam ad sententiam non incommode quadrante iuxta modo exposita. confirmat hoc alius nostri auctoris locus infra p. 302 v. 14 ubi *προσκυνήσεως ἕνεκα* procedere solitum feria tertia in monasterium Hodegorum populum et ipsum principem indicat. verba eius haec sunt: *εἶτ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τρίτῃ τῆς ἑβδομάδος ἦν καί γ' ἐξ ἀνάγκης ἐκ πολλοῦ τῷ βασιλεῖ ἦν τῇ Ὁδηγῶν μονῇ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν παραβάλλειν προσκυνήσεως ἕνεκα*. ex quibus vides feriis tertiis solitum imperatorem, ex more videlicet etiam populari, ad templum monasterii Hodegorum, cui, ut licet suspicari, nomen id adhaesisset ex eo quod illic peculiaris memoria *τῶν ὁδηγῶν*, hoc est iuxta prius dicta angelorum custodum, celebraretur.

ὄντωσις p. 248 v. 3. *ἡ θεοῦ ἀγαθότης ἀρχή τις γενομένη τοῖς μὴ οὖσιν εἰς ὄντωσιν*. sic B et A codices: V totum hoc comma transilit. *ὄντωσιν* hic apparet a Pachymere dictam *ὕπαρξιν extantiam*, aut ut scholae loquuntur *existentiam*. exempla desunt, quae quidem viderim huius ab aliis usurpati vocabuli. quod si non alibi noster legerat, viderat tamen certe illa S. Dionysii lib. de Divin. Nominibus c. 5 de deo scripta, *ἀρχὴ καὶ μέτρον αἰώνων, καὶ χρόνων ὀντώτης*. quae etiam verba idem Pachymeres prolixe declaravit in sua ad eum locum paraphrasi. eum ergo nomen *ὀντώτης* ibi reperisset quasi ex verbo *ὀντόω*,

derivato e participio ὤν ὄντος, deductum pari analogia se posse putaverit indidem producere vocabulum ὄντωσις, quod hic ponit.

ὀρθοδοξία p. 281 v. 5. ἡ δ' ἦν ἡ τῆς ὀρθοδοξίας ἡμέρα. P 501 fuisse hanc primam dominicam quadragesimae diserte docet Philotheus homilia in 1 Dom. Quadrag. sic scribens: τῇ κυριακῇ ταύτῃ καὶ πρώτῃ τῶν νηστειῶν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ἑορτάζειν παρέλαβε τὴν ὀρθοδοξίαν, ἤτοι τὴν ἀναστήλωσιν τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων γενομένην παρὰ Μιχαὴλ βασιλέως καὶ Θεοδώρας τῆς τούτου μητρὸς τῆς μακαρίας βασιλίδος, καὶ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου πατριάρχου τῆς Κωνσταντινουπόλεως. *ista dominica prima ieiuniorum Christi ecclesia suscepit celebrandam orthodoxiam, sive restitutionem venerandarum et sanctarum imaginum factam a Michaële imperatore et Theodora huius matre beata imperatrice, et sancto Methodio patriarcha Constantinopolitano.* quod in ea dominica Codinus l. de Offic. innuit recitari solitum adstante imperatore synodicum, videtur significare formulam fidei sive anathematismos in haereses a synodis decretos. quibus consentanee scribit Pachymeres p. 32 v. 11 Ioannem Veccum patriarcham addidisse aliquot anathematismos iis qui solebant recitari die orthodoxiae. ex quo intelligimus non fuisse necessario illud synodicum decretum aut canonem synodi oecumenicae, sed potuisse sub id nomen venire sanctiones statutas in ordinariis synodis patriarchae cuiusque.

παραθεωρεῖσθαι p. 618 v. 7. agit de his qui acerbis iussis Athanasii patriarchae inviti coacti ieiunare clam comessabantur; unde consequebatur eos, quod nocte intempesta comedissent, adstare postridianis sacrificiis saturos et crudos; in quo erat irreverentia disciplinae veteri damnata. vocat ergo noster hic παραθεωρεῖσθαι μυστικὰς θυσίας violari reverentiam mystico sacrificio debitam ex usu veteri, assistentia non iciunorum a nocte media. θεωρεῖν et θεωρεῖσθαι verbum est sacris olim addictum, caste obitas cerimonias et religiosis praeparatum ritibus conspectum mysteriorum exprimens. hinc in epistola Platonis οἱ θεωροῦντες ἐν Δελφοῖς ministri iuxta ritus illic consuetos Apollinis cultui vacantes et varias functiones religionis eius proprias, opera consulentibus praesertim oraculum navanda, obeuntes. unde Thucydides l. 5 θεωρεῖν κατὰ πάτρια hoc est, opinor, ritu a maioribus tradito sacra officia obire, coniungit cum θύειν et μαντεύεσθαι sacrificare et oraculum consulere aut acceptum edere. non enim accedo scholiastae verbum θεωρεῖν eo loco exponenti θεωροὺς πέμπειν; de quo pluribus disserendi non est hic locus. porro quando ab indignis aut non legitimo initiatis apparatu ἐποψία conspectus mysteriorum, aut contra quam fas est neglecto statuto ritu religiosum aliquod obitur officium, παραθεωρεῖσθαι despici et quasi pollui sacra dicuntur. sic Hesychius exponit παρεθεωροῦντο κατεφρονοῦντο. ubi etsi videatur respicere locum

Act. Apost. 6 1, tamen latius hoc extendi iure potest; et ad irreverentiam, qua religio violatur, non immerito hic a Pachymere accommodatum est. contemptus enim non dubius est divinae maiestatis, praescriptas ab ipso deo in eius cultu observationes negligere. quare Paulus Corinthios tamquam dei ecclesiam *contemnentes* καταφρονοῦντας increpat 1 Cor. 11 22, quod in ea velut in loco profano comederent: μὴ γὰρ οἰκίας ἔχετε εἰς τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν; ἢ τῆς ἐκκλησίας τοῦ θεοῦ καταφρονεῖτε. quid autem si suspicemur Pachymerem nostrum, cum apud suum magnum Apollinem Hesychium legisset, loco a me modo descripto, παραθεωρεῖσθαι et καταφρονεῖσθαι ut ἰσοδυναμοῦντα comparari, simulque haberet in animo memoratum Pauli locum contemni κατα-
P 502 φρονεῖσθαι ecclesiam comestione conquerentis, irreverentia qua praesumpto nocte intempesta cibo non ieiuni clerici aut monachi aris, dum sacrificatur mane adstarent, παραθεωρεῖσθαι, hoc est καταφρονεῖσθαι, despici contemni sacras oblationes criminantem, posuisse?

πάροικοι p. 209 v. 12. quos hic vocat Pachymeres παροίκους, opponit habentibus προνοίας, quas ab eo vocari pensiones pendi solitas e publico militantibus aut aliquam reipublicae navantibus operam, docemus ad id verbum hoc ipso Glossario. ait enim hic (quamquam intrincate ac perobscure: nam totum hoc prae caeteris caput confuse elliptice tenebricosissime conceptum est) ait, inquam, vel potius utcumque significat, Andronicum, cui magna opus erat pecunia unde stipendia Cretensibus ab ipso in Orientem evocatis et illic fidam ipsi navantibus operam cum fide repraesentaret, eam indicta subditorum collatione confecisse. quia vero eiusmodi extraordinariis sumptibus assignata dudum fuerat exactio decimae pensionum annuarum a stipendia quocumque nomine merentibus, cum iam ii continuata diu ea diminutione mercedis exhausti enervatique solvendo non essent, onus id devolvebatur ad παροίκους, hoc est, ut res ipsa monet, ad privatos patrimonio viventes aut peculio domestico, sine ullis a fisco subsidiis. en qui dicantur hoc loco πάροικοι. ego privatae rei dominos et patresfamilias interpretor.

παρυποστάσεις p. 144 v. 12. ὡς εἴπερ εὑρεθεῖεν — τῶν ἀγαθῶν ἀπουσίας. haec scribens auctor sine dubio cogitabat illud S. Dionysii Areopagitae dictum l. de Divinis Nominibus c. 4 p. 217 ed. Lanselii Parisiensis an. 1615: διὸ οὔτε ὑπόστασιν ἔχει τὸ κακὸν ἀλλὰ παρυπόστασιν. significat, cum malum nihil sit aliud quam boni privatio, hoc vocabulo *malum* non significari veram extantiam aut subsistentiam rei cuiuspiam, sed quasi extantiam aut quasi subsistentiam, solo modo loquendi exprimente positiva forma rem mere privativam. unde idem noster Pachymeres in
4 paraphrasi ad eum Dionysii locum p. 124 eiusdem editionis, rationem quare Dionysius neget ὑπόστασιν subsistentiam malo, hanc

affert: *ἡ στέρησις γὰρ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις.* unde infert non posse habere virtutem ullam: *τὸ δὲ μὴ ὑφιστάμενον ποίαν ἕξει τὴν δύναμιν;* enarret igitur Pachymeres se ipsum; et cur *παρυποστάσεις* vice-subsistentias, ut sic dixerim, *ἐκ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀπουσίας* vocet *κακά*, declaret iis ipsis verbis quae non longo intervallo post modo descripta in eius paraphrasi leguntur: *ὅτι τότε ἡ στέρησις παρυφίσταται ὅτε τὸ ἀγαθὸν ἀπέρχεται, quoniam tunc privatio quasi subsistit, quando bonum* (cuius est privatio) *abscedit.* unde nihil est solidum, sed forma solidi expressum. ut cum tenebras quis dicit, videtur positivum aliquid dicere, re vera autem nihil dicit nisi positivae rei absentiam lucis.

πεισμονή p. 120 v. 6. ait patriarcham Cyprium errorem in eius tomo deprehensum agnoscere ac corrigere nolentem non solum *πεισμονῆς*, hoc est assensus in errorem contra fidem, sed etiam *αἱρέσεως*, contumacis videlicet in ostenso errore pertinaciae, accusatum apud imperatorem fuisse. unde apparet voci *πεισμονή* ecclesiastico usu hanc fuisse subiectam notionem, ut ea designaret adhaesionem male persuasae mentis ad dogma falsum; quae nondum haeresis censeretur, nisi postquam admonitus, qui erraverat, P 503
obtemperare monentibus et pravam opinionem revocare abnuisset pertinacia se involvens sua.

πέλαγος p. 142 v. 12. vocem *πέλαγος* aliud quidpiam a pervagata obviaque notione hoc loco sonare quisquis intime introspexerit sentiet. reperio apud Hesychium *πελαγίζειν* explicari *ἐγγίζειν*, *πλησιάζειν*, ut non temere suspicemur quandam viciniae indicationem vocabulo *πελάγους* hic a nostro inditam, quam loci sane sententia exigit. quem enim alioqui saporem habeat, dicere Pachymerem se *ex eo quod pertineat ad Christum, ab ipso eodem puniri benignitatis existimare pelagus?* diceret potius *pignus:* nihil enim ad fiduciae omen accommodatum habet vox *pelagus*, si vulgari significatu usurpetur. nimirum a *πέλας*, quod est *ἐγγύς prope*, aut a *πελάζειν*, quod sonat *admoveri, appropinquare*, videri non immerito potest ductum vocabulum *πέλαγος*, propterea non plane abhorrens a *viciniae* ac *propinquitatis* mentione, huc sane opportuna, quam ideo interpretando expressimus.

Πηλεύς. ad ea quae Glossario priori circa hoc verbum notavi, quaedam in meae supplementum inscitiae ab amicis suggesta hic adiungam. R. P. Ioannes Fayonus S. I. viso edito Pachymere scripsit ad me sibi videri Pachymerem haec scribentem de Vecci castitate, *ὀσπῆς γὰρ εἰς πορνείαν κἂν Πηλεὺς ὤφλεν ἢ ἂν ἐκεῖνος*, habuisse in mente locum Aristophanis in Nubibus p. 112 ed. Basil. anni 1547: *καὶ τὴν Θέτιν δ' ἤγημε διὰ τὸ σωφρονεῖν ὁ Πηλεύς*, in quae verba scholiastes multa memorat quae castimoniae insignis Peleo laudem asserunt, inter alia hoc: *Ἀστυδάμεια δὲ ἡ Ἀκάστου γυνή, ἐρασθεῖσα Πηλέως, καὶ μὴ πείσασα διὰ σωφροσύνην συνελθεῖν αὐτῇ, καταψεύδεται αὐτοῦ πρὸς Ἄκαστον* etc. paulo ante idem

scholiastes eandem historiam retulerat ex alio auctore, qui illam Acasti uxorem Ἱππολύτην Hippolyten appellat, quae verius *Phaedra* diceretur, cuius similis castissimum Peleum, uti Phaedra Hippolytum pellicere ad adulterium conata, cum persuadere nequivisset, reum ut Phaedra Hippolytun, sic Astydamea vel Hippolyte Peleum attentatae ipsius pudicitiae apud virum nimis credulum peregit; unde Peleus ab Acasto inermis expositus feris, feliciori quam Hippolytus sorte, *μάχαιραν* (*ἔλαβεν*) *ἡφαιστότευκτον, καὶ οὕτως ἔφυγε τὸν κίνδυνον*, ensem a Vulcano cusum divinitus accepit, cuius ope periculum effugit. Suidas eandem rem paulo aliter refert verbo Ἀταλάντη. hactenus Fayonus noster, opportune in memoriam revocans quae a me alias in Aristophanis *Νεφέλαις* lecta funditus animo exciderant. gaudeo autem mihi hanc qualemcumque oblatam occasionem venerationis et gratitudinis testandae meae erga virum optimum et doctissimum, mihiique olim amicissimum, quem dum haec scribo, plenum religiosis meritis ad meliorem vitam migrasse audio, in longaeva sed omnibus virtutum exemplis commendata senectute. his addit Claudius Maltretus annotationem Eustathii ad v. 195 Iliad ρ: *λέγει ἡ παροιμία, Πηλεὺς τὴν μάχαιραν ὡς διὰ σωφροσύνην λαβόντος αὐτοῦ καὶ ξίφος θεόθεν*. adagium hoc memoratur a Suida duobus locis, v. *μέγα φρονεῖ* et v. *Πηλεύς*. priori loco sic scribit: *μάλα φρονεῖ μᾶλλον ἢ Πηλεὺς ἐπὶ τῇ μαχαίρᾳ. φασὶ ταύτην ἀπὸ τοῦ Ἡφαίστου γενομένην, δῶρον Πηλεῖ σωφροσύνης ἕνεκα ὑπὸ Ἡφαίστου δοθῆναι, ᾗ χρώμενος πάντα ἐκατώρθου καὶ ἐν ταῖς μάχαις καὶ ἐν ταῖς θήραις*. Erasmus huius adagii mentionem factam ex Zenobio refert apud Anacreontem et apud Pindarum. ego in editis hodie Anacreontis nihil huc pertinens reperi, Pindarus in Nem. Od. 4 memorat ensem Pelei et calumnias in eum Hippolytes. eius scholiastes ad eum locum legi digna scribit. Catullus sub finem epithalamii Pelei et Thetidos domibus castis Pelei domum accenset, dum ait *domos invisere castas Coelicolas, nondum spreta pietate, solebant*. haec Claudius Maltretus.

P 504

ποντογέφυρα p. 330 v. 20. *ἡ Ἰουστινιάνειος πεντεγέφυρα*. sic ibi optimus codex Barberinus, tamen habens notatam in margine aliam huius ultimi vocabuli lectionem *ποντεγέφυρα*, vitiosam et ipsam, sed eatenus ad rectum accedentem quatenus ex altera errantium syllabarum duarum mendum sustulit. scripsit enim sine dubio Pachymeres *ποντογέφυρα*. quod ut demonstrem, primum pono haud quaquam imposuisse Iustinianum Sangari amni quintuplicem pontem, nimirum quinque veluti contignationibus sublatum, cuiusmodi *τριγέφυρα pons triplex* antiquissimi et miri operis hodieque superstes visitur supra Gardonem fluvium in Gallia Narbonensi, paucis ab urbe Ucetia milliaribus. non enim si hoc fecisset diligentissimus recensitor omnium eius imperatoris aedificiorum, in proprio de hoc argumento opere, praetermissurus

fuerat Procopius. ille autem haec solum habet libro περὶ κτισμάτων quinto c. 3: ὁ μέγας δὲ ποταμὸς οὗτος, ὅνπερ Σάγγαριν καλοῦσι νῦν, σφοδρῷ μὲν κατιὼν ἐς ἄγαν τῷ ῥείθρῳ, ἐπὶ μέσης δὲ πεφυκὼς ἄβυσσος, εὐρυνόμενος δὲ θαλάσσῃ ἴσα, διαγέγονε μὲν τά γε εἰς γέφυραν ἀνέπαφος πᾶσιν, ἐξ οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, ἀκάτων δὲ συνδέοντες πλῆθος καὶ φορμηδὸν αὐτὰς ἀλλήλαις ἐναρμοσάμενοι ἐνταῦθα διαπορθμεύεσθαι τολμῶσι πεζοί, ὥσπερ ποτὲ δέει τοῦ Ξέρξου τὸν Ἑλλήσποντον ὁ τῶν Μήδων στρατός. ἀλλὰ καὶ τοῦτο οὐκ ἀνεπικινδύνως αὐτοῖς γίνεται· πολλάκις γὰρ ὁμοῦ τοῖς δεσμοῖς συλλαβὼν τὰς ἀκάτους ἁπάσας, εἶτα τὴν διάβασιν ἀνεχαίτισε τοῖς τῇδε ἰοῦσι. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς γέφυραν αὐτῷ ἐγκεχείρηκεν ἐποικοδομεῖσθαι τὰ νῦν, ἀρξάμενός τε τοῦ ἔργου ἤδη πολλὴν ἐς αὐτὸ διατριβὴν ἔχει. ὅπερ εὖ οἶδα ὅτι ἀποτελέσει οὐ πολλῷ ὕστερον, τεκμηριούμενος ὅτι δὴ αὐτῷ τὰ ἔργα συνεπιλαμβάνεται ὁ θεὸς ἅπαντα. haec ille, quae sic Latine sonant ex accuratissima et pereleganti interpretatione Claudii Maltreti nostri: *magnus fluvius, quem hodie Sangarin vocant, cursu violentissimus in medio, profundus admodum latitudineque aequoreus, nunquam post homines natos pontem subiit: sed scaphis pluribus connexis tegetisque instar inter se aptis audent transgredi pedites, ut quondam Medorum exercitus Hellespontum transiit, Xerxis metuens indignationem. at res non vacat periculo: nam saepe flumen scaphis omnibus abreptis cum nexibus transitum viatoribus abnuit. nunc Iustinianus Aug. pontem illi imponere aggressus acriter in opus incumbit, brevi procul dubio absolvendum; idque ex eo coniicio, quod omnibus illius coeptis manum deus admovet.* pontem igitur supra Sangarin aedificare Iustinianus aggressus, quando suos de eius aedificiis commentarios Procopius edidit, postea perfecit. vocatumque illud opus Ἰουστινιάνειος ποντογέφυρα. cum enim simplex γεφύρας vocabulum, etsi ex origine, si Eustathio credimus, sonare videatur solidum ex lapide ac caemento super loca humentia stratum (sic enim ille annotat ex Herodiano ad Iliad. φ: κυρίως γέφυρά ἐστι γῆ ἐφ' ὑγρᾶς, Ἡρωδιανὸς λέγει), tamen satis frequenter adhibetur ad exprimendum mobilem contextum tabularum, quo e littore in navim aut e navi transitur ad littus: moles illae lapideae ingentes, quibus magnorum ripae fluminum fiunt viatoribus perviae, videntur ad differentiam non simpliciter γέφυραι sed proprie ποντογέφυραι vocatae. id Mauritius innuit l. 2 Strateg. c. 21 de ponte amnibus imponendo, quatenus id ad imperatoriam ductoris exercitus curam P 505
spectat, praecipiens his verbis: εἰ μὲν γεφυρῶσαι χρεία, τουτέστι ποντογέφυραν ποιῆσαι, δέον ἀπὸ τῆς ἰδίας ὄχθης ἄρξασθαι τὰ ἐπὶ τούτων, τουτέστι ναύκλας μεγάλας καὶ ποντωλῶσαι, ἤτοι καταστρῶσαι, πάντων ἐν ἑτοίμῳ ὄντων. en magister militaris seu potius imperatoriae artis hic praecipit, ubi in amnis occursu, quem belli ratio non tantum cum exercitu transgredi sed etiam per eum

viam liberam servare ad regressum suadeat, opus fuerit solida illum mole consternere quam *ποντογέφυραν* potius quam *γέφυραν* (quae sit extemporaneum quidpiam) vocari ait, inchoare et apparatum operis et opus ipsum a ripa quam imperator cum exercitu obtinet, non autem ab adversa. nec movere quenquam debet adversus haec quod *ponti* nomen male fluminibus, quae sola fere pontes patiuntur, convenire videatur. nam praeterquam quod sunt quidam fluvii, ut de modo memorato Sangari Procopius loquitur, *εὐρυνόμενοι θαλάσσῃ ἴσα*, *latitudine aequiorei* ac ponto similes, etiam ex origine ab omnibus quibusque latioribus designandis non videtur abhorrere *πόντου* vocabulum, siquidem, ut Eustathius admonet ad Iliad. δ, *πόντος λέγεται ὡς οἱά τις πνόος, ἐκ τοῦ παταπνεῖσθαι ἀνέμοις.* a verbo *πνέω spiro* deduci *πόντου* nomen ait, quod supra aequor aura spiret. id autem et paulo amplioris alvei amnibus convenire quis non videt? quare non repugnaverit etymi ratio eos quoque ponti appellatione aspergi, quo iure suum Garumnam Ausonius in Mosella *aequoreum* appellat. atque hanc *ποντογεφύρας* notionem longe antiquiorem Mauricii et Pachymeris aetate non male forsitan quis autumaverit ex antiquissimo apud Latinos usu vocis *pons* pro *γέφυρα*; quae vox videri potest ex *ποντογέφυρα* deducta. haec quae timida suspicione protuli, audentius amplecterer, si (quod nec contigit nec spero) nactus essem idonea testimonia auctorum Graecae linguae veterum, ex quibus constaret iam tum, antequam Latinus sermo e Graecis esset originibus productus, *ποντογεφύρας* vocabulum in usu Graeciae fuisse, ut ex eo ducta existimari posset vetustissima in Latio vox *pontis*. interim igitur vulgaribus inhaerens veriloquiis autumantium *pons* dictum quasi *pens* compendio verbi *pendens*, quod spatio subtus vacuo superne impendeat, existimo vocem *ποντογέφυρα* Graecis tantum aevi citerioris usurpatam, quibus solemne fuit pleraque tritiora usu Romani Latii vocabula suis exprimere literis, scriptionibus inserere. cuius consuetudinis non pauca in hoc ipso scriptore nostro exempla vidimus, loquendi morem, qui tunc erat, repraesentante, ut tot alios omittam, quorum vocabula istius generis tot sunt lexicis Graecobarbaris Glossariisque recensita. itaque *ποντογέφυραν* et Mauricius auctor Strategicorum et noster hic ex usu sermonis tunc popularis dixerint, mixta mentione *pontis*, Latinae vocis, cum antiqua Graeca *γέφυρα*, ut facilius intelligeretur quid exprimerent a vulgo iam bilingui ac multa mixtione Italorum assueto patriam antiquam linguam insertis variegare Latinis vocibus. ad extremum hic opponam ex Livio quaedam a lectore non inutiliter conferenda iis quae de situ locorum istorum, natura Sangarii amnis et necessitate imponendi ei pontis noster hoc, quem illustratum hic imus, loco scribit lib. 8 4 decadis, ubi expeditionem Cneii Manlii consulis in Gallo-Graecos describit. sic Livius habet: *cum ad Sangarium flumen pervenis-*

set (Manlius cos. cum Romano exercitu), *pontem, quia vado nusquam transitus erat, facere instituit. Sangarius ex Adoreo monte per Phrygiam fluens miscetur ad Bithyniam Thymbreti fluvio; inde maior iam geminatis aquis per Bithyniam fertur et in Propontidem sese effundit, non tam magnitudine memorabilis quam quod piscium accolis ingentem vim praebet.* ita ille.

Ποσειδεών p. 268 v. 15. quod in priori Glossario admonebam, in prioribus sex libris huius historiae desiderari Pachymerianum Augusti mensis nomen, *μνημονικὸν* fuit *σφάλμα*, ut mox dicam. certe hoc loco *Ποσειδεῶνος* vocabulo plane *sextilis* et *Augustus* Latinis dictus mensis exprimitur. id demonstrat non modo quam continuo auctor adhibet, indicatio tempestatis anni, qua nimirum *ab aestivo cardine ad aequinoctialem sol declinat*: sed clare Vatic. paraphr. exprimit, sic ibi scribens: *τότε δὲ ἐννάτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Αὐγούστου μηνός*. memoraverat et hunc mensem vol. I p. 493 v. 3 noster, licet ego per oblivionem, uti iam fassus sum, vol. I p. 692 scripserim Augusti Pachymerianum nomen in eo volumine nusquam extare. sic enim ibi scribit: *τότε δὲ Ποσειδεῶνος ἐκκαιδεκάτῃ μετὰ τὴν τῆς Θεοτόκου ἑορτήν*. ibique ambo codices optimi adscribunt orae marginis *Αὐγοῦστος*, et Vaticanus solum id nomen in contextum recipit. demonstratque idem satis, ut alia indicia deessent, quod sextam decimam illam cuius meminit diem illuxisse ait *postridie festi deiparae*, maximi nempe omnium Mariae matris dei festi, quod sic per antonomasiam sine addito vocatur, nempe assumptionis eius in coelum, quod Graeci iuxta cum Latinis die Augusti mensis quintadecima celebrant. est tamen ubi Pachymeres a se ipse quodammodo deficiens, et ex aliena, ut opinor, magis quam ex propria sententia, mensem Augustum non *Ποσειδεῶνα* sed *Μαιμακτηριῶνα κατ' Ἀθηναίους* vocat, p. 382 v. 19. in quem locum vide quae annotamus in hoc ipso Glossario, verbo *Μαιμακτηριών*, et l. 3 harum Observationum c. 4 n. 6. P 506

πρόνοιαι p. 209 v. 11. dicuntur hic *πρόνοιαι pensiones*, quae vel in mercedem operae praesentis vel in praemium praeteritae merentibus aut emeritis e publico solvuntur; quales hodieque ab Italis et Gallis *provisioni*, *provisions* vocitari audimus. annotasse iam hoc debueramus in tomi prioris Glossario: saepius enim in historia Michaëlis noster hanc vocem ista notione usurpavit, quae in classicis non reperitur auctoribus. unum hic e multis in specimen locum ponam, p. 16 v. 9: *προνοίαις δ' ἐκ τούτων τοὺς ἐπιδοξοτέρους καὶ οἷς τολμοῖεν τὸ φρόνημα γράμμασιν ἐδωροῦντο βασιλικοῖς*.

προσκομίζων p. 616 v. 5. contra meam huius loci expositionem, qua *προσκομίζοντα sacerdotem celebrantem* interpretatus sum, grave stare praeiudicium video hominis utique valde docti et a me semper cum suo tum sui ordinis merito permagni

habiti, Iacobi Goaris. hic enim suis notis ad missam S. Ioannis Chrysostomi locum, opinor, hunc ipsum tractans quem hic innuit Pachymeres, referens in solemni liturgia tunc, propter expunctos e sacris diptychis Alexandrinum Antiochenum et Hierosolymitanum patriarchas, solum ex ecclesiasticis Constantinopolitanum Athanasium συνάμα τῷ προσκομίζοντι *una cum offerente* fuisse inter sacra memoratos, per προσκομίζοντα intelligit *eum qui hostias et oblatas in ecclesiam intulit*, et ab eo distinguit *sacerdotem celebrantem*. ego vero et unum hic designari per verbum προσ-
P 507 κομίζοντα sacerdotem sacris operantem contendo, et nominatim, quod hinc constet nuncupari solitum a diacono *eum qui* panes ex quibus *oblatae* fierent *in ecclesiam intulit*, pernego. evincique utrumque istud satis clare puto ex ipsis quae Goar exponit sacrae liturgiae verbis, nempe hisce: ὁ διάκονος πρὸς τῇ θύρᾳ στὰς λέγει τοῦ δεῖνος πανιερωτάτου μητροπολίτου, nimirum episcopi ecclesiae in qua sacrum fiebat, qualis erat Constantinopoli patriarcha. mox subdit: καὶ ὑπὲρ τοῦ προσκομίζοντος τὰ ἅγια δῶρα ταῦτα εὐλαβεστάτου ἱερέως τοῦ δεῖνος *et pro offerente sancta haec dona religiosissimo sacerdote N.* quis satis attendens unicum hic nomine proprio palam appellari non videat sacrificantem sacerdotem? sane si προσκομιδή, quod idem P. Goar recte annotat p. 16 sui Euchologii, est *oblatio perfecta*, nempe illa quae fit a sacerdote ad aram faciente panis et vini mox consecrandi, quidni ὁ προσκομίζων is dicatur et intelligatur qui ea rite fungitur? equidem arbitror, si eum qui antea panem et vinum, ut essent materia sacrificii, in ecclesiam intulerat, designare diaconus vellet, non προσκομίζοντα in praesenti eum vocaret, sed in praeterito προσκομίσαντα. hae mihi causae confidendi sunt, interpretationem meam, etsi gravetur auctoritate contraria viri tam praestantis, veritatem suam aequo et erudito lectori probaturam.

προχώσεις p. 269 v. 11. refertur hoc ad ἔργα τῶν ἀνδρῶν opera agricolarum, congestas videlicet in areis fruges, quas eluvie abreptas et disperditas dicit ταῖς προχώσεσι *cum ipsis molibus*, nempe aggeribus manipulorum pro anni tempestate (erat enim aestas mense utique Augusto) in areis extantium, quas aquae torrentes dispergendo corruperint. elegans in hunc locum est epitome codicis Vaticani tam multa Pachymeris verba in haec pauca contrahentis θημονιαὶ δὲ καὶ ἅλωνες αὐτοῖς καρποῖς κατέῤῥουν ἐφέροντο. in his vox θημονιαί respondet προχώσεσι: sunt autem ex Hesychio θημονιαὶ οἱ σῶροι τῶν δραγμάτων *acervi manipulorum*. ἅλωνες hic *areae* pro frugibus ponitur usitata synecdoche contenti pro continente, ut in illis Tertulliani libro ad Scapulam: *sicut sub Hilariano praeside cum de areis sepulturarum nostrarum acclamassent, areae non sint, areae ipsorum non fuerunt: messes enim suas non egerunt.* expositionis ergo clarioris gratia αὐτοῖς καρποῖς additum. nam solum ipsum terrae οὐκ ἐφέ-

ρετο κατάῤῥουν, sed quae super illud stabant, spicarum et manipulorum aggeres προχώσεις hic nostro dicti, aut ex iis excussarum cumuli frugum.

ῥησείδια p. 29 v. 17. sententiolas, diminutivum a ῥῆσις. ita Gregorius Nyssenus or. 12 λεξείδια. verba eius sunt: κατοχεῖ τῷ κρότῳ τῶν λεξειδίων, ἐνσατυρίζων τοῖς ῥήμασι.

σκαραμάγκιον p. 504 v. 6. quae multa de scaramangio aut scaramancio veste senatoria praecipui honoris Meursius docet, non repeto; nec describo hic alia nostri auctoris loca istius quasi paludamenti mentionem facientia. tantum observo, ex hoc loco (cum quae peculiaris fuerit eius vestimenti forma nuspiam hactenus legerim) videri fuisse instar penulae largum et profundum in summo assutum caputium habentis, idque ex panno crassiori nec simplici, ut facile hians perseveraret. tali enim figura opportunum memorato hic ludibrio fuerit. nempe pueri Mpyrigerii, eius P 508
iussu, coram missis ab imperatore, corpore illius talaris pallii pro fune utebantur, quo ex ora navis ad aquam pertingentes in mare caputium immergebant, et id aqua impletum inde velut cadum aut situlam tollebant. quod exprimens Vaticanus epitomator sic hunc locum παραφράζει: καὶ τὸ σκαραμάγγιον εἰς γέλωτα κατὰ θαλάττης ἔβαλλεν et scaramangium per derisum in mare demittebat. ubi videtur innuere cucullum praecipue illum instar cadi liquoris capacem, qui summo adhaerebat scaramangio, peculiari iure scaramangium dici, uti praecipuam eius partem: illud enim solum cavum patulum, quippe hauriendo aptum, in aquam ex ora navis demissum fuisse putandum est.

σκορδινιᾶν p. 329 v. 13. ita plane omnes codices vocem hanc scribunt, quam alibi legere non memini. tantum apud Hesychium reperio: σκορδινᾶσθαι (puto legendum σκορδινιᾶσθαι) τὸ παρὰ φύσιν τὰ μέλη ἐκτείνειν καὶ στρέφεσθαι μετὰ χάσμης. γίνεται δὲ τοῦτο περὶ τοὺς ἐγειρομένους ἐξ ὕπνου, ὅπου τε χασμώδεις ὄντες ἐκτείνωσι τὰς χεῖρας. σκορδινιᾶσθαι significat praeter naturalem modum membra extendere cum oscitatione, ut solent qui e somno expergiscuntur, quando oscitabundi manus extendunt. ita ille; ex quo, aut ex communi utrique antiquiorum scriptorum fonte, sine dubio suum hoc loco σκορδινιᾶν Pachymeres hauserit, etiam extensionem manuum memorans, quam trucidationis exercendae signum Melecus hic suis instituisse dicitur. parem cuiusdam quaestoris crudelitatem epigrammate 36 libri 7 traducit Martialis.

σπουδαιοτριβεῖν p. 384 v. 7. verbum σπουδαιοτριβεῖν alibi non reperi. sed partim ex originibus vocabuli, partim ex contextu loci, quid valeret hoc loco divinavi, ut et feci alias in ἐλπιδοκοπεῖν, ἐλπιδοτρίβησις et similibus.

στασείδιον p. 146 v. 4. est στασείδιον subsellium aut loculus, in quo vel considentes vel stando innitentes acquiescebant

sacerdotes aut alii ministri vel etiam laici, dum in templo sacris operam dabant. habemus imaginem eius rei obviam in templis nostratibus, ubi chorus est canonicorum aut monachorum. ibi enim circum disposita magno numero videmus sedilia sic formata, ut aliquando plane in iis sedendo conquiescere, aliquando standi laborem cubitis hinc inde reclinandis et mole corporis innixu humerorum in dorsum statiunculae non indecore deoneranda, qui longae vacant psalmodiae possint. est autem inter has sedes speciosior una et sublimior praesidis loci, quam hic noster peculiariter indicat, communi licet σταϑείδιον nomine, sicuti et Philotheus patriarcha C. P. in libello inscripto *Διάταξις τῆς ἱεροδιακονίας*, ubi sic scribit: *εἶτα ὁ διάκονος ἀπέρχεται καὶ ϑυμιᾷ τὴν ἁγίαν εἰκόνα τὴν εἰς τὸ σταϑίδιον τοῦ προεστῶτος καὶ αὐτὸν τὸν προεστῶτα*, quae P. Goar sic vertit: *tunc diaconus discedit, et sanctam imaginem superioris sedili superpositam et ipsum superiorem incensat.* igitur σταϑείδιον cuius hic noster meminit sedes fuit, in qua stabat patriarcha Athanasius, dum perageretur ceremonia eius *χειροτονίας* inaugurationis sive consecrationis. erat autem ea sine dubio sedes praesidis loci, *σταϑείδιον τοῦ προεστῶτος*, certo semper loco fixa, cui in templo magno S. Sophiae fenestrae quaedam
P 509 superne responderent; ex quarum succussu, si contingeret, quieto alioqui caelo et nullo vento flante, augurium Graeci captabant, perseveraturusne patriarcha qui ordinabatur in ea quam tunc accipiebat potestate foret usque ad mortem, an vivus inde esset eiiciendus.

σταυρωτῆρες p. 332 v. 14. in ms legebatur *ἐν σαυρωτῆρσιν ὕσσας*. sed voci quidem *ὕσσας* in margine subiiciebatur *ὑσσούς*; quod ut emendatius sum amplexus: vocabulum autem *σαυρωτῆρσιν* manifeste mendosum ex coniectura reformavi in *σταυρωτῆρσιν*; cuius utique origo in aptum huic loco significatum congruens apparet, utcumque verbum hoc apud ullum alium scriptorem Graecum nondum invenerim. sunt, inquit Hesychius, *σταυροὶ οἱ καταπεπηγότες σκόλοπες, χάρακες, καὶ πάντα τὰ ἑστῶτα ξύλα, ἀπὸ τοῦ ἑστάναι σταυρούς, ἐκ τοῦ εἰς τὴν αὖραν ἵστασθαι.* hinc *σταυρόω vallum* seu *palum figo*, usitatum Thucydidi l. 7, et *σταύρωσις* pro munimento e vallis defixis ab eodem Thucydide alibi libro eodem posita; quod libro 6 *σταύρωμα* dixerat, sic scribens: *παρά τε τὰς ναῦς σταύρωμα ἔπηξαν.* et Xenophon l. 4 *Ἑλληνικῶν: σταύρωμά τ' ἐποιήσαντο καὶ τάφρον.* hinc *σταυρωτῆρας* credibile est Pachymeri dicta tigna defixa, et ut solet ad operis firmitatem, decussatim invicem plexa, impositis crepidini superne ad hostes, ubi accederent, submovendos contis ferro armatis, quos *ὑσσούς* appellat. Appianus in fragmento *Κελτικῆς: τὰ δὲ δόρατα ἦν οὐκ ἐοικότα ἀκοντί* (lege *ἀκοντίοις*) *ἃ Ῥωμαῖοι καλοῦσι νησσούς* (lege *ὑσσούς*), *ξύλου τετραγώνου τὸ ἥμισυ, καὶ τὸ ἄλλο σιδήρου τετραγώνου, καὶ τόδε καὶ μαλακοῦ, χωρίς γε τῆς αἰχμῆς.* signi-

ficat his verbis *ὑσσούς* dici iacula in hostem mittenda; qualium stare copiam promptam ad subitos usus dispositam super vallum oportebat. huiusmodi iacula sive hastas ab accedentibus ad munitionem, dum praesidiarii dormirent, hostibus hic noster ablatas ait.

στήλη p. 614 v. 9 et 13. vereor ne praeoccupatus vulgaribus notionibus quispiam dicam hic mihi *παρερμηνείας* scribat, quod Graecum vocabulum *στήλη* cum Latino *columna* vel *statua* non commutaverim. sed, quaeso, quem sensum commodum faceret *columna vel statua trium Germanorum* aut *columna vel statua in velo aureis contexta filis Michaëlem repraesentans Palaeologum specie prisci Constantini et titulo novi?* an parum est evidens *στήλην* priori loco tabulam esse pictam imaginibus trium patriarcharum qui Germani sunt vocati, posteriore autem effigiem Michaëlis Palaeologi eo habitu formatam, in textu veli, qui tribui magno Constantino consuevit? nimirum *στήλη* a *στάω* et *ἵστημι* verbale nomen generaliter quidquid extat et eminet in prospectu positum significat; unde cippi monumentorum, ac quaecumque fastigia, et in conspectum obiectae marmoreae tabulae inscriptae literis, frequentissime *στῆλαι* dictae reperiuntur. itaque cavendum ne species pro genere lectori obrepat assueto cippos et columellas in apicibus sepulcralium molium aut id genus monumentorum erectas *στηλῶν* nomine intelligere. illa enim *στῆλαι* sunt, sed non sola: pertinet quippe haec vox latius, tabulas etiam et vela figuris insignita in conspicuo statuta indicans.

συνδοσίαι p. 293 v. 9. etsi apud veteres auctores legere *συνδοσίας* non memini, puto tamen Pachymerem, cuius omnes aeque codices vocabulum hoc loco istud exhibent, id in notione *largitionis* usurpasse, quasi ductum a *συνδίδωμι condono*. cui verbo usu antiquo Latinorum inest vis peculiaris indicandi vitiosas profusiones in indignos. Cicero Philipp. 2: *apothecae totae nequissimis condonabantur*. nec abhorret hic significatus ab huius loci sententia. vituperans quippe patriarcha conventionem imperatoris cum crale, cuius occasione multa pretiosissima munera eidem et eius comitibus magnifice ab Augusto donata superius noster memoravit, facile potuit, ad querelam avare auctorum vectigalium, adiungere cohaerentem reprehensionem exhausti ambitiosis profusionibus aerarii. P 510

σφάκελος p. 245 v. 3. quod hic noster *σφάκελος* scribit, videtur idem esse quod vol. I p. 511 v. 11 *φακέλλον* vocabulo indicavit, fascem videlicet aut fasciculum sive fascellum chartarum significans. laudavimus in priori Glossario Synesium eadem notione *φάκελλον* usurpantem. reperio apud Dionysium Halicarnasseum l. 7 *σφακέλλους φρυγάνων* pro *fasciculis virgultorum* positum. Pachymeres hic neutro genere et cum unico λ idem vocabulum pari significatu exhibet.

σφενδόναι p. 66 v. 7. videntur hic dici σφενδόναι laciniae pendentes e pontificio galero funiculis Sericis in fundae modum perplexis inter sese, more etiam hodie Latinis usitato.

σφραγίς p. 42 v. 16. ego hic σφραγῖδα *benedictionem* verti. intellexi enim signum crucis manu expressum a patriarcha Iosepho super istum, de quo hic agitur, Georgium, una pronuntiata certa verborum formula, qua is electus ad officium primi ecclesiastis Palatinae concionis (hoc enim sonat πρωτοαποστολάριος) rite ad fungendum id ministerium missus fuisset. quia vero talem benedictionem episcopi non impendunt nisi sibi probatis, et de quorum recta fide, sufficienti eruditione, probis moribus certi sorent, hinc rebatur Andronicus hunc Georgium gratum et commendabilem visum iri Iosephi sectariis, quem utique Iosephus, ipsi ad concionem dicturo bene precando, bonum doctum orthodoxum declarasset. hic obiter praemuniendus lector est, ne decipiatur legens apud Meursium vocationem ad patriarchatum σφραγῖδα dictam. quam et duplicem ariolatur, μικρὰν καὶ μεγάλην parvam et magnam, quasi prior *designatio* sit, posterior *confirmatio*. λῆρος πολύς. nec Codinum, quem asserti fundum laudat, intellexit. is enim nihil vult aliud nisi episcopos, qui ordinant et consecrant patriarcham, illum in ea functione bis cruce signare, quarum benedictionum prior *parva*, posterior *magna* consueverit vocari. dicebantur eaedem benedictiones μηνύματα, ut observavit idem Meursius verbo μήνυμα: nam μήνυμα *signum* est et κατ' ἐξοχήν *signum crucis* manu benedicendo formatum. μήνυμα *signum* dicitur, non autem, ut is ibi somniat, *vocatio*.

P 511 τὰ τετελεσμένα p. 77 v. 13. quid sit hic ἐπαληθεύειν τοῖς τετελεσμένοις, comminisci multum cogitans aliud non potui quam quod interpretando expressi, contigisse tunc nimirum aliquid quo sacra symbola consecrati et verbis sacramentalibus mutati in Christi corpus panis alia etiam notione quam illa in ecclesiis usitata recte vocari τὰ τετελεσμένα potuerint, nempe quod finita et alteratione accidentium ex specie in novam formam corrupta fuerint. τὸ τελεῖν videlicet non solum ex usu sonat *peragere perficere sacrificare*, sed etiam ex origine *finire consumere*. unde passivum τὰ τετελεσμένα, quae velut propria appellatio speciebus eucharisticis e sacrificio servatis more Graecorum tribuebatur, alio sensu tum convenire sic putrefactis et in informem speciem transfiguratis symbolis Christi corporis potuit, quatenus nimirum ex nativa, ut dixi, significatione radicis unde verbum istud germinat, sonat praeterea *consumpta corrupta*, ex priori desita iam forma in novam aliam *demutata*. haec utcumque dici verisimiliter poterant: puto tamen aliud Pachymerem, dum haec scriberet, spectasse. sui videlicet Hesychii memor, quod in eo legisset τετελεσμένον τὸ οἷον πρᾶγμα τελεσθῆναι ἤγουν πληρωθῆναι, ἢ καὶ μεμιασμένον, raram illic indicatam notionem, qua

τετελεσμένον μεμιασμένον pollutum et contaminatum sonat, hic voluit innuere ignotam non esse sibi.

τέρα p. 894 v. 14. ponitur hic Graecis literis nomen Latinum *terra*, sed cum unico ρ scriptum τέρα. videtur autem hanc vocem retinuisse historicus, quod vulgaris esset loquendi forma illis temporibus, ut qui principes regionum ab aliis possessarum ius sibi vindicantes titulum sumerent, ad differentiam possidentium *sine terra* χωρὶς τέρας ἤτ' οὖν γῆς tales appellarentur. puta rex Hierosolymorum aut imperator Constantinopoleos, qualis hic declaratus a papa regis Siculi frater dicitur, iure videlicet dotali e filia Balduini, qui olim imperaverat Constantinopoli, in sponsam illi iuncta tracto. sed *sine terra*, hoc est citra possessionem eius imperii, ab Andronico videlicet detenti.

τζαγκρατόρες p. 414 v. 2. fuisse per haec tempora apud Graecos Byzantinos in usu frequenti arcus quosdam peculiaris formae a Latinis acceptae, quae τζαγγρά vel τζαγγρούς vocabant, intelligimus cum ex aliis locis scriptorum eius aevi, tum ex hoc Cantacuzeni l. 1 c. 36 p. 108 ed. Reg.: τῶν ἐκ τόξων Λατινικῶν λεγομένων τζαγγρῶν ἀφιέντων βέλη. huiusmodi arcubus qui uterentur, τζαγκράτορες Pachymere auctore vocabantur, opinor, ἀπὸ τοῦ κρατεῖν τὰ τζαγγρά *a manu tenendis tzangris Latinae formae arcubus*. sic etiam hoc vocabulum antea scripserat Nicetas in Manuële Comneno l. 2 his verbis a Meursio relatis: φραξάμενοί τε, ὡς εἶχον, τὰ τείχη τοξόταις καὶ τζαγγράτορσι. Nicetas idem in Alexio l. 3 milites eiusdem generis τζαγγροτοξότας vocat. eosdem porro proprium habuisse στρατοπεδάρχην, sicut hic docet Pachymeres, confirmat, bis eius στρατοπεδάρχου mentionem faciens, Codinus. sed utrobique mendum est librarii τζαγγατόρων pro τζαγγρατόρων, ait Meursius, immo pro τζαγκρατόρων, scribentis. in voce hac interpretanda non debui adhibere arquitae aut sagittarii vocabula, quae peculiarem formam armo- P 512
rum huius ordinis non exprimerent. retinui ergo tamquam proprium vulgo tunc usitatum nomen.

τριβαί p. 641 v. 16. nota est vulgaris potestas vocis τριβή duplex: nam et usum exercitatione partum et moram aut cunctationem apud auctores classicos sonat; quod utrumque breviter Hesychius expressit, dum τριβή explicat διατριβὴ ἢ βραδύτης. sed hic noster plurali numero vocem hanc usurpat peculiari, ni fallor, notione, pro induciis. sententia quippe loci haec videtur esse, imperatorem totum intentum hostibus, a quibus e propinquo molestius urgebatur, reprimendis, inducias interim velut quasdam concessisse Persis per tractus imperii Orientales grassantibus, nihil contra eos moliendo, quoad malo viciniori et in sinu posito ἐγκολπίῳ mederetur. suspicor ergo in usu populari Graecorum Byzantinorum fuisse vocabulum τριβαί ad significandum quod Latini *inducias* dixerunt. argumentumque eius sumo ex

voce hodie Gallica *treves* idem valente, quam puto a Francis occasione sacrarum expeditionum diu illic versatis inde relatam in patriam.

ὑπέρπυρον p. 646 v. 7. merito elevat largitionem sex hyperpyrorum, si, quod ex Graeco homine fide dignissimo audivi, *ὑπέρπυρον* nummulus est argenteus quatuor *aspris* aequivalens. cum autem, ut idem tradebat, *aspra* non plus singula valeant sex minutis aeneis sive *quatrinis*, ut vulgo hic Romae loquuntur, quorum quinquaginta Iulium sive denarium Romanum pretio adaequant, intelligitur hyperpyron quatrinos viginti quatuor pendere, hoc est, ne semiiulium quidem Romanum, quem *grossum* vocant, aestimatione assequi: nam is viginti quinque quatrinos continet. usitatum et aliis scriptoribus hoc Graecae monetae nomen dudum te Meursius docuerit: sed quantum ea valeat, si credendum duxeris in re Graecorum popularis usus homini nato educatoque in Graecia, unde nos hausimus, ex hac nostra testimonii eius recitatione, lector, disces.

φάμουσος p. 245 v. 4. dudum notavi ad illa verba Annae Comnenae l. 13 Alexiadis p. 377: *φάμουσά τινα γράφοντες κατὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἔρριπτον σκηνήν*, et hoc Latinae stirpis vocabulum Byzantinae Graeciae fuisse civitate donatum iam a temporibus Alexii Comneni; quo minus mirum tanto posteriorem id hoc loco usurpare Pachymerem, ex vulgari illic consuetudine loquendi scripta maledica mutuato ab Italis nomine *φάμουσα* et *τόμους* sive *λόγους φαμούσους* dicentem.

φιάλη ἐκκλησίας p. 22 v. 11. *φιάλη*, ut doctissimus Iacobus Goar O. P. observavit notis ad *διάταξιν τῆς ἱεροδιακονίας* p. 25 sui Euchologii, fons erat in ecclesiis Graecorum *ἐν αὐλῇ τοῦ νάρθηκος in subdivali area narthecis*, ultimae partis aedis sacrae, aquas fundens usui ad lotionem ingredi volentibus
P 513 futuras. colligitur autem ex Balsamone ad can. 76 sextae Synodi, aream etiam ipsam, in qua fons est, usitata videlicet synecdoche *φιάλην* dictam. connumerat enim *φιάλας τοῖς ἑτέροις μέρεσι τῶν θείων ναῶν, phialas aliis partibus sacrorum templorum*, quas omnes utcumque subdivales communi *προνάων* nomine comprehendi ex probatiori multis sententia tradit. est igitur *φιάλη τῆς ἐκκλησίας* vel fons ante fores aedis sacrae positus, vel area quoque ipsa templi ostiis praetenta, in qua sub divo in concha fons tubulis ductus aquas salientes eructat. imitatos et hunc morem Latinos demonstrat Paulini locus epist. 33 *in vestibulo*, inquiens, *cantharum ministra manibus, et oribus nostris fluenta ructantem fastigiatus solido aere tholus ornat et inumbrat, non sine mystica specie quatuor columnis salientes aquas ambiens.* de more antiquo lavandi manus extra ecclesiam ante ingressum vide epistolam S. Nili 24 l. 1 ed. Rom. typis Barberinis p. 9.

φυλλοκρινεῖν p. 115 v. 8. ἐφυλλοκρίνουν ἀκριβῶς τὴν ἐξήγησιν. ita clarissime exprimit hunc locum codex optimus Barberinus, quem haec editio praecipue sequi profitetur. quare aliam lectionem Allatiani ἐφιλοκρίνουν pro ἐφυλλοκρίνουν legentis, silente praesertim Vaticano, qui comma istud praeterit, posthabendam duxi, etsi ultro fatear eius expeditiorem sensum esse. nam φιλοκρινεῖν notum verbum est, etiam commode quadrans in sententiam loci. sed cum sciam Pachymerem ab obviis saepe refugere, obsoletiora cupide accersere, arbitror illum raro vocabulo hic uti maluisse, et quod codex omnium emendatissimus suadet, ἐφυλλοκρίνουν posuisse, ut indicaret singula folia dissertationis a Vecco scriptae excussa perattente a lectoribus fuisse. iterum utitur hoc verbo noster p. 148 v. 7, ubi sic scribit de odiosissimis criminatoribus asseclis Athanasii patriarchae: καὶ τοσοῦτον ἐφυλλοκρίνουν ταῦτα καὶ ποιναῖς ἐξεκόλαζον, ὡς μὴ μόνον τοὺς ἀδιαφοροῦντας δεδιέναι καὶ τρέμειν ἐκείνων ἐπιστασίαν, ἀλλὰ καὶ τὸν δοκοῦντα προσεκτικώτατον. hic similiter Barberinus codex clarissime scribit ἐφυλλοκρίνουν, Allatiano in suo ἐφιλοκρίνουν perseverante, Vaticano autem sic locum exprimente: καὶ τοσοῦτον ταῦτα ἐξετάζοντες ἐξεκόλαζον ὥστε. videtur velle auctor totos istos fuisse in studiose cognoscendis libellis delationum, utcumque nugatoriarum, chartis istiusmodi cunctis avide scrutandis. confirmat hactenus dicta et alius nostri locus p. 357 v. 7: βασιλεὺς δ' ὅμως ἅπας διὰ σκοποῦ θέμενος αὐτοὺς προσλαβέσθαι, οὐδὲν ἐφυλλοκρίνει πρὸς ταῦτα *nihil nimium scrutari aut curiosius disquirere de his voluit.*

χοᾶς θαλάσσης p. 279 v. 12. fixit mihi crucem hic locus haud in promptu habenti quid hic essent aut quorsum huc facerent χοαί seu verius, ut mox ostendam, χοεῖς θαλάσσης. quid divinaverim proponam. videtur auctor allusisse proverbium e sacris sumptum literis de re quam quis cuipiam minime indicare curaverit, ut deus hominibus quot hydrias sive aquae mensuras contineat mare. ante omnia constituendum est vocem χοᾶς in accusandi casu plurali significare certam mensuram liquoris. docet hoc scholiastes Aristophanis ad illum eius poëtae in comoedia *Νεφέλαι* dicta locum: Ἐξ χοᾶς χωρήσεται. ubi sic annotat: χοεὺς δέ ἐστιν εἶδος μέτρου, ᾧ μετροῦσι τὸν οἶνον· ὃ καὶ κλίνεται χοέως πηλέως, ὡς καὶ ἐν Ἵππεῦσιν, ἀλλ' ἴνεγκέ μοι ταχέως οἶνου χοᾶ. ἐνταῦθα δὲ τὸ χοᾶς, εἰ μὲν περισπᾶται, ἐκ τούτου τοῦ χοεύς P 514 ἐστι κατὰ ποιητικὴν ἄδειαν· χοῆς γὰρ ὤφειλεν εἰπεῖν, ὡς ἵππῆς. similiter et Eustathius ad Odyss. α: ἐστὶ καὶ ὁ χοεὺς μέτρον τι. vide et illum ad Iliad. ι, ad Iliad. π, et ad Odyss. σ. hinc sumpsisse hoc verbum Pachymerem est credibile, versatissimum hominem in scholiis poëtarum antiquorum, uti etiam peculiariter ipse significat p. 306 v. 5. χοᾶς ergo *μέτρα* intellexit. videtur autem habuisse haec scribens in animo loca illa sacrarum litera-

rum, quibus deus inter ea quae sibi notissima incompertissima sunt hominibus, numerat mensuram maris, numerum scilicet hydriarum aut metretarum, quo definitur immensitas undarum eius. Ecclesiastici 1 2: *arenam maris et pluviae guttas et dies saeculi quis dinumeravit?* Graece ἄμμον θαλασσῶν. ubi etsi obvius sensus est probabilis de summa granorum sabuli desperatissima inventu propter infinitatem omni supputatione maiorem, tamen ex comparatione loci alterius 1 Reg. 4 29: *dedit quoque deus Salomoni latitudinem cordis quasi arenam, quae est in littore maris*, Graece καὶ χῦμα καρδίας ὡς ἡ ἄμμος ἡ παρὰ τὴν θάλασσαν, ubi ἄμμος singulariter ponitur pro vase, ut sic dicam, aut alveo maris in arena ubique cubantis, cui vasi, non autem arenae granatim sumptae, convenit χῦμα *latitudo*, quae illi tribuitur in loco illo. quare in hoc nostro pari notione possumus accipere idem ἄμμον et arenae nomen, pro alveo scilicet capacissimo maris universi; in quo, ubi de numero agitur, synecdoche usitatissima continentis pro contento, sicut quando vinum vocatur calix, intelligendum sit agi de mensura liquoris eius, ita ut dicere "quis dinumeravit arenam" sit dicere "quis tenet numerum amphorarum aut urceorum aquae, quibus tota expletur capacitas maris?" atque ut illo ecclesiastici principio deus ostentat reservatam istam sibi notitiam mensurarum elementi Oceanum implentis, ita in l. Iob. c. 28 23 istam scientiam se negare hominibus et sibi ut propriam habere innuit: *deus intelligit viam eius* (sapientiae) *et ipse novit locum illius. ipse enim fines mundi intuetur, et omnia quae sub coelo sunt respicit; qui fecit ventis pondus, et aquas appendit in mensura.* in Graeco legerat Pachymeres pro his ultimis verbis ὕδατος μέτρα ὅτε ἐποίησεν *aquae mensuras quando fecit.* en aquae mensuras singulari dei scientiae imputat. similiter et eiusdem libri Iob c. 38, inter exprimendum magnifice quid deus possit et sciat, quid nequeant et ignorent homines, v. 16 ponitur: *numquid ingressus es profunda maris, et in novissimis abyssi deambulasti?* quae utcumque numeri mensurarum aquae diserte non meminere, tamen per praesentiam quasi obeuntis et curiose lustrantis notitiae interioris emphasim habent. hinc videtur invaluisse proverbialis inter Graecos formula de rebus alicui celatis, tam ea illi esse ignota quam numerum amphorarum liquoris quo expletur mare; quem ut deus scire vult solus nec communicare dignatur hominibus, ita imperator suum de foedere Serbico nuptiis conglutinando consilium impertiendum patriarchae non putavit.

PETRI POSSINI E S. I.
OBSERVATIONUM PACHYMERIANARUM
AD HISTORIAM ANDRONICI
LIBER II.
NOTAE.

P. 12 v. 7. *imperatorem ab ecclesiae auctoritate iam animo deficere.* est hic imperator quo de agitur sine dubio Andronicus; quem vivente adhuc patre, cui erat in imperio collega, perterritum tumultu schismaticorum iam animo defecisse a patris et ecclesiae auctoritate historicus hoc loco docet. unde intelligatur quam congruam defectionis poenam tulerit, qui metu turbarum revolutus in schisma: nullum fere in omnium infelicissimo principatu diem vacuum a turbis domesticis civilibus bellicis ecclesiasticis habuerit, ut ex huius decursu historiae patebit. P 516

v. 12. *loco Acropolitae mortui.* clarissime hic asserit Pachymeres Georgium Acropolitam magnum logothetam vivente adhuc Michaële Palaeologo imperatore fato functum; quod idem cum superiori volumine l. 5 c. 26 et 34 innuisset potius quam diserte affirmasset, mihi non persuaserat, ut in notis ad illa capita l. 2 Observationum mearum p. 684 et 686 exposui, quae a me dicta nunc non vellem. non enim video cur fides negari debeat tam clarae assertioni historici quae praesens cerneret scribentis. induxit me in istum errorem non bene consideratum testimonium Demetrii Raülis, quod in iisdem notis p. 664 recito. sed, quod animadverto nunc sero, in eo non agitur de Georgio Acropolita, verum de Georgio Metochita, quem Demetrius magnum fuisse logothetam ibi scribit, quod mihi fucum fecit, et quomodo verum esse potuerit non intelligo, cum vivente Michaële solus, quod ex Pachymere appareat, Georgius Acropolita tali dignitate functus sit; quae post eius mortem in Theodorum Muzalonem ab ipso Michaële Augusto est translata, prout hic locus docet.

p. 13 v. 3. *mensis tum primum appositione.* de reservata seniori Augusto subscriptione *cum appositione* mensis, vide quae notavimus Glossario priori ad verbum μηνολογεῖν.

P 517 p. 15 v. 18. *supplicium fustuarii.* vide rem narratam vol. I p. 495 sqq.

c. 3. Obiter hic admonuerim: quae hoc capite traduntur (p. 16 v. 6 — p. 17 v. 6) de fraudata schismaticorum odio anima Michaëlis imperatoris in Romana communione mortui subsidio piacularium sacrorum, et tamquam irrevocabiliter addicta Tartaro, declarata incapaci habenda suffragiorum ecclesiae, quae pro piis in dei caritate defunctis, non pro deo exosis et in suo gravi peccato mortuis offerri consueverunt, satis demonstrare quam falsum sit, quod multi, praesertim heterodoxi, persuadere sunt conati, doctrinam in ecclesia Romana receptam de purgatorio a Graecis penitus reiici.

p. 19 v. 15. *post diem trigesimam.* videtur indicare trigesimam primam Decembris diem: ea enim est *post trigesimam.* unde festum cuius paulo post fit mentio, fuerit octava nativitatis et circumcisio domini a vespera pridiana, ut fit, incipiens. sic inferius p. 22 v. 6 quinta Ianuarii sub vesperam festum Theophaniorum, aut ut nos vocamus, Epiphaniae celebrari coeptum innuitur, dum ibi scribit historicus v. 12 datis unicuique cereis peracta fuisse *quae festi ritus poscebat.*

c. 8 et 9. Quae in his capitibus duobus, sed distinctius in 9, de Vecco traduntur et eius sententia, declaratione indigent, ut iis species dematur *ἑτεροδοξίας.* pronum quippe fuerit non praemunito lectori, ubi viderit Veccum negantem filium esse causam, hoc est principium, spiritus, concausam sive comprincipium cum patre, denique subficientem anathemati tam eos qui ea senserint ac dixerint, quam qui sic sapientibus et loquentibus scientes communicaverint, accusare ipsum praevaricationis in causa suscepta purgandae ab haeresis suspicione doctrinae Latinorum circa processionem Spiritus Sancti ex patre filioque aut potius pudendi lapsus in errorem Graecorum a Latina ecclesia damnatum, aientium a patre solo procedere Spiritum Sanctum; a quibus is tamen culpis longissime abfuit. animadvertere igitur opus est, Catholica doceri veritate non esse nisi unum principium S. Spiritus, licet is ex *patre per filium*, ut Graeci patres loquuntur, et *ex patre filioque*, ut Latini vere declarantes idem proferunt, procedat. pater enim ut essentiam et naturam divinam filio per generationem communicat, ita eidem principium spirans sive spirationem activam tradit, adeo ut quemadmodum eadem numero natura et essentia divina patri filioque, licet duabus alioqui distinctis personis inest, ita principium spirans sive spiratio activa una eademque numero in patre generante, in filio genito reperitur; unde fit ut ex unico principio procedat spiritus, quantumvis id principium unicum indistinctum in duabus personis subsistat identificatum utrique. unde etiam fit ut, quod diserte tradit S. Maximus in Dial. cum Anom., pater S. Spiritum

non producat qua pater est (nam Spiritus patrem non habet), nec filius S. Spiritum producat, qua filius est (filius enim ut P 518
filius solum patrem respicit), sed tam pater quam filius eatenus tantum producant Spiritum, quatenus identificatum sibi quisque obtinent, et exercent unicum indivisibile spirandi principium, quod spiratio activa vocari praesertim in scholis solet. doctrinam hanc antiqua continue traditione inde usque a Christo et Apostolis transmissam, sic diserte Graecis ipsis agnoscentibus et admittentibus, explicat concilium oecumenicum Lugdunense et ei coram praesidens Gregorius X pont. max. decretum id refere prout a Manuële Caleca recitatur, quale illinc ad Graecos missum ipsorum lingua est. is enim scriptor libro contra Graecos c. 39 sic habet: *Γρηγόριος ἐν τῇ κατὰ Λούγδουνον συγκροτηθείσῃ παθολικῇ συνόδῳ. εὐλαβεῖ καὶ πιστῇ ὁμολογίᾳ φαμὲν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀϊδίως ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ, οὐχ ὡς ἐκ δύο ἀρχῶν ἀλλ' ὡς ἐκ μιᾶς, οὐ δυσὶ πνεύσεσιν ἢ ἐκπορεύσεσιν ἀλλὰ μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἐκπορεύεσθαι. τοῦτο ἄνωθεν ὁμολόγει καὶ διδάσκει ἡ ἱερὰ καὶ ἁγία Ῥωμαϊκὴ ἐκκλησία, ἡ μήτηρ πάντων τῶν πιστῶν καὶ διδάσκαλος. τοῦτο κατέχει ἡ τῶν ὀρθοδόξων πατέρων καὶ διδασκάλων τῶν τε Λατίνων καὶ τῶν Ἑλλήνων ἀληθὴς καὶ ἀμετακίνητος ψῆφος.* hoc est: *Gregorius Decimus in apud Lugdunum congregata universali synodo, devota et fideli confessione dicimus Spiritum Sanctum aeternaliter ex patre et filio, non tamquam ex duobus principiis sed tamquam ex uno, non duabus spirationibus aut processionibus sed una et eadem procedere. hoc hactenus professa est, praedicavit, docuit, hoc firmiter tenet, praedicat, profitetur et docet sacrosancta Romana ecclesia, mater omnium fidelium et magistra. hoc habet orthodoxorum patrum atque doctorum Latinorum pariter et Graecorum vera et incommutabilis sententia.* ita ibi Gregorius X, statim post indicans ex ista non satis distincte observata veritate lapsos quosdam in varias haereses, nempe duas istas e contrario oppositas, dicentium ex solo patre procedere Sanctum Spiritum, et affirmantium ex patre filioque eumdem tamquam ex duobus procedere principiis. quod utrumque exorbitat a recta fide, hinc ad dexteram illinc ad sinistram ab una vera sita in medio deflectens via. quia vero hanc secundam haeresim duo Spiritui Sancto principia assignantem Graeci Latinis imputabant, et priorem patri soli eius productionem tribuentem Latini vicissim impingebant Graecis, ut ambos aut errore aut suspicione istis Gregorius purgaret, prout ad consensionem inter utrosque stabiliendam oportebat, ultro damnat falsas opiniones istas et ut haereticas proscribit. verba eius superioribus continua hic describamus. *ἀλλ' ἐκεί τινες διὰ τῆς ἀῤῥήκτου ταύτης ἀληθείας ἄγνοιαν εἰς ποικίλας αἱρέσεις ὑπολίσθησαν, ἡμεῖς πᾶσαν ὁδὸν ταῖς τοιαύταις αἱρέσεσι ἀποφράττειν ἐκθυμοῦντες, τῆς ἱερᾶς συμψηφιζομένης συνόδου,*

κατακρίνομεν καὶ ἀποδοκιμάζομεν πάντας τοὺς ἀρνεῖσθαι τολμῶντας αἰωνίως ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι πνεῦμα, ἢ προπετεῖ τινὶ τόλμῃ διισχυρίζεσθαι τὸ πνεῦμα ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ ὡς δυοῖν ἀρχῶν ἀλλ' οὐχ' ὡς ἐκ μιᾶς ἐκπορεύεσθαι. sed quoniam per irrefragabilis istius ignorantiam veritatis in varias haereses quidam prolapsi sunt, nos omnem aditum istiusmodi haeresibus obstruere cupientes, sacro suffragante concilio, damnamus et reprobamus omnes qui negare praesumpserint aeternaliter Spiritum Sanctum ex patre et filio procedere, aut qui temerario ausu asseruerint Spiritum ex patre et filio tamquam ex duobus principiis et non tamquam ex uno procedere. haec Gregorius X in concilio Lugdunensi. ex quibus apparet quam exacte ad Catholicam veritatem, quamque citra suspicionem favendi Graecorum errori, tres illos Veccus anathematismos formulae fidei quotannis in ecclesia die orthodoxiae recitari solitae addiderit. cum enim anathema dixit ei qui affirmaret filium esse causam sive principium Spiritus, et ei pariter qui diceret filium esse concausam sive comprincipium una cum patre eiusdem Spiritus, intellexit de principio *quo* sive *formali*, ut loquuntur in scholis, nimirum *spiratione activa*, quae cum sit una et eadem indivisibiliter existens in patre et filio, et ab illo huic communicata, dici non potest competere filio, qua praecise filius est qua-
P 519 que patri relative opponitur et ab eo distinguitur, *spirationem activam*, sive rationem principii respectu Sancti Spiritus, quia secundum istam rationem non distinctus a patre sed idem cum illo est, quemadmodum et secundum divinam, quam item ab illo accipit, essentiam et naturam. ac propter eandem rationem perperam diceretur *comprincipium filius patri respectu S. Spiritus*, si agitur de principio *quo*, quia indicata *comprincipii* vocabulo dualitas principiorum simplicissimam identitatem unius spirationis activae in patre simul ac filio subsistentis videretur excludere. idque satis indicavit ipse Veccus se ita intelligere, cum p. 82 v. 6 sqq. Graecis obiicientibus, ex eo quod ipse cum Latinis affirmaret Spiritum Sanctum ex patre et filio procedere, manifeste sequi filium dici oportere principium Spiritus Sancti aut saltem comprincipium una cum patre, respondet non magis rectam hanc esse collectionem *pater cum filio est principium S. Spiritus, ergo duo sunt principia S. Spiritus*, quam istam alteram ab omnibus sine dubio explodendam: *pater est perfectus deus, filius est perfectus deus, Spiritus Sanctus est perfectus deus: ergo tres sunt perfecti dii.* ita ibi Veccus. quod idem inferius p. 92 v. 3 repetiit, in disputatione contra patriarcham Gregorium Cyprium, utrobique significans, sicut una unice indistincta individua divinitas in tribus personis distinctis patre filio et Spiritu Sancto subsistens non patitur eos tres deos dici, ita una unice indistincta individua spiratio activa

in patre ac filio existens non sinere eos dici duo principia Spiritus Sancti. eandem quoque istam unitatem spirationis activae, in patre licet filioque distinctis existentis, illa respiciunt quae refertur a nostro historico dixisse p. 32 sub finem, si quis inesse contenderit praepositioni *διά per* notionem causae, eum iure temeritatis accusandum. vult enim, quando patres Graeci dicunt S. Spiritum a patre *διὰ υἱοῦ per filium* procedere, cum illa praepositione *διά per* indicent communicationem a patre factam filio spirationis activae unius eiusdemque, omnino negandam esse praepositionem illam *διά per* indicare ullam rationem principii Sancti Spiritus, quae filio competat, distincta ab ea quae inest patri quamque illi pater communicat. his ita in universum praestructis ad amoliendam a Vecco suspicionem omnem haereseos, quaedam alia in c. 9 restant explicanda nobis.

p. 30 v. 1. *τὴν δὲ κατασκευὴν τῆς προτάσεως.* respiciunt haec locum Hermogenis l. 1 de Inventione, ubi *κατασκευὴ τῆς προτάσεως* dicitur *αἰτία, causa* sive ratio cur enuntietur et affirmetur aliquid. est enim *πρότασις propositio*, enuntiatio, affirmatio; quae cum habere fundamentum aliquod debeat, illud *κατασκευή* dicitur.

v. 3. *παρῳχημένην* opponitur *τῷ κειμένην. κειμένη* cum sit propositio expresse, clare, intelligibiliter et citra interpretationem visu primo agnoscibiliter posita (nam *τὸ κείμενον* textus dicitur glossemata excludens), sequitur e ratione contrarii ut *παρῳχημένη* sit oblique insinuata, latenter adumbrata. nec penitus id abhorret a notione usitata *τοῦ παραιρεῖσθαι*, quae est adimere, suffurari, auferre, publicae videlicet cognitioni subtrahere, hoc est abscondere nec nisi per ambages et coniecturas indicare, aut etiam penitus tollere. unde disiunctivam posui, *aut omissam aut oblique insinuatam* interpretans, ne qua me fugiat *νοῦς σκοτεινοῦ συγγραφέως sententia lucifugae scriptoris*: eam enim, ne aliquaversum elabatur, sepire undique consultum est.

v. 20. Inducit historicus Veccum purgantem sese a suspicione culpandi Graecos aut favendi Latinis. in quo ei affingit aliquid, ex suo fortasse sensu, eiusmodi quod non citra iniuriam Latinorum sit, qui et in tractatione prioris istius concordiae quae tempore Michaëlis Palaeologi in concilio Lugdunensi coaluit, et in apparatu secundae in concilio Florentino firmatae, semper defenderunt se iuste ac sine culpa verbum *filioque* symbolo Nicaeno dicto addidisse, cum tamen hic Veccus graviter in eo peccasse illos, quasi ultro praevaricans, profiteatur. verba P 520
historici tale Vecco dictum tribuentis haec sunt: *δεδιὼς δὲ αὖθις — κεῖσθαι τὸ μέγιστον.* en ut Veccus, si Pachymeri credimus, etiam iuratus, nimium sane liberaliter, ut non dicam in-

iuste ac calumniose, concedat *crimini subiacere maximo* Italos, hoc est Latinam et Romanam ecclesiam, eo quod vocem *filioque* apposuerit symbolo. hoc visum sibi audisse (ut sensus affectibus serviunt) schismaticum historicum, dum huic Vecci et suorum Graecorum concertationi interesset, facile concesserim: Veccum re vera ita locutum aegre adducar ut credam. nam prolabi scriptores studio ac favore causae propriae, exemplum in hoc ipso praesens habeo Vaticani paraphrastis, qui cum haec dumtaxat modo a nobis descripta in Pachymere legisset, ea immaniter amplificans deformavit in hunc modum: *ἀλλὰ τέως καὶ μόνον τὸ ἔγκλημα θεραπεύοιτο, οὐ τῶν Ἰταλῶν οὔμενουν· ἐκεῖνοι γὰρ χωρὶς τῶν ἄλλων ὧν ἔχουσιν αἱρέσεων, τῷ τολμῆσαι μόνον προσθεῖναι τῷ συμβόλῳ τὴν λέξιν, μεγάλης αἱρέσεως εἰκότως ἔνοχοι γίνονται.* hoc est: *sed hactenus duntaxat, ut crimen excusaret* (Veccus) *non utique Italorum: illi enim, praeter alias quibus tenentur haereses, vel solo ausu additionis symbolo appositae unius vocis, ingentis haereseos rei iure peracti sunt habendi.* ita interpolator schismaticus, oblitus quam saepe apud scriptorem, quem compilat, legerit Veccum omnem lapidem movisse, in eoque summam semper contentionem adhibuisse, ut evinceret puros omni haereseos labe Latinos esse, ut inde inferret recte potuisse illos in communionem a Graecis admitti, etiamsi forte non satis purgarent invidiam adiunctionis verbi ad symbolum; quae, ut summo iure ageretur, error contra dogma esse non posset, sed peccatum dumtaxat contra disciplinam, qualia non inducunt obligationem communionis abrumpendae. ut igitur historiam quam scriptam prae oculis habebat anonymus epitomator, affectui privato erga schisma indulgens, in praeiudicatam corrupit sententiam, ita suspicari licet, audientem Vecci verba Pachymerem, contendentis, vel si forte afferri nequiret idonea excusatio additamenti Latinorum ad symbolum, in quo ipse pugnare odiosius non duceret necessarium ad causam, tamen haereticae immunes labis utique ipsos esse, qui in ea quam tradebant de processione S. Spiritus etiam ex filio doctrina non dubie suffragatores patres Graecos primae auctoritatis haberent. eam ille concessionem in expressam Latinorum ob additionem ad symbolum damnationem augendo perverterit. utut sit, equidem satis clare demonstrasse mihi videor propria super eo argumento dissertatione, quae extat l. 2 mearum Observationum ad prius volumen huius historiae a p. 665 — p. 674, additionem ad symbolum recte ac prudenter factam nulli esse obnoxiam reprehensioni; ut eam seu Veccus seu Pachymeres culpare voluerit, frustra sint.

p. 32 v. 3. *καίτοι γε τὰ μέτριά γε τοῖς λόγοις αὐτοῦ προσαρθρούμενος*, obnoxie fateor in ms me legisse *προσαρχόμενος*. sed verbum ignotum et huic quidem loco *ἀπροσδιόνυσον*

cum προσερθρούμενος mutasse: sententia percommoda, quam interpretatio mea exprimit.

p. 84 v. 29. *at Vecus aliud potius quodvis* etc. notentur haec ad excusandum Veccum, si quando in his concertationibus, praesertim in colloquio eius cum adversariis infra c. 85 P 521 libri huius recitato, multa subticuerit ad causam pertinentia, sed quae si dicerentur, auditores praeiudicatis ruentes affectibus efferarent. nam talia etsi iusta et vera, pacis causa laudabiliter interdum silentio comprimi, intelligitur ex facto S. Gregorii papae, qui, ut ipse testatur, synodi 5 etsi probatae sibi mentionem facere supersedit apud eos qui ea offenderentur. verba sancti pontificis haec sunt ex epistola 37 l. 8, ad Constantium episcopum Mediolanensem: *quod autem scripsistis, quia epistolam meam Theodelindae reginae transmittere minime voluistis pro eo quod in ea quinta synodus nominabatur, si eam exinde scandalizari posse credidistis, recte factum est ut minime transmitteretis.* mox ubi de ista synodo Constantinopolitana, a multis quinta nominata, subiunxit probari eam sibi, addit: *nos tamen, sicut voluistis, ita fecimus, ut eiusdem synodi nullam memoriam faceremus.*

p. 89 v. 5. *Πάτροκλος δ' ἴδοξεν Ἰωσήφ.* usurpatur hic vox *Πάτροκλος* proverbialiter significatu *προφάσεως.* qui usus creber apud Annam Comnenam, ut ad eius Alexiadem in Glossario notavi, sed et apud alios citerioris aevi Graecos scriptores. trahit originem e versu Homeri notissimo Il. τ: — *ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.* ad quem locum annotat Eustathius illic a me relatus abiisse rem eam in proverbium, ut *Πατρόκλου* verbo compendiose signaretur simulatio, qua quis aliqua causa facere se quidpiam studens ostendere, aliud re vera sequitur. in eo usu hoc habet singulare noster, quod fere Anna duo continue vocabula *Πάτροκλον πρόφασιν* iungit, Pachymeres hic solum *Πάτροκλον* exprimit. etiam et illud admoneatur, in hoc, ut et in vocabulis crebri usus, manu scriptos antiqua codices uti compendio. itaque nostri codices B et A integri soli (nam Vat. epitomator haec ut solet decurtans, ne sententiam quidem loci huius reddit) *πρῶλος* pro *Πάτροκλος* habebant.

p. 43 v. 1. Cur hic *σφραγῖδα benedictionem* verterim, causam dico in Glossario. de voce *πρωτοαποστολαρίου* et eius notione nihil addo ad Meursium.

p. 46 v. 27. *ne qui autem in superioribus* etc. totam huius loci sententiam abbreviator Vaticanus, vix quintam huius capitis exhibens partem, etiam in contrarium menti auctoris deformat sensum. cum enim Pachymeres manifeste affirmet ne e Catechumenis quidem despectandi in templum facultatem cuiquam concessam, positis ibi ad hoc prohibendum custodibus, ille ta-

men ait ἄνω δὲ τῶν Κατηχουμενείων πάντες, καὶ βασιλεὺς καὶ ἄρχοντες καὶ πάντες λαὸς (forte voluit scribere λαοί vel λαϊκοί) ἐώρων τὰ τελούμενα *imperatorem, principes et omnem populum inde spectasse sacra, dum fierent.* quod δὶς διὰ πασῶν discrepat a scriptoris asserto. quare caute legendus hic epitomator; nec ei sine pignore fidendum in iis quae Pachymeris nomine, ipso plerumque invito, recitat.

P 522 p. 54 v. 17. Pro eo quod habent codd. B et A, ἀκριβῶς παριστῶσαι τὴν φύσιν, de guttis sanguinis clare apparentibus supra vela saxa et frondes, Vaticanus habet ἀκριβῶς τὴν φύσιν ἐχαρακτήριζον, eleganti paraphrasi.

p. 55 v. 5 sqq. E regione huius capitis in codice optimo B haec alia manu scripta extant: τοῦ ἐν Κωνσταντινουπόλει συνεδρίου κατὰ τῶν ὑποδεξαμένων τὴν εἰρήνην τὴν πρὸς τὸν πάπαν ψῆφον καὶ ἀπαιτήσεις, quae ostendunt narrata in hoc capite acta esse synodi eiusdem de qua historicus p. 50 sqq. egerat. sed cum id non exprimatur in contextu, ego quod κατὰ τὸ σιωπώμενον per se scriptor intelligi a lectore voluit, σαφηνείας χάριν verbo indicandum credidi.

Sub finem capitis (p. 56 v. 17) significat Pachymeres negatum ab Athanasio patriarcha Alexandrino assensum in acta synodi, utcumque quaesitum sub interminatione omittendae, ni daret, commemorationis eius e sacris diptychis. plane contrarium suo periculo et nulla fide affirmat interpolator Vaticanus sic diserte scribens: καὶ πολλῶν λεγομένων τέλος καθυποκλίνει καὶ τὰ ζητούμενα ἐκπληροῖ., *multis ultro citroque allegatis tandem* Alexandrinus *dat manus, et quae postulabantur exequitur.* cave credas: negat enim id tantum non diserte oculatus testis Pachymeres.

p. 59 v. 8. Cur haec Anna Eulogiae Andronici amitae filia, Michaëlis despotae uxor, ut constat ex vol. I p. 243 v. 10, hic et alibi βασίλισσα regina dicta reperiatur, quaerendum. an, quod non extaret Graece femininum vocabulum e verbo δεσπόσης *despota* formatum, quo uxores despotarum insignirentur, βασιλισσῶν eas appellatione dignari usus obtinuerat?

p. 65 v. 7. Initium huius capitis quadam inter codices differentia scripturae et antiquarii scriptoris affectata ad rem non valde notam allusione me torsit. horum omnium hic reddenda ratio lectori est. codex Allatianus ita exhibebat hunc locum: οὐ μὴν δὲ πρὸ τοῦ κατὰ Λάμψακον καὶ ἡ δίκη ἐπὶ μήκιστον χρόνον ἀργὸς ἦν. Barberinus autem optimus omnium οὐ μὴν δὲ κατὰ Λάμψακον πρὸ τοῦ. sed ad marginem e regione manu perantiqua sic scriptum habebat: οὐ μὴν δὲ πρὸς τοῦ κατὰ Λάμψακον. haec videtur sola recta lectio, quam ideo unam sum amplexus. operosior fuit inquisitio fabulae aut historiae, quam auctor hoc loco innuit, rei ad Lampsacum gestae. circumspectis diu omni-

bus in hoc tandem acquievi, ut crederem habuisse Pachymerem haec scribentem in animo id quod auctor Etymologici refert verbo *Λάμψακος* in hunc modum: *ὅτι τοῖς Λαμψακηνοῖς χρησμὸς ἐδόθη, ὅπου ἂν αὐτοῖς λάμψῃ, ἐκεῖ πόλιν κτίσαι. ἀστραπῆς οὖν γενομένης, εἶδον τὸν τόπον καὶ ἔκτισαν τὴν πόλιν, Λάμψακον ταύτην προσαγορεύσαντες, καὶ τοὺς πολεμοῦντας αὐτοῖς βαρβάρους, λόχον ποιήσαντας, διὰ τῆς ἀστραπῆς ἰδόντες κατέκαυσαν.* ita ille. hic eventus, insidiarum luce fulguris a Lampsacenis urbem molientibus detectarum, et statim immisso igne in suis ipsis latebris incensorum hostium, videtur quasi proverbiali celebritate relatus ad significationem vindictae celeris divinitus immissae, clade post minas non tardante, sed continuo excipiente P 523
indicationem primam. atque haud scio an non inde Adrastea Nemesis, sive hic memorata *δίκη*, peculiariter apud Lampsacenos culta olim fuerit, cuius velut auspiciis structa illa civitas fuisset. Strabo videndus l. 13 p. 684 ed. Basil.

p. 77 v. 13. Quid hic esse putem *ἐπαληθεύειν τοῖς τετελεσμένοις*, videat aequus lector in Glossario, verbo *τὰ τετελεσμένα*, antequam meam interpretationem damnet.

v. 18. *τὸ δ' αὖ ἐκ τοῦ παρεικότος* etc. *τὸ παρεικός* sonat hic remissum, dissolutum, negligens, quod negat posse convenire dei sapientiae, acri semper vigilia intentae in res quae fiunt, et nulli non eventui suum interponenti iudicium.

p. 78 v. 1. *μανίαισιν ὑποκρίκει, φησὶ Πίνδαρος.* alludit quod extat hodieque apud Pindarum in Olymp. *τὸ καυχᾶσθαι παρὰ καιρὸν μανίαισιν ὑποκρίκει.*

Non dissimulo, mihi hoc caput et legenti et interpretanti saepe taedium obortum ob *εὐήθη δεισιδαιμονίαν* scriptoris, qui tot praefationum anxiarum ambages casui minime miro praetexendas putaverit, aestum animi ostentans aniculae superstitiosae potius quam viro, praesertim theologo, consentaneum. quare non prolixe solum ignosco Vaticano breviatori, quod verbosas lacinias ridicularum admirationum ex hoc capite recidens illud in versus paucissimos contraxerit, sed etiam eius hic quidem iudicium laudo, et in eius gloriam totam hanc eius epitomen adscribo: *ὃ δὲ μέλλω ἐρεῖν* (inquit) *τινὲς μέγα τι σημεῖον ἔκρινον, διὰ τὸ εὑρεθῆναι τὸν ἅγιον ἄρτον ἐν τῷ ἀρτοφορίῳ σεσηπότα. τοῦτο δὲ καινὸν οὐκ ἔστιν εἰ σέσηπτο. κατὰ τὴν τῶν βαΐων ἑορτήν, ὅτε ὁ Κύπριος ἀρχιερεὺς ἐτελεῖτο, πεποίηντο κατὰ τὸ σύνηθες προηγιασμένα· καὶ κατά τι συμβὰν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τετράδι παρελείφθη μὴ τελεσθῆναι τὰ τῆς θείας ἱερουργίας προηγιασμένης. πάντεῦθεν ἐναπολειφθεὶς ὁ ἅγιος ἄρτος ἦν ἐν τῷ ἀρτοφορίῳ μέχρι καὶ τῆς τυρινῆς εἰς τὸ ἑπιὸν ἔτος. μέλλοντος γὰρ τοῦ ἱερέως κατὰ τὴν τῆς κυριακῆς ἡμέραν ἐμβαλεῖν τῷ ἀρτοφορίῳ προηγιασμένους ἁγίους ἄρτους, εὗρε τὸν χρόνον διαβιβάσαντα ἅγιον ἄρτον σεσηπότα πάντῃ καὶ ἀπηχρειωμένον. καὶ τοῦτο μέγα*

σημεῖόν τινες τῶν μικροθαυμάστων ὑπέλαβον. *quod dicturus* (sit) *sum, quidam ingens portentum putaverunt, inventum nempe esse in sacra pyxide panem consecratum putrefactum. panem autem longo aevo putrescere minime mirum est. nimirum in festo Palmarum, quo die inaugurabatur patriarcha Cyprius, cum de more fuissent consecrati panes ex quibus deinde, quo ritu per insequentem hebdomadam fas est, sacra ex praesanctificatis dicta celebrarentur, contigit casu quodam feria quarta maioris hebdomadae sacrum eo die fieri solitum ex praesanctificatis omitti. unde consumenda per illud, si rite peractum foret, panis consecrati particula in sacra pyxide relicta est usque ad dominicam* Tyrinen *vocatam insequentis anni. qua die cum ad aram sacerdos faciens novas consecrati panis particulas indere sacrae pyxidi deberet, reperit in ea putrefactum tanti temporis mora, qui ei anno superiori fuerat inditus, sacrum panem. et hoc magnum prodigium quidam parva mirantes putaverunt.* hactenus hic breviator, cuius in negotio suscepto tractando securae libertatis hoc specimen habe, lector; in quo si minus fidam epitomen, certe non immeritam censuram nostri hoc loco historici videbis, nec usquequaque improbabis, ut opinor.

p. 85 v. 17. De veneratione angelorum feria tertia cuiusvis hebdomadae a Constantinopolitanis celebrari solita populari concursu ad partem dexteram altaris templi S. Sophiae, vide quae annoto in Glossario verbo Ὁδηγοί.

P 524 p. 87 v. 25. *Irenen.* fuit haec soror Marchionis Montisferrati in Subalpina regione; cui etiam deinde sine liberis mortuo filius Andronici ex hoc secundo natus coniugio, ut postea noster docet, iure materno successit.

p. 93 v. 10. *a cunctis.* cuncti nimirum qui aderant, praeter Veccum et archidiaconos, praeoccupatis schismate et errore animis iudicabant de praesenti controversia: aliter enim numquam *valide et ineluctabiliter disputata* censuissent, quae Theodorus Muzalo hic refertur protulisse prorsus ἀσύστατα et sese invicem destruentia. duo enim affirmat, prius, se agnoscere pro vera Damasceni sententiam a Vecco allegatam, qua is S. doctor affirmat *patrem esse productorem per verbum enuntiatorii Spiritus;* alterum, se tamen non admittere *Spiritum per verbum et filium originem ex patre trahere.* atqui citra ullam dubitationem est, originem passivam ex aequo respondere origini activae; unde qui admittit istud assertum *producit pater per filium Spiritum,* nonnisi cum absurdissima inconsequentia negare potest hoc aliud *Spiritus Sanctus producitur a patre per filium.* quomodo igitur tam manifesta ἀσυλλογιστία plausum a cunctis adstantibus meruit? nisi quod praeiudicato sensu sapiebant et similes habebant labra lactucas. quam mox adiungit Muzalo dicti sui rationem,

quod nimirum ex ea quam respuit doctrina sequeretur *aliud esse S. Spiritus principium activum patrem, aliud eiusdem principium activum filium*, vanam esse demonstrat doctrina Vecci a nobis declarata superius notis ad c. 9 huius libri, quam is haustam ex antiquis patribus distinctius explicatam a Lugdunensi generali concilio et Gregorio X tenebat, affirmans vim spirandi, sive rationem principii activi respectu Spiritus Sancti, unam indivisibiliter et eamdem existere in patre et filio, ab illo huic communicatam, ex quo fieret ut pater et filius unum essent principium activum Spiritus Sancti, non duo, sicut pater filius et Spiritus Sanctus non tres dii sed unus deus sunt.

p. 94 v. 7. *nihil habentes quod obiicerent* etc. temere iudicat Pachymeres archidiaconos nihil habuisse quod opponerent secundae parti orationis patriarchae, qua is affirmaverat non posse illos demonstrare *testimonium Damasceni conflari confirmarique ex aliis quoque auctoritatibus patrum.* hoc enim illi non omiserunt facere quia non possent, sed quia de hoc nunc non agebatur, et statum propositae tunc ad tractandum quaestionis mutare nolebant. hic nempe cardo erat controversiae loco illo ac tempore disceptandae, rectene Veccus conclusisset ex Damasceni loco Spiritum ex patre per filium procedere sientis, non esse haereticos Latinos, qui Spiritum ex patre et filio dicerent procedere. ut bona ea iudicaretur illatio, nihil aliud oportebat quam verum et orthodoxum agnosci a Graecis et patriarcha Damasceni testimonium, et aequipollentiam praepositionum *per* et *ex*, quam adeo illi admittebant, ut etiam Muzalo paulo ante professus sit audacius affirmari *per filium* quam *ex filio* procedere Spiritum. alioqui qua fide scribit hic Pachymeres archidiaconos Vecci asseclas non potuisse confirmare Damasceni testimonium consonis auctoritatibus patrum aliorum, cum idem hoc ipso libro superius p. 28 v. 10 retulerit Veccum sanctorum scripta attentius P 525
perlegentem in horum plerisque dici observasse Sanctum Spiritum *ex patre per filium profundi, exsplendescere, praeberi, prodire, procedere*, laudasseque in eam sententiam S. Maximum, Tarasium, Athanasium, Basilium, praeter Graecos recentiores magni nominis Maroniensem Nicetam et Nicephorum Blemmidam; ut omittam quos ibidem percenset Graecis quoque venerabiles Latinos patres, Ambrosium, Augustinum, Hieronymum. quin et mox hoc ipso c. p. 95 idem affirmat prolatum a Vecco pro dogmate eodem luculentum testimonium Gregorii Nysseni. calumniose igitur et in contumeliam causae catholicae schismatici hoc Vecco et eius sociis impingunt; qui utique poterant, si status id praesentis controversiae caperet et catholicum dogma publica disputatione propugnari, non impactum ipsis falsum crimen privata defensione refelli res posceret, poterant, inquam, effundere congestam ipsis longa lectione patrum chrestomathiam eru-

ditionis orthodoxae, qua manifesto evincerent didicisse Damascenum quae tradit de S. Spiritus per filium a patre processione ab antiquioribus doctoribus ecclesiae, nimirum ex Athanasio lib. de Humana Natura suscepta c. 4, ubi tractans locum prophetae Davidis ex Psal. 35 10: *quoniam apud te est fons vitae*, sic scribit de Davide loquens: *οἶδε γὰρ παρὰ θεῷ πατρὶ ὄντα τὸν υἱὸν πηγὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος. noverat enim apud patrem filium esse fontem Sancti Spiritus.* ex Didymo l. 2 de Spiritu Sancto, cuius Graecum contextum Veccus habere potuit: nos in sola quae extat Latina eius auctore Hieronymo versione, haec legimus ad illa Christi in evangelio Ioannis verba "*non enim loquetur a semet ipso*" *hoc est, non sine meo et patris arbitrio, quia inseparabilis a mea et patris voluntate, quia non ex se sed ex patre et me est. hoc enim ipsum quod subsistit, a patre et me illi est.* ex Epiphanio in Ancorato n. 67: *Χριστὸς ἐκ τοῦ πατρὸς πιστεύεται θεὸς ἐκ θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα ἐκ τοῦ Χριστοῦ ἢ παρ' ἀμφοτέρων. Christus ex patre creditur deus de deo, et Spiritus ex Christo aut ab ambobus.* et antea clarius eodem libro n. 8: *πνεῦμα θεοῦ καὶ πνεῦμα τοῦ πατρὸς καὶ πνεῦμα υἱοῦ, οὐ κατά τινα σύνθεσιν, καθάπερ ἐν ἡμῖν ψυχὴ καὶ σῶμα, ἀλλ' ἐν μέσῳ πατρὸς καὶ υἱοῦ, ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ υἱοῦ τρίτον τῇ ὀνομασίᾳ Spiritus dei et Spiritus patris et Spiritus filii non compositione aliqua, quemadmodum in nobis anima et corpus, sed inter patrem filiumque medius ex patre et filio, appellatione tertius.* ex Gregorio Nysseno l. 1 contra Eunomium: *ὡς συνάπτεται τῷ πατρὶ ὁ υἱός, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν, οὕτω πάλιν καὶ τοῦ μονογενοῦς ἔχεται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον, προθεωρουμένου τῆς τοῦ πνεύματος ὑποστάσεως. ut patri coniunctus est filius, et cum ex illo esse habeat, non tamen posterius existit, sic etiam Spiritus Sanctus proxime haeret filio, qui sola cogitatione secundum rationem principii prius consideratur subsistentia Spiritus.* ex Cyrillo Alexandrino l. 1 de Adorat.: *ἐστὶ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, καὶ μὴν καὶ τοῦ υἱοῦ, τὸ οὐσιωδῶς ἐξ ἀμφοῖν εἴτ' οὖν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ προχεόμενον πνεῦμα. est dei et patris, sed et filii quoque, qui substantialiter ex ambobus, nimirum ex patre per filium, profunditur Spiritus.* ex Chrysostomo in quadam Homilia tom. 5 ed. Savil. p. 674: *ὁ σωτὴρ δείκνυσιν ἑαυτὸν πηγὴν ζωῆς, καὶ ὕδωρ ζῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.* et *ὁρᾷς πηγὴν ὕδατος τὸν θεόν, ζῶν δὲ ὕδωρ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· πηγὴ ὕδατος ζῶντος ὁ πατήρ, ποταμὸς ἐκ τῆς πηγῆς προερχόμενος ὁ υἱός, ὕδωρ τοῦ ποταμοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. salvator ostendit se ipsum fontem esse vitae, et aquam vivam esse Spiritum Sanctum.* et *vides fontem aquae deum; aquam autem vivam Spiritum Sanctum. fons aquae vivae pater est, flumen ex fonte procedens filius, aqua fluminis Spiritus Sanctus.*

Haec quae pauca de multis specimimis hic gratia posuimus, quin et in eamdem sententiam non minus diserta plura, sine dubio potuerant ex patribus allegare socii Vecci, quippe quibus diu cum Vecco in theologiae Spiritus Sancti perscrutatione versatis P 526 ignota in hoc genere esse non poterant quae fuere ipsi Vecco perspectissima, ut intelligitur ex huius scriptis, quae partim edidit Ill. Allatius, partim legit in manu exaratis codicibus et ex iis plurima descripsit Petavius noster in Opere Theologicorum Dogmatum. sed consulto id omiserunt, quod nunc non erat his locus. agebatur quippe, ut dixi, verumne esset crimen haereseos impactum Vecco et sociis: non autem de dogmate inquirebatur. et calumnioso artificio Vecci adversarii eludere conabantur vim defensionis eius, alio traducenda quaestione.

p. 95 v. 21. *non confiteris Spiritum Sanctum continuum patri* etc. hoc ipsum absurdum Latinis impingit acer Graecorum haereseos defensor Gregorius Palamas, contendens doceri a patribus, Spiritum Sanctum continue ac citra medium a patre procedere. καὶ μήν, inquit, ἐρρέθη καὶ τὸ θεῖον πνεῦμα ἐκ πατρὸς ἀμέσως. vultque id adstrui versibus quibusdam S. Gregorii theologi, quibus filius et S. Spiritus pariter dicuntur θεοῦ πατρὸς τὰ δεύτερα ἔχειν *secundas a deo patre habere.* sed frustra sunt hi schismatici. nam iuxta patrum tam Graecorum quam Latinorum orthodoxam doctrinam utrumque verum est, et procedere ἀμέσως *citra medium* a patre Sanctum Spiritum, et eumdem δι' υἱόν *per filium* a patre produci. apte conciliat haec in speciem contraria Ricardus Victorinus l. 5 de Trinitate c. 6, similitudine ex humanis generationibus adducta: *procedit namque* (ait) *persona de persona quandoque quidem tantummodo immediate, quandoque tantummodo mediate, quandoque autem mediate simul et immediate.* exemplum deinde processionis tantummodo immediatae ponit in Isaaco respectu Abraami, siquidem Isaacum immediate Abraamus genuit; processionis vero tantummodo mediatae in Iacobo respectu Abraami: nam Iacobus patriarcharum duodecim pater, mediate tantum ab Abraamo est genitus, quatenus filium Abraami Isaacum patrem habuit, ipse Abraami nepos. hoc secundo modo vere negatur a doctoribus catholicis S. Spiritum *mediate* a patre procedere. sed est alia processio immediata simul et mediata, cuius formam Ricardus statuit in generatione Sethi ex Adamo et Eva. nam quoniam Eva ex Adamo processerat, utique ex eius costa formata, Sethi productio per Evam facta mediata eatenus respectu Adami fuit: verum quia idem nihilominus Adamus per se ad illam generationem concurrit, immediata eadem Adamo extitit. verba Ricardi haec sunt: *nam Seth quidem processit de substantia Adae immediate, utique in quantum fuit de proprio semine; mediate vero in quantum fuit de semine Evae.* talem autem esse ait processio-

nem S. Spiritus ex patre, mediatam quidem quatenus ex filio est, quem pater genuit, simul autem immediatam quoque, quoniam filius pariter et pater Sanctum Spiritum producunt. *Spiritus* enim *Sanctus* (verba sunt Augustini l. 15 de Trinitate c. 27) *non de patre procedit in filium, et de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroque procedit, quamvis hoc filio pater dederit, ut quemadmodum de se, ita de illo quoque procedat.* haec Augustinus; quae quatenus mediata, quatenus immediata patri sit Sancti Spiritus processio, luculenter explicant.

p. 96 v. 8. *sentire autem continuum* etc. significat his verbis Veccus non posse catholice dici *dumtaxat immediatam* processionem Sancti Spiritus ex patre: dicendam enim esse *simul immediatam et mediatam.* itaque hic τὸ προσεχῶς *continue* usurpatur *exclusive*, hoc est cum subintellecta negatione *mediationis* ullius. qualis tamen aliqua in processione Sancti Spiritus a patre agnoscenda orthodoxis est, sed quae non excludat immediatam patris ipsius actionem in productione Spiritus, at tantum ad-
P 527 mittat in ea consortium filii, cui prius ratione pater ipse communicaverit et ei per generationem identificaverit illam ipsam unam et individuam, quam ipse originaliter, hoc est non aliunde tractam sed naturaliter identificatam suae personae, habet spirationem activam, in qua, non solum in natura et essentia divina, pater et filius unum sunt. audiatur S. Anselmus haec eleganter explicans l. de Processione Spiritus Sancti: *constat inexpugnabili ratione Spiritum Sanctum esse de filio sicuti est de patre, nec tamen esse de duobus diversis sed de uno. ex eo enim quod pater et filius unum sunt, id est ex deo, est et Spiritus Sanctus, non ex eo unde alii sunt ab invicem. sed quoniam deus, de quo est Spiritus Sanctus, est pater et filius, idcirco vere dicitur esse de patre et filio, qui duo sunt.* cuius ratio est, quia principium activum Spiritus Sancti, sive spiratio activa, eiusmodi quaedam vis est, quae ut in actum exeat exigit identificari personis duabus, quarum una ex altera processerit. unde causam repetit Ricardus Victorinus l. 5 de Trinitate c. 7, cur ordine posterior sit processio S. Spiritus processione filii. *naturaliter* (inquit) *prior est dualitas quam trinitas; nam illa potest esse sine ista, ista vero numquam sine illa. naturaliter itaque et processio prior est, quae potest subsistere in personarum dualitate, quam illa, quae non potest esse sine personarum trinitate.* hinc intelligitur id quod innuit verbis supra descriptis Veccus, proprietatem esse distinctivam processionis filii a processione Spiritus Sancti, quod filius quidem procedat ab uno solo principio *quod* et *quo*, ab unica nimirum persona divina, patre, et per unicam generationem activam incommunicabilem alteri personae, Spiritus vero Sanctus procedat et procedere exigat per unicum quidem

principium *quo*, nempe *spirationem activam unicam* indivise propagatam ex patre in filium, tamen a duobus principiis *quod*, geminis videlicet personis, quarum ubi prior alteri communicaverit vim propriam spirandi, ambae conspirantes per unam indivisibilem operationem producant tertiam personam, quae Sanctus est Spiritus. atque haec est illa *ratio differentiae* quam allegat hic Veccus, eam obstare aiens quominus dici possit Spiritus *continue ex patre προσεχῶς ἐκ τοῦ πατρός*, quod sumpsit ex Gregorio Nysseno in epistola ad Ablabium, unde totum hunc locum iuvat hic descriptum proponere: *τοῦ ἐξ αἰτίας ὄντος πάλιν ἄλλην διαφορὰν ἐνοοῦμεν· τὸ μὲν γὰρ προσεχῶς ἐκ τοῦ πρώτου, τὸ δὲ διὰ τοῦ προσεχῶς. eius quod ex principio est rursus aliam differentiam intelligimus. nam aliud continue ex primo est, aliud vero per illud quod est continue ex primo.* unde statim infert Nyssenus idem *ὥστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μένειν.* hoc loco *μονογενές* non idem quod Latine *unigenitum* sonat, sed, prout erudite hunc ipsum Nysseni locum tractans explicat Manuël Calecas c. 3, significat *id quod unum ex uno producitur.* verba sunt Calecae: *καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφιβόλου* (lege *ἀναμφιβόλως*) *ἐπὶ τοῦ υἱοῦ μένει. μόνος γὰρ ἐκ μόνου, ἐπεὶ μέχρι τούτου ἵστησιν ὁ λόγος τῆς ὑπάρξεως αὐτοῦ τὸ ἰδίωμα. monogenis titulus sine dubio filio proprius manet: solus enim ex solo est, quandoquidem eatenus orthodoxa doctrina sistit illius existentiae proprietatem.* potuerat hoc Gregorius Nyssenus didicisse a seniore fratre Basilio, cuius extat ad fratrem Nyssenum epistola, in qua haec leguntur: *ὁ δὲ υἱός, ὁ τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον πνεῦμα ᾧ' ἑαυτοῦ καὶ μεθ' ἑαυτοῦ γνωρίζων, μόνος μονογενῶς ἐκ τοῦ ἀγεννήτου φωτὸς ἐκλάμψας, οὐδεμίαν κατὰ τὸ ἰδιάζον τῶν γνωρισμάτων τὴν κοινωνίαν ἔχει πρὸς τὸν πατέρα ἢ πρὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον filius vero, qui ex patre progredientem Spiritum per se ipsum et in se ipso notum facit, solus unigeno modo ex ingenita luce resplendens, nullam secundum proprietatem notionum communionem habet cum patre aut Spiritu Sancto.* ex quibus omnibus patet, iuxta doctrinam catholicam patrum, characteristicam esse proprietatem filii aeterni, qua et a patre et a Spiritu Sancto distinguitur, *ab uno procedere*, sive ut loquitur Manuël Calecas, *μόνον ἐκ μόνου solum ex solo* produci. hoc idem est quod Veccus ex Nysseno hoc loco vocat *esse filium continue ex patre.* notionem autem ac proprietatem pariter distinctivam Spiritus Sancti esse *produci per eum qui continue ex patre est*, hoc est, identificata duabus personis et a prima alteri communicata spiratione produci. P 528

p. 97 v. 4. *ita vero loqui non didicimus* etc. responsum est Alexandrini patriarchae ex lectulo, sane somniculosum et oscitabundum. cui merito reponi poterat illud Christi ad Nicodemum Ioan. 3 10: *tu es magister in Israël et haec ignoras?*

quod autem negat se *ita loqui didicisse*, culpa eius est, quod scripta magistrorum non legisset ut debuerat, patrum nimirum antiquorum, ubi quae afferebat Veccus invenerat. sed longe inscitius huius dictum refertur v. 11, ubi schismaticus iste definit haeresim reputari τὸ συνιστᾶν θέλειν ἀσύνηθες, κἂν ἀσφαλὲς ἦν, *stabilire velle insuetum quippiam, etsi securum sit.* quo iniquissimo edicto omnes ecclesiae patres, omnes theologi, omnes sacrorum librorum interpretes in haereticorum ergastula compinguntur. quotus enim quisque illorum non aliquid profert *insuetum*, idiotis praesertim aut in studio sacrae doctrinae negligentius versatis, qualem se hic patriarcha schismaticus prodit.

v. 22. *ubi enim plus clare deprehendatur* etc. verba sunt Constantinopolitani patriarchae Gregorii Cyprii, quae illum ostendunt nihilo aut doctiorem aut moderatiorem Athanasio isto Alexandrino, quem modo notavimus. profecto enim, si ex aequo respondente vel famae qua celebrabatur, vel dignitati qua fulgebat, esset eruditione praeditus, non ignoraret quae de immediata simul et mediata processione Sancti Spiritus ex patre veteres, ut paulo superius ostendimus, ecclesiae doctores magno consensu tradunt; et si eam reverentiam antiquis patribus tribueret quam iis a catholico quovis, maxime autem episcopis, deferri par est, numquam *nugatoriae loquacitatis* plenissimam diceret, quam a Sancto Gregorio Nysseno disertis affirmari verbis sententiam fateretur.

p. 98 v. 2. *fatemur temeritatem et veniam poscimus.* verba sunt Vecci, in quibus vel ironia quaedam agnoscenda tacita est, vel permissio necessaria homini causam accusatae calumniose innocentiae apud praeoccupatos errore incurabili iudices agenti. videbat ille ruere manifeste et inconsequenter loqui patriarcham, sed eo supercilio ut se revinci non passurum appareret. frustra igitur contenderet, si vindicare a calumnia nugacitatis impacta usquequaque orthodoxam Nysseni doctrinam conaretur; et interim occasionem perderet se ac suos ab haereseos infamia purgandi. usitatissimum patronis est reos in iudicio defendentibus, postquam satis refutarunt criminationem aliquam minus ad rem pertinentem, ea non agnita quidem pro vera, sed omissa uti parum curanda, referre se ad caput causae hoc aut simili genere loquendi "verum sit ita sane ut vultis: tamen vel hoc etiam concesso extra culpam esse in causae capite meum susceptum petet." talem omnino sensum haec Vecci habet oratio, ut clare intelligitur ex consequentibus.

p. 99 v. 9. *alludens ad nomen aliud.* quodnam fuerit illud aliud nomen Georgii Moschamparis, ne Ill. quidem Allatius in accuratissima de Georgiis Diatriba multa de hoc memorans prodit. licet suspicari ex urbano illo Vecci dicto, ψύλλα τῷ ἐπικαθίσασα etc., *Psyllum* fuisse cognominatum. recitat hunc

locum p. 349 editae de Georgiis diatribae modo laudatus Leo Allatius cum aliqua diversitate tam in contextu Graeco quam in Latina interpretatione, cuius hic admonere lectorem debeo. illic igitur illa verba ψύλλα τις vertuntur *culex quispiam.* suspicor mendum typothetae, qui c pro p in priori vocabulo posuerit, facili utique lapsu, qualem amanuensium eruditi agnoscunt in loco P 529
Plinii l. 19 c. 10: *napis culices* etc. ubi ex Theophrasto, quem describebat, *pulices* auctor sine dubio posuerat. sed memoratu dignior in Graecis varietas est. ubi enim clarissime codex Barberinus, fundus nostrae editionis, habet οὔτ' ἀναστπᾶν οὔτε καταστπᾶν ἔχει τὴν πείρινθα, Ill. Allatius, vel ex proprio codice, quem ad manum modo non habeo, vel ex coniectura legit τὴν μήρινθον. arbitrum discrepantiae codicum duorum Vaticanum exemplar ferrem: sed is utramque illam vitavit vocem, hunc locum sic exprimens: ψίλα (scribere voluit ψύλλα) τις ἐπεκάθισεν τῷ τῆς ἁμάξης ζυμῷ, ἥτις οὔτε βάρος φέρει τῇ ἁμάξῃ οὔτε μὴν ἐλαφρόν τι καὶ κοῦφον, verbosius quam breviatorem decuit, nec multum eleganter. ego cur abrogarem fidem meo archetypo causam non habui, cum proba et Pachymere digna videatur haec lectio, utpote quam appareat ductam ex Homero Iliad. ω: αὐτὰρ ὅγ' υἷας ἅμαξαν ἐϋτροχον ἡμιονείην ὁπλίσαι ἠνώγει, πείρινθα δὲ δῆσαι ἐπ' αὐτῆς, et Odyss. ο: καὶ τὰ μὲν ἐς πείρινθα τίθει Πεισίστρατος ἥρως. quorum locorum ad priorem Eustathius docet πείρινθα dici τὸ πλινθίον τὸ ἄνω τῆς ἁμάξης, ὅπου τὰ φορτία ἐπιτίθενται, ad posteriorem autem εἴη δ' ἂν πείρινθα καὶ ἡ πρὸ τούτου ῥηθεῖσά που ὑπερτερία ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν Ναυσικάαν ἁμάξης, ὅπερ οἱ ὕστερον ἐσχάραν καλοῦσιν. ex quibus habemus πείρινθα vocari loculum aut cistam sive capsam quandam formae quadratae curribus imponi solitam capiendis rebus quae vehendae sint, ὑπερτερίαν et ἐσχάραν aliis dictam. unde satis, opinor, defenditur nostra et lectio et versio. nec obstat quod verba ἀναστπᾶν et καταστπᾶν magis convenire videantur μηρίνθῳ *funi* quam πείρινθι *plaustri cistae.* etsi enim *trahendi* notio ex origine ipsis inest congruentior funi tractionis instrumento, tamen non minus frequens est istorum verborum usus ad significandam depressionem, quae fit aggravando, aut sublevationem, quae fit minuendo pondus. ut sensus hic sit, pulicem insidentem tracto cum impetu currui nec addere nec detrahere quidquam oneris, sed perinde habere ac si non esset.

p. 100 v. 22. *volo et vobis orthodoxe* etc. per hyperbolem haec dici credendum est, et ea fiducia qua, si fierent quae fieri non posse qui loquitur intelligit, is se durae cuipiam obiicit conditioni. similem quandam nonnulli interpretes appingunt sententiam illis Mosis et Pauli verbis: *dimitte illis, aut dele me de libro;* Exod. 32 32, et *optabam anathema esse a Christo pro fratribus meis,* Rom. 9 3.

Supplendum hic, quod historicus diserte non exprimit, perlatum a schismaticis de Vecco et sociis iudicium; atque hoc ipsum colloquium, cum secuta reorum auditorum condemnatione, synodum vocatam, cuius acta publicata rite sint. huius qualiscumque synodi exemplar antiquum nactus Iacobus Sirmondus noster, id communicavit Henrico Spondano episcopo Apamiensi, qui summam eius exhibet in sua continuatione Annalium Baronii ad annum 1283 n. 10. dicitur illic ista synodus habita sub Andronico Palaeologo imperatore et Gregorio patriarcha contra Ioannem Veccum et huius socios Constantinum Melitenioten et Georgium Metochitam, qui Latinorum dogma de processione Spiritus Sancti profitebantur ab annis octo. hunc ibi numerum Acta synodi exprimunt, ex quo illam hoc anno celebratam evincitur, qui, ut libro tertio harum Observationum c. 2 demonstrabimus, vere octavus est ab inito a Vecco patriarchatu et recepta palam (quod sub idem tempus contigit) Constantinopoli communione cum ecclesia Romana. deinde memorant eadem Acta pseudosynodi Ioannem Veccum iam ante ob eandem causam fuisse damnatum in quadam Graecorum synodo; quam apparet eam esse cuius meminit noster p. 84. nam in ea dicunt Veccum *libellum*
P 530 *resipiscentiae obtulisse, quo acquiescebat damnationi ac depositioni suae.* sic nimirum appellant, quam extortam ibi Vecco Pachymeres narrat *subscriptionem compositi libelli, quo professio rectae fidei coniungebatur cum amolitione suspicionum, si quae in contrarium extarent, quibus ad extremum annectebant abdicationem sacerdotii.* adiungit pseudosynodus codicis Sirmondiani Veccum postea in priorem sententiam rediisse. id vero negabat Veccus, qui eo scripto se revocasse fidem prius propugnatam non crediderat, sed tantum temporis causa throno cessisse. sequitur illic sententia condemnationis in Veccum et duos eius socios latae, cum refutatione capitum doctrinae illorum de Spiritu Sancto, et iterata detestatione factae conciliationis ecclesiarum Graecae ac Latinae, quam *πεπλασμένην ὁμόνοιαν καὶ εἰρήνην πολεμίαν* vocant. adduntur in fine subscriptiones, primo imperatoris rubris literis, *Andronicus in deo fidelis rex et imperator Ducas Angelus Comnenus Palaeologus*, deinde patriarchae, *Gregorius misericordia dei archiep. C. P. novae Romae et oecumenicus patriarcha.* subscribunt inde 42 episcopi, quorum primus est Ioannes Ephesinus, et e clero in dignitate constituti viginti octo. locus Synodi omissus in codice Sirmondi, fuit, ut Pachymeres docet, Alexiacum triclinium in palatio Constantinopolitano.

p. 109 v. 3. *sacra Hoplotheca.* hic liber, quod scire hactenus potuerim, non extat. collectio fuit, ut apparet testimoniorum e patribus, per quae impugnari et convinci haereses possent, eaque summa cura et fide facta; unde illi vulgo praeiudicata in-

dubitabilis fidelitatis auctoritas adhaeserit. ex eo quod paulo post hoc loco memoratur ei operi attexta *exceptiuncula Comneni Manuëlis Augusti submonentis* quippiam ad sententiam ibi recitatam S. Ioannis Damasceni pertinens, oborta mihi suspicio quaedam est, quam meo periculo hic exponam iudiciis lectorum eruditorum. quid si Manuëlis Comneni iussu compilatam et nomine editam autumemus farraginem istam sententiarum patrum, quae pro armamentario esse posset catholicis theologis ad heterodoxos impugnandos? sane talia curandi avitum exemplum Manuël habuit, nepos utique imperatoris Alexii Comneni, quem ipsius filia, Manuëlis amita Anna memorat Alexiadis l. 15 p. 490 ed. Reg. curasse opus componi et edi argumenti atque usus non absimilis. non erit abs re verba hic Annae ponere iuxta interpretationem nostram. ubi egit fuse de Basilio quodam auctore haeresis quam vocat Bogomilorum, quorum dogmata et facinora ob turpitudinem referre se audere negat, memorem verecundiae mulierem eamque principem decentis, sic continuo subiungit: *quae si cui nosse tanti est, consulere is poterit librum qui inscribitur Dogmatica Panoplia, iussu mei patris scriptum atque editum. auctor eius est monachus Zygadenus nomine, notus dominae meae aviae maternae, et omnibus deo sacris hominibus, sacerdotibus ac pontificibus familiaris. hunc summum grammaticum eumdemque rhetorem non inexercitatum, theologiae vero et catholici dogmatis prae omnibus scientissimum, Augustus pater meus ad se accersitum iusserit digerere ordine in opus unum cunctas haereses, et unicuique relatae singillatim opponere refutationes sanctorum patrum, post omnes denique subiungere ultimam hanc Bogomilorum haeresim eiusque dogmata, prout ea impius ille Basilius exposuerat. ex hoc Alexii mandato extitit opus ingens plures in libros tributum, cui hodieque universo adhaeret nomenclatio ab imperatore primum excogitata atque indita illa quam diximus Panopliae Dogmaticae.* hactenus Anna; ex cuius verbis quis prudens non agnoscat haud abhorruisse a genio domus Comnenae, aut ab indole peculiari Manuëlis summam sibi P 531
ponere soliti in imitatione facinorum omnis generis laudatorum in avo suo Alexio Augusto, descendere in curam concinnandi talis commentarii et suo nomini eius editionem imputandi. in quo forte non parum illi profuerit prior illa Zygadeni scriptio, quam resectis tantum descriptionibus haeresium et recitationibus absurdarum assertionum, quibus illae constabant, tum testimoniis patrum a Zygadeno congestis in ordinem commodum distributis, breviaverit, et proprii nominis auctoritate munitum vulgaverit novo titulo ἱερᾶς ὁπλοθήκης *sacri armamentarii.*

v. 12. *ait nimirum idem Sanctus.* ex his Damasceni verbis, quae leguntur hodieque apud illum l. 1 de Fide, capite, ut quidam citant, 12 (ego in 11 reperio ed. Basileensis anni 1575

p. 48), non modo Graeci schismatici antiqui, Macarius Ancyranus, Gregorius Palamas, Iosephus Bryennius, Emanuël Palaeologus Augustus, Georgius Scholasticus monachus, Matthaeus monachus, Maximus Margunius, Gabriel Severus Philadelphiensis, Georgius Coresius, et passim alii, colligunt eum negasse S. Spiritus processionem ex filio: sed et e recentioribus Latinis id pro certo admittit Ioann. Gerardus Vossius l. 2 de Historicis Graecis p. 281. quin multo ante vir summae auctoritatis S. Th. doctor Angelicus idem concesserat in Summa, 1 parte quaest. 36 art. 2, ubi cum sibi obiecisset argumento 3 hunc ipsum locum Damasceni, sic respondet: *ad 3 dicendum quod Spiritum Sanctum non procedere a filio primo fuit a Nestorianis introductum, ut patet in quodam symbolo Nestorianorum damnato in Ephesina synodo. et hunc errorem secutus fuit Theodoricus* (forte legendum *Theodoritus*) *Nestorianus et plures post ipsum, inter quos fuit etiam Damascenus. unde in hoc eius sententiae non est standum. quamvis a quibusdam dicatur quod Damascenus sicut non confitetur Spiritum Sanctum esse a filio, ita etiam non negat ex vi verborum.* ita ibi S. doctor. defendunt tamen hic ab errore Damascenum Graeci quoque ipsi, sed orthodoxi et alieni a schismate, Nicephorus Blemmida or. ad Iacobum episcopum Bulgariae de processione Spiritus Sancti, Bessario Cardinalis epist. ad Alexium Lascarim Philanthropenum et oratione dogmatica ad synodum Orientalem, Demetrius Cydonius opusculo de processione Spiritus Sancti, Iosephus Methonensis et Gregorius Protosyncellus contra epist. Marci Ephesii, Gennadius patriarcha pro concilio Florentino, quos omnes laudat, fusissime et eruditissime tractans hunc locum, Ill. Leo Allatius l. 2 de Eccl. Occid. et Orient. perpetua consensione, c. 2. horum plerorumque pro Damasceno responsio fere coincidit cum postremis S. Thomae Aquinatis modo relatis verbis. aiunt scilicet et isti nequaquam sequi ex eo quod scribat Damascenus *se non dicere Spiritum ex filio*, negari ab ipso istud ipsum. quaedam enim certa ex causa non dicuntur, quae non negantur tamen, quia verba quae haeretici pravo sensu protulerint, interdum catholici verentur usurpare, ne audita putentur appictam illis per damnatos auctores adhuc retinere sententiam. quoniam ergo Eunomius trinitatis consubstantialis hostis S. Spiritum esse ex filio affirmaverat, eo scilicet modo id intelligens quo ipsum ex patre filium et verbum non consubstantialiter procedere aiebat, vitabant catholici simpliciter talem sententiam efferre, cui ex late vulgato Eunomii errore reprobi dogmatis calumnia haereret. qua sola cautione idem Damascenus refugit vocare beatam Mariam Christiparam, licet minime negaret eam vere Christum peperisse, tantum ne utens notis verbis Nestorii, quibus ille haeresiarcha blasphemam suam exprimebat opinionem, personas duas Christo affingentem,

divinam et humanam, sic ut Maria solius humanae personae mater esset, unde illam contendebat Christiparam vocari debere, non autem deiparam: ne illis, inquam, iisdem Damascenus verbis utens videri posset minus cautis non satis vitare contagionem Nestorianae labis, non solum iis uti noluerit, sed etiam nequa- P 532
quam se ita loqui diserte sit professus. haec utcumque plausibiliter allegentur: vera tamen eius nodi solutio est, quam ex Bessarione epist. ad Lascarim afferunt Petavius tomo 2 Theol. Dogm. l. 7 c. 17 n. 8, et Allatius l. 2 de Consens. Ecclesiarum c. 2 n. 10. nempe ideo absolute ac sine adiuncta patris mentione *esse S. Spiritum ex filio* non dixisse Damascenum, quod metueret ne sic videretur agnoscere in filio *προπατορικὴν αἰτίαν*, *originale principium* Spiritus, quod a dogmate catholico abhorret; iuxta quod, ut superius ostendimus notis ad c. 8 et 9 l. 1, ita inest filio vis spirandi, hoc est producendi Sanctum Spiritum, ut is illam a patre acceperit, non ex se, quatenus a patre distinctus est, habeat, immo eadem simplicissime una patri pariter insit ac filio, huic ab illo communicata, sic ut illa quatenus in patre est *προπατορικὴ* dicatur, quia illam ex se habet a nullo sibi alio tributam, non item quatenus filio convenit. hic enim aliunde hausit, nempe a patre tribuente per generationem ipsi omnia quae habet, praeter *esse patrem*, ac consequenter ipsam quoque dante in se originaliter existentem spirationem activam, qua simul cum filio per modum unius principii spirantis Spiritum producit. ergo Damascenus cum diserte professus fuisset *τὸν πατέρα προβολέα δι' υἱοῦ τοῦ ἐκφαντορικοῦ πνεύματος patrem productorem per filium enuntiatorii spiritus*, recte recusavit dicere *ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ πνεῦμα ex filio spiritum esse*, *ἁπλῶς* et sine adiuncta patris, qui ei ex se praebitam vim spirandi simul cum eo exerceat, mentione. fallitur ergo Pachymeres, dum hoc loco ait isto Damasceni testimonio quasi mucrone quodam confodi cum Latinos Spiritum ex filio procedere dicentes, tum Graecos iis patrocinantes adstruenda aequivalentia praepositionum *ex* et *per*: neutros enim re vera vel minimum perstringit ista *χρῆσις* ex vero Damasceni sensu declarata.

p. 114 v. 10. *perlatus tomus in manus Vecci* etc. extat hic indicatum Vecci opus, editum tomo 2 orthodoxae Graeciae a p. 215 ad 286, ubi auctor sub ipsum principium questus primum hunc Cyprium ad schisma Graecorum a trecentis iam annis inchoatum isto impio suo tomo haeresim addere, in tanti auctorem mali fas putans irae liberae aculeum exerere, vocat eum p. 216 *κακὸν διαπόντιον*, *θῆρα θαλάττιον*, *ἄγριον κῆτος τῆς Κύπρου ἐπαναστὰν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἐνδεδημηκός*, *οὐχ ἵνα φυγάδα προφήτην ὑποδέξηται καὶ εἰς ὑπηρεσίαν θεοῦ διασώσηται*, *ἀλλ' ἵνα ἐκκλησίαν ὅλην καταπιὸν ἄφαντον ἀπεργάσηται*. *malum ponto deportatum*, *feram marinam*, *immanem cetum Cypro*

erumpentem et huc peregre appulsum, non ut fugitivum prophetam ad dei ministerium servaret, sed ut ecclesiam universam absorbens aboleret. inde pergit diserte, accurate, eleganter, acriter quae Cyprius mendose in tomo scripserat arguere.

v. 14. *praesertim incursabat expositionem in eo traditam.* iuvabit, ni fallor, eruditum lectorem Vecci locum, quem his verbis indicat Pachymeres, videre. reperiet illum oratione 1 in tomum Cyprii p. 227 et 228 tomi secundi Graeciae orthodoxae ab Ill. Leone Allatio editae Romae an. 1659.

p. 117 v. 12. vix tanti est admonere comparari hic Veccum, post damnationem et eiectionem suam Gregorio Cyprio persecutori suo graviter et periculose molestiam facessentem, cum
P 533 illo ex fabulis notissimo Nesso Centauro, qui dum rapiens Deianiram eminus telo Herculis transfixus expirat, suo sanguine miste cum veneno Hydrae, quo esset tincta cuspis vulnerantis ipsum iaculi, vestem infecerit, quam deinde induens Hercules ex ea perierit. illud forte opportunius notabitur, scribi a Pachymere hoc nomen cum unico *sigma*, cum tamen et passim ab aliis cum duplici scribatur et ita fieri debere doceat Eustathius ad Iliad. α.

p. 146 v. 3. Ut clarius intelligatur hic motus fenestrarum circum superne imminentium throno patriarchali apud S. Sophiam, ex quo, ut hic docet Pachymeres, consueverant Graeci captare augurium eventis comprobatum de fortuna inaugurati, curavi delineandum prospectum interiorem templi S. Sophiae ex imagine eius perantiqua perque eleganti, quam reperi in codice vetusto bibliothecae Barberinae. habes, lector, hic subiunctam iconem eius prospectus, in qua fenestras hoc loco memoratas facile intelliges eas esse e pluribus illic expressis, quae bemati sive presbyterio in media et intima templi parte sito circum undique affundunt lucem, et inter has illas praecipue quae throno patriarchae superstabant.

p. 150 v. 8. *ὡς ἀταλαιπωρήτως ἔχοντες περὶ τὸ κακόν.* sic restituimus ex marginali correctione perantiqua, cum *ἐν τῷ κειμένῳ* utriusque codicis B et A legeretur *καλόν*. sed qui penitus introspiciat, manifeste deprehendet plane contra loci sententiam hic *καλόν* poni. et suffragatur Vaticanus interpolator, qui pro illis *ἀταλαιπωρήτως ἔχοντες περὶ τὸ καλόν* haec subdit: *τὸ κακὸν μὴ μισοῦντες.*

p. 169 v. 17. *πέμπει.* in utroque ms legebatur *πέμπειν.* unde lector quidam, ut fulciret pendentem sententiam in margine adscripsit *ἔγνω.* sed expeditior correctio est extritio abundantis literae *ν* in voce *πέμπειν.* Vaticanus haec omittit.

P 534 p. 178 v. 7. *κατὰ τὴν περαίαν τὴν δυτικήν.* requiret quispiam in interpretatione mea quod respondeat voci *δυτικήν.* existimavi me, cum *Galatam* dicerem, duas illas voces *περαίαν* et *δυτικήν*, unica illa explicare. sive enim suburbia transmarina Byzantio

Ad. p. 746.



duo fuere, alterum ad Ortum vergens, alterum ad Occasum, ex istis hoc solum secundum, in quo Genuenses habitarunt, Galatam dictum reperio; et de hoc solo agere hic Pachymerem existimavit ante me paraphrastes Vaticanus, a quo hic locus sic effertur: *κατὰ ἀντίπεραν τῆς πόλεως πρὸς τῷ Γαλατᾷ μέρει.* sive unius tantum suburbii duae distinguuntur partes *ἀνατολική* et *δυτική*, quarum hanc solam incendium corripuerit, ex eodem paraphraste intelligo propriam appellationem istius *περαίας δυτικῆς Galatam* fuisse. hoc sequebar. si me ratio fefellerit, ignoscat lector et corrigat.

p. 186 v. 7. *ποιμαντικὴν βακτηρίαν λαβὼν παρὰ τοῦ κρατοῦντος.* hunc morem Orientalium imperatorum imitari Germani voluerunt, quibus male cum Romana ecclesia convenit, arrogantes et hi sibi ius investiendi episcopos traditione pastoralis baculi; quod ab Hadriano papa fuisse concessum Carolo Magno, ac consequenter ipsius quoque successoribus, Sigebertus regnanti et a Romano pontifice discordi Henrico assentans confinxit, haud dignus fide sine antiquiori teste rem affirmans trecentis prius annis gestam, ut observat Baronius, an. Chr. 774. quid sit *dibambulum* hic continue memoratum, vide in Glossario.

l. 8 c. 1. Narratur simul assumptio Michaëlis in consortium imperii, simul eiusdem coronatio solemnis; quas tamen diversis contigisse temporibus, et hanc illa toto anno fuisse posteriorem, ostendemus l. 3 harum Observ. c. 3. quod diem attinet ceremoniae delectam Maii 21, ea ipsa hodie in libris ecclesiasticis Graecorum memoriae anniversariae magni Constantini et matris eius S. Helenae consecrata cernitur. descriptio ritus coronationis Augustorum Orientalium, quam hic Pachymeres paucis exequitur, satis consona reperietur longiori a Cantacuzeno editae c. 41 l. 1, si quis utramque contulerit. unam observavi discrepantiam, ex qua non inverisimiliter mihi videor confirmare coniecturam modo indicatam de distinctione evectionis ad imperium et coronationis in hoc iuniori Michaële; ideoque iatam differentiam exponam distinctius. scribit hoc loco laudato Cantacuzenus: *τοῦ μέλλοντος χρισθήσεσθαι βασιλέως ἐπὶ ἀσπίδος καθεσθέντος, ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ τοῦ ἀναγορευομένου, εἴ γε περίεστι, καὶ ὁ πατριάρχης, τῶν ἐμπροσθίων μερῶν ἐπιλαμβανόμενοι τῆς ἀσπίδος, τῶν δ' ἐπιλοίπων οἱ ἐν ἀξιώμασιν ὑπερέχοντες, δεσπόται τε καὶ σεβαστοκράτορες, εἴπερ εἰσίν, ἢ οἱ ἐπιφανέστατοι μάλιστα τῶν συγκλητικῶν, καὶ μετεωρίσαντες ὡς ἔνι μάλιστα αὐτὸν ἅμα τῇ ἀσπίδι, τοῖς πλήθεσιν ἐπιδεικνύουσι τὸν βασιλέα πάντοθεν περιισταμένοις.* hoc est: *imperatore inungendo super scutum considente, imperator pater eius, qui acclamatur, si quidem superest, et patriarcha, anterioribus scuti partibus correptis, reliquas vero tenentibus magistratibus primariis, nempe despotis et sebastocratoribus, si adsunt, aut illustrissimis qui-*

P 535 *busque maxime senatoriorum, ipsum una cum scuto quantum altissime possunt elevantes inaugurandum imperatorem circumfusae undique multitudini ostentant.* ita Cantacuzenus. at noster in elevatione scuti nullam imperatoris senioris operam memorat, totumque id factum in solidum adscribit τοῖς ἐν τέλει *magistratibus*, non omissurus, ut apparet, Andronici patris mentionem, si qua in ista functione pars eius extitisset; sicut paulo infra dum meminit impositae capiti Michaëlis post inunctionem coronae, distincte admonet patrem eius seniorem Augustum coronasse iam inunctum Michaëlem, *adiuvante patriarcha, ac coronae dum imponitur partem tenente.* quid hic dicemus? an negligentiae taxandum Pachymerem? an exquisitiori ceremonia usum in Andronico nepote inaugurando Andronicum avum quam patrem eundem in Michaële filio longe carissimo? nihil horum verisimile putaverim: sed existimo et unam utrobique observatam formam, et ambos historicos quod viderint fide optima narrasse. tantum animadvertendum, duas functiones una et die et opera in Andronico iuniore exercitas, assumptionis in imperium et coronationis, in Michaële dicta quidem die Maii 21 alteram dumtaxat, nempe coronationem, cum iam assumptio anno superiori praecessisset; id quod distincte quidem hic non exprimit Pachymeres, alibi tamen insinuat, vel in titulo c. 4 l. 3, ubi Michaëlem iam tum quando sponsa ei quaeri est coepta (quod longe ante hoc tempus contigit) Augustum iuniorem vocat, vel c. 1 l. 7, ubi Andronici annum vicesimum tertium cum Michaëlis duodecimo concurrisse ait, prout alibi fusius explicabimus, Observ. l. 3 c. 3. non fuisse autem rite assumptum ab Andronico avo in consortium imperii Andronicum iuniorem, sed tantum designatione tacita, dum vixit eius pater Michaël, ut haeredem imperii a populo reveritum, non obscure se arbitratum innuit Andronicus ipse senior, dum, prout narrat Cantacuzenus l. 1 c. 2, mortuo Michaële Andronici iunioris patre, vetuit ne iuraretur deinceps in huius nomen, talem ei patre vivo habitum honorem videlicet existimans, non ut iam Augusto sed tantum ut Augusti filio, quam appellationem patris morte perdidisset. atque haec primae avum inter et nepotem discordiae causa extitit, qua denique composita simul assumptus solemniter in collegam imperii simul coronatus iunior Andronicus est, quod a Cantacuzeno l. 1 c. 41 refertur. idque praestructum, utriusque iam concordis consilio innuitur ad apparatum nuptiarum, quas iunior celebraturus erat cum filia comitis Sabaudiae, quam ideo frater eius (pater enim obierat) ubi rite Andronico iuniori iam, ut a legatis audiebat, imperatori inaugurato despondit, non uti antea quasi sororem natu minorem et sibi subditam tractavit, sed ei deinceps ultro decessit, sibi superiorem illam agnoscens et dominam appellans. ita diserte memorat Cantacuzenus c. 40. sane ante hoc tempus nomine dum-

taxat tenus ac praesumptione, citra ullam legitimis celebratam ritibus assumptionem, fuisse tributam Andronico iuniori appellationem imperatoris, et senior Andronicus demonstrat dum, referente Cantacuzeno l. 1 c. 9, Andronicum eum Palaeologum simpliciter vocat et ut principem agnosci prohibet; et ipse fateri videtur Andronicus iunior, dum eodem libro c. 23 petit ab avo admitti se in consortium imperii cum iure successionis. recte igitur cum simul assumptus, simul inunctus ac coronatus Andronicus iunior fuit, quod narrat Cantacuzenus c. 41, scuti partem anteriorem ipse avus Augustus tenuit, eo consueto ritu ipsum evehens in Augustam dignitatem, quod nondum fecerat: quando autem inunctus et coronatus dumtaxat iam antea evectus in imperium a patre Michaël est, scutum in quo elevabatur a patre sublatum non est, prout Pachymeres rem a se visam describens significat. de sparsis in hac occasione in populum nummulis intra lini segmenta ligatis, quorum hic meminit Pachymeres, vide quae annotavimus in Glossario tomi prioris verbo *ἐπικόμπια*.

p. 197 v. 4. Irene marchionis Montisferrati in Lombardia P 536
filia, secunda coniux Andronici senioris imperatoris, tres ei mares peperit, Ioannem, Theodorum, Demetrium. hoc diserte docet Cantacuzenus praefatione ad Historiam p. 5 ed. Reg. mortuo sine liberis fratre Irenes marchione Montisferrati, cum ad successionem principatus eius mittendus esset aliquis ex Irenes filiis, pater omnium minimum Demetrium eo destinavit, et despotae titulo honoratum in Longobardiam misit ad illam haereditatem iure materno cernendam. sed mater Irene, quae tunc procul a viro Thessalonicae degebat, quaeque, ut Pachymeres alicubi timidius indicat, multo autem exertius Gregoras profitetur, rationes in multis sequens proprias haud multum obnoxie mariti placitis suas subiungere solebat voluntates, aptiorem praerogativa aetatis adultioris ad hoc Theodorum autumans, eum ex propinquiori strenue mittens, adventum Demetrii praevenit. quare marchionatus Montisferratensis possessionem Theodorus adiit, coniuge accepta Spinuli Genuensis viri primarii filia, ex qua cum prolem dumtaxat femininam suscepisset et sic obiisset sine mascula sobole, Montisferratenses Ioannem despotam nominatim ut primogenitum Irenes in principem petierunt, impetraruntque tandem. haec narrat noster l. 7 c. 18, ubi et observat hunc Ioannem plane se accommodasse ad mores Italorum et gratum subditis fuisse. propagasse hic dicitur longam seriem principum non schismaticorum domus Palaeologicae, in vera professione fidei catholicae Romanae.

p. 202 v. 7. *inconcessae affinitatis.* erat ista affinitas qua de personis sexto inter se gradu cognationis iunctis, matrimonio copulandis, speciali ad id obtinenda praelatorum ecclesiae venia, tractabatur, ut auctor capite superiori declaravit. atqui, uti

vol. I noster idem historicus p. 440 v. 10 docuerat, similis impedimenti, sex pariter consanguinitatis graduum, obstantis connubio inter Michaëlem Occidui tractus despotam et Annam imperatoris Michaëlis filiam conciliando, gratiam fecerant, poscente Augusto, qui tunc praeerant ecclesiae, cum tamen adeo praesens et praestans utilitas in rem imperii ex isto coniugio non sperare-tur quam quae certo apparebat ex hoc secutura. nimirum schismatici nunc potentes rerum affectabant religiosiores apparere catholicis tunc et ecclesiae et reipublicae praesidentibus; atque ut Andronicus eiurata concordia cum papa, quam eius pater sancte coluerat, videri studuit, hac superstitiosa omissione affinitatis utilissimae imperio propter metum inanem, quasi eius impedimentum removeri ecclesiae auctoritate nequiret, plus sapere quam ille, quem memimerat pari occasione praesulum ecclesiasticorum auxilium implorasse, ita patriarcha nunc sedens et eius assessores antistites, omnes schismati addictissimi, Ioannis Vecci, qui tunc de sententia catholicorum ei assistentium episcoporum ecclesiastica potestate relaxaverat vinculum e sexto cognationis gradu ortum, quo a iure contrahendi matrimonium despotae Michaël Angelus et Anna Palaeologa filia Michaëlis imperatoris arcebantur, factum damnare voluisse, ultro fatendo excedere id vim patriarchalis auctoritatis. permittebat autem deus, qui non raro factiosos contra ecclesiam conspirantes mutuis inter sese simultatibus committit, sese istos vanis hisce scrupulis invicem
P 537 infestare. nam paulo superius c. 3 Pachymeres refert patriarcham et episcopos praefracte negasse Andronico instantissime oranti constitutionem ecclesiasticam qua sub interminatione anathematis omnes imperio subditi iuberentur Michaëli iuniori Augusto fidem et obedientiam praestare, quasi esset ab ecclesiae materna lenitate alienum diris in perduelles saevire; et istius in ultionem repulsae Andronicum eundem Novellam edidisse, qua largitionem sportularum in episcoporum ordinationibus usitatam ex longo Constantinopoli ut Simoniacam damnabat et deinceps adhiberi prohibebat, vicissim urens praetextu quaesito eos qui se nihilo probabiliori obtentu pupugerant.

Ad adstruenda quae modo dixi, pertinere puto notam marginalem a lectore Graeco manu satis antiqua in ora Barberini codicis positam, e regione si quidem illorum verborum ὥστε τὸν νέον βασιλέα γαμβρὸν ἐκείνῃ γενέσθαι sic ibi scribitur: ἵνα μὴ τοιαῦτα καὶ αὐθις συμβαίνοι, ὁ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεὺς τὰ τοιαῦτα παραχωρεῖ. quae, opinor, significant cavisse illos, qui ecclesiae nunc praeerant, ne imitari viderentur exemplum a Vecco et aliis episcopis Graecis Romanae communionis in illo permittendo connubio, de quo vol. I p. 440 v. 10 actum fuerat, praebitum. causam vero cur id diligenter vitaverint, exprimunt verba sequentia; ὁ τῆς Ῥώμης ἀρχιερεὺς τοιαῦτα παραχωρεῖ, *Romanus*

pontifex talia permittit. nempe auctor annotatiunculae significat studio reprobandi usum et consuetudinem ecclesiae Romanae provectos Graecos schismaticos ad negandam istiusmodi matrimonialium impedimentorum relaxationem, quasi eam Veccus contra fas attentasset propterea quod Romani pontificis auctoritatem sequeretur.

p. 206 v. 4. *Eiurato ritu patrio.* agit de Maria filia regis Armeniae destinata sponsa Michaëli Augusto iuniori, quam ait opera et suasionibus deducentium adductam ad eiurandum ritum patrium. acri circa religionem discidio invicem abhorruisse Graecos et Armenos non semel in hisce historiarum libris Pachymeres innuit. vide vol. I p. 429, vol. II p. 242 v. 10 sqq. et p. 520. solitos porro Graecos eos qui ritum patrium cum suo mutarent unctione velut initiare quadam, et hic vides a nostro historico et infra p. 520 v. 16 diserte affirmatum de Armenis; et idem eos usurpare in Latinis ad ritum Graecum transeuntibus, accipimus e literis nostrorum hodieque in Graecia degentium.

p. 209 v. 13. *Latinis.* hos Latinos apud Cretam insulam armis praevalentes fuisse Venetos indicat noster infra l. 7 c. 8, dum solvisse Constantinopoli Cretam versus Athanasium patriarcham Alexandrinum nave Veneta testatur. sed et idem l. 3 c. 19 clare dixerat Cretam paruisse Venetis.

p. 211 v. 20. mirari licet quomodo Philanthropenus offerre conditionem connubii secum huic mulieri potuerit, quem ex p. 226 v. 9 intelligitur habuisse tunc aliam legitimam uxorem et ex ea filium. an repudiaturum se ostendit antiquam coniugem, P 538
ut locum novae daret? an potius, cum sciret istam viduam Salampaxis Persae non unam ipsi sed primariam inter plures fuisse uxorem, speravit illam crediturum posse connubium rite iniri cum viro praeoccupato aliis nuptiis? seu, quod innuit historicus, non ex vero haec sed astute obtendebantur ad inducendam in fraudem feminam exteram, et sic eripiendam ei quam tenebat arcem.

p. 225 v. 13. *ἀνειδόσεσιν ἱερῶν ἐγκολπίων.* de hoc more firmandi pacta per mutuam traditionem sacrorum amuletorum e collo suspensorum videnda quae notavimus Glossario priori, verbo *ἐγκόλπια*, ubi geminum huic Cantacuzeni locum l. 3 c. 17 a *παρεμπνείᾳ* doctissimi alioqui et accuratissimi necessario vindicamus interpretis.

p. 233 v. 19. *terrae motui, qui per excellentiam magnus appellatur.* puto hic innui terrae motum qui anno Chr. 1202 omnium fando auditorum per Orientem dirissimus contigit, quem Robertus monachus Autisiodorensis in sua chronologia incepisse ait triduo ante Ascensionem, et eo Tyrum Acconem Tripolim etc. magna ex parte concidisse. huius antiqui terrae motus meminisse poterant, cum iste alius de quo noster agit hoc loco Con-

stantinopoli contigit circiter annum Chr. 1296, quicumque vivebant centenarii aut paulo centenariis maiores. meminit alterius Constantinopolitani terrae motus magni scriptor vitae Gregorii 9 Romani pont., referens eum contigisse anno Chr. 1231, quo ait multas domos et templa Constantinopoli corruisse. at huius recordari vel septuagenarii poterant. indicat autem noster solos eos qui ultra vulgarem modum senuissent, illius magni terrae motus potuisse memoriam testari. quare verisimilius forte fuerit hic significari terrae motum anni 1222, quo Caesarius l. 10 c. 47 refert in Cypro insula duas civitates terrae motu fuisse subversas, et in earum altera episcopum sacris operantem et circum praesentem populum templi ruina pariter obrutos periisse.

p. 239 v. 16. Petrus Gillius l. 2 de Topographia urbis Constantinopolis c. 6 existimat Pharum fuisse sitam in promontorio *Ceras* dicto. de hac Pharo hic agi verisimile videtur. unde crediderim aberrare ab auctoris sententia breviatorem Vaticanum, dum hos terminos spatii intra quod digladiari Veneti cum Genuensibus ex pacto cum imperatore inito nequirent, sic exprimit: *ἀπὸ τοῦ στενοῦ Καλλιουπόλεως μέχρι καὶ τοῦ ἱεροῦ*. quid vocet *ἱερόν* ipse viderit. fauces quidem ad Callipolim eaedem non sunt cum faucibus quae ad Sestos et Abydum, sed e diametro illae sunt invicem oppositae, media inter utrasque Propontide.

P 539 p. 242 v. 11. Quod codices B et A *ἔκ τινος αἰτίας εἰκαίας* habent, Vat. exprimit *ἔκ τινος μηδαμινῆς αἰτίας*, *causa* vel offensiuncula *nihili*.

v. 15. *rex Armeniae*.... hunc regem Armeniae Sanutus l. 3 p. 13 c. 2 Haythonem vocat, et venisse Constantinopolim dicit eo quod Michaël Andronici filius sororem suam desponsasset. congruunt haec cum Pachymere, qui superius docuit regis Armeniae filiam Mariam nomine Michaëli nupsisse. explicat autem Sanutus de quo genere convictus Pachymeres agat, dum ait hunc regem cum Freriis vixisse. docet quippe sumpsisse illum habitum ordinis Minorum S. Francisci, et ut sodalem horum patrum et fratrem Constantinopoli vixisse; unde sumpta occasione Sebath Haythonis frater regnum Armeniae occupavit. qui etiam Haythonem deinde captum excoecavit. sed is divino miraculo rursum adeptus usum oculorum, regni quin etiam compos est factus; et Sebathum Constantinopolim misit, rogans imperatorem ut eum illic detineret. haec ibi Sanutus. et ex eo fusius Spondanus an. Chr. 1294 n. 10 et 11.

p. 247 v. 10. *τὴν γοῦν ἀνάγκην γίνεσθαι χάριν νικᾷ τῇ συνέσει*. sic codex B. Vat. autem *νικᾷ γοῦν ἡ σύνεσις τὸ ποιεῖν χάριν τὴν ἀνάγκην*. perobscuri loci ut possit intelligi, primum constituenda scriptura est. puto in voce *νικᾷ*, ut in c. B cum circumflexo in ultima legitur, mendum esse. non enim est haec tertia persona indicativi praesentis a *νικάω*, *νικῷ*, sed secunda

persona praesentis imperativi. itaque acuenda penultima est, ut sit νίκα contractum ex νίκαε. et huius vestigium scripturae aliquod videri potest praeferre Vat. codex, dum ultimam acuit in voce νικά, in sede accentus, non in accentu peccans. sic ad verbum haec sonant: *vince prudentia, ut necessitas gratia fiat.* hoc est: cum sit necesse usu iam recepto dare titulum fratris in literis Sultani, ne dubites hoc libenter facere, consideratione scrupulum vinceris.

p. 250 v. 20. *quae cum ita sint, acri opus esse deliberatione* etc. his verbis explicatur aestus animi, quo patriarcha et imperator ex repertis Athanasii scriptis diras intentantibus turbabantur, vano quidem metu. nam quid ex impotenti privati iam hominis iracundia chartis clancularíis timide indita formidari iure poterat? tamen isti schismatici, qui dirissima omnium anathemata ultro arcessere in sua ipsorum capita non dubitabant obedientia Christi vicario neganda et dilaceranda ecclesia, religiosi usque ad superstitionem apparere affectabant, illic trepidantes timore ubi non erat timor, ut dicitur Psal. 13. id quod illis merito exprobrat quidam prudens verbis hisce ad oram codicis B e regione loci huius adscriptis: ἡ ἀπαιδευσία καὶ ἡ ἀμάθεια τὰ μηδαμῇ μηδαμῶς φοβερὰ φοβεῖται, τὰ δ' ἀληθῶς φοβερώτερα οὐ δέδοικεν. *inscita insulsaque stultitia, quae nulla prorsus ratione metuenda sunt, metuit; quae autem longe formidolosissima merito censeantur, securo contemptu negligit.* quibus utique illud Christi Matth. 23 24 convenit: *duces coeci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.*

p. 251 v. 1. *disquirebat anxio incertoque consilii animo.* ad haec ille idem censor marginalis haec annotat: οὐχ οὕτως Ἀλέ- P 540
ξανδρος, ἀλλὰ τὸν Γορδίου δεσμὸν πελέκει ἔλυσεν. *non sic Alexander, sed Gordii nodum securi solvit.*

p. 266 v. 4. quae sequuntur in contextu Graeco post haec verba: ἀλλ' οὕτω μὲν Ὀσφεντίσθλαβος, sic plane ut hic leguntur in utroque optimo cod. expressa, inextricabili perplexitate confusa sunt. nam noster natura tenebrosus, quoties multa paucis studet cogere, densiori se caligine involvit. Vaticanus epitomator paulo distinctius hunc locum explicat. eius haec verba sunt: εἶχε μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς τὸν Τερτερῆ μετὰ πολλῶν ἀρχόντων αὐτοῦ καὶ Ῥαδόσθλαβον σεβαστοκράτορα Βουλγάρων, εὐγενῆ τῶν ἐκεῖ· ἀδελφὸς γὰρ ἦν τοῦ Μίλτζου ὃς ἐβασίλευσε Βουλγάρων βουλήσει Νογᾶ ἀποστάντος τοῦ Τερτερῆ· ἐλθόντος δὲ τοῦ Τζακᾶ, τῆς ἀρχῆς ἐξέβληται ὁ Μίλτζος. τοῦτον οὖν τὸν Ῥαδόσθλαβον εἶχε μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς περὶ τιμῆς, καὶ τὸ τοῦ σεβαστοκράτορος ἀξίωμα βεβαιοῖ. ἀποστέλλεται οὖν ὁ Ῥαδόσθλαβος ἀπὸ Θεσσαλονίκης παρὰ τοῦ βασιλέως μετὰ μεγιστάνων Ῥωμαίων καὶ ἱκανῆς δυνάμεως κατὰ τοῦ Ἐλτιμηρῆ, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Τερτερῆ. νικᾷ γοῦν ὁ Ἐλτιμηρῆς τὸν Ῥαδόσθλαβον, καὶ κρατήσας αὐτὸν καὶ ἐκτυφλώ-

σας στέλλει παρὰ βασιλέα πρὸς τὴν οἰκείαν αὐτοῦ σύζυγον· τοὺς δὲ μεγιστάνας τῶν Ῥωμαίων ἐκράτει, μέχρις ἂν ὁ βασιλεὺς τὸν Τερτερῆ καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ δοὺς ἀνταλλάττει τούτους. haec Vaticanus breviator Pachymeris, qui non meminit memoratae auctori δεσποτείας Ἐλτιμηρῆ κατὰ τὸν Κροῦνον. ea vox a Pachymere bis posita in altero loco Κροῦρον scribitur. nos utrobique Κροῦνον scripsimus, quod Cruni loci mentionem apud geographos reperimus, non autem Cruri Κρούρου. praeterea epitomator omittit Eltimerem fuisse fratrem non solum Terteris, sed et coniugis Smiltzi, rem diserte expressam a Pachymere. deinde contra huius auctoritatem affirmat venisse in potestatem imperatoris Rhadosthlabum una cum Tertere: hic enim ait sponte illum ad imperatorem transfugisse ὁ γὰρ Βουλγάρων σεβαστοκράτωρ Ῥαδόσθλαβος βασιλεῖ προσχωρήσας. deinde asserit epitomator ab Eltimere commutatos proceres Romanos cum Tertere et eius proceribus ab imperatore detentis, cum auctor nullam mentionem faciat Bulgarorum procerum simul ista permutatione liberatorum, sed unius tantummodo Terteris cum Romanis numero tredecim magnatibus commutati meminerit, ac permutationem ab Osphentisthlabo, ad quem Eltimeres Romanos misisset, factam dixerit. nos nihil in Graeco Pachymeris contextu immutare ausi, sententiam loci, prout divinare potuimus, exprimere summus conati quam clarissime.

p. 268 v. 2. Praeter hanc filiam nothàm Andronicus et aliam habuit similiter illegitimam, Irenen nomine, cuius meminit Gregoras l. 7, quam et nuptui deinde traditam ait Ioanni duci Pelasgorum et Thessalorum principi. haec eadem esse potuit, quam oblatam in sponsam Cazani noster inferius indicat, nuptiis, prout apparet, non secutis.

p. 270 v. 19. Constantissime perstitisse Veccum usque ad extremum spiritum in semel edita professione recti dogmatis de processione Spiritus Sancti etiam ex filio, et subiectionis Christi vicario Romano pontifici debitae, praeter quam satis indicat noster historicus et hic et quoties de illo agit, manifeste evincit eius testamentum instante morte in carcere tot annis pro religione a schismaticis tolerato conditum. cuius ideo exemplar nactus beneficio Ill. Allatii, hoc loco illud apponam cum Latina interpretatione mea.

P 541

Η ΔΙΑΘΗΚΗ ΤΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΙΩΑΝΝΟΥ.

Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ἐξορίαις καὶ φυλακαῖς τὸν βίον καταλύοντες βίον, εἰ καὶ μηδὲν ἴσως ἕτερον ἔχουσιν ἐφ' ᾧ ἂν καὶ

TESTAMENTUM CONSTANTINOPOLITANI PATRIARCHAE IOANNIS.

Plerique hominum in exiliis et carceribus vitam absolventes, utcunque forte morientes nihil habeant quod supremis tabulis cuiquam legent, prae-

διαθῶνται, ἀλλ' ὡς ἐν τύπῳ γοῦν διαθήκης τὴν τοῦ ἐγκλήματος ἐξάρνησιν διατίθενται, ἐφ' ᾧ ἄν τις αὐτῶν καὶ τύχοι τὴν ἐξορίαν καὶ φυλακὴν καταδικασθείς, ἐντεῦθεν, οἶμαι, οὐδὲν πραγματευόμενοι ἕτερον, ἢ τὸ τῆς κακουργίας, δι' ἣν οἱ πολλοὶ τὰς τοιαύτας καταδίκας ὑφίστανται, ἀποτριβόμενοι ὄνειδος. ἐμοὶ δὲ τῷ ταπεινῷ καὶ ἁμαρτωλῷ, τοῦ τε Θρόνου ὃν τοῖς ἀρρήτοις θεοῦ κρίμασιν ἔλαχον διωχθέντι, τάς τε μέχρι θανάτου ἐξορίας καταδικασθέντι καὶ φυλακάς, οὔμενουν μέλει, οὐδὲν ἐν χρείᾳ γεγονότι πτωχῆς καὶ πενιχρᾶς διαθήκης, τὸ τούτων μοι παραίτιον ἔγκλημα ἐξαρνήσασθαι· ἀλλὰ καὶ τόσον διὰ σπουδῆς ἡ ὁμολογία, ὅτι καὶ τὴν ἐπιτελεύτιον φθάνων ἀνάγκην καὶ διατίθεμαι καὶ ὁμολογῶ. ὡς γὰρ τοῖς ἄλλοις εἰς ἀποσκευὴν ὀνείδους τοῦ ἐπὶ κακουργίᾳ τοῦ ἐγκλήματος ἡ ἀπάρνησις, οὕτως ἐμοὶ πρὸς τὸν αὐτὸν σκοπὸν ἡ ἀπολογία. ἐπεὶ γὰρ τὸ τὴν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπόρευσιν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ὕπαρξιν φρονεῖν καὶ πρεσβεύειν με ἔγκλημα ἐλογίσθη τῆς τοῦ πατριαρχικοῦ ἐκπτώσεως θρόνου καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ ἕως θανάτου ἐξοριῶν καὶ φυλακῶν ἄξιον, οὐ φεύγω τὸ ἔγκλημα, οὐκ ἀπαρνοῦμαι ὡς μῶμον, ὡς ὄνειδος οὐκ ἀποσκευάζομαι· κἂν τινι ἐπάξιον ὕβρεως, ἐγὼ τοιοῦτον ὕβρεως στέφανον ἀναδεῖσθαι οὐκ ἀπαναίνομαι. πῶς γὰρ ἂν καὶ ἀρνησαίμην ὀνειδισμὸν ἐπὶ δόγματι, ὅπερ καὶ εἰς ὀνειδισμὸν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ οἱ ἀντιλέγοντες ὑμῖν περιτρέπουσιν; εἰ γάρ τινα ὀνειδισμὸν τοῦ

textu tamen et forma condendi testamenti luculentam criminis, ob quod addici eos exterminio ac custodiae contigit, infitiationem codicillo rite ultimo consignant, non aliud, quantum arbitror, inde sibi proventurum potissimum commodum spectantes quam amolitionem famae sinistrae, memoriam quoque ipsorum post vitam exhaustam gravaturae; qua plerisque hactenus persuasum sit iure ipsos ac merito poenis fuisse istiusmodi subiectos, quippe vere reos sceleris ob quod iuste legitimeque damnati fuerint. mihi contra humili et peccatori, et throno, quem ineffabilibus dei iudiciis sortitus fueram, delecto, et exiliis carceribusque usque ad mortem damnato, nec quidquam in mendica et misera fortuna quod transmittam haeredibus habenti, haudquaquam scribendi tamen testamenti consilium innascitur ut in eo crimen abnegem tantarum mihi calamitatum causam: eius quippe profitendi ac quasi glorianter ostentandi tanto potius studio teneor, ut hac solum gratia obtentum hunc usurpem supremarum tabularum pro moribundorum consuetudine scribendarum, quo nimirum in iis ultimo et irrefragabili testimonio confirmem me in istius professionis irrevocabili constantia usque ad extremum halitum durasse. nam quae aliis amolitioni dedecoris est, criminis, cuius habentur rei, negatio, mihi eadem infamiae causa esset, propterea que famae posthumae consulens illud hic ultro clareque confiteor. quoniam enim imputatum mihi vice criminis est, quod processionem Sancti Spiritus ex patre per filium et eiusdem Spiritus ex patre per filium extantiam crederem et docerem, ideoque dignus iudicatus sum qui et e patriarchico throno deiicerer et exiliis custodiisque usque ad mortem addicerer, non me illud conscivisse, non in eo perstare infitior, non id a me ut probrum, ut dedecus, amolior: quin si cui forte id contumelia dignum pudendumque videatur, ego ab eo dissentiens laudis hoc in parte pono, ac talis quidem opprobrii velut corona quadam redimiri me non renuo. quorsum enim infitiando repellerem opprobrium, quod ob professionem recti dogmatis non magis in me quam

Χριστοῦ φησὶν ἡ γραφή, τοῦτον οὐκ ἄλλον ἐγὼ φημι τὸν τοιοῦτον εἶναι ὀνειδισμόν. οἱ γὰρ ὑπὸ τῆς στενοχωρίας τοῦ τῶν γρα-
P 542 φῶν ἐλέγχου ἀναγκαζόμενοι τὴν δι' υἱοῦ ἐκπόρευσιν πατρικὸν εἶναι δόγμα ὁμολογεῖν, καὶ μηδὲ εἰς τὴν τῆς ἐκπορεύσεως ὁμωνυμίαν ὀρθοποδοῦντες, ὡς ὑπὸ τῆς τῶν γραφῶν στενοχωρίας ἀγχόμενοι τῶν ὑποστατικὴν τοῦ πατρὸς ἰδιότητα τὴν ἐκπόρευσιν διατρανουσῶν, ὅμως μέντοι ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς ἀναισχυντοῦντες λέγειν τὸ πνεῦμα ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, πανταχοῦ σθένει ἀναγκῆς ἀποδεικτικῆς ἀπελέγχονται κατ' αὐτὴν τὴν ἐκπόρευσιν, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν τὴν ὕπαρξιν, ἣν, ὡς αὐτοί φασιν, ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα ἔχειν τὸ ἅγιον, ὀργανικῶς διῆκον αὐτὸ φρονεῖν διὰ υἱοῦ ὡς ἐπόμενον τούτῳ συναφαίνεσθαι τῷ φρονήματι, καὶ τὸ μέχρι λόγων ψιλῶν ἴδιον υἱοῦ, ἀληθῶς δὲ ἀλλότριον πρεσβεύειν αὐτοῦ ἐπεὶ λόγος ἔσται ὁ πείσων οὐδείς, ἴδιον εἶναι υἱοῦ τὸ μὴ ἐξ αὐτοῦ, ἤτοι δι' αὐτοῦ. ὅτι γοῦν τὰ δύο ταῦτα ἔκτοπα ὡς ἀληθῶς ἀσεβήματα, ὀργανική τε ὑπηρεσία τοῦ υἱοῦ τῷ πατρὶ ἐπὶ τῇ ἐκπορεύσει τοῦ πνεύματος, ἀλλοτριότης τε τοῦ πνεύματος ἐξ υἱοῦ, ἀναγκαστικῶς ἀποδείκνυται ἐξ ὧν φασὶν οἱ ἐκ μόνου τοῦ πατρὸς τὸ πνεῦμα ἔχειν τὴν ὕπαρξιν λέγοντες, καὶ τὴν δι' υἱοῦ ἐκπόρευσιν κατὰ τὴν τοῦ γραφῶν ἐλέγχου στενοχωρίαν, σὺν τῷ ἰδιάζοντι τῆς ἐκπορεύσεως ἀπαρνεῖσθαι μὴ ἔχοντες, εἰς ὀνειδισμόν, ἐγὼ φημι, τοῦ Χριστοῦ τὴν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπόρευσιν περιτρέπειν αὐ-

in ipsum Christum a communibus utriusque intorquetur adversariis? nam si fieri posset aliquod Christi opprobrium sacris affirmari literis, hoc ego unum prae omnibus esse contenderem, si ex sacra doctrina, quod isti volunt, re vera conficeretur. caeterum in hoc hallucinantur ii quibuscum mihi controversia est, quod ipsis, vi argumentorum ex authenticis scripturarum et patrum testimoniis depromptorum ineluctabiliter pressis, cum nulla ostenderetur via declinandi, quin fatenda esset ac pro certo dogmate habenda Sancti Spiritus ex patre per filium processio; aliunde vero cum pari theologicarum ex scripturis ratiocinationum evidentia constringi se putarent ad affirmandum, proprietatem esse personae patris hypostaticam originalem spirationem activam, concordare cum eo nequivere consortium in spirando filii cum patre; indeque in frivolam abstracti cavillationculam vanae distinctionis sunt, qua pernegant idem esse *processionem* et *extantiam*, ac fatentes *procedere* quidem Spiritum ex patre per filium, dici tamen vetant Spiritum per filium *extare*, spirationem activam transire per filium fingentes quasi per medium et instrumentum inanime in nullo cooperans, ut ea ratione procedens Spiritus consequens quiddam intelligatur ad filium sola cogitatione, cui nihil respondeat in re, ita ut proprius filii Spiritus verborum tenus et meri soni dicatur, re autem vera alienus ab eo sit, utpote qui e solo procedat et extet patre. nulla quippe persuadeat ratio Spiritum filii dici, qui ex filio non sit, aut, quod idem est, per ipsum suam non habeat extantiam. quoniam igitur duo haec absurde, ut vere dicam, et impie asserta, nimirum filium esse instrumentum ministratorium patri in processione Spiritus, et eundem Spiritum alienum esse a filio, necessaria consecutione demonstrantur ex his quae isti aiunt, dum Spiritum ex solo patre habere extantiam affirmant, aio ego processionem per filium, quam arte stringentia scripturarum testimonia fateri cogunt, cum eo quod proprium processionis est, infitiari non valentes ipsos, pervertere in opprobrium Christi processionem ex patre per filium

τούς. τί γὰρ ἂν εἰς ὀνειδισμὸν Χριστοῦ καὶ γένοιτο χεῖρον τοῦ τὸ ἴδιον αὐτοῦ πνεῦμα, ὅπερ ἡ ἀληθής ἐστιν αὐτοῦ δόξα ὡς αὐτὸς τοῦ πατρός, αὐτοῦ ἀλλοτριοῦν; καὶ τί ἂν εἰς ὀνειδισμὸν Χριστοῦ καὶ γένοιτο χεῖρον τοῦ ὑπηρετικὸν αὐτὸν πρεσβεύειν ὄργανον τοῦ πατρός; Ἀρειανισμὸς πάντως ταῦτα λαμπρός. καὶ τοῦτον φεύγων ἐγὼ τόν τε ὀνειδισμὸν οὐκ ἀναίνομαι, ἂν τινι αἰσχύνη δοκεῖ τὴν ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ἐκπόρευσιν, ἐκ πατρὸς δι' υἱοῦ ὕπαρξιν φρονεῖν καὶ πρεσβεύειν με, τήν τε ὁμολογίαν ταύτην τῆς παρούσης μου διαθήκης προανατάττω. ἐφεξῆς δὲ διατίθεμαι οὐ πλοῦτον, οὐ χρήματα οὔτε κτήματα (πάντα γὰρ συναφῃρέθη τῷ P 543
θρόνῳ) οἰκείοις διανέμων καὶ ἀλλοτρίοις, τὰ δὲ προσόντα μοι βραχέα καὶ πενιχρὰ τοῖς ἐν τῇ φυλακῇ συμπαραμείνασί μοι παισίν, ὧν ὁ μὲν εἰς τάξιν υἱοῦ μοι λελόγισται, εἰς ὑπηρέτην δέ μοι ὁ ἕτερος, κατὰ τὴν ἐνοῦσάν μοι διαμερίζων ἐπίκρισιν.

Ἰωάννης ταπεινὸς ἐλέῳ μὲν θεοῦ ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως, διὰ δὲ τὸ ἀληθὲς τῶν πατέρων δόγμα, τὴν ἐκ πατρὸς δηλονότι δι' υἱοῦ ἐκπόρευσιν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, τὴν ἕως θανάτου ἐξορίαν καὶ φυλακὴν καταδικασθείς, οἰκειοχείρως τὴν παροῦσάν μου διαθήκην γράψας ὑπέγραψα.

quid enim in opprobrium Christi statui peius possit quam alienare proprium ab ipso Spiritum, qui gloria eius est, sicut et ipse gloria est patris? et quid rursus in opprobrium Christi decernatur peius quam si declaretur et praedicetur esse ipsum ministratorium instrumentum patris? Arianismus omnino haec manifestus sunt. et hunc fugiens ego, non recuso quod inde in me redundat opprobrium, si cui pudenda res et dedecus inferens videatur, sentire ac praedicare me patris per filium processionem esse item ex patre per filium extantiam. itaque hanc professionem in capite huius mei testamenti colloco. deinde vero suprema voluntate statuo non de divitiis, non de pecuniis, non de possessionibus (omnia enim ista simul cum throno mihi erepta sunt), eas aut domesticis dividens aut alienis, sed de reculis quas habeo hic paucis, cunctas pueris, qui mecum in carcere permanserunt, quorum alterum loco filii habui, altero famulo sum usus, mei arbitrio iudicii dispertiens.

Ioannes humilis miseratione dei archiepiscopus Constantinopolis, propter autem verum patrum dogma, videlicet processionem Spiritus ex patre per filium, exilio usque ad mortem et custodia damnatus, propria manu scriptum praesens hoc meum testamentum subscriptione firmavi.

Requiret forte aliquis in hoc testamento Vecci professionem subiectionis ad Romanum pontificem. verum ea satis, ni fallor, innuitur in subscriptione, ubi pro Constantinopolitano archiepiscopo se adhuc ferens Veccus, quod suam depositionem merito irritam existimaret, abstinet tamen a titulo ambitiose usurpato ab eius sedis antistitibus schismaticis, oecumenici patriarchae.

p. 279 v. 1. Illa hic memorata consuetudo vetus commemorationem defunctorum multa facum accensione celebrandi non ad paulo ante factam *Ληναιῶνος ἐνεστηκότος ineuntis Februarii* mentionem referenda est, quasi eius potissimum mensis initio ex

more antiquo is ritus observaretur, sed ad indicationem praecedentem vesperae parascenes sive sextae feriae, quando iam usu ecclesiastico sabbatum postridianum inchoari censebatur, siquidem cunctis hebdomadarum omnium sabbatis ecclesia Graeca mortuorum memoriam recolebat. hoc docet nos Gennadius patriarcha libro de Purgatorio sic scribens: *ἀκμὴν ἀσύνετοί ἐστε, καὶ οὐκ ἔγνωτε ὅτι ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία εὔχεται ἀεὶ ὑπὲρ πεκοιμημένων, καὶ κατὰ πᾶν σάββατον μόνως περὶ τῶν ψυχῶν μνείαν ποιεῖται, καὶ σαββάτῳ ἔτι ὃς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἄγει πανήγυριν περὶ μνήμης ψυχῶν μνείαν, ἐν τῷ πρὸ τῆς Ἀπόκρεώ φημι καὶ τῷ πρὸ*
P 544 *Πεντηκοστῆς. adhuc et vos sine intellectu estis, et non cognovistis Christi ecclesiam orare semper pro iis qui dormierunt, et per omne sabbatum memoriam facere solitam animarum. praetereaque bis in anno panegyrim celebrare commemorationis animarum, nimirum sabbato praecedente dominicam Carnisprivii et sabbato ante Pentecosten.* haec Gennadius. annus quo contigit hoc loco narrata Andronici Thessalonicam profectio, ut infra l. 3 c. 7 ostendam, fuit Christi 1299. qui annus cum numeraverit cyclum solis 20, cui competit litera index dominicae D, intelligitur hic memoratam feriam sextam ineunte Februario in sextum Februarii diem incidisse. fuit ergo talis diei vespera inchoata commemoratio defunctorum mere hebdomadaria, non autem una ex solemnibus mortuorum panegyribus, quae bis, ut ex Gennadio audivimus, in anno ceremonia exquisitiori celebrantur, sabbato praecedente dominicam *Ἀπόκρεω* sive, ut cum vulgo loquar, *Carnisprivii* Graecorum, quae coincidit cum nostra dominica Sexagesimae, et sabbato ante Pentecosten: nam de sabbato quidem Pentecostes, satis patet quam a mense Februario remotum sit. sabbatum autem dominicae Carnisprivii Graecorum sive Sexagesimae, illo anno Pascha 19 Aprilis habente, fuit dies 21 Februarii, quae ad *Δηναιῶνα ἐνεστηκότα ineuntem Februarium* nullo pacto pertinet. notum quippe satis decem tantum primos cuiusque mensis dies ista *μηνὸς ἐνεστηκότος mensis ineuntis* apud Graecos appellatione designari; cum qui sequuntur ad 20 *μεσοῦντι μηνί medianti mensi*, reliqui ad finem usque *λήγοντι*, hoc est desinenti, mensi tribuantur. atque hoc ipsum, videlicet ordinariam et hebdomadariam dumtaxat fuisse hanc commemorationem mortuorum, indicat noster historicus, dum non *πανηγριζομένων* sed *μνημονευομένων* hoc loco *τῶν κεκοιμημένων* meminit. mentionem porro hic factam accensarum facum, quam ego in interpretatione ad ecclesiasticum usum revoco, non deerit forte qui contendat ad mere civilem referendam fuisse rationem. enimvero nec ego ignoro tali plerumque locutione designari tempus vesperae adultae usque ad iam increbescentes tenebras post occasum solis, quando ad necessarium videndi usum, intra domos praesertim faces accenduntur. sed si quis attentius reputet,

videbit haud esse verisimile imperatorem, summa praesertim et rigida hieme, horam elegisse profectioni ex urbe capessendae, qua nocte ingruente aër magis magisque obscuraretur. prima ergo pars vespertini temporis, sole ad occasum vergente sub tertiam horam a meridie, intelligenda est. tali enim tempore recte imperator cum numerosissimo suo comitatu dare se in viam potuit, reliquiis lucis diurnas suffecturis ad perveniendum in dissitam paucis milliaribus ac suburbanam stationem Dripeam: ibi enim diversorium habebat paratum in noctem insequentem. non ergo quando urbe imperator exivit sole adhuc lucente civilis necessitatis gratia faces accendebantur, cum longe crepusculum abesset. quare restat ut id ad ceremoniam religiosam sit referendum, occupari videlicet solita iam tum postridiana commemoratione defunctorum, accendendis per omnia templa luminibus. ad extremum observo mentionem hic *παρασκευῆς* non intellectam a Vaticano paraphraste iuxta veram et usitatam auctori notionem feriae sextae. sic enim hunc locum exhibet: *τότε γοῦν παρασκευασθεὶς ὁ βασιλεὺς ἔξεισι. tunc igitur paratus imperator exiit.* ita ille, translata ad apparatum profectionis diei parasceues expressione; quo et valde superficiarie defunctum hunc epitomatorem apparet, et non valde fuisse peritum rituum Graecorum suspicio movetur. non fuisse mihi tamen illum inutilem, hic ipse grate profitendi locus est. nam quaedam in hoc capite, prout describitur in codicibus duobus alioquin optimis, diminute aut confusiuscule posita exertius Vaticanus paraphrastes et intelligibilius exponit. quare nonnihil ex illo interpretans adscivi; quod quale sit, ne, cui forte id curae fuerit, ignoret, verba eius hic adscribam. loco igitur eorum quae sequuntur in nostro contextu Graeco post illa verba *Ἰωάννης δέ* usque ad finem capitis, Vaticanus haec exhibet: *ὁ δὲ πατριάρχης ἔμαθε τὰ* P 545 *βουλευόμενα παρά τινος. ἔξεισι γοῦν τῷ βασιλεῖ συνταξόμενος καὶ τὰ περὶ τούτων κινήσων βουλόμενος. πολλὰ γὰρ ἦν τὰ προσισταμενα τῷ συναλλάγματι, πρῶτον τὸ ἀπολῦσαι τὴν ἰδίαν γυναῖκα τὸν κράλην, δεύτερον ἀνήλικον τῆς θυγατρός, τρίτον τὸ ἀκουσθῆναι ὡς ἐπιδημήσασαν τὴν μοναχὴν γυναικαδέλφην τοῦ προτέρου ἀδελφοῦ Στεφάνου τοῦ κράλη εἰς Σερβίαν ἰδεῖν τὴν ἀδελφήν, ἥτις ἦν γυνὴ τοῦ Στεφάνου, ὅστις ἦν καὶ κατεαγὼς τὸ σκέλος· διὰ τοῦτο καὶ ἀπραγμόνως ἔζη· αὐτὸς γὰρ ἦν δικαιότερος τὴν ἀρχὴν ἔχειν, ὡς πρῶτος ἀδελφός· αὐτὴ γοῦν ἡ μοναχὴ καὶ τοῦ βασιλέως ἦν γυναικαδέλφη ἐκ τῆς τοῦ ῥῆγος Οὐγγρίας. ταύτην οὖν* (forte *ταύτῃ*) *πορνικῶς ἠκούσθη συμμιγῆναι ὁ κράλης ὁ τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως λαμβάνων.*

p. 306 v. 3. *enarratores Ascraei poëtae.* sane in Graecis scholiis hodie in Hesiodum extantibus (fol. 68 ed. Venetae Trincavelli anni 1537) legitur ad illa poëtae verba *μῆνα δὲ Δηναιῶνα* haec Moschopuli annotatio: *κατὰ τὸν μῆνα δὲ Δηναιῶνα, ὅστις*

ἐστὶ Ἰανουάριος. infra fol. 73 p. 2 post medium Ioannes Tzetzes ad eumdem locum sic observat: μῆνα δὲ Ληναιῶνα τὸν Χοιάκ ἤτοι τὸν Ἰανουάριον, ὃς Ληναιὸς παρὰ Ἴωσι καλεῖται. quod autem se Pachymeres alioqui dissentientem in hoc ab iis, tamen dum carmen apud ipsos pangeret (εἰ καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς κατ' αὐτοὺς ἐποποιοῦντες) quasi excusat, quod eorum improbatam alias sententiam expresserit, aut indicat se alicuius horum magistri ludum frequentantem eos versus conscripsisse; aut si aetas vel aliud repugnet quominus Ioannis Tzetzae aut Moschopuli Pachymeres auditor fuerit, dici posset id carmen ab eo scriptum dum ludimagistris operam puer daret, qui Hesiodum ex prius publicatis Ioannis Tzetzae aut cuiusvis alterius expositionibus enarrarent. dixi et de his in Glossario.

p. 308 v. 13. ὡς μήτ' αἰδὼ παρ' ἀλλήλων ἀπεῖναι σφίσι. ultro fateor me in his verbis supplevisse syllabam ἀπ in verbo εἶναι, quod solum in codicibus B et A legebatur, mendo a loci sententia manifeste redarguto.

p. 321 v. 14. Respicit his auctor rem narratam Iliad. δ a v. 93 ad 154. ibi Pandarus refertur inobservatus et contra fidem pacti foederis sagittam in Menelaum immisisse, quae tamen summam illi dumtaxat cutem perstinxerit leviter. in quo dissimilis fuit exitus utriusque iaculationis. nam haec ab Alano pari fraude perfidiaque attentata grave re vera et profundum vulnus in Raülis magni domestici vitalia pertulit, quo spectant illa nostri verba ὀϊστῷ βάλλει, καὶ καιρίαν, οὐ κατ' ἐκεῖνον (nempe Pandarum) πληγὴν δίδωσι: de Pandari enim telo sic Homerus scribit

ἀκρότατον δ' ἄρ' ὀϊστὸς ἐπέγραψε χρόα φωτός.

summam extimamque sagitta superscripsit cutem viri. Raüli autem Alanus καιρίαν, hoc est altam et periculosam, si non etiam letalem, infixit plagam.

P 546 p. 325 v. 14. Haec digitum intendunt in Odysseam μ, ubi refert poëta vidisse Ulissem raptos a Scylla discerpi ac vorari sex e suis sociis, summo dolore suo, quod iis opitulari nullo pacto posset. unde ait

οἰκτιστον δὴ κεῖνο ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσι
πάντων ὅσσ' ἐμόγησα, πόρους ἁλὸς ἐξερεείνων.

non potuit autem noster aptiori imagine repraesentare cordolium Romanorum suos cives in mari a piratis cruciari e litore spectantium sine ulla facultate succurrendi.

p. 327 v. 21. Fuerit haec Thymaena urba, quam Ptolomaeus in Galatia collocat; cuius et Arrianus meminit in Periplo. alii Teuthraniam appellant.

p. 338 v. 23. Sumptum ex Iliad. ε v. 449:

αὐτὰρ ὃ γ' εἶδωλον τεῦξ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων,
αὐτῷ τ' Αἰνείᾳ ἴκελον, καὶ τεύχεσι τοῖον.

unde Virgilius Aeneid. 10

tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram
in faciem Aeneae, visu mirabile monstrum,
Dardaniis ornat telis.

p. 350 v. 19. Quae hic citantur ex Ethicis S. Basilii, inter ea quae hoc nomine leguntur in collectione edita operum eius S. P. non reperi. in epist. ad Amphilochium can. 10 p. 764 ed. Paris. an. 1618 quaedam de iuramento habentur, a causa et casu hic a Pachymere tractato non omnino abhorrentia.

p. 356 v. 12. Vitio vertitur episcopo Marmaritziensi, *quod multos simul ordinaret eiusdem in sacerdotio ordinis una sacra functione.* hoc est, opinor, quod causa compendii in ordinationibus, quas, ut ante historicus retulerat, pecunia venderet, unica impositione manuum multos simul initiaret, errore intolerabili existimans nihil esse necesse unicuique singillatim ritum illum sacrum adhibere, quod ei festinanti lucri Simoniaci gratia, in quam plurimis quam brevissimo tempore ordinandis, id commodum videretur, parum pensi habens quaestuoso se illigare sacrilegio. ergo ἱερωσύνη *sacerdotium* hoc loco generatim ordines maiores indicat, puta diaconatum et presbyteratum, et cum *multos* dicit *eiusdem ordinis unica sacra ceremonia* μιᾷ τελετῇ ordinasse, significat plures diaconatus, plures etiam presbyteratus petitores, non singulis adhibendo sacrum ritum sed uni pro cunctis, aut super omnes in commune ceremoniam legitimam exercendo, abunde universos pro P 547
recte ac viritim initiatis habuisse.

v. 14. Quaenam sit his verbis memorata magna synodus, post quam *episcopi defecisse* dicantur in *Occidente*, hoc est, esse desiisse legitimi ecclesiarum praesules verae ordinationis charactere insigniti, quaeri non immerito potest. mihi non videtur dubium quin hic agatur de synodo oecumenica 8 eademque Constantinopolitana 4, et tempore et causa Photii celebrata, maxime super controversiis Ignatium inter et Photium. post hanc cum fraudibus et mendaciis suis Photius ita Graecos a Latinis alienasset, ut numquam deinceps bona fide universa Orientalis ecclesia cum Occidentali consenserit, desierunt oecumenica concilia in Oriente celebrari, unde ultima fuit synodus octava inter eas quae in Orientalis imperii celebratae ditione in commune consulentes concordi assensu Graecos pariter et Latinos habuere. finxerunt autem Graeci schismatici, quod refert hoc loco Andronicus addictissimus schismati et infensissimus ecclesiae Romanae, ex illo tempore quo vixit Photius et est synodus oecumenica octava celebrata, desiisse in Occidente veram episcoporum successionem. de conficta ab impostore notissimo Photio, et a Photianis iactata synodo, quam isti nomine octavae venditant, vide opus ante hos annos sex hic Romae editum ab Ill. Leone Allatio, hoc titulo: *De octava synodo Photiana.*

p. 374 v. 7. E regione horum verborum: *ἐμοὶ μὲν, ἔλεγεν, ἦν ἀναγκαῖον* etc., quibus Andronicus magnifice iactat *unum sibi videri necessarium, esseque idem vita et spiritu carius, fieri quod deus vult*, legitur in Barberino codice annotatum in margine *ἀλλ' ὦ βέλτιστε, αἵδε συχναὶ ζημίαι οὐκ ἂν εἶεν θεοῦ θέλημα. atqui, o optime, damna et infestationes hae crebrae non utique fuerint voluntas dei.* manus porro qua haec verba scripta sunt, non minus videtur antiqua quam ipse contextus; cujus scriptura, ut alias observavi, non immerito credi potest aequalis aetati Pachymeris. itaque non inverisimiliter quis opinetur hanc censoriam ad hunc locum notam fuisse appositam ab aliquo eorum clericorum, quos non raro deinceps historicus memorat dira perpessos ab Athanasio post restitutionem in thronum, quam nunc cummaxime moliebatur imperator.

p. 389 v. 3. *ἐπίῤῥητον.* aliquando suspicabar legendum *ἐπάρατον.* sed contra stat consensus codicum. nec vero est necesse: nam et *ἐπίῤῥητον* ad vituperationem et execrationis significationem confertur. unde Eustathius ad Iliad. ι p. 736 ed. Rom. *τὸ ἐπίῤῥητος* exponit *καταῤῥήσεων ἄξιος, maledictis dignus.*

v. 5. Nove hic Pachymeres *Panici* adiunctum, quod vulgo terrori lymphatico ac consternationi subitae tribui solet, audaci supra modum et vi maiore afflatuque velut numinis concitato impetui adaptat. sed proclivis est transitus ab activo ad passivum. furentes videlicet motus, quos Pan dux, ut fabulae aiunt, in exer-
P 548 citu Bacchi in suis militibus ciebat, unde illi in improvisos et vehementissimos insultus erumpebant, metum trepidum in iis quos peterent creabant. nisi forte *τὸ Πανικόν* generatim causam superiorem humanarum cuiuscumque generis perturbationum indicat, ut aeque timor et audacia, si non spontanea sed vi divina impressa fuerint, *Πανικά* dicantur.

p. 393 v. 7. Hic quem Pachymeres Rontzerium nominat, non videtur esse posse alius a Rogerio Lauria, de quo multa satis splendida narrat Thomas Fazellus in opere de rebus Siculis l. 9 posterioris decadis.

v. 15. Merito quae deinceps refert de Rogerio Pachymeres habuit ipse suspecta, praestareque fidem illorum noluit. fuerunt enim, quantum e Latinis monumentis illorum temporum potest intelligi, falsa pleraque, a Graecis videlicet odio in Rogerium suo indulgentibus conficta, puta, illum fuisse militem e religioso sodalitio Templariorum. deinde illius religionis habitu rejecto ac professione impie spreta piraticam fecisse, inde exosum Romano pontifici et ab eo ad poenas petitum, et similia; quorum nec vola nec vestigium in eius rebus prolixe a pluribus tractatis apparet. imo invenimus literas huic a Romano pontifice perhonorificas scriptas. Petrus d'Oultremanus noster, in libro singulari de excidio Graecorum, ait hunc Rogerium ab Hispanis Brundusinum dici, Ger-

manum vero stirpe fuisse, filium Ricardi Flori. unde et ipsum Moncada Florum cognominat.

v. 10. *Pharendus Tximes.* hic vero nomine dictus est Ferrandus Ximenes, uti nos docet Petrus d'Oultremanus libro modo laudato, auctorem citans Moncadam, qui et paulo inferius, c. 14, memorati a Pachymere Ferrandi e Cyzico recessus meminit.

p. 394 v. 8. *Theuderico.* agitur hic sine dubio de Friderico Aragonio, cuius ut noster balbutit in nomine, ita in genere peregrinatur. erat enim gente Hispanus, non Germanus; et non Manfredi nepos, sed Petri regis Aragoniae filius.

v. 15. *Ecaterinam connubio sibi junxit.* quando Fridericus cum Carolo rege Neapolis pacem fecit eamque affinitate firmavit, anno Christi 1302, qua de re hoc loco agitur, Fridericus ipse, non eius frater, duxit uxorem non Ecaterinam sed Eleonoram Caroli filiam, prout ex eiusdem Friderici publicis literis datis apud Castrum Novum anno Chr. 1302, mensis Augusti die 19, ab Oderico Raynaldo in eo Annali descriptis constat. sed videtur Pachymeres in hoc errandi occasionem sumpsisse ex eo quod anno Chr. 1295 tractatum fuerat connubium Friderici huius cum Catherina, ex filia regis Caroli Neapolitani et Balduino, qui Constantinopolitanum imperium amiserat, nata. id matrimonium vehementer urgebat Bonifacius VIII Rom. pont., cuius plures de illo argumento literas recitat Odoricus ad illum annum. non successit tamen negotium, et illa Catherina deinde nupsit Carolo Philippi regis Francorum fratri, anno Chr. 1301. quod ipsum alieno loco, prout obiter audierat, visus est commemorare Pachymeres, parum attendens pertineret id necne ad rem de qua nunc agit, ad pacem videlicet inter Carolum regem Neapolitanum et Fridericum sancitam anno Christi 1302, cum iam anno superiori Carolus frater regis Franciae evocatus in Italiam a pontifice, ut Carolo II regi Neapolis adversus Fridericum Siciliam occupantem auxiliaretur, conciliante ipso Bonifacio matrimonium iniisset cum modo memorata Catherina, imputato in dotem imperii Constantinopoli- P 549
tani titulo, ad quod Catherina ius e patre trahebat. narrat haec Ioannes Villanius l. 9 c. 105. Iordani temporum illorum historici, cuius opus ms servatur in bibliotheca Vaticana n. 1960, de hac re verba haec recitat diligentissimus Odoricus Raynaldus anno Chr. 1301 n. 15: *mortua coniuge Caroli* (fratris regis Franciae) *duxit Catharinam, cui ius imperii Constantinopolitani debebatur. ideo cum Venetis composuit pro Constantinopolitano imperio recuperando, et venit Romam MCCCI, et a papa Bonifacio honorifice susceptus vicarius et defensor ecclesiae constituitur* etc. satis porro verisimile est Carolum istum, simul Catherinam duxit, sumpsisse titulum imperatoris Constantinopolitani, collatum ipsi a pontifice coronam imperialem ei tribuente. id saltem innuere videntur illa continue subiuncta nostri verba: *quem papa*

coronans imperatorem sine terra, commovit illi spem Constantinopoleos recuperandae, ex iure quod scilicet traheret a sponsa nepte (imo filia) *Balduini.* quid hic dicatur *imperator sine terra*, vide explicatum in Glossario verbo τέρα. verum haec cuncta, ut dixi, pertinent ad tempus superius pace Sicula, cuius occasione Rogerius Catelanos, qui in Sicilia militaverant, volente sua causa Friderico in Orientem abduxit. de quo audiendus Fazellus l. 9 dec. post. p. 477: *porro Sicilia tot bellorum motibus libera in militum Catelanorum Aragonensium et Siculorum rapinas et depraedationes incidit. quos Fridericus, ut insulam expurgaret, contra Turcas, qui Constantinopolim infestabant, auxiliares misit.*

p. 401 v. 23. Quod hoc facile praesentes crediderint et historicus ita esse re vera iudicaverit, non continuo rem evidentem et indubitabilem opinor reddet apud iudicii severioris viros. mutus ille ac surdus ex utero, miro prodigio repente audiens et loquens, quid tandem affirmavit? nempe id solum quod paulo superius positum est, se vidisse *virum imperatoriis ornatum insignibus, qui sese aiebat ipsum urbis sibi tuendae curam assumere.* nominavitne hunc Ioannem Batatzam? aut visae sibi imaginis illius formam sibi conspectam asseruit fuisse similem? nihil horum: nam Pachymeres si quid tale dixisset, non taceret. fundamento igitur caret idoneo haec quae exprimitur hoc loco, tum istorum Magnesiae praesidiariorum tum Pachymeris opinatio ipsius. nam forma viri insignibus imperatoriis ornati qui magis Ioanni Batatzae convenit quam Theodoro eius filio imperatori ibidem quoque Magnesiae sepulto, aut, si Constantinopolitanos imperatores laudatae memoriae et in fide orthodoxa ac catholica communione indubitatae constantiae quaerimus, quam Constantino magno, quam Marciano aliisve paris meriti? nam Ioannem Batatzam etsi multae virtutes commendabant, tamen praeter communem Graeci schismatis et circa S. Spiritus ex filio processionem haeretici erroris invidiam, libido etiam in aetate senili probrosa deformabat. vide summum alioqui eius admiratorem Acropolitam historiae suae n. 52 p. 56 ed. Reg., ubi eum infamem amoribus cum aliarum tum Marcesinae cuiusdam pedissequae Annae Alemannae Augustae secundae illius coniugis fatetur. quanto verisimilius credi potuisset, isti muto et surdo formam viri imperatoriis ornati insignibus oblatam repraesentasse S. archangelum Michaëlem protectorem Christianorum contra barbaros? hunc Graeci passim *ἀρχιστρατηγόν* appellant, qui titulus imperatorem sonans imperialibus non disconvenit insignibus.

P 550 p. 406 v. 1. Ad finem huius capitis, ubi dicitur de Michaële Augusto iuniore *ὥσπερ τις τροπαιοῦχος τὴν πόλιν εἰσέρχεται*, non tenuit se libera indignatio lectoris cuiuspiam quin haec orae marginali Barb. codicis allineret: *τροπαιοῦχος ὁ φυγὼν τοὺς ἐχθρούς,*

καὶ αἴτιος διὰ τὴν ἑαυτοῦ δειλίαν γεγονὼς πάντων δεινῶν; itane trophaeum referens, qui tergum vertit hostibus, et causa fuit ob suam ignaviam omnium malorum! alludunt haec turpissimam Michaëlis et totius Romani exercitus in ipso procinctu praelii fugam, superius narratam l. 4 c. 18.

p. 428 v. 8. *Amurio se admovere festinavit.* his verbis in Graeco B codicis contextu respondebant ista ἔρχεται πρὸς τὸ Ἀμμόριον, iuxta quae Ammorium videtur esse loci nomen, in quem se Alisyras victus et saucius receperit. sed praeterquam quod mentio non extat arcis aut oppidi sic dicti per hos tractus, id credi vetat ipse Pachymeres c. 25 affirmans Alisyram ex fuga se recepisse Tripolim, quam urbem prius occupaverat. est saepius supra et infra memoratus in hac historia dux barbarus Amurius. hinc est mihi suborta suspicio mendi in hac scriptura, Pachymeremque scripsisse non πρὸς τό sed τὸν Ἀμούριον. quod, quia ex priori lectione consequitur quippiam Pachymeris narrationi contrarium, ut demonstravi, emendandum putavi, eo quem innui modo *).

p. 454 v. 2 *κατὰ ποίησιν.* allusit haec scribendo Pachymeres varios simul miscens Homeri locos, primum illum Iliad. Θ 135:

δεινὴ δὲ φλὸξ ὄρτο Θεείου καιομένοιο.

deinde illum ex Iliad. ψ 216:

μέγα δ' ἴαχε Θεσπιδαὲς πῦρ.

unde etiam illa paulo superius verba ἐφύσσα λιγέως sumpserat: pergit enim ibi poëta

παννύχιοι δ' ἄρα τοίγε πυρῆς ἀμυδὶς φλόγ' ἔβαλλον
φυσσῶντες λιγέως.

quibus et istud ultimum de fumo, vel ex suo quodam vel ex alterius mihi nunc non succurrentis vatis poëmate addidit.

Libro sexto praeter morem Pachymeres peculiarem praefixit prologum, qui tamen sine proprio titulo in codicibus est cum capite 1 confusus. ego distinguendum putavi. porro non parum laborandum fuit in extricanda nitideque declaranda auctoris hic praefantis sententia, quam et percepisse me et satis explicasse confido. causa istius in proloquendo novitatis opinor fuerit, quod

*) Quod scripsi non reperiri per tractus Orientalis limitis imperii Byzantini locum, qui vocetur Ammorium, re melius considerata nunc revoco. inveni enim apud Theophanem p. 291 et 292 ed. Reg. itemque apud Leonem Grammaticum p. 454 eiusdem editionis, luculentam mentionem urbis munitae *Amorium* vocatae, sitaeque in iis partibus, cuius etiam Ptolomaeus meminit. quare fateor non recte emendatum a me fuisse Pachymerem p. 428 v. 5 ubi pro τὸ *Ἀμόριον*, reposui τὸν *Ἀμούριον*. et illa verba: ἔρχεται πρὸς τὸ *Ἀμόριον*, simpliciter fuisse vertenda: *venit Amorium*. nam hoc non impedit quominus verum esse potuerit, quod p. 435 v. 11 ait historicus, Alisyram se Tripolim recepisse. prius scilicet quam in hoc ultimum perfugium pervenisset; Amorii, quae fida ipsi urbs tunc erat, persequentium vim obiter declinaverat.

aliquo intervallo post hactenus scripta Pachymeres operi se reddiderit; et ei rei dum se accingeret eventuumque narrandorum atrocitatem reputaret, hac lectoris praemonitiuncula proludendum putaverit.

P 551 p. 456 v. ult. Quae deinceps pertexit de Cazanis laudibus Pachymeres, satis congruunt cum iis quae Aythonus Villanius Sanutus et S. Antoninus de illo memorant, quae vide collecta apud continuatores Baronii Henricum Spondanum et Odoricum Raynaldum, ad annos 1294 1301 et 1304.

p. 457 v. 22. Haec Cazanis adversus Sultanem Syriae expeditio oculatum ab Aythono, qui ei se interfuisse narrat, testimonium habet. refert is Hist. Or. c. 41 Cassanum regem Tartarorum Christianum, una cum regibus Armeniae et Georgiae pariter Christianis, expeditione communiter suscepta duxisse contra Melechnazerum Sultanem Aegypti, Syriae dominantem, exercitum ducentorum millium, magnam partem equitum; et occurrentem sibi Sultanem apud Hamam, antiquis Emesam dictam, cum centum equitum millibus et infinita multitudine peditum, ingenti praelio fudisse fugereque in Aegyptum coëgisse. idque praesens Aythonus contigisse ait die Mercurii ante festum nativitatis domini. existimat Spondanus ad an. Chr. 1300 n. 1 id referendum ad Decembrem superioris anni Chr. 1299, quo cyclus solis 20 literam dominicalem D habuit, cuius indicio cognoscimus Christi natalem illo anno incidisse in feriam sextam. quare 23 Decembris feria quarta, die ante Christi natalem tertia, clades illa Sultani contigerit. nisi quis retro eam movere ad annum superiorem Christi 1298 malit, quo vigilia natalis Christi dies Mercurii fuit. de his disseremus postea l. 3 harum Obs. c. 7 n. 19.

v. 28. Ante omnia lectori rationem reddo suppletae a me lacunae, quae hic in ms archetypis hiabat. sic enim ibi extat: εἰ μή γ' ἐκείνῳ τὸ ἐν τῷ . . . . τόπων ἀμιμῶδες. ego inter τῷ et τόπων duo haec verba πρόσω χωρεῖν inserenda censui, non sine verisimilitudine confidens haud longe sic a vera primigenia scriptione abesse hunc ita suppletum locum.

p. 458 v. ult. Haec quae Pachymeres hoc loco de Cazane scribit, caruisse illum liberis, non bene cohaerent cum iis quae Villanius l. 8 c. 35 et ex eo Sanctus Antoninus tit. 20 c. 8 § 9 ex relatione cuiusdam civis Florentini diu in Perside versati memorant. nimirum Cassano uxorem fuisse filiam regis Armeniae speciosissimam, eamdemque Christianam; ex qua cum ei natus esset filius ita deformis ut vix humani aliquid habere videretur, Cassanum uxorem quasi compertam adulterii una cum monstroso, quem ex se negaret editum, foetu incendio perimi mandasse. sed cum impetrasset a Cassano mulier ut sibi per eum liceret, antequam flammis cum puero traderetur, confessione apud sacerdotem purgare animum et sacram eucharistiam percipere filiumque baptizare,

contigisse ut sacro lavacro tinctus puer repente formosissimus evaderet. quo motus Cassanus non modo revocavit praeceps iudicium, sed et Christi palam religionem est amplexus. ita illi; quae non innotuisse Constantinopoli, etiam alio ex hac historia ducto argumento suadetur. superius enim p. 402 v. 13 scripsit noster Andronicum certiorem factum de potentia Cazanis, ut eum sibi adiungeret, offerendam ei curasse filiam suam notham in coniu- P 552
gem, quam et ille propositionem benigne acceperit.

p. 459 v. 6. Etiam Aythonus c. 45 Hist. Or. et Sanutus l. 3 p. 13 c. 8 diserte affirmant successorem Cassani fratrem ipsius, licet Bizarus his posterior et minus, ubi dissentit, fide dignus, filium Cassano morienti successisse scribat, l. 8 Rerum Persicarum. discrepant tamen hi omnes in huius nomine a Pachymere, dum Carbandam seu Carbagandam vocant, quem noster hic Carmpantam, alibi Carmpantanem appellat. tradunt autem modo laudati auctores istum Cassani fratrem matre Christiana editum, et ipsum Christianum, Nicolai nomen in baptismo accepisse, perseverasseque in vera religione, quoad vixit mater, sed ea mortua, quod post annos sex contigit, ad Mahometismum defecisse.

p. 464 v. 6. *Χρῆσις* S. martyris Ignatii hoc loco lecta quaenam fuerit, non facile divinatu est, quod multae in eius epistolis legantur in eam sententiam qua subiectio populi ad episcopum ut necessaria commendatur. indicabo hic aliquas. in 1 epist. ad Smyrnaeos: *πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρί, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ ὡς τοῖς Ἀποστόλοις . . . . μηδεὶς χωρὶς ἐπισκόπου τι πρασσέτω τῶν ἀνηκόντων εἰς τὴν ἐκκλησίαν. ἐκείνη βεβαία εὐχαριστία ἡγείσθω ἡ ὑπὸ τὸν ἐπίσκοπον οὖσα, ἢ ᾧ ἂν αὐτὸς ἐπιτρέψῃ. ὅπου ἂν φανῇ ὁ ἐπίσκοπος, ἐκεῖ τὸ πλῆθος ἔστω, ὥσπερ ὅπου ἂν ᾖ Χριστὸς Ἰησοῦς, ἐκεῖ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία. οὐκ ἐξόν ἐστι χωρὶς τοῦ ἐπισκόπου οὔτε βαπτίζειν οὔτε ἀγάπην ποιεῖν, ἀλλ' ὃ ἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ* etc. hoc est ex antiqua interpretatione Latina: *nullus sine episcopo aliquid operetur eorum quae conveniunt in ecclesiam. illa firma gratiarum actio reputetur, quae sub ipso est vel quam utique ipse concesserit. ubi utique apparet episcopus, illic multitudo sit, quemadmodum utique ubi est Christus Iesus, illic catholica ecclesia. non licitum est sine episcopo neque baptizare neque agapen facere, sed quod utique ille probaverit* etc. idem epist. 2 ad Polycarpum: *τῷ ἐπισκόπῳ προσέχετε, ἵνα καὶ ὁ θεὸς ὑμῖν. ἀντίψυχος ἐγὼ τῶν ὑποτασσομένων τῷ ἐπισκόπῳ. episcopo attendite, ut et deus vobis. unanimis ego eum subiectis episcopo.* in 3 ad Ephesios: *πρέπει ὑμῖν συντρέχειν τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ. decet vos concurrere episcopi sententiae.* quartae ad Magnesios haec sunt in hoc proposito inter alia: *πρέπον οὖν ἐστὶ μὴ μόνον καλεῖσθαι Χριστιανούς, ἀλλὰ καὶ εἶναι ὥσπερ καί τινες ἐπίσκοπον μὲν καλοῦσιν, χωρὶς δὲ αὐτοῦ πάντα πράσσουσιν. οἵτοιοῦτοι δὲ οὐκ εὐσυν-*

εὐθηνοὶ μοι εἶναι φαίνονται. decens igitur est non solum vocari Christianos, sed et esse, quemadmodum quidam episcopum quidem vocant, sine ipso autem omnia operantur. tales autem non bonae conscientiae mihi esse videntur. in sexta ad Trallesios haec habet: *ὅταν τῷ ἐπισκόπῳ ὑποτάσσεσθε ὡς Ἰησοῦ Χριστῷ, φαίνεσθέ μοι οὐ κατὰ ἄνθρωπινον ζῶντες ἀλλὰ κατ' Ἰησοῦν Χριστόν. quum episcopo subiecti estis ut Iesu Christo, videmini mihi non secundum homines viventes sed secundum Iesum Christum.* horum aliqua, vel forte omnia, aut etiam his plura, quae in Ignatianis epistolis leguntur, crediderim iussisse hic recitari Andronicum. unice enim faciebant ad scopum illi propositum persuadendi Arsenianis ut Athanasio patriarchae se subderent; et eum ex pluribus Ignatii epistolis quaedam allegasse, argumento esse potest quod nullam nominatim designavit, ex qua verba quae audiri voluit erueret.

p. 465 v. 9. Ut superius schismaticus imperator persuadere
P 553 voluit a tempore magnae synodi, hoc est oecumenicae octavae (aut potius pseudosynodi suppositae a notissimo impostore Photio, quam Photiani pro oecumenica octava ostentant et venerantur) defecisse in Occidente veram successionem legitimorum praesulum, quod notis ad p. 356 v. 14 refutavimus, ita nunc pari vanitate ait sedem Romanam, ex quo deprehensa damnataque labes Honorii fuerit, orthodoxam esse desiisse; quo nihil, non dicam iniquius et calumniosius, sed et obtusius stultiusque dici potuit. ut enim omittam collisionem horum duorum assertorum, quorum alterum hic ponit, desiisse in Honorio pontifices Romanos esse orthodoxos, alterum p. 356 v. 14 superius adstruxerat, post octavam demum synodum, hoc est ducentis annis ab Honorio, desiisse in Occidente veram successionem legitimorum praesulum: ex quo sequitur Romanos pontifices totis annis ducentis et fuisse legitimos pontifices et recte ut tales a Graecis ipsis agnitos, cum tamen orthodoxi non essent: illud modo aio, satis esse manifestum Honorii, si quis fuit, lapsum in mera facti haesisse imprudentia, ad fidem ac dogma minime pertinuisse. Sergius patriarcha Constantinopolitanus, nondum agnitus pro haeretico, scripsit ad Honorium Romanum pontificem anno Christi 632, agitari magno tumultu controversias, *duaene an una sola in Christo agnoscendae essent voluntates et operationes;* quibus rixis compescendis opportunum interim sibi videri suggerebat imponi a pontifice ex aequo utrisque super tali altercatione silentium. fecit quod rogabatur Honorius; et quia tale consilium eventu noxium catholicis, commodum haereticis deprehensum est, multorum postea querelis et criminationibus nomen fuit illius et memoria notata, quasi temere credendo subdolo haeresiarchae, qui nondum larvam deposuisset, haeresi Monotheletarum *fomentum impendisset.* in quo toto quis non videt ne primam quidem speciem defectionis ab orthodoxa fide apparuisse

ullam, aut vel fingi potuisse? an enim silentio ad tempus quibusdam inter se contendentibus indicendo damnavit aliquid recte assertum, aut prave dictum aliud sancivit? nihil minus. sileri quippe de re etiam vera sine ullo veritatis praeiudicio potest; et interdum propter commune bonum expedit. plura de celeberrima controversia a viris doctissimis hodieque eruditissime tractata dici a me non postulat hic locus.

p. 469 v. 11. *τῶν ἀνεπιλήπτων.* hic errore librarii descriptoris negatio exciderat, quae sententia clare flagitante restituenda fuit, *οὐκ* ante *ἀνεπιλήπτων* reposito. sonat enim *ἀνεπίλημπτος*, ut patet et Hesychius distincte admonet, *ἄμεμπτος ἀπατάγνωστος, irreprehensibilis nec reprobari dignus.* cuius contrarium de sacerdotio ecclesiae praesentis Arseniani, ut et hoc loco et alibi Pachymeres docet, affirmabant, asserentes videlicet dubiam saltem, si non manifeste invalidam, ordinationem eorum esse qui a patriarcha tunc Constantinopolitanam ecclesiam regente sacris initiarentur. scripsit ergo sine dubio Pachymeres, prout restituimus ex iusta coniectura, *ἐν μέρει τίθετε τῶν οὐκ ἀνεπιλήπτων.*

p. 472 v. 3. *παριδὼν ταῦτα ἕλων τε ὑμᾶς.* sunt in hac oratione perobscura et *ἀσύνδετα inconnexa* quaedam, nisi, quod interdum factum est a me, paraphrasi ex antecedentibus et consequentibus necessaria divinante suppleantur. in istis perintricatis locus hic fuit, in cod. Allat. sic scriptus: *παριδὼν ταῦτα ἕλομαί τε ὑμᾶς.* cod. Barb. habet *ἕλωμα.* neutra lectio cum sequentibus cohaeret. reposui *ἑλών τε ὑμᾶς*, sententia iam tolerabili.

p. 477 v. 8. *ἀλλ' ἀκριτοῦ αὖ.* sic necessario reposui, cum in codd. corrupte legeretur *ἀλλὰ κριτοῦ αὖ.* praeterquam enim insulsa esset illa nominis *κριτοῦ* quasi continuata repetitio, manifeste loci sententia exigit, ut sequentia declarant, significare Arsenianos opus esse ad decisionem controversiae suae iudice supremo, qualem vocant *κριτὴν ἄκριτον*, iudicem iudicio subeundo non ob- P 554
noxium, ex cuius sententia provocari nequeat, utpote supra quem alius non sit in terris iudex; et talem istos adulatores schismaticos agnoscere laicum imperatorem, in causis etiam ecclesiasticis et spiritualibus, non pudet. sed similes habent labra lactucas.

p. 482 v. 1. *Πλάτων ἐν Νόμοις.* locus hic indigitatus a Pachymere extat apud Platonem l. 1 de Legibus, p. 630 ed. Steph., ubi sic legitur: *διαβάντες δὲ καὶ μαχόμενοι ἐθέλοντες ἀποθνήσκειν ἐν τῷ πολέμῳ (φράζει Τυρταῖος) τῶν μισθοφόρων εἰσὶ πάμπολλοι· ὧν οἱ πλεῖστοι γίνονται θρασεῖς καὶ ἄδικοι καὶ ὑβρισταὶ καὶ ἀφρονέστατοι σχεδὸν ἁπάντων, ἐκτὸς δή τινῶν μάλα ὀλίγων.* quod addit mox noster ex Platone de cive inter seditiones fido, hoc est pro republica fortiter stante et eam sua virtute ac sapientia iuvante, videre est in verbis quae *ἀμέσως* praecedunt modo descri-

pta, ubi Atheniensis interlocutor cum a Clinia Cretensi expressisset videri Tyrtaei versibus commendari potissimum illos, qui bello externo contra hostes gentis alterius, non autem bello civili contra cives suos, bellicam fortitudinem probarent, sic resumit: *ἡμεῖς δέ γε ἀγαθῶν ὄντων τούτων ἔτι φαμὲν ἀμείνους εἶναι καὶ πολὺ τοὺς ἐν τῷ μεγίστῳ πολέμῳ γιγνομένους ἀρίστους διαφανῶς. ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς μάρτυρα ἔχομεν, Θέογνιν, πολίτην τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων, ὅς φησι.*

πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
ἄξιος ἐν χαλεπῇ, Κύρνε, διχοστασίῃ.

τοῦτον δή φαμεν ἐν πολέμῳ χαλεπωτέρῳ ἀμείνονα ἐκείνου πάμπολυ γίγνεσθαι, σχεδὸν ὅσον ἀμείνων δικαιοσύνη καὶ σωφροσύνη καὶ φρονήσεις εἰς ταυτὸν ἐλθοῦσαι (lg. ἐλθοῦσαι) μετ' ἀνδρείας· πιστὸς μὲν γὰρ καὶ ὑγιὴς ἐν στάσεσιν οὐκ ἄν ποτε γένοιτο ἄνευ ξυμπάσης ἀρετῆς· διαβάντες δὲ καὶ εὖ μαχόμενοι etc. superius descripta, quae illic continue sequuntur. in quorum Latina interpretatione verborum (ut hoc obiter admoneam) nescio quare Serranus mentionem patriae Theognidis in Graeco disserte positam omiserit. cur item non expresserit *ἀντίθεσιν* a Platone affectatam poëtae ad poëtam, dum Tyrtaeo prius laudato Theognin poëtam et ipsum sic opponit, *ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς μάρτυρα ἔχομεν Θέογνιν πολίτην τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων, poëtam autem et nos testem habemus Theognin civem in Sicilia Megarensium.* sed ut ad Pachymerem revertar, in hoc eius contextu duo necessario emendavimus. prius quod scriptum erat *Πλάτων ἐννόμως*, pro quo repositum *ἐν Νόμοις*, in opere nimirum inscripto *Νόμοι leges*, in libros expanso 12 aut potius 13, computata in eum numerum, quasi appendice, quam vocat *Ἐπίνομιν*. alterum in illis verbis: *θρασυνομένοις μὲν, ὡς ἀδίκως, κατὰ δικαιοσύνης· θρασυνομένοις δὲ ὡς ὑβρισταῖς, κατὰ σωφροσύνης.* ubi quis non videt illud *ὡς ἀδίκως* male respondere *τῷ ὡς ὑβρισταῖς* cui *ἀντιτίθεται*? rescribendum ergo fuit *ὡς ἀδίκοις*. non abscedam hinc prius quam et illud observarim, *διαβάντας* a Platone hic vocari milites externos (cuius tamen vocis nullum vestigium in interpretatione Serrani visitur), quod fere tales in Graeciam mari transportarentur. *διαβαίνειν* enim est traiicere flumen aut mare. Graeciae autem situs erat eiusmodi ut ad eam ex exteris gentibus mari fere veniretur. porro ex isto *μισθοφόρων διαβάντων* genere vel in primis hi erant ducis magni milites, e Sicilia aut Italia ab ipso deportati, quibus tam implacabiliter Pachymeres irascitur in omni occasione de his agendi. hic autem etiam contra eos Platonis testimonium subornat.

P 555 p. 484 v. 17. Existimo *Berengarii* nomen a Pachymere in *Mpyrigerium* deformatum. nam Occidentalium vocabulis a B praesertim inchoatis Graeci temporum illorum Mp praeponebant. sic videmus et supra a nostro p. 242 v. 19 et apud Cantacuzenum

Mpaiulum positum pro *Baiulo*, ut similia praeteream sexcenta, certum est Catelanis valde usitatum fuisse Berengarii nomen. in collectione historicorum qui res Aragoniae scripserunt, saltem quindecim Catelanos viros illustres qui Berengarii vocarentur memoratos reperio; quorum aliquem hunc ipsum fuisse, de quo hic agitur, crediderim, licet quis ait ex omnibus designare certo non possim. vidi post haec iam scripta librum Petri d'Outremanni nostri de Excidio Graecorum, in quo lego c. 3 p. 465 verum et patrium nomen huius Mpyrigerii Tentzae fuisse *Berengarius Entensa* vel de *Intentiis*; eumque fuisse genere Catelanum. hunc Phrantzes l. 1 c. 8 vocat *Piceriotetzam*, conflatis in unum et monstrose corruptis vocabulis duobus, *Mpyrigerius Tentza*. Gregoras l. 7 p. 103 propius ad Pachymerem hunc Catelanum *Piringerium Tentzam* nominat.

p. 517 v. 7. τοῖς τῶν πιρρῶν παρασήμοις. ita B codex; V autem τοῖς ἐκ τῶν πιτρύνων παρασήμοις. τὰ πιῤῥά gilvi coloris, ut notum est, vestimenta sunt, medii inter album et rufum, melini a melle quibusdam dicti. idem autem videntur exprimere τὰ πίτρυνα V codicis: vox quippe ea est a πίτρῳ *malo citrio* ducta, cuius corticis naturalis color a gilvo aut melino non abhorret. dubito tamen de scriptura an non congruentius ad analogiam scribi τὰ πίτρηνα debeat.

p. 519 v. 5. De fabis cornu tactis memoratis hoc loco vide Glossarium v. κεράσβολοι κύαμοι.

p. 526 v. 11. Persuadere hac tota narratione studet Pachymeres solos Alanos sine iussu consensu aut conscientia Michaëlis Augusti auctores fuisse necis Rontzerii. Phrantzes tamen protovestiarius l. 1 c. 8 diserte affirmat Michaëlem satellitibus suis et stipatoribus mandasse ut Rogerium (sic recte Rontzerium appellat) obtruncarent. Gregoras l. 7 p. 102 ait caedem illam factam a militibus Michaëlis, quod ei iratum illum nossent, gratam ipsi fore arbitratis. idem tamen paulo post non iuniorem solum sed et seniorem Augustos istius facinoris suspicione aspergit, dum scribit Rontzerium interfectum a Romanis, quod ipsos eius accersiti poeniteret. satis enim patet non a privatis hunc Romanis sed ab imperantibus accersitum.

p. 529 v. ult. *Catelanum quendam*. nomen huius Catelani P 556
prodit Outremannus lib. de Exc. Graec. c. 3 p. 466, Fernandez Aones. ubi et eius socerum, quem Ῥαοὺλ καχύν Pachymeres appellat (nos Raülem Crassum vertimus) ipse nominat Radulfum Paqueum.

p. 532 v. ult. Hac seditione Outremannus occisos memorat Rodericum Peres de S. Cruce, Arnaldum de Moncortes, et Ferrerium de Torellas, a Berengario legatos ad Andronicum missos.

p. 554 v. 23. *circiter sexaginta.* superius dixerat centum quinquaginta Catelanos comitatos fuisse Rontzerium ad Michaëlem euntem, tum eosdem illo interfecto captos. nimirum multi primo tumultu fugerint, multi longi carceris incommodis absumpti perierint, ut nunc tantum sexaginta superessent. Gregoras et Phrantzes comites hosce Rontzerii liberaliter multiplicant, numero ad ducentos rotundando.

p. 558. Quae hic referuntur de Smiltzaena, hoc est uxore Smiltzae, quae neptis erat imperatoris Andronici ex fratre Constantino sebastocratore, respiciunt prius narrata a nostro historico c. 18 l. 5, cum quibus, ut intelligantur, comparanda sunt.

p. 559 v. 11. Hoc ex occasione Pachymeres attingit ultra metas eius historiae excurrens. nam sub finem vitae imperatoris Michaëlis iunioris, quem libro harum Observ. 3 c. 1 n. 4 demonstrabimus mortuum fuisse Octobri mensi anni Chr. 1320, tredecim ferme annis post id tempus in quo historia Pachymeriana desinit, hic Osphentisthlabus rex Bulgariae Theodoram alteram filiarum eiusdem Augusti Michaëlis iunioris duxit uxorem, prout diserte testatur Gregoras ipso principio l. 8 p. 129, quam et longe prius petiisse noster memorat infra c. 27 l. 7. porro (ut et hoc obiter attexam) quod huic interdum nomini Pachymeres O literam praemittit, hoc loco et quibusdam aliis Osphentisthlabum vocans, quem alibi Sphentisthlabum nominat, favet, ni fallor coniecturae Wolfii, notis ad Gregoram p. 271 suspicantis a Graecis *Sphentisthlabum* scribi nomen a Pannonibus hodie ac Sarmatis *Venceslaum* efferri solitum.

p. 577 v. 10. τοῦ εἰδέναι φύσει ὀρέγονται πάντες. quinque priora huius commatis verba notissimum sunt et decantatissimum Aristotelis effatum, ex initio primi eius Metaphysicorum
P 557 libri. quae autem continue memoratur a Pachymere ἀγάπησις τῶν αἰσθήσεων, non eam solum quam in interpretatione expressi delectationem in usu percipiendi obiecta per sensus designat, sed praeterea, iuxta notionem propriam Graeci verbi ἀγαπᾶν, satisfactionem et quasi plenam satietatem hominis contenti, desiderare plus non valentis, dum fruitur vegeta facultate suorum omnium sensuum. hanc quietem humanae curiositatis in usu expedito sensuum eleganter declarat Cicero l. 2 Quaestionum Academicarum his verbis: *ordiamur ... a sensibus; quorum ita clara iudicia et certa sunt, ut, si optio naturae nostrae detur, et ab ea deus aliquis requirat contentane sit suis integris incorruptisque sensibus, an postulet melius aliquid, non videam quid quaerat amplius.* hactenus Tullius.

Caeterum (de quo semel admonendus hic lector est) codex optimus Barberinus hic desinere nos incipit, crebris in reliqua

libri huius lacunis hians, et ubi continuat utcumque scriptionem, interdum irreparabiliter corruptus. unde assutis illi ad calcem supplementis ex aliis exemplaribus, deligentes attentione magna quae probabiliora videbantur, usi saepe sumus; ex codice quin etiam illo Vaticano, etsi evagari ab auctoris verbis libere solito, ubi melius non occurrit, excerpentes, unde sententiam tolerabilem efficeremus.

p. 585 v. 28. *saltus et iuga praerupta montis Gani validis suorum insessa praesidiis nostris invia fecerunt.* postquam haec erant edita, dubitavi an non Graeca his respondentia, *καὶ τὰς μὲν δυσχωρίας τοῦ Γάνου καὶ λίαν διεφυλάττοντο*, potius significarent iuga praerupta Gani adhuc a Romanis fuisse custodita. quare barbari tunc tantum potuerint incursare quae circa Ganum sunt. cui opinioni favet quod infra c. 21 tamquam eventum his posterius refertur, artas fauces Gani montis ab Amogabaris fuisse penetratas et arcem in iugo positam captam. iuxta istam sententiam refingi debet mea interpretatio in hunc modum: *duces illius gentis, cum saltus et iuga praerupta Gani montis valide adhuc custodita tentare non auderent, varias ex abundante turba conflatas manus quoquoversum emittentes* etc. hoc indicare volui, etsi adhuc sentiam non carere penitus verisimilitudine quam expressi in editis sententiam. potuerunt enim Amogabari, ne a tergo irrumpentibus praesidiariis arcis Gani caederentur, custodes ipsis angustarum faucium e suis opponere.

p. 598 v. 13. Ex monumentis Genuensium habeo vocatum hunc Opicium Spinolam, potentissimum ducem Gibellinorum, generum principis Antiochiae filii Friderici II imperatoris, ut affirmat Constantius c. 258 in historiis Siciliae. porro Zurita tom. 2 c. 12 et Corius c. 165 aiunt Palaeologos exquisivisse affinitatem cum modo memorato Opicio Spinola, ut per illum Gibellinos sibi adiungerent. quod idem affirmat Foglieta in Elogiis, et in Tristano Calco l. 19 c. 424, qui et ait ob potentiam Opicii omnes Italiae civitates in eo oculos fixisse.

v. 14. *data in matrimonium filia.* haec filia Opicii Spinolae Theodoro Palaeologo Montisferrati marchioni nupta Argentina vocabatur.

Ibid. v. 23. Agit de Theodoro. vocem Graecam *ἄπαις* non debui vertere *sine liberis* sed *sine prole mascula:* quoniam historici Itali affirmant natam ex Argentinae Spinolae cum Theodoro Palaeologo coniugio filiam *Iolanten* dictam, quae postea nupsit P 558
Aymoni comiti Sabaudiae. videtur hic fuisse filius Amadei IV, cui postea morienti in comitatu successit, quando, quasi ut ostenderet quam non eum poeniteret affinitatis cum domo Palaeologa contractae, libentissime consensit in propositam ipsi conditionem

sororis suae Ioannae (quam Graeci Annam vocaverunt) Andronico iuniori, Michaëlis saepius hoc opere memorati filio, in imperii consortium adscito, collocandae. prout fuse narrat Cantacuzenus l. 1 c. 40.

p. 611 v. 15. Filius Chalaü Apagas, non frater erat, ut agnoscit ipse Pachymeres vol. I p. 175 v. 2 et in hac secunda parte p. 262 v. 17. idemque attestantur summo consensu historici Arabes. vide librum 3 harum Observationum c. 7 n. 12. ignoscendum igitur hoc loco est *μνημονικὸν ἁφάλμα* Pachymeri.

p. 620 v. 17. *Μαρίαν τὴν δέσποιναν τῶν Μουγουλίων θρυλλουμένην*, similiter inferius p. 627 v. 8: *ἐνταῦθά φησι τοῦ βασιλέως Μαρία, καὶ τῶν Μουγουλίων οὕτω πως δέσποινα ὀνομαζομένη*. Carmpantani successori Cazanis et novo Kani Tocharorum obtulerat in sponsam Andronicus Augustus sororem propriam
P 559 Mariam, et illo acceptante eandem cum regio comitatu Nicaeam miserat. hanc ait historicus vulgo fuisse nominatam dominam Muguliorum. sic enim Mogulenses principes primariam et prae caeteris nobilem uxorem solebant a caeteris distinguere addito ei *dominae* titulo. id diserte testatur Abulpharagius p. 429 sui Chronici Arabici, agens de Gingizchano primo imperatore Mogalensium, cuius uxorem primariam et nobilissimam الخاتون *Al Chatun*, hoc est *dominam* vocatam, proprio nomine nuncupatam fuisse ait *Oviounün Begi*. similiter in aliis, quorum ordine meminit, imperatoribus eius gentis plerumque memorat praecipuam cuiusque coniugem, semper illi uni tribuens titulum *Chatun* sive praeposito articulo *Al Chatun*; quem titulum Eduardus Pocockius, Latinus eius Chronici interpres, solet exprimere vocabulo *dominae*. Maria igitur Palaeologa, uti iam nunc primaria uxor Carmpantanis Kanis Muguliorum, a suis Graecis titulum *Chatun* ei a Mogulensibus tributum sua lingua reddentibus *δέσποινα domina* Muguliorum vocitabatur, prout his duobus locis Pachymeres affirmat.

p. 629 v. 13. Bizyam fuisse in mediterraneis Thraciae dudum docuerunt Ptolomaeus et Stephanus. *πόλιν* autem eandem, non *κώμην* extitisse, *civitatem*, non *vicum*, demonstrat scriptor anonymus aequalis temporum Basilii Macedonis, qui annis fere quingentis prius Andronico hoc nostro Orientale tenuit imperium, in vita nondum edita quam Graece scripsit Sanctae Mariae cognomento iunioris, servatur haec in bibliotheca Vatic. cod. 800 fol. 230. ibi autem postquam dixisset anotor Mariam cum viro suo ex vico quodam, *αἱ Καμάραι* vocato, ubi mariti eius Nicephori paterna erat domus, migrasse Bizyam, addit: *ἐνταῦθα ἡ μακαρία τὸν μὲν τόπον ἤμειψεν ἀπὸ κώμης εἰς πόλιν. hic beata locum quidem mutavit e vico in urbem*, quam et non multo post *πολυάνθρωπον* vocat, celebrem et populosam. quo facit

quod Pachymeres mox dicit, multa millia bellatorum ex eius civibus subito conflata.

v. 19. *magnus illic tzaüzius* etc. veteri plane instituto Augusti Byzantini praesidio equestri Bizyam tenebant, et eius praefecturam viris praestantibus committebant. nam iam ab anno Christi circiter 880 modo laudatus scriptor vitae S. Mariae iunioris docet viro eius S. mulieris Nicephoro, quod bello Bulgarico fortibus se factis commendasset, in praemium datam esse turmae praefecturam habentis stationem Bizyae. verba eius haec sunt: *τότε τοίνυν ὁ τῆς Μαρίας ἀνὴρ Νικηφόρος ἀριστεύει τοῖς Βουλγάροις μαχόμενος, καὶ ψήφῳ τῶν κρατούντων εἰς τὴν τῆς Βιζύης τοῦρμαν ἐπέμπεται.*

p. 638 v. 12. *ὁ τοῦ Μανουήλ.* hunc innominatum e familia Cataneorum Genuensium Phocaeam obtinentium fuisse, pro certo est habendum ex iis quae vol. I ad p. 420 v. 14 observavimus p. 676, utique cum hic eum noster Manuëlis Zachariae, qui primus Phocaeam beneficio Michaëlis primi Palaeologi imperatoris accepit, *ἀνεψιόν*, hoc est ex fratre vel sorore nepotem vocet. etsi enim vox *ἀνεψιός* aliquando patruelem significat, tamen hic e fratre aut sorore genitum designare debet intelligi ex eo quod ad *θεῖον* refertur, qua una Graeci voce geminam indiscriminatim Latinam exprimunt *patrui* et *avunculi*. quare in interpretatione utramvis disiunctim necessitudinem expressi. fuerunt sane Catanei ac Zachariae diversae Genuensium familiae, tamen, ut a P 660
peritis rerum illarum accipio, crebris affinitatibus et connubiis ita inter se confusae, ut potuerit unus et idem nomine illo duplici, hinc a patre inde a matre ducto, promiscue nominari, praesertim ab exteris scriptoribus parum in his ad exactum rem callere plerumque curantibus.

p. 640 v. 19. *eas se compositurum controversias Theuderichus ratus.* circa hanc rem gestam haec apud d'Outremannum reperio lib. de Exc. Graec. c. 3 p. 467: *a Friderico rege Siciliae, cuius auspiciis pugnare coeperant, missus Ferdinandus Balearici regis minor filius in pace Catelanos ponere nequivit.* ita ille; quem ergo hic Gidam aut Matercam Pharentem Theuderichi filium vocat Pachymeres, credibilius est fuisse Ferdinandum Balearicum. quin et fortasse vocabula illa *Materca Pharens* e *Balearico Fernande* sive *Ferdinando* deformata fuerint.

PETRI POSSINI E S. I.
OBSERVATIONUM PACHYMERIANARUM
AD HISTORIAM ANDRONICI
LIBER III,

QUAE AD TEMPORA ET AD CHRONOLOGIAM PERTINENT TRACTANS.

CAPUT I.

De numero annorum, quos haec rerum Andronici historia complectitur. huius finis quantum absit ab initio historiae Cantacuzeni.

P 561 I. Ante omnia operae pretium duco figere utrimque metas huic historiae, et ex quo limine procedens in quem excurrat limitem, definire metiendo. scribit noster p. 12 v. 4 Andronicum Palaeologum capessentem solum extincto iam patre habenas imperii, *annos natum fuisse quatuor supra viginti;* ac c. 36 et ultimo libri 7, huius operis postremi, affirmat desinere hanc historiam in anno undequinquagesimo aetatis Andronici eiusdem. unde infertur, res gestas annis sex et viginti huius secundi Pachymerianae historiae voluminis argumentum facere. annos quippe sumimus expletos ad expeditiorem calculum; id quod citra magni detrimenti periculum posse nos facere, ex iis quae numero mox tertio de nato circa Iuliani anni principium Andronico dicemus apparebit.

II. Restat explorandum quoti numerentur in aera vulgari Christiana duo hi anni, qui spatium temporis, in quo explicando haec historia versatur, utrimque terminant. eorum prior quidem, unde principium ducitur, cum statim a Michaëlis Palaeologi Augusti morte inchoëtur, et haec, ut demonstratum est vol. I p. 747, die 2 Decembris anno Christi 1282 contigerit, fuit sine dubio annus idem aerae vulgaris 1282, sed postremo dumtaxat sui parte, diebus videlicet viginti. huic anno si

25 solidos addamus, fiet annus Christi 1307, in cuius die undecima Decembris necesse sit metam defigere ultimam temporis hac historia descripti. quia vero in collectione maiorum summarum fere minutiae contemnuntur, haud magnopere repugnaverim, si quis malit a kalendis Ianuariis anni Christi 1283 huius P 562 historiae initium ducere, ac finem eiusdem in kalendis iisdem anni 1308 statuere, neglectis utrobique viginti diebus, qui supra priorem epocham abundant, posteriori desunt ad perfectam plenitudinem.

III. Et commodum ad istam putandi rationem satis apte quadrant anni vitae Andronici, quos insigniendo principio spatii narratarum a se hoc opere rerum noster adhibet historicus. nam editum in lucem vel mense Ianuario vel Februarii principio Andronicum hunc imperatorem, dudum collegimus (vol. I p. 743) ex illis Nicephori Gregorae verbis l. 10 p. 214, quibus in monodia de Andronici eiusdem obitu affirmat eum die duodecimo Februarii morientem explevisse annum aetatis quartum supra septuagesimum. *τέταρτον μὲν ἤδη καὶ ἑβδομηκοστὸν ἔτος ἀπὸ γενέσεως αὐτῷ τελευτῶντι ἠνύετο. quartus et septuagesimus annus a nativitate ipsi morienti absolvebatur.* cum autem eum natum definiverimus ibidem anno Christi 1258, intelligimus ipsum ingressum annum quartum et vicesimum aetatis primo sesquimense anni Christi 1282 cuius anni mense ultimo patri decedenti solus in imperio succedens extremos trahebat menses anni suae vitae quarti et vicesimi, post non multos dies vigesimum quintum initurus; ex quo tempore cum annos quinque supra viginti evolvisset, quando ea gerebantur in quibus narrandis desinit haec historia Pachymeris, quadragesimum nonum Andronicus vitae annum prope absolverat, quinquagesimum proxime inchoaturus.

IV. Atque hic declarandi locus est quod obiter dixi praefatione ad universum hoc opus, quae in fronte partis prioris proposita et ad hanc nihilominus extenditur. scripsi autem illic per hanc nunc prodeuntem Pachymeris historiam expleri velut quendam hiatum publicae memoriae a Niceta et Acropolita ad Cantacuzenum. id quod non *ὁλοσχερῶς* accipi aut resecari ad vivum volui, quasi *ἀμέσως* et protinus contigue initium Cantacuzenianae historiae fini Pachymerianae committatur. inchoat Cantacuzenus narrationem suam a morte imperatoris Michaëlis secundi Palaeologi, quem nepotem prioris Michaëlis Andronicus senior Michaëlis primi filius, secundi pater, primogenitum suum imperii collegam habuit. hunc Cantacuzenus primo statim libri primi capite diem suum obiisse Thessalonicae scribit, *τρίτον πρὸς τεσσαράκοντα χρόνον ἄγοντα τῆς ἡλικίας, ἔτους ἐννάτου πρὸς τοῖς εἴκοσι καὶ ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις, δωδεκάτῃ μηνὸς Ὀκτω-*

βρλον, ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος. tertium et quadragesimum annum agentem aetatis, anni noni et vicesimi supra octingentesimum et sexies millesimum, duodecima mensis Octobris, feria prima hebdomadis. ut anni aerae Graecorum ad aeram nostram vulgarem reducantur, perpetua methodo ex illis tollendi sunt anni solidi 5508. tali subtractione facta reperietur annus, quo est mortuus Michaël, Christi 1321. sed in his diligenter observare oportet discrepantias initii annorum. nam Graeci annos suos aerae mundi a Septembri, sicut et indictionem, inchoant, nos vero a kalendis Ianuarii. itaque quando per methodum modo indicatam comperimus annum Graecorum 6829 respondere anno Christi 1321, intelligendum id ex maiori dumtaxat parte, non autem ut alter alterum perfecte adaequet. concurrunt enim in octo dumtaxat mensibus, quorum primus Ianuarius sit. ab hoc enim ineunt Christi anni, quando iam a kalendis Septembris superioris annus aerae Graecorum, qui respondere tali Christi anno creditur, inchoaverat. id nisi quis animadverterit, in hoc ipso quod tractamus exemplo se lapsum sentiet. ecce enim ait Cantacuzenus diem duodecimum Octobris, quo est mortuus Michaël, illo anno aerae mundi 6829 fuisse dominicum. id vero anno Christi 1321 minime convenit. est enim hic in periodo Iuliana 6034, qui numerus per 28 divisus dat cyclum solis 14 ei Christi anno 1321 proprium. cyclo porro solis 14, cui litera dominicalis D competit, duodecimus Octobris dies lunae fuit. nimirum Octobri praecedentis Christi anni 1320 Michaël obierat. nam is annus cyclo solis 13 et litera dominicali gemina F E, quia bissextilis fuit, insignitus a mense Martio literam E feriae primae indicem habuit. haec autem litera duodecimum Octobris diem signat. unde charactere chronologico certa redditur epocha obitus imperatoris Michaëlis iunioris in Octobrem anni Christi 1320 exacte incidens. ex quo limine cum procedat historia Cantacuzeni, caput eius a fine Pachymerianae, desinentis, ut est dictum, sub exitum anni Christi 1307, distat spatio annorum tredecim, quod non impedit quo minus populari et minus scrupuloso numerandi more dici possit excipi Pachymerianam a Cantacuzeniana, et hanc illi continuari historiam, sicut Thucydideam Herodotianae succedere multi dixerunt, licet illa proprie ducat initium ab exordiis belli Peloponnesiaci, quae competunt anno periodi Iulianae 4288, haec in Plataeensi clade Persarum Mardonio duce et fine belli Medici deficiet, anno periodi Iulianae 4235, intervallo medio inter epocham utramque annorum 58.

P 563

CAPUT II.

Ioannis Vecci electio e patriarchatu, exilium, carcer, obitus suis annis assignantur; tempus definitur secundi patriarchatus Gregorii Cyprii, denique prioris quoque patriarchatus Athanasii.

I. Iam demonstravi (vol. I p. 738) Ioannis electionem in patriarchatum Constantinopolitanum contigisse die 25 mensis Maii anno Christi 1275, inaugurationem vero eiusdem factam dominica Pentecostes; quae incidit illo anno in diem secundam Iunii. de huius e throno deiectione narrat noster hoc tomo secundo p. 19 v. 11, Veccum animadversa mutatione rerum et propensione novi principis ad restituendum schisma, cui obsistere nequiret, ultro abire patriarchio paratum expectasse tamen dum a satellitibus ab imperatore missis abduceretur; quos libens secutus est anno ipso et mense quo erat mortuus Michaël, concordiae cum Latinis auctor et usque ad obitum defensor. id gestum postridie natalis domini tradit ibidem historicus. Decembris igitur die 26 anno Christi 1282 desiit Veccus se pro patriarcha gerere. quare septem solidis annis et totidem integris mensibus in eius dignitatis possessione Veccus perstitit. sic igitur intelligenda sunt illa Gregorii Cyprii verba de Vecco ab Ill. Leone Allatio descripta col. 766 operis de Perp. Cons. *πλὴν ὄγδοον μὲν τῷ καιρῷ τόδε σχεδὸν ἠνύετο ἔτος· ἐς τοσοῦτον δὴ πάπτηνος τὸν πατριαρχικὸν θρόνον τῆς οὐ καλῆς ἐπικαρπίας εἶχεν ἐνίδρυσιν:* ut non plane absolverit Veccus in patriarchatu octavum annum, sed is in cursu fuerit et maiore ex parte transactus, cum est throno deiectus.

II. Docet p. 19 v. 15 Pachymeres Iosephum die Decembris tricesima, eodem anno, iterum in aedes patriarchales reportatum. ostendi vol. I p. 732 Iosephum e patriarchio secessisse die undecima Ianuarii anno Christi 1274. annis igitur octo, minus duodecim diebus, extra palatium patriarchale cum privatam egisset vitam, in id est denuo relatus. ibi non totis duobus mensibus patriarcham egit. nam affirmat noster p. 38 v. 16 mortuum P 564
fuisse illum ineunte Martio anni sine dubio 1283. dixerat autem capite praecedenti eum morbo et senio gravatum paulo ante patriarchatum abdicasse, cuius abdicationis scriptum rite formatum prodierit. oportuit id factum mense Februario eiusdem anni. quare brevior bimestri secundus Iosephi patriarchatus fuit, quem vitae finis est secutus paucorum dierum intervallo.

III. Ad Veccum redeamus. is mense Ianuario anni 1283 variis schismaticorum exagitatus calumniis, et quod c. 10 narratur, citatus ad synodum, brevi post ab imperatore Prusam rele-

gatur. docet id noster c. 11, tempus non exprimens: sed colligitur ex serie actorum id actum sub initium Februarii. revocatio Vecci e Prusa in urbem c. libri eiusdem primi 34 refertur. sed eius tempus divinandum est. si codex antiquus ex quo Sirmondus noster Acta pseudosynodi, qua est post colloquium capite huius libri 1 35 relatum damnatus Veccus, quorum Actorum apographa misit ad Henricum Spondanum et ad Odoricum Raynaldum continuatores Annalium Baronii, ut illorum uterque testatur, prior anno Christi 1283 n. 10, posterior an. seq. n. 48, — si codex, inquam, ille integer fuisset, haberemus ex eo tempus, hoc est diem et mensem, celebratae istius synodi, quae statim a Vecci revocatione Constantinopolim e Prusa est habita, unde intelligeremus quo mense talis in urbem Vecci reditus contigerit. sed ut observat Spondanus, titulus synodi, in quo tempus eius et locus verisimiliter notata fuerant, magna ex parte obliterata in eo codice fuere.

IV. Restat ergo via unica indagandi finis exilii, quod Veccus apud urbem Prusam pertulit, ex serie rerum quae inter eius abductionem illuc et postliminio retractionem intervenisse ab historico nostro memorantur. sunt eae mors Iosephi c. 13, evectio in patriarchatum Georgii sive Gregorii Cyprii c. 14 et 15, profectio imperatoris in Orientem c. 21, et conventiones Adramytii per ignem habitae sabbato ipso sancto pridie Paschae, ut p. 62 v. 17 expresse dicitur. fuit hic annus Christi 1283 in periodo Iuliana 5996. numeravit cyclum solis 4, lunae autem 11, qui Pascha assignant Aprilis 18. fuit ergo dies, qua Arsenianorum et Anti-Arsenianorum utrorumque ex aequo schismaticorum, scripta probationis gratia in ignem iniecta pariter arserunt, decima septima mensis Aprilis, quem et sabbatum fuisse oportuit, quoniam 4 cycli solaris annus literam dominicae indicem habet C, quae cernitur in kalendario notata ad diem sequentem octavam decimam eiusdem Aprilis. memorantur inde ostentum pluviae sanguineae mense Maio p. 54 v. 12, expeditio protovestiarii in Occiduos tractus c. 25, exercitus strages ex lue et ducis ipsius protovestiarii mors c. 27, consecrati panis in sacra pyxide deprehensa corruptio dominica *Tyrine* vocata c. 28, ubi p. 79 v. 4 diserte traditur eam particulam putrefactam fuisse illic depositam anno superiori feria quarta hebdomadae maioris. annus ille superior sine dubio fuit Christi 1283, quo cum, ut diximus, Pascha inciderit in diem 18 Aprilis, feria quarta maioris hebdomadae fuerit omnino 14 eiusdem mensis. annus post hunc sequens Christi 1284 cyclum solis numeravit 5 et aureum numerum 12. hae notae Pascha conferunt in diem nonum Aprilis. unde cum dominica *Tyrine*, eadem cum ea quam nos dominicam Quinquagesimae vocamus, illo anno bissextili in diem convenerit 19 Februarii, quo mense superioris anni relegatum Prusam Vec-

cum vidimus, liquet istud eius exilium annuo diuturnius fuisse, siquidem post illam consecrati panis corrupti reperti mentionem, quae ante narrationem revocationis Vecci, ordinem, ut apparet, gestarum rerum sequens, interserit historicus, aliquot facile mensium tempus expleverint, nempe debellatio Scytharum c. 29, conatus imperatoris ad factiones ecclesiae componendas c. 30, reportatio in urbem reliquiarum patriarchae Arsenii c. 31, clades P 565
Christianorum in Syria seu initium belli a Sultane Babylonis Latinis Antiochiam Tripolim et Ptolemaïdem tenentibus illati, cuius secuti posterius ultimi eventus a nostro per occupationem memorantur c. 32, denique secundum matrimonium Andronici imperatoris, de quo c. 33. his cunctis circumspectis, haud temere videbimur affirmare evocationem Vecci Prusa Byzantium anno Christi 1284 circa mensem Maium Iuniumve contigisse, ipsum vero synodo tunc habita damnatum, ab imperatore frustra diu conato eum ad partes trahere, in custodiam arcis a Sancto Gregorio nominatae traditum, quod sub finem c. 35 docet Pachymeres. haec faciunt ne assentiri possim Henrico Spondano, dum Vecci damnationem, sub quam mancipatus est carceri, anno Christi 1283 tribuit.

V. Perstitit quidem Veccus usque ad mortem in ea arcis San-Gregorianae custodia, sed conditione non semper eadem. nam initio durissime habitus est in summa inopia, sine ulla provisione necessariorum ad victum. eius incommodi laxamentum aliquod quando et quomodo acceperit, indicat obiter loco non suo Pachymeres, ad calcem modo memorati c. 35, cum ait a proficiscente in Orientem Athanasio iam creato patriarcha, et fretum ad Helenopolim traiiciente, missum ex itinere in arcem S. Gregorii magnum logothetam, qui Vecco centum aureos, Meliteniotae quinquaginta donaverit, Metochita sociorum Vecci altero iam antea propter morbum in domum propriam relato. investigemus, si qua possumus, istius gestae rei tempus. successit Gregorio Cyprio in Constantinopolitano patriarchatu Athanasius, nec statim ac nullo interregno medio successit. primum igitur videndum quamdiu Gregorius in sede perstiterit, tum quo inde intervallo suffectus ipsi fuerit Athanasius, postremo profectionis huius in Orientem tempus. primum quod attinet, Gregorius in abdicatione throni scripto expressa, quae recitatur p. 180 v. 20, ait se annos sex et quod excurrit in possessione patriarchatus perdurasse. creatio huius et inauguratio, capitibus libri prioris 14 et 15 narrata, contigit, ut illic innuitur, paulo post Iosephi mortem, quam superiori capite demonstravimus sub initium Martii anno Christi 1283 evenisse. initum porro a Gregorio patriarchatum ante medium Aprilis, cogit affirmare, quod historicus p. 48 v. 6 memorat, feria iam tum secunda maioris hebdomadae fuisse Cyprium in plena possessione patriarchalis

potestatis. fuit enim illo anno, ut capite superiori ostendimus, Pascha die Aprilis 18; unde maioris hebdomadae feria secunda diem Aprilis 12 insederit. quo anteriorem inaugurationem Gregorii fateri necesse sit: ex qua si sex anni pleni et aliquid praeterea excurrentis temporis numerentur, reperiemus eius abdicationem in annum Christi 1289 post medium Aprilem conferri oportere. ponamus ergo licet abdicationem Cyprii et secessum eius in monasterium Aristinae c. 10 l. 2 narratum, mense Maio aut Iunio anni modo memorati a Christo nato 1289 accidisse. hinc duo tresve menses fluxerint in altercationibus et disquisitionibus a nostro historico relatis a capite 11 libri 2 ad 15, quo tandem scribitur Athanasium iam antea electum patriarcham, die 14 mensis Octobris in templo rite fuisse ordinatum. procedit ergo prior patriarchatus Athanasii a pridie Iduum Octobris anni aerae Christi vulgaris 1289.

VI. Paulo ante memoratam Athanasii patriarchae transmissionem freti ad Helenopolim et profectionem in Orientem communem illi fuisse cum Andronico imperatore docet noster hoc libro 2 c. 18, dum imperatorem se contulisse Nymphaeum narrat, et eo itinere partes Bithyniae transgressum ibi obiter egisse circa Veccum et eius socios, quae paulo ante (nimirum c. 35 l. 1) se memorasse ait. quibus verbis innuit Athanasii quidem patriarchae nomine, imperatorem Andronicum comitantis, mi-
P 566 sum magnum logothetam ad Veccum: caeterum id totum esse actum instinctu et iussu imperatoris. nec enim erat verisimile patriarcham, austerum hominem ac ferum, sponte initurum cogitationem Vecci et sociorum eius, quos pessime oderat homo schismati addictissimus, sublevandorum. unum hic quandam male cohaerentis et secum ipsa collisae narrationis speciem habet, siquidem illo priori loco p. 103 v. 11 affirmat historicus magnum logothetam, qui ad Veccum ab Athanasio missus est, nondum fuisse protovestiarium, p. autem 153 v. 6 diserte scribit Andronicum imperatorem, iis obiter cum Vecco transactis quae paulo ante diximus, Nymphaeum pervenisse comite secum ducto Muzalone, super antiquum honorem magni logothetae nova protovestiarii dignitate decorato. sed haec facilem conciliationem habent, si dicatur statim, postquam a praescripta sibi profectione ad Veccum Muzalo rediens imperatorio comitatui se iterum adiunxit, ab Augusto in ipso itinere, prius quam Nymphaeum perveniret, fuisse protovestiarium declaratus. nihil ergo causae est cur istud laxamentum aerumnarum Vecci non ad illud pertinere affirmemus tempus quo Andronicus ex urbe regia Nymphaeum se contulit, prout l. 2 c. 18 memoratur. explorandum ergo nobis est quando contigerit ista profectio. narrat capite superiori noster historicus mortem expatriarchae Cyprii et circa eius sepulturae formam praescriptiones ab ipso Augusto ad fune-

ris curatores missas, quae satis indicant non abfuisse tunc illum ab urbe: nam si iam tunc peregrinaretur, non tam cito perferri ad eum nuntii mortis Cyprii potuissent, ut exiguo illo spatio, quod ab obitu ad funus interest, per crebros subinde missos tam distincte caveret ne modus excederetur sepulcralium privati hominis honorum. erat ergo Constantinopoli Andronicus, quando mortuus et sepultus est Cyprius; et primus post istum notabilis eventus fuerit discessus imperatoris eiusdem ex urbe, propterea sequenti mox capite a Pachymere narratus. cesserat patriarchio Cyprius iuxta verisimiliter a nobis paulo superius statuta circa mensem Iunium anni Christi 1289. post tres aut paulo plus menses, pridie Idus Octobris Athanasius in thronum evectus est. Novembri, Decembri, Ianuario insequentibus verisimiliter acciderit, quod capite libri 2 c. 17 refertur, nempe Cyprium gloriae avidum hominem, cum se tamdiu neglectum in secessu ac solitudine doleret, ringi ac confici aegritudine coepisse; ex quo ei taedio languor ille multorum dierum extiterit, quo consumptus demum est circiter mensem, ut apparet, Martium. Aprili mox insequente, apta regiis expeditionibus tempestate, Andronicus Augustus ex urbe movens, amoenae ac circumductae peregrinationis metas Nymphaei denique defixerit, eo perveniens sub mensem Iunium. circa Maium igitur anni Christi 1290 laxata custodia Vecco fuerit, postquam egestatis cum captivitate iunctae incommoda tolerasset annis sex integris, a mense videlicet Maio aut Iunio anni Christi 1284 iuxta prius definita n. 5 huius capitis.

VII. Hac eadem in Orientales tractus peregrinatione Andronici contigisse praeterea oportuit accessum eius Dacibyzam, ubi sub custodia tenebatur Ioannes Theodori Lascaris filius, quem Michaël Andronici pater immani fraude circumscriptum imperio deiecit et excoecavit. huc profectum Andronicum narrat Pachymeres l. 1 c. 36 petiisse a Ioanne coeco veniam iniuriae ipsi a Michaële patre suo illatae, et multis benevolentiae significationibus ac donis eblanditum ab eo fuisse cessionem iuris ad imperium sui. ratio, quae cogit dicere tunc id actum, haec est. noster illo capite diserte asserit post conventum ab Andronico Ioannem missum fuisse ab Athanasio iam patriarcha protovestiarium ad Veccum; quod idem alibi factum affirmat eo itinere quo Nymphaeum se denique, illic diu commoraturus, imperator contulit. igitur et haec eadem via per Dacibyzam Andronico ducta est. non enim bis patriarcha Athanasius protovestiarium ad Veccum misit. P 667
recte itaque admonet sub finem capitis historicus haec se in antecessum hoc loco ex multo posteriori memoria praelibasse. dicet aliquis: quare igitur Pachymeres ipso initio istius capitis p. 108 v. 16 sic loquitur: *sed me praeterierat quod paulo prius contigit, imperatorem videlicet ex urbe se contulisse Dacibyzam*, etc.

respondeo: non haec referenda sunt ad colloquium Vecci cum patriarcha Gregorio habitum, toto praecedenti capite 35 descriptum, sed ad obiter adtextam ad calcem illius capitis mentionem laxatae multo posterius Vecci custodiae, in quam post id colloquium est coniectus. id ergo tantum illa capitis 36 prima verba significant, paulo ante quam in saepius memorata imperatoris Andronici profectione in Orientem, per missum in arcem S. Gregorii protovestiarium, Vecous in paulo tolerabiliorem conditionem transferretur, aditum Dacibyzae ab Andronico Ioannem Theodori Lascaris Augusti filium.

VIII. Mora inde Vecci narratur p. 270 v. 14. sed quo anno contigerit disquirendum nobis historicus relinquit. experiamur ergo ecquid, sequendis vestigiis rerum ab illo serie continua, qua gestae sunt, narratarum, possimus certo deprehendere quantum praecise spatii intercesserit a modo memorata relaxatione acerbitatis in Vecci carcere ad perfectam eius, quae felici demum obitu ei obtigit, liberationem ab aerumnis omnibus. primum certum est Andronicum imperatorem Nymphaei perstitisse spatio plus annuo. refert enim noster p. 154 v. 11 fuisse eum illic *undetrigesimo mensis Iunii die quo sanctorum apostolorum* (Petri nempe et Pauli) *festum celebratur, altero currente anno ex quo imperator castra illic habebat*: διετείας τρεχούσης ἐστρατοπεδευμένῳ τῷ βασιλεῖ. cum ergo numero superiori verisimiliter statuerimus Andronicum Augustum pervenisse Nymphaeum circa initium Iunii anno Christi 1290, quod illo c. 9 Pachymeres memorat dissidium principum matronarum contractum occasione panegyris apostolorum, contigerit 29 die Iunii anni Chr. 1291, quando iam annum alterum suae apud Nymphaeum commorationis Andronicus inchoaverat. reditus eius inde in urbem notatur p. 165 v. 3, et assignatur diei duodetrigesimae Iunii, anni videlicet statim sequentis aerae Christi vulgaris 1293, cum iam reparata fuissent damna incendii, quo biennio ante abdicationem Athanasii, ut diserte traditur p. 178 v. 6, Forum magnum conflagraverat.

IX. Abdicationis porro modo memoratae Athanasii tempus satis diserte Pachymeres exprimit, dum p. 177 v. 9 scribit ipsum *exacte quadriennium in patriarchatu expleviese*, ita *ut iniii relictique regiminis ecclesiae eandem ferme numeraverit diem sextam decimam Octobris*. alludunt haec ad prius scripta p. 146 v. 1, ubi dicitur quartam decimam Octobris diem primam Athanasio patriarchatus iniii fuisse. pertinet hoc, ut dixi num. 5, ad annum Chr. 1289, ex quo anni vertentes quatuor in diem 14 Octob. an. 1293 desiere. biduo post throno cessit Athanasius, gesta patriarchali dignitate annis omnino quatuor et duobus praeterea diebus. incendium ergo magni Fori anno 1291 sub medium Novembrem evenit, cuius ruinae spatio mensium fere

octo adeo strenue a civibus reparatae sunt, ut rediens in urbem imperator extremo Iunio anni 1292 *gratularetur*, quod historicus ait p. 180 v. 8, *solo sibi aurium indicio constare notitiam incendii, nullo iam oculis superstite sui vestigio sensibilis.* ab hoc loco quae narrantur a nostro historico serie continua, res prout evenere declarante, usque ad c. 29 l. 3, quinque fere annorum explent spatium. unde quod scribitur p. 270 v. 16, mortuum esse Veccum sub finem Martii, ad annum sine dubio pertinet Christi 1298. octo igitur annis post laxatam aliquantulum custodiam, peractus nihilominus Ioannes Veccus in carcere, quoniam imperatori assentiri ad schisma revocanti constantissime semper renuit, ad suorum, ut sperare licet, praemia laborum a deo vocatus in coelum est. at Meliteniotes, alter eius sociorum, non prius quam post decem evolutos inde annos, pari laude com- P 568
mendatus invictae in fide Romana constantiae, decessit. tempus sic exprimit Pachymeres p. 686 v. 7 *μηνὸς Βοηδρομιῶνος κατὰ τὴν κατὰ κυριακὴν menae Aprili circa novam dominicam.* inter dominicas Graecorum nullam in horum ecclesiasticis libris reperio quae proprio nomine *καινὴ nova* vocetur. puto sic dictam a Pachymere dominicam Paschalem, cuius hebdomas *διακαινήσιμος* illis dicitur: sic enim aliqui vocem illam scribunt. fuit ille annus, ut ex serie rerum in synopsi demonstro, Christi 1308, quo Pascha incidit in 14 Aprilis. circa illum ergo diem obierit Meliteniotes.

CAPUT III.

Definitur tempus evectionis ad imperium Michaëlis Palaeologi Andronici filii, nec non huius coniugii cum Maria filia regis Armeniae.

I. Scribit Pachymeres l. 3 c. 1, cum videret Andronicus Michaëlem filium suum primogenitum iam ultra puberem provectum aetatem, et ea edentem specimina bonae indolis morumque proborum quae dignum eum Augusto fastigio monstrarent, adsciscendum ipsum sibi putasse in imperio collegam, ideoque solemnem eius inaugurationem in templo Sanctae Sophiae a patriarcha celebrari curasse; quam describit illo c. 1 l. 3. fuisse illum patriarcham Ioannem Cosmam ex rebus, quae ante ac post narrantur, manifestum redditur. unde cum is ecclesiae Constantinopolitanae praeesse coeperit, ut capite sequenti et in synopsi chronologica huius historiae demonstrabimus, kalendis Ianuarii anni Christi 1293, non videtur dubium quin statim post illic memorata Michaëlis coronatio, ministerio patriarchae facta die festo magni Constantini, ad illum quem dixi annum pertineat, et ad mensem eius Maium. nam ut diserte historicus memorat, et ex

usu etiam hodierno Graecorum ac ecclesiasticis eorum libris, quos editos habemus, patet, anniversaria memoria magni Constantini simulque matris eius S. Helenae die mensis Maii vicesima prima recolitur in ecclesia Graeca. unde verisimile est traditione veteri Constantinopoli acceptum tali die fato functum Constantinum; quamvis Socrates l. 1 Hist. Eccl. c. 26 diserte scribat illum obiisse 22 Maii, *ἐτελεύτησε* inquiens *τῇ δευτέρᾳ καὶ εἰκάδι τοῦ Μαΐου μηνός*.

II. Ex his sequi videtur imperium Michaëlis iunioris Palaeologi a mense Maio anni Christi 1294 procedere. sed huic obstat quod Pachymeres p. 561 v. 13 duodecimum Michaëlis huius annum cum Andronici patris ipsius tertio supra vicesimum comparat. cum autem, ut c. harum Observationum primo demonstravimus, solus imperare Andronicus coeperit sub finem anni Christi 1282, unde est consequens ut anno Christi 1294 duodecimum is imperii annum egerit, sic manifestum est, si primus Michaëlis cum patris eius duodecimo concurreret, duodecimum Michaëlis eiusdem cum Andronici vicesimo quarto fuisse concurrum. ergo ut duodecimus Michaëlis Andronici vicesimus tertius sit, promovenda necessario est in annum praecedentem, Christi 1293, Andronici undecimum, epocha principatus Michaëlis; et intendum ante coronationem solemnem, quae anno Christi 1294 celebrata est, iam illum a patre adscitum fuisse in consortium Augustae potestatis. nec illud prorsus Pachymeres tacuit: nam in titulo c. 4 l. 3 Michaëlem iam tum Augustum iuniorem vocat, cum
P 569 de eius matrimonio tractaretur longe ante adductum ex Armenia Mariam, quam deinde duxit. credibile igitur est iam a principio anni Christi 1293 Michaëlem ab Andronico patre fuisse collegam assumptum.

III. Et fit illud sane verisimile ex aetatis mentione qua obiter indicat historicus invitatum Andronicum ad imperatoriae communicationem dignitatis filio abunde iam adulto non ultra differendam. scribit illic videlicet Pachymeres ipso protinus ingressu l. 3 p. 196 v. 1, *ἐπεὶ δ' ἀντῆναις ἦν ὁ υἱὸς Μιχαὴλ ἤδη τῷ βασιλεῖ καὶ τὸν ὑπὲρ τὸν ἔφηβον ἤλαυνεν*. *quoniam vero erat imperatori filius iam ultra puberem adultus aetatem Michaël.* *ἀντῆναις* Graecis *ἔφηβος* dicuntur adolescentes annum aetatis supergressi quartum decimum. atqui sat longo intervallo provectum ulterius Michaëlem hoc tempore oportuit, cum eum aut anno Christi 1273 aut non multo post natum fuisse sit verisimile. nam Andronicus eius pater nuptias cum eius matre celebravit anno Christi 1272, iuxta dudum a nobis constituta l. 3 priorum Observ. c. 8. ponamus Christi 1274 aut, quo vix recedi ulterius potest, 1275 ortum in lucem Andronici primogenitum Michaëlem. iam ergo quando Andronicus imperii undecimum Christi anno 1293 numerabat, Michael saltem octavum decimum vitae annum attigerat. unde causa non erat cur differret pater iampridem decretam eius assumptionem in

collegam principatus. apparet igitur iam tum illo anno Christi 1293 evectum a patre in consessum Augusti solii fuisse Michaëlem: licet, forte propter nutantem illo anno patriarchae Athanasii mox exauctorati dignitatem, differendam Andronicus putaverit imperantis secum ex tunc filii celebrem inaugurationem in illud tempus quo novus patriarcha Ioannes Cosmas in pleno ac pacifico aliquot iam mensibus peractitisset exercitio patriarchalis potestatis, et ad augustiorem istam ceremoniam reddendam expectatus esset dies Constantini Byzantini imperii fundatoris anniversaria celebritate insignis. nuptiae deinde eiusdem Michaëlis Augusti iunioris cum Maria filia regis Armeniae, l. 3 c. 5 et 6 a nostro historico relatae, ad diem 16 Ianuarii anni Christi 1296 pertinent, prout ex serie rerum in synopsi monstramus.

CAPUT IV.

De Ioannis Cosmae patriarchatu, et restitutione Athanasii.

I. Inter Athanasii Constantinopolitani patriarchae deiectionem e throno et restitutionem in thronum Ioannis Cosmae patriarchatus infinditur, multis vicissitudinibus varius, per quas tamen sat longo spatio duravit. eius qua incuntis qua desinentis definire momenta, spatiaque totius durationis exacte dimetiri, cum est huius historiae callere chronologiam volenti necessarium, tum idem propter confusionem perplexe mistarum rerum historicique nostri ambiguam alicubi de his affirmationem haud sane obvium facileque explicatu fore sperandum est, lectori praesertim primum ad haec advertenti et defungi, ut fere fit, obiter cupido. huius ego studio ut pro mei ratione officii serviam, cuncta hic eius generis quam brevissime et clarissime potero exponam.

II. Id agenti ante omnia considerandum occurrit, quod a Pachymere scriptum extat p. 368 v. 2, Athanasium expatriarcham, quando eum die Ianuarii decima nona imperator Andronicus cum episcopis et populo convenit, transegisse in illo monasterii secessu annos decem, minus novem mensibus. in eo asserto sibi egregie constat historicus: dixerat enim p. 177 v. 8 Athanasium, renuntiato patriarchatu, monasterio Cosmidii fuisse inclu- P 570
sum die 16 Octobris, cum ante annos quatuor die quarta decima mensis eiusdem patriarchatus possessionem adiisset. erat ille annus, quo Athanasius in monasterium Cosmidii e patriarchio migravit, Christi aerae 1293, prout in Synopsi subiicimus oculis: alter autem annus, cuius Ianuarii 19 conventus illic idem ab Andronico Athanasius fuit, in eadem Christi aera sine dubio millesimus trecentesimus quartus numerabatur. quia vero nonus annus privatae commorationis Athanasii apud monasterium Cosmidii evolutus fuerat die 16 Octobris anni praecedentis Christi millesimi trecen-

tesimi tertii, et si decimus a tali epocha fuisset explendus annus, perseverare idem clausus in isto loco debuisset usque ad 16 Octobris insequentis diem, a quo dies 19 Ianuarii novem fere solidis abest mensibus, apparet quam ad verum exacte definita Athanasii in Cosmidii monasterio secreta habitatio fuerit spatio praeciso decem annorum, minus novem mensibus.

III. Haec utcumque non inutiliter in rem nostram annotata sunt, non absolvunt tamen propositam de principio et fine patriarchatus Ioannis Cosmae quaestionem, siquidem is nec inchoavit statim a recessu Athanasii in monasterium Cosmidii, nec eo momento desiit quo Andronicus Athanasium eundem ibi convenit. sed de initio quidem clare tradit Pachymeres p. 186 v. 9, kalendis Ianuarii Ioannem Cosmam rite fuisse inauguratum patriarcham. nec dubium ex toto contextu rerum ante ac post ibi narratarum est, quin istae kalendae Ianuariae fuerint proxime secutae post discessum e patriarchio Athanasii et huius inclusionem in monasterium Cosmidii, quam 16 die Octobris anni Christi 1293 contigisse vidimus. maneat igitur pro certo Ioannem Cosmam a kalendis Ianuariis anni Christi 1294 praeesse patriarchali potestate Constantinopolitanae ecclesiae coepisse. quia vero quando, novem annis et octodecim diebus inde vertentibus, Andronicus imperator episcopos clerum et populum secum ducens Athanasium adiit, nondum manifeste Cosmas abiecerat possessionem patriarchalis honoris, quem nec ipse Athanasius utcumque tunc delatum admisit, et Cosmas postea, ipso fatente imperatore adhuc patriarcha verus, etiam ut talis anathemati subiecit quemcumque qui moliretur Athanasium in throno reponere, quaerendus alibi est verus et indubitatus finis patriarchatus Cosmae.

IV. Is porro non alibi reperietur quam p. 382 v. 18 sqq., ubi refert Pachymeres Andronicum abscindentem nodum quem solvere nequibat, dum episcopos in synodo sine modo aut spe conventionis de abdicatione Ioannis Cosmae et restitutione Athanasii altercantes videt, assumptis secum iis qui Athanasio favebant, eum iuris securum usu ac facto in patriarchatus possessione constituisse, multis episcoporum et ipso Ioanne Cosma nequidquam reclamantibus, et hoc quidem (etsi vi maiori cedens Sozopolim in patriam recessit) verum se adhuc patriarcham arbitrante. ex tunc tamen ab imperatore ac plerisque Ioannes Cosmas haberi pro patriarcha desiit; et Athanasius functiones eius potestatis (quo iure quave iniuria, deus scit) exercuit. habemus autem hanc epocham insignitam charactere chronologico, sed propter affectatam a Pachymere quandam in verbo ambiguitatem indigente declaratione non perfunctoria.

V. Ait nimirum noster historicus p. 383 v. 13 diem, quo est ab Andronico imperatore vi et manu throno impositus Athanasius, fuisse vicesimum tertium mensis Atheniensibus Maemacterionis dicti, cuius primus et vicesimus dies illo anno in parascu-

en, hoc est, modo loquendi huic auctori usitato, in feriam hebdomadis sextam inciderit. Maemacterionem alibi Pachymeres constanter, ut in priori observavimus Glossario, Iunium mensem vocat. hic autem non uti eum hactenus consueta notione illud ipsum subindicat, quod non *ἁπλῶς* et absolute, sed *κατ' Ἀθηναίους iuxta Athenienses* istum de quo agit mensem fuisse Maemacterionem asserit. sane is esse hoc loco Iunius non potest, quoniam, quo haec gesta esse anno series narrationis fateri cogit, Christi millesimo tre- P 571
centesimo quarto, cum cyclus solis numeraretur 25, cui competit pro mensibus Februarium sequentibus litera index dominicae D, vicesimus primus Iunii dies dominica, non autem feria sexta fuit. nec medetur huic incommodo, postquam illud animadvertisse visus est, paraphrastes Vaticanus, dum solitus semper alias Maemacterionem Pachymeris *Ἰούνιον Iunium* interpretari, hoc dumtaxat loco *Ἰούλιον Iulium* reddidit: nam neque Iulii mensis dies vicesimus primus affixam lateri literam B habet in vulgari kalendario, prout oportuerat ut feria sexta censeri posset, sed literam F, feriae tertiae indicem quando D feriam primam sive diem dominicam designat. omnino unus in toto anno est mensis Augustus, cuius diei vicesimae primae litera B anno tali feriam sextam indicans ad latus appicta cernitur. hoc igitur ipso mense contigisse oportuit memoratam p. 384 v. 1 a Pachymere promotionem Athanasii. ac sane suadet idem ille vehemens solis flagrantis aestus, quo excoctum fuisse Andronicum dum hoc ageret Pachymeres innuit verbis illis, *ὑπ' ἀέρι πῦρ πνέοντι καὶ καιρικῷ πνίγει, sub aëre ignem spirante, ac prout tali tempestate solet fieri, paene suffocante trahentes halitum.* quae nemo non fatebitur Sextili sive Augusto mensi, sub Leonis signo et Caniculae sidere longe omnium ardentissimo, eximie convenire.

VI. Idem adstruit ordo gestarum et a Pachymere memoratarum rerum, quae exacte totum spatium inter diem 19 Ianuarii et mensis Augusti 21 complent, ut breviter demonstro. refert historicus l. 5 c. 2 statim a refrigerato primo illo ardore, quo in Athanasii repositionem in sede die 19 Ianuarii passim omnes abrepti fuerant, non paucos antistitum adversa ei promotioni studia monstrasse. qua contentione durante, addit Pachymeres mox p. 376 v. 2 Andronicum diebus Tyrophagiae, qui proxime quadragenarium ieiunium praecedunt, adiisse Ioannem Cosmam. fuit illo anno feria quarta Cinerum dies undecima Februarii; unde illa profectio imperatoris ad Ioannem aliquo septem dierum undecimam Februarii diem *ἀμέσως* praecedentium contigisse debuit. narrat postea historicus perculsum Andronicum excommunicatione a Ioanne, postquam illum ipse verum adhuc patriarcham agnoverat, in eos intentata qui Athanasium reponere in sede molirentur, multum remisisse de studio in eam restitutionem suo. supervenit his morbus et mors Theodorae Augustae matris Andronici, rebus humanis

subtractae feria secunda secundae ieiuniorum hebdomadae, hoc est die Februarii decima sexta, ut p. 377 v. 20 refertur; significaturque ibidem curas universas imperatoris ad curandam, dum aegrotavit, et postquam fato functa est, magnifico ac regio funere honorandam matrem esse conversas. post Paschales non magno inde intervallo secutas ferias aliae urgentes domesticorum affectuum solicitudines Andronici animum a cogitando de Athanasio averterunt, cura nimirum adornandae profectionis Irenes suae coniugis Thessalonicam cogitantis, et nuptiarum Ioannis despotae sui filii cum filia Chumni sui primarii ministri celebrandarum; quae capite quinto memorantur, et facile dies a Pascha quindecim expleverint. incidit autem illo anno Pascha in diem 29 Martii. adulto igitur iam Aprile resumptum ecclesiae negotium est; et longae illae c. 6 indicatae institui ab episcopis deliberationes coeptae circa excommunicationem a Ioanne Cosma coram in os Andronico Augusto intentatam; quibus absumptum Maium mensem et Iunium non temere prudens aestimator ex historici verbis autumaverit, donec mense Iulio, nihil ab iis sibi sperandum Andronicus videns ad exemptionem scrupuli quem eius animo iniecerat molestissimum inopinata illa Ioannis Cosmae comminatio excommunicationis, se vertere statuit, et longo tempore per missos varios eblandiri a Ioanne ipso conatus est revocationem anathematis illius; cuius tandem voti compos est factus, in optatam ipsi sen-
P 572 tentiam edita declaratione remissionis ab eodem impetratae Ioanne Cosma; quam scripturam imperator accepit feria illa sexta eademque die vicesima prima mensis Augusti, supra memorata saepius. unde triduo post, die mensis eiusdem vicesima tertia Athanasium in sedis patriarchalis iteratam possessionem imperator induxit. en ut successio et contextus actorum illius anni eumdem nos in locum pedetentim ducit, quem procul quasi signaveramus indicio alte se ostentantis characteris chronologici, hoc est coniunctionis feriae sextae cum die Augusti 21; quae coniunctio cum annum exigat cyclo solis 25 insignitum, qualis nullus isto temporum tractu alius est ab anno qui in aera Christiana numeratur quartus supra trecentesimum et millesimum, restat demonstratum anno Christi 1304, die 23 Augusti, desiisse patriarchatum Ioannis Cosmae, Athanasium autem Constantinopolitanae ecclesiae praesidere iterum coepisse. unde consequitur Ioannem Cosmam a kalendis Ianuariis anni Christi 1294 ad diem 23 Augusti anni Christi 1304, annis novem, septem mensibus et 22 praeterea diebus, patriarchatum tenuisse.

VII. Restat hic definiendus annus eventi notabilis a nostro historico relati l. 3 c. 24, quod sine dubio ad patriarchatum Ioannis Cosmae hic a nobis chronologica ratione definitum pertinet. refert loco laudato Pachymeres pueros quosdam, dum mense Septembri nidos columbarum in Catechumeneis scrutarentur, testas

reperisse intra quas Athanasius patriarchio excessurus scripta quaedam incluserat, prout idem narraverat c. 22 et 23 l. 2. his sic prolatis chartis turbatum vehementer Andronicum fuisse propter memoratum illic anathema ab Athanasio intortum in adversantes sibi. itaque allegasse certos homines ad Athanasium privatim in monasterio degentem, qui ex eo rescirent an et quo animo ista scripsisset. his eum tradidisse scriptum, quo imperatorem omni exolvit scrupulo. scriptum autem istud fuisse consignatum nota temporis ait, mensis Aprilis et indictionis 11 (p. 256 v. 18). igitur id contigerit anno Christi 1298, quo certissimum est indictionem 11 fuisse numeratam Graecis a Septembri anni praecedentis, Latinis a kalendis Ianuariis. illud hic occurrit incommodum, quod literae istae Athanasii declaratrices mentis eius mense demum Aprili post inventionem chartarum absconditarum octavo consignentur, cum tota narratio historici demonstret multo brevius spatium intercessisse inter scrupulum insertum et evulsum animo imperatoris. omnino credo mendum hic esse in duobus alioquin optimis codicibus Pachymeris B et A diserte habentibus *μηνὶ Ἀπριλλίῳ*, et apud unum Vaticanum veram huius loci extare lectionem. in eo enim legitur *μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος ιά*, hoc est *mense Septembri indictionis* 11. Septembris igitur initio anni Chr. 1297, quo iam Graeci indictionem 11 numerare suo more occupabant, repertae chartae istae fuerint, post paucos vero dies eodem mense literae Athanasii quas diximus conscriptae. fuit autem is annus Cosmae patriarchatus quartus.

CAPUT V.

De lunae defectione totali Constantinopoli visa die 14 *Ianuarii anno Christi* 1302, *quam describit Pachymeres l.* 4 *c.* 15.

I. Fuit Ioannis Cosmae patriarchatus alia quoque conspicuus coelesti nota, eo hic a nobis pertractanda diligentius, quod eius consideratio speretur redundatura in non vulgare stabilimentum chronologicarum huiusce totius historiae rationum. loco modo P 573
indicato, nimirum p. 806 v. 3, scribit noster historicus eodem anno cuius post aequinoctium autumnale cometa praecedente capite descriptus apparuerat, Ianuario currente, cum primus lunae a novilunio progressus simul cum illo mense incepisset, eum planetam plenilunio in deliquium incidisse, prout imperatori praedixerant astronomicarum periti rationum, nempe ita ut obscurari coeperit fere tertia noctis hora, a parte disci lunaris Orientali, paulatimque per horae spatium caligine subintrante, prorsus intra umbram luna tota absorpta, nigra perstiterit horae triente. post quod resumens lento progressu, a limbo coeli parti Orientali obverso, perditum lumen, tota sensim hora tenebris emergens, pura

denique plenum os, ut antea, lucens ostendit. his fere verbis auctor istud phaenomenum exprimit, quotus is annus ab orbe condito, qua solet interdum uti aera, numeratus fuerit tacens. consului ego super hoc domesticum oraculum doctissimi humanissimi mihique amicissimi patris Ioannis Baptistae Riccioli societatis nostrae, datis ad illum hinc Roma literis circa initium Aprilis anno Christi 1667. ad eas mutuam eius epistolam hic describere operae pretium duxi.

Epistola Ioannis Baptistae Riccioli soc. Iesu ad Petrum Possinum eiusdem societatis.

Reverende in Christo pater.

Pax Christi.

Cum Pachymeres l. 4 c. 15 narret visam Constantinopoli eclipsim lunae totalem mense Ianuario, hora noctis 3, ita ut luna post horam fere tota intra umbram telluris immersa fuerit et emergere visa sit ab umbra post horae trientem tandemque post horae intervallum tota emerserit, neque vero diem neque annum exprimat, sed solum id accidisse tempore Andronici Palaeologi referat, iubes me, pater doctissime et amantissime, inquirere ex mea Astronomia Reformata quoto Christianae epochae anno talis eclipsis contigerit; supponisque ex contextu rerum gestarum annum huiusmodi consistere inter 1298 et 1310 dictae epochae. ut votis tuis obsecundarem, examinavi plenilunia Ianuarii omnium praedictorum annorum; et respondeo distincte per tres conclusiones; supponoque pro certo, ex mea tum Geographia tum Astronomia Reformata, Constantinopoli altitudinem poli esse graduum 42 56, eiusque meridianum orientaliorem esse Bononiensi (cui affixae sunt meae tabulae) hora 1 min. 20 26.

I conclusio.

Inter annos Christi 1298 et 1310 nullus fuit, in cuius Ianuario fuerit plenilunium eclipticum, nisi anni 1301 1302 et 1303.

Ratio est quia, ut lunae eclipsis sit naturaliter possibilis, lunae distantia a propiore nodorum non debet excedere gradus 17 20, ut docui libro 6 Almagesti Novi. at in pleniluniis Ianuarii omnium annorum ab anno 1298 ad 1310, demptis annis 1301 1302 1303, luna distitit a propiore nodo plus quam gradus 17 20, ut ex prima tabella infra scripta liquet. ergo etc. et ad id discernendum sufficit adhibere plenilunia media.

TABELLA. P 574

Anni vulgaris epochae Christi.	*Menses.*	*Plenilunium medium Constantinopoli post meridiem.*				*Lunae locus verus tempore plenilunii.*			*Nodi ☊ Berei locus verus.*			*Distantia lunae a nodo propiore.*	
Anni	Menses	Dies.	H.	*t.*	*u.*	S.	Gr.	Min.	S.	Gr.	Min.	Gr.	Min.
1298	Ianuarius.	28	8	48	51	4	15	46	0	20	59	65	4
1299		17	17	37	29	4	9	35	11	22	13	42	38
1300		7	2	26	7	3	28	42	11	13	27	44	45
1301	Ianuarius.	24	23	58	48	4	16	6	10	23	8	8	2
1302		14	8	47	26	4	1	26	10	4	22	2	56
1303		3	17	36	4	3	16	53	9	5	36	11	17
1304	Ianuarius.	22	15	8	46	4	4	23	8	25	16	39	7
1305		11	0	57	24	3	25	7	8	6	30	48	37
1306		0	8	46	2	3	17	32	7	17	44	59	48
1307	Ianuarius.	18	6	18	33	3	28	0	6	27	28	89	28
1308		8	15	7	22	4	0	9	6	8	39	68	30
1309		26	12	40	3	3	18	50	5	18	19	59	28
1310		15	21	28	41	4	3	31	4	29	33	26	1

II conclusio.

Ex tribus pleniluniis eclipticis mensis Ianuarii annorum Christi 1301 1302 et 1303 solum plenilunium anni 1302 respondet conditionibus a Pachymere relatis. plenilunia enim annorum 1301 et 1303 Ianuario facta neque totalem eclipsim cum mora notabili in umbra terrae habuerunt; neque aut initium in iis aut medium eclipsis fuit circa tertiam noctis horam, sed longe pluribus horis post. at eclipsis anni 1302 Ianuarii die 14 fuit totalis, cum insigni mora lunae in tenebris; et eius initium fuit prorsus hora tertia noctis Constantinopoli, ut patebit ex calculo infra scripto; et quoad hoc respondet exacte relationi Pachymeris.

III conclusio.

Recuperatio luminis post horae trientem asserta a Pachymere non fuit vera recuperatio luminis radiorum solis directe lunam illuminantium, cum luna morata sit re vera in umbra terrae hora 1 42 24. sed ob radios solis refractos rubicunda coepit apparere, licet intra umbram esset, ut plerumque evenit in eclipsibus totalibus, iuxta ea quae demonstravi in 5 libro Almagesti Novi, c. 5.

P 576 C A L C U L U S

eclipsis lunae totalis cum mora, visae Constantinopoli anno Christi MCCCII, Ianuarii die 14, *nocte sequenti.*

altitudo poli Constantinopoli. Grad. 42 56.
meridianus Constantinopolis orientalior Bononiensi hor. 1 20 26.

tempus aequale plenilunii post merid. hor. 10 37 32.
tempus apparens plenilunii post merid. hor. 10 25 20.

	Signa	Grad.	min. 1.	min. 2.
Solis verus locus in Aquario post signa	10	2	33	18
apogei solaris locus.	8	2	29	38
anomalia solis aequata	6	29	55	58
lunae locus verus in Leone seu post signa	4	8	33	18
anomalia lunae coaequata	5	29	14	44
nodi ☊ borealis lunae locus medius	10	4	21	31
et nodi australis ☋	4	4	21	31
distantia lunae a nodo australi	0	1	18	13
verus igitur locus nodi ☋ australis	4	4	15	46
lunae latitudo maxima	0	4	58	30
argumentum latitudinis verae lunaris	5	28	17	32
latitudo ergo vera et borealis lunae in medio eclipsis, seu in momento plenilunii	0	0	8	52
semidiameter apparens lunae	0	0	16	12
et diameter	0	0	32	24
semidiameter umbrae correcta in loco transitus lunae	0	0	47	43
scrupula deficientia	0	0	55	3
digiti eclipsati 20 19 4				
horarius lunae motus a sole	0	0	35	30
scrupula incidentiae aut repletionis	0	0	53	21
scrupula semimorae in umbra.	0	0	30	13
	dies	horae	min. 1	min. 2
semidiurnum tempus Constantinopoli	0	5	43	20
initium eclipsis in horis post meridiem	14	8	43	30
in horis noctis sequentis	14	3	0	10
initium totalis immersionis post meridiem	14	9	34	28
in horis noctis sequentis	14	3	51	8
medium eclipsis seu plenilunium post meridiem	14	10	25	20
in horis noctis sequentis	14	4	42	0
initium verae recuperationis luminis post meridiem	14	11	16	32

	dies	horae	min. 1	min. 2
in horis noctis sequentis	14	6	53	12
finis eclipseos verus post meridiem	14	12	7	30
in horis noctis sequentis	14	6	24	10
tota mora lunae in umbra terrae	0	1	42	24
tota duratio eclipsis	0	3	24	20

Bononiae 16 Aprilis 1667.

R. V. Servus in Christo
Ioannes Baptista Ricciolus.

Hactenus epistola R. P. Riccioli, cui ad notitiam perfectam deliquii lunaris a Pachymere memorati nihil addi potest nisi forte typus eclipseos eiusdem, quem a summo amico talium peritissimo meo rogatu delineatum, hic, cum bona R. P. Riccioli venia, ne quid lector e solitis tali occasione praestari desideret, apponam. P 576

Typus eclipseos lunaris visae Constantinopoli die 14 *Ianuarii anni MCCCII.*



A centrum umbrae.
B centrum lunae.
A B latitudo lunae borealis 8 52.
A C et A D summa semidiametrum, umbrae 47 43 et lunae 16 12.
C B media duratio hor. 1 42 10.
B D idem.
C D integra duratio hor. 3 24 20.
E B media mora 51 12.
B F idem.
integra mora hor. 1 42 24.

III. Primus usus huius deliquii lunaris est certa indicatio anni, quo memoratus capite praecedenti cometa comparuit. ait Pachymeres eodem anno quo post aequinoctium autumnale visus

cometes fuerat; mense Ianuario conspectam eclipsim lunae. scribit et numerat more Graecorum. hi enim mundi annos, qua aera vulgo utebantur, a Septembri mense inchoabant. unde non est dubium quin per autumnum anni Christi 1301 nova illa crinita stella conspecta in coelo fuerit; quin a vernis mensibus eiusdem anni ad finem Septembris prodigiosa illa, quam describit historicus extremo c. 14, exarserit coeli ariditas, prata et segetes plantasque omnis generis adurens, puteos quoque perennes et vivas uberrimorum fontium scaturigines exsiccans. denique quod *inter haec*, hoc est circa hoc tempus, contractum historicus memorat p. 304 v. 3, Michaëlis despotae cum Terteris filia a crale Serbiae repudiata connubium, ad hunc quoque ipsum 1301 Christi annum haud dubie pertinere putandum est. et confirmatur idem charactere chronologico, quo anterius narrata superiori anno Christi trecentesimo supra millesimum vindicantur, refert siquidem Pachymeres p. 302 v. 8 patriarcham Ioannem Cosmam se contulisse ad Andronicum imperatorem, et cum eo simul ad Palaeologorum monasterium ivisse die 25 Octobris, quae tunc numerata fuerit feria hebdomadis tertia. nempe anno Christi 1300 bissextili cyclus so-
P 577 lis 21 literas dominicales habet duas, C et B, quarum posterior cum insigniens 23 Octobris diem ostendat eam illo anno dominicam fuisse, demonstrat pariter 25 eiusdem mensis fuisse feriam tertiam. ac quia caetera eventa tum ante tum post istam eclipsim ea fere qua gesta sunt serie in hac historia referuntur, eorum ferme omnium verum tempus ex hac coelesti nota designari posset; quod facili experimento demonstrarem, si tanti esset in iis immorari diutius. sufficiat quod in eo genere ad lectoris solatium consti sumus capite ultimo huius Observationum libri tertii, ubi pleraque libris septem Pachymerianae de rebus Andronici historiae descripta sub unum velut aspectum in annos digesta coniecimus. est tamen ex istis eventis unum paulo intricatius implicatione casuum et ambiguis affirmationibus auctoris, quam ut relinqui a nobis, evolvere perplexitates chronologicas hoc loco professis, intactum debeat. esto igitur id argumentum capitis sequentis.

CAPUT VI.

Intricatae rationes temporum circa Rontzerii ac Catelanorum res et acta explicantur.

I. Quae tribus ultimis libris huius historiae de Rontzerio, Pharenda Tzime, Mpyrigerio Tentza et quibusdam aliis Latinis ducibus, tum de militibus quibus praeerant, Catelanis et Amogabaris, primum auxiliaribus infidis, deinde feris hostibus Andronici et Romanorum, referuntur, haud satis dilucide ordinata sunt ab historico, vel sub finem longi et laboriosi operis fesso, vel ob in-

dignationem in Catelanos et duces eorum, propter atrócissimas in suam gentem iniurias, numquam fere sine indicio perturbationis ex vehementi odio eorum recordante, ideoque imperfecte defungente distinctione et explicatione necessaria. huic ut pro virili medeamur incommodo, in gratiam lectoris studiosi confusam istam congeriem hic evolvere, et chronologica methodo suis acta eiusmodi et eventa singula alligare epochis aggredimur, initio a prima Rontzerii et Catelanorum e Sicilia in terras Orientalis imperii evocatione ducto.

II. Narrat l. 5 c. 12 Pachymeres: imperatorem parum praesidii adversus Persarum irruptiones in Orientales imperii regiones in Romana militia reperientem, ideoque respicere coactum externa auxilia, primum Pharendam Tzimem cum manu militum, quos e sibi subditis armaverat, suppetias ultro venientem grate excepisse; ac praeterea offerentem se ad idem per literas Rontzerium amplis conditionibus invitasse, quibus ille permotus postea cum magno navali exercitu venerit Constantinopolim. istius Andronicum inter et Rontzerium per literas invicem scriptas initae stipulataeque conventionis tempus non diserte notatum a nostro historico, ex causa, qua inductum ad eam tractationem Rontzerium ait, divinandum est. scribit autem ille Rontzerium ex milite templi post captam ab Aethiopibus (hoc est Saracenis duce Sultane Aegypti Melec Seraf dicto) Ptolemaidem, ditissimam et munitissimam urbem Phoeniciae (quod anno Christi 1291 die 18 vel, ut alii, 19 Maii contigisse accurate Spondanus illo anno docet ex scriptoribus illorum temporum) manu collecta sibi obnoxiorum, quaestuosam aliquandiu per illa maria piraticam fecisse, partisque magnis opibus ducem iam classis validae Friderico Siciliam obtinenti (Theuderichum hunc perperam vocat Pachymeres) militarem longo tempore certi pactione stipendii operam navasse, P 578
bello quod ille adversus ecclesiam rebellis contra Carolum gerebat Apuliae regem. caeterum hoc tandem bello nuptialibus conditionibus dirempto, quibus Ecaterina regis Caroli filia regis Siculi fratri collocata sit, Rontzerium haerere amplius in Sicilia non valentem, quod eum Romanus pontifex dedi sibi puniendum a rege Siculo poscebat, pactum de quo diximus iniisse cum Andronico.

III. Ita ibi Pachymeres, in rebus quae de alienis terris aut gentibus obiter memorat, suo more balbutiens. voluit enim sine dubio illic indicare pacem factam anno Christi 1302 inter Carolum regem Neapolis et Fridericum in Sicilia dominantem, qua non Ecaterina sed Eleonora regis Caroli filia, non fratri regis Siculi sed ipsi Friderico desponsa coniux est, prout Fridericus ipse attestatur in instrumento conventionis istius publice per ipsum edito ad Castrum Novum die 19 mensis Augusti anno Christi 1302, indictione 15, quod totum recitat Odoricus Rainaldus eo Annali, unde manifestum est ab illo iam tempore institui coeptum esse

tractatum inter absentes, hinc Rontzerium inde Andronicum imperatorem, de auxiliari classe ab illo ad hunc adducenda. sane praesens status rerum impellere vehementer Andronicum ad admittendum oblatum auxilium debuit: eo quippe anno Michaël Augustus iunior eius filius omnes secum imperii copias ductans tergum inhoneste Persis verterat, fugaque praecipiti se incluserat Magnesiae, ubi et deserebatur a militibus et omnium rerum extrema laborabat inopia, cui subvenire Andronicus pater cummaxime cuperet, obstaculis ineluctabilibus prohibebatur, prout prius narraverat ipse Pachymeres l. 4 c. 18, consequenter inde referens miserrimam desolationem omnium imperii regionum per illos Orientales tractus ex his secutam, praesertim post novam et luculentam cladem Romanorum duce Muzalone hetaeriarcha, die 27 Iulii circa Bapheum prope Nicomediam a Persis duce Atmane illatam, quae l. 4 c. 25 describitur. extremis ergo mensibus an. 1302 et primis anni sequentis 1303 fuit conventio ista commeantibus ultro citroque nuntiis conclusa; rursusque aliquot inde mensibus in classis apparatu impensis, tandem ea mense Septembri Constantinopolim appulit.

IV. Mense inquam Septembri anni Christi 1303, diserte siquidem attestatur Pachymeres p. 398 v. 6, insecuto mox Septembri, post mensem Augustum cuius die octavo terrae motus incepit quo subversa est Rhodus, appulisse Rontzerium Constantinopolim cum classe auxiliari, indictione secunda. verba eius sunt: *κατὰ τὸν ἀπὸ τούτου Γαμηλιῶνα δευτέρας ἐπινεμήσεως εἶδον ἡ Κωνσταντίνου καὶ τὸν Λατῖνον Ῥοντζήριον.* Gamelion, hoc est una perpetuo Pachymeris September, indictionis secundae, est sine ullo dubio September a quo incepit more Graecorum numerari Indictio secunda. indictiones autem, quas Latini a kalendis Ianuariis numerare incipimus, Graeci semper a quarto retro mense inchoant, unde et initium ducunt annorum aerae suae a mundi principio juxta calculos ipsorum. unde cum viderimus superius n. 3 Fridericum literas publicas, quibus pacem a se cum Carolo rege Neapolis initam promulgavit, consignasse anno Christi 1302, die 19 Augusti, indictione 15, intelligere debemus fuisse illum annum ultimum cycli indictionis complectentis annos quindecim, ita ut Septembri post illum Augustum mox secuto Graeci numerare primam indictionem coeperint, Latini vero id facere distulerint usque ad primum diem Ianuarii sequentis, quo Christi annus 1303 calculo ipsorum est initus. rursus huius anni Christi 1303 mense Septembri Graeci secundam indictionem numerarunt, dum Latinis indictio adhuc prima per spatium quadrimestre curreret. nec alius ab hoc September indictione secunda Graecis insignis reperiri hoc tractu temporum potest, nisi quis retrocedat annis quindecim ad annum
P 579 Christi 1288, aut progrediatur pari spatio consequentis temporis usque ad annum aerae Christianae 1318, quorum item annorum

duorum mense Septembri apud Graecos *δευτέρα ἰνδικτιὼν secunda indictio* numerari coepta est. quam vero est manifestum ad neutrum illorum annorum pertinere potuisse appulsum Rontzerianae classis Constantinopolim, tam certum haberi debet illum esse assignandum mensi Septembri anni Christi 1303.

V. At ecce hoc assertum tam diserta Pachymeris affirmatione constitutum contrario eiusdem testimonio evertitur. scribit ille in hunc modum p. 561 v. 13. *ambobus iam imperatoribus, seniori quidem tertium et vicesimum, iuniori autem duodecimum annum imperii evolvi contigit, quando* etc. eventa varia memorat, quae in illum inciderunt articulum temporis, quo Andronici annus imperii 28, Michaëlis autem eius filii 12 evoluti erant, hoc est, expleti numerabantur, sequentibus iam inchoatis. inter alia vero istius generis eventa paulo post recenset inclusionem Michaëlis Augusti iunioris intra Didymotichum, munitam arcem, in qua se necessario continebat, quod milites Romani, quibus praeerat, fracti animis ob acceptas clades, inde progredi et os hostibus obvertere non auderent. hostes hic non alios intelligere historicus quam Catelanos potest. et ipse statim clare de iis se loqui demonstrat, dum continue subiungit Andronicum experimentis evidentibus persuasum, vinci non posse Marte aperto suorum armis Catelanos, alias eorum debilitandorum aut alliciendorum ad conventiones pacis rationes iniisse. clades igitur, quarum Pachymeres hic meminit Romanis militibus exercitus, cui Michaël iunior Augustus in Occiduo tractu praeerat, a Catelanis illatarum, non aliae fuerint quam quas idem retulit l. 6 c. 30 et libri eiusdem c. 32, quorum in priori narrat progressum contra Catelanos aliquanto post necem Rontzerii Caesaris, Adrianopoli Pamphylum usque, Michaëlem Augustum iuniorem, cum toto Romano exercitu, partem huius sub tribus ducibus, Duca Umpertopulo et Bossila, contra Calliopolim misisse, ubi Catelani et Amogabari suas copias habebant: sed hi obiecta Romanis armentorum praeda, cum sic eorum ordines solvissent, immisso in discursantes inordinate equitatu fuderunt eos fugaruntque, ducentis interfectis, vulneratis ipsis ducibus. posteriori autem loco, nempe l. 6 c. 32, idem historicus fuse describit commissum postea a Michaële Augusto, digestis in aciem universis Romanis copiis, adversus Catelanos praelium, eo successu ut Romanus quidem exercitus fugatus, ipse vero Michaël fortiter pugnans periclitatus de vita fuerit, et vix denique fuga ipse quoque servatus Pamphylum primum se receperit; paulo vero post, iuxta ea quae deinde c. 1 l. 7 noster idem auctor tradit, Didymotichum se transtulerit, ubi exanimatas metu ex cladibus acceptis Romanas copias intra muros munitae arcis continere cogebatur. id porro si contigit quando evolvebatur aut potius evolutus iam erat annus imperii Andronici vicesimus tertius Michaëlis duodecimus, oportuit sine dubio contingere anno Christi

1306: tunc enim Andronicus, cui primus a patris morte imperii annus fuit 1283, vicesimum tertium principatus annum absolverat et vicesimum quartum inchoaverat, Michaël vero, cuius primus annus imperii cum patris undecimo Christi 1293 concurrit, principatus duodecimum annum evolverat, decimum tertium iniverat.

VI. Atqui cum hoc quidem constare nequit quod Pachymeres ex publicae memoriae conscientia, tamquam certissimum et a se visum, asseverat, Rontzerium mense Septembri secundae indictionis appulisse Constantinopolim. hoc nunc demonstratur ex serie ac nexu rerum intervallisque temporum diserte memoratis a Pachymere. Rontzerius Septembri secundae indictionis, hoc est an. Chr. 1303, in urbem appulsus ab Andronico magnifice excipitur, magnus dux creatur, uxorem ducit imperatoris neptem, Cyzicum in hiberna missus in digressu ab urbe a Genuensibus oppu-
P 580 gnatur. haec narrata l. 5 c. 14 facile reliquum anni 1303 expleverint. igitur circa initium anni Christi 1304 excepti a Cyzicenis Catelani uberi et copioso hospitio, nihil minus cogitarunt quam cuius causa missi erant, Persas ulterioribus imperii provinciis infestos oppugnatum ire. itaque perstiterunt *a vere* illic *ad Arcturum*, ut scribit Pachymeres, hoc est ab Aprile ad Septembrem, quo mense oritur Arcturus stella *undecim diebus ante aequinoctium autumni*. verba sunt Plinii l. 2 c. 47. iis verbis significat historicus universam eos tempestatem aptam expeditionibus in stativis consumpsisse, non tam desidendo, quod ipsum esset flagitiosum, quam depraedationibus ebrietatibus extorsionibus stupris et nullo non iniuriarum maxime intolerabilium genere miserrimos hospites vexando. quae scelera non ferens Pharenda Tzimes unus e Latinis ducibus, pars militiae istius, sed non subiectus Rontzerio, at sibi proprie auctoratos milites ductans, una cum iis recessit patriam repetens, ut tradit Pachymeres l. 5 c. 14. ea aestate per totam passim Orientalem imperii ditionem licentissime Persae barbari agebant ferebantque cuncta; quod fuse describitur a nostro l. 5 c. 21. quare solicitati Rontzeriani, ut suppetias oppressis accurrerent, cum ab aliis tum a Marule imperatorio duce, qui cum aliquibus Romanis copiis admixtus Catelanis Cyzici degebat, variis semper praetextibus profectionem differebant. et cum ipse Marules cum suis, frustra invitato Rontzerio, adversus provectos in viciniam hostes movens prospere pugnasset, praeda quam de Persis ipse et eius milites tulerant, redeunti a Catelanis est extorta. cum propter haec et multa talia in aula nuntiata gravi Rontzeriani infamia apud imperatorem laborarent, profectus in urbem sub anni finem, ut videtur, Rontzerius facile omnia credulo et sibi addicto Andronico purgavit; grandemque ab eo pecuniam accepit in stipendia, ut aiebat, Alanorum, quos etiam admixtos suis Cyzici habebat, expendendam; et promissa ingentis alterius summae ex collatione tributorum intra quadragesimum inde diem nume-

randae, prout ex fide factum est. sicque onustus thesauris Rontzerius ad suos rediit circa initium veris an. 1305, ut apparet, mox videlicet, uti sperabat imperator, eos contra Persas ducturus. verum interim non pauci e Catelanis, convasata in naves praeda quam Cyzici et locis circumvicinis Romanos diripiendo corraserant, domos proprias iniussu repetierunt. inde secuta stipendiorum per Rontzerium iniqua divisio est, Italis large donatis, Alanis maligne aspersis imperatoria pecunia. hinc inter hos et illos ortae simultates diu suspicionibus odiisque rixisque inter ipsos mutuis exercitae sunt. per haec detrectata variis elusionibus in huius quoque anni aestatem expeditio in Persas est, Catelanis stativa commoda relinquere nolentibus, quantumvis urgente imperatore; quem maxime premebat obsideri coepta, Alisyrae Persae satrapae validis copiis, Philadelphia; quod sub autumnum an. 1305 evenisse crediderim.

VII. Iniit annus Christi 1306, quando solicitus imperator pro Philadelphia iam acri fame laborante, frustra per missos et literas expertus duobus primis mensibus emoliri Cyzico Rontzerium, mense tertio socrum eius Irenen, Asanis viduam, sororem suam, ad eum allegavit nave celeri, quod factum ait Pachymeres p. 421 v. 21 *coepta iam hebdomada maiore sub finem Martii τῆς μεγάλης ἑβδομάδος καταλαβούσης, Κρονίου μηνὸς λήγοντος.* haec characterem certum habent huius anni Christi 1306, quo Pascha incidit in diem 3 Aprilis; nec convenire superiori possunt, qui Pascha habuit die Aprilis decima quarta, unde finis Martii hebdomadam maiorem nequivit attingere. nihil omisit artis et industriae Irene ad persuadendum Rontzerio ut contra Persas tenderet. sed Catelani praetextus quaerebant haerendi loco sibi grato; interimque superbissime insultantes Alanis, in ipsos per iurgia minatos, grassatione nocturna irruunt; unde atroci commissa pugna vincuntur Alani, filio ducis ipsorum Georgi occiso. sed postridie, quae fuit dies Aprilis nona, vicissim insurgentes Alani circiter trecentos e Catelanis peremerunt. placatis utcumque Alanis, mense tandem P 581
Maio procedere coepit Rontzerianus exercitus e Romanis Catelanis Alanis constans. haec ex Pachymere constant l. 4 c. 21. c. vero 23 idem memorat solutam Rontzerii adventu Philadelphiae obsidionem, commisso ad Aulacem praelio, ex quo vulneratus dux Persarum et Carmanorum Alisyras matura sibi fuga consuluit, Amurii suarum partium ducis castris se admovens. ex hoc successu late inclytus Rontzerius avarissime pecunias a Romanis extorquet, l. 5 c. 26, partem praedae deponens apud fidam sibi, ut putabat, Magnesiam, cuius occupatorem Attaleotam imperatori reconciliaverat. sed hoc ipso auctore Magnesienses in Rontzerium rebellant, et ab eo totis viribus nequidquam oppugnantur. Alani ex eius castris fugiunt, l. 5 c. 31. Andronicus multis missis et literis frustra diu conatus Rontzerium a Magnesiae oppu-

gnatione avellere, tandem ei persuadet traiectum in Occiduum tractum, ut ibi copias cum prius eo profecto Michaële Augusto iuniore coniungeret. ergo ille cunctis Romanis regionibus quaqua transiit vastatis, copias denique traducit partim Mitylene partim Lampsaco. Madytum et in alia continentis Occiduae loca, ubi Romanos hostiliter Catelani depraedati sunt. narrat haec Pachymeres l. 6 c. 8. quae sine dubio pertinent ad Octobrem aut Novembrem anni Chr. 1306, quando nondum Andronicus 24, Michaël 13 imperii annum expleverant. unde ultimum id tempus est quo verum esse potuit illud quod scribit noster in fronte libri septimi: *ambobus iam imperatoribus, seniori quidem tertium et vicesimum, iuniori autem duodecimum annum imperii evolvi contigit.* progressi enim uterque multum erant in anno ille 24, hic 13, sed neuter illum absolverat: desinunt enim anni aeque amborum extremo Decembri. usus ergo repetitione quadam est dum ista scripsit Pachymeres, et retro ex ea quam tum tractabat memoria resiliit, insignire, ut opinor, volens verum initium belli Catelanici, quod si quis recte consideret, ex hoc tempore processit. etsi enim adhuc Rontzerius et eius milites se stipendiarios imperii ferebant, tamen non dubie apertam defectionem machinabantur, cuius certa indicia Genuenses degentes Galatae Andronico detulerunt, ut noster refert l. 6 c. 6 et 9. et sane res id ipsae loquebantur: nam ex hoc praesertim tempore relictae oppugnationis Magnesiae nihil minus contumaciae in imperatorem, saevitiae in Romanos omnes Catelani monstrarunt quam ipsi hostes Persae barbari. ac quamquam eos Andronicus tractare adhuc ut socios pergebat, ignavo constrictus metu, tamen alter imperator Michaël pro veris eos, quales erant, palam habuit hostibus, adiungere illos sibi renuens iubente licet patre, et irruere in ipsos se paratum ferens, ut docet noster l. 6 c. 8 et 13.

VIII. Verum quidem est geri coeptum a Catelanis in Romanos multo apertius et immanius bellum post necem Rontzerii, quae anno sequenti contigit. sed inde aliud non conficitur nisi duo quasi fuisse initia Catelanici belli, quorum alterum ad autumnum anni Christi 1306, alterum ad ver anni 1307 pertinet. unde credimus Pachymerem cum secundo referendo se accingeret, in ipso limine libri 7 prioris epocham ex retro actis retraxisse, eique mentione coniunxisse eventa multa, quorum quaedam posterioris erant memoriae, et non ad annum Andronici 23 expletum, 24 currentem, Michaëlis 12 expletum, 13 currentem, qui fuit Christi 1306, pertinebant, sed ad sequentem Chr. 1307, quo Andronicus 25, Michaël 14 iniverant. haec igitur solutio est obiectionis superius n. 5 propositae. concedo secuturum, quod opponitur, incommodum submotionis adventus in urbem Rontzerii retro in indictionem primam, si Michaëlis Augusti duplex a Catelanis clades et inde secuta eius intra Didymotichum inclusio in annum Andronici

23 expletum, 24 inchoatum, Michaëlis 12 evolutum, 13 initum conveniret. nego autem id ita esse, et aio commemorari tempus illud ex transacta memoria per anacephalaeosim; et ex multis P 582
eventis, quae simul ibi conglobantur, pleraque non illius esse anni, qui fuit, ut saepe dictum est, Christi 1306, sed sequentis 1307. nunc caetera quae ad Rontzerium pertinent reddamus.

IX. Satis diligens noster fuit in huius et promotione in Caesaream dignitatem et caede non multo post secuta referendis, adiunctis etiam notis temporis, sed quarum aliqua subobscura est. tradit Pachymeres p. 522 v. 4 Rontzerium ad se missa ab Andronico Caesareae dignitatis insignia induisse ac rite acclamatum Caesarem fuisse *die qua Lazari resurrectio celebrabatur*. hic dies in kalendario Graecorum est sabbatum contigue praecedens dominicam palmarum. porro cum illo anno Chr. 1307 cyclum solis 28, lunae 15 numerante, dominica resurrectionis septiduo serior dominica palmarum inciderit in 26 Martii, sabbatum Lazari pridianum dominicae palmarum omnino fuerit 18 Martii dies. adiungit his noster historicus c. sequenti, hoc est p. 524 v. 12, novum Caesarem Rontzerium adeundum sibi putasse Michaëlem Augustum iuniorem, qui apud Adrianopolim castra habebat; praemisisseque ideo ad illum Asanem uxoris suae fratrem, a quo sit primum indicium venturi Rontzerii perlatum ad Michaëlem *die octava supra vicesimam Boëdromionis*. *Βοηδρομιῶνος τοιγαροῦν ὀγδόῃ λήγοντος ἦν*. Boëdromion alibi semper a Pachymere dicitur Aprilis mensis. sed ne hic ita intelligatur, prohibet quod p. 525 v. 2 addit, *quarta feria post hebdomadam Thomae admissum fuisse ab Augusto Caesarem*. hebdomas Thomae est apud Graecos sine ullo dubio ea quae sequitur octavam Paschae, a nobis dictam *in albis* aut *quasi modo*; in qua dominica post Pascha prima Graeci item ut Latini, inter sacra recitant comma evangelii ex c. 20 Ioannis, quo narratur dubitatio Thomae apostoli de resurrectione Christi convicta curataque tactu sacrorum eius vulnerum, unde nomen hebdomadis Thomae contiguis isti dominicae diebus usu Graecorum adhaesit. manifestum porro est hebdomadam Thomae illo anno, qui, ut ostendimus, Pascha 26 Martii habuit, sequi non potuisse diem 28 Aprilis. sed neque sequenti anno Christi 1308: nam hoc Pascha in Aprilis 14 incidit. igitur aliud quam Aprilem nomine Boëdromionis hoc loco expressit Pachymeres. nec est novum illum variare in appellationibus mensium, utpote quem certo deprehenderimus Ianuarium, quem solet vocare *Hecatombaeonem*, aliquando *Lenaeonem* appellasse, et Augustum, cui consuevit Posideonis nomenclationem adaptare, semel designasse vocabulo *Maemacterionis*, quo alibi est solitus Iunium exprimere. itaque necessario intelligendum *Boëdromionem* nunc Pachymeri Martium dici, cuius die 28, tertia post Paschą feria, monitus de Rontzerii adventu Michaël, ubi eum se benevole excepturum de-

clarasset, dedit se hic in viam, et nono ab hoc die, feria quarta hebdomadae Thomae, primae post Paschalem, admissus est. fuit ea dies Aprilis quinta. sexta insequenti Caesar Rontzerius una cum Augusto Michaële in urbem Adrianopolim solemni occursu invehuntur. sed paulo post idem Caesar in limine cubiculi Augustae, quam salutatum ibat, ab Alanis necem filii Georgi Cyzici a Catelanis patratam ulciscentibus interfectus est, prout l. 6 c. 24 distinctius narratur.

P 583

CAPUT VII.

Quae Pachymeres in utraque parte huius historiae sparsim tradit de rebus et principibus Muguliorum, ex monumentis Arabicis illustrata, ordine temporum digeruntur.

I. Muguliorum imperii late per Asiam ab anno Christi circiter ducentesimo supra millesimum ad millesimum trecentesimum quadragesimum clari, sed quod iure nonnulli questi sunt, Graecis Latinisque scriptoribus nimis perfunctorie memorati, non facile quisquam alius horum temporum nota per Europam lingua usus historicus crebriorem distinctioremque suis scriptis mentionem inseruit quam Pachymeres hic noster. cui propterea illustrando addictam dudum habens operam, fugere salvo officio non potui, quin illigare certa ratione chronologica conarer quae varie ille ac confuse indicans passim de Muguliis plurima congerit; ad quod parum utique subsidii in Graecis Latinisque historicis reperiens consulere sum Arabas coactus. ex his Gregorius Abulpharagius, Christianus auctor accurati Chronici, nuper ex Arabico Latinitate donati atque utroque coniunctim idiomate Londini editi ab Eduardo Pocockio, in hoc de re literaria optime merito, me, quod grate fateor, iuvit insigniter. vixit et scripsit is chronographus, prout colligitur e variis eius operis locis, incipiente dominari Constantinopoli domo Palaeologa, sub primis eius nominis imperatoribus Michaële et Andronico seniore, quorum acta duorum Pachymerianae huius historiae voluminum argumentum sunt: scripsit autem et ad rerum vere gestarum exactam indicationem et ad temporum ordinationem, quantum ex collatione cum optimis quibusque explorare potui, fidelissime. quare accuratione quam praestat in iis quae possunt alieno testimonio coargui, dignus videtur cui fides secure habeatur in his quae affirmat solus.

II. Hic igitur sui Chronici in Arabico quidem contextu p. 427, in Latina vero interpretatione p. 280, ait anno Hegirae 599, cuius initium fuit dies 20 Septembris in anno aerae nostrae Christi vulgaris 1202, coepisse imperium Mogulensium, desiisse autem imperium Praesteiannis sive Presbyteri Ioannis. Ioannes erat commune nomen principum latissime quondam dominan-

tium super Scythas Asiaticos, ad montem Imaum, adeo ut quidam scribant duos et septuaginta reges ipsis aliquando fuisse vectigales. Christianam autem religionem, sed iuxta Nestorii haeresim, colebant, crucemque in bellis prae se duplicem ferebant, alteram auream alteram gemmeam. huic imperio qui ultimus praefuit, ut docet Abulpharagius, praeter commune Ioannis nomen proprie *Ung Chan* vocatus, cum quendam Tamuiinum nomine, quo fuerat usus diu, in bellis praesertim, strenuo et felicissimo ministro, calumniis aemulorum invisum sibi factum comprehendere aggrederetur, ab eo fortissime repugnante victus ipse occisusque est. quo tempore quidam inter Mogulenses magnae auctoritatis, apparuisse sibi deum affirmans, et declarasse electum a se Tamuiinum in quem orbis terrarum imperium atque in eius posteros transferre decrevisset, universam illi conciliavit Muguliorum gentem; cuius consensu creatus imperator, a deo ipso, ut ille quem dixi fanaticus aiebat, impositum ipsi acce- P 584
pit *Gingizchanis* nomen. hactenus Abulpharagius, cui satis consentanee noster Pachymeres priore tomo c. 4 l. 5 legislatorem Tocharorum, qui se ipsi Mugulios nominant, nomen habuisse *Tzinciscanis* asserit, addens eum ex fabro ferrario ad imperium evectum. tum eorum instituta mores et acta fuse memorat, sedem etiam novi huius imperii indicans, Portas Caspias, qui locus in Mediae ac Parthiae confiniis situs est.

III. Pergit Abulpharagius, referens anno Hegirae 600 captam a Latinis Constantinopolim. est annus Hegirae 600 in aera Christi 1203, sed a die dumtaxat decima mensis Septembris Iuliani, quam in diem neomenia Muharram primi Arabum mensis incidit. cum autem nos demonstraverimus tomo superiore occupatam a Latinis Constantinopolim fuisse die 12 Aprilis anni Christi 1203, eam epocham retro trahere aliquot mensibus cogimur, et ad quadrimestre ultimum anni Hegirae 599 conferre, ut magnae illae conversiones duae, imperii a Praesteiannensibus ad Mugulios translati et redactae in Latinorum potestatem metropolis imperii Graecorum, in unum eundemque aerae Arabicae, quam *Hegirae* vocant, annum undesexcentesimum convenerint. anno inde 606 Hegirae, qui iniit 6 Iulii anni Chr. 1209, Gingizchanes imperio suo subiunxit regiones Caracathaiae, quae videntur Tartarorum Sinensi regno confinium. anno Heg. 610, cuius est initium a Maii 23 anni Christi 1213, Gingizchanes bello indicto Sultani Mohamedi, in ultionem iniustae necis quorumdam mercatorum, urbem maximam Otraram post quinque mensium obsidionem vi cepit cum infinita hominum caede, ut et anno 617, cuius kalendae in 8 Martii incidunt, Bocharam et Samarkandam urbes longe amplissimas, quarum huic praesidio fuisse imposita a Sultane Mohamede centum viginti equitum millia tradit Abulpharagius. sed his praelio cruentissimo profligatis dedita

et direpta Samarkanda est, triginta hominum millibus occisis, totidem in servitutem abductis.

IV. Anno Heg. 618, ineunte a Februarii 25 anni Christi 1221, Balkam Talakanum et Albamiyanum, reliquas e Chorasani ditione civitates opulentissimas et munitissimas, expugnavit Gingischanes, et ad Sendiam amnem acie Ialalodinum vicit, huius tamen admirans praedicansque fortitudinem, quod cum illum vivum ad se perduci iussisset, is e strage circa se suorum intelligens quare sibi hostes parcerent, eques fluvium tranavit, et ex eo medio natans conversus sagittam est eiaculatus in Mogulenses. contigisse hoc ait Abulpharagius mense Raiebo, qui in anno Arabico mensis septimus est, ex hoc miro successu fortitudinis Ialalodini natum asserens proverbium Arabicum, quo dici solet *sive ad Raiebum, et videbis mira.* ex occasione hic ponam experimentum consensionis Abulpharagii cum nostris chronographis a me cum voluptate observatum. ait hoc eodem anno Heg. 618 Sultanem Aegypti Damiatam de Francis recuperasse die Mercurii, Raiebi 19, postquam in ea substitissent Franci annum integrum et undecim menses. vix alius eventus est cuius plures et certiores e nostris spectatae fidei scriptoribus habeamus auctores. Ioannes de Vitriaco, Sanutus, S. Antoninus, Nauclerus, Blondus, Aemilius et alii summa concordia memorant anno Christi 1219, nonis Novembris, post menses octodecim obsidionis captam fuisse Damiatam ab exercitu cruce signatorum; eandem autem Sultani redditam anno 1221, die natali B. virginis Mariae octavo Septembris. vides quam exacte tempus detentae a Latinis Damiatae definiat Abulpharagius anno uno et undecim mensibus. nunc inquirendum an pari fide feriam quartam et 19 mensis Raiebi diem isti restitutioni assignet. hic 618 Hegirae annus Muharrami primi sui mensis kalendas, ut dixi, habuit eodem die anni Iuliani aerae Christi 1221 qui vicesimus quintus Februarii numeratus est. hinc patet kalendas Raiebi, septimi, ut monuimus,
P 585 Arabum mensis, in diem Augusti vicesimum primum illo anno incidisse. ex die Aug. 21 si novemdecim dies numeres, pervenies ad octavum Septembris. de quo si velis scire quota feria fuerit, quaere quotus isto anno numeratus fuerit cyclus solis. fuit annus Christi 1221 periodi Iulianae 5934. divisus hic numerus per 28 reliquos facit 26, qui fuit cyclus solis huius anni. cyclo autem solis 26 competit litera dominicalis C. quae cum in Iuliano kalendario respondeat diei quintae Septembris, ostendit illam eo anno fuisse primam feriam, ac consequenter diem octavam eiusdem mensis diem Mercurii, ut Abulpharagius notat, sive feriam quartam, necessario esse debuisse.

V. Anno Hegirae 624, cuius Muharram incepit a die 22 Decembris anni Christi 1226, mortuus est Gingischanes primus imperator Mogulensium die 4 mensis Ramadani, nono ordine in

anno Arabico. incidit ea mors in autumnum anni Christi 1227. addit Abulpharagius imperasse illum circiter viginti quinque annis; quod verum est, cum, ut vidimus, imperare coeperit anno Christi 1202, Hegirae 599. anno inde Hegirae 626, cuius Muharram incepit a die 30 Novembris anni Christi 1228, congregatis comitiis universae gentis Mugulicae ex testamento Gingizchanis creatus est imperator Ogtaï tertius eius filius, qui prae modestia per dies quadraginta recusans, quod suos patruos aut fratres natu maiores praeferendos sibi diceret, tandem consensu victus, ab Utacino patruo et Iogtaï fratre maiore collocari se in throno passus cognomen ab iisdem impositum *Kaan* accepit. anno Hegirae 627, cuius kalendae Muharrami occupant diem vicesimum Novembris Iuliani anno aerae Christi 1229, expeditionem suscepit novus imperator Mogulensium Kaan in regem Cathaiae. Cathaia porro quid fuerit, qui ex hoc discere auctore idoneo malet quam e nugacibus fabellis institorum illudentium credulitati vulgi, non dubitabit amplius quin Sinense regnum, hodie in Europa notissimum navigationibus Lusitanorum, id ipsum re vera sit cum eo quod Aiton Armenus, Paulus Venetus, et si qui alii scriptores rerum interioris et maxime Orientalis Asiae, nomine Chataï significarunt. docet enim hic Abulpharagius *Altun Chan* ea tempestate Cathaiae regem in urbe sua primaria *Nam Cinc*, sive ut vulgo alii scribunt, *Namquin*, expectasse successum irruptionis huius Tartaricae, misso ad arcendos finibus Mogulenses centum millium fortissimorum militum exercitu. sed has copias a Kaane, numerosissimas per se ductante Mogulensium legiones, cruentissimo fuisse praelio deletas, alia longe sperans, inopinatissime Altun Chan audivit, inde adeo consternatus ut filios et uxores in suo secum palatio incenderit, ne vivus in Mogulensium manus veniret; qui paulo post venientes et Namquinum et caeteras maximas Cathaiae urbes sibi subiecerunt. notissimum porro est Namquinum nomen esse alterius urbis regiae imperii Sinarum, quam tum fuisse captam a Tartaris videri incredibile non debet, cum hac nostra aetate similem irruptionem Tartaricam in Sinense regnum contigisse certissimis nuntiis cognoverimus; qua etiam haec eadem Namquinensis civitas capta et vastata fuisse disertissime traditur, itemque altera Pequinum, ubi deprehensus Sinensium rex non minus tragico quam tunc Altun Chan exitu desperationem ostendit. nam ne victoribus ludibrio esset, nubili prius filia obtruncata, sese ipse ex arbore suspendit, anno Christi 1644, ut legitur in historia Martini Martinii nostri testis paene oculati hac de re edita, quae et eadem ex eius ore et P. Michaëlis Boymi item nostri, hic Romae dum vita referrent audivimus. sed et Cathaiam non aliud esse quam Sinam, missus Goa an. Christi 1603 16 Ianuarii Benedictus Goëz noster ad hoc ipsum explorandum, trienni peregrinatione cla-

rissime deprehendit, in urbem Sinensis regni Suceum sub finem anni Christi 1605 perveniens. denique id ipsum diserte Abulpharagius alibi testatur, nempe p. 351 huius ipsius sui Chronici.

VI. Hic caetera breviter secundi Mogulensium imperatoris
P 586 acta reddemus, eo libentius quod quae horum proxime occurrunt, illustrandae huic nostrae Pachymerianae historiae non parum accommodata deprehenduntur. reversum e Sinensi expeditione Kaanem Abulpharagius memorat *Batu* sive Batuo, Tusbi fratris sui natu maximi nuper mortui filio, numerosas et validas dedisse copias, cum mandato expeditionem suscipiendi in tractus septentrionales et subiugandi Sclavoniam, Alaniam, Russiam, Bulgariam. hisce obtemperans mandatis Batuus ingentes mortalium strages edidit: nam, ut ibi ait Abulpharagius, cum Kaan proficiscentibus ad hoc bellum militibus edixisset, ut hominum quos quisque occideret aurem dexteram, ad indicium numeri, recisam e cadavere secum auferret, qui ferali huic censui habendo praefecti erant, ducenta septuaginta hominum millia totidem exhibitarum dextrarum auricularum argumento compererunt neci tradita fuisse. addit Arabs chronologus, re bene in Sclavonia gesta, decrevisse Batuum adoriri Constantinopolim, et eo animo in Bulgariam movisse. sed illic habuisse obvios Francorum reges, hoc est duces Latinorum qui tunc Constantinopolim tenebant, qui frequentibus praeliis victos Mogulenses *terga dare coëgerunt* (verba sunt Abulpharagii) *adeo ut ab his incursionibus reversi Mogulenses haud iterum ad hunc usque diem Graecorum Francorumve regiones aggressi fuerint.* tali narratione multorum annorum bella et incursiones in varias imperii Romani Orientalis partes, diverso successu a Mogulensibus tentatas, innui satis apparet; unde non vana coniectura sit hunc circumminantem Romanis provinciis Tocharicum tumultum, ab anno circiter Hegirae 628 ad 638, hoc est ab anno Christi 1230 ad 1240, inquietasse, partim Nicaeae dominantes Graecis Lascarim, aut Batatzam, partim imperantem Constantinopoli Balduinum eius nominis secundum. fortius porro ac felicius restitisse Tocharis Latinos quam Graecos eo bello, quod forte parum candide Pachymeres dissimulavit, diserte hic affirmat Abulpharagius. ex quo etiam discimus debuisse Graecos fortitudini Latinorum, victoriis in Bulgaria de Mogulensibus relatis probatae, recessum Tocharorum ab ipsorum finibus; a quibus bello tentandis nisi terrore Latinorum cohibiti temperassent, quantum profecturi forent, consternatio Graecorum ad solam mentionem belli Tocharici saepe ac fuse a Pachymere memorata satis augurandum praebet. huc enim sine dubio pertinent quae ille vol. I p. 133 v. 10 narrat de terrore imperatorum Nicaeensium, quoties rumor Tocharorum increbuerat; tum quae p. 149 v. 6 refert de consternatione Panica Nicaeae urbis ad ortum ex vano murmur irruptio-

nis horum. videntur autem repulsi metu a Romanis tunc provinciis Mogulenses incubuisse in Persidem; ubi navasse ipsos operam, Calypha illic dominante victo et oppresso, narrat ibidem fuse Pachymeres p. 133, adiungens hos in Perside belligerantes Tocharos vulgo *Atarios* vocatos. quod nomen forte haud temere suspicetur quispiam e nomine ducis ipsorum detortum, ut qui se ipsi *Batuarios* a *Batuo* dicerent, quod huius auspiciis militabant, populari corruptione vexatarum ab ipsis linguae diversae gentium *Atarii* nominarentur.

VII. Interim quae alii Mogulensium duces alibi agerent exequens Abulpharagius, tradit anno Hegirae 633, cuius est initium a die 16 Septemb. anni Christi 1235, captam fuisse a Mogulensibus Carmalisam urbem maximam in regione Arbelae, et anno sequenti ipsam Arbelam post quadraginta dierum obsidionem, magna pecunia taxatam. anno Hegirae 635, Christi 1237, ab Augusti mensis die 24, Mogulenses in Bagdadi fines procurrentes primum acie victi sunt, sed postea cum novis copiis redeuntes, ad locum Canekinium vocatum, Bagdadensium exercitum cruento praelio profligarunt. anno 639 Hegirae, Christi 1241, a die 12 Iulii, Mogulenses duce Iarmaguno urbem Arzen Rumam vi ceperunt. anno Heg. 640, Christi 1242, a kalendis Iulii, Mogulenses Sultanem Giattodinum acie vicerunt, eius urbes Sivasam et Caesaream et Azenganum ceperunt, et his malis fracto Sultani tri- P 587
butum imposuerunt. anno Hegirae 643, Christi 1245 a Maii 29, Kaan secundus imperator Mogulensium vivere desiit, designato prius successore et accersito ad hoc, dum adhuc viveret, Cayuco suo filio; qui in itinere nuntium accepit de patris morte. mater Cayuci, dicta *Turacina*, quae *Chatun*, hoc est *domina* sive uxor primaria, Kaanis fuerat, imperium administravit, donec comitia gentis universae convenirent. anno Heg. 644, Christi 1246 a Maii 19, celebratus est magnus conventus principum et ducum Mogulensium *tempore verno*, ait Abulpharagius, hoc est, ut opinor, mense Aprili anni Christi 1247, adhuc currente 644 Hegirae. his comitiis Cayucus filiorum Kaanis natu maximus, non sola aetatis praerogativa aut patris iudicio sed et praestantium virtutum ac dotium merito praelatus Cubano et Siramuno minoribus fratribus, imperator declaratur; titulusque ipsi additus est Cayuc-Chanis. hic duos praecipuos ministros Christianos habuit, quorum alteri *Kadako*, alteri *Ginkai* nomen fuit; quorum favore episcopi et monachi a Cayuc-Chane matre ipsius universaque regia familia impense honorabantur. unde contigit adeo illic crescere Christianam religionem, quantum his verbis Abulpharagius ostendit, *factumque est* inquiens *imperium Christianum, et magni habitae sunt gentes quae huic religioni nomen dederunt, e Francis, Russis, Syris et Armenis. ac eo redacti sunt tam melioris notae quam e plebe Mogulenses aliique iis*

permixti, ut inter salutandum dicerent barechmor, quod verbum est compositum Syriacum, sonans benedic domine. ad huius ego Mogulensis imperatoris Cayuc-Chanis tempora referendum puto quod Pachymeres narrat, tomo priore c. 3 et 4 l. 6, de Noga uno e ducibus exercitus quem a Kaane secundo imperatore Mogulensium missum diximus in septentrionales tractus ad eos subiugandos, praeposito cunctis Batuo fratris sui filio, a quibus Sclavoniam et Russiam fuisse occupatas superius n. 6 huius c. ex Abulpharagio indicavimus. sed improspere a Mogulensibus tentato Constantinopolitano imperio propter acres in ipsos impetus victoriasque Latinorum Byzantii dominantium, Batuus non ab iis solum sed et a Graecis lacessendis abstinens, cum praecipua parte copiarum videtur in Persidem primum, deinde ad suos in Orientis interiora recessisse, proxime ad Cayuc-Chanis sui propinqui comitatum, relicto in Sclavonia et Russia, qui parta illic tueretur, Noga. hic autem, ut refert Pachymeres, cum auctis ex indigenarum iuventute in suos mores tradacta copiis satis se instructum putaret ad defendendas suis auspiciis uberes eas fertilesque regiones, ex praefecto se principem supremum declaravit, obedientia deinceps Mogulensibus imperatoribus negata. quam contumaciam diu impune tulit, aut negligentibus eam rem illis, aut non sufficientes rebelli domando copias contra Nogam mittentibus; unde illum in principatu perfidia quaesito corroborari contigerit florereque potentia; qua motus Michael Palaeologus recuperata Constantinopoli totum Orientale imperium obtinens, eius amicitiam et affinitatem ultro ambierit, data Negae in uxorem propria filia Euphrosyne, prout fuse narrat noster c. 4 l. 5 partis prioris, ubi possessione diuturna et crebra prosperitate successuum, partim in eludendis arte ac dolo, partim in vi repellendis conatibus dominorum veterum fugitivum repetentium, sensim fuisse confirmatam Nogae dynastiam Pachymeres insinuat. unde non incongrue suspicari licet, ab anno maxime Christi 1250, quo Batuus, ut mox dicemus, negotiis maioribus reipublicae Mogulicae a cura septentrionalis limitis avocatus in longum tempus est, coepisse Nogam res illic suas agere; perseverasseque crescendo semper, quousque duodecim post annis, anno scilicet Christi circiter 1262, eum talem imperator Michael iudicaverit cuius affinitas intima, qua tunc eum sibi generum faciens admovit, et honori et praesidio rebus suis futura videretur.

P 588 VIII. Anno Hegirae 647, cuius primus dies fuit sextus decimus Aprilis Iuliani anno Christi 1249, mortua primum Turacina matre dilectissima Cayuc-Chanis, ipse prae dolore locum mutans in itinere versus partes Orientales fato functus est, nono die Rabiae prioris, tertii mensis in anno Arabico, hoc est die quinquagesimo septimo a kalendis Muharrami, quae nota numeri diem Iunii undecimum designat. turbatis eo inopinato casu Mo-

gulensium rebus, tota cura imperii ad Batuum e stirpe Gingizchanis natu maximum devoluta est. is per interregnum regimine in manus sumpto dabat operam congregandis de more gentis comitiis; quae res ob distantiam locorum, principumque ac ducum occupationes in provinciis, longiores nunc solito moras habuit. in hunc eumdem annum recte ac consentanee nostratibus chronologis confert Abulpharagius priorem in Syriam et Aegyptum expeditionem Sancti Ludovici, quem sono vocis fama iactata in literas Arabicas conjecto *Redefrans* appellat. ab hoc refert captam Damiatam; tum caetera de illo eadem plane parique ordine ac nostri exequitur historici. quae obiter, ad specimen veracitatis huius Chronici, tanti fuit indicasse. anno dehinc Hegirae 648, cuius kalendae Muharrami a die Aprilis quinta procedunt in anno aerae vulgaris Christianae 1250, evoluto iam biennio a morte Cayuc-Chanis, cernens Batuus frustra se hactenus laborasse in accersendis e longinquo cogendisque in legitima comitia Mogulensium principibus, de consilio praesentium, et assensu absentium per missos et literas declarato, Munkakaum e Gingizchanis stirpe magnis dotibus insignem rite imperatorem declaravit, adiuncto ei Kaanis titulo. neque hic tamen prius quam verno tempore anni sequentis, Hegirae 649, in solio solemnibus ceremoniis collocatus est. incepit is annus Arabicus a die 26 Martii Iuliani in anno Christi 1251. unde intelligimus auspicia imperii Munkakai Kaanis, diei nono Rabiae prioris, ut diserte asserit Abulpharagius, affixa, exacte procedere a kalendis Iunii Iuliani anno Christi memorato 1251. videtur hic Munkakaus Kaan aliquid, quod observare nostra interest, primus innovasse in regimine imperii. adscivit enim sibi veluti collegas e suis fratribus septem duos natu maximos *Kobla* et *Hulacu;* quorum priorem in ultimos Orientis fines, Cathaiam videlicet et Sinenses provincias misit tuendo illic Mogulensis imperii limiti, alterum *Hulacu* moderandis Occiduis tractibus imperii eiusdem, hoc est regionibus Persidis Babyloniae et aliis Romano imperio confinibus, praefecit suprema potestate, quam multis annis illic exercuit; unde a Pachymere vol. I p. 174 v. 5 *Χαλαοῦ Chalaü* (nam ita *Hulacu* vocabulum deformat) *ἄρχων Τοχάρων princeps Tocharorum* absolute dicitur; et apud Abulpharagium p. 337 consiliarii Caliphae Bagdadi, de modo resistendi copiis ingentibus quas *Hulacu* ductabat deliberantes, eum *regem praepotentem* vocant. videtur ad id consilium pariendi cum fratribus imperii Munkakaus Kaan descendisse, doctus experientia quam esset difficile tot tam late patentes provincias unum regere. anno quippe secundo sui imperii, Hegirae 650, cuius kalendae Muharremi processerunt a die 14 Martii Iuliani in anno Christi 1252, is vix salvus effugerat coniurationem adversum se validam principum suae gentis, post quam oppressam statim refert Abulpharagius destinatos ab eo *Koblam* fratrum

maximum in partes Cathaiae et *Hulacu* secundum ab hoc, in Occiduum Mogulensis imperii limitem.

IX. Anno Hegirae 651, cuius primus dies in anno Iuliano aerae Christi 1253 est tertius mensis Martii, capessivit *Hulacu* sive *Chalaü* commissam sibi anno superiore praefecturam provinciarum Occiduarum Mogulensis imperii, ad quas profectus est ducens exercitum numerosissimum atque lectissimum: nam e singulis decadibus militum duos elegit. suppeditavit etiam ei Munkakaus Kaan ingentem apparatum armorum et machinarum cum fabris earum. duxit quoque secum *Hulacu* filium suum
P 589 natu maximum (*Abakam*, inquit Abulpharagius: est is sine dubio quem Pachymeres *Apagam* vocat) et primariam uxorem Christianam *Dukusam* nomine. quae cuncta iuvat memorare, quoniam iis quae de *Chalaü* Pachymeres tradit fidem adstruunt. annis Heg. 653 et 654 recenset Abulpharagius quaedam acta *Hulacu* satis conspicua, sed parum ad nos pertinentia. unde ad annum Heg. 655 promovemus gradum: in eo quippe nimis etiam multa ad nos spectantia Abulpharagius memorat. incepit is annus Arabicus a die 19 Ianuarii anni Chr. 1257, unde totus fere cum hoc commensuratur. eo scribit Abulpharagius p. 334 et deinceps *aegrotasse Theodorum imperatorem Graecorum in urbe Nicia; interimque vexasse patricium quendam e suo comitatu Michaëlem cognomento Palaeologum, quod e quibusdam vaticiniis quae ferebantur suspectaret regnaturum; iussisse illum in territorii Thessalonicensis castro quodam comprehendi, ducique in carcerem a quodam Gadino, qui tamen ei praedixerit imperium, exequendo nihilominus iussum imperatoris Theodori. hunc addit adducti ad se Michaëlis misericordia motum eum liberasse, et tutorem parvo, quem relinquebat, filio Calo-Ioanni vocato praefecisse. ac paulo post mortuum in monasterio Magnesiae fuisse sepultum.* addit Muzalonis caedem, Michaëlis Palaeologi promotionem ad imperium, circumscriptionem pueri Calo-Ioannis, eiectionem Arsenii patriarchae in exilium iussu Michaëlis, quod is ipsum de pupilli oppressione reprehendisset; denique accumulat super omnia recuperationem urbis Constantinopolitanae et eiectionem ex ea Latinorum, modum rei gestae referens, in quo, ut et superius memoratis, quaedam non adeo magni momenti discrepantiae a Pachymeriana narratione facile cum deprehendi tum corrigi poterunt ex collatione cum l. 1 partis prioris huius nostrae historiae. unum necessario hic emendamus, quod ait spatium temporis, quo urbs Constantinopolis tunc Graecis reddita permansit in potestate Latinorum, fuisse *annorum circiter quinquaginta trium.* verius quippe Georgius Acropolita, quem descripsimus et recte numerasse demonstravimus priorum Observationum l. 3 c. 4 n. 3, detentam a Latinis Constantinopolim per annos octo supra quinquaginta affirmavit,

cum ab iis expugnata fuerit anno Christi 1208 die 12 Aprilis, et Graecis reddita anno Christi 1261 die 25 mensis Iulii. fraudi nimirum Abulpharagio fuit, quod haec cuncta, prout simul audierat, uno fasce in annum sui Chronici unicum congessit; quae si distinxisset, perducturus fuerat ad annum Hegirae 659, cuius kalendae Muharrami cum inierint a die sexta Decembris anni Christi 1260, maiori sui parte annus ille Arabicus cum Iuliano in aera nostra vulgari 1261 concurrit.

X. Ignoscamus autem, censeo, Abulpharagio culpam istam qualemcumque confusorum in unum annorum quatuor, quam excusat in homine Arabe peregre degente vix evitabilis ignorantia rerum Graecarum haud per se magnopere insignium et locis a commercio abruptis transactarum, cum praesertim eodem tempore mentes ad se omnium per interiorem Asiam raperent prodigiosi Mogulensis imperii sub auspiciis *Hulacu* sive *Chalaü* progressus, nec iis spatium alia longe minora distinctius observandi relinquerent. nam statim post annum illum Hegirae 655, quo aegrotasse Theodorum Graecorum imperatorem tradit Abulpharagius, non male ad nostram chronologiam tomo priori c. ultimo l. 3 Observationum expansam. etsi enim illic nos anno Christi 1258, respondente anno Hegirae 656, primam morbi Theodori mentionem posuerimus, quod tunc ingravescere magis coeperit, superius tamen inolevisse non negamus: immo id historiae series indicat. statim, inquam, post, nempe anno Hegirae 656, cuius fuit initium dies Ianuarii octavus in anno Christi modo memorato 1258, Hulacu mense ipso anni primo Muharramo oppugnavit expugnavitque vi summa urbem longe maximam Bagdadum, olim Babylonem dictam, metropolim regni Caliphae. quo in ordinem redacto, ditioneque eius in imperii Mogulici provinciam conversa, finitimum dynastam Mauselae dominum mi- P 590
nis territum sibi tributarium fecit; et Astraphum dynastam, arcis munitissimae fiducia iugum subire detrectantem, in ipsa illa sua urbe Mihapharekino, licet inexpugnabili, fame domandum obsideri iussit a suis. duravit obsidio plus biennio. tandem anno Hegirae 658 Astraphus plerisque suorum fame absumptis dedens sese ad Hulacu perducitur, et iussu eius interficitur. eodem autem anno Hegirae 658, qui cum inceperit a 18 Decembris anni Christi 1259 usque in Decembrem anni Christi 1260 excurrit, Hulacu ponte Euphrati imposito traiecit in Syriam, ducens secum formidabiles copias millium quadringentorum, quibus Damascum obiter cepit, Halebum post dierum paucorum oppugnationem cum caede innumerabilium illic repertorum expugnavit. Al Naser Halebi dominus cum uxoribus et liberis iam ante profugus, captus deinde et occisus est. sub haec a recedente e Syria Hulacu relictus ab eo illic qui provinciae praeesset Cetbuga cum decem millibus equitum, praelio victus et interfectus est a Kutuzo

Turcomanno praefecto Aegypti. eodem anno Munkakaus Kaan supremus imperator Mogulensium praelio adversum regem Sinarum rebellantem commisso sagitta ictus occubuit. de huius successione inter duos eius fratres per annos inde octodecim certatum est, succumbente denique et cedere coacto Arigbuga natu minore, et Kublaï praeter aetatis praerogativam praestantibus quoque commendato dotibus, armis etiam praevalente. quo civili tam longi temporis discidio tanto videlicet certius confirmatus est Hulacu in absoluto tractuum Occiduorum, quibus praeerat, imperio.

XI. Ergo is ut amissam clade Cetbugae Syriam recuperaret, anno Hegirae 659, qui coepit a die 6 Decembris anni Christi 1260, et consequenter excessit in partem maximam anni Christi 1261, ingentem suorum exercitum eo misit duce quodam *Gugalcio*, qui cuncta primo adventu facile subegit Halebum usque, plurimis passim obsistentium occisis. sed cum praepropere ad suos revertisset, supervenientes Aegyptiorum magnae copiae Mogulensibus denuo Syriam eripuerunt. interest nostra hic observare cuius auspiciis haec tam felix Aegyptiorum expeditio sit suscepta: de hoc enim non perfunctorie agit noster Pachymeres l. 3 c. 3 4 et 5 tomi prioris, res exequens a Michaële Palaeologo gestas statim a solemni sua coronatione, quam accepit ministerio patriarchae Arsenii, prout narratur ibidem c. 2. demonstramus autem, l. 3 Observationum nostrarum ad eum tomum c. 4 et 10, eam coronationem celebratam fuisse anno Christi 1261, hoc est illo ipso in quo nunc versatur Abulpharagius, eum numerans Hegirae 659. scribit igitur loco modo indicato Pachymeres solicitum Michaëlem de sibi stabiliendo recens parto imperio, quos maxime potentes circa se principes videbat, sibi conciliare studuisse. ac facile videntem eminere tunc opibus inter finitimos dynastas Chalaü principem Tocharorum, hoc est *Hulacu*, cuius crebro meminit Abulpharagius, et Sultanem Aethiopum, utriusque gratiam ambire officiis legationibusque affectasse. ea occasione de Sultane Aethiopum memorat, fuisse illum genere Comanum, quae regio est prope Pontum Euxinum; hinc olim venditum in servitutem Aegyptio domino, sua illic industria serviles catenas in regium diadema commutasse. eundem addit in primis prudentem habitum; et quod in Aegypto natos parum habiles bellicis laboribus videret, emisse pueros magno numero e Scythia et aliis regionibus trans Pontum, quibus apud se nutritis fortibus deinde militibus utebatur, permittente id commercium, magno rei Christianae detrimento, imperatore Michaële: hinc enim auctum opibus Aegypti Sultanem Latinos Palaestinam occupantes illinc expulisse. haec Pachymeres; quae multum illustrantur comparatione cum iis quae Abulpharagius hoc loco scribit. ait enim, postquam Kutuzus Turcomannus Aegypti domi-

nus Cetbugam Mogulensium in Syria praefectum acie victum occidisset, quod ait contigisse die 27 mensis Ramadani anno Hegirae 658, hoc est die 3 Septembris anni Christi 1260, satis gnarum illum haud quieturos Mogulenses ab ultione cladis istius reposcenda, properasse in Aegyptum, ut copias illic pararet, quibus ipsis obsisteret: sed eo itinere prope Gazam progressum a quodam *Baibars* vocato fuisse interfectum. addit hunc *Baibars*, conciliatis et adiunctis sibi copiis quae Kutuzo militaverant, cum iis ingressum Aegyptum eam occupasse. tradit ibidem istum *Baibars* servum antea fuisse magni cuiusdam in Aegypto ducis, cui *Bundokdar* nomen fuerat; unde initio *Bundokdar minorem* nominatum. at postquam Sultan Aegypti factus est, cognominatum a suis fuisse *Rucnodinum Al Malec Al Dhaher*. eum tamen pergit in sequentibus Abulpharagius vocare Bundokdarem, successus eius maximos recensens contra Christianos Latinos Antiochiam et Syriae maritima obtinentes, quos illinc expulit, ut etiam deplorat Pachymeres tomo 1 l. 3 c. 5, culpam earum cladium ex parte imputans imprudenti avaritiae Michaëlis Palaeologi, qui propter quaestum modicum permittebat e Ponto exportari in Aegyptum Scythica mancipia tenerae aetatis, quae deinde illic in robustos et Christianis rebus exitiales bellatores adolescerent. quem igitur Pachymeres e servo apud Comanos nato factum Aethiopum Sultanem expulisse Syria Latinos Christianos ait, is sine dubio fuit quem patrio vocabulo *Baibars* dictum, domini cui servierat nomine *Bundokdarem* nuncupatum Abulpharagius docet. P 591

XII. Referamus nos iam ad res intermissas *Hulacu* sive *Chalaü* et subiectorum ipsi Mogulensium cum deinceps narratis a Pachymere utiliter comparandas. tradit Abulpharagius eodem hoc modo indicato anno Hegirae 659, cuius fuit initium dies sextus Decembris anni Christi 1260, missum in Syriam ab Hulacu Mogulensium exercitum, duce Samdagu Christianis favente, obsidione cinxisse Mauselam urbem incluso in ea Al Saleho Syriae principe, et copiis e Syria obsessis suppetias venientibus per longum illis occurrentes Mogulenses circumventis et occidione deletis Mauselam cepisse, plurimis in ea repertis occisis, aliis servitum abductis, ipso principe Al Saleho ad Hulacu pertracto huiusque iussu interfecto. hae tantae Chalaü victoriae moverunt Michaëlem Palaeologum Augustum ad omni ope satagendum in paranda sibi benevolentia tam potentis et paene finitimi principis. igitur, quod narrat Pachymeres l. 3 c. 8 partis prioris, legatos ad eum misit, qui ipsum a se salutarent et eius amicitiam poscerent, oblata in sponsam propria filia Maria. indicat Pachymeres venisse a Chalaü ad Michaëlem mutuam legationem, qua is significaret placere sibi conditionem oblatam. idem vero distinctius expressum in Abulpharagii Chronico legitur p. 355, ubi narrata

Hulacu morte, de qua mox dicetur, scribit eum iam antea misisse legatos Constantinopolim, qui filiam illic imperantis in uxorem sibi poscerent. has mutuas Michaëlis et Hulacu legationes obitas apparet ab anno 661 Heg. ad 663, quorum annorum prior incipit a die 15 Novembris anni Christi 1262, posterior a 24 aut 25 Octobris anni Christi 1264. perspecta porro Michaël Hulacu voluntate, filiam suam Mariam apparatu magnifico deducendam ad eum strenue curavit per archimandritam monasterii Pantocratoris nomine Principem, ex illustri familia Peloponnesiensium dynastarum, quem ait loco proxime laudato Pachymeres in eo itinere nuntium accepisse mortis Chalaü, nec tamen re infecta rediisse, sed perduxisse sponsam illi destinatam ad filium eius et successorem Apagam, qui eam sibi iunxerit uxorem. haec eadem distinctius etiam exprimit Abulpharagius, memorans legatos imperatoris Constantinopolitani, qui huius filiam Hulacu desponsam comitarentur, ubi Caesaream pervenissent, accepisse nuntios de Hulacu obitu, nec tamen ideo retrocedendi consilium inivisse, sed puellam perduxisse ad *Abakam* in patris *Hulacu* iam solio regio locatum, qui eam sibi rite coniugem sociavit. hoc sine dubio pertinet ad annum Hegirae 664, cuius kalendas
P 592 Muharrami diem insederunt tertium decimum Octobris anni Christi 1265. et quia quae multa et molis magnae ab Abulpharagio in hunc annum congeruntur, nempe mors *Hulacu* et aliquo intervallo secuta mors etiam Dukusae Christianae coniugis ipsius, tum post hanc comitia Mogulensium principum, qui *Abakam* ob perspectam ipsis, ut ait Abulpharagius, eius *prudentiam sufficientiam eruditionem* etc. liberis suffragiis in supremum suae gentis imperatorem elegerunt et subinde ritu ipsorum coronarunt, non videntur posse in primum anni Arabici trimestre facile compingi, verisimilius differimus auspicia imperii Abakae huiusque cum Maria nuptias in annum Christi 1266. observandum hic est *Abakam*, sive ut Pachymeres vocat *Apagam*, titulum supremi Mogulensium Kanis rite delatum accepisse, cum eius pater tale imperium exercere satis habens vocabulo eius abstinuerit. hoc eo videri potest mirabilius, quod satis constabat vivere adhuc Kublaï, qui Munkakao Kaani occumbenti successerat in imperio, anno ab hinc retro quinto aut sexto, Hegirae 659, ut paulo superius n. 10 retulimus. verum quia, ut ibidem dictum est, Arigbuga fratre minore Kublaï successionem sibi imperii vindicante bellum inter eos civile conflatum est, quod annos ipsos octodecim tenuit ac consequenter ad duodecim aut tredecim abhinc annos propagatum est, totum instar imperii Mogulici ex Orientalibus fraterna dissensione turbatis tractibus in Occiduis et fundata dudum illic Hulacu (qui et ipse Munkakai Kaanis frater fuerat) domo et potentia constitit; successioque Mogulensium principum hinc deinceps a chronologis Arabibus est deducta,

neglecto Kublai, quem tandem praevaluisse Arigbugae Abulpharagius tradit, et in quadam specie absoluti imperii aliquamdiu pacifice indicat vixisse; et si qui post in extremo illo limite Mogulensium Kaanum titulum sumpserunt. quos ne mentione quidem dignandos putaverunt aut noster hic Abulpharagius, aut e quibus supplementum concinnatur huius Chronici, Al Iannabius, Abulfeda et Ebn Yusephus, Arabes et ipsi chronologi. unde Munkakao Kaani ἀμίσως continuare possumus Abakam, numerando eum quartum a Gingiszhane et absolute quintum imperatorem Mogulensium.

XIII. Abakas-Chan (sic enim illum nominat Abulpharagius ex quo est inauguratus imperator) misit ad recuperandam Syriam exercitum, cui ducem praefecit fratrem suum natu minorem, vocatum *Kungortai*, *Bundobdaro* Aegypti et Syriae Sultane paulo ante victo et mortuo. Mogulenses ductore Kungortai cuncta statim illic subegerunt, facile progressi Halebum usque, et illa ipsa urbe subiugata: verum, ut alias fecerant, nimis cito recesserunt, ideo mox coacti eo redire duce Munga Timuro, corroborato copiis regis Armeniae, prout consequenter illic exponitur distinctius. sed ego harum rerum, prout in Chronico digeruntur, seriem attentius explorans conturbatas paululum deprehendo Abulpharagii rationes; quod equidem, propter in aliis probatam huius fidem ac diligentiam, errori librariorum in numerorum notas irrepenti libentius imputaverim. scriptum videlicet legitur p. 360 huius Chronici anno Hegirae 679 missum in Syriam Kungortai. kalendae Muharrami anni Arabici istius cadunt in diem tertiam Maii Iuliani in anno Christi 1280. statim post additur hunc exercitum duce Kungortai rem in Syria gessisse hieme anni Hegirae 680, quem inchoasse certum est ea die quae Aprilis vicesima secunda in anno Christi 1281 numerata est. hic illud primum inopinatissimum occurrit, quod mora solidi fere biennii interiicitur inter initium expeditionis e propinquo susceptae et rem per eam gestam. addit Abulpharagius Kungortai cuncta peragrata Syria et usque ad Halebum facile subacta recessisse: verum rebellantibus denuo videlicet illic gentibus missum eodem ab Abaka alium exercitum quinquaginta millium anno Hegirae 681, praeposito illi ductore Munga Timuro fratre suo natu minimo; cui comitem se adiunxit rex Armeniae cum propriis copiis. P 593
hi duo simul iuncti exercitus obvios inter Hamam et Hemesam habuerunt Syros simul et Aegyptios praevalidis copiis instructos, cum quibus statim acri et cruento praelio commisso, nec plane victores Mogulenses et Armenii, neo tamen prorsus victi fuerunt. post illum dubium eventum Munga exercitu in Mesopotamiam reducto, in itinere versus Nisibin veneno extinctus est. his continue Abulpharagius attexit eodem anno, nempe Hegirae 681, Abakam, postquam Hamdani festum Paschae cum Christianis ce-

lebrasset, postridie, die lunae, convivio exceptum a quodam Persa nomine *Banham*, mistum ab hoc cibis venenum hausisse, ex quo die Martis statim sequente graviter aegrotare coeperit, die Mercurii contiguo mortuus sit. hunc porro diem Mercurii ait fuisse vicesimum mensis Dhul-Haiae, hic est mensis ultimus in anno Arabum. habemus in his characteres duos, Paschae Christianorum et feriae quartae concurrentis in diem 20 Dhul-Haiae, quorum neuter anno Hegirae 681 competit, prout clarissime demonstro. annus aerae Christianae vulgaris 1283, in cuius mensem saltem ultra tertium necessario excurrit annus Hegirae 681 Aprilis undecimo die anni praecedentis 1282 inchoatus, cum fuerit periodi Iulianae 5996, cyclum numeravit solis 4 cum litera dominicali C, cyclum vero lunae 11. haec signa Pascha Christianorum indigitant in die 18 mensis Aprilis, qui dies necessario extra Hegirae anni 681 fines excessit. hoc infitiari non poterit qui sciet, quod certum est, annum Arabum Iuliano esse minorem diebus saltem decem. unde manifestum est, si annus Arabicus 681 die 22 Aprilis anni Chr. 1282 iniit, desinere illum debuisse ante 18 Aprilis anni Chr. 1283, quoniam a 22 Aprilis die ad diem eiusdem mensis 18 non intercedunt dies decem. ex ostensum evidenter Pascha Christianorum anni Hegirae 681 in mensem Dhul-Haiam ultimum anni Arabici non potuisse convenire. deinceps pari evidentia demonstro vicesimam Dhul-Haiae diem eodem illo anno Hegirae 681 feriam quartam non fuisse. fuit ille annus Arabicus embolimaeus ac consequenter 355 dierum, et Dhul-Haia mensis eius ultimus in annis ordinariis cavus, in eo plenus fuit, dies numerans triginta. tollantur 355, qui est numerus dierum anni Heg. 681, de 365 a die 22 Aprilis anni Christi 1282 incipientibus: ultimus residuorum cadet in undecimum Aprilis anni Christi 1283. hic est tricesimus Dhul-Haiae; a quo si retro decem diebus promoveas, invenies vicesimum eiusdem Dhul-Haiae primum Martii, qui dies Iovis et quinta feria, eo anno literam dominicalem C habente, fuit, non autem, ut ait Abulpharagius, dies Mercurii sive quarta feria.

XIV. His lector adactus ad fatendum characteres istos duos chronologicos, Paschae incidentis in mensem Dhul-Haiam et feriae quartae insignientis vicesimum Dhul-Haiae diem, minime convenire in annum Hegirae 681, quaeret forte num in alium conveniant. non longe abibitur: aio aptissime ambos quadrare in annum ἀμέσως praecedentem, videlicet Hegirae 680. hic annus initium duxit a die 22 Aprilis Iuliani anno Christi 1281, desiit autem die decima eiusdem Aprilis anno Christi sequenti 1282. fuit annus Christi 1282 periodi Iulianae 5995. cyclum solis habuit 3 cum litera dominicali D, cyclum vero lunae 10. ex his patet Pascha eius anni occupasse diem 29 mensis Iuliani Martii. haec dies deesse non potuit quin ambitu mensis Arabici Dhul-

Haiae in anno Hegirae 680 clauderetur, quoniam is annus a 22 Aprilis anni Chr. 1281 inchoatus usque ad 10 Aprilis anni Chr. 1282 protenditur: Dhul-Haia vero ultimus mensis anni Arabici viginti novem postremos eius anni dies continet, qui cum retro numerati a 10 Aprilis ad 13 Martii perveniant, ibi defigunt neomeniam Dhul-Haiae. prior igitur character manifeste competit anno Hegirae 680. nec minus evidenter posterior eidem adaptatur. nam vicesimus nonus dies Martii, quem fuisse diem Paschae ostendimus in anno Christi 1282, fuit necessario decimus septimus Dhul-Haiae mensis Arabici, siquidem is incepit, ut est dictum, P 594
a die 13 Martii. porro ad diem 29 Martii, quae Paschae dominica fuit, si tres ferias adiungas, secundam tertiam et quartam, hanc profecto ultimam residere deprehendes in kalendis Aprilis Iuliani, in quas incidit vicesimus dies Arabici Dhul-Haiae. ergo vicesimus Dhul-Haiae anno Hegirae 680 fuit dies Mercurii sive quarta feria; qui erat secundus chronologicus character annum, quo est Abaka mortuus, insigniens. quare hunc imperatorem Mogulensium non anno Hegirae 681, ut perperam in Abulpharagii Chronico scribitur, sed praecedenti Hegirae 680 vivere ac regnare desiisse tenendum pro certo est. unde quae proxime antecessisse illic dicuntur eius obitum expeditiones Mogulensium in Syriam duae, sic verisimiliter ordinandae sunt, ut prior duce Kungortai coepta verno tempore anni Hegirae 679 hieme anni eiusdem terminetur. postea vere anni sequentis Hegirae 680, nuntiata nova Syrorum defectione, eo Munga Timurus minimus Abakae frater cum exercitu Mogulensium quinquaginta millium moverit, habens praeterea secum sociales Armenorum copias, rege ipso Armeniae ductante. hi simul omnes cum Syris et Aegyptiis dubio Marte inter Hamam et Hemesam conflixerunt. inde Munga Timurus se ad Abakam recipiens cum in Mesopotamiam pervenisset, ibi ex veneno per fraudem propinato in itinere versus Nisibin extinctus est, eorumdem videlicet insidiis qui non multo post Abakam ipsum pari scelere ac dolo peremerunt: nam effectus tam gemini recte uni et eidem imputentur causae, odio quorumdam coniuratorum in Abakae domum. at de his pro instituto plus satis.

XV. Abakae mortuo successit eius insidiator Ahmedes et ipse filius Hulacu, sed alia matre natus, ex qua praeterquam novercalem in Abakam animum trahere potuit, etiam instinctus videtur ad eundem Abakam perdendum odio Christianae religionis, cuius cultorem fuisse Abakam clare affirmat Abulpharagius, dum eum celebrasse festum Paschae una cum Christianis scribit. huius Ahmedis acta principatus omnia rediguntur in unam proixam epistolam in commendationem Alcorani et superstitionis Mahometicae ad Sultanem Aegypti scriptam, quam Abulpharagius recitat, continuo referens indulgentem Ahmedem dudum

concepto in Abakae familiam furori, dum Argunem Abakae filium studet opprimere, ab eo et ei studentibus fuisse comprehensum et custodiae mancipatum die Mercurii Iomadi prioris undecimo, anni Hegirae 683, qui incepit a die 20 Martii anno Christi 1284. est Iomadi prior quintus ordine mensis in anno Arabico; cuius kalendae a 20 Martii numeratae incidunt in decimum sextum Iulii eius Christi anni 1284 bissextilis, cuius cyclus solis fuit 5 et litera dominicalis B A, unde patet undecimum Iomadi prioris re vera fuisse diem Mercurii: talis enim fuit feria 26 dies Iulii, cum undecimo die Iomadi prioris coincidens. iam tum a clauso in carcere Ahmede coepit Mogulensium consensu imperare Argun titulo Chanis assumpto: nam deinceps *Argun-Chan* est dictus. meminit huius Pachymeres p. 327 v. 22 Arganen Kanin vocans. censuerunt autem principes Ahmedem, ut caedis Abakae-Chanis reum, iure posse interfici; idque auctores ipsi iubendi erant. verum ille recusavit, satis habens Ahmedem matri Kungortai et huius filiis dedere, qui eum occiderunt in ultionem paternae caedis die 2 Iomadi posterioris, quae dies in feriam item quartam incidit, ut ait Abulpharagius et verum cernitur, siquidem Iomadi posterioris, sexti mensis Arabum, dies secundus in diem eo anno Christi 1284 cedit sextum decimum mensis Augusti, cui diei ad marginem adiacet in Romano kalendario litera D, nota quartae feriae, quando, ut tunc, litera feriae primae sive dominicae index est A. hic desinit Chronicon Abulpharagii; cui Latinus interpres perutiliter supplementum attexuit ex Al Iannabio, Abulfeda, Ebn Yusepho et aliis chronologis Arabibus expressum, unde hic Mogulensis imperii extrema tempora, quantum ad rem nostram conferet, reddemus.

P 595 XVI. Argun-Chan anno Heg. 690, qui a die 4 Ianuarii anni Christi 1291 duxit initium, finem imperandi et vivendi fecit, veneno, ut est creditum, sublatus a Iudaeis, mense Rabia priori: hic tertius est in anno Arabico, et tunc maiori ex parte Martio Iuliano respondit. huic successit *Caichtu* vel, ut alii scribunt, *Ganiatu*, cui communis cum Argun-Chane pater fuit Abaka. hunc morum improbitate suis exosum factum Mogulensium plerique facta coniuratione, cuius dux fuit *Baidu* filius Targihi fratris Abakae, fugientem assecuti trucidarunt, anno Hegirae 694, cuius kalendae Muharrami diem occuparunt 21 Novembris in anno Christi 1294; unde mensis Rabia posterior, quo *Caichtu* dicitur occisus, extremam Iuliani Februarii et priorem Martii partem insedit in anno Christi 1295. puto extremo Argun-Chanis principatu cogitatum ab eo de recuperandis septentrionalibus Europae provinciis ultra Bulgariam; quas, ut est superius dictum n. 6, auspiciis Kaanis secundi Mogulensium imperatoris a Batuo subiugatas Noga, eis tuendis a Batuo Persidem versus recedente praefectus, progressu temporis suas fecerat, ob-

sequium imperatori Mogulio recusans; diuque prout multis locis Pachymeres significat, istam rebellionem impune tulit, in ea etiam Michaëlis primi Palaeologi Augusti affinitate firmatus, ducta ipsius filia Euphrosyne. talis ab Argun-Chane suscepti consilii vestigium in fine Abulpharagiani Chronici reperio, ubi scriptum legitur: *Argun-Chanem imperio sibi stabilito unicuique filiorum praefecturam alicuius regni sui exercituum commisisse.* filii Argun-Chanis fuerunt Cazanes, Carmpantas, Tuctaïs. ex his Cazanes videtur exercitui et provinciae loco ubi degebat imperator propinquae praepositus. nam occupato postmodum, ut mox dicetur, a Baidu imperio, primus qui obsisteret, viciniae, prout apparet, beneficio, extitit. alii duo Cazanis fratres longius a patre leguntur amandati, siquidem Carmpantanem Pachymeres p. 459 v. 5 partis posterioris ait exercitum in India ductasse: Tuctainem idem refert partis eiusdem l. 3 c. 26 et 27, longum difficile atque anceps cum Noga gessisse bellum, quoad eum iam senem acie postrema victum occidit funditusque profligavit factionem eius, restitutis imperio Mogulensium praetentis Euxino ex parte Europae regionibus, quas inde Nogae rebellio alienaverat, et iis ipse patris Argun-Chanis primum, deinde fratris Cazanis auctoritate regendis praesentem impendens operam. cuius tam potentis vicini Andronicus imperator, patris Michaëlis imitatione, gratiam sibi firmate affinitate studuit, filiam ei Mariam volenti despondendo, quod narrat noster c. 27 l. 3. haec longa Tuctainis bella videntur tenuisse ab anno circiter Chr. 1290 ad 1296.

XVII. Sublato e medio Caichtu successore Argun-Chanis, Baidu, qui eum oppresserat, in eius se solium intrusit. sed ei obstitit Cazanes Argun-Chanis filiorum, ut videtur, natu maximus, avitum paternumque imperium sibi armis vindicans. commisso itaque inter regni candidatos praelio, Baidu proditione suorum victus et occisus liberum aemulo Cazani reliquit imperium, postquam illud per octo circiter menses occupavit. contigit mors Baidu mense Dhul-Haia eiusdem anni Heg. 694, hoc est circa finem Octobris aut initium Novembris anni Chr. 1296. hinc procedit imperium Cazanis, cuius dotes praeclarae, instituta laudabilia, acta illustria effuse laudans memorat Pachymeres c. 1 l. 6. res gestae sic summatim perstringuntur in supplemento Chronici Abulpharagii, anno Heg. 697, qui coepit a die 19 Octobris anni Chr. 1297, occiso *Niruzo*, cuius proditione Baidu fuerat oppressus, *Atabegi* dignitatem (erat id nomen illustre in imperio Mogulensi magistratus) qua Niruzus functus fuerat, transtulit in *Kotlu Sahum*; quem eundem esse suspicor cum *Chutluchaimo* nominato a Pachymere sub finem modo laudati c. 1 l. 6, ubi p. 459 v. 12 vocat *Κουτλουχάϊμ κατὰ τὸν Εὔξεινον ἄρχοντα* praetorem provinciarum imperii Mogulici ad Euxinum sitarum. fuerat

P 596 ista, uti diximus, praefectura Tuctainis. quare hinc licet intelligere, circa quartum aut quintum principatus Cazanis annum Tuctainem ad fratris imperantis comitatum se transtulisse, forsitan eo vocante, ut mores eius observaret, statueretque an dignus is foret quem imperii successorem designaret. quae probatio parum e Tuctainis voto succedens hunc exclusit imperio. scribit enim Pachymeres, saepe indicato c. 1 l. 6 Cazanem in dubia sua valetudine successioni regni consulentem, cum mores Tuctainis, quem in propinquo haberet, fratris suis dissimiles notasset, Carmpantanem alium fratrem ex India, ubi exercitui praeerat, evocasse, eumque ad id accurata institutione praeparatum imperii haeredem designasse. igitur decedenti ex partibus Euxino vicinis Tuctaini suffectum in istarum provinciarum regimine Chutluchaimum arbitror, quem illic tali officio fuisse functum quando est mortuus Cazanes, affirmat Pachymeres.

XVIII. Pergit continuator Abulpharagiani Chronici acta Cazanis exequi, scribens anno 699 moventem cum exercitu in Syriam Cazanem cum occurrente sibi Sultane Aegypti, qui vocabatur Al Malec Al Naser Mohammedes, conflixisse praelio, eumque fusum in fugam vertisse, dein Damasco potitum; quibus gestis, relicto in Syria praefecto *Kapiak* vocato, in regiones Orientales rediisse. habuit annus Hegirae 699 initium a die 28 Septembris anni Christi 1299. quia vero dies, quo acie victus est Sultan Aegypti dicitur illic fuisse vicesimus septimus Rabiae prioris, indicat nota illa diem vicesimum secundum mensis Decembris eiusdem Christi anni 1299. quod autem addit continuator Abulpharagii diem illum fuisse Mercurii, haud usquequaque quadrat, siquidem illo Christi anno cyclus solis 20 literam attulit feriae primae indicem D, quae 22 Decembris diem feriam fuisse tertiam demonstrat. crediderim mendum irrepsisse in numeros, et pro 27 Rabiae prioris scribi oportere 28, qui dies fuit 23 Decembris feria 4. fundamentum mihi sic opinandi est testimonium oculatum scriptoris illorum temporum Aythoni. extat huius opus titulo Historiae Orientalis, cuius c. 41 affirmat se fuisse comitem expeditionis quam *Cassanus* (sic enim vocat) *rex Tartarorum* Christianus, una cum regibus Armeniae et Georgiae pariter Christianis, suscepit in Syriam contra Melechnaserum Sultanem Aegypti Syriae dominantem, quem et habuit obvium prope Hamam, antiquis Emesam dictam. ducebat Sultan secum equitum centum millia cum infinita peditum multitudine, Cassanus autem exercitum ducentorum millium, magnam partem equitum habebat. commissum fuisse praelium inter hos exercitus Aythonus, qui praesens interfuit, asserit *die Mercurii ante festum nativitatis*. cadit aptissime nota haec in diem 23 Decembris, quae illo anno, ut est dictum, feria quarta fuit. addit Aythonus praelio victum et fugere compulsum fuisse Sultanem, tum die

post victoriam 45 deditam Cassano fuisse urbem Damascum, in qua Cassanus praefectum pro se Syriae cum parte exercitus reliquit quemdam ducem Saracenum ad se a Sultane transfugam, nomine Capcakum; cui dedit in mandatis ut si Christiani ab Occidente venirent, eis Syriam traderet. sed cum Europae principes ire illuc aut exercitus mittere neglexissent, Capcakus rebus suis consulens, impetrata a Sultane transfugii venia, Syriam illi rursus expulsis Tartaris subiecit. haec Aythonus de hac expeditione; quae quam sint consentanea traditis a continuatore Abulpharagii ex collatione patet. etenim apud hunc legitur Aegyptios audito Cazanis abitu reversos in Syriam fuisse, et Capcako in partes eorum transeunte, Tartaros qui erant in Syria ea relicta in Orientem contendisse, et Damascum iterum in Aegyptiorum potestatem rediisse.

XIX. Anno Hegirae 700, cuius initium fuit dies sextus decimus Septembris in anno aerae Christi vulgaris 1300, Cazanes secundam expeditionem duxit in Syriam, ait continuator Abulpharagii: sed cum tribus circiter mensibus in Halebi ditionibus P 597
substitisset, re infecta iterum se subduxit. ita ille. ad hoc tempus equidem retulerim quod scribit Pachymeres loco saepe memorato de Cazane his verbis: *vastans quin etiam Aegyptum cladesque illic Arabibus non leves inferens, longe pluribus et gravioribus sine dubio damnis illos affecturus, nisi ei, ne penetraret interius, locorum arenis inviis et aquae inopibus late equallentium insuperabilis difficultas obstitisset.* hactenus Pachymeres; unde licet suspicari vel ipsum Cazanem vel partem eius exercitus, ipso apud Halebum interim morante, Aegyptum tentasse, at ob impedimentum memoratum coepto abstitisse. refero etiam ad hanc secundam expeditionem illa quae paulo superius idem Pachymeres dixerat, nempe *Cazanem Hierosolymis hostiliter admotum parum abfuisse ab urbe illa tanta, cui Sultan Christianis ereptae dominabatur, expugnanda.* ita ille, longe verisimilius quam quidam Latini scriptores citati ab Henrico Spondano in continuatione Annalium Baronii anni Christi 1300 n. 1, qui aiunt tunc a Cassano *Hierosolymam fuisse captam, et sacris locis magna veneratione visitatis restauratis et dotatis, habitandam concessam Christianis Armenis Georgianis caeterisque ex Cypro et latebris convolantibus.* nam id, si vere contigisset, non videtur aut ignorare potuisse Aythonus tunc vivens, aut in historia de his scripta silere voluisse; in qua tamen nihil tale reperitur. anno dehinc Hegirae 702 (pergit supplementum Abulpharagii) Cazanes copias in Syriam misit duce Kotlu Saho, sive ut Pachymeres vocat, Chutluchaimo; primus dies istius anni Hegirae 702 fuit vicesimus sextus mensis Augusti in anno aerae nostrae vulgaris 1302. ex his quae refert de morbo Cazanis diuturno Pachymeres, necesse est dicere iam tum illum aegrotasse,

atque adeo morbo impeditum a per se obeunda expeditione necessaria hominem cui maxime fideret vice sua misisse Chutluchaimum, sive illum evocavit e partibus septentrionalibus circa Euxinum, quibus eum, in locum Tuctais sive Tuctaimis, fuisse iam antea praefectum paulo superius suspicabamur, sive illum adhuc in officio Atabegi circa se habuit, et tantum post ipsius reditum e Syria ad istum septentrionalem limitem destinavit, ne occasione secuturae brevi (quod praesentiebat) mortis suae Tuctais, quem exclusum imperio volebat ex istis sibi dudum obnexiis provinciis opes ducere posset ad negotium Carmpantani, sibi in successione praelato, facessendum. utcunque sit, utrumque idoneis auctoribus discimus, et bellum in Syria pro Cazane gessisse illo iam aegrotante Chutluchaimum, et Cazane non multo post mortuo eundem regionibus circa Euxinum prius a Tuctai possessis praefuisse.

XX. De successu porro Syriacae huius expeditionis Chutluchaimi sic breviter collector supplementi Abulpharagii tradit. primum equites decies mille exercitus Mogulici a ducibus copiarum Aegyptiarum, inter quos fuit Abulfeda, prout ipse testatur in historia de his scripta, fuisse profligatos, deinde universum exercitum fractum fugatum et pessumdatum. unde credibile est Chutluchaimum cum reliquiis copiarum revertisse quamprimum ad Cazanem, a quo ingravescere languorem suum sentiente propter causam supra indicatam missus ad Arctoum limitem fuerit. eodem anno, Hegirae 702, die 18 mensis Shavalis, ut ait Iannabius, Cazanes est mortuus. est Shaval decimus Arabum mensis, cuius diem tertium decimum incurrisse oportuit in diem 31 mensis Maii anno Chr. 1303, siquidem, ut est dictum, kalendae Muharrami sextum vicesimum Augusti mensis anni superioris insederant. hinc definire certo possumus controversiam, quae inter quosdam mox referendos auctores de numero annorum imperii Cazanis agitatur. si enim, quod superius n. 17 statuimus, coepit Cazanes imperare circa initium Novembris anno Christi 1296, moriens in fine Maii anni Christi 1303 utique sex in imperio annos explevit, et menses insuper septem. plus ergo iusto spatii Cazanis principatui tribuit Arabs chronologus Iannabius, dum eum regnasse dicit *annos octo et menses circiter decem.*
P 598 Ioannes Villanius l. 8 c. 15, Sanutus l. 8 p. 18 c. 8 et Aythonus Hist. Orientalis c. 45, etsi diserte spatium regni Cazanis non exprimunt, quaedam tamen affirmant unde ultra praescriptos a nobis limites illud haud paulum excessisse sit consequens. nempe duo priores aiunt coepisse illum imperare anno Christi 1294, et Aythonus obitum eiusdem confert in annum Christi 1304, ex quibus inferendum esset eum ultra novem plenos annos Mogulense imperium rexisse. sed de vera sede epocharum initi a Cazane principatus et mortis obitae tutius, opinor, creditur Arabibus

chronographis quam aut Aythono Armeno aut Villanio et Sanuto Europaeis scriptoribus, praesertim cum ad Arabum chronologiam se accommodet nostri Pachymeris assertio mortuum Cazanem affirmantis *cum ad sex annos imperasset;* quod, si de annis expletis agitur, exactissime scriptum est. eius qui Cazani successit nomen sic effert Iannabius: *Giyathoddin Chodabandah Mohammed, filius Argunis filii Abagae.* Abulfeda et Ahmed Ebn Yuseph, propius ad Pachymeris *Carmpantan, Chorbandam* hunc principem appellant. is post fratris decessoris funus die 23 Dhul-Haiae solemnibus caerimoniis inauguratus, pro *Chanis* titulo maioribus usitato *Alliaitu* se dici voluit, quae vox teste Iannabio *magnum imperatorem* significat. vereor ne mendum sit apud Iannabium, ubi coronationem Carmpantanis die 23 Dhul-Haiae celebratam confert in annum Hegirae 703, hoc est in mensem fere quintum decimum a decessoris obitu, quod parum est verisimile, praesertim cum, ut Pachymeres videtur significare, non solum designatus a Cazane adhuc vivente fuerit unicus haeres imperii, sed et iam tum in possessionem regni missus. id me invitat ad credendum eodem quo est Cazanes mortuus anno, sed altero fere post mense, nempe die 23 Dhul-Haiae, coronatum Carmpantanem. cum autem dies 13 Shavalis, ultimus vitae Cazanis, fuerit in anno Iuliano 31 Maii, oportuit diem 23 Dhul-Haiae anni eiusdem concurrere cum 29 Iulii anni Christi 1303. vitam et principatum produxit Carmpantan usque ad annum Hegirae 716, quo vivere simul et imperare desiit mensis Ramadanis die 27. coepit annus Hegirae 716 a die 26 Martii anni Christi 1216. unde Ramadanis mensis Arabum noni dies 27 coincidit cum die 18 Decembris eiusdem anni Christi 1316. Carmpantani suffectus est *Bahadur-Chan*, puer undecim annorum; quo imperante quisque praefectorum provinciis eas sibi iure supremo coeperunt usurpare. unde hoc moriente (quod contigit anno Hegirae 736, qui coepit ab Augusti 21 anni Christi 1335) Bahadur-Chane, inquam, decedente nullus deinceps est creatus imperator Mogulensium, tanta illa dynastia in partes minutas fracta et penitus dissipata.

Hactenus brevem synopsim dedimus imperii Mogulici, quod ab anno Christi 1202 ad annum Christi 1335, per annos 133, sub imperatoribus undecim, Gingizchane, Kaane, Cayuc-Chane, Munkakae, Abaka, Ahmede, Argun-Chane, Caichtu, Cazane, Carmpantane, Bahadur-Chane, magnis per Asiam rebus gestis inclaruit.

CAPUT VIII.

Origines imperii Ottomanici a Pachymere indicatae distinctius explicantur.

I. Ut regum quibus in interiore Asia commune nomen presbyteri Ioannis fuit, vastum et diu florens imperium Mogulici exortu deletum est, ita ipsum Mogulicum magna ex parte in Ottomanicum defecit, rebellione primi huius fundatoris Ottomani,
P 599 quem noster Pachymeres Atmanem nominat, contra Cazanem et Carmpantanem primum impunita remanente, inde sensim invalescente in iustum instar regni proprii, auctibus postea stupendis usque ad extinctionem imperii Romani Orientalis et regni Mamalucorum in Aegypto profecturi in terrorem Europae, cui minatur, hodieque universae. huius novae dynastiae quasi cunabula, obiter a Pachymere perstricta, nesciente scilicet in quantam ex his illa molem foret immaniter crescendo surrectura, operae pretium duxi considerare hic paulo attentius, et epochas originum istarum in principiis parum notabiles, ex inopinato deinde successu momentum et aestimationis meritum nactas, suis exacte locis figere.

II. Othmanis sive Ottomani genus historici Arabes deducunt e quodam *Soliman Shaho*, quem aiunt circa annum Hegirae 611, cuius fuit initium Maii dies 13 in Christi anno 1214, praefuisse provinciae Persis subiectae, quae vocabatur *Mahan*. hic cum a Mogulensium potentia, tunc sub primo illorum imperatore Gingizchane irruptionibus in omnem partem vehementibus fines dilatante, tueri suam praefecturam desperaret posse, convasatis quae potuit auferre, assumptisque secum qua e principibus qua e populo, qui novas alibi quaerere sedes mallent quam in patria servire, in Asiam minorem iter intendit. sed dum incerto vado Euphratem traiicit, aquis hausto Soliman Shaho, e tribus qui eius fugam comitabantur filiis duo priores, Sankur Zengi et Cun Tugdi, redierunt in Persidem, tertius Ortogrules ibidem ad ripas Euphratis domicilium fixit, illicque diu moratus tres educavit filios, Condozum Sarubanum et Othmanem. verum cum anguste incommodeque habitarent, Sarubano filio ad Aladinum Iconii satrapam legato misso supplex petiit ab eo assignari sibi locum ubi cum liberis degeret in terris ipsius ditionis. annuit satrapa, et Ortogruli permisit ut cum suis migraret in regionem sitam inter montes Tumalagii et Armeniae. Karaiaptag ei loco nomen fuit, quem insedit Ortogrules tanto numero suorum ut quadringenta tentoria illic fixa explerent. rem ibi strenue multis annis, limitem tutans et auspiciis Aladini principis Iconiensis feliciter militans, Ortogrules gessit, magni ob hoc ab illo habitus et deside-

ratus cum fato functus est, quod contigit anno Hegirae 687, qui coepit a die 6 Februarii anno Christi 1288. haeres Ortogrulis Othman fuit, cui ut in Karaiaptagi principatu patri succederet prono favore Aladinus indulsit, et eum, quoad ipse perstitit in potentia, beneficiis fovit. verum Aladino et annis iam fracto et opibus diminuto, ut iam amplius armis Mogulensium sub Chalaŭ et Apaga in istis partibus praevalentium ac cuncta subiugantium par sustinendis haud foret, res sibi suas agere Othmanes coepit, et propriis auspiciis in Romani imperii provincias irrumpere, non praedis solum inde abigendis intentus, sed et arcibus atque urbibus ibidem occupandis. quod coeptum cum ei ex voto successisset, expugnatis et praesidio suorum insessis validis quibusdam munitionibus, unde regionum illis adiacentium facile dominium sibi perpetuum assereret, Sultanis tum demum Othman, hoc est supremi principis, titulum palam usurpavit, anno Hegirae 699, cuius kalendae Muharrami inciderunt in diem 28 Septembris anni Christi 1299.

III. Hactenus relata de Othmanis primordiis tradunt Arabes scriptores; cum quibus comparare sparsim de his asserta a Pachymere, ac quam haec iis apte congruant ostendere, labor deinceps meus sit. principio repeto quae in ipso sui operis limine noster historicus partis 1 l. 1 a c. 3 ad 6 fuse disserit de arcibus limitis Orientalis Romanae ditionis contra Persidem deque illarum momento ad tutelam imperii; tum de cura, qua eas amplexi dominantes Nicaeae post amissam Constantinopolim imperatores Graeci optime consulnerint reipublicae numerosis virorum fortium praesidiis in eo limite auctorandis, cum largorum stipendiorum fida solutione ad diem, tum assignatione agrorum I' 600
in illa vicinia et concessione praedae omnis quam ex hostili agro infestis incursionibus possent corradere. innuitque ad id adhibitos a Byzantinis Augustis exteros probatae virtutis et experientiae bellicarum rerum; quorum multos illic, qua spoliis ex hoste raptis, qua pensionibus cum fide numeratis, qua fructibus datorum ipsis agrorum, magnas adeptos divitias ait, unde tanto terribiliores hostibus fierent, ac fortius propugnarent Romanas provincias, barbaris procul intra ipsorum terras vel terrore continendis, vel vi armisque, si erumpere conarentur, retrudendis. non videtur dubium quin par in contrarium cura fuerit infestorum Romano nomini et Christianae religioni Saracenorum principum, aut Persidem aut vicinas ei limiti provincias sub sua ditione habentium; inter quos Aladinus fuit dynasta sedem imperii habens Iconii, quae est urbs Lycaoniae primaria. quare cum apud Arabas historicos legimus evocatum ab hoc ex Transeuphratensi regione Ortogrulem cum familia et inter montes Tumulagii et Armeniae, in loco cuius ipsi toparchiam concesserit, collocatum, intelligere debemus illam *Karaiaptagam*, regionem attri-

butam Ortogruli ab Aladino, fuisse confinem Romanis illis modo memoratis arcibus; et militiae illic dudum constitutae lateque formidandae stipendiariorum exterorum Romanis Augustis militantium, oppositam a Sultano Aladino istam cohortem sequentium fortunam Ortogrulis peregre appulsi Turcorum, qui quadringenta illic tabernacula complerent. quodsi tempus indagemus quo migrasse Karaiaptagam e ripa Euphratis ulteriore Ortogrulis familiam Arabes indicant, reperiemus fere convenire in principatum Ioannis Batatzae, qui Nicaeae Graecis imperavit ab anno 1228 ad 1255, quo moriens successorem habuit Theodorum filium. per illa tempora et inde ad receptam e Latinis Constantinopolim vigentibus et numero atque alacritate praevalentibus praesidiariis limitanearum arcium imperii Romani contra Persidem, facile ab illis sustinebatur impetus barbarorum in quotidianis velitationibus plerumque inferiorum; quoad pessimo consilio suggesto a Chadeno, Michaël Palaeologus postquam in imperium invasit circumscripto pupillo Ioanne Theodori Lascaris filio, ubi se potitum Constantinopoli Latinis erepta vidit, isti praesidiarii Romani limitis vexari fiscalibus calumniis et ad inopiam redigi, minuique inde cum animis tum viribus et numero coeperunt, ut observat Pachymeres ibidem. quando potissimam contigisse credibile est, quod Arabes indicant, ut Ortogrules cum suis prospere in Romanos pugnando laudem ab Aladino, cuius auspiciis militabat, mereretur.

IV. Nec vero istam Ortogrulis et filiorum eius adversus praesidiarios Romanarum arcium comparatam operam, et quaesitam in vicinia ex parte adversae Persidis stationem Pachymeres ipse dissimulat. en eius verba vol. I p. 18 v. 20: *post haec viris fortibus inter Persas, quibus omnis vivendi spes et conditio in armis erat, caeteris inclinatis ad Tocharos, qui nuper imperium Persarum occuparant, rebellantibus visum opportunum est refugere ad claustra castellaque montium, et inde vicina incursando rapto ac praedis victum quaerere.* haec ille, quae quin Ortogrulis familiae conveniant Karaiaptagae prope arces Romanas in finibus Persidis collocatae, negare nemo poterit, qui praesertim attenderit ad hic indicatam eius aversionem a Tocharis invasoribus Persidis, quibus ne parere cogeretur Soliman-Shahus Ortogrulis pater, inde relicta provincia fugerat. addit statim Pachymeres praesidiarios Romanarum arcium utcumque agris multatos et praedae parte spoliatos imprudenti avaritia Michaëlis primi e Palaeologis imperatoris, abstinuisse quidem ab incursando fines hostium, quod antea utilissime fecerant, tamen arces ipsis commissas fide constanti tenuisse, quamdiu annuae pensiones ad victum necessariae praebitae ipsis e fisco sunt: has vero ipsis suppeditari desiisse post mortem Michaëlis, solo iam Andronico
P 601 imperante, diserte noster asserit vol. II p. 208 v. 18, ubi *alterum*

fontem enervationis imperii fuisse scribit *parsimoniam plene solvendarum ex fide pensionum, quae praesidiariis arcium in limite sitarum olim statutae fuerant in mercedem operae militaris, adeo illic ad communem tutelam necessariae. hae maligne nunc suppeditabantur, avaritia praefectorum erogationi pecuniae publicae, quorum apponebatur lucris quod per astutas frustrationum artes diffundenda praetextibus vafris solutionis die miseris militibus subtrahebatur, pretium sudoris et sanguinis.* ita ille ibi; qui et multis inferius locis significat non iam solum per fiscalium calumniosas fraudes, sed edicto ipso ac iussu diserto Andronici Augusti pensiones et auctoramenta istiusmodi fuisse interversa. unde necessario contigit arcium custodiam negligi, ac quasdam ipsarum in militum ex parte Persidis contrarias Romano limiti stationes obtinentium venire potestatem. sustinuit quodam tempore labem illam ac ruinam felix Alexii Philanthropeni per illos tractus militia, circiter annum Christi 1295, Andronici 13, eo missi cum valido exercitu, prout fuse narrat Pachymeres l. 3 vol. II c. 9. sed postquam is rebellans a Libadario est oppressus, et Persae, qui sub eo militaverant, male multati reversi domum, et causa cladis ulciscendae et fiducia nullius satis validae occursurae Romanae potentiae, Philanthropeno quem unum timuerant amoto, arcibus iam cunctis potiti licentissime in subiectas imperio regiones passim inundarunt. hoc memorat Pachymeres l. 8 vol. II c. 14, et coepisse videtur ab anno Chr. 1297, imperii Andronici 15. durasse vero sine intermissione, immo cum atrocioribus subinde malorum augmentis, usque ad finem huius historiae, intelligitur ex frequentissimis ea de re nostri historici querelis ac lamentationibus per cunctos fere consequentes huius operis libros sparsis.

V. Ex his patet quam consentanee ad nostrae huius historiae memoriam Arabum annales referant quod superius exscripsimus, Ortogrulem Othmanis patrem obiisse anno Hegirae 687, qui ex parte coincidit cum anno Christi 1288, inclytum bellicis successibus, de Romana videlicet Persici limitis militia relatis, quippe quae iam tum a recepta de Latinis Constantinopoli, hoc est ab annis retro sedecim, debilitari valde coeperat. quare succedens Ortogruli Othman filius aliquot iam tum habuit loca de Romanis manu parta, quibus plura maioraque postquam annorum plurium continua felicitate ad paternam Karaiaptagae adiecisset ditionem, Sultanis denique, hoc est supremi principis, nomen haud dubitavit usurpare, tueri se illud posse sperans. huius primae ac quasi fundamentalis epochae Ottomanici imperii sedem ex vero in ordine temporum statuere nostrum est, quod efficere conabimur comparatis Arabum chronologorum et nostri Pachymeris testimoniis. refert Pachymeres, p. 327 v. 6, Atmanem invaluisse opibus adiuncta sibi manu fortissima bellatorum acerri-

morum e Paphlagonia, et obsistere sibi conatum Muzalonem Romanum ducem acie vicisse prope Nicomediam Bithyniae metropolim, quam inde urbem velut obsessam campi dominus tenuerit. haec contigisse circa Bapheum prope Nicomediam die vicesima septima mensis Iulii diserte Pachymeres tradit: annum ex serie rerum verisimiliter affirmamus in Synopsi hunc fuisse Christi 1299. sequenti 1300 putarim evenisse quod noster narrat p. 415 v. 1, videlicet quasdam Romanas copias duce quodam Siuro, ab imperatore ad eam tuendam provinciam misso, collectas ab Atmane occidione fuisse deletas; *unde victor Atman progrediens Belocomam* (verba sunt Pachymeris) *insiliens vi capit, et ibi repertos interficit. ipse autem immensis opibus ea clausis munitione potitus praedives inde est habitus. arcis quippe illius munimentis situ et arte validis ad quaesitae pecuniae custodiam usus, magnos sibi thesauros, unde belli ac principatus expediret sumptus, secure conditos ad manum habuit. harum magna pars calamitatum in Prusam redundavit, sic nudatam possessione agri sui et intra murorum ambitum redactam* etc. haec
P 602 Pachymeres; quae satis clare indicant mutationem hoc tempore in Atmane factam, quasi e privato in principalem statum. audiamus iam Arabas. hi magno consensu affirmant Othmanem e toparcha Karaiaptagae et simplici satrapa Sultanis seu supremi domini nomen adscivisse anno Hegirae 699. huius anni cum kalendae Muharrami insederint diem 28 Septembris Iuliani in anno Christi 1299, et quam memoravimus e Pachymere Belocomae expugnatio ad menses aestivos pertinuisse videatur, intelligendum relinquitur regnare Atmanem, sine ulla iam dissimulatione vocabulum imperii palam usurpando, coepisse anno Christi 1300, idque in Bithynia ad urbem Prusam, quam paulo post ei fuisse subiectam tributariae pacis nomine, re vera deditione ac subiectione plena, innuit Pachymeres, dum sic scribit p. 597 v. 14: *Prusa ipsa calamitatibus subacta ingentibus emere a Persis numerato immani pretio umbram pacis, pro vera, quam mendacibus promissis ostentarant, pace.* ita ille.

VI. Haec tamen non eo traho ut existimem Prusam Atmani iam tum regni principio plene possessam, cum eam quidam Arabum sub finem tantum vitae Atmanis, quidam nonnisi post eius obitum a filio eius et successore Urchane penitus subiugatam tradant. verum cum eam urbem arcibus undecumque a se possessis cinctam et vectigalem ad libitum haberet, aequo interim animo ferebat eius se ingressu exclusum, quem sibi ac suis aliquando, ut res tum se habebant, libere pandendum certa praesumebat spe. in hoc igitur incumbebat, ut agri ac provinciae illius, nempe Bithyniae universae, sibi dominium assereret, quod consequebatur arcibus primariis, et unde urbium magnarum salus et securitas

penderet, occupandis et validissimo praesidio tenendis, sicut modo eum vidimus in Belocoma fecisse, in qua claves Prusae reperit; uti et Nicaeam sibi subiugasse visus est capta et suis firmissimis copiis insessa Tricoccia. qua de re iuvat nostrum hic Pachymerem audire p. 637 v. 13 scribentem in hunc modum: *circa Nicaeam malo sane loco res erant, Atmane cuncta illic agente ferenteque.* ac paulo post: *itaque infestum exercitum — venientibus, Atman credidit.* hactenus Pachymeres, ex cuius triplici modo memorata narratione rerum ab Atmane, ad Nicomediam victo Muzalone, ad Prusam capta Belocoma, ad Nicaeam expugnata Tricoccia gestarum, manifestum est habuisse illum in potestate universam Bithyniam, tribus illis primariis eius provinciae urbibus, etsi non plene possessis, saltem undique circumdatis, et lenta sic obsidione cum interim pro libito macerandis et pecunia multandis, tum denique certissime trahendis sub absolutum integrumque dominium. id quod non ipsi quidem obtigit Atmani. verum illius haeres et filius Urchanes, quem Cantacuzenus l. 3 c. 9, statum in quo eum pater moriens reliquerat, exprimens *satrapam* Orientalis Bithyniae appellat, brevi se Bithyniae totius principem ostendit Prusa Nicomedia et Nicaea plane domitis, postquam huic ultimae periclitanti suppetias Andronicus iunior accurrens repulsus et vulneratus in
femore recessit. cuius pugnae ac vulneris meminit Cantacuzenus P 603
l. 2 c. 7, inde secutam tamen Nicaeae deditionem parum candide dissimulans, quam ingenue fatentur Gregoras l. 9 et Phrantzes c. 11 l. 1, ut omittam idem diserte affirmantes Arabas scriptores, inter quos omnes convenit *Iznicmid* et *Iznik* (sic illi Nicomediam et Nicaeam nominant) ab Urchane Othmanis filio post patris mortem captas fuisse. Brusiam vero (ita Prusam appellant) quidam illorum Othmani adhuc viventi, alii eo mortuo Urchani deditam aiunt. fato vero functum Othmanem omnes ii magno consensu tradunt anno Hegirae 726, cuius fuit initium dies 8 Decembris anni Christi 1325, adeo ut mors Othmanis in annum Christi 1326 videatur differenda.

VII. Hactenus dictis liceat mihi per benignum lectorem mantissae loco apponere considerationem duorum veterum oraculorum, quae per haec fuisse patrata eventis non immerito credi potest; id quod eo minus alienum ab hoc loco forte fuerit, quod eorum alterum est implicatum cum rationibus chronologicis quibusdam, numeros a nobis hic subductos recto positos calculo adstruentibus. recitat antiquus scriptor Zosimus, historiarum l. 2, Erythraeae vel Epiroticae Sibyllae hoc vaticinium:

δὴ τότε Βιθυνῶν γαῖαν λύκοι οἰκήσουσι
Ζηνὸς ἐπιφροσύναισι· τεχὺ δ' ἐπιβήσεται ἀρχὴ
ἀνδράσιν, οἳ Βύζαντος ἕδος καταναιετάωσι.

tuno Bithynorum terram lupi habitabunt
divino consilio; celeriter autem superveniet (horum) *principatus*
viris qui Byzantii solum incolunt.

huius eventum prophetiae conatur Zosimus adaptare aetati Constantini et restaurationi atque amplificationi per eum factae Byzantii. quam recte, ipse viderit: non enim satis apparet quid ista mentio *luporum Bithyniam habitantium* cum exornatione Byzantinae urbis commune habeat. dicamus nos licet accommodatius ad speciem veri, per Sibyllam divino afflatam spiritu, tanto ante his fuisse praenuntiatum verbis exortum Ottomanici imperii a praedonibus avidis et lupina voracitate ac crudelitate praeditis in Bithynia fundati, cui non multo post tempore succumbere deberet Byzantinae urbis imperantis potentia et splendor, barbaricae deinceps servitutis iugum gravissimum et probrosissimum laturae. Graeci Byzantini in poenam impii et pertinacis ab ecclesia Romana omnium matre inde usque a Photii temporibus continuati schismatis, duram a Latinis Constantinopolim per annos octo supra quinquaginta obtinentibus servitutem passi fuerant; ex qua profecisse visi sunt, dum ea liberati Romani papae primatum agnoverunt. at ubi Michaële istius concordiae auctore mortuo, filius eius Andronicus pessimo consilio, quae pater saluberrime statuerat rescindens, se suosque iterum a sede Petri contumaciter abrupit, statim dei ultoris providentia praeparari coepit et sensim in Bithynia concrescere Ottomanica tyrannis, a qua diris continenter cladibus flagellati Byzantini, cum minime resipiscerent sed magis magisque in haeresi ac schismate obfirmarentur, vi tandem saeva subacti ab uno ex Atmanis successoribus Mahomete secundo, anno Chr. 1453, captivitatem Babylonica Iudaeorum eo tristiorem, quod Cyrum nullum qui eam solvat expectant, ducentis iam et quod excurrit annis infelicissimi tolerant, fidem ingenti suo luctu sancientes Sibyllini, quod retulimus, oraculi.

VIII. Aliud de his habemus suspicioni fictionis minime obnoxium vaticinium, quippe quod in sacro et canonico libro clarissime legatur, Apocalypsi S. Ioannis. in ea Novi Testamenti prophetia, eventa complectente praecipua rerum quae a Christi resurrectione et prima fundatione ecclesiae ad hanc usque diem dei regnum attinentes contigerunt, postquam persecutiones im-
P 604 peratorum adumbratae sunt a c. 12 ad 20, in hoc iam per symbolum alligationis Satanae tempus illud describitur quo Constantinus, victo et occiso Licinio imperii Romani plene potens, liberalissimis et quasi triumphalibus edictis religionem Christianam studuit ornare. ista edicta recitantur ab Eusebio l. 2 de vita Constantini, a c. 25 ad 60. in horum uno (tria enim sunt), nempe

in Rescripto ad Eusebium c. 45 descripto, quo imperatur ut ecclesiae Christianorum ubique sumptu publico aedificentur, fit distincta mentio draconis, quem hic Ioannes ligatum memorat. sic enim illic Constantinus loquitur: *νυνὶ δὲ τῆς ἐλευθερίας ἀποδοθείσης, καὶ τοῦ δράκοντος ἐκείνου ἀπὸ τῆς τῶν κοινῶν διοικήσεως τοῦ θεοῦ τοῦ μεγίστου προνοίᾳ, ἡμετέρᾳ δ' ὑπηρεσίᾳ ἐκδιωχθέντος, nunc autem libertate reddita, et dracone illo* (Licinium innuit idololatriae promotorem) *ab administratione rerum dei maximi providentia et nostro ministerio deiecto.* contigerunt ista circa Christi annum 320. inde per mille annos in plena possessione liberae pacis intra imperium Romanum Christiana religio permansit, nempe usque ad annum Christi 1320, quo tempore, ut vidimus, Othmanes exitiale Christi religioni fundavit imperium, foedissimam Mahumetis superstitionem orbe ferme toto propagaturum, ex qua non minus fere dei regno detrimentum quam ex invalescente ac subnixa olim regum opibus idololatria illatum est. accessit circa idem tempus emergens Wiclefi haeresis, in Ioannem deinde Hus, Lutherum, Calvinum aliosque propagata. denique circa idem tempus semina sunt iacta longi schismatis post obitum Gregorii XI per annos supra sexaginta Romanae sedis auctoritatem, qua eatenus ecclesiasticae monarchiae salus steterat, perniciosissime labefactaturi. haec simul tria mala millesimo vertente post pacem a Constantino datam anno exorientia, solutione prius ligati Satanae a sancto vate designantur. id vero, quod ad nostrem proprie rem attinet, adstruitur ex eo quod Turci Ottomanici ab omnibus habentur originis Scythicae. Scythae autem ex Magog secundo filio Iapheti memorato Gen. 10 4 propagati haud dubie creduntur. idem porro Magog Gog quoque dictus per apocopen, occupata coloniis Lydia, Gyges Graecorum literis appellatus fuerit. hinc Plinius l. 5 c. 23 Hierapolim Syriae dictam a Syris *Magog* testatur, nimirum quoniam ea civitas, ut docet Lucianus libro de dea Syria, a Deucalione Promethei sive Magogi aut Gogi filio, Scytharum auctore, sit condita. quae his adiungit Ioannes de actis Gog et Magog magnam habent cum narratis de gestis Ottomanicorum principum similitudinem. primum ait *congregandos in praelium, quorum numerus sicut arenae maris*, morem istorum innuens numerosissimos armandi exercitus. addit *et ascenderunt super latitudinem terrae.* Europa originis Graecae nomen est ex *εὖρος latitudo* et *ὄψ ὀπός terra:* nam hoc vocabulo designatam Cybelen, quae eadem *Tellus* et mater magna, apud veteres videmus. unde *inopes* defunctos insepultos, qui terra carent, Virgilius in 6 Aen. vocat illo versu

haec omnis quam cernis inops inhumataque turba est.

et Ausonius in Mosella de ossibus insepultorum in campi superficie iacentium

infletaeque iacent inopes super arva catervae.

igitur transitus Ottomanidarum in Europam his verbis innitur. is primum contigisse ab Arabibus traditur anno Hegirae 758, qui paene totus coincidit cum anno Christi 1357, quippe cum coeperit a die 25 Decembris anni Christi 1356. tunc enim iussu Urchanis filius huius Solimanes *connexis trabibus copias in Graeciam traiecit, et anno sequenti cepit urbem Callipolim.* verba sunt continuatoris Abulpharagiani Chronici. quod autem ex Asia in Europam, nempe septentrionalem, ad Callipolim *ascendi* dicitur, recte quadrat ad naturalem situm: nam vere Maro scripsit

mundus ut ad Scythiam Ripaeasque arduus arces
consurgit etc.

P 605 pergit sacer vates adiungens de Gog et Magog, hoc est Turcis Ottomanicis: *et circuieram castra sanctorum.* voci *castra* in originibus Graecis respondet παρεμβολή locum singularem designans. ego per *castra sanctorum* terram sanctam et Hierosolymam intelligo, tot Christianorum sacris expeditionibus et bellicis facinoribus quaesitam et diu possessam. hanc Ottomanica potentia circumiit ἐκύκλωσεν illinc Aegypto, hinc Asia maiori, inde Phoenice Cyproque occupatis, ut iam ne adiri quidem a privatis causa religionis, nisi empto ab ipsis transitu, possit. ultimum Ottomanidarum facinus S. Ioannes his verbis exprimit: *et capient civitatem dilectam.* quaenam haec intelligi possit alia quam Constantinopolis, a Muhamete secundo an. Chr. 1453 expugnata, et ab eius successoribus hactenus pro imperii Ottomanici primaria sede habita? *dilectam* vocat, quia eam fundator Constantinus non ut patriam in qua esset natus amaverit, sed naturali situ et praestantibus eius coeli ac soli dotibus prae cunctis delegerit et dilexerit, sedem in ea Romani collocans imperii et veteris Romae splendorem cum novae Romae nomine in eam transferens. ita utraque tam Sibyllae quam S. Ioannis prophetia excidium urbi Constantinopoli a domo Ottomanica denuntiat: haec vero id illa plus facit, ut tempus invalescentis Ottomanidarum potentiae distincte prodat, millesimum scilicet annum a pace per Constantinum ecclesiis data.

Deinceps nihil, opinor, chronologicae operae circa Pachymeris historiam superest aliud, nisi ut res hac secunda parte in ea memoratas, sicut in priori fecimus, suis annis assignatas et expansas in tabulam lectori proponamus; cui rei caput sequens operis ultimum impendimus.

CAPUT IX.

Synopsis chronologica praecipuarum rerum hoc secundo historiae Pachymeris tomo memoratarum, eas assignans annis suis.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Martini IV	Impp. Romani. Andronici
		Andronicus Michaëli imperatori 11 Decemb. mortuo succedens solus imperare incipit. l. 1 c. 1.
1282	2	1
		Tocharos a patre evocatos in Triballos immittit. ibid. sponte propendens in abrogationem concordiae ecclesiarum Latinae ac Graecae Michaëlis eius patris studio initae, consiliis praeterea Eulogiae amitae et Theodori Muzalonis magni logothetae ad idem impulsus, veniam petit quod in eam consenserit. l. 1 c. 2.
		Ioanni Vecco e patriarchatu deiecto Iosephum dudum exauctoratum substituit. l. 1 c. 3 4 et 5.
1283	3	1
		Ecclesiastici et laici, qui ecclesiarum concordiae assenserant, multis et piaculis subiecti vix tandem in communionem recipiuntur. c. 6 et 7.
		Veccus et alii concordiae auctores in synodo accusantur. c. 8.
		Veccus condemnatus relegatur Prusam. c. 10 et 11.
		Arseniana factio revalescit. c. 12.
		Iosephus moritur mense Martio. c. 13. P 606
		Georgius Cyprius, nomine in monachatu sumpto Gregorius vocatus, creatur patriarcha circa initium Aprilis. c. 15 et huius Observ. l. 3 c. 2 n. 5.
		Mense Aprili stella Saturni per diem apparet. c. 16.
		Antistites qui paci ecclesiarum consenserant, condemnantur et gradu deiiciuntur. c. 17.
		Mense Maio sanguis de coelo cadit. c. 18.
		Augusta Theodora renuntiare cogitur obedientiae papae. c. 19.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Martini IV	Impp. Romani. Andronici	
			Ab Athanasio patriarcha Alexandrino exigitur damnatio actorum in causa concordiae ecclesiarum. ibid.
1283	3	1	Foedus imperatoris Andronici cum Tertere, quem pro legitimo rege Bulgariae agnoscit. c. 20.
			Sectas Iosephitarum et Arsenianorum imperator conciliare studet. c. 21.
			Inito inter hos tali conventionis pacto, ut utrique chartas iura ipsorum complectentes in ignem iniicerent, et ii superiores agnoscerentur quorum scripta non arsissent, utrorumque libelli pariter consumpti flamma sunt. contigit id sabbato sancto pridie Paschae 23 Martii, praesente imperatore. c. 22 et huius Observ. l. 3 c. 2 n. 4.
			Perculsi eo successu Arseniani, cum se patriarchae Gregorio obedituros promisissent, statim a pactis resiliunt. ibid.
			Andronicus olim episcopus Sardensis, ex multum gratioso apud imperatorem reus laesae maiestatis peractus, ignominiosissime elicitur. c. 23.
			Cotanitza monachus ex latrone factus Prusa fugit. c. 24.
			Tarchaniota protovestiarius mittitur ab imperatore cum exercitu in Occiduos tractus. c. 25.
			Classis Romana negligitur pessimo consilio, et sensim aboletur. c. 26.
1284	4	2	Panis consecratus in sacra pyxide corruptus et plane putrefactus reperitur in magna ecclesia Constantinopoli, dominica Graecis *Tyrine*, Latinis *Quinquagesima* dicta, die 23 Februarii. l. 1 c. 28 et huius Observ. l. 3 c. 2 n. 4.
			Imago deiparae picta in pariete domus privatae Constantinopoli multis diebus lacrimas fundit. c. 30.
			In aedibus Charsiae apud eandem Constantinopolim ex effigie S. martyris Georgii sanguis copiose manavit. ibid.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Martini IV	Impp. Roman. Andronici	
			Arsenii patriarchae dudum mortui reliquiae in urbem solemni pompa reportantur. c. 31.
1284	4	2	Sultan Babylonis Christianos Syriam obtinentes bello vexat. c. 32. P 607
			Andronicus imperator viduus secundam ducit coniugem Irenen filiam marchionis Montisferrati. c. 33.
			Veccus Prusa evocatus congreditur cum schismaticis in Alexiaco triclinio, et rationem reddit fidei suae et actorum. tamen ab infestis condemnatus deportatur cum socĳis duobus archidiaconis in arcem S. Gregorii, ubi nulla victus provisione, durissima custodia detinentur sex annis integris. c. 34 et 35. vide praeterea c. 2 huius libri Observ. 3 n. 6.
			Ex neglectu et debilitate Romanae classis licentia piratarum increbescente, littorum accolae migrare in mediterranea iubentur. c. 37.
			Scythis Danubii accolis incursionem in Thraciam et Macedoniam minantibus, cadaver Michaëlis imperatoris, ne ab illis ablatum redimendum foret postea, ex Allage Selybriam transfertur. ibid.
			Blachi ne se Scythis adiungerent, ex Occidua continente in Orientalem transfretare coguntur. ibid. p. 66 edit. Possin.
1285	Honorii IV 1	3	Martinus IV sum. pont. Perusii moritur 4 kalend. Apr. hoc est 29 Martii. huic suffectus est Iacobus diaconus Card. e familia Sabella, qui coronatus est Romae 17 kal. Maii, dictus Honorius IV.
			Curopalates Umpertopulus Scythas Danubii accolas acie vincit et fugat, in eius rei bene gestae praemium magnus papias creatus. c. 29.
			Disceptatur inter ecclesiasticos de allegatis patrum testimoniis a Vecco, dum in colloquio synodali auditus est; quibus multi non bene satisfactum mussitabant. l. 2 c. 1 p. 73 et 74.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Honorii IV	Impp. Romani. Andronici	
1286	2	4	Plurimi e Blachis altero abhinc anno ex Occidua continente in Orientalem transire compulsi, cum et parvuli et greges ipsorum ei coelo non assuescerent, quod crebrae utriusque generis mortes testabantur, reditum in priores sedes ab imperatore pecunia redimunt; l. 1 c. ult. p. 66.
1287	3	5	Ad sedandos circa Vecci allegationes multorum scrupulos negotium datur tomi scribendi Gregorio patriarchae. l. 2 c. 1 p. 74.
	Sedes vacat		Honorius IV moritur Romae die coenae domini, quae fuit 3 Aprilis, ut Spondanus et Rainaldus recte observant. illo enim anno, qui cyclum solis numeravit 8, lunae autem 15, et lit. Dom. habuit E, Pascha incidit in Apr. 6. vacavit sedes a coena domini huius anni usque ad 22 Februarii anni sequentis, per menses fere undecim.
P 608			
1288	Nicolai IV 1	6	Die cathedrae S. Petri, 22 Februarii, creatur Romae pontifex F. Hieronymus Ord. S. Francisci, Card. Praenestinus, dictus Nicolaus eius nominis IV.
			Tomus anno superiori a Gregorio patriarcha conscribi coeptus editur, et publice legitur in ecclesia. l. 2 c. 1 p. 74.
			Multi e clericis ei subscribere recusant. p. 75 lit. B et C.
			Propter hoc varie vexantur. ibid., et p. 76.
			Athanasius patriarcha Alexandrinus degens Constantinopoli vehementer, sed frustra, urgetur ad subscribendum tomo Gregorii. l. 2 c. 5 p. 81.
			Arsenius patriarcha Antiochenus Constantinopoli damnatur et e sacris diptychis eraditur, quod auditus esset consensisse in negotio ecclesiae cum rege Armeniae. ibid.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum Nicolai IV	Impp. Romanorum Andronici	
1288	1	6	Veccus in carcere scribit contra tomum Gregorii; et eius liber Constantinopoli lectus multorum animis scrupulum iniicit, vitia tomi detegens. l. 2 c. 2 p. 76 et 77. Tomus accusatur a quinquecclesiensi et exchartophylace Moschampare; insurgunt in eundem alii quoque. c. 3 p. 77 et 78.
1289	2	7	Exardescit antistitum scandalum in Gregorium occasione commentarii a Marco eius discipulo editi, ipso probante. c. 4 p. 79. Imperatore tomum corrigi oportere iudicante, Gregorius id facere recusat. p. 80. Gregorius invidiae ferendae se imparem sentiens patriarchio recedit. c. 6 p. 82. Tandem patriarchatum abdicat circa mensem Iunium, post transactos in ea dignitate sex annos et paulo plus. c. 9 p. 87 et 88. l. 5 Observationum, c. 2. Corrigitur tomus Gregorii sublata ex eo expositione sententiae S. Ioannis Damasceni. c. 11 p. 90. Athanasius monachus e monte Gano eligitur et inauguratur patriarcha die 14 Octobris. c. 15 p. 97 et 98.
1290	3	8	Gregorius expatriarcha moritur. c. 17 p. 102. Imperator Andronicus ex urbe se confert in arcem Nicetiatarum Dacibyzam, ubi custodiebatur Ioannes Theodori Augusti filius et haeres, olim excoecatus a Michaële patre Andronici, ab eoque officiose salutato et liberaliter munerato eblanditur cessionem iuris ad imperium. l. 1 c. 36 p. 64. P 609 Inde idem Andronicus per Athanasium patriarcham, quem comitem ducebat, mitti curat ad Veccum et socios in arce S. Gregorii custoditos Theodorum Muzalonem, qui eorum sublevavit egestatem. l. 1 c. 35 p. 63 et c. 36 p. 64. praeterea l. 2 c. 17 p. 102.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Nicolai IV	Impp. Romani. Andronici	
1290	3	8	Andronicus Veccum et socios carcere eductos humaniter admittit, comitate illa praeparare illos studens ad amplectendum schisma. quem in finem iterum quoque Lopadii eos allocutus est. l. 1 c. 36 p. 64 et 65. sed tractatu non succedente relinquuntur in carcere, ut intelligitur ex c. 29 l. 3. Imperator collata Theodoro Muzaloni magno logothetae protovestiarii dignitate, Nymphaeum pervenit sub finem Maii. l. 2 c. 18. ibique spatio plus annuo moratur, ut intelligitur ex cap. sequenti. vide et c. 2 l. huius Observ. 3 n. 7. Constantinus Porphyrogenitus imperatoris frater Nymphaei Augusti gratia excidit, et dure ac contemptim ab eo tractatur. l. 2 c. 19 p. 105 et seq.
1291	4	9	Constantinus Porphyrogenitus affectati imperii delatus mense Martio huius anni custodiae traditur una cum Strategopulo. l. 2 c. 19 p. 108. Constantinopoli circa medium Novembrem forum magnum casu exorto incendio conflagrat. l. 2 c. 25. In restaurandas eius incendii ruinas cives strenue incumbunt. ibid. Athanasius patriarcha Alexandrinus iniurias ipsi ab Athanasio Constantinopolitano illatas non ferens Rhodum secedit. l. 3 c. 5. Circa hoc tempus Melec Masur Azatini Sultanis filius, post patris mortem, auxilio Argonis Tocharorum Kanis, Thymaenae ultra Pontum Euxinum et locis circumsitis dominatus, magnis deinde cladibus ab Amurio satrapa Tocharorum validis copiis adiuto affectus, supplex ad Andronicum imperatorem cum uxore ac liberis confugit. sed eo Constantinopoli non reperto, dum uxore in urbe relicta Nymphaeum ad eum, accitu ipsius, a prothieracario imperatoris Abrampace ducitur, offensus in itinere observari se a

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Nicolai IV	Impp. Romani. Andronici	
1291	4	9	deductore cariosius quam suae dignitati conveniret, Atramytii noctu a comitatu se abiungens fugit ad Persas, et horum auxilio Amurium oppugnat. l. 4 c. 25. Filia eius in urbe obses retenta illic educatur. l. 7 c. 22.
1292	5	10	Hoc anno Andronicus imperator natam P 610 sibi filiam, metuens ne non vitalis esset, quod erat aliquoties expertus infelicem in feminis uxoris partum, superstitiosa cerimonia praemunire studuit ab eiusmodi periculo, Simonidem eam vocans ex occasione eventi narrati. l. 3 c. 32.
	Sedes vacat		Nicolaus IV Romanus pontifex Romae moritur circa festum Paschae, quod incidit illo anno bissextili, cycli solis 18, lunae 1, in sextum Aprilis, cum inchoasset annum pontificatus quintum a 22 Februarii, circiter per sesquimensem. vacavit sedes longo tempore.
			Andronicus imperator Constantinopolim redit, fratrem Constantinum in lectica clathrata secum ducens, et sic urbem ingreditur die 28 Iunii. l. 2 c. 20.
			Magna exardescente in Athanasium patriarcham invidia ob ferum eius rigorem et immanium eius ministrorum saevas in quosvis grassationes, ecclesiasticis ea causa se ab illo abscindentibus graviter succenset. ibid.
			Theodoro Muzaloni longo morbo decumbenti substituere imperator incipit in cura primaria principalium negotiorum Nicephorum Chumnum. ibid.
			Imperator filiam Muzalonis fratri suo Theodoro despondet; et iis sponsalibus solutis ob deprehensum in puella ex incestu praegnante vitium eandem nihilominus Constantino proprio filio sponsam destinat. l. 2 c. 26.
			Idem Sophoniam hieromonachum in Apuliam mittens ad ibi tractandum filii sui Michaëlis matrimonium cum nepte Balduini olim imperatoris, nata ex filia

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Sedes vacat	Impp. Roman. Androuici	
1292		10	Caroli regis Apuliae, dare illi nolnit literas ad papam, ne illum *patrem sanctissimum* in his appellare cogeretur. l. 3 c. 5. Tamen ipse Andronicus postea scribens ad Sultanem Babyloniae fratrem illum vocare non dubitat, auctoribus episcopis, praesertim Philadelphiensi Theolepto, qui etiam daemones malos fratres ecclesiae in Cantico Canticorum dici ex quodam Gregorii Nysseni testimonio affirmavit, eo nomine acriter reprehensus a Dyrrhachiensi Niceta, sed excusatus et defensus ab imperatore concione super eo proprie argumento habita. l. 3 c. 5 et c. 23. Circa hoc tempus Tuctaïs Nogam praelio victum occidit; ac mox desponsam sibi prius Andronici imperatoris filiam notham uxorem accipit. l. 3 c. 28.
1293		11	Episcopi et ipsi a Saba et aliis Athanasii patriarchae ministris vexati, clericis ab imperatore, quod ab Athanasio se abscinderent, inclementer habitis se palam adiungunt; et primum patriarcham de
P 611			suorum excessibus admonent, deinde a negligentis satisfacere communione se abiungunt. denique per missos ad imperatorem duos eum graviter monent ne actis inconvenientissimis favorem praebeat. l. 2 c. 21.
		Mich. Augusti iunioris 1	Ab hoc anno Pachymeres imperium Michaëlis iunioris Augusti inchoat, comparans 12 huius annum cum 23 illius. l. 7 c. 1. unde oportet Michaëlem collegam hoc anno fuisse declaratum, etsi tantum sequenti die 21 Maii a novo patriarcha coronatus fuerit. Athanasius, scripto data patriarchatus cessione, in monasterium recedit die 16 Octobris, annis quatuor et duobus insuper diebus patriarchali dignitate possessa. l. 2 a c. 22 ad 25. Melec Masur auxiliis Persarum contra veterem hostem Amurium praevalens,

Anni Chr.	Romanorum Pontificum.	Impp. Romani.	
	Sedes vacat	Andronici	cum ad se supplicem venientem coram ipsius filio Ale crudeliter trucidat. l. 4 c. 25.
1293		11 Mich. Augusti ian. 1	Athanasius patriarcha Alexandrinus Rhodo Constantinopolim redit. l. 3 c. 5.
			Nicephorus Angelus despota, Occiduorum tractuum dynasta, moritur. l. 3 c. 4.
1294		Andron. 12 Michaël. 2	Kalendis Ianuariis prima huius anni die Cosmas, qui et Ioannes alio nomine vocabatur, rite antea electus, consecratur patriarcha Constantinopolitanus. l. 2 c. 28.
			Tzaca Nogae filius Bulgariae regnum invadit, fugiente Tertere. l. 3 c. 26.
			Imperator sub initium Martii conventum in Alexiaco triclinio celebrat, in quo causas damnati a se Constantini despotae fratris sui et cum eo Strategopuli exponit, et plerisque approbat. c. 29.
			Quidam Lachanae dudum a Noga occisi nomen usurpans ab imperatore coniicitur in vincula. c. 30.
			Theodorus Muzalo protovestiarius moritur. c. 31.
			Ei sufficitur in cura primaria principalium negotiorum Nicephorus Chumnus canicleo praefectus. c. 32.
	Celestinus V		Die 5 mensis Iulii eligitur in Rom. pontificem a Cardinalibus Perusii congregatis Petrus de Murrhone, qui aegre honorem admittens Aquilae in Vestinis coronatus 4 kal. Septembris Celestini V nomen accepit.
			Sed mox pridie Idus aut Idibus Decembris idem Neapoli in publico consessu Cardinalium pontificatum abdicavit, recitata cessionis ex scripto formula. in cuius locum ibidem electus est Benedictus Cardinalis Caietanus, qui Bonifacii nomen assumpsit.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Bonifacii VIII	Impp. Romani. Andronici	
			Bonifacius papa coronatur Romae in basilica S. Petri 17 kal. Februarias.
1295	1	13 Michaël.	Andronicus Michaëlem filium, iam anno superiori in collegam imperii assumptum,
P 612		2	21 die Maii coronari solemniter curat in templo S. Sophiae, opera Ioannis patriarchae. l. 3 c. 1.
			Ales, Amurius ex patre cognominatus, Melecum patris interfectorem singulari certamine victum occidit. l. 4 c. 25.
			Ioannes Andronici imperatoris ex Irene secunda coniuge primogenitus filius, creatur a patre et fratre Michaële novo Augusto despota l. 3 c. 2.
			Cum patriarcha et episcopi Augustis petentibus negassent expeditionem constitutionis ecclesiasticae, qua diris et anathemati subiicerentur qui obedientiam negassent Michaëli iuniori Augusto, in ultionem eius repulsae Andronicus imperator Novellam promulgavit, qua distributiones sportularum ab episcopo, dum consecrabatur, suffragatoribus et ordinatoribus suis fieri solitas ut Simoniacas damnavit et in posterum prohibuit. l. 3 c. 3.
			Matrimonium Michaëlis Augusti cum Ithamare filia defuncti Nicephori Angeli despotae, ambitum ab Anna puellae matre, licet imperio utile, ob sextum inter destinatos coniuges consanguinitatis gradum reiicitur. l. 3 c. 4.
			Veneti et Genuenses Constantinopoli se mutuo infestant, implacabilibus commissi odiis. l. 3 c. 15.
1296	2	Andron. 14 Michaël. 3	Michaël Augustus iunior die 16 Ianuarii apparatu splendido nuptias celebrat cum Maria regis Armeniae filia, paulo ante Constantinopolim appulsa. l. 3 c. 5 et 6.
			Novus imperatoris conatus in reconciliandis ecclesiae Arsenianis irritus. l. 3 c. 7.

Anno Chr.	Romanorum Pontificum. Bonifacii VIII	Imp. Romanorum. Andronici
1296	2	14 Michaël. 8

Desperata Cretae insulae adversus Latinos eam acriter oppugnantes defensione, copiae inde evocatae Persis Asiam incursantibus opponuntur. l. 3 c. 8.

Alexius Philanthropenus dux Asiae minoris ab imperatoribus declaratus, illic aliquandiu contra Persas limitem Romanum irrumpentes rem bene ac prospere gerit. l. 3 c. 9.

Osphentisthlabus Terteris regno Bulgariae pulsi filius, paulatim invalescens, Tzacam dolo captum interficit, Ioachimum Bulgarorum patriarcham praecipitio necat. l. 3 c. 26.

Radosthlabus sebastocrator Bulgariae eiectus inde ab Osphentisthlabo ad imperatorem confugit. ibid.

Ales Amurius ex paternae caedis ultione clarus factus, collectis copiis, primum bello palam non indicto latrociniis infestat Romanum limitem; deinde cum repentino casu, Martio mense, Sangaris fluvius alveum mutans arcium illic Romanarum praesidiarios, munimento amnis invadabilis obiecti hostibus nudatos, fugere inde compulisset, transgressus in mediterranea minori iam verecundia Romanos hostiliter infestat, instinctus ad hoc aemulatione Atmanis, alterius satrapae loca Nicaeae vicina prospere incursantis. l. 4 c. 25. P 613

Muzalo dux Romanorum capitur ab Atmane, sed mox liberatur. ibid.

Kalendis Iunii terrae motus ingens et exitiosissimus Constantinopolim et eius tractus provincias concussit. duravit vario tenore usque ad desinentem Iulium. damna eius memorantur. l. 3 c. 15.

Ea occasione Andronicus imperator deo propitiando supplex cum populo procedit, et prolixam habet concionem. moxque corruptelas iudiciorum constitutione bulla aurea munita de iis edita emendare nititur. ibid. c. 16 et 17.

Veneti cum 75 longis navibus infesti Constantinopolim adversus Genuenses illic

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Bonifacii VIII	Impp. Romani. Andronici	
1296	2	14. Michaël. 3	degentes appellunt, die dominica 22 Iulii ingressi Galatam, non repertis illic Genuensibus, domos eorum incenderunt urbemque ipsam variis locis oppugnarunt. et comperto pugnare pro Genuensibus Romanos, Galatam reversi aedes insuper illic aitas Romanorum flammis absumpserunt. c. 18. Imperator Nicephorum episcopum Cretensem, qui de his expostularet, Venetias mittit. interimque Venetis urbis inquilinis in reparationem damni per ipsorum cives illati multam nummorum octoginta millium indicit, oppigneratis in eam summam omnium illorum bonis. l. 3 c. 19. Mense Decembri Genuenses Venetos Constantinopoli degentes, initio a baiulo facto, trucidant: primores Venetorum urbis inquilinorum omnes ea carnificina interempti. vilior ipsorum plebs et mechanicarum professores artium, nec primo latebris vitata, deinde clam Venetias recedunt. l. 3 c. 20. Ob haec Andronicus imperator monachum Maximum Planudem et praefectum orphanotrophii Leonem Aquileiam misit, sui apud senatum Venetum purgandi gratia. Alexius Philanthropenus rebellat, et paulo post captus excoecatur a Libadario protovestiarite, sub finem Decembris. l. 3 c. 10 et 11. Eius successus fama strenue in urbem perlata extremis anni diebus, imperator deo et deiparae solemniter gratias agit. l. 3 c. 13.
1297	3	Andron. 15 Michaël. 4	Andronicus imperator nactus clam iactum famosum libellum, in quo de multis accusabatur, ad episcopos clerum monachos et populum convocatos longam orationem habuit, qua se purgare ab omnibus obiectis solicite contendit. l. 3 c. 22.
P 614			Hoc anno mense Septembri, quando iam more Graecorum incipiebat indictio undecima, quam Latini tantum inchoa-

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Bonifacii VIII	Imp. Roman. Andronici	
1297	8	15 Michaël. 4	bant a kal. Ian. anni sequentis Christi 1298, reperta sunt scripta ab Athanasio, antequam patriarchatu cederet, composita et recondita, quibus anathema intorquebat in sibi adversantes. horum lectione turbatis patriarcha et imperatore, conventus ipse expatriarcha Athanasius novum scriptum dedit, quo illa priora emendabat aut revocabat. l. 3 c. 24. Ioannes Tarchaniota mittitur cum exercitu ad limitem imperii firmandum adversus minas et incursiones Tocharorum Triballorum Serborum et Persarum; quo in negotio prudenter et strenue versatur. l. 3 c. 25. Michaël Constantini olim regis Bulgariae et Mariae Andronici consobrinae filius ab hoc mittitur ad recuperandum paternum regnum: sed factione illic Osphentisthlabi praevalente, exclusus Ternobo circum errat. l. 3 c. 26. Diluvium perniciose inundans ex imbre vehementi et longo, die 29 Augusti cadente, videtur hoc anno contigisse, narratum l. 3 c. 27.
1298	4	Andron. 16 Michaël. 5	Ioannes Lazorum princeps moritur, succedente illi filio Alexio. l. 3 c. 29. Matrem huius Eudociam a viri morte ad fratrem Andronicum imperatorem profectam hic collocare crali Serbiae cogitat. l. 3 c. 30. Ioannes Veccus olim patriarcha moritur in carcere apud arcem S. Gregorii, sub finem Martii. l. 3 c. 29. Eudocia in viduitate perstare certa connubium cralis Serbiae recusat. l. 3 c. 30. Ea spe deiectus Andronicus imperator, cum necessarium putaret devincire sibi cralem affinitate intima, propriam filiam Simonidem, non multum sexenni maiorem, ipsi offert in sponsam. l. 3 c. 31. Theophano soror Mariae coniugis Michaëlis Augusti iunioris, Theodora nominata in memoriam matris Andronici sic

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Bonifacii VIII.	Impp. Roman. Andronici	
1298	4	16 Michaël. 5	dictae, despondetur Ioannis sebastocratoris filio, item Ioanni dicto. l. 3 c. 6. Sed ante nuptias moritur. l. 4 c. 3. Persae irritati caede suorum qui Philanthropeno rebelli adhaeserant, universas Orientales regiones saevis excursionibus desolant. l. 3 c. 14.
1299	5	Andron. 17 Michaël. 6	Maxima et rigidissima omnium quas homines meminissent hiems primis huius anni mensibus desaeviit. unde contigit destinatam imperatori profectionem Thessalonicam necessario differri. l. 3 c. 33.
P 615			Tandem ineunte Februario die parasceues, hoc est feria sexta, quam incidisse oportuit illo anno, cyclum solis 20 et literam dominicae indicem D habente, die sexta mensis eius, sub vesperam Andronicus imperator urbe exiens Dripeam se confert, unde reliquam profectionem adornavit, nonnulla illic mora. l. 4 c. 1.
			Ioannes patriarcha dissuadere Andronico volens coniugium Simonidis cum eale Dripeam tendit: sed a gnaro quorsum veniret imperatore, praecedere Selybriam per missos obviam rogatur. ibid.
			Selybriae elusus ab Andronico Ioannes, nec permissus quae volebat de Simonidis coniugio disserere, ibi perstare decernit imperatore abeunte, nec redire in urbem, donec ille Thessalonica rediisset. l. 4 c. 2.
			Thessalonica imperatoris Andronicus Radosthlabum cum Romanis copiis in Bulgariam remittit, unde is pulsus ab Osphentisthlabo fuerat. l. 3 c. 26.
			Eltimeres pro Osphentisthlabo pugnans Radosthlabum praelio victum capit, et excoecatum ad uxorem remittit. ibid.
			Osphentisthlabus Terteren patrem ab Andronico imperatore custodia detentum permutatione Romanorum ducum ab Eltimere captorum redimit; nec tamen ei regnum Bulgariae reddit, sed civitatem attribuit, ubi liber privatus vivat. ibid.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Bonifacii VIII.	Impp. Roman. Andronici
1299	5	17 Michaël. 6

Imperator Thessalonicae, tractatu affinitatis cum crale Serbiae concluso, ab eo Cotanitzam transfugam et priorem cralis coniugem filiam Terteris accipit, vicissimque crali propriam filiam Simonidem sponsam consignat, puellulam vix octennem viro prope quinquagenario et plurium iam uxorum marito, custodiendam videlicet intactam usque ad puberem aetatem (quem tamen Gregoras l. 7 scribit festinanda per intemperantem expectandi impatientiam defloratione virgunculae inhabilem illam gignendis postea liberis reddidisse.) l. 4 c. 4 et 5.

Venetorum legatio Andronicum imperatorem Thessalonicae convenit, petens remitti multam Venetis urbis Constantinopolitanae inquilinis indictam, et relaxari oppignerationem bonorum iam dudum factam propter incendium Galatae: sed nihil impetravit. l. 4 c. 6.

Imperator Andronicus frustra conatur conciliare matrimonium Alexii principis Lazorum, sui ex sorore nepotis, et pupilli testamento patris, cum filia praefecti canicleo, et irritare iure tutorio prius coniugium ab eodem Alexio sine auctoribus matre aut avunculo contractum cum quadam unius e primoribus Iberorum filia. l. 4 c. 7.

Hinc deiectus nequidquam tentat eandem praefecti canicleo filiam collocare filio suo Ioanni despotae, matre iuvenis Augusta Irene repugnante. ibid.

Die 22 Novembris Andronicus imperator e Thessalia redux in urbem Constantinopolim solemni occursu invectus est. l. 4 c. 8. P 616

Atman Persarum satrapa, aliis Ottomanes dictus, auctor domus hodie regnantis apud Turcos, invalescit opibus, adiunctis sibi numerosis copiis ferocium e Paphlagonia latronum. l. 4 c. 25.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Bonifacii VIII.	Impp. Romani. Andronici	
1300	6	18 Michaël. 7	Ioannes patriarcha dolore initae ab Andronico sine suo consilio noxiae ac turpis, ut putabat, affinitatis cum crale Serbiae, in Pammacaristi monasterio quasi privatus degit. l. 4 c. 8. Imperator postquam eum placare per multos a se missos frustra tentasset, denique kalendis Februarii multa nocte illum ipse convenit; et ei circa tria querelarum de se capita plene satisfacit, persuadetque ut in patriarchales remigrans aedes regimini ecclesiae se reddat. l. 4 c. 9. Post Paschales ferias imperator Andronicus palam revocavit latam a se in Ioannem Ephesinum sententiam, eumque declaravit innocentem criminis ob quod falso impactum throno deiectus et datus in custodiam fuerat. l. 4 c. 10. Tamen Ioannes patriarcha cum episcopis Philadelphiensi et Smyrnensi Ioannis Ephesini restitutioni obsistunt. ibid. Iurgiis inde exortis offensus Ioannes patriarcha iterum e patriarchio in Pammacaristi monasterium recedit. ibid. Contra illum antistites libellum querelarum plenum imperatori offerunt. l. 4. c. 11. Ioannes patriarcha ultro imperatorem adiens 25 Octobris feria tertia, illo anno cycl. sol. 21 numerante cum litera dom. C B, ex eius voto functionibus patriarchatus se reddit, quod sibi per angelum imperatum aiebat. l. 4 c. 12.
1301	7	Andron. 19 Michaël. 8	Michaël despota repudiatam a crale Serbiae Terteris filiam uxorem ducit. l. 4 c. 13. Hoc anno sub aequinoctium autumni, sole in Virginem ingresso, apparet Constantinopoli cometa, descriptus a Pachymere. l. 4 c. 14. Praecesserat exortum cometae siccitas insolita, ex qua fontes perennes exaruerunt; unde terrae fructus et segetes perire funditus contigit, ventis etiam cre-

Anni Chr.	Romanorum Pontifices. Bonifacii VIII.	Imp. Roman. Andronici	
			bris aridis et procellosis aërem vix spirabilem reddentibus. ibid.
			Alani qui sub Noga militaverant, numero sedecim millium, in partes imperatoris transeunt. l. 4 c. 16.
1301	7	19 Michaël. 8	Missi in Asiam Romanos vexant et spoliant; tamen iuncti copiis imperatoriis ad locum Chenam dictum hostes imperii egregie vincunt, praeda inde non modica ditati. ibid. P 617
			Circa hoc tempus Atman sive Ottomanes regium nomen sumpsit, et occupata postea Prusa regni sedem illic posuit. is moriens deinde anno Hegirae, ut tradit Al Iannabius chronologus Arabs, 726, hoc est anno Christi circiter 1327, Urchanem filium regni in urbe Prusa recens capta inchoati reliquit haeredem. Prusae obsidionem innuit Pachymeres l. 5 c. 21 p. 296, expugnationem autem l. 7 c. 27.
1302	8	Andron. 20 Michaël. 9	Die 14 Ianuarii visa est Constantinopoli eclipsis lunae horribilis. l. 4 c. 15.
			Michaël Augustus iunior primo vere circa Paschales feriias cum valido exercitu in Orientem movet, et magnam consternationem sui fama Persis iniicit. l. 4 c. 17.
			Persae tandem eliciuntur ad certamen: sed in procinctu praelii imperator persuasus a ducibus Romanis ignave pugnam detrectat. unde in contemptum hostibus venit; a quibus universae mox illorum tractuum Romanae regiones saevis et avaris incursionibus desolatae sunt. l. 4 c. 18 et 21.
			Muzalo hetaeriarcha dux copiarum Romanarum in Bithynia, dum Atmani cuncta vastanti se adversum ferens obsistere nititur, militum Romanorum, taedio livore ac desperatione ignave pugnantium, degeneri languore vincitur; et vix Alanorum forti opera reliquias fusi exercitus secum intra Nicomediam recondit. contigit haec clades die 27 mensis Iulii circa Bapheum prope Nicomediam. l. 4 c. 25.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Bonifacii VIII.	Impp. Roman. Andronici
1302	8	20 Michaël. 9

Tredecim Venetae triremes cum septem piraticis navibus meridie Constantinopolim infestae invehuntur, portum *Ceras* dictum ineunt, e regione imperialis palatii statione fixa hostiliter grassantur, igne ac telis in obvia immissis. sicque imperatorem cogunt concedere quod legatis Venetis Thessalonicae negaverat, nempe remissionem multae et expignerationem bonorum occupatorum. l. 4 c. 23.

Eodem tempore piratae insula Principum occupata cogunt imperatorem ad redimendos praesenti pecunia captivos plurimos, quos illic fecerant. l. 4 c. 24.

Clauso Magnesiae Michaële Augusto iuniore, Alani qui sub eo militabant, missionem petunt. aegre tandem blanditiis verborum trimestre morae spatium ab iis impetratur. monitus de his Andronicus subministrare filio ea quibus egeret, cum maxime vellet, nequit. l. 4 c. 19.

P 618 Quae impedierunt Andronicum a providendis quae necessaria erant exercitui Augusti Michaëlis, fuerunt, praeter modo memoratum bellum Venetum, turbae tunc coortae ecclesiasticorum in urbe, quae narrantur l. 4 a c. 27 fere ad finem libri.

Hoc anno inter Carolum regem Neapolitanum et Fridericum dominantem in Sicilia post bellum diuturnum pax coaluit, Eleonora Caroli filia Friderico in uxorem data. filiam hanc Caroli Pachymeres Ecatherinam perperam vocat; cuius erroris occasionem in notis refero. pontifex Bonifacius eas nuptias et pacem approbat, licet in conditionibus mutari aliquid voluerit. vide accuratissimum Odoricum Raynaldum hoc anno a numero 1 ad 8.

Rogerius Lauria, quem Pachymeres Rontzerium nominat, qui bello praecedente Friderico utiliter militaverat, ab Andronico imperatore, cui se suppetias venturum obtulerat, cupide acceptus et diplomate aurea bulla munito ad spes amplas invitatus, classem et copias parat ad eo proficiscendum. l. 5 c. 12.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Bonifac. VIII	Impp. Roman. Andronici
1303	9	21
		Michaël. 10

Alani trimestri, quod cum imp. Michaële pepigerant, spatio elapso missionem armatis precibus extorquent. l. 4 c. 20.

Imp. Michaël, nullo a patre subsidio interim accepto, barbaris satrapis Ale Amurio, Laminse, Atmane ac plurimis aliis ipsum Magnesiae clausum circum undique oppugnantibus, noctu inde perturbatione ac confusione maxima aufugit Pergamum. ibid.

Inde omnes Orientales imperii regiones in praedam barbaris cedunt. c. 21.

Alani e ditione imperii iniussu abeuntes retinere conantem in traiectu ad Calliopolim magnum domesticum Raülem Alexium interficiunt. c. 22.

Post hoc excusantes factum Alani iterum ab Andronico in gratiam recipiuntur. ibid.

Patriarcha Ioannes Cosmas variis episcoporum Ioanni Ephesio faventium machinationibus clam palam oppugnatus, prout fuse narratur capitibus libri quarti 27 28 29, ad extremum die quinta Iulii eademque feria sexta (quae nota est huius anni cyclum sol. 24, cui convenit litera dominicae index F, numerantis) e synodo indignatus excedens, patriarchio in monasterium Pammacaristi migrat; unde postridie scriptam patriarchatus abdicationem ad imperatorem mittit.

Imperator trepidis simul undecumque nuntiis turbatus, non unius alteriusve urbis aut provinciae barbaris succumbentis, sed universi ubique imperii uno tempore oppressi, utique cum Persae universae Orientalis continentis sine controversia domini, mare classibus piraticis ingressi, Tenedo occupata, inde Chium Samum Carpathum Rhodum subitis exscensionibus depraedarentur, causam patriarchae, et deliberationem ecquid valida esset eius abdicatio, episcoporum suffragiis permittit. ibid. P 619

Ipse interim procuranda clam affinitate inter Cuximpaxim Tocharum sibi fidum,

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Bonifac. VIII	Impp. Roman. Andronici	
1303	9	21 Michaël. 10	et Solymampaxim ducem exercitus barbarorum Nicomediae minantis, servare illam urbem satagit, et minuere aliquantulum belli atrocis mala; qua in re non multum proficit. l. 4 c. 30. Post synodicas deliberationes circa Ioannis Cosmae patriarchae cessionem, et varias utrimque ista occasione tricas c. 31 32 memoratas, re adhuc indecisa imperator, spe attrahendorum Arsenianorum in suas partes ostendit se non abhorrere a promotione episcopi Marmaritziensis, ab iis ad hoc nominati, in patriarcham. l. 4 c. 33. Michaël Augustus iunior vehementissimis insultibus Persarum resistendo impar, Pergamo Cyzicum recedit; ac ne illic quidem se tutum sentiens, Pegas, quae erat urbs maritima munitissima, se recipit. l. 5 c. 10. Bonifacius VIII summus pontifex moritur Romae 5 idus Octobris, cum sedisset annos 8, menses 9, dies 18. eligitur ei successor 11 kal. Nov. Fr. Nicolaus Bocasinus Ord. Praedicatorum, Cardinalis episcopus Ostiensis, qui dominica sequenti 6 kal. Nov., vigilia Apost. Simonis et Iudae, coronatus apud S. Petrum Benedicti nomen assumpsit. hunc IX inter Romanos pontifices sic appellatos Spondanus numerat, etsi plerique XI censeant. Septembri huius anni, coepta iam numerari more Graecorum indictione 2, Rontzerius cum exercitu auxiliari Constantinopolim appellit. creatur ab imperatore dux magnus; et filiam Asanis ex Augusti sorore natam uxorem accipit. mittitur Cyzicum, in digressu oppugnatur a Genuensibus. drungarius Muzalo missus ab imperatore ad rixam dirimendam interficitur. l. 5 c. 14.
1304	Benedict. IX	Andron. 22 Michaël. 11	Menas monachus cognomento Scoleces, discipulus Athanasii expatriarchae, die 25 Ianuarii sub solis occasum Andronicum imperatorem adiens, aegre tandem as-

Anni Chr.	Romanorum Pontificum.	Impp. Romani.
	Benedict. IX	Andronici
1304		22
		Michaël. 11

dientia impetrata denuntiat ei dixisse Athanasium se praesente iram dei urbi ac populo imminere proximam, et cupere se ut statim Augustus iuberet per omnia urbis monasteria orari et pervigilari a cunctis toto triduo. arripiente consilium Augusto statim ipsa nocte mandatae preces indicuntur. postridie mane animadvertit imperator lenem terrae motum, idque esse initium mali ab Athanasio praenuntiati censuit. die mox septima decima Ianuarii terrae motus extitit vehementior, non tamen qui usque ad aedificiorum subversionem invalesceret. P 620 tunc non dubitavit quin revelatum Athanasio fuisset ingruens urbi periculum, et quin supplicationibus ab eo praescriptis noxia vis terrae motus debilitata fuisset. unde ipsum tamquam hominem dei carum suspexit et in throno reponere decrevit. die 18 Ianuarii convocatis imperator episcopis ecclesiasticis et monachis disseruit de consilio sibi suggesto et secuto post hoc eventu, nomen Athanasii reticens. inde die 19 eiusdem mensis ad cunctos non solum ecclesiasticos et monachos, sed et cives convenire iussos, concionem in eandem sententiam habuit, commendans innominatum adhuc illum vaticinii et consilii salutaris auctorem. tum ex ipsa concione, professus adire se protinus velle prophetam beneficum, ut se sequerentur invitavit universos; sicque fere cunctis comitantibus se confert ad Athanasium, quem primo visu episcoporum plerique patriarcham acclamaverunt, ad regimen ecclesiae resumendum hortantes, ipso ficta modestia recusante, et tantum petente impetranteque statim ab imperatore auctoritatem sublevandi oppressos. unde contigit omnium paene in urbe rerum supremam potestatem ipsi deferri, cunctis ad illum ex quocumque iudicio provocantibus. narrantur haec fusius tribus ultimis capitibus l. 4 et 1 l. 5.

Dissensio exardescit inter episcopos circa Athanasium, an rite is

Anni Chr.	Romanorum Pontificum.	Impp. Roman.	
	Benedict. IX	Andronici	et prudenter in throno reponi posset. l. 5 c. 2.
1304		22 Michaël. 11	Andronicus imperator resistentium Athanasii promotioni antistitum eluctari auctoritatem studens assensu Ioannis Cosmae in eam impetrando, eum adit diebus Tyrophagiae, qui sunt 7 feriam 4 Cinerum praecedentes (fuit haec illo anno 11 Februarii), et ab illo interrogatus ecquid se putaret patriarchalem adhuc obtinere potestatem, obnoxie assentiens audivit: *atqui, siquidem patriarcha ego vere sum, mea nondum abdicatione vel probata vel accepta, perseveranteque adhuc in magna ecclesia et monasteriis commemoratione mei nominis, auctoritate sanctae trinitatis excommunicationi maiori subiicio eum qui volet dominum Athanasium in patriarchali rursus sede constituere.* l. 5 c. 3.
			Theodora Augusta imperatoris Andronici mater moritur feria 2 secundae ieiuniorum hebdomadae, Februarii decima sexta; et ab eo magnifice sepelitur. l. 5 c. 4.
			Post Pascha, quod illo anno incidit in 29 Martii, nuptiae Ioannis despotae cum filia praefecti canicleo celebrantur. l. 5 c. 5.
			Irene Augusta uxor imperatoris Andronici ex urbe Thessalonicam proficiscitur. ibid.
P 621			Melitas ambitiosus clericus, solvendo impar aeri alieno quod immane contraxerat, laqueo se suspendit Constantinopoli hoc anno die 30. Iulii. l. 5 c. 8.
			Die 8 Augusti terrae motus incipit, qui Rhodus, Alexandria, Peloponnesi pars magna et Cretae insulae misere deformatae sunt. l. 5 c. 11.
			Andronicus imperator de excommunicatione, qua ipsum Ioannes Cosmas Athanasii repositionem in throno meditantem obligaverat, solicitus, disquiri curat inter episcopos ecquid valida illa necne censenda foret. sed illis sine fine aut spe concordiae dissidentibus, per multos ad ipsum Ioannem Cosmam deprecatores missos tandem imperator eblanditur revocationem

Anni Chr.	Romanorum Pontificum.	Impp. Roman.
	Benedict. IX	Andronici
1304		22
		Michaël. 11

anathematis illius scripto expressam; quod scriptum accipit feria sexta, incidente in diem vigesimam primam mensis Augusti. l. 5 c. 6 et 7.

Andronicus verbo admonitos episcopos de relaxatis a Ioanne excommunicationis vinculis in eos intentatis qui Athanasium restituere in patriarchatum vellent, de illius promotione deliberare iubet congregatos in templo SS. Apostolorum. id illi fecerunt infinite altercando toto sabbato sequente et antemeridianis horis dominicae, quae fuit dies 23 mensis eiusdem Augusti, cuius ipso meridie Andronicus, intellecto per suos, quos id explorare iusserat, antistites in factiones scissos numquam conventuros unanimiter videri in restitutionem Athanasii, profectus ad synodum inde secum arripit episcopos qui Athanasio favebant, et cum illis ad Athanasium procedens hunc pontificaliter ornatum ipse pedes sub flagrantissimo sole ad ecclesiam perducit et in patriarchatus possessionem inducit. l. 5 c. 7.

Michaël Augustus iunior apud Pegas, quo se receperat, ex diro morbo periclitatus ope deiparae convalescit. l. 5 c. 10.

Rontzerius cum suis ingressi Cyzicum diram ibi tyrannidem exercent. l. 5 c. 14.

Ioannes Batatza olim imperator apparet custodiens Magnesiam, et qui eum videt, antea mutus loquendi facultatem recipit. l. 5 c. 16.

Cazanem Tocharorum Orientalium Kanin Andronicus imperator sibi conciliare studet oblatis filiae nuptiis; qua ille conditione grate accepta, edicto iubet duces barbaros Romanum imperium infestantes ab iniuriis cessare, comminans, ni pareant, se illos armis repressurum. l. 5 c. 16.

Caeteris satrapis parum istas minas curantibus, unus Alaïs iis motus indutias quasdam paciscitur cum praesidiariis urbis Sardium; a quibus adiuvante Romano duce primicerio aulae Alaïdis copiae circumventae, internecione sunt deletae. ibid.

	Anni Chr.	Romanorum Pontificum.	Impp. Romani.	
P 622	1304	Sedes vacat.	Andronici 22 Michaël. 11	Benedictus IX Rom. pontifex moritur Perusii die 6 vel 7 Iulii. dissidentibus circa successoris electionem Cardinalibus, plus decem mensibus sedes vacat. Rontzeriani a vere ad autumnum flagitiosissime Cymici desident, socios vexantes, movere in hostem detrectantes. multi eorum praeda e civibus rapta in naves imposita fugiunt; quarum rerum excusandarum causa extremis huius anni mensibus Rontzerius Andronicum adit. ei quae vult persuadet; magna insuper pecunia donatur. l. 5 c. 21. Hoc anno contigit mors Cazanis Kanis Tocharorum, memorata c. 1 l. 6. vide notas nostras ad illud caput, et c. 7 l. 3 nostrarum Observationum. paulum eam praecesserat Carmpantanis Cazani fratri succedentis coronatio.
	1305	Sed. vac.	Andron. 23 Michaël. 12	Michaël Augustus iunior ex Orientali expeditione redux die 24 Ianuarii, solemni patris et urbis occursu, Constantinopolim ingreditur. l. 5 c. 17. Die 13 Martii Michaël despota perduellionis damnatus perpetuo carceri addicitur. l. 5 c. 19. Sphentisthlabo Bulgaro bellum imperio indicente, Andronicus imperator praesidiis illum limitem firmat, Eltimerem Sphentisthlabi patruum donis praeoccupando continere in fide satagit. denique Michaëlem Augustum iuniorem eo destinat, attributis ei possessionibus Michaëlis despotae. l. 5 c. 18 et 19. Mense Martio instanter urgens Andronicus imperator abecissos ab Athanasio antistites, ab iis impetrat ut ei reconciliari velint. unde mox proximo Palmarum festo, quod incidit in 7 Aprilis, convenientes in templum, Athanasium ut patriarcham agnoverunt, cum eo communicantes. l. 5 c. 20. Solus Athanasius Alexandrinus communicare Athanasio Constantinopolitano inflexibiliter respuit. ibid.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum.	Impp. Roman.	
1305	Sedes vacat.	Andronici 23 Michaël. 12	Ex universa Orientali continente impune a Persis direpta concurritur in urbem Constantinopolim, inde gravatam numero immenso egentium advenarum. l. 5 c. 21. Nicaea Nicomedia et aliae magnae urbes, circumsitis arcibus et suburbanis pagis in barbarorum potestatem redactis, obsessae vix durant. ibid. Atman in Catoeciae partibus copias Romanas sub Siuro stratopedarcha internecione delet. inde arcem Belocoma dictam, munitissimam et omni apparatu instructissimam, occupat; qua praeda ditissimus evadit. ibid. Persae a Marule duce Romano ad turrim Gulielmi dictam caeduntur: sed parta ex his spolia Catelani victoribus Romanis eripiunt. ibid. Horrenda exempla crudelitatis avaritiae libidinis a Catelanis edita Cyzici. ibid. Vigilia Pentecostes, Nonis sive quinto die Iunii creatur Perusii pontifex Bertrandus de Agutis archiepiscopus Burdegalensis, qui sumpsit nomen Clementis V. P 623
	Clementis V 1		Rontzerius sciens se et suos gravi infamia in aula laborare, quod Cyzici otiose et flagitiose desiderent, interim dum hostes impune per imperii provincias eius tractus volitantes etiam Philadelphiam castris circum positis commeatu exclusam fame ad deditionem compellere conarentur, Constantinopolim sub finem huius anni proficiscitur, et ibi Augusto allegat recusasse milites in hostem tendere propter stipendia non soluta. hoc intelligitur ex c. 21 l. 5.
1306	2	Andron. 24 Michaël. 13	Rontzerius huius anni primo vel secundo mense, facile purgatis apud credulum et sibi addictum imperatorem criminationibus sui ac suorum, grandem etiam ab eo impetravit pecuniam (cuius partem praesens accepit, alterius vero certa pro-

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Clementis V	Impp. Roman. Andronici
1306	2	24 Michaël. 13

missa intra diem quadragesimum Cyzici numerandae, prout factum est) qua non solum suis Catelanis, sed Alanis etiam stipendia plene solveret. l. 5 c. 21.

Cyzici Rontzerius dum pecuniam imperatoriam suis large, Alanis maligne dividit, causam querelarum et simultatum inter ambas nationes praebet. ibid.

Irritati Catelani Alanos contemptim tractant, nec vim abstinentes. unde ad pugnam venitur, vincentibus primo Catelanis occiso Georgi Alanorum primoris filio: sed postea Catelani trecenti ab Alanis perimuntur die 9 Aprilis. ibid.

Alisyras cum exercitu Carmanorum Philadelphiam arta obsidione cinctam in extremam famem adigit. ibid.

Andronicus pro Philadelphia solicitus Rontzerium urget, ut cum iis quas Cyzici habebat suis et Alanorum copiis eo suppetias accurrat. ibid.

Sed iis moras adhuc nectentibus, adulto iam Martio, Andronicus germanam suam Irenem Asanis viduam, Rontzerii socrum, coepta iam hebdomada maiore sub finem Martii (Pascha enim illo anno fuit 3 Aprilis) Cyzicum proficisci iubet, et illic apud generum instare ne tam necessariam expeditionem ultra differat. ibid.

Tandem mense Maii, reconciliatis utcumque Alanis, Rontzerius universum exercitum Achiraüm promovet, indeque Germae admovet, quam arcem fuga Persarum desertam capit. Romani res suas in praeda Persica agnitas recipientes male a Rontzerio multantur. ea occasione Chranisthlabus magnus tzaüsius periclitatur de suspendio. l. 5 c. 21 et 23.

Constantinus Porphyrogenitus Andronici imperatoris frater in carcere moritur die quinta mensis Maii. l. 5 c. 22.

P 624

Rontzerius ad Aulacem praelio vincit Alisyram, quo vulnerato fugiente Philadelphia liberatur. l. 5 c. 23.

Antea Tripolis ad Maeandrum strategemate capta per noctem a Persis. l. 5 c. 25.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Clementis V	Imp. Roman. Andronici
1306	2	24 Michaël. 13

Magnus dux Attaleotam occupatorem Magnesiae, imperatoris, cui suspectus erat, gratiae restitutum suae intimae fiduciae admovet. l. 5 c. 24.

Nostongus magnus hetaeriarcha, praefectus illi provinciae, iniuriis ducis magni cogitur iniussu imperatoris redire Constantinopolim, ubi a praeoccupato in favorem Rontzerii principe male accipitur et dignitatibus privatur. ibid.

Dux magnus ingentes a Romanis pecunias crudeliter extorquet. l. 5 c. 26.

Magnesia duce et suasore Attaleota deficiens a magno duce ab eo summa vi, sed frustra, oppugnatur. ibid.

Arx, Cenchreae dicta, quo multi Romanorum confugerant, diu a barbaris obsessa et auxilio a Choerobosco illato ad breve tempus recreata, siti ad extremum compellitur ad deditionem. l. 5 c. 27.

Michaël Augustus iunior cum exercitu in tractus Occiduos profectus regionem iugo exteriori subiectam, quae Bulgaris hostibus parebat, die mensis Augusti vicesima tertia hostiliter ingressus late vastat. l. 5 c. 28.

Alexius princeps Lazorum Trapezunte prospere contra Genuenses pugnat. l. 5 c. 29.

Anna regina in Occiduis tractibus a genero Philippo, cui dotales terras dare iuxta pacta differebat, bello impetitur. l. 5 c. 30.

Mutus linguae usum subito recuperat intercessione Sanctae Theodosiae martyris. l. 5 c. 32.

Alani e castris magni ducis fuga elapsi prope Pegas Persas nongentos ipsi multo pauciores internecione delent. l. 5 c. 31.

Andronicus imperator ducem magnum ab oppugnatione Magnesiae iteratis saepe iussis necquidquam conatur avellere. ibid.

Tandem is in Occiduum, ut iubebatur, tractum, cuncta in itinere vastans, copias traducit. l. 6 c. 3.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Clementis V	Impp. Roman. Andronici
1306	2	24 Michaël. 13.

Cazanes Tocharorum Kanis, Romanorum amicus, moritur, successore sibi prius designato Carmpantane fratre, quem ad hoc ex India accersiverat. l. 6 c. 1.

Amurius cum Andronico imperatore de pace tractat. ibid.

Die 29 Septembris imperator longam concionem ad Arsenianos pertinaci dudum schismate a caeteris discissos habet, reducere illos ad consensionem in cassum studens. l. 6 c. 2.

P 625

Traiecti in Occiduam continentem Amogabari crudelissime Romanos diripiunt, praetextu non solutorum ipsis stipendiorum, et victoriam a se apud Philadelphiam de Carmanis partam sine fine praedicantes. l. 6 c. 3 c. 13 c. 14 et l. 7 c. 1.

Hunc enim puto esse locum epochae libri 7 initio descriptae. nam re vera hoc tempore contigerat evolvi 12 Michaëlis, 23 Andronici annum. etsi enim titulus huius anni in hoc nostro indice Mich. 13, And. 24 habet, nihil obstat, quoniam nos in titulo inchoatos annos ponimus, Pachymeres vero de absolutis manifeste loquitur. utcumque igitur annus 13 Mich., And. 24 in cursu esset, expletos quidem annos numerare non poterant nisi ille 12, hic 28. voluit autem, opinor, historicus illa insolita sibi diligentia annorum, quibus principes imperaverant, exprimendorum insignire principium belli Catelanici. vide dicta superius huius libri chronologici c. 6 n. 8.

Genuenses Galatae degentes imperatorem Andronicum admonent parari a Catelanis contra Romanos bellum, expectarique ad hoc auxilia e Sicilia. sed imperatore fidem indicio non tribuente, ipsi ad bellum illud propulsandum se comparant. l. 6 c. 6 et c. 9.

Mpyrigerius Tentza Catelanus cum novem longis navibus ad Madyti portum appellit, accitus a magno duce, quem is ut conciliaret Andronico et auctorari honoribus stipendiisque suaderet, ad eum ac-

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Clementis V	Imp. Roman. Andronici
1306	2	24 Michaël. 13

cessit sub finem Octobris, et suis quidem militibus trecenta nummorum millia in stipendiorum debitorum solutionem poposcit, Tentzae deinde suffragatus honorari eum petiit. imperator tantae pecuniae flagitatione perculsus primo assentiri negat; postea tamen iterum adeunti illum Rontzerio ac stipendiorum petitionem in summam moderatiorem contrahenti utrumque indulget. l. 6 a c. 4 ad 8.

Andreas pirata imperatori militarem operam cum duabus armatis navibus offerens admittitur. sed ab infensis Andreae Venetis altera eius navium comburitur, ipso cum altera fugiente. l. 6 c. 10.

Mpyrigerius Tentza circa medium Decembrem Constantinopolim accitu imperatoris appellit, exscensurum se e navi negans, nisi obsides darentur. tandem persuasus ad festum Christi natalis exscendere creatur dux magnus, et fidem imperatori, sed cum exceptione, iurat. l. 6 c. 11 et 12.

Adhibitus inde ad consilium super petitionibus Catelanorum, ubi audivit ab imperatore quantum ipse iam dedisset Catelanis et quantum adhuc dare paratus esset, queri coepit avare secum agi, cui tam pauca caeterorum comparatione donarentur. indeque defectionem ab imperatore cogitavit. l. 6 c. 14 et 15.

1307	8	Andron. 25 Michaël. 14

Mpyrigerius invitatus ab imperatore ad comparendum secum simul in festo luminum, hoc est Epiphaniae, celebrando 6 Ianuarii, proterve recusat ire, irridens etiam contemptim concessa sibi ab Augusto insignia honorum; ac tertio post die vela fecit Calliopolim ad Catelanorum castra, insalutato Augusto, qui eum satis compertum parare defectionem invadi detinerique a suis vetuit. l. 6 c. 15. P 626

Imperator videns Catelanos plane certos belli palam Romanis inferendi, quod Genuensibus dudum et recentius Michaëli

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Clementis V	Impp. Romae. Andronici
1307	8	25 Michaël. 14

Augusto indicantibus credere noluerat, ut id quoquomodo impediret, Caesaream dignitatem per legatos offert Rontzerio, qui eam certis aegre tandem conditionibus admittit. l. 6 c. 16.

Theodorus Chumnus portans ab imperatore ad Rontzerium insignia Caesareae dignitatis cum diplomatibus auro bullatis et triginta nummorum millibus, audiens in itinere Catelanos non exequi pacta, et vim ab iis metuens, re infecta redit. l. 6 c. 17.

Insula Chios a Persis capta direpta vastata est, plerisque incolarum barbarica immanitate trucidatis. ibid.

Rontzerius apud Calliopolim iniuriosam imperatori et superbe minacem concionem habet. l. 6 c. 18.

Post decem inde dies literis ad Andronicum datis Rontzerius, poenitentiam a se contra illum actorum et dictorum simulans, et necessitatem ex vi a suis in seditionem concitatis excusans, veniam petit. l. 6 c. 18.

Die nono Martii ad legationem a Catelanis missam Andronicus, magno coetu congregato, orationem habet, qua eos officii admonitos etiam minis deterrere a contumacia tentat. c. 19.

Andronicus imperator filium Constantini Porphyrogeniti, fratris sui, panhypersebastum creat. l. 6 c. 20.

Athanasium patriarcham ob immanem in omnes saevitiam cunctis exosum et ideo clam sparsis libellis famosis prosciscum, adversus invidiam munire studens imperator, concionem habet de eius laudibus, addens exemplum cuiusdam Armeni, qui postquam Athanasio maledixisset, casu crus fregerat, quod ipse poenam esse divinitus illatam persuadere conabatur. l. 6 c. 21.

Inter haec die qua Lazari excitati per Christum e mortuis evangelium inter sacra recitatur in ecclesia Graeca, quod certum est fieri sabbato contiguo dominicae

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Clementis V	Impp. Romani. Andronici
1307	3	25 Michaël. 14

Palmarum, sive pridie eius festi, quod illo anno Pascha habente 26 Martii omnino incidit in 19 eiusdem mensis, ac consequenter praecedens sabbatum 19 Martii diem insedit, Rontzerius Caesaris insignia ab Andronico imperatore ad se missa, cum tribus et triginta nummorum aureorum mil- P 627
libus, solemniter induit. l. 6 c. 22.

Rontzerius iam Caesar cum 150 lectis e suorum numero Adrianopolim se confert, salutaturus illic Michaëlem iuniorem Augustum, a quo magnifice excipitur. l. 6 c. 23.

Rontzerius Caesar ab Alanis interficitur Adrianopoli in ipso aditu cubiculi Augustae, ad quam salutandam admittebatur. l. 6 c. 24.

Eius comites in custodiam tunc dati, postea fuga evadere conantes, obsessi, oppugnati, igne absumpti sunt. l. 6 c. 33.

Catelani Callipoli, ubi dominabantur Romanis ibi crudeliter interfectis, obsidentur ab exercitu Romano, duce magno primicerio: sed obsidione, fraude impetratis indutiis, laxata arcem illam commeatibus, et praesidiis muniunt. tum aucti copiis regiones Romanas incursant. Perinthum die 28 Maii vi capiunt, puberibus ibi repertis occisis. et eadem die traiecto freto ignem tectis rusticis per campos iniiciunt, obvios quoque obtruncantes, et terrorem urbis ipsius portis admovent, confugientium in tutum vix capientibus turbam l. 6 c. 25.

Cuiusdam Catelani ad imperatorem transfugae, quem is Amiralem creaverat, proditio detegitur. l. 5 c. 26.

Inde seditione in urbe concitata, plebs quaerendorum Catelanorum latentium praetextu aedes civium diripit et inflammat. ibid.

Frerii, hoc est monachi Latini, domo et templo, quae consensu imperatoris intra urbem habebant, per Athanasium patriarcham expelluntur. exarchus Pisanus, qui ei executioni praefuerat, per sub-

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Clementis V	Impp. Roman. Andronici	
			missos a Galatinis Genuensibus sicarios vulneratur. eam ob rem Andronicus Galatenses urbis ingressu arcet. l. 6 c. 28.
1307	3	25 Michaël. 14	Andronicus reconciliatur Genuensibus, et appellentes in urbem longas eorum naves sedecim contra classem Catelanam duce Mpyrigerio urbi minantem pugnare persuadet. omnes, praeter unam, Catelanorum naves in Genuensium potestatem veniunt. dux ipse Mpyrigerius capitur. l. 6 c. 29.
			Duo Romani duces, a Michaële iuniore Augusto cum parte exercitus contra Catelanos missi, ab iis in insidias pertracti vincuntur. l. 6 c. 30.
			Plebem in urbe tumultuantem imperator Andronicus concione habita minis et monitis coërcet. l. 6 c. 31.
			Iunior imperator Michaël universum exercitum contra Catelanos acie instructum ipse ductans vincitur, et de vita periclitatus aegre fugit. l. 6 c. 32.
			Maturae segetes in campis, collectae fruges in areis et villis a rusticis undique
P 628			in urbem fugientibus relictae, in praedam Catelanorum cedunt. ibid.
			Duae naves bellicae Genuensium magna mercede in bimestrem militiam ab Andronico imperatore conducuntur. ibid.
			Andreas Muriscus pro imperatore Tenedum obsidens, procurata per Genuenses deditione, arce illa potitur. l. 6 c. 34.
			Manuël Zacharias Phocaeae imperitans insulas illi obiacentes custodiae suae immunes permitti ab Andronico impetrat. ibid.
			Mpyrigerius a Genuensibus captivus in Italiam abducitur. l. 7 c. 7.
1308	4	Andron. 26 Michaël. 15	Incluso Didymotichi Michaële Augusto iuniore post pugnam adversam, et hinc Osphentisthlabo Bulgaro Romanum limitem vexante, inde Catelanis cuncta infestantibus, Andronicus imperator de pace cum Catelanis per legatos Callipoli tractat,

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Clementis V	Impp. Roman. Andronici
1308	4	26 Michaël. 15

sed frustra, illis conditiones intolerabiles exigentibus. l. 7 c. 1 et 2.

Persae qui Catelanis militabant, dum iis offensi, se ad suos in Asiam recipientes, traiiciunt fretum, ab Andrea Murisco imperatoris navarcho intercepti perimuntur. l. 7 c. 3.

Inde Muriscus in praemium operae creatur Ameralis. ibid.

Alani et Turcopuli ab imperatore deficientes Romanos impugnant. l. 7 c. 4.

Attaleota in Oriente contra imperatorem rebellat. ibid.

Catelani late omnes Romanas regiones populantur. l. 7 c. 3.

Madyto longa obsidione Catelanorum fame laboranti Andreas Muriscus frumentum importat. l. 7 c. 11.

Paulo post ab Augusto deficit. ibid.

Madytus tandem ad deditionem compulsa capitur a Catelanis duce Pharenda Tzime. l. 7 c. 6 et 11.

Athanasio patriarcha Constantinopolitano cunctis exoso, litanias deo in tot malis propitiando quotidianas celebrante, ferale incendium casu aut dei nutu preces illas se aversari declarantis sub vesperam exortum, a porta Cynegorum ad monasterium Prodromi, frequentissime habitatum et ditissimum urbis tractum in cinerem redigit inaestimabili iactura. l. 7 c. 10.

Athanasius Alexandrinus patriarcha irrevocabiliter infensus Athanasio Constantinopolitano, ab Andronico imperatore frustra saepius conato hunc illi reconciliare in suam ecclesiam redire iussus, solvens Cretam versus defertur in Euboeam, ubi graviter periclitatus a Latinis illic dominantibus, Thebis deinde coniectus in carcerem, tandem liber emittitur l. 7 c. 8 et 16. P 629

Mense Aprili, dominica quae *nova* vocatur, Meliteniota constans in fide Romanae ecclesiae moritur. l. 7 c. 31.

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Clementis V	Impp. Roman. Andronici
1308	4	26 Michaël. 15

Cubuclea arx Mysiae in Olympo sita per Amogabaros Persis perfidiosissime ac crudelissime proditur: ipsi Lampsacum salvi deducuntur. l. 7 c. 9.

Turci arcem Examilii occupant, duce Romoforto Latino, cuius in imperatorem adornata proditio detegitur. l. 7 c. 12.

Arx Thyraeorum per longam obsidionem famis necessitate cogitur se dedere, et post illam Ephesus a Persarcha Sasane capitur; ubi templum S. Ioannis evangelistae, opulentissimum sacrae supellectilis, tali occasione diripi contigit. l. 7 c. 13.

Viginti millia militum a Charmpantane Kani Tocharorum in auxilium imperatori missa Iconium pervenisse nuntiantur. ibid.

Catelani Turcopulis adiuncti Thraciam universam desolant. l. 7 c. 14.

Imperator Andronicus auxilium a Genuensibus, legatis ad eos missis, implorat. ibid.

Monachus Hilarion manu et armis adversus Persas feliciter rem gerit, ideo vexatus a patriarcha, protectus ab imperatore. l. 7 c. 16.

Prusa tributum pendere Persis cogitur. ibid.

Primo vere naves longae circiter novemdecim Genua Constantinopolim appellunt. l. 7 c. 18.

Iis uti contra Catelanos negligit Andronicus, spe conveniendi cum illis de pace; quam ad rem legatos Callipolim frustra mittit. ibid.

Turcopuli iuncti Amogabaris Alanos praelio vincunt in finibus Bulgariae, et multam iis praedam ereptam praemium victoriae inter se partiuntur. l. 7 c. 19.

Amogabari ab Orestiade diu necquidquam oppugnata recedere coguntur, multis suorum amissis. ibid.

Pars Amogabarici exercitus e Persis maxime conflata, Gani montis faucibus et arce occupatis, subiectam regionem va-

Anni Chr.	Romanorum Pontificum. Clementis V	Impp. Roman. Andronici
1308	4	26 Michaël. 15

stat segetibus maturis demetendis, mense Iulio. l. 7 c. 20.

Alias arces eius tractus Romofortus cum Latinis capit. l. 7 c. 26.

Isaacius Melecus Persa, Persarum, qui Amogabaris militabant, ab iis abducendorum data imperatori fide, hoc vicissim ei promittente nuptias filiae alterius Meleci, neptis Sultanis Azatinis, deprehensus dum quod erat pollicitus tentat, obtruncatur. l. 7 c. 15. 22 et 29.

Magnus primicerius Cassianus contra P 630
imperatorem rebellans, proditus a Chellensibus, ducitur Constantinopolim, carceri mancipatur. l. 7 c. 24.

Societas cum Iberis ab imperatore successu irrito tentatur. l. 7 c. 25.

Arx Rhaedesti dedere se Romoforto cogitur. l. 7 c. 26.

Imperator, legatis suis cum Genuensibus ad Catelanos missis, impetrare ab iis pacem nequidquam tentat. l. 7 c. 27.

Romani ad Bizyam ab Amogabaris caeduntur. post eam cladem, ne arx Bizyae caperetur, mulieres pro viris ostentatae prohibent. l. 7 c. 28.

Gravissimae oppressiones omnium, praesertim ecclesiasticorum, ab Athanasii patriarchae immanitate describuntur. l. 7 c. 22. 28 et 35.

Pharendae Tzimis in imperatorem proditio, specie transfugii adornata, deprehenditur. l. 7 c. 30.

Maria soror imperatoris, sponsa Charmpantani Kani Tocharorum destinata, Nicaeae degens, impetratis a sponso armatorum triginta millibus, ut fama ferebat, adventantibus, frustra conatur deterrere Atmanem a Romanis arcibus tractuum illorum oppugnandis. nam ille eo ipso tempore Tricocciam, munitissimum Nicaeae propugnaculum, vi expugnat. l. 7 c. 33.

Thasi arcem a Manuële Genuensi, Zachariae fratris aut sororis filio, occupatam, missis summa aestate decem navi-

Anni Chr.	Romanorum Pontificum.	Impp. Roman.	
	Clementis V	Andronici	
1308	4	26 Michaël. 15	bus, praefecto Marule, recuperare imperator nititur. ibid. Aenus arx Romana frustra oppugnatur a Latinis, duce Tzime. ibid. Duces Catelanorum inter se dissidentes ne a misso quidem a rege Siciliae proprio filio conciliari queunt. l. 7 c. 34. Tandem ad Cassandream Catelanorum duces inter se pugnant. Mpyrigerio interfecto, Pharenda Tzime fugato, solus Romofortus rerum potitus universas Catelanicas copias in Thessaliam ducit. l. 7 c. 36. Finis huius historiae in anno vitae Andronici undequinquagesimo desinentis. ibid.

INDEX GRAMMATICUS.

Ἀγαθοθέλεια I, 320, 1. 339, 10.
ἀγαθοθελῶς II, 287, 3.
ἄγγωνες II, 544, 8.
ἀδιαστάλτως II, 377, 12.
ἀξημίωτος II, 622, 3.
αἰδ' εἰ II, 360, 7.
αἰωνίζειν I, 252, 7.
ἀκάθιστος I, 257, 6.
ἀκαινοτόμητος I, 386, 19.
ἀκτονάριος I, 530, 10.
ἀκυβερνησία II, 645, 16.
ἀλλάγια I, 310, 4. II, 407, 9.
ἀλλακτής II, 15, 14.
ἀλληλόπλοκος II, 93, 19.
ἀλλοσεβής I, 267, 6.
ἀλωπεκισμός II, 284, 19.
ἄμπνευσις II, 324, 16.
ἀμφιγνωμονεῖν II, 300, 5. 357, 17.
ἀμφιγνωμόνησις II, 299, 10.
ἀμφιγνώμων II, 338, 6.
ἀμφιθαλασσίδιος II, 233, 7.
ἀνάνηψις II, 392, 9.
ἀναξιότης II, 47, 1.
ἀναυδήτως II, 390, 8.
ἀναχαιτισμός II, 548, 10.
ἀναχωματοῦσθαι I, 363, 11.
ἀνέγρεται I, 531, 11.
ἀνεξαντλήτως I, 37, 6.
ἀνηβότης II, 73, 8.
ἀνίκανος II, 175, 22.
ἀνισοῦν i. q. ἄνισον τιθέναι II, 334, 7.
ἀνοικονομησία II, 129, 9.
ἀνταγώνισις II, 192, 13. 222, 17. 272, 3. 330, 3. 445, 19. 558, 12.
ἀντεπιβουλή I, 141, 3.
ἀντερωτικόν II, 70, 2.
ἀντιδιατείνεσθαι II, 340, 3.
ἀντίδωρον I, 361, 2. 407, 8.
ἀντιλλάζειν I, 140, 4.
ἀντιπαλάμησις II, 323, 8. 456, 6. 584, 18.
ἀντιπροσχωρεῖν II, 426, 19.
ἀντικροσωπεῖν II, 52, 3.
ἀντολίηθεν II, 609, 1.
ἀνυπομονησία I, 116, 10.
ἀνυποστροφή II, 331, 16.
ἀνύπουλον I, 218, 10.
ἀνύψωσις II, 14. 1.
ἀξινοκοπεῖν II, 330, 15.
ἀπεντευκτεῖν I, 446, 6.
ἀπέντευξις I, 446, 1.
ἀπερικτυπήτως II, 410, 12.
ἀπνοεῖν I, 424, 17.
ἀπόδραστος II, 558, 8.
ἀποπροσπαθεῖν II, 431, 16.
ἀποπροσκοίησις II, 158, 9.
ἀπορροφᾶν II, 621, 8.
ἀποσκολιοῦσθαι I, 362, 1.
ἀποστατησείειν II, 217, 13.
ἀποστάτησις II, 260, 7. 592, 1.
ἀποφημίζειν II, 168, 15. 169, 8.
ἀπροβίβαστος II, 647, 11.
ἀπρομήθυτος I, 345, 16.
ἀργυροτυποῦν II, 61, 15.
ἀργυρόχρυσος II, 498, 11.
ἀριστουργεῖν I, 308, 11. II, 332, 3.
ἁρματοφυλάκιον II, 135, 11.
ἀρχιερότης II, 186, 17.
μέγας ἄρχων II, 417, 3. 424, 2.
ἁσματίζειν II, 247, 12.
ἀσμένισις I, 275, 2.
ἀσπλαγχνία II, 143, 4.
ἀσυγκατάβατος II, 150, 1. 373, 12.
ἀσυγκάταινος II, 297, 17.
ἀτημελησία II, 150, 13.
ἀττάλειν I, 44, 14.
αὐθαντοπονλευεσθαι I, 24, 6.
αὐθορμήτως II, 302, 6.
αὐταρεσκεῖν I, 388, 6. II, 60, 9.
αὐτοκρατορεῖν II, 561, 14.
αὐτόνεως I, 397, 6.
αὐτοπροσκοπίτης II, 615, 6.
ἀφηλικίωσις II, 279, 17.
ἀφηνίασις II, 329, 3.

ἀφίκπευσις II, 608, 9.
ἀφικορεῖν I, 298, 11.
βαθυσκέμμων II, 641, 14.
βαθύσκοπος II, 395, 7.
βανανσίζεσθαι II. 458, 3.
βαρβαρειῶται I, 321, 3.
βαρυφορτηγεῖν I, 421, 2.
βασιλεο(ω)πατορία I, 75, 9.
βασιλεο(ω)πάτωρ I, 74, 3. 75, 9.
βασιλ(ε)ογραφείον I, 492, 1.
βεστιάριος ὁ τῆς δαπάνης χορηγὸς τοῖς ἐπὶ τῶν νηῶν II, 556, 1.
βοασμός I, 355, 7.
βοῦλλα I, 33, 11. 395, 17.
βοῦτζον II, 399, 3.
γειτνιότης II, 246, 13.
γεωλοφοῦσθαι I, 510. 4.
γνωμοδοτεῖν I. 271, 17 et 20.
γονικεύειν I, 164, 3.
δαπάνησις II, 277, 9.
ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων II, 205, 7.
δεισιδαιμόνημα II, 144, 5.
δεσποινικῶς I, 343, 10.
δεσπόσυνος II, 182, 6; 286, 3.
δεφενδεύειν II, 175, 7. 242, 5.
δημοχαοιστεῖν II, 461, 7. 531, 7. 532, 3.
διαγνωμονεῖν II, 104, 13. 349, 3.
διαγωγεύς II, 534. 1.
διακινήσιμος II, 50, 13.
διαμφιγνωμονεῖν II, 340, 9.
διαπλώϊσις II, 397, 9.
διασαφήνισις II, 91, 6.
διαστοχάσασθαι II, 13, 15.
διασωστής II, 307, 18. 428, 16.
διβάμβουλον II, 186, 8.
διγλωσσεῖν I, 360, 9.
δίδυμοῦν I, 364, 18.
διεκβακχευθείς I, 483, 19.
διεκμειλίσσειν II, 407, 3.
διένεξις II, 422, 4.
διερμηνευτής I, 384, 17.
διέχεια II, 95, 20. 96, 13.
διημέρευσις II, 625, 5.
διοπτία I, 123, 6.
διφαγία II, 148, 4.
οἱ δοκοῦντες i. q. οἱ ἔνδοξοι I, 117, 1. 138, 18. 148, 15. 162, 17. 402, 5.
δομέστικος τῆς τραπέζης I, 324, 13.
δουλευτής II, 504, 2.
δοχμιάζειν II, 544, 6. 551, 1.
δραστηριότης II, 67, 14.
μέγας δρουγγάριος τοῦ πλωΐμου II, 398, 13.
δυσάνοικτος II, 555, 5.
ἐγγωνιάζειν II, 293, 1.
ἐγκαταβύειν II, 509, 15.
ἐγκόλπια I, 265, 21.
ἐδρασμός II, 234, 8.
ἐθέλιμος I, 274, 18.
εἰρκτοσύναι II, 502, 8.
εἰς] ἀποβαίνειν εἰς ἀληθινοὺς ὑπηρέτας I, 217, 9. γίνεσθαι εἰς συμμάχους I, 345, 9. δοθεὶς εἰς ὄμηρον I, 243, 3. εἶναι εἰς ὁμόζυγον I, 127, 18. εἰς περιποίησιν I, 342, 5. εἰς ὑποψίαν I, 303, 1. καταστῆναι εἰς μέγαν δομέστικον I, 322, 13. κεκλῆσθαι εἰς πατέρα I, 301, 13. λαβεῖν εἰς γυναῖκα I, 349, 16. τετάχθαι εἰς πατέρα I, 291, 8. 300, 14. 301, 11. 386, 6. τετελέσθαι εἰς ἀρχιερέα I, 305, 4. τιμᾶσθαι εἰς ὄῆγα I, 361, 12. γεγαμβρεῦσθαι εἰς θυγατέρα I, 350, 21. ἐς ὃ κρατεῖν I, 319, 3. 342, 8. 402, 19. 431, 15 et passim.
ἐκκλησιαρχεῖον II, 166, 7.
ἐκκλησιάρχης II, 182, 15.
ἐκκοιτίζειν II, 331, 4.
ἐκκωφεύειν II, 401, 5.
ἐκμείλιξις I, 335, 19.
ἐκπανεγγύς II, 450, 20.
ἐλπιδοκοπεῖσθαι II, 189, 13.
ἐλπιδοτρίβησις II, 189, 10.
ἐλπισμός I, 281, 15. 391, 11. 428, 17. 432, 17. 446, 5. 509, 12. 515, 16.
ἐμμάργαρος II, 137, 2.
ἐμπέδωσις II, 203, 8. 500, 10.
ἐμπερίσκεπτος II, 176, 11.
ἐμπερισκέπτως II, 301, 11.
ἐμπερισκεψία II, 253, 14.
ἔμφροντις I, 121, 15.
ἐνευναιρίαι II, 101, 7.
ἐνευμενίζεσθαι II, 133, 12.
ἐνθαυμαστοῦν II, 60, 11.
ἐνθουσιότης I, 371, 16.
ἐνικανωμένος I. 435, 3.
ἐννατίζειν II, 509, 7.
ἐνορία I, 451, 14. 452, 4 et 8.
ἐνσοριάζειν II, 193, 5.
ἐνσπαταλᾶν II, 336, 4.
ἐνσποδιάζειν II, 149, 11.
ἐξαγορεία II, 133, 7.
ἐξαθετεῖν II, 634, 11.
ἐξασθένησις II, 406, 9.
ἐξατιμοῦν II, 433, 6.
ἐξευγενίζειν II, 181, 7.
ἐξικανοῦν II, 209, 8. 395, 14. 425, 17. 530, 6. 544, 16.
ἐξισωταί I, 222, 4.
ἐξολβίζειν II, 415, 2. 568, 15.

ἐξοσίωσις II, 614, 6.
ἐξουθενεῖν II, 401, 12. 476, 11.
ἐξουριάζειν I, 396, 19.
ἐπαγκωνίζεσθαι II, 74, 13.
ἐπαιτίασις II, 216, 15.
ἐπαμαθύνειν II, 582, 6.
ἐπαμηχανεῖν II, 626, 13.
ἐπανασκείρειν I, 348, 1.
ἐπειλύειν I, 354, 12. 462, 7. II, 16, 5. 51, 15. 93, 4. 128, 4.
ἐπευλογεῖσθαι II, 562, 3.
ἐπικλύσιμος II, 269, 18.
ἐπικόμπια I, 294, 1.
ἐπικόρως ἔχων II, 18, 17.
ἐπικύρωσις I, 342, 10.
ἐπιμώκησις II, 316, 15.
ἐπινησίδιος I, 419, 2.
ἐπίποδες μύωπες I, 330, 18.
ἐπιρραντίζειν II, 20, 11.
ἐπιρράντισις II, 20, 10.
ἐπιστημονάρχης I, 261, 3.
ἐπιτελεσμός I, 409, 17.
ἐπιτεχνίτευσις II, 244, 18.
ἐπιτύμβιον μοναχικόν II, 66, 4.
ἐπιχωλαίνειν II, 167, 5.
ἐποικοδόμημα II, 475, 15.
ἔρρογος I, 284, 3.
ἑταιρειάρχης I, 321, 5.
εὐθές II, 499, 6.
εὐπροσωπεῖν I, 344, 1.
εὐσυνειδητεῖν I, 315, 15.
εὐχέλαιον I, 511, 11.
εὐχερεῖν I, 223, 5.
εὐχίτης II, 478, 5.
ἐχόμενα i. q. πλησίον I, 125, 17.
ζευγηλατεῖα I, 69, 7.
ζωαρχικὴ τρίας II, 172, 4. 173, 6.
θαλασσανλεῖν II, 505, 6.
θεληματάριοι I, 110, 17. 138, 15. 164, 3. II, 549, 16.
θεράπευσις II, 274, 14.
ἰδιωνυμεῖσθαι II, 416, 13.
ἰκνὸς ἅγιος II, 80, 11.
ἰσχυρογνωμονεῖν II, 121, 11.
καδδηνάλιος I, 360, 2.
καθικανοῦν I, 289, 15.
κάθισμα I, 322, 10.
καθυποστρέφειν II, 287, 9.
καιριακὰ διαλείμματα I, 260, 22.
καιρόνδε II, 307, 8.
κακοσκλαγχνεῖν I, 527, 5.
κάνις II, 402, 14.
κάραβος II, 211, 16.
καστροφύλαξ II, 400, 16 et 19. 401, 4.
καταδημαγωγία II, 261, 3.
κατακροΐζεσθαι II, 218, 13. 380, 17.
καταρρυπαροῦν II, 32, 10.
κατασείστης I, 451, 8. 473, 13.
κατασπαθίζειν I, 142, 5.
κατεκοπτεύειν II, 237, 17.
κατευμεγεθεῖν I, 196, 17.
κατωπαδίς I, 62, 1.
καχυποψία I, 322, 3.
κελλίον I, 299, 13. 402, 16.
κελλύδριον I, 270, 19.
κεράτιον II, 494, 15.
κλεϊσμός II, 614, 16.
κλοβός II, 165, 2.
κοινοπληθής II, 410, 10.
κορτινάριοι I, 321, 3.
κράλαινα II, 304, 9.
ἐν κρυφῇ II, 249, 11.
κτητορικὸν δίκαιον II, 193, 4.
Κυζίκωσα II, 421, 15.
κυμαγωγεῖν II, 649, 7.
κωδίκιον I, 374, 18.
λαμπαδάριος I, 290, 5.
λαμπήνη 307, 13.
λαφυκτικός I, 309, 14.
λῃστωρ II, 257, 16. 330, 1.
λίβελλος I, 114, 10. 257, 9. 455, 6.
λογαραστὴς τῆς αὐλῆς II, 296, 11.
λογοθέτης τῶν ἀγέλων I, 109, 21. τῶν γενικῶν I, 496, 2. τῶν οἰκειακῶν I, 109, 22. 522, 10.
λοιποὶ ἄλλοι I, 417, 11. λοιποὶ ἕτεροι I, 142, 15.
λύζιος I, 316, 7.
λυσσομαχεῖν I, 466, 19.
μακελλικὸς φιτρός II, 437, 3. 438, 17.
ματρῶνα I, 33, 20. 55, 17. II, 154, 15.
μεγαλοδουκάτος I, 206, 6.
μεγαλοδουκικὸν ἀξίωμα II, 546, 15.
μεγαλοικονομάτος I, 79, 8.
μεγαλοφωνεῖν I, 25, 4.
μελισσεῖον II, 143, 11.
μέντοι γε ab initio I, 482, 13. II, 631, 18.
τὰ μέρη I, 34, 4.
Μεσοθυνῖται I, 310, 8.
μεσονήσιον II, 460, 7.
μετεγγραφή I, 269, 18.
μετόχιον I, 270, 21. 342, 13. II, 579, 13. 596, 4.
μηνολογεῖν I, 319, 9. μηνολογεῖσθαι II, 13, 2.
μηνολόγημα II, 13, 16.
μηνύτρια II, 250, 11.
μισοχρηματία I, 217, 5.
μίτωμα II, 387, 4.
μονοκελλικόν II, 390, 6.

μονύδριον I, 271, 10. II, 133, 4.
μόσυνες II, 211, 17.
μπαΐουλος II, 242, 19.
μυστικός I, 109, 18. II, 164, 17. 183, 22.
μωμητικός I, 279, 19.
Νικαίαζε I, 227, 15. Νικαίαθεν II, 57, 11. Νικαίαθι I, 249, 9.
νυκτέπαρχος I, 159, 11.
ξυλοφάγος Μαλέας I, 396, 6.
ξυναύλισις II, 408, 4.
οἰκειόχειρος II, 132, 15. 466, 12.
οἰκειοχείρως II, 174, 17. 254, 4.
ὀλιγοχειρία II, 608, 12.
ὁλοήμερος II, 193, 15. 418, 12.
ὁμαιμονεῖν II, 266, 9. 354, 12. 406, 21.
ὁμεστίασις II, 525. 4.
ὁμωνυμίζειν II, 114, 11. 117, 5. 118, 10.
ὄντωσις II, 248, 3.
ὀξύλευκα παράσημα I, 322, 1.
ὀπισθοποδεῖν I, 329, 13.
ὁπλοτέχνης I, 364, 16.
ὀρθοσεβεῖν II, 36, 6.
ὀρθοσεβής II, 24, 19. 127, 13.
ὁρμητίας I, 450, 5.
ὀργή I, 357, 6.
ὁσιομάρτυρ II, 452, 15.
ὀστοτραγεῖν II, 232, 10.
ὅτι γενναίου I, 62, 4. ὅτι δυσχώρων I, 135, 6. ὅτι θαυμαστῆς I, 77, 12. ὅτι θερμῆς I, 306, 22.
παιδόπουλος I, 24, 6. 83, 21.
πανευκλεής II, 615, 1.
πανθαυμαστος I, 516, 9.
πανύμνητος II, 392, 3.
μέγας παπίας II, 12, 12. 81, 11.
παπικὴ ἀξία I, 370, 1.
παραγγεῖλαι i. q. ἀφικέσθαι I, 352, 14. II, 385, 11. 605, 9. 607, 1.
παραδογματίζειν II, 99, 8.
παραιγιάλιος II, 528, 14.
παρακινησείειν II, 33, 20. 548, 8.
παρακλητήριος II, 553, 8.
παρακοιμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης I, 465, 5. 493, 9.
παρακυπτικαί II, 495, 6.
παραπληκτίζειν I, 372, 3.
παράστασις τοῦ μὴ αἱρεῖσθαι I, 33, 3.
παρασυλᾶν I, 339, 11.
παρασύναξις I, 277, 5.
παρατόλμημα II, 98, 3.
παροδίαι I, 234, 20.
παρότρυνσις II, 64, 12.
παρουσιάζειν I, 387, 2.
παρυποκλέπτειν II. 504, 10.
πεισμονή II, 100, 16. 120, 6.
πεντεκκλησιώτης II, 115, 14.
περιβουκολεῖν II, 575, 14. 611, 15.
περιδρυφακτοῦν I, 273, 12.
περιφρονητής I, 281, 2.
πιγκέρνης II, 12, 12. 181, 16. 210, 6.
πληθοῦν II, 528, 7.
πλὴν ἀλλά I, 34, 7. 59, 20. 67, 11. πλὴν δ' ἀλλά I, 379, 7. 397, 3. πλὴν μήν I, 389, 14.
ποίμανσις II, 152, 3. 167, 6.
ποιμεναρχεῖν II, 467, 13. 471, 15. 579, 7.
πολίηθεν II, 154, 3.
πολιορκικὸν μηχάνημα II, 604, 13.
ποντογέφυρα II, 330, 20.
πραξείειν II, 188, 15. 496, 16. 599, 4.
πριγκίπισσα II, 290, 4.
προαγιάζειν II, 47, 3 et 13. 78, 16.
προικοδοτεῖν I, 134, 8.
προκαταρκτικά II, 397, 5.
προκατοχαί I, 504, 13.
προκεντήματα II, 302, 2.
προοδοποίησις II, 370, 5.
προπατριαρχεύσας I, 384, 14.
προσελῶντες I, 209, 9. 309, 20. 425, 14.
προσεπαμύνειν II, 407, 2. 414, 15.
προσερέτης I, 425, 18.
προσεχίζεσθαι II, 96, 19.
προσκωχεύειν II, 573, 16.
προσμωκᾶσθαι I, 282, 14.
προϋπάντησις I, 341, 6.
προφοιβαστής I, 105, 11.
προφωσφορεῖν II, 305, 11.
πρωθιερακάριος II, 328, 17.
πρωθιερακάρις I, 24, 4.
πρωταποστολάριος I, 374, 10.
πρωτοβεστιάρισσα II, 230, 11.
πρωτοβεστιαρίτης II, 210, 9. 220, 19.
πρωτοθύτης I, 79, 1.
πρωτοτακτεῖν I, 334, 9.
πρωτοστρατόρισσα II, 207, 5.
πυρεκβολεῖν I, 271, 5.
πυροδέκμων II, 61, 14.
πυρσολάτρης II, 134, 20.
Ῥωμογενής I, 317, 15.
σακελλάριος II, 645, 3.
σάριττα II, 321, 7.
σεβαστοκρατορεία II, 266, 8.
σεβαστότης II, 444, 10.
Σικελίηθεν II, 563, 11.

σιτόκριθον II, 492, 17.
σκαμματίζειν II, 115, 11.
σκαραμάγκιον II, 498, 14. 504, 6.
σκινοφύλαξ II, 645, 4.
σκυλευμός II, 390, 1. 528, 14.
σπουδαιοτριβεῖν II, 384, 7. 531, 6.
σπουδαιοτρίβησις II, 582, 1.
σταθηρότης II, 259, 17.
στασείδιον II, 146, 4.
στρατολόγημα II, 397, 4.
στρατοπεδάρχης I, 412, 4. 512, 3.
συγκροτησμός II, 519, 12.
συγχάρεια I, 149, 2.
συμπάτησις II, 317, 18.
συμποσοῦν II, 393, 10. 486, 18. 493, 8. 502, 12. 550, 2.
συμπροφέρειν II, 327, 18.
συμφρήσαντες II, 168, 13.
συνδιάσκεψις II, 379, 13.
συνδοσία II, 209, 11. 293, 9. 387, 16. 495, 9.
συνδοσις II, 215, 12.
συνεκλησίασις II, 47, 17.
συνιέναι καταστάσει I, 254, 12.
συνοπαδεῖν I, 295, 7.
σφάελος l. q. φάκελλος I, 460, 2. 511, 16. II, 245, 3. 370, 12. 502, 11.
σφετέρισις II, 262, 13.
ταινιωτής II, 88, 1.
ταρίτας τῆας I, 419, 21.
τάρπη II, 399, 3.
τατᾶς τῆς αὐλῆς I, 512, 5.
τελεῖν εἰς πατριάρχην II, 16, 4. 124, 7.
τελχινώδης II, 162, 1.
μέγας τζαούσιος II, 13, 4. 426, 4. 543, 8. 629, 14.
τις] παρά των I, 95, 8. 460, 9. II, 296, 7. περί των II, 282, 2.
τολμησείειν II, 558, 7.
τοποτηρεῖν II, 25, 11.
ἐν τοσούτῳ τῆς χειροτονίας I, 126, 12.
ὁ ἐπὶ τραπέζης II, 400, 14.
τυρινή II, 78, 14.
ὑβριοπαθεῖν II, 119, 18. 155, 12. 280, 10. 321, 9. 340, 3. 348, 1 et 16. 429, 5. 431, 9. 449, 1.
ὑγεῖαι βασιλικαί I, 224, 17. ὑγεῖαι II, 154, 5.
ὑπακαντῆς ἑορτή I, 306, 12. 453, 9.
ὑπεξούσια τέκνα II, 200, 18.
ὑπέραλσις II, 158, 8.
ὑπέρπυρα II, 646, 7.
ὑπονόησις II, 93, 18. 461, 1.
ὑποποίησις II, 229, 19.
ὑποσήμανσις I, 390, 15.
ὑποτόπημα II, 489, 11.
ὑστεροῦν II, 614, 4.
ὑψηλοφωνεῖσθαι I, 141, 17.
φάμουσος II, 245, 4. 520, 6, 576, 13.
φιλενδειξία II, 581, 17.
φλοιδοῦντες II, 229, 6.
φυγαδίας II, 619, 10.
φωσσάτα I, 137, 16.
φώσσωνες I, 422, 15. 424, 2 et 15. 425, 2. II, 28, 7.
χειροθετεῖν I, 173, 11.
χειροκρατεῖν II, 20, 11.
χριστουγέννιοι ἡμέραι II, 229, 10.
χρυσοβούλλειοι λόγοι II, 14, 19.
χρυσοκόκκινος II, 59, 11.
χρυσολογίαι II, 295, 14.
χρυσόνημα II, 614, 13.
χρυσόσουμα I, 337, 2.
χρυσοτραγεῖν I, 129, 8.
ψαλτῴδημα II, 463, 5.
ψευδολόγημα II, 337, 14.
ὦατον I, 405, 9.
ὡς λίαν I, 82, 15. 343, 8.

INDEX HISTORICUS.

Abbas Genuensium magistratus ad populares Cpoli degentes missus II, 623, 17. paciscitur cum Amogabaris pro suis prospere II, 624, 6 sqq. 625, 8. frustra pro Romanis II, 625, 10.

abdicatio patriarchatus exacta ab Arsenio I, 111, 12 sqq. suasa Germano I, 292, 2. Iosepho supposita I, 398, 6. ultro data a Vecco I, 454, 17. Athanasii subdola habita II, 175, 15 sqq. Ioannis Cosmae ambigua II, 347, 12 sqq.

Abrampax prothieracarius II, 328, 16.

Abula Persarum incursionibus vexata I, 311, 7.

Acacius ecclesia dissidente medium se gerens II, 45, 1.

Achaiae princeps Michaëli despotae auxiliatur I, 84, 1. Ioannem Michaëlis F. nothum laedit ib. 18. ab eo proditus Romanis I, 85, 5. libertatem redimit I, 86, 15. magnus domesticus creatur ab imperatore I, 88, 13. iureiurando imperatori dato solvitur a papa ib. 16.

actuarii qui sint I, 539.

additio vocis „Filioque" ad symbolum Nicaenum quando et quo iure facta sit a Latinis I, 666.

Adrianopolitani Amogabaros turri inclusos comburunt II, 554, 17 sqq.

Aecaterina Michaëli Andronici F. uxor destinatur II, 153, 7. neque tamen ei nubit II, 202, 8.

Aegypti princeps Bulgaros ignorat I, 428, 17.

Aeliae patriarcha concitatus adversus Michaëlem imp. a Maria Bulgariae regina I, 427, 12. imperatori resistit de ecclesiarum conciliatione I, 428, 11.

Aeni arx a Bulgaris et Tocharis obsessa I, 235, 13. a Catelanis II, 639, 1. inde fugit Azatines sultus II, 611, 15.

aerae Graecorum anni qua ratione reducantur ad aeram Christi I, 741.

Aesculapius cur dicatur natus esse e matre non puerpera II, 661.

Aethiopes Scythas emunt in usum militiae I, 176, 13. liberum eorum transitum a Michaële imp. impetrant ib. 16. eorum ope Syriam Palaestinam aliasque provincias Romanis eripiunt I, 178, 14. Aethiopum sultus a Maria Bulgara frustra contra imperatorem concitatur I, 428, 11. 17 sqq.

affinitas Michaëlis imp. cum Apaga Tocharorum sultane I, 174, 3. 21. cum Noga principe Tocharorum I, 344, 7. cum Michaële despota I, 242, 18. 439, 11 sqq. cum Pannoniae rege I, 317, 4. cum rege Bulgariae I, 342, 16. cum Ioanne Asane I, 430, 18. cum Ioanne Lascrum principe I, 520, 19.

Agabana Oblivionis Castellum ab Ammiano Marcellino dictum II, 691. eius nominis origo ib.

Agalmatis monasterium prope Nicaeam I, 112, 1.

Agari Albi dicti a Latinis Graeci I, 367, 8.

Agathiopolis capta I, 348, 14.

Agathopolis cum Osphentisthabo de deditione transigit II, 601, 5.

Alacca Nogae uxor Tzacae mater II, 264, 8.

Alais Persa Cazanis Canis Tocharorum edicto terretur II, 402, 15 sqq.

cum Romanis praesidiariis Sardium paciscitur II, 403, 6. fraudem parans a Romanis opprimitur II, 404, 10.

Alani cum Tocharis coniuncti I, 345, 5. ad Andronicum imp. transeunt II, 307, 1. in tractum Orientalem ab eo missi ib. 15. vexant Romanos II, 309, 3. strenue pro iis pugnant II, 312, 2. Michaëlem cogunt ad missionem sibi dandam II, 314, 16 sqq. Alexium Raülem occidunt II, 320, 7. 321, 13. veniam eius caedis ab imperatore petunt ib. 16. fortiter pugnant contra Atmanem II, 334, 10. ob iniquam stipendiorum distributionem Rontzerio caedem minantur II, 421, 18 sqq. 422, 13. cum Rontzerianis dimicant ib. 15. fugiunt e castris Rontzerii Magnesiam oppugnantis II, 451, 8. Persas fugant II, 452, 8. Rontzerium interficiunt II, 525, 10. praepropere fugientes Romanis magnae cladis causa exsistunt II, 550, 5. deficientes ex agro Romano praedas agunt II, 574, 5 sqq. Turcopulos captos imperatori tradunt reconciliationis causa II, 590, 10. vicissim ab iis vexantur II, 602, 19. Osphentisthlabo se adiungunt II, ib. ab Amogabaris Turcopulisque vincuntur II, 603, 2.

Alexandrinus patriarcha Nicolaus depositionem Arsenii improbat I, 271, 20. Athanasius Michaëlem imp. comitatur in expeditione ad Sangarim I, 502, 9.

Alexius Alyattes dux contra Genuenses missus I, 423, 5.

Alexius Ioannis Lazorum principis F. patri succedit II, 270, 9. filiam praefecti canicleo ducere recusat II, 287, 10. ducit Iberam quandam imperatore invito II, 288, 4.

Alexius Philanthropenus. v. Philanthropenus.

Alexius Philes. v. Philes.

Alexius Strategopulus Caesar. v. Strategopulus.

Alexius Tarchaniota. v. Tarchaniota.

Alhacenus comes Tamerlanis et eius vitae scriptor II, 705.

Alisyras Carmanorum dux Philadelphiam obsidet II, 421, 4. vulneratus in proelio cum Rontzerio commisso fugit II, 427, 4. Tripolim urbem capit II, 433, 9. 435, 11.

Alizones II, 413, 10.

Alubardas ad papam missus I, 168, 14. occiso socio redit I, 169, 6.

aluminis fodinae atque praeparatio et usus in pannorum tinctura I, 678.

Philippus Amerala Caninorum et Coryphi princeps Michaëlis despotae affinis I, 508, 10.

Amogabari qui sint et unde nomen trahant II, 659. v. Catelani.

amuleta sacra in pignus fidei a paciscentibus commutari solita II, 225, 13.

Amuras Persa Mesothiniam vexat II, 346, 8.

Amurius Tocharis sibi conciliatis Melecum identidem vincit II, 328, 3. Meleco supplex occiditur II, 329, 6.

Anagurda direpta a Persis II, 413, 1.

Anaplium oppidum iuris dubii I, 88, 4.

Anasuranus s. Anasurion cognomen Chosrois regis Persarum II, 686.

Anaxagorae libri de rerum natura initium II, 660.

Anazarbi episc. Theodoritus I, 437, 5.

Anchialus capta a Romanis I, 211, 1. ab Osphentisthlabo II, 601, 2.

Andreas pirata Venetos vexat II, 495, 13. navem Persicam captam imperatori dono dat ib. 16. propterea honoribus augetur ib. sqq. una ex eius navibus a Venetis incenditur II, 496, 4. arcem Tenedi expugnat II, 556, 10. Muriscus cognominatus II, 573, 12. Persas captos occidit ib. amerali dignitate ornatur ib. 14. Madytensibus obsessis commeatum subvehit II, 583, 8. ab imperatore deficiens Romanos spoliat II, 584, 7. pugna navali victus et captus II, 585, 1 sqq. redimitur a patruo ib. 7. in Callipoli obsidenda vulneratur II, 606, 4.

Andronicus Sardensis episc. aegre consentit in coronationem Michaëlis Palaeol. I, 102, 4. Arsenii abrogationem improbat I, 118, 7. monachus fit I, 120, 1. priorem dignitatem recuperare studet I, 272, 2. Arsenianorum dux apud imperatorem pro iis agit II, 38, 9. monasticae

vitae pertaesus patriarchatum ambit II, 43, 10. pristinam dignitatem recuperat et imperatori a sacris confessionibus II, 50, 12. Chalaza cognominatus ib. 13. inique in antistites agit II, 52, 1. accusatus maiestatis II, 65, 23. ignominiose honoribus privatur ib. sqq. v. Chalaza.

Andronicus Tarchaniota. v. Tarchaniota.

Anemae turris carcer Vecci I, 378, 16.

angeli Cpoli honorati concursu populi tertiis feriis II, 85, 14. cur ad dexteram Arae maximae culti II, 707. mali cruciandis improbis adhibiti ib.

Angelocoma a Persis capitur II, 413, 2.

Angelus logariastes II, 296, 11 sqq.

angonis teli Franci descriptio II, 655.

Anna Alemanna Manfredi soror Ioannis Ducae vidua Michaëlis imp. incestos amores eludit I, 181, 9. quominus ab eo uxor ducatur a patriarcha impeditur I, 182, 3 sqq. ad Manfredum remittitur I, 184, 13.

Anna Eulogiae F. Nicephoro despotae nubit I, 242, 18. Michaëlem Ducam Andronico imp. se prodituram esse spondet II, 67, 12. promissum exsequitur II, 72, 9. coniugium Ithamaris filiae cum Michaële Andronici F. procurare frustra studet II, 201, 2 sqq. 250, 6. filiam Philippo Caroli F. uxorem dat II, 450, 7. urbes in dotem genero assignatas retinens ab eo debellatur ib. sqq. Thomam F. cum Michaëlis imp. iunioris filia connubio iungit ib. 15 sqq.

Anna Michaëlis despotae F. Gulielmi Achaiae principis uxor I, 82, 20.

Anna Pannonia Andronico Michaëlis imp. F. nubit I, 318, 2. obit I, 499, 13. splendidae eius exequiae I, 500, 19.

antimeusia quid sint I, 558.

Antiochia direpta ab Aethiopibus I, 179, 13. a Babylonis sultane II, 86, 10.

Antiochenus patriarcha Euthymius ut Arsenio patriarchatus abrogetur consentit I, 271, 13. S. Nicolai ope mire conservatus I, 429, 3. mortuus Cpoli I, 437, 1. successor eius Theodosius monachus I, 436, 18.

Antisthenis prudens votum I, 331, 1.

Antonini imperatoris edictum de servis laboribus non aggravandis II, 648, 6.

Apagas s. Apagan ducit Mariam Michaëlis imp. F. nothum I, 174, 21. Chalaü F. II, 262, 15. memoriae lapsu frater Chalaü a Pachymere dictus II, 611, 15. 774. Mogulensium Abakas-kan h. e. imperator creatur II, 815 sq. eius mortis annus demonstratur II, 817.

Apamea destructa I, 179, 14.

Aphamea castrum ab Italis defenditur I, 110, 9.

apocrisiarii ad Martinum papam I, 505, 7.

Aprenorum gens patricia Cpolees I, 65, 10.

Apuliae rex Manfredus gener Michaëlis despotae I, 82, 20.

aquilarum imagines honoris causa conceduntur Constantino Porphyrogenito I, 499, 18.

Aquileia sedes senatus Venetorum II, 243, 10.

archidiaconi Meliteniota et Metochita doctrinam sanam propugnant II, 90, 19 sqq. carcere et exilio multantur II, 102, 11.

arcuum genus Tzangra II, 721.

Areopagus institutus ab Andronico cito exolescit II, 237, 5.

Arganes Tocharorum Kanis Melecco Masuri conciliatur II, 327, 12.

Argentina Opicii Spinolae F. Theodoro Andronici F. Montisferrati marchioni nubit II, 598, 14. 773.

argentum vivum quo differat ab hydrargyro I, 660. eius usus in excavandis portubus nunc ignotus ib.

Argos iuris dubii I, 88, 5.

Argun-Chan imperare Mogulensibus incipit II, 820. moritur ib.

Armeniae rex Euthymium Antiochenum in mare relegat I, 429, 3. principes legatis imperatoris duas regis filias tradunt, e quibus eius filio sponsa eligatur II, 205, 13.

Arseniani schismatici ab ecclesia deficiunt I, 273, 2. de iis concio ib. 14. eorum potentia I, 314, 6.

Arsenius patriarcha vocatur ad deliberationem de eligendo tutore principis I, 66, 5. honorificentissime a Michaële Palaeologo magno duce ex-

ceptus I, 72, 12. favet promotioni eius in imperium I, 79, 1. sollicitus de eo negotio I, 90, 1. in monasterium se abdit I, 111, 12. frustra revocatus I, 113, 11. patriarchatu cedit I, 115, 2. revocatus in patriarchatum I, 172, 2. Palaeologum iterum coronat I, 173, 15. eum excommunicat I, 201, 18. absolutionem ei petenti pernegat I, 211, 7. 255, 10. 261, 7. eum reprehendit quod cum Christianis bella gesserit I, 241, 1. accusatus ab Epsetopulo I, 257, 5. coram synodo recusat comparere I, 264, 5. damnatur et exauctoratur I, 268, 4. deportatur in Oxeam insulam I, 270, 10. Andronicum Sardensem in integrum restituere frustra conatur I, 272, 2. accusatur maiestatis I, 285, 4. mittuntur a synodo qui eum de eo crimine interrogent ib. 19. eius responsa, I, 287, 2. ab imperatore crimine solvitur et muneribus donatur I, 289, 5. eius cadaver splendide Cpolim reportatum in Sophiae templo deponitur II, 83, 8 sqq. translatum inde in monasterium S. Andreae II, 85, 19. eius vitae et duplicis patriarchatus initium et finis I, 724.

Arsenius Hagiosymeonita patriarcha Antiochenus creatus II, 56, 6. nomen eius Cpoli e sacris diptychis recitatur ib. 9. accusatus exauctoratur ib. 10.

Arsenius Pergamenus a synodo ad Ioannem Cosmam legatus II, 349, 11.

Asan senior Bulgariae rex Theodorum Angelum imp. captum excaecat I, 82, 5.

Asan iunior senioris nepos Irenen imperatoris F. ducit I, 439, 1. 19 sqq. ab imperatore in regnum Bulgariae evehitur I, 440, 4 sqq. contra Lachanam ducit I, 446, 6. Ternobo potitur et fit rex Bulgariae I, 447, 6. fugit Ternobo metu rebellionis I, 448, 14. Romaidis despota creatur in compensationem regni Bulgariae II, 57, 18.

Asan Michaëlis imp. avunculus contra Persas militans moritur II, 315, 10.

Aspra genus monetae Graecis usitatum II, 722.

Astrabite expugnatur a Persis II, 412, 14.

Astytzium arx ad Scamandrum, ubi Theodori imp. pecunia servatur I, 68, 6.

Asunes fl. alluens Bellagrada arcem I, 510, 1.

Asus arx Persis deditur II, 437, 19.

Atar dux Persarum Cubuclea capit II, 580, 7.

Atarii i. q. Tochari I, 129, 3. cur vocati milites Mogulenses in Perside II, 809.

S. Athanasii testimonium de processione Spiritus S. I, 383, 19. II, 29, 17.

Athanasius patriarcha Alexandrinus creatus post constitutam ecclesiarum pacem imperatori favet I, 428, 15. 429, 10. eum comitatur in expeditione ad Sangarim I, 502, 9. refert Pachymeri quid sibi tum dixerit imperator I, 313, 15. synodo contra Veccum praesidet II, 25, 6. antistitum damnationem ratam habere recusans II, 55, 5. inter patriarchas non recitatur II, 56, 18. interest colloquio Gregorii patriarchae cum Vecco II, 97, 2. tomo Gregorii non vult subscribere II, 120, 9. suadet Cyprio abdicationem patriarchatus II, 121, 13. ab Athanasio patriarcha Cpolitano vexatus Rhodum secedit II, 203, 3 sqq. redux ad Armeniae regem legatus mittitur ib. 16. spoliatur a piratis II, 204, 6. legatur a synodo ad Ioannem Cosmam II, 349, 11. Athanasii in sedem Cpolitanam restitutioni resistit II, 367, 8. 409, 9. Alexandriam redire cogitur II, 579, 1. defertur in Euboeam ib. 14. ab Euboeensibus Freriis tentatur II, 593, 18. inde profectus Thebas in custodiam datur II, 595, 11. liber dimissus prope Almyrum hospes degit ib. 15. patriarchatu privatur II, 615, 9.

Athanasius patriarcha Hierosolymitanus accusatus a Brula Caesariensi deponitur II, 615, 12.

Athanasius Lependrenus interest conventui Atramyttiensi II, 59, 15.

Athanasius monachus Andronico per Eonopoliten oblatus multum placet et in monasterio Logariastae collocatur II, 107, 10 sqq. patriarcha electus II, 139, 7 sqq. vilem cultum affectat

II, 140, 3. horribilis, eius oratio II, 142, 1. contrarii de eius virtutibus et miraculis sermones hominum II, 143, 1 sqq. celebratur eius promotio II, 145, 7. sinistra patriarchatus omina ib. 18. 146, 1 sqq. ministris utitur monachis inhumanis II, 147, 16. ignarus artis regendi homines II, 150, 4. Agri monasterium Athanasio Alexandrino eripit II, 203, 6. cunctis exosus II, 165, 17 sqq. se ultro cessurum patriarchatu significat II, 169, 17. libellum quo sibi adversantes excommunicat migraturus absconditum relinquit II, 173. 13. in Cosmidii monasterium abducitur II, 175, 12. cessio eius scripto expressa ib. 15. libello quem abscondidit reperto incusatur II, 249, 6. eius responsa II, 253, 4. vaticinatur futurum terrae motum II, 359, 4. patriarchatum sibi delatum recusare se fingit II, 368, 1 sqq. Andronici favore in patriarchatum restituitur II, 382, 18. Athanasii Alexandrini nomen non vult recitare II, 409, 9 sqq. litaniis celebrandis etiam per noctes vacat II, 420, 19. 581, 12. 626, 11. 631, 4. gravis in eum invidia conflata II, 460, 18 sqq. monopolia conatur tollere II, 461, 6. ab Arsenianis in concione nocturna probris conscinditur II, 475, 16 sqq. libelli famosi in eum sparguntur II, 520, 6. seditione coorta fugit II, 530, 8. bona cleri occupat II, 559, 10. Athanasii Alexandrini electi bona cupide invadit II, 579, 1. cunctos vexat II, 581, 9. arbitrium quaestionum forensium obtinet II, 583, 1. Hilarionem monachum multari vetat II, 596, 1 sqq. tollit imagines trium Germanorum II, 614, 8. Michaëlis imp. ib. 13. in omne genus hominum saevit II, 615, 5. 631, 1. eius prior patriarchatus ipsorum quatuor annorum fuit II, 781. secundus quando inceperit II, 790.

Athenaeus defensus adversus animadversionem Casauboni II, 663.

Atman regiones Cpoli circumsitas infestat II, 316, 7. viciniam Nicaeae aliasque regiones incursat II, 332, 2. collectas a Siuro copias delet II, 414, 1. Belocomam capit ib. 18. Prusam obsidet II, 415, 3. regionem Nicaeae adsitam vastat Mariae Muguliorum dominae minis irritatus II, 637, 7. Tricocciam expugnat II, 638, 1. loca Nicaeam et Pythia circumiacentia occupat II, 642, 3.

Attaleota equiso Magnesiam occupat II, 428, 10. Nostongum urbe excludit ib. 14. per Rontzerium gratiam imperatoris impetrat II, 429, 10 sqq. a Rontzerio deficiens II, 439, 19. Italos Magnesiae repertos adoritur ib. 20.

Atramyttii conventum imperator celebrat ad componenda ecclesiae dissidia II, 59, 1.

Augustaeum forum Cpolitanum II, 662.

S. Augustinus a sexta synodo vir beatae memoriae vocatus II, 29, 7.

Augustus mensis plerumque Posideon nonnunquam Maemacterion dictus Pachymeri II, 701.

Aulax locus II, 427, 5.

auro liquefacto occisus Chalyphas I, 129, 3. 249, 6.

Australium hominum natura I, 175, 7 sqq.

Azatines sultan Persidis Tocharorum metu fugit ad imperatorem I, 129, 8. 130, 17. 609, 19. splendide excipitur I, 132, 5. foedus ei facit imperator cum hostibus eius foedere coniunctus ib. 11. ignavus et luxuriosus I, 129, 15. coniurat in imperatorem I, 229, 3 sqq. inclusus in arce Aeni I, 235, 16. deditur Bulgaris et Tocharis I, 237, 10. encolpia petit ab imperatore I, 265, 15. an Christianus fuerit dubitatur I, 267, 1. matrem habuit Christianam I, 131, 2. de regno certat cum Racratine fratre II, 609, 12.

Baburxa Tamerlanis nepos Mogolis imperium condit II, 704.

Babylas episcopus Ancyranus II, 377, 9.

baculum pastoralem patriarchae schismatici ab imperatoribus accipere soliti II, 747.

Bahadur-chan ultimus princeps Mogulensium quando imperare inceperit, quando desierit II, 825.

Baibras e servo fit sultan Aegypti Bundokdar dictus II, 815. mancipiis Scythicis utitur ad militiam ib.

baiulus magistratus Venetorum I, 163, 2. trucidatus a Genuensibus Cpoli II, 242, 19.

Balanidiota ephebus Theodori imp. I, 33, 23.

Balduinus imp. Latinus Cpoli capta fugae se mandat I, 144, 11. eius negligentia in conservando palatio I, 161, 7. excipitur et affinis assumitur a Carolo Appuliae rege I, 163, 12. 317, 6.

balneum ecclesiae Cpoli I, 259, 9.

Balsamon centum annis antiquior Pachymere II, 672. conciliatur eius narratio de imperatoris praerogativa aliqua cum Pachymere ib.

Bardareotae pars regii satellitii I, 321, 2. unde dicantur I, 549.

Basilius Barlaam episc. Adrianopolitanus excaecatus in perpetuam custodiam datur I, 302, 4 sqq.

Basilici fratres a sultane ad imperatorem transfugiunt I, 129, 16. alter magnus hetaeriarcha alter Basilius excubitor I, 130, 7.

S. Basilius Valentis imp. dona ecclesiae oblata accipit I, 480, 13. eius de processione Spiritus S. testimonium I, 481, 17. posteriorem filio Spiritum dicit II, 29, 20.

Basilii Bulgaroctoni imp. cadaver repertum et honorifice humatum I, 125, 1.

Basilius Caballarii F. I, 34, 7.

Batu Sclavoniam aliasque terras Mogulensibus subiicit II, 808. victus a Francis in Persidem recedit et Calypham opprimit II, 809.

Bebryces Pylopythii vexantur II, 413, 11.

Beclas vocabulum conflatum ex litteris initialibus quinque verborum I, 28, 14.

Bellagrada arx obsessa ab Italis I, 509, 9. eius situs et descriptio I, 510, 1.

Belocoma s. Angelocoma direpta a Persis II, 413, 1. capitur ab Atmane II, 414, 18.

bema quid sit I, 611, 13.

Berengarius Entenza Catelanus dictus Pachymeri Mpyrigerius Tentza, Frantzi Piceriotetza II, 770.

Berytus destructa ab Aethiopibus I, 179, 14.

bisellii honor qualis sit I, 673.

Bizya a Pharenda Tzime obsidetur II, 629, 13. urbs Thraciae in qua praesidium equitum imperatores habent II, 774.

Blachernarum palatium I, 161, 7. 421, 6.

Blachernensis synodus saevit in antistites a monachis accusatos II, 50, 12.

Blachi qui sint II, 665.

Nicephorus Blemmidas monachus religione et doctrina insignis aditur ab Iosepho patriarcha I, 338, 17. eius sapientia I, 339, 12. eius testamentum I, 341, 18. irritum factum I, 342, 9. eius scripta contra schisma I, 477, 3. processionem S. Spiritus probat libello II, 28, 17.

Booses fl. I, 510, 11.

borealium hominum natura I, 175, 7 sqq.

Bospilas contra Catelanos mittitur a Michaële Palaeol. II, 543, 6.

Bossilas dux Bulgarorum pro Romanis pugnantium II, 445, 20. Bulgaros Osphentisthlabo parentes caedit II, 446, 2. captos liberos dimittit ib. 7. Alanis et Turcopulis contra Amogabaros praeest II, 549, 10.

Brulas Caesareae episc. Athanasium Hierosolymitanum accusat II, 615, 12. missus ad rem inquirendam ipse eius sedem occupat ib. 15. exauctoratur II, 616, 4.

Brysis arx frustra oppugnatur a Catelanis II, 629, 8.

Bucellaria a Persis vastata I, 221, 10.

Bulgari Theodorum Angelum imp. devictum capiunt I, 82, 5. eorum rex Constantinus adversus Michaëlem imp. concitatur ab Irene uxore I, 210, 1. coërcentur ib. 8. cum Tocharis coniuncti imperatorem capere conantur I, 231, 5 sqq. Aeni arcem oppugnantes dedito Azatine recedunt I, 235, 13. pacem faciunt cum imperatore I, 342, 16. denuo contra eum bellum parant impulsu Marine reginae I, 427, 1. contemnuntur a sultane Aegypti I, 428, 17. vincuntur a Lachana I, 434, 7. eum regem accipiunt I, 443, 8. devicto Lachana a Tocharis Asanem regem agnoscunt I, 445, 10. Asanem fugant Tertere in regnum evecto I, 448, 2.

caeduntur in transitu Scafidae fl. II, 446, 2. vicissim Romanos vincunt ib. 10. eorum mos captivos liberos dimittendi ib. 7.

Caballarii trecenti dati a domino Thebarum Ioanni Notho I, 328, 14.

Caballariorum gens primaria Cpolcos I, 65, 9.

Michaël Caballarius magnus conostaulus perit I, 411, 20,

Cabasilas actuarius admonet Andronicum de periculo patris aegrotantis I, 530, 8.

cadaver monachi alicuius sanctum habetur II, 480, 5.

Caesar. v. Strategopulus.

Callipolis a Catelanis seditiosis occupata munitur II, 527, 10. obsidetur a Romanis II, 528, 3. induciis fraude impetratis liberatur ib. 8. Romani iterum urbem oppugnantes fugantur II, 543, 6. oppugnatur a Genuensibus II, 605, 9.

Caloidas excaecatur I, 492, 3.

camelopardalis descriptio I, 177, 9.

campanarum sonitu populus convocatur II, 32, 18.

Campus Furentis locus II, 687.

canicleum quid sit II, 688. eius praefectura i. q. cancellarii officium ib.

caniclinus i. q. cancellarius II, 689.

Canina arx Carolo regi dedita I, 508, 17. Itali devicti eo confugiunt I, 515, 3.

Canis regem significat apud Tocharos I, 346, 1.

Cannaburius minister Irenae Asanis viduae II, 509, 6.

Canstritzis urbs capta I, 348, 18.

Cantacusenorum gens primaria I, 65, 11.

Caracalus Nicomediensis iugum evangelii ponit in ordinatione Athanasii patriarchae II, 146, 11.

Carbas eunuchus trucidatur II, 76, 16.

cardinales a cardine dicti I, 360, 1. de ea re locus Pii II, 659. eos ambit imperator I, 209, 20.

Carmani Alisyra duce Philadelphiam obsident II, 421, 6.

Carmpantas s. Carmpantanes a Cazane fratre ex Indis ad successionem imperii vocatur II, 459, 4. imperium suscipit ib. 8. Persas debellat II, 588, 8. eius imperii initium et finis II, 825.

Carolus Apuliae rex eligitur a papa dux contra Manfredum rebellem I, 185, 7. 317, 10. devicti regnum accipit I, 185, 14. Balduino Cpoli profugo affinitate iungitur I, 163, 12. 317, 6. parat bellum contra Romanos ib. eius gerendi facultatem negari sibi a papa dolet I, 409, 16. Caninorum arcem in deditionem accipit I, 508, 8. praesidium ei imponit I, 509, 1.

Carolus quidam Muzalonem protovestiarium occidit I, 61, 7. invitatus ad coniurationem contra Michaëlem imp. coniuratos prodit I, 284, 16.

Carthago Aethiopibus pro arce I, 363, 3.

Caspiae portae I, 344, 16.

Cassianus magnus primicerius praefectus Mesothiniae proditionis accusatus revocatur II, 618, 10. negat se venturum nisi caveatur sibi pignoribus II, 619, 5. proditus a Chelensibus capitur ib. 7. peritus artis bellicae II, 620, 4.

Castoria ab Ioanne despota capta I, 107, 2.

Castrum Oblivionis carcer cur ita dictus II, 691. cur ab Amiano „Agrbana“ a Simocatta „Giligerdon“ vocetur II, 692.

Catanei Phocaeae domini I, 676.

Catechumenea quid sint I, 46, 15.

Catelani Rontzerio duce Cyzici dire grassantur II, 399, 4. 416, 1. unde Amogabari dicti ib. 2. nonnulli domum abeunt II, 418, 21. soluta obsidione Magnesiae II, 480, 12. in Occidduam traiecti continentem libidinis et avaritiae edunt exempla II, 481, 13. iusto plura ab imperatore postulantes obiurgantur II, 486, 5. 487, 9. legationes eorum ad imperatorem irritae II, 501, 12 sqq. 514, 4. Rontzerio interfecto a Romanis caeduntur II, 526, 5. Romanos Callipoli obvios occidunt II, 527, 10. a Siculis deseruntur ib. 18. Romanos accolas maris spoliant II, 528, 3. Perinthum expugnant II, 529, 1. Catelani eiusdam ab Andronico honoribus aucti proditio detegitur ib. 17. poenas dat II, 593, 7. Catelani Michaëlem imp. vincunt II, 549, 3. regiones citra Maritzam fl. infestant II, 562, 5. Cabucleenses Persis produnt II, 580, 7.

loca Gano monti vicina populantur II, 585, 17. Rhaedestum frustra oppugnant II, 586, 11. mare infestant II, 592, 5. Orestiadis territorium vastant II, 603, 11. Pamphylum frustra tentant II, 605, 3. Didymotichi obsidionem solvunt ib. 6. pace spreta II, 625, 1. Cpolim tendunt II, 626, 2. revocantur ab incepto audita suorum clade II, 627, 8. fame et lue afflicti Maritzam fl. traiicere cupiunt II, 636, 15. infensis invicem sibi ducibus Cassandream tendunt II, 651, 12. e proelio ibi commisso Romofortus superior evadit II, 652, 4.

Catelanici belli duplex initium a Pachymere confunditur II, 799.

Catharus legatus reginae Bulgarorum I, 428, 2.

Catherina Balduini F. Carolo regi Franciae nubens ei titulum Cpolitani imperatoris affert II, 763.

Cazanes Kanis Tocharorum e Chalaŭ et Apaga genus trahens II, 262, 15. Andronici imp. filiam ducit II, 402, 15. barbaros imperium Romanum incursare vetat ib. Cyrum Darium alios sibi imitandos proponit II, 457, 1. Iberis Christianis in bello utitur ib. 7. in crucis signo magnum vincendi omen positum putat ib. 11. sultanem Arabum debellat ib. 13. artis mechanicae peritus II, 458, 3. deum in gubernandis hominibus imitandum censet ib. 8. nummus auro purissimo ab eo cusus ib. 13. Tuctainem fratrem imperio excludit ib. 16. Carmpantanem sibi successorem designat II, 459, 4. moritur anno imperii sexto aetatis quinto et trigesimo II, 456, 11. 459, 15.

Celtae securigeri custodes fidi I, 71, 9. carcer iis custodiendus traditur I, 378, 16.

Cenchreae arx ad Scamandrum I, 485, 3. a Persis oppugnatur II, 443, 9. ad deditionem compulsa incendio deletur II, 444, 15.

Ceras portus Cpoleos I, 524, 1.

ceremonia coronationis Michaëlis descripta I, 195, 1. promotionis Ioannis in despotam I, 196, 21.

Chabaea arx ad Sangarim I, 419, 8.

Chadenus a praesidiariis tributa exigit I, 18, 2 sqq. ut Michaëlem Palaeol. capiat Thessalonicam missus I, 27, 5. 29, 14. clementia in eum utitur ib. 17. ominatur ei insciens imperium I, 30, 15 sqq.

Chalaza Sardensis episc. Germano suadet depositionem patriarchatus I, 296, 13. inde accusatus a Germano apud imperatorem I, 297, 16. v. Andronicus Sardensis.

Chalcedonensis canon a Graecis falso dictus contulisse primatum Cpolitanae sedi I, 664.

character sigilli Michaëlis imp. I, 532, 2.

Chatzices pro Iberis cum Andronico imp. frustra de foedere agit II, 620, 7 sqq.

Chela arx locus exsilii Iosephi expatriarchae I, 419, 1. capitur a barbaris II, 412, 14.

Chius crudeliter diripitur a Rontzerio II, 436, 19. vastatur a Persis II, 510, 1. incolae fugientes naufragio pereunt ib. 5.

Chliara arx terrae motu eversa II, 233, 9. 234, 4.

Choeroboscus. v. Ioannes.

Chosroës Anasuranus rex Persidis II, 686.

chrismate inunguntur qui se ad ritum Graecum adiungunt II, 520, 10.

Christiana religio floret apud Mogulenses II, 767.

Ioannes Chumnus accusat Veccum I, 376, 19.

Nicephorus Chumnus mysticus Theodoro Muzaloni aegrotanti intimus minister II, 164, 14. protovestiarius et praefectus caniclei creatur II, 193, 6. eius filia sponsa destinatur Alexio principi Lazorum II, 287, 10. et Ioanni despotae Andronici F. II, 289, 15 sqq.

Theodorus Chumnus legatus ad Rontzerium re infecta redit II, 508, 12.

Chutluchaimus Pachymeri dictus quem Arabes Kotlu Sahum vocant II, 823.

clerici urgentur et vexantur ab imperatore I, 386, 7. 390, 10. templo exclusi foris preces persolvunt II, 19, 17. suspenduntur per Iosephi ministros II, 21, 15. dum consecratur Gregorius sero in templum admissi dimittuntur sine liturgia II, 46, 10 sqq. communione frustrantur pane profano sibi per fraudem dato II, 48, 5. tomo

Gregorii Cyprii subscribere recusantes multantur II, 111, 12 sqq. Gregorium accusaturi in iudicio adsunt II, 124, 17. donantur ab eo II, 133, 1. vexantur a Saba monacho II, 163, 2. ab Andronico II, 165, 4. oppressi ab Athanasio patriarcha II, 642, 6. litteras ad eum mittunt II, 643, 9.

Cocci monachi I, 489, 16.

Colonea a Ioanne despota capta I, 107, 2.

Colyba quae sint I, 574.

cometa anni 1264 I, 647. a. 1664 I, 648. a. 1695 I, 649. cometa Cpoli apparens describitur II, 304. 3.

concio Muzalonis protovestiarii I, 41, 15. Michaëlis Palaeol. I, 49, 7. eiusdem de urbis expugnatione I, 153, 9. ad populum de schismaticis I, 273, 14. ad ecclesiasticos I, 457, 4.

coniuratio contra imperatorem detecta et punita I, 284, 16.

Constantinopolis capitur a Graecis I, 140, 6. ab imperatore intratur I, 159, 16. ordinatur I, 163, 18. munitur I, 186, 11. quando a Latinis capta I, 694. quando a Graecis recuperata sit I, 722.

Constantinopolitanus patriarchatus ordine quartus ambitione in secundum promotus I, 661.

Constantinus dictus Michaël Palaeol. in infantia I, 301, 1.

Constantinus Melangiorum episc. I, 102, 9.

Constantinus Theeus Bulgarorum princeps Irenen Theodori imp. F. ducit I, 36, 1. concitatus ab ea contra Michaëlem imp. I, 138, 1, 210, 3. irrumpit in fines Romanos cum Tocharis coniunctus I, 231, 5. cohibetur I, 210, 8. Irene mortua Mariam Michaëlis imp. neptem ducit I, 342, 16. proelio a Lachana victus interficitur I, 432, 8 sqq.

Constantinus Melec Azatinis sultanis F. Cpoli baptizatus et educatus II, 612, 13. ne sultan fiat ab Andronico imp. impeditus II, 613, 1. Pegarum praefecturam ab eo accipit ib. 4.

Constantinus Magnus Helenae matris statuam in Strategio foro collocavit II, 662.

Contoskelium instauratur I, 365, 14.

contus i. q. comes I, 181, 1.

coronatio Michaëlis Palaeol. prima I, 101, 13. secunda I, 173, 9. Andronici cum coniuge I, 318, 16.

Corone terrae motu concussa II, 393, 3.

Corones interpres missus ad Catelanos II, 564, 9.

Cortatzes Cretensium dux suspectam habet Philanthropeni cunctationem II, 221, 18. Philanthropenum sibi proditum hosti tradit II, 224, 12 sqq.

Cosmas Sozopoli oriundus cum fratre et filio fit monachus II, 182, 8. e monasterio eiicitur ib. 20. liberatus in insulam solitariam secedit II, 183, 3. insinuatus imperatori ib. 11. confessarius eius et patriarcha fit ib. 14. II, 184, 18. Ioannis nomen assumit II, 185, 11. baculo pastorali et dibambulo honoratur II, 186, 8. solos monachos ad episcopatus evehit II, 187, 3. imperatori invitus assentitur II, 197, 12. de scriptis Athanasii repertis cum eo deliberat II, 249, 19. aegre fert non consuli se ab eo super Simonidis nuptiis II, 279, 8. imperatori propter consilium filiae dandae in matrimonium crali Serbiae iratus II, 281, 8. aedes patriarchales intrare recusat II, 283, 16. placatus ab imperatore officium patriarchale resumit II, 292, 7. obstat restitutioni Ioannis Ephesini II, 299, 10. in monasterium secedit ib. 17. accusatus ab episcopis II, 300, 3. ultro adit imperatorem eumque sibi reconciliat II, 302, 4. voce divinitus edita imperatum sibi ait ut ecclesiae regendae munus resumat ib. 17. oppugnatur ab episcopis II, 337, 5. Hilarionem Selybriensem frustra criminatur II, 339, 17. patriarchatu cedit II, 341, 5 sqq. imperatorem sibi insidiantem anathematis interminatione turbat II, 375, 15. anathema tollit II, 380, 13. Sozopolim recedit II, 384, 11. ab Osphentisthlabe mittitur ad imperatorem II, 628, 12.

Cosmidii monasterium I, 475, 10. arx diruta II, 592, 15.

Cotanitza monachus e Periblepti monasterio in monasterium Maximum traducitur II, 66, 15. inde aufugit II, 67, 6. Triballis iunctus Romanos vexat II, 257, 12. adiungit se

erali ib. 15. 271, 12. ab ea imperatori deditur II, 285, 15.

Cozylensis antistes consecrat Georgium Cyprium II, 44, 3. Philippo magno domino confessarius ib. 8.

crales Serbiae perfidus I, 350, 18. 352, 14. fines Romanos incursat II, 257, 14. 271, 12. inconstans II, 272, 11. plures uxores habet ib. 17. libidinosus II, 273, 5. Simonidem vix octennem Andronici imp. F. in matrimonium accipit II, 285, 15 sqq. Cotanitzam imperatori tradit ib. ab imperatore honorifice excipitur II, 286, 5.

Creta terrae motu concussa II, 393, 4.

Cretenses a Latinis subacti militatum in Asiam transeunt II, 209, 5. Philanthropeno auxiliares II, 210, 10. eius cunctationem suspectam habent II, 221, 18. eum produnt II, 224, 12 sqq.

Crotonae episc. honoratur ab imperatore I, 360, 8.

crucis gloria causa bellandi Francis I, 363, 13.

Cubuclea arx a Persis oppugnatur II, 580, 7 sqq.

Cudumenes Traianopoleos episc. I, 351, 5.

Cula arx II, 435, 17.

Cursites Alanus sororem Cuximpaxi in matrimonium dat II, 575, 5.

Cutritzaces auctor consilii expugnandae Cpoleos I, 118, 15. ad id exsequendum plurimum confert I, 129, 14.

Cuximpaxis nomen sonat principem Hieromagorum II, 590, 9. Tocharus superstitionis Persicae antistes II, 345, 5. Christianus fit ib. 10. filiam Solympaxi collocat ib. 12. suspicionem perfidiae incurrit II, 346, 6. ab Andronico missus ad deleniendos Alanos cum iis se coniungit II, 553, 3. 574, 12.

Ioannicius Cydon episc. Thessalonicensis ex praefecto Sosandrorum I, 126, 7.

Cypri rex filiam Michaëli Andronici F. uxorem dare recusat nisi probante papa II, 205, 8.

Cyprius, v. Gregorius.

Cyrilli testimonium de processione S. Spiritus I, 383, 9. II, 30, 10. Filium vocat ea Patris ib.

Cyrillus Tyrius a Syris eligitur Antiochenus patriarcha II, 56, 16. Dionysium Pompeianopolitanum in aditu sedis praevertit ib. 17. ut sui electio rata habeatur Cpolim venit II, 122, 19. assignatur ei diversorium in monasterio Hodegorum II, 123, 8.

Cyziceni a Catelanis oppressi II, 399, 5.

Cyzicenus episc. Georgius legatus ad papam I, 374, 10. Theodorus dire vexatus a schismaticis II, 53, 8.

Dacibyza arx I, 192, 10. II, 103, 17.

Damasceni testimonium de processione S. Spiritus I, 489, 4.

Damascus funditus eversa I, 179, 17.

Daniel Cyzicenus tomum Gregorii vituperat II, 116, 6. recusari ei testimonium sanae doctrinae vult II, 128, 2. 129, 2. obiurgatus ab imperatore in custodiam datur II, 129, 11.

Daphnusia insula oppugnata a Latinis I, 138, 20. liberatur I, 145, 6.

David Mepe Iberiae I, 216, 15.

debilitatio imperii sub Andronico unde orta II, 208, 4. 545, 12.

decretum de fide a Yecco auctum II, 32, 10.

Demetrias turribus munitur II, 71, 14. ab imperatore Theophanoni destinata dotis loco II, 284, 9. ea mortua ante nuptias repetitur ib.

Demetrius Michaëlis despotae F. I, 242, 18. patre mortuo Michaël vocatur I, 439, 13. ducit Annam Michaëlis imp. F. ib.

deputati quod munus habeant in equitatu II, 668.

desposyni dignitas qualis sit II, 182, 4.

despoticae dignitatis quae sint insignia I, 337, 10.

diakinesima quae sit hebdomas II, 50, 13. 667.

dibambulum quid sit II, 669 sqq.

dicaeophylax Scutariotes testis contra Iosephum I, 398, 11.

dicanicium quid sit II, 675.

Didymium Mileti arx nunc dicta munitio Duorum Collium II, 211, 6.

S. Diomedis monasterium I, 113, 14.

Dionysius Pompeiopolitanus electus patriarcha Antiochenus a Cyrillo aemulo praeoccupatur II, 56, 17.

Drymis contra Andronicum rebellionem molitur II, 593, 2. convictus perpetuo carceri addicitur ib. 11.

Ducas magnus hetaeriarcha ad Amogabaros legatus II, 502, 6.

Dyrrhachium terrae motu evertitur I, 355, 5. instauratur et occupatur ab Illyriis I, 508, 4.

Ecaterina. v. Aecaterina.

ecclesiarchus adhibitus a schismaticis ad ordinandum Gregorium Cyprium patriarcham II, 46, 5.

eclipsis solis a Pachymere ambigue designata I, 693. suo anno reddita I, 700. eius epilogismus I, 704. ea quae a Gregora memoratur quo anno contigerit I, 735. eclipses non portendunt adversa I, 716.

S. Eliae arx a Turcis obsessa Latinis Christianis se dedit II, 621, 3.

Eltimeres s. Eltemeres Croni despota Romanos vincit II, 266, 16. Radosthlabum excaecatum remittit et duces Romanos captos Osphentisthlabo donat II, 267, 2. inclinat se ad partes imperatoris II, 558, 19. propterea oppugnatur ab Osphentisthlabo II, 562, 2.

encolpia quid sint I, 265, 20, 553.

Encone Mancusi F. a Pantoleonte adoptata Osphentisthlabo nubit II, 265, 1.

Eonopolites spado magnus drungarius custos sepulcri Michaëlis imp. Athanasium monachum Andronico imp. offert II, 107, 10. Michaëlis imp. ossa Selybriam deportat ib. 14.

Ephesi episc. Nicephorus patriarcha factus I, 117, 2. moritur Nymphaei I, 126, 12. Isaac arbiter conscientiae imperatoris I, 451, 9. procurat ab imperatore promulgari novellam de stauropegiis ib. sqq. clam infensus Vecco I, 479, 9. sqq.

Ephesus expilatur a Rontzerio II, 436, 16. capitur a Sasane Persarcha II, 589, 5. templum ibi S. Ioannis diripitur ib. 13.

Ephraimus Cosmae patriarchae F. male ab eo praefectus dispensandis rebus ecclesiae II, 300, 18.

epicombia quid sint I, 561.

S. Epiphanii testimonia de processione S. Spiritus II, 30, 14.

episcopi propter communionem cum Latinis per trimestre suspensi II, 21, 15.

Epsetopulus libello accusat Arsenium patriarcham I, 257, 5.

Euboeenses Athanasium Alexandrinum apud se diversantem de eucharistia tentant II, 593, 18. respondere nolenti vivicomburium minantur II, 594, 12.

eucharistiae reliquiae pueris comedendae dantur I, 258, 8. 535.

euchelaeum quid sit I, 564.

Euchita vocatur Athanasius patriarcha ab Arsenianis II, 478, 5.

evangelii codex episcopis dum ordinantur imponi tanquam iugum solitus II, 683.

exarchus Pisanus ob electos e monasterio Latinos per sicarios vulneratur II, 538, 8.

fabae cornu tactae quae dicantur II, 693. de iis loci Platonis Theophrasti Plutarchi declarati ib.

faces accendi solitae ob memoriam defunctorum II, 279, 1.

famosi libelli clam sparguntur II, 245, 3. 520, 6. 576, 13.

Ferdinandus Balearici regis F. ad conciliandos inter se Catelanos missus frustra in eo laborat II, 775.

festa Graecorum a pridiana vespera inchoari solita II, 726. 758.

festum Acathisti quando celebretur I, 257, 5. eius origo I, 537. Hypapantes festum I, 453, 8.

flabella qualia et quo usu sint in sacro altari II, 674.

fortuna vulgo credita favere magnis ducibus II, 210, 10.

forum Magnum Cpoleos incendio deletum splendidius reficitur II, 173, 6. forum Constantini primum Strategium deinde Augustaeum dictum II, 662.

Frangopulus v. Phrangopulus.

fratres duo Catelani e turri igne circumdita se praecipitant II, 555, 19.

fratris titulum ab imperatore sultani tribui licitum esse quidam censent II, 246, 13.

Frerii ad imperatorem missi a papa I, 371, 2. iisdem imperator nuntiis ad papam utitur I, 369, 3.

monasterium condunt Cpoli II, 536, 15. inde pelluntur II, 537, 5 sqq. Euboeenses in Athanasium Alexandrinum concitantur II, 594, 1. Hierosolymitani Rhodi arcem ab imperatore frustra sibi expetunt II, 635, 19.

Fridericus Siciliae rex I, 181, 10.

Furni castrum Persis deditum a Rontzerio recuperatur II, 436, 1.

furnus sanctus II, 80, 8.

Gades nomen quid ex origine significet II, 692.

Galata arx ab imperatore oppugnata I, 122, 1 sqq. Genuensibus concessa I, 168, 6.

Galenolimen locus I, 288, 16.

Galenus missus ad Arsenium exsulem I, 286, 12.

Galesiota Galactio excaecatus a Michaële imp. II, 17, 7. templum expiat II, 20, 10. Andronicum Sardensem magistrum prodit II, 65, 11.

Ganus mons I, 235, 1. regiones ei subiacentes occupatae II, 585, 17. 607, 5.

Gasmuli qui dicantur I, 309, 14. 550.

Gemistus commentariensis ecclesiae I, 290, 4.

Gennadius monachus Cpolitanos obiurgat II, 21, 8.

Gennadius olim episc. patriarchatum recusat I, 139, 7. imperatorem monet ne clerum contemnat II, 167, 1.

Genuenses Venetis ante inferiores postea potentiores I, 419, 10. quidam eorum montana Phocaeae dono accipiunt I, 420, 10. nonnulli invito imperatore Cpolim praetervecti graviter multantur ib. 17 sqq. a Venetis dissident II, 232, 14. ab iis coacti Galatam deserunt inque regionem circa Blachernas migrant II, 237, 9 sqq. in Venetos urbis inquilinos grassantur II, 242, 8. sqq. male cum Alexio Lazorum principe pugnant II, 449, 1. Trapezuntis suburbium incendunt ib. 16. pacem cum Alexio facere coacti II, 450, 4. contra Catelanos Siculosque bellum parant II, 489, 12. tentantur a Catelanis ad favendum ipsis II, 534, 9. monachos Latinos ulciscuntur II, 536, 15. Andronico sibi propteres irato reconciliantur II, 535, 4. cum eo conspirantes Catelanos proelio navali vincunt II, 540, 12. de pretio opis bellicae cum Andronico dissident II, 544, 13. suadent Tenedensibus obsessis ut imperatoriis se dedant II, 556, 10. classem imperatori auxilio mittunt II, 597, 11. quatuor triremes ei commodant ad custodiendas Abydi fauces II, 600, 1. cum reliqua classe Callipolim oppugnant II, 605, 9.

Georgius Acropolita magnus logotheta docet rhetoricam I, 283, 7. punit obtrectantes Iosepho patriarchae I, 316, 2. dicitur fuisse liberioris conscientiae ib. 4. defenditur I, 653. interest iudicio de Vecco I, 377, 6. legatus ad Gregorium X papam conciliationem ecclesiarum perficit I, 384, 10 sqq. quando mortuus sit II, 725.

Georgius Cyprius adiuvat imperatorem ad reconciliandas ecclesias I, 374, 11. v. Gregorius Cyprius.

Georgii Nostongi arrogantia I, 65, 12.

Georgius Pachymeres. v. Pachymeres.

Georgius Serbus legatus a crale artificiose agit cum legatis Michaëlis imp. I, 352, 15.

Georgius Moschampar chartophylax spurium esse testimonium S. Damasceni asserit II, 92, 9. loco cedit II, 115, 12. aliud praeterea nomen habet II, 99, 6. 740.

Georgius Alanorum dux Rontzerium Caesarem interficit II, 525, 10.

Germa locus II, 425, 10.

Germanus Adrianopoleos episc. creatur patriarcha I, 278, 17. eius mores ingenium et vita I, 279, 2. factio in eum conflata I, 281, 18. Holobolum scholae praeficit I, 282, 18. patriarchatu cedit I, 299, 8. dona imperatoris recusat I, 301, 7. legatus mittitur in Pannoniam I, 318, 7. ad Gregorium X papam I, 384, 10. e naufragii periculo evadit I, 396, 4. pacem ecclesiarum perficit I, 398, 2. eius patriarchatus initium et finis I, 730.

Germanus Acacii F. creatus episc. Heracleensis ad inaugurandum patriarchatu Cyprium II, 45, 1. ab eo se abscindit II, 133, 4. exauctoratur ib. 3.

Gidas a Theuderico mittitur ad

componendas Amogabarorum discordias II, 640, 17. ei se subiicere Catelani recusant II, 641, 3. bello civili inter Catelanos orto vincitur a Romoforto II, 652, 4.

Giligerdon quid significet II, 692.

gilva insignia praetoriae dignitatis II, 517, 6.

Glabas curopalates Mesembream recipit I, 350, 8. Tarchaniota et magnus conostaulus Techaris praeficitur II, 12, 12. contra cralem Serbiae missus II, 271, 15. bello parum proficiens suadet imperatori ut pacem cum eo faciat II, 272, 1. mittitur comes Michaëlis imp iunioris in partes Occiduas II, 445, 18. rei militaris peritissimus ib. podagra laborat ib.

Glabatus inter primos murum Cpoleos conscendit I, 142, 14. gradus cognationis quales sint Graecis I, 680.

Gregorius X papa creatus imperatorem invitat ad concilliandas ecclesias I, 369, 9. Cpolim mittit qui id negotium urgeant I, 371, 2. pace facta proclamatur Cpoli patriarcha oecumenicus I, 399, 16. Carolum regem prohibet a bello Graecis inferendo I, 409, 16.

Gregorius Cyprius synodo contra Veccum interest II, 25, 13. Iosephitis gratiosus II, 42, 15. designatur patriarcha eblanditis imperatoris suffragiis ib. monachus et diaconus factus II, 44, 17. postremum inauguratur patriarcha II, 45, 9. Gregorii nomen accipit antea Georgius vocatus II, 64, 2. invitus tolerat vexationes antistitum II, 53, 2. non permittit ut Arseniani sectae suae veritatem ostento divino probare tentent II, 60, 10. Arsenianos excommunicat II, 64, 4. solemni colloquio disputat cum Vecco II, 90, 8. ei demandatur ut tomum contra Latinos scribat II, 111, 1. tomum firmari curat subscriptionibus imperatoris et antistitum ib. 7. corrigere tomum recusat II, 120, 3. propterea nonnulli se ab eo ut haeretico abscindunt ib. 6. patriarchatu cedit II, 121, 18. migrat in hospitium S. Pauli II, 123, 8. apologiam sui scribit ib. 15. iudicii subeundi occasionem cupide arripit II, 124, 5. consentit in abdicationem si detur sibi testimonium incorruptae doctrinae II, 126, 14. quo concesso II, 129, 18. dat scripto conceptam abdicationem fraudulentam II, 130, 13. ignoscit adversariis II, 132, 15. in monasterium Aristinae secedit II, 133, 14. cum Germano Heracleensi et Neophyto Prusaënsi a se exauctoratis in gratiam redit II, 133, 3. eligit hospitium Raülaenae ib. 15. Melitas eius alumnus II, 385, 11.

Gregorii monachi vaticinia II, 185, 11. 18. 186, 1.

Gulielmi turris II, 417, 14.

Gulielmus Achaiae princeps I, 83, 3. capitur a Romanis I, 86, 4.

Gulielmus Ioannis Thebarum magni domini frater Ioannis Nothi gener I, 328, 8. fratri succedit in dominio Thebarum I, 413, 8.

Ioannes quidam ab Ioanne Duca honoribus ornatus II, 546, 13.

Hadriani V papae pontificatus I, 666.

Haemus mons ditionis Bulgarorum I, 210, 19.

Hagobanasa nomen Castri Oblivionis II, 692.

Hales Amurii F. patre mortuo etiam Amurius dictus Melecum occidit II, 327, 10. Romanas regiones incursat II, 330, 8. ad acrius infestandos Romanos incitatur aemulatione Atmanis II, 332, 2. expetit sibi ab Andronico imp. Interamnam ad Sangarim II, 460, 2.

Haytho rex Armeniae Cpoli monachus factus II, 752. visum divinitus recuperat a Sebatho fratre excaecatus ib. in regnum restituitur ib.

Heraclea Ponti quo anno a Persis capta sit I, 749.

Heracleenses urbe diruta Selybriam migrant II, 586, 6.

Heracliti sententia illustrata I, 656.

Hermi arx prope Magnesiam I, 39, 18.

Hesychius emendatus I, 594.

hetaeriarchae admissionibus praefecti I, 321, 4.

Hieri arx oppugnatur a barbaris II, 412, 14. qui eam tenent cum Turcis pacem facere cogunter II, 627, 13.

S. Hieronymus a Damaso eruditus et S. Basilii aequalis processionem S. Spiritus ex Filio docet II, 29, 5.

Hilarion episc. Selybriensis criminatur Cosmam II, 337, 8. ab eo accusatur II, 339, 12. a quibusdam damnatio eius impeditur II, 340, 7.

Hilarion monachus cum manu collecta feliciter contra Persas pugnat patriarcha frustra eum prohibere conante II, 596, 1 sqq.

Manuēl Holobolus mutilatur naso et labris I, 192, 20. praeficitur scholae ecclesiasticae I, 282, 18. ab Andronico imp. adhibetur ad conciliandas ecclesias I, 374, 9. Nicaeam relegatur I, 392, 13 sqq. inde arcessitus ignominiose per urbem traducitur I, 394, 2. synodo contra Veccum interest II, 25, 14. cum eo disputat II, 90, 7.

hoplotheca sacra liber magnae auctoritatis apud Graecos II, 31, 10.

Hulacu Pachymeri Chalaū dictus II, 812.

Hyacinthus monachus intimus Arsenio I, 294, 8. dux Arsenianorum in conventu Atramyttiensi II, 59, 12. a Gregorio patriarcha excommunicatus in eum rebellat II, 64, 8. Pyrsolatrarum Arsenianorum dux a ceteris Arsenianis dissentit II, 134, 13. iis reconciliatus II, 207, 12. ab imperatore in carcerem coniicitur ib. 17. post eius mortem Arsenianorum factio nihilominus viget II, 353, 19.

Hyampolis arx ab Eltimere dedita Osphentisthlabo II, 558, 19.

Hyperpyron nummus Graecis usitatus II, 722.

Hypoplaciae Thebae locus II, 58, 5.

Iacobus minister olim Rontzerii a Romanis captus II, 563, 7. legatus ab Andronico ad Catelanos pacis causa II, 564, 2 sqq. nihil proficit II, 572, 2.

Iacobus praefectus monachis Athonis montis unus e tribus electis ad patriarchatum II, 139, 7.

Ianuarius mensis Atheniensibus Lenaeon dictus II, 699.

Iasites Iob electus a schismaticis ad componendum libellum imperatori offerendum I, 380, 2. auctor est Iosepho patriarchae palam furandi se nunquam consensurum in pacem ecclesiarum I, 382, 4. relegatur Chabaeam I, 419, 7.

Iasites Melias ignominiose traductus per Cpolim I, 394, 8.

Iatropulus logotheta domesticorum I, 522, 10.

Iberiae Mepe David I, 216, 15.

Icarius princeps Anemopylarum deficit a Latinis ad Romanos I, 410, 17. Ioannem magnum dominum Thebarum capit I, 411, 7. classi praeficitur I, 413, 15. eius frater pugna victus capitur I, 411, 17.

S. Ignatius plebem episcopis obedire iubet II, 464, 3.

Ignatius episc. Romam missus I, 462, 15.

Ignatius Rhodius monachus I, 295, 1.

imago Deiparae lacrimat II, 81, 19. S. Georgii sanguinem profundit II, 82, 5. urbis Cpoleos terrae motu deiicitur II, 234, 16.

imber ingens II, 268, 15.

incendium Galatae duplex Gregorio patriarcha II, 178, 6. Cpoleos ib. 8. 581, 7.

indictiones Graeci a Septembri numerant II, 798.

insectum vivum auri insidens surditatis causa II, 453, 3.

Insula Principum a piratis occupata et vastata II, 324, 15.

Ioachimus Bulgarorum patriarcha legatus ad imperatorem missus Osphentisthlabum obsidem patri reducit II, 267, 12. ab Osphentisthlabo necatur II, 265, 13.

Ioannes Batatza imp. Michaēlem Palaeol. custodiae mandat I, 21, 11. liberat I, 22, 8 sqq. Theodorum F. optime erudit I, 38, 11. contra Tocharos arces munit bellumque parat I, 134, 2. aegrotans sanitatem recuperat eleemosynis I, 70, 6. parcus I, 68, 6. vocatur Romanorum pater I, 69, 2. Annam Siculam senex ducit I, 181, 9. eius mors et tempus imperii I, 693. negligentiam custodum aerarii punit II, 296, 5. apparuisse creditur post mortem II, 400, 11 sqq. eleemosynarius dictus II, 401, 18.

Ioannes Theodori imp. F. patri

succedit admodum adolescens pupillus Muzalone tutore I, 39, 12. optimates ei insidiantur ib. 17. a tutore defenditur ib. 18. occiso Muzalone de tutela eius certatur I, 64, 5. Michaëlem Palaeol. tutorem declaratum I, 66, 12. imperii collegam admittit I, 81, 15. 96, 15. coronatione frustratur I, 101, 13, 173, 18 sqq. exauctoratur a tutore I, 127, 11. excaecatus I, 191, 18. in arcem Dacibyzae includitur I, 192, 9. eius amici multantur ib. 20. Pseudoioannes imperator declaratus a Zygenis ad Persas fugit I, 193, 17. 206, 1.

Ioannes Choeroboscus s. Matzucatus in carcerem coniicitur II, 442, 4 sqq. inde elapsus contra Persas feliciter pugnat ib. 16. de eius exitu varii sermones II, 443, 12 sqq.

S. Ioannis Damasceni corpus Arsenianis ad probandam ipsorum doctrinam conceditur II, 40, 6 sqq. eius de processione S. Spiritus testimonium II, 31, 13. 110, 16. explicatur a schismaticis ib.

Ioannes Glycys petitionum minister I, 164, 19. mittitur legatus in Cyprum et Armeniam II, 205, 6.

Ioannes Ephesinus absens tomi Gregoriani accusatoribus adscriptus II, 116, 4. adventu suo turbas auget II, 122, 12. testimonium sanae doctrinae Gregorio dari vetat II, 128, 2. 13. ab imperatore custodiae mandatur II, 129, 2 sqq. eius liberatio a Cosma patriarcha impeditur II, 298, 11 sqq.

Ioannes Lazorum princeps moritur II, 270, 9.

Ioannes magnus dominus Thebarum auxilia mittit Ioanni Notho I, 328, 4. vincitur et capitur ab Icario I, 411, 7. liberatus in patria moritur I, 414, 8.

Ioannes Michaëlis despotae F. nothus Achaiae principem Romanis prodit I, 84, 18 sqq. Megaloblachitis praeest I, 83, 6. fines Romanos incursat I, 307, 17. sebastocrator creatur I, 308, 13 sqq. Andronicum Tarchaniotam ab Andronico transfugam excipit I, 322, 5. obsessus clam elabitur I, 326, 8. Patras obsessas liberat I, 328, 4.

Ioannes Parastron legatus a papa ad imperatorem ecclesias conciliaturus I, 371, 2. II, 22, 2.

Ioannes Tarchaniota. v. Tarchaniota.

Ioannes Veccus. v. Veccus.

Ioannicius Cydon. v. Cydon.

Ioannicius Ternicopulus. v. Ternicopulus.

Iolante Theodori Palaeol. F. Aymoni Sabaudiae comiti nubit II, 773.

Iosephitae h. e. asseclae Iosephi ab Arsenianis impugnantur II, 39, 2 sqq. consentiunt cum iis in diiudicatione controversiarum per ignem II. 61, 1 sqq.

Iosephus uxorem habens clero domestico Irenes imp. adscriptus I, 304, 3. monachus et confessarius imperatoris I, 256, 2. dissuadet imperatori ne absolutionem a Germano accipiat I, 290, 17. eligitur patriarcha I, 304, 3. eius mores et ingenium ib. imperatorem anathemate solvit I, 306, 11. factionem contra se conflatam opprimere conatur I, 314. 6 sqq. proficiscitur in Orientem monachos sibi conciliaturus I, 338, 12. ecclesiarum pacem impedire studet I, 379, 10. exauctoratur I, 398, 6. comiter agit cum Vecco successore suo I, 413, 19. relegatur Chelam I, 419, 1. imperatori offenso satisfacit I, 506, 17. decrepita aetate suae in thronum restitutioni assentitur II, 16, 16. tantum non examinis portatur ad patriarchales aedes II, 19, 12. eius ministri pro arbitrio agunt II, 20, 15. obit II, 38, 16.

Irene Theodori imp. F. nubit Constantino Techo I, 36, 1. virum contra Michaëlem imp. concitat I, 210, 3.

Irene Asanis vidua v. Palaeologa Irene.

Irene Montisferrati marchionis F. nubit Andronico imp. viduo II, 87, 13. coronatur II, 88, 1. nuptias Ioannis F. cum filia praefecti canicleo differri cogit II, 287, 10. tandem in eas consentit II, 378, 20. Thessalonicam profecta ib. 18. cogit copias in subsidium imperatoris II, 557, 6.

Isaacius episc. Smyrnensis I, 126, 10.

Isaac episc. Ephesinus confessarius Michaëlis imp. I, 451, 9. in-

fensus Vecco patriarchae I, 479, 9. procurat promulgari novellam de stauropegiis I, 452, 9.

Isaacius Melecus Persarum satrapa in Catelanos perfidus II, 591, 1. se iis purgat ib. 15 sqq. in Asiam traiectus cum imperatore tractare pergit II, 592, 5. 608, 14. persuadet Persis ut Amogabaros deserant II, 631, 13. traditus Amogabaris poenas dat II, 632, 9.

Ithamar Nicephori despotae F. Michaëli Andronici F. sponsa offertur II, 200, 17 sqq. eae nuptiae ab episcopis propter consanguinitatem non admittuntur II, 201, 11. Philippo regis Apuliae nepoti nubit II, 202, 3.

Iudaei ad carnificis ministerium adhiberi soliti II, 229, 1.

Iustinianeus pons super Sangarim II, 330, 19.

Iznicmid Arabibus dicta Nicomedia, et Iznic Nicaea II, 831.

Kanis Tocharorum Cazanes II, 456, 11. id vocabulum diversum a Chane II, 689.

Kublai Mogulensis imperator II, 814

Laceras primus in moenia Cpoleos escendit I, 142, 18.

Lachanas e subulco fit dux exercitus I, 430, 18. Constantinum Bulgariae regem victum occidit I, 432, 8. Maria eius vidua in matrimonium ducta coronatur rex Bulgariae I, 441, 9 sqq. crudelis in captivos I, 445, 10 sqq. rebellant in eum Bulgari eiusque uxorem dedunt Romanis I, 446, 14. Ternobum obsidet I, 466, 3. Romanos bis vincit ib. 9. supplex a Noga trucidatur ib. 20 sqq. Pseudolachanas fraude deprehensa in carcerem coniicitur II, 188, 14 sqq. 192, 4.

Laminses dux Persarum bello infestat loca Cpoli adiacentia II, 316, 9.

laqueo reos strangulare Italorum non Graecorum moris II, 425, 18.

Lardea arx ab Osphentisthlabo munita II, 558, 19 sqq.

Latini Cpoli pelluntur I, 144, 11. proelio navali a Romanis vincuntur I, 334, 8. admissi ad communionem pace ecclesiarum facta I, 399, 17 sqq. eorum clades ad Bellagrada I, 508, 4 sqq. capti in triumpho ducuntur et carceri mancipantur I, 515, 17 sqq.

Laura locus I, 414, 4.

Lazarus Gorionites excaecatus interest conventui Atramyttiensi II, 59, 14. vocatur ab Andronico imp. ad colloquium nocturnum II, 354, 14.

legati Michaëlis imp. ad papam I, 168, 14. 209, 16. 384, 10. 505, 7. ad Tocharos et Aethiopes I, 174, 3. ad regem Pannoniae I, 317, 14. ad cralem Serbiae I, 351, 1. ad regem Franciae I, 361, 5. papae ad imperatorem I, 369, 9. 398, 4. Andronici imp. ad papam infecta re redeunt II, 243, 7. legati gentium exterarum ab imperatoribus in atrio excipi soliti II, 665.

leges Tocharorum earumque lator I, 345, 16.

Lemnus expilatur a Rontzerio II, 436, 19.

Leo praefectus orphanotrophii legatus ad Venetos II, 243, 9.

Leo III papa non admittit additionem ad symbolum quoddam I, 669.

Leovitius praedicens ex eclipsibus futura vanitatis notatus I, 719.

Libadarius protovestiarita et Sardibus praefectus sollicitus propter rebellionem Philanthropeni II, 220, 18. cum Cretensibus de eius proditione agit II, 223, 8. contra eum ducit II, 226, 5. eum proditum sibi capit ib. 16. Iudaeis excaecandum tradit II, 229, 1. ob rem bene gestam honoribus augetur II, 231, 17.

logariastae quale officium sit II, 700.

Lucas episc. Bizyensis II, 377, 11.

Lucas praepositus monasterio Pantepoptae II, 185, 12.

Ludovicus Cellotius defensus I, 613.

lunae eclipsis visa a. Chr. 1302 II, 791.

Macarius Columba accusatus perduellionis poenas dat I, 489, 8. excaecatus interest conventui Atramyttiensi II, 59, 14. vocatur ab Andronico imp. ad colloquium nocturnum II, 354, 14.

Macarius episc. Pisidiae I, 267, 10.

Macarius Achridensis benedicit nuptiis cralis cum Simonide II, 285, 19.

Machrama Rontzerii iussu interficitur II, 437, 7.

Macronus cubicularius excaecatus I, 207, 14.

Madytus arx ab Amogabaris expugnatur II, 578, 1. 602, 7.

Magedones Romanis subiecti I, 220, 6. vexantur a Persis I, 311, 7.

Magnesia ad Hermum delecta ad custodiam Ioannis principis I, 39, 18. servatur ibi pecunia publica I, 71, 7. occupatur ab Attaleota II, 428, 10.

Magnesienses rebellantes contra Rontzerium II, 439, 6. diu ab eo obsessi II, 440, 6. tandem liberantur II, 480, 12.

magnus dominus princeps Thebarum I, 328, 4. 655.

Maius de Belicurto Theodori imp. filiam ducit I, 180, 19.

Manda s. Mercurius domesticus ecclesiae in Apuliam missus I, 475, 16.

Manfredus Apuliae rex Michaëlis Angeli despotae gener I, 82, 20. auxilia socero mittit I, 83, 3. 89, 9. a papa deficiens debellatur a Carolo fratre I, 185, 7. regno spoliatur I, 317, 10.

Mantachias Persa Tralles capit I, 472, 8.

Manuël Genuensis Phocaeae dominus I, 420, 5.

Manuël patriarcha pro Michaële Palaeol. apud Ioannem imp. intercedit I, 22, 8. consentit in obedientiam erga papam I, 374, 5.

Manuël episc. Thessalonicensis non consentit in coronationem solius Palaeologi Ioanne puero excluso I, 102, 4 sqq.

Nicolaus Manuëlites praefectus Nicaeae I, 246, 18.

Marcus Hierae monachus I, 290, 6.

Marcus monachus commentarium edit II, 117, 14 sqq.

Maria regis Armeniae F. sponsa destinatur Michaëli Andronici F. II, 205, 13. aegrotans in itinere Rhodum defertur ib. 20. eiurato ritu patrio ungitur II, 206, 8.

Maria Eulogiae Palaeol. F. v. Palaeologa Maria.

Maritza fl. II, 562, 7.

Marmaritziensis licet simoniacus unicus tamen indubiae ordinationis episcopus ab Arsenianis iudicatur II, 356, 2. 761.

Marmutzas dictus Germanus patriarcha I, 282, 7.

Marpu vox coelitus missa I, 27, 17 sqq.

Martinus IV papa Michaëlem imp. excommunicat I, 505, 7. 18.

Martius mensis a Pachymere plerumque Cronius semel Boëdromion dictus II, 665.

Marules magnus archon milites aegre continet ab ulciscendis iniuriis Catelanorum II, 417, 3 sqq. Persas fugat ib. 14. spolia Catelanis concedit II, 418, 10. mittitur ad arcessendos Cpolim Rontzerium eiusque socrum I, 505, 16. magnus dux creatus decipitur a Romoforto II, 587, 3 sqq. iubetur Thasi arcem recuperare II, 638, 9. Aeni arcem obsessam liberare ib. 18.

Maryandeni vexantur a Persis I, 221, 10 sqq. cantus lugubris artifices 1, 653.

Maurozomas suspectus impudicae consuetudinis cum matrona principe multatur II, 156, 5.

S. Maximi martyris verba de processione S. Spiritus ut spuria reiciuntur II, 109, 13 sqq.

Maximus Planudes legatus missus ad Venetos II, 243, 7.

Megaloblachitae Ioanni despotae subiecti I, 83, 10.

Megistanum insigne magno logothetae concessum II, 59, 10.

Melas fl. II, 331, 1.

Meleae arx a Persarum obsidione liberatur II, 627, 16.

Melec sultan detentus ab imperatore I, 131, 5.

Melec Azatinis sultanis F. Tocharorum Kanem sibi conciliat II, 327, 17. satrapas Persarum sibi subiicit II, 328, 1. victus ab Amurio ad Persas fugit ib. 3 sqq. uxor eius Cpoli ad eum proficiscitur filiam ibidem relinquens II, 612, 10. Amurium supplicem trucidat II, 328, 20 sqq. ab Hale Amurii F. occiditur II, 329, 16.

Meletius multandus Romam missus I, 462, 15.

Meletius cognomento Sanctus lingua privatus cooperatur restitutioni Iosephi II, 17, 5 sqq.

Melias Iasites ignominiose tractus per urbem I, 394, 8.

Meliteniota archidiaconus adiuvat reconciliationem ecclesiarum I, 374, 9. dignitate in perpetuum privatur II,

21, 19. Vecco socio carceris mortuo adiungitur Metochitae II, 271, 2.
Melotino cralis Serbiae F. despondetur Anna Michaëlis imp. F. I, 350, 18. 583.
Menas monachus renuntiat Andronico imp. vaticinium Athanasii expatriarchae II, 359, 4. 472, 12.
Mepe Iberiae Ioannis despotae filiam notham ducit I, 216, 14.
mesazon nomen magistratus I, 352, 16.
Mesembrea Andronico imp. tradita I, 350, 6. ab Osphentisthlabo occupatur II, 601, 4.
mesites i. e. primicerius notariorum I, 257, 7.
Mesothinia nomen legionis vel cohortis I, 310, 7. 581.
Methodius Cosmae patriarchae frater missus ad imperatorem II, 250, 5.
Methone I, 397, 13. portus oppositus Coronae I, 676. terrae motu concussa II, 393, 3.
Metochita archidiaconus dignitate privatur II, 21, 19.
Theodorus Metochita logotheta agelarum legatus in Cyprum et Armeniam II, 205, 6.
Michaël despota imperium affectat I, 81, 19. Romanos vincit I, 89, 4. ad pacem inclinat I, 107, 11. cum Ioanne despota foedus facit I, 215, 1.
Michaël antea Demetrius dictus fit gener imperatoris et despota I, 242, 18. 439, 13. Terteris filiam ducit II, 304, 3 sqq. ab expeditione Michaëlis imp. morbo recedere coactus II, 315, 10. imperatori suspectus II, 396, 1. convictus carceri perpetuo addicitur II, 407, 16 sqq.
Michaël Constantini regis Bulgariae F. paternum regnum frustra recuperare studet II, 265, 16.
Michaël Ioannis sebastocratoris F. a Nicephoro despota fraude captus II, 72, 9. imperatori venditur ib. 12. carceri addicitur ib. 14. fugam frustra meditatur II, 75, 19. carceri ignem subiicere satagens interficitur II, 76, 7. idem etiam Comnenus vocabatur II, 201, 6.
mitris honorantur episcopi Graeci a Rom. pontifice I, 397, 19.
Mitylene expilatur a Rontzerio II, 436, 19.
Mocessi episc. missus ad Arsenium exsulem I, 286, 14.
monachi rebellionem Philanthropeno suadentes excaecantur II, 229, 4. toto anno ieiunare iubentur ab Athanasio II, 618, 1.
monasteria destructa restaurantur a Michaële imp. I, 164, 10.
monasterium Acatonii I, 27, 19. Agalmatis I, 112, 1. S. Andreae in Crisi II, 85, 20. 133, 15. Aristinae ib. 14. Archistrategi II, 182, 13. S. Basilii II. 38, 17. Christi Benefactoris I, 365, 9. Cosmidii I, 475, 10. Dei qui est I, 342, 4. S. Diomedis I, 113, 14. Fontis I, 141, 15. Galesii I, 291, 1. Hierae I, 290, 6. Hodegorum I, 402, 16. Laurae II, 203, 7. S. Lazari II, 17, 8. 238, 3. Lipsae II, 378, 15. Magni Agri II, 203. 7. Manganorum I, 459, 2. S. Michaëlis archangeli I, 449, 6. Mosele II, 138, 2. 353, 20. 593, 15. Nigri montis I, 280, 9. Oxeense I, 270, 20. Pammacaristae II, 284, 1. Pantepoptae I, 315, 4. Pantocratoris I, 273, 12. Peribleptae II, 596, 1. Praecursoris I, 193, 3. Salvatoris I, 120, 5. 125, 19. Sanidum II, 214, 12. Sosandrorum I, 126, 7. Theologi I, 124, 14. Xeropotami I, 126, 11.
Monembasia Romanis subiecta I, 205. 5.
Monembasiotae ne Mpyrigerium ulciscantur prohibentur ab Andronico imp. II, 504, 11.
moneta aurea non pari semper pretio II, 493, 17.
Monoconstantinus episc. Neocaesareae missus ad Arsenium I, 286, 13.
monopolia annonae plebem affligunt II, 461, 2. a patriarcha tolli non possunt ib. 6.
montani rebellantes contra Michaëlem imp. ob Ioannem excaecatum oppugnantur I, 193, 17.
Morea s. Moreum dicta Peloponnesus I. 180, 19. 586.
Moschampar. v. Georgius.
Mosynes vexantur a Persis I, 311, 11. 586.
Mpyrigerius Tentza dictus a suis Mpyrigerius de Intensis Catelanus cum classe Madytum appellit II, 484, 16. Andronico imp. commendatus a

Rontzerio II, 485, 5. 492, 4. ab imperatore arcessitur II, 496, 8. magnopere honoratur ib. 18. fide imperatori sponsa creatur dux magnus II, 499, 2 sqq. offensus eius erga Catelanos liberalitate II, 503, 4. Callipolim redit ib. 10. ab eo obsessus per dolum inducias impetrat II, 528, 3. dux classis Amogabaricae frustra conatur Genuenses sibi conciliare II, 535, 14. proelio vix commisso deditionem sui facit II, 541, 5. Genuam abductus II, 578, 15. aufugit ad Catelanos Andronicum oppugnantes II, 640, 12. proelio civili ad Cassandream coorto occiditur II, 652, 1 sqq.

Mugulii i. q. Tochari I, 344, 15.

mutus surdusque subito sanatus II, 401, 5. 452, 15.

Muzalo hetaeriarcha ab Atmane victus Nicomediam se recipit II, 333, 13.

Andronicus Muzalo magnus domesticus Cloistam Raŭlis F. ducit I, 24, 2. occiditur I, 60, 6 sqq.

Georgius Muzalo protovestiarius Theodoram Cantacuzenam ducit I, 23, 20. declaratur Ioannis pueri tutor I, 39, 12. invidiam in se conflatam frustra studet placare I, 40, 15. trucidatur a seditiosis I, 60, 6 sqq.

Stephanus Muzalo magnus drungarius missus ad conciliandos Catelanos ac Genuenses perit II, 398, 12 sqq.

Theodorus Muzalo logotheta generalis I, 495, 15. propter pertinaciam in schismate iussu Michaëlis imp. punitus resipiscit I, 496, 5. suadet Andronico imp. restitutionem schismatis II, 15, 5. comburendum offert libellum quo ecclesiarum paci assentitur II, 26, 8. honoratur magnopere II, 59, 9. Arsenianis favet ib. colloquio cum Vecco interest II, 90, 5. commentarium Marci monachi reprobat II, 118, 17. libello perscribit laudes Athanasii patriarchae II, 145, 3 sqq. eum libellum improbat comburitque II, 177, 9. filia eius Constantino imperatoris F. nubit II, 180, 9 sqq. moribundus veniam petit a laesis clericis I, 192, 10 sqq. monachi habitu indutus obit ib. sepelitur Nicaeae in monasterio Tornicii II, 193, 2.

Mytzes Mesembream Michaëli imp. tradit I, 350, 5. eius filius Ioannes imperatoris filiam ducit et fit rex Bulgariae ib. 12. 435, 13. 438, 16.

Myzaces rebellionem machinatur contra Andronicum imp. II, 593, 7.

Nastratius Amurii Halis frater dia apud Romanos obses II, 327, 10.

navalis potentia Romanorum negligentia pessumdatur II, 69, 8.

Neadis Speculae locus ab Alanis occupatus II, 575, 6.

negligentia custodum aerarii punita ab Ioanne imp. II, 296, 5.

Neophytus monachus comes Athanasii Alexandrini in Armeniam legati II, 204, 5.

Nicaea falso nuntio turbata I, 244, 7. obsidetur II, 412, 18.

Nicander Larissensis loco motus Chalazae opera eum ulciscitur II, 66, 2.

Nicephorus Ephesi episc. patriarcha factus I, 117, 2. obit Nymphaei I, 126, 12.

Nicephorus Michaëlis despotae F. Strategopulum capit I, 89, 11. Annam Eulogiae F. ducit I, 243, 6.

Nicephorus episc. Cretensis Cpolim fugit II, 241, 13. legatur ab imperatore ad Venetos ib. a synodo ad Ioannem Cosmam II, 349, 13. irae imperatoris incurrit II, 377, 9.

Nicetas Heracleota mittitur a synodo ad Arsenium I, 113, 13.

Nicetas Thessalonicensis in Dyrrhachiensem thronum promovetur I, 126, 15. Dyrrhachium terrae motu destructum relinquit I, 357, 17. Theoleptum Philadelphiensem reprehendit II, 248, 6.

Nicetas Maroniensis e chartophylace Thessalonicensis episc. processionem S. Spiritus docet II, 28, 17.

Nicolaus III papa a Pachymere lapsu memoriae Urbanus dictus I, 461, 10. 763.

Nicolaus Alexandrinus depositionem Arsenii patriarchae reprobat I, 27, 20.

Nicolaus monachus episc. Prusae factus II, 88, 3 Romanorum communionem improbat ib. 9. ob id reprehenditur a Vecco ib. 16. exarchoratur a Gregorio Cyprio patriarcha II, 183, 3 sqq.

Nicomedis epigramma II, 661.
Nicomedia obsidetur II, 412, 16.
Niger mons I, 280, 9.
Nili pseudomonachi Siculi prava doctrina I, 218, 16.
Nogas dux Tocharorum sibi regnum condit I, 344, 13. delenitur ab imperatore I, 344, 7. Lachanam supplicem trucidat I, 466, 20. auxilia imperatori mittit I, 525, 8. victus occiditur a Tuctai II, 263, 15 sqq.
Gregorii Nostongi arrogantia I, 65, 12.
Nostongus Ducas ex primicerio aulae magnus hetaeriarcha creatus II, 428, 14. ab Attaleota Magnesia excluditur II, 429, 2. imperiose tractatur a Rontzerio ib. 5 Cpolim secedit ib. 10. accusando Rontzerio imperatorem irritat II, 430, 10. dignitatibus privatus in custodiam datur II, 433, 5. eius scriba ignominiose tractatur ib. 1.
Nostongonissa monacha Arsenianorum factioni addicta I, 292, 7.
novella Andronici imp. de ordinationibus II, 200, 7.
Octai secundus imperator Mogulensium II, 807.
Oenaeota lampadarius ad Arsenium amicum missus I, 290, 3.
omen ex evangelio sumptum II, 146, 11. e nomine Arsenii II, 147, 9.
Opicius Spinola dux Gibellinorum II, 598, 13. 773.
optimatibus praefectus Michaël Palaeol. I, 24, 15.
Orestias obsidetur ab Amogabaris II, 603, 11.
Oreum captum a Romanis I, 205, 3.
Orthodoxiae dominica II, 32, 10. 281, 5.
Ortogrules Othmanis pater quo anno mortuus sit II, 829.
osculo invicem se salutare die Paschae Graeci solent II, 49, 6.
Osphentisthlabus Terteris F. obses apud Romanos II, 267, 12. patri redditur ib. 15. Encone ducta ditatur dotali pecunia II, 265, 1. Bulgariae regnum affectat ib. 7. Tzacam levirum circumventum trucidat ib. 10. Ioachimum patriarcham interficit ib. 13. rex Bulgarorum fit ib. 15. Terterem patrem a Romanis redemtum in regnum non restituit II, 267, 5. contra Romanos arma movet II, 406, 4. arces ab Eltimere receptas munit II, 558, 19. Anchialum et Mesembream occupat II, 601, 2. cum Agathopolitanis de deditione transigit ib. 5. Alanis auxilia mittit ib. 6. foedus cum Catelanis facit II, 606, 16. Michaëlis imp. filiam in matrimonium petit II, 628, 12.
Othmanis genus ex monumentis Arabum II, 826.
Oxea insula I, 270, 20.
Pachomii ager I, 488, 8. 532, 5.
Georgius Pachomius imperatori suspectus excaecatur I, 487, 15.
Georgius Pachymeres ubi natus et educatus sit I, 11, 1. protecdicus et dicaeophylax ib. 4. qua fide historiam scripserit ib. 6 sqq. legatur ad Arsenium expatriarcham I, 285, 19. periclitatur ad Galenolimena I, 288, 16. adiuvat Iasiten in componendo libello pro schismaticis I, 380, 5. Vecci patriarchae abdicationem litteris consignat I, 455, 5. ad Gregorium patriarcham mittitur II, 126, 12. promittit ulteriorem hac historiam II, 650, 15.
Palaeologi:
Andronicus Michaëlis imp. F. I, 159, 17. Annam Pannoniae regis F. ducit I, 318, 5. coronatur imperator cum uxore ib. 17. expeditio eius in Orientem I, 468, 21. Tralles restauratas Andronicopolim vocat I, 469, 2. patri moribundo eucharistiam ministrandam curat I, 530, 16. imperare solus incipit II, 11, 1. animo deficit ab auctoritate ecclesiae II, 12, 5. primus subscribit litteris regiis addito mense II, 13, 2. manum habet in scribendo paternae similem ib. 16. consensum suum in ecclesiarum pacem reprobat II, 14, 5 sqq. Iosephum in thronum restituit II, 16, 15. patrem mortuum catu funebri dignari vetat II, 36, 12. 121, 5. inter Iosephitas et Arsenianos medius II, 42, 13. Georgium Cyprium evehit ad patriarchatum II, 43, 1 sqq. pacem facit cum Tertere II, 57, 3. Asani titulum despotae Romaidis concedit ib. 13. factionibus pacandis conventum indicit ib. 18 sqq. convenit cum Arsenianis ut eorum controversiae divino ostento decidantur II,

60, 10 sqq. laetatur reductis ad frugem Arsenianis II, 62, 13. resilientes a pactis ancipiti quaestione implicat II, 63, 6. aegre fert fugam Cotanitzae II, 67, 12. Michaëlem Ioannis Ducae F. sibi prodendum curat ib. 13. Tarchaniotam cum copiis Demetriadem mittit II, 68, 4. rem navalem negligit II, 71, 2. Michaëlem captum carcere detinet II, 72, 9. Arsenianos reconciliare iterum frustra tentat II, 81, 13. ducit secundam coniugem Irenen Montisferratensis marchionis F. II, 87, 13. Vecci cum patriarcha disputationi interest II, 89, 19. ab Ioanne Lascaris F. excaecato impetrat ut iuri imperii renuntiet II, 103, 16. Blachos sibi suspectos vexat II, 106, 4. ossa patris Selybriam transferri curat II, 107, 14. Gregorio patriarchae abdicationem suadendam curat II, 121, 13. 126, 1. eum orthodoxum declarat II, 129, 2 sqq. rursus tentat reconciliationem Arsenianorum II, 134, 13. Ioannem Tarchaniotam varie vexatum tandem tanquam imperium affectantem in carcerem coniicit II, 135, 7 sqq. Nymphaeum se confert II, 153, 3. Michaëlem filium in imperium evehere studens repulsam patitur a clero II, 197, 12. edit novellam de ordinationibus II, 199, 6. eius facilitas rei publicae perniciosa II, 208, 15. Cretensi militia utitur II, 209, 3. subditos tributis exhaurit ib. 9. Philanthropenum rebellem placare studet II, 229, 9 sqq. ea seditione oppressa Deiparam veneratur II, 230, 17 sqq. instaurat iudicia II, 236, 18. legatos ad Venetos mittit II, 243, 7. criminationes sui diluit oratione ad populum II, 245, 3. sultanem fratris titulo appellare non gravatus Romanum pontificem vocare patrem non sustinet II, 246, 13. perturbatur ob anathema ab Athanasio sibi intortum II, 250, 17. Ioannem Tarchaniotam Orienti praeficit II, 258, 1. Osphentisthlabo regnum Bulgariae affectanti adversatur II, 265, 16. crali Serbiae Eudociam sororem et ea recusante propriam filiam offert in matrimonium II, 272, 14 sqq. Thessalonicam profectus II, 278, 9. patriarcham eludit II, 281, 4. cralem honorifice excipit II, 286, 14. reversus Cpolim Cosmam exorat ut patriarchatum resumat II, 292, 7. Ioannem Ephesinum in integrum restituere studet II, 298, 11. a Cosma alienatus II, 292, 7. ei reconciliatur II, 302, 7. a Venetis oppugnatus II, 322, 13 sqq. pacem cum iis init II, 326, 16. abdicatione Ioannis Cosmae conturbatur II, 343, 14. Cuximpaxis opera utitur ad coercendos Persas II, 345, 5. ad Arsenianos se inclinat II, 353, 15 sqq. Athanasium in thronum restituere satagens episcopos ei reconciliare studet II, 365, 13 sqq. a Ioanne Cosma minis anathematis constringitur II, 376, 5. Athanasio patriarchatum reddit II, 382, 18. annua stipendia intervertit II, 390, 2. Rontzerium operam suam contra Persas offerentem admittit II, 395, 3. magnos in eum honores confert ib. 9 sqq. Osphentisthlabo Eltimerem opponere studet II, 406, 14. bona Michaëlis despotae Michaëli F. donat II, 408, 17. filium contra Osphentisthlabum mittit II, 407, 9. orationem habet ad reconciliandos Arsenianos II, 461, 15. insolentia eius in patrem matrem et priorem coniugem II, 465, 15. Rontzerium et Catelanos obiurgat II, 486, 5. indicium adversus eos delatum negligit II, 489, 12 sqq. pecuniam in Rontzerium profundit II, 493, 10. monetam publicam adulterat ib. 17. arcessit et splendide excipit Mpyrigerium II, 496, 8. cogitur offerre Rontzerio summas dignitates II, 505, 9 sqq. Catelanos concione terrere conatur II, 514, 7 sqq. Constantini fratris filium panhypersebastum creat II, 516, 17. Rontzerium demulcet II, 517, 13. Genuensium societate excidit II, 544, 19. tumultuantem populum concione castigat II, 546, 5. connivet ad Athanasii patriarchae in ecclesiasticos acerbitatem II, 559, 10 sqq. Catelanos ad pacem frustra invitat II, 564, 10. arces Orientales periclitantes adiuvat II, 588, 8. legatos mittit ad Carmpantanem ib. 11. ad Genuenses II, 591, 1. Hilarionem monachum protegit II, 596, 1 sqq. Athanasio Cpolitano nimio indulget II, 615, 5. Genuensium cum Cate-

lanis pacem turbare frustra conatus ab illis conciliari Catelanis petit II, 624, 13 sqq. Osphentisthlabum affinitatem suam petentem differt II, 628, 12. Bizyam servat II, 630, 15. Rhodios contra Frerios Hierosolymitanos adiuvat II, 635, 19. Marulem mittit ad loca nonnulla recuperanda II, 638, 9. Gidam et Tzimen in partes suas tentat allicere II, 641, 7. quando natus et mortuus sit II, 776.

Andronicus viduam Andronici Muzalonis ducit I, 109, 10.

Andronicus protostrator in carcere mortuus annua memoria honoratur II, 207, 7.

Anna Michaëlis imp. F. desponsa filio cralis Serbiae cur non nupserit I, 350, 16 sqq. Michaëli despotae iuniori nubit I, 440, 9.

Anna Eulogiae Palaeol. F. v. Anna.

Constantinus Michaëlis imp. frater sebastocrator et Caesar creatus I, 108, 3.

Constantinus Porphyrogenitus Michaëlis imp. F. I, 183, 16. missus cum exercitu in tractus Occiduos I, 474, 10. Cotanitza capto redit I, 497, 10. eum servare studet I, 498, 3. Andronico fratre in regnum evecto vestes purpureas deponit I, 499, 18. Athanasio monacho favet II, 108, 6. praemissus in Orientem II, 153, 1. turrim Nymphaei exstruit II, 226, 7. Maurozomam dire tractat II, 156, 5. Andronico imp. suspectus ib. 12. eius opes II, 157, 6. odium Andronici fratris incurrit II, 159, 20. carceri mancipatur II, 160, 5. Cpolim portatur II, 164, 19. ducitur Thessalonicam II, 279, 6. aegrotus se permittit Athanasio patriarchae II, 424, 6. eius filius panhypersebastus creatur II, 516, 17.

Constantinus despota Andronici imp. F. ex Anna Ungara II, 87, 7. Muzalonis protovestiarii filiam ducit II, 181, 13.

Helena Michaëlis F. Manfredi regis Apuliae uxor I, 83. 1.

Eudocia Michaëlis imp. F. nubit principi Lazorum I, 522. 18 sqq. marito mortuo redit Cpolim II, 270, 9. crali Serbiae nubere recusat II, 273, 9 sqq. coniugium filii cum Chumni filia probare se simulat II, 287, 10 sqq. ad id conciliandum profecta ad Lazos contrarium agit II, 289, 2.

Eudocia Pulcheriae mittit imaginem Deiparae a S. Luca pictam I, 160, 8.

Eulogia soror Michaëlis imp. ei carissima I, 127, 20. suadet ei ut Ioannem puerum in ordinem redigat I, 128, 19. favet impense schismaticis I, 379, 16.

Euphrosyna Michaëlis imp. F. notha nubit Nogae principi Tocharorum I, 344, 7. Asanem servat I, 467, 13. Enconen Mancusi F. e sacro fonte suscipit II, 265, 3.

Ioannes Michaëlis frater magni domestici dignitate ornatur I, 81, 1. missus in tractus Occiduos cum exercitu bene res gerit I, 106, 17 sqq. fit sebastocrator I, 107, 9. Caesar et despota I, 108, 3. mittitur adversus Michaëlem despotam I, 205, 7. eum vincit I, 214, 13. in Orientem ducit I, 215, 15. eius virtutes I, 216, 8. imperium tuetur I, 310, 2. regnantibus suspectus I, 320, 18. Ioannem Nothum debellat I, 324, 8. vincitur ab eo I, 328, 8. adiuvat classem contra Latinos I, 334, 8. deponit insignia despotae I, 335, 12.

Ioannes Andronici imp. F. creatur despota II, 197, 4. Chumni filiam ducit II, 378, 20. aedes Michaëlis Angeli dono accipit II, 409, 2. praefectus urbis II, 408, 3. fit marchio Montisferrati II, 598, 10 sqq.

Irene Michaëlis imp. F. nubit Asani I, 440, 1. Ternobi cupide excipitur I, 447, 6. inde fugit I, 448, 15. coniuge mortuo Cyzicum ad generum mittitur II, 421, 12. eum accusatum defendere satagit II, 431, 7. imperatori se Cpolim invitanti non obsequitur II, 505, 16. proditionis accusata custoditur II, 634, 11.

Irene Andronici imp. F. notha Ioanni duci Pelasgorum nubit II, 754.

Maria Eulogiae F. nubit Alexio Philae I, 108, 21. vidua Constantino Bulgariae regi nubit I, 342, 16. maritum concitat contra imperatorem I, 344. 5. schismati favet I, 427, 12. Aeliae patriarcham et sultanem Palaestinae sollicitat contra imperatorem I, 428, 1. Sphentisthlabum adoptatum interficit I, 430, 4. Lachanae nubit et iterum coronatur

regina Bulgariae I, 443, 2 sqq. imperatori dedita custodiae mandatur I, 447, 3 sqq.

Maria Michaëlis imp. F. notha desponsa Chalaü I, 174, 13. eum mortuum reperiens nubit eius filio ib. 21.

Maria Andronici imp. soror Carmpantani desponsa II, 620, 15. Atmanem minis irritat II, 637, 6.

Martha Michaëlis soror praestigiarum rea cruciatur I, 33, 21 sqq. monacha Arsenianis favet I, 292, 7. 294, 10. 13 sqq.

Michaël a Theodoro imp. in carcerem coniectus I, 25, 4.

Michaël magnus conostaulus I, 21, 2. Theodoro imp. suspectus coniicitur in carcerem ib. 11. liberatus I, 22, 8 sqq. summis honoribus ornatur I, 23, 10. ad Persas fugit I, 25, 14. reconciliatus imperatori dux mittitur Epidamnum ib. 21 sqq. imperii praesagium accipit I, 27, 17 sqq. vinctus reducitur a Chadeno I, 29, 14. fit tutor Ioannis principis I, 66, 12. magnus dux I, 68, 1. conciliat sibi populum largitionibus I, 71. 7. clerum I, 72, 12 sqq. impetrat despotae titulum I, 74, 7 sqq. declaratur collega imperii I, 81, 15. 96, 15 solvitur pristinis iuramentis I, 95, 4. arces in confiniis munit I, 99, 6. solus coronatur I, 101, 13 sqq. legatos undecunque accipit I, 105, 20. fratres et reliquos proceres honorat I, 107, 9. 108, 3. Selybriam capit I, 110, 5. Galatam frustra oppugnat I, 122, 1. puerum collegam exauctorat I, 127, 11 sqq. eius post expugnatam Cpolim concio I, 153, 9. restituit Arsenium in patriarchatum I, 172, 2. iterum coronatur I, 173, 15. cum Tocharis et Aethiopibus foedus init I, 174, 13 sqq. sorores Ioannis principis viris collocat I, 180, 15. Annam viduam Ioannis imp. ducere cogitat I, 181, 9. moenia Cpoleos restaurat I, 186, 11. puerum collegam excaecat I, 191, 18. ob id excommunicatur a patriarcha I, 203, 2. Bulgaros debellat I, 210, 1. ab insidiis Azatinis sultanis graviter periclitatur I, 231. 19 sqq. patriarcham accusat I, 257, 5. damnatum et depositum I, 268, 6. in Oxeam insulam relegat I, 270, 12. concio eius contra Arsenianos I, 273, 14. Germanum in patriarchatum promovet I, 278, 17. clam adigit ad abdicandum I, 296, 13 sqq. Barlaamum excaecatum perpetuo carceri addicit I, 302, 4 sqq. Iosephum patriarcham creari curat I, 304. 3. ab eo solvitur anathemate I, 306, 11. Andronicum F. collegam imperii assumit I, 318, 17. cum rege Bulgarorum foedus componit I, 342, 16. Nogam principem Tocharorum sibi conciliat affinitate I, 344, 7. Mesembream accipit I, 350, 6. affinitatem cralis Serbiae frustra tentat I, 350, 17. legatos ad regem Francorum mittit I, 361, 5. parat contra Carolum I, 364, 3 sqq. ad ecclesias conciliandas animum applicat I, 369, 9 sqq. Veccum in suas partes pertrahit I, 380. 16. clerum varie urget ad pacem admittendam I, 386, 7 sqq. legatis Romam missis rem conficit I, 395, 16 sqq. Gregorium papam proclamari curat I, 399, 16. Veccum patriarcham facit I, 402, 20. Icarium classi praeficit I. 413, 15. Genuensium fastum deprimit I, 419, 10. Asanem regem Bulgariae facit I, 440, 4. promulgat novellam de Stauropegiis I, 452, 1. Veccum exauctoratum in patriarchium reducit I, 455, 13. episcopos quosdam Romam mittit puniendos I, 462, 15. expeditionem ad Sangarim suscipit I, 502, 1. se excommunicatum a Martino papa aegre fert I, 505, 7. Latinos captos triumpho per urbem traducit I, 515, 2. 17. Lazorum principem generum facit I, 520, 19. Tocharos arcessit contra Ioannem sebastocratorem I, 524, 16. in mari periclitatur I, 527, 3 sqq. obit I, 528, 15 sqq.

Michaël Andronici imp. F. infans insignibus imperii ornatur II, 87, 7. coronatur imperator II, 195, 1. Mariam Armeniam ducit II, 205, 13. cum patre proficiscitur Thessalonicam II, 279, 3. redit II, 290, 8. in Orientem missus rem male gerit II, 310, 7 sqq. fugit Pergamum II. 318, 2. Pegas transit I, 391, 1. ibi aegrotans a Deipara sanatur ib. 5 sqq. Cpolim redit II, 405, 7. contra Osphentisthlabum ducit II, 445, 10. recentibus coactis militibus II, 446, 7 sqq. Bulgaros infestat II, 447, 7.

Osphentisthlabo et Eltimeri resistit II, 481, 1. Rontzerium splendide excipit II, 523, 10. victus a Catelanis II, 549, 3. arce Didymotichi se continere cogitur II, 562, 13. coërcetur a patre temeritas eius II, 608, 5.

Theodora vel Theodosia Marthae Palaeol. et Tarchaniotae F. Balanidiotae desponsa Caballario nubere recusat I, 33, 21 sqq. Balanidiota marito mortuo monacha fit et Arsenianis favet I, 296, 5.

Theodora Michaëlis imp. vidua quaerit e patriarchis quid a se factu opus sit ad iuvandam animam viri defuncti II, 16, 8. exigitur ab ea ne postulet ei persolvi iusta funebria II, 55, 5. cogitur renuntiare conventioni ecclesiarum ib. 121, 5 sqq. Theodoro F. titulum despotae frustra expetit II, 181, 14. queritur de custodia Constantini F. II. 188, 1. mortua splendide sepelitur II, 377, 19.

Theodorus despota Andronici imp. ex Irene F. II, 598, 12.

Theodorus Andronici imp. frater nunquam impetrat titulum despotae II, 181, 14. sebastocratoris dignitatem respuit II, 182, 3.

panhypersebasti ornantur insignibus gilvis II, 517, 4.

Paniensis episc. Romoforto operam navare creditus ultro imperatorem adit II, 623, 7.

Pannoniae rex captivam aliquam ducit uxorem I, 318, 2.

Pantepopteni monachi Iosepho patriarchae infensi I, 315, 4.

Pantoleon mercator filiam adoptivam Osphentisthlabo collocat II, 265, 1.

papias cuius dignitatis nomen sit I, 588.

Papylae urbis custodia magno tzaûsio commendata II, 13, 2.

Parasceue dies mortis Michaëlis imp. I, 532, 7.

Pegae urbs lue desolatur II, 415, 4. multatur ab imperatore ob intromissum Rontzerium ib. 8.

Peloponnesus terrae motu concussa II, 393, 3.

pensiones ab Andronico imp. interversae II, 390, 2.

penulae sacrae antistitum damnatorum discerptae II, 52, 16.

Perdikas medicus naso truncatus I, 487, 9.

Pergamenus episc. recusat subscribere novellae de ordinationibus II, 200, 11.

Persae Philanthropeni partes secuti poenas dant II, 227, 14. imperii fines incursant II, 232, 1. movente contra se Michaële iuniore terrentur II, 311, 1 sqq. eum in fugam vertunt II, 312, 4 sqq terras et maria latrociniis infestant II, 343, 20. duces subinde mutant II, 346, 12. ipsam Cpolim trepidatione implent II, 388, 5. suburbana desolant II, 410, 18. a Choerobosco fugantur II, 443, 8. eum victum occidunt ib. 15. ab Alanis vincuntur II, 452, 8. a Catelanis fraudantur II, 572, 15. proelio navali caeduntur a Murisco II, 573, 6. Thraciam vastant cum Latinis coniuncti ib. 15. Cubuclea capiunt II, 580, 7. Atina duce in Occidentem transeunt Amogabaris militatum II, 585, 14. ab Hilarione vincuntur II, 596, 1 sqq. in Rhaedesti oppugnatione dimicandi acrimoniam remittunt in gratiam Andronici imp. II, 613, 13, eorum duces Amogabaris suspecti in carcerem coniiciuntur II, 631, 18 sqq. e castris Amogabarorum aufugiunt II, 633, 16. Carmpantanis adventu territi fugae se mandant II, 651, 7.

Pharendas Tzimes Romanis contra Persas opem fert II, 393, 10. Catelanorum iniurias cohibere frustra conatus ab iis recedit II, 399, 10. Madytum capit II, 578, 1. 602, 7. rex Siciliae nominatur II, 604, 16. duras imperatori pacis conditiones proponit II, 625, 16. Brysis arcis obsidionem solvit II, 629, 8. Bizyam obsidet ib. 13. meditatur transitum in partes imperatoris II, 634, 3. consilium mutatum dissimulat ib. 6, imperatori sororis eius proditionem defert ib. 11. Romanos impedit ne Mpyrigerii navem capiant ib. 20. detegitur eius fraus II, 635, 5. Aeni arcem cuniculis oppugnat II, 639, 1. Mpyrigerio se et socios subiici boni consulit II, 640. 8. iterum promissis tentatur ab imperatore II, 641, 9. victus capitur a Romoforto II, 652, 4. dimissus supplex a magno domestico servatur ib. 10.

Pharentzanezas Amogabarus transfuga ab Andronico benigne excipitur II, 635, 15.
phiala locus extra ecclesias II, 22, 11. 722.
Philadelphia a Carmanis obsessa II, 421, 6. liberata a Rontzerio II, 427, 4. magnopere ab eo vexatur II, 428, 7.
Philanthropenus custos Magnesiae II, 400, 13.
Alexius Philanthropenus protostrator creatus I, 109, 15. classi praefectus insulas vastat I, 209, 5. Latinos vincit I, 334, 8. magnus dux creatur I, 337, 4.
Alexius Philes magnus domesticus I, 206, 1.
Theodorus Philes excaecatus a Theodoro imp. I, 24, 6.
Philippus Caroli regis Apuliae nepos Ithamarem ducit II, 202, 3. urbes dotis nomine promissas sibi vindicat II, 450, 18.
Philippus dux classis Siculae Muriscum victum capit II, 585, 1 sqq. a Murisco antea captus et clementer tractatus gratiam parem ei refert II, 585, 9.
Philippus magnus dominus II, 44. 9.
Phocaeae fodinae aluminis Manuëli Genuensi donatae a Michaële imp. I, 420, 5.
Photii de processione S. Spiritus iudicium II, 28, 21.
Phrangopulus laesae maiestatis reus I, 284, 16.
Phrantzaena coniux Philippi magni domini II, 44. 12.
piacula indicta purgandae communicationi cum Latinis II, 20, 14 sqq.
Pinacas Heracleensis episc. praeficitur sacris palatinis I, 305, 5.
pincerna Angelus Orestiadem defendit II, 603, 17.
Pisani Cpoleos inquilini consulem sibi praeficiunt I, 163, 2.
Planudes monachus legatus ad Venetos II, 243, 7.
pons Iustinianeus super Sangarim II, 712.
Ponti Euxini navigatio Genuenses ditat I, 419, 18.
Potestas nomen magistratus Genuensium Cpoli habitantium I, 162, 17.
praetoria dignitas insignibus suis privata II, 517, 4.
Princeps nomen proprium dynastae Peloponnesi I, 402, 6. 596.
prothieracarii dignitas Muzaloni collocata I, 24, 4.
Prusa locus exsilii Vecco indictus II, 36, 6. obsidetur ab Atmane II, 415, 3. subacta vexatur II, 597, 14. 830.
Ptolemais Christianis erepta II, 86, 17.
Purpura pars palatii Cpolitani puerperiis addicta I, 183, 26. 644.
pyramides in supellectile imperatoria quae sint I, 681.
Pyrgii oppidum expilatum a Rontzerio II, 436, 16.
Pyrsolatrae qui sint II, 134, 20.
Quinquecclesiensis Moschamparis socius Gregorii patriarchae tomum accusat II, 115, 14.
Radosthlabus sebastocrator Bulgariae opibus praecellit II, 266, 6. profugus ab imperatore cum copiis remittitur in patriam ib. 16.
Alexius Raül protovestiarii dignitate privatus a Theodoro imp. I, 23, 18. Cloista eius F. Muzalonis coniux I, 24, 2. eius filii summam potestatem ambiunt I, 65, 4.
Alexius Raül classi praefectus II, 69, 8. mittitur cum copiis revocatum Alanos II, 319, 15. ab iis vulneratur II, 321, 8.
Isaacius Raül excaecatur I, 484, 5. destinatur legatus ad Philanthropenum rebellem II, 230, 10.
Manuël Raül excaecatus relegatur Cenchreas I, 434, 5 sqq.
Raülis Crassi domus diripitur II, 532, 10.
Reachubis nomen duo loca significans II, 547, 7.
Redefrans Arabibus dictus S. Ludovicus II, 811.
reginae nomen despotarum uxoribus datum II, 732.
rex Armeniae Cpoli cum Frenis Italis degit II, 242, 10.
Rhaedestus exilio destinatur clericis pacem recusantibus I, 391, 15. eo appellit Michaël imp. a tempestate periclitatus I, 528, 7. oppugnatur ab Amogabaris II, 586, 11. liberatur II, 613, 8. Rhaedesti tur-

ris capta a Romeforto II, 621, 16 sqq. recuperatur a Tzurulensibus II, 627, 5.

Rhodus terrae motu concussa II, 393, 1.

Rhos Solymas dux Latinorum Bellagrada oppugnantium I, 509, 14. capitur I, 513, 5 sqq.

rhos phalangii species I, 600.

Romofortus dux Latinorum contra Romanos militantium voluntatem transfugiendi simulat II, 587, 6. fraus eius detegitur II, 588, 3. cum Osphentisthlabo foedus init II, 606, 16. Eliae arcem occupat II, 621, 10. turrim Rhaedesti expugnat ib. 16. imperatori durissimas pacis conditiones proponit II, 625, 8. reliquis ducibus ad Cassandream devictis totius exercitus dux exsistit II, 652, 1.

Rontzerius s. Rogerius Italus cum classe Cpolim appellit II, 393, 6. dictus e milite templi ad vitam piraticam transiisse ib. 18. navat operam Theuderico Siciliae regi contra Carolum II, 394, 8. exposcitur ad poenam a papa ib. 16. incolumis dimissus a Theuderico opem suam offert Andronico imp. ib. 18 sqq. dux magnus creatur et ducit Mariam Asanis F. II, 395, 9. cum Genuensibus pugnat II, 398, 7. eius milites grassantur in Cyzicenos II, 399, 5. fugat Persas II, 425, 12. Chranislabum carnificibus strangulandum tradit II, 426, 3. Alisyram vincit II, 427, 4. Philadelphiam obsidione liberatam ib. 15. vexat II, 428, 7. Attaleotam imperatori reconciliat II, 429, 10. Cula et Furnis castris receptis saevit in eos a quibus dedita sunt II, 435, 17. Magnesienses seditiosos frustra oppugnat II, 440, 6. obsidione soluta Madytum traiicit II, 418, 12 sqq. Mpyrigerium imperatori commendat II, 485, 5. 492, 4. alienatus ab imperatore II, 505, 16. Cpolim ire recusat II, 506, 5 sqq. Caesarea dignitate ornatur II, 508, 8 sqq. concionem superbam ad suos habet II, 510, 8. Caesar acclamatur II, 522, 3. fraudibus imperatorem implicat ib. 12. a Michaele Palaeol. splendide exceptus II, 523, 10. trucidatur ab Alanis II, 525, 10. eius comites carceri mancipantur II, 526, 12. comburuntur II, 554, 17 sqq.

Rucha monachus praepositus supellectili ecclesiae I, 172, 19.

Rucratines Iaphatinis sultanis F. cum Azatine fratre de regno certat II, 609, 12. eum fugat II, 611, 3.

Rucnodinus sultan Aegypti II, 815.

Sabas monachus Andronicum et Constantinum Palaeologos fratres committit II, 158, 17 sqq. clerum vexat II, 162, 18 sqq.

Salampacis Persae vidua coniugium Alexii Philanthropeni respuit II, 211, 9.

Salpacis cognomen ducis Persarum I, 472, 8.

sancti dicti imperatores tincti I, 507, 3. II, 301, 12.

Sangaris fl. munitus praesidiis contra Persas I, 504, 5. ponte oneratus ab Iustiniano et derivatus in alium alveum II, 330, 12. 712.

sanguinis ostenta II, 54, 12. 81, 19 sqq.

Sardensis arcis praesidiarii Persas intromittunt II, 403, 6 sqq. eos fraudis compertos occidunt II, 404, 10.

Sasan adversus Mantachiam dominum seditiosus fit dux Persarum II, 589, 5. Ephesum subigit ib. 9.

Saturni stella Cpoli meridie conspicitur II, 49, 16.

scaramangium insigne dignitatis senatoriae II, 504, 6. 717.

scipio insigne ducis magni II, 498, 8.

Scuteris Chumnus Orestiadem strenue tutatur II, 603. 17 sqq.

Scythae pueri ab Aethiopibus emti educantur ad militiam I, 176, 13. Danubii accolae II. 80, 18. debellantur ab Umpertopulo II, 80, 18.

Securigerorum cohors ad palatium imperatorum excubare solita Michaëlem Ioannis sebastocratoris F. obtruncat II, 77, 6.

seditio Cpolitanorum II, 530, 15.

Selybria Latinis erepta I, 110, 5 sqq.

Senacherib Malus cognominatus quidam iudex I, 92, 4. aegre refert receptam a Graecis urbem I, 149, 6.

Serborum iniuriae in legatos imperatoris I, 354, 3.

Serrani interpretatio loci Platonis emendata II, 769.

Severi imp. edictum de servis labore non gravandis II, 648, 6.
Sibyllae prophetia de imperio Othmanidarum II, 831.
sigillum Michaëlis imp. I, 688.
Simonis Andronici imp. F. crali Serbiae vix octenius in matrimonium datur II, 275, 5 sqq.
Sisinii canones de matrimoniis I, 440. 9. 679.
Siurus stratopedarcha Tzancratorum copias cogit contra Persas II, 414, 1. devincitur ib.
Smiltzus in regnum Bulgariae evectus a Noga huius filio Tzacae cedere cogitur II, 266, 11. eius vidua Andronicum imp. adit connubia tractatum II, 558, 17.
Smyrnensis episc. renuit subscribere novellae de ordinationibus II, 200, 11. obstat restitutioni Ioannis Ephesini II, 299, 2.
soleas ecclesiae instauratur a Michaële Palaeol. I, 173, 1. quid sit I, 606.
Solymampaxis dux barbarorum Romanos oppugnantium his conciliatur II, 345, 12 sqq.
somnium praesagum eventu patratum II, 607, 18.
Sophonias monachus missus in Apuliam ad procurandas nuptias nihil proficit II, 202, 9 sqq.
S. Sophronius Hierosolymitanus antistes II, 465, 5.
Sphentisthlabus adoptionis specie deceptus occiditur a Maria Bulgariae regina I, 429, 18 sqq.
Spinulus e primariis Genuae Andronico imp. affini classem auxiliarem a Genuensibus mitti procurat II, 598, 8.
S. Spiritus ex Filio processio testimoniis patrum probata II, 27, 16.
sportulas tribui ordinantibus ab ordinatis probatur ab episcopis nonnullis, ab imperatore damnatur II, 199, 9.
statua S. Michaëlis archangeli terrae motu deiecta II, 234, 16.
Stephanus Uresis cralis Serbiae affinis fit Michaëli imp. I, 350, 18 sqq. eius sordes domesticae I, 351, 16.
Stephanus frater maior cralis Serbiae verus heres regni II, 273, 18.
Strategopulina Constantino Porphyrogenito Palaeol. exosa ab eo vexatur II, 154, 14 sqq.
Alexius Strategopulus Caesar a Nicephoro Michaëlis despotae F. victus capitur I, 89, 10. liber dimittitur ib. 16. contra Michaëlem iterum rebellem mittitur I, 137, 20. Cpolim capit I, 140, 6 sqq. a Michaële despota victus et ad Manfredum missus inde redimitur I, 89, 18.
Michaël Strategopulus vice imperatoris praesidet synodo Blachernensi II, 52. 3. coniicitur in carcerem II, 159, 20 sqq. convictus damnatur II, 188, 8. moritur in carcere II, 425, 9.
summates extortam sibi ab imperatore pecuniam ipsi vicissim a subditis exigunt II, 69, 3.
surdus mutusque subito sanatur II, 401, 5. 422, 15.
Symeon Seth quando vixerit II, 686.
Synadenus magnus stratopedarcha II, 69, 9.
Synesii epistola nunc primum edita I, 639.
synodus celebrata contra Vecum II, 25, 10.
Syrperus legatus a rege Apuliae ad Andronicum imp. coniugii conciliandi causa II, 195, 15.
Tachantziaris dux Turcopulorum Amogabaris suspectus claudituv carcere II, 632, 9 sqq. liberatus ad Tzarapen fugit II, 633, 5 sqq.
tactus ferri candentis imperatus ad probandam innocentiam I, 33, 6. 631. eius usus antiquitas I, 632.
Tamerlanis genus II, 705.
Tamuiinus conditor regni Megalensium II, 805.
Tanaites ventus I, 422, 9. 614.
Tarasii sententiam VII synodus sequitur I, 481, 8. is Spiritum ex Patre per Filium procedere affirmat II, 28, 15.
Tarchaniota magnus domesticus coniux Marthae Palaeol. I, 33, 24. eius filii aemulatione discordes I, 295, 13.
Tarchaniota protovestiarius exercitui Orestiadem ducendo praeficitur II, 68, 4. dignitatem Caesaream priusquam re bene gesta se eo honore dignum praestitisse recusat ib. 13.

Alexius Tarchaniota protovestiarii F. Philanthropenus dictus ex avo materno II, 210, 3. pincerna imperatoris ib. 6. dux Asiae minoris declaratur ib. 7. eius virtutes ib. 10. arcem Duorum Collium expugnat II, 211, 6. cura provinciae liberari frustra cupit II, 212, 13. ad affectandum imperium urgetur a monachis et exercitu ib. 10 sqq. tandem seditiosa concione rebellionem inchoat II, 216, 8. imperii nomen assumit II, 219, 2. alacritatem exercitus cunctando frustratur II, 221, 10. uxorem et filium praesidio munit II, 226, 5. captus a Cretensibus hosti deditur ib. 16. Iudaeis excaecandus traditur II, 228, 15.

Ioannes Tarchaniota dux partis Arsenianorum II, 38, 5. abscindit se ab Hyacintho II, 134, 16. propterea ab Andronico imp. carceri destinatur II, 135, 6. eludit Athanasium Alexandrinum ib. 14. suspectus affectati imperii male multatur II, 136, 18. praefectus Orienti prudenter res gerit II, 258, 1. 10. seditione militum coactus ad Andronicum imp. fugit II, 260, 1 sqq. iterum in carcerem coniectus educitur ad colloquium ab imperatore cum Arsenianis habendum II, 462, 1.

Tarchaniota Glaba ex magno papia magnus conostaulus declaratus dux praeficitur Tocharis II, 12, 12.

Tarchaniotissa Nostonga Arsenianis addicta II, 354, 11.

Tarchas praefectus monasterio Sanidum Alexium Philanthropenum hortatur ad imperium usurpandum II, 214, 10. poenas dat II, 229, 4.

Tarites naves Genuensium I, 419, 21. 614.

Tatari s. Tartari qui sint II, 704.

tatas aulae quali sit dignitate I, 512, 5. 614.

Telchines dicti malefici daemones I, 253, 7, 615.

templum ut pollutum communione Latinorum expiatur a schismaticis II, 20, 6.

Tenedi arx obsessa a Murisco deditionem facit II, 556, 10.

Ioannicius Ternicopulus discissus licet a patriarcha cum eo se coniungit contra Latinos I, 379, 13.

Ternobus urbs Bulgariae Lachanam oppugnantem recipit regem I, 444, 2. deditur Asani I, 447, 6.

terrae motus ingens II, 233, 9.

Terteres legitima uxore repudiata ducit sororem Asanis et creatur despota I, 447. 8 sqq. Asane caecto fit rex Bulgarorum I, 448, 7. pacem init cum Andronico imp. II, 57, 3. minis Nogae territus ad imperatorem fugit II, 264, 10. Comanus natione II, 265, 9. captivus detentus ab imperatore liberatur opera Osphentisthlabi filii II, 266, 4. a filio in regnum non restituitur II, 267, 8.

testamentum Arsenii suspectum II, 467, 11.

Thasi arx a Phocaeae domino occupatur II, 638, 9. ad eam recuperandam Marules mittitur ib.

Thecus. v. Constantinus.

Theoctisti Adrianopolitani vaticinium II, 25, 1.

Theodorus Angelus arrepto imperio coronatur I, 82, 5. bello captus excaecatur ib. 10.

Theodorus Lascaris a matre dictus Ioannis Batatzae imp. F. a patre praeclare eruditur ad imperandum I, 38, 11 sqq. patri succedens novos homines promovet, principes deiicit I, 23, 18 sqq. Michaëlem Palaeol. sibi reconciliatum in Occidentem mittit I, 26, 9. mox suspectum retrahit I, 29, 14. eius sororem cruciat I, 33, 21. aegrotans suspicionibus indulget I, 32, 1. eius ingenium I, 35, 6. obit ib. 21. Muzalonem filio tutorem relinquit I, 39, 12.

Theodorus Cyzicenus vexatus a schismaticis II, 53, 8.

Theodorus Manuëlita corpus Arsenii e Proconneso Cpolim transfert II, 83, 8.

S. Theodosia adolescentem surdum mutumque sanat II, 452, 15.

Theodosius Princeps patriarcha Antiochenus in Syriam ad Latinos migrat II, 55, 15.

Theodosius Saponapulus monachus synodo contra Veccum interest II, 25, 15.

Theoleptus Philadelphiensis accusat tomum Gregorianum II, 116, 6. in commentario Marci monachi errorem deprehendit II, 118, 17.

Gregorii patriarchae abdicationem aliis suspectam pro sufficienti habet II, 132, 10. sultanem ab imperatore fratrem appellari licitum esse censet II, 247, 6. militibus adversus Tarchaniotam seditiosis se adiungit II, 260, 5 sqq. obstat restitutioni Ioannis Ephesini II, 299, 2. Cosmam in patriarchatu retinere cupit II, 358, 7.

Theophanes episc. Nicaenus Romam legatus naufragio perit I, 384, 14.

Theophaniorum festo ecclesiastici in psallendi communionem assumti II, 22, 2.

Theophano Armeniae regis F. Ioanni sebastocratori desponsa II, 206, 11. moritur in itinere II, 284, 12.

Theudericus s. Fridericus Siciliae dominus adversus ecclesiam rebellis II, 394, 6. 763. Mpyrigerii amicus II, 499, 6. classem ad infestandas insulas imperii mittit II, 490, 4. 508, 8.

Thomae hebdomas quae sit II, 803.

Thomas Nicephori Angeli despotae F. II, 200, 17.

Thymaena urbs Galatiae II, 760.

Thyraeorum arx deditionem facit II, 589, 9.

Timurus Abakae imperatoris Mogulensium frater veneno necatur II, 817.

Tochari Persas sibi subiiciunt I, 129, 3. Romanis terribiles I, 133, 16. Mugulios se nominant et principem Kanem I, 231, 14. 344, 13. eorum leges I, 345, 14. dux Nogas I, 344, 13. fines Romanos incursant I, 232, 2. auxilio vocantur a Michaële imp. I, 324, 16 sqq. ab Andronico imp. contra Triballos mittuntur II, 11, 3. contra imperium Romanum movent II, 257, 12. a Tocharis Orientalibus se abscindunt Nogae rebelli obedientes II, 262, 15 sqq.

tomus a Gregorio Cyprio editus II, 133, 18.

Tornicius sebastocrator I, 485, 7.

Traianopoleos episc, Cudumenes missus in Serbiam I, 351, 5.

Tralles ab Andronico Michaëlis imp. F. instauratae Andronicopolis nominantur I, 469, 7. destruuntur a Persis I, 472, 4 sqq.

Triballi a Romanis bello petiti II, 12, 15.

triclinium Alexiacum II, 89, 18. 188, 5. Iustinianeum II, 145, 10. Augustum dictum Manuëlites II, 197, 3.

Tricoccia arx ab Atmane expugnata II, 638, 1 sqq.

Tripolis arx ad Maeandrum fl. a Duca imp. munita II, 433, 9. vetus de ea oraculum ib. 14. a Carmanis capitur ib. 17 sqq. Alisyras fugatus eo se recipit II, 435, 11.

Tripolis Syriae Christianis eripitur a sultane Aegypti II, 86, 15.

tritichordeum quod genus tributi sit II, 492, 16.

Tuctais Tocharus Noga devicto eius regno potitur II, 263, 15. Andronici imp. filiam notham ducit II, 268, 1 sqq. a Cazane fratre excluditur successione imperii II, 458, 16. 820.

Turcopuli in proelio cum Catelanis commisso fugiunt inter primos II, 550, 5. ad Christianam religionem traducti Andronico imp. militant II, 574, 5. deficientes Romanorum terras incursant ib. 8. coniungunt se cum Catelanis II, 590, 3. de eorum cum imperatore reconciliatione agitur II, 609, 3. Tachantziarem deum liberant II, 633, 5. e Tzuruli obsidione fugiunt ib. 13.

Tyrine s. Tyrophagine dominica II, 78, 14. 376, 2.

Tzacas Nogae F. Bulgariae regnum affectat II, 264, 8 sqq. circumventus ab Osphentisthlabo levire necatur II, 265, 7 sqq.

Tzasimpaxis protostrator Lachanae cum eo trucidatur I, 467, 17.

Tzernicum captum ab Ioanne despota I, 107, 3.

Tzurulum ab Amogabaris frustra oppugnatum II, 633, 5 sqq.

Umpertopulus curopolates Mesembreae praefectus Scythas debellat II, 80, 18. propterea ab imperatore honoratus II, 81, 8.

Umpertopulus magnus tzaüsius mittitur contra Amogabares II, 543, 6. Bizyam tenet II, 629, 15.

Ung-chan ultimus Prestiannensium regum II, 805.

Uresis v. Stephanus.

vaticinium in solo Trallium urbis repertum I, 469, 15.

Ioannes Veccus chartophylax suspendit sacerdotem I, 225, 11 sqq. legatus ad cralem Serbiae I, 351, 4. resistit imperatori ecclesiam Graecam cum Latina conciliaturo I, 375, 18. accusatur a Chumno I, 376, 18. coniicitur in carcerem I, 378, 8. lectis patrum veterum libris resipiscit I, 383, 5. fit patriarcha I, 402, 20. intercedit pro egenis apud imperatorem I, 403, 15. accusatur calumniose I, 449, 17. renuntiat throno I, 454, 17 sqq. restituitur I, 460, 4 sqq. scribit contra schismaticos I, 476, 7. iusta funebria persolvit Annae imp. I, 499, 13. patriarchio recedit II, 18, 16. absens accusatus damnatur II, 25, 18. patrum testimonia de processione S. Spiritus expendit II, 28, 9 sqq. decretum de fide auget II, 32, 10. citatus coram synodo causam dicit II, 34, 3 sqq. Prusam exsulatum abducitur II, 36, 6. colloquium eius cum adversariis II, 89, 13. schismaticis adiungere se recusans relegatur in arcem S. Gregorii II, 102, 11 sqq. tomum Gregorii redarguit II, 114, 7. moritur in carcere II, 270, 14.

Veneti Cpoli degunt sub baiulo magistratu I, 163, 2. cum Genuensibus commissi II, 32, 14. cum magna classe Cpolim appulsi Galatam incendunt II, 237, 9. Venetorum Cpoli habitantium bona oppignerantur ingenti multa II, 242, 1. eorum senatus de ea re conqueritur II, 243, 17. multam remitti postulantes Cpolim classe oppugnant II, 322, 13. impetrant remissionem oppignerationis II, 326, 10.

vestiarii quale officium sit II, 556, 10.

Aurelii Victoris locus de actuariis explicatus I, 539.

voluntarii Graecos adiuvant in recuperanda Cpoli I, 138, 15 sqq.

Xahan - xa vocatus Sapores Persarum rex II, 686.

Michaël Xiphilinus notarius creatus I, 409, 4.

Theodorus Xiphilinus magnus oeconomus accipit a Vecco promissum non scribendi de controversiis I, 416, 1.

Manuël Zacharias Phocaeae dominus tutelam insularum sibi committi petit II, 558, 2. eius nepos Thasi arcem occupat II, 638, 9.

Zeuxippi thermae Cpoli II, 683.

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEUBNERI.